
Q/a 11
4-71

BIBLIA

SACROSANTA.

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 1 4
Plúteo 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

27-13

BIBLIA
SACROSANCTA
VETERIS, ET NOVI
TESTAMENTI,

Iuxta vulgatam editionem.

LVGDVNI,
Apud Ioannem Frellonium,
M. D. LVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Typographus Christiano Lectori S.

Cùm ex variis mortalium studiis, id optimo cuique in primis probari cernerem, quod in rem quàm plurimorũ faceret, pretium operæ non minimum putaui, tam pio insistere instituto. Rei igitur familiaris cura posthabita, ei, quæ maximè omnium cæteris non iniuria præferri solet, literariæ scilicet, intendere quum iandudum occœpissem, itinere cœpto pergendum duxi: & si qua in re antehac meo minus fecerim satis muneri, nisu intensiore, quod desyderatum esset, sarcirem. Biblia ergo sacra quum iam non semel variis tum typis, tum formis emiserim, sicq; passis vlnis accepta, atque planè bonis omnibus probata fuerint, vt ne vnum quidem, aut alterum nobis supereſſet exemplar, eadémque non ab infimæ sortis hominibus rogarer denuò prelis committere: cupiens piorum iustis respondere votis, ac ne, quos mea possem iuuare opera, iis deesse conuincerer, id operis minutioribus, quàm anteà vnquam, excudi placuit characteribus: idque ea factum ratione, quòd quum è manibus Christo addictorum vix vnquam deponenda veniant, ea gratiùs forma reciperentur, qua citra aliquam grauem sarcinam circunferri possent. Dein quæ ad sacrarum sensa literarum pertinere visa sunt non omissurus, Hebræorum sequutus morem, versus quoslibet notandos curaui. Quod non sine Numinis nutu initio factum, atque in hanc vsque nostram putarim prorogatum ætatem, quò videlicet sensa ipsa, certis distincta versibus, veræ Theologiæ studiosis & clariùs innotescerent, & memoriæ faciliùs mandarentur. Hoc etiam labore nostro prospicere voluimus linguæ sanctæ candidatis, vt minori negotio Concordantias, Commentaria, & item Dictionaria Hebræorũ, (qui capita & versus vt plurimũ notârũt) cõsulere possent. Eadẽ opera poterit Diui Hieronymi versio cum Hebræis fontibus leuiori labore conferri. At ne quem sua frustratum à nobis laude quispiam clamitet, aut peculatus arguat, & etiam vt institutum hoc nostrum plus ponderis obtineat, vltro fatemur nos imitatos Santem illum Pagninum Hebraicę linguę peritissimũ, qui & hoc ipsum, ceu necessarium, magnopere probans, eo modo sua imprimenda curârit. Ea igitur, candide lector, Biblia tibi polita tradimus forma, ne à lectione sacra remoratum te voluminis grauitate causeris. Vale, & æqui boni consulens, labore nostro fruere.

ORDO LIBRORVM

Veteris testamenti.

Genesis (L.)	1
Exodus (XL.)	19
Leuiticus	34
Numeri	44
Deuteronomium	59
Iosue	73
Liber Iudicum	82
Ruth	91
Regum I	93
Regum II	106
Regum III	116
Regum IIII	128
Paralipoménon I	140
Paralipoménon II	149
Esdræ I	164
Esdræ II	168
Esdræ III	173
Esdræ IIII	178
Tobias	188
Iudith	192
Esther	197
Iob	202
Liber Psalmorum (CL.)	212
Prouerbia Salomonis	239
Ecclesiastes	248
Canticum canticorum	251
Liber Sapientiæ	252
Ecclesiasticus	258
Esaiæ prophetia	273
Ieremiæ	292
Baruch	315
Ezechielis	318
Danielis	337
Osee	345 (XX)
Ioëlis	348
Amos	349
Abdiæ	351
Ionæ	352
Michææ	353
Nahum	358
Habacuc	356
Sophoniæ	357
Aggæi	357
Zachariæ	359
Malachiæ (IV.)	362
Machabæorum I	363
Machabæorum II	374

Hos Veteris testamenti libros Christus IESVS in Legem, Prophetas, & Psalmos, simplicissimè partitus est, Matthæi septimo, vndecimo & vigesimosecundo, & Lucæ vltimo. Hæc sunt, inquit, verba quæ loquutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Quam distinctionem secuti sunt Apostoli, patresq; nostri Latini. Nec ab hac aliena est Hebræorum distinctio, Thorah vocantium Legem, Neuiim, Prophetas, Chetuuin Hagiographa, inter quæ & Psalmi Dauid numerantur: author est Hieronymus in Prologo quem præposuit libris Regum.

ORDO

ORDO LIBRORVM

Noui testamenti.

Euangelium secundum Matthæum. (XXVIII.)	384
Euangelium secundum Marcum (XVI.)	396
Euangelium secundum Lucam (XXIV.)	403
Euangelium secundum Ioannem (XXI.)	416
Acta Apostolorum (XXVIII.)	426
Pauli epistola ad Romanos (XVI.)	438
Ad Corinthios I (XVI.)	443
II (XIII.)	448
Ad Galatas (VI.)	451
Ad Ephesios (VI.)	453
Ad Philippenses (IV.)	458
Ad Colossenses (III.)	456
Ad Thessalonicenses I (V.)	457
II (III.)	458
Ad Timotheum I (VI.)	459
II (IV.)	460
Ad Titum (III.)	461
Ad Philemonem (I.)	461
Ad Hebræos (XIII.)	462
Iacobi epistola (V.)	466
Petri epistolæ I (V.)	467
II (III.)	468
Ioannis epistolę I (II.)	469.
II	470.
III (I.)	471
Iudæ epistola (I.)	471
Apocalypsis (XXII.)	471

Hieronymi prologus Galeatus.

VIginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum testatur, quæ hebraeæ magna ex parte conuenit est nam & ipsi vigintiduo elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumque est Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nunc vtimur: cùm ad illud vsque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac Sacerdotum censu, mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus, vsque hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psalmi tricesimussextus, & centesimusdecimus, & centesimusundecimus, & centesimusdecimusoctauus, & centesimusquadragesimusquartus, quanquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iisdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porrò quinque literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Nun, Pe, sade. Aliter enim scribuntur per has principia, medietatèsque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à plerisque libri duplices existimantur, Samuel, Melachim Dibrehaiamim, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est, lamentationibus suis. Quomodo igitur vigintiduo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia.

Primus apud eos liber, vocatur Beresit: quē nos Genesin dicimus.

Secundus, Veelle semoth: qui Exodus appellatur.

Tertius, Vaicra, id est, Leuiticus.

Quartus, Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus, Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi sunt quinque libri Moysi, quos propriè Torah, id est, Legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue: qui apud eos, Iosue bin Nun dicitur.

Deinde subtexunt Sophetim, id est, Iudicum librum. Et in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia.

Tertius sequitur Samuel, quem nos Regum primum & secundum dicimus.

Quartus, Melachim, id est, Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur. Meliúsque multo est, Melachim, id est, Regum, quam Malachoth, id est, regnorum dicere. Non enim multarum gentiū describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, est Esaias.

Sextus, Ieremias.

Septimus, Ezechiel.

Octauus, liber duodecim Prophetarum, quē apud illos vocatur, There asar.

Tertius ordo, Hagiographa possidet.

Et primus liber incipit à Iob.

Secundus à Dauid: quem quinque incisionibus & vno Psalmorum volumine comprehendunt.

Tertius est Salomon, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi Misle, id est, Parabolas appellant.

Quartus, Ecclesiasten, id est, Coheleth.

Quintus, Canticum canticorum, quem titulo Sir hasirim prænotant.

Sextus, est Daniel

Septimus, Dibrè haiamim, id est, verba dierum: quod significantius, Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur.

Octauus Esdras: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos in duos libros diuisus est.

Nonus, Esther.

Atque ita fiunt pariter Veteris legis libri vigintiduo: id est, Moysi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli Ruth & Cinoth, inter Hagiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse priscæ legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalypsis Ioannis inducit adorantes Agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes: stantibus coram quatuor animalibus oculatis antè & retrò, id est, in præteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus, Scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus, quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgò Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor: non sunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus, Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ cùm ita se habeant, obsecro te Lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisque, quod potest: alij aurum, argentum & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiscum bene agitur, si oberimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species, Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & ciliciis: ardorémque solis & iniuriam imbrium ea quæ viliora sunt prohibent.

Epistola sancti Hieronymi ad Paulinum.

FRater Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit simul & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantùm corporum, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor. & Diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse prouincias, nouos adisse populos, maria transisse: vt eos quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Aegyptum & Architam Tarentinum eámque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit: vt qui Athenis magister erat, & potens, cuiusque doctrinâ Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere. Denique cùm literas quasi toto fugientes orbe persequitur, captus à piratis, & venundatus, etiam tyranno crediulisimo paruit, captiuus, vinctus & seruus. tamen quia philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manentem, de vltimis Hispaniæ Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis, celebrandúmque miraculum, vt vrbem tantam ingressi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, siue ille magus, vt vulgus loquitur, siue philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum latissimo Phison amne trāsnisso, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos de natura, de motibus syderum, ac dierum cursu audiret docentem. Inde per Aelamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæsthinos, reuersus Alexandriā, perrexit Aethiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret in fabulo. Inuenit ille vir vbique quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus.

II. *Act.9.c* *1.Cor.15.d* *Galat.1.d*

Quid loquar de seculi hominibus? cùm Apostolus Paulus, vas electionis & magister Gentiū, qui de conscientia tanti in se hostis loquebatur, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? post Damascum Arabiámque lustratam ascenderit Ierosolymam, vt videret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim. Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis futurus Gentium prædicator instruendus erat. Rursumque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito exposuerit Apostolis Euangelium, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis energeias viua vox, & in aures discipuli de authoris ore transfusa, fortius sonat. Vnde & Aeschines cùm Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait, Quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem? *Galat.2.c*

III.

Hæc non dico, quòd sit in me aliquid tale, quod vel possis à me audire, vel velis discere: sed quòd ardor tuus & discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. ingenium docile, & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras consyderamus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus: tamen virtute totum est quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis Legem Moysi, & prophetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritualibus telis, posteà diceret confidenter, Arma nostræ militiæ non carnalia sunt: sed potentia Deo, ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuantem omnem intellectum ad obediendum Christo, & parati subiugare omnem inobedientiam. Ad Timotheum scribit ab infantia Sacris literis eruditum, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam, quæ data sit ei per impositionem manus presbyterij. Tito præcipit vt inter cæteras virtutes episcopi, quem breui sermone depinxit, scientiam quoque in eo eligat Scripturarum, Obtinentem (inquit) eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermoné: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. *Isai.54.d* *Ioan.6.e* *Luc.2.f* *2.Cor.11.b* *Act.22.a* *2.Cor.10.b* *2.Tim.3.d* *1.Tim.4.d* *Tit.1.b*

IIII. *Mala.2.b*

Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruētibus non resistat. Malachias propheta, imò per Malachiam Dominus interrogauit sacerdotes Legem: in tantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. In Psalmo quoque centesimo decimooctauo. Cantabiles mihi erāt iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri, cùm eum Dauid arbori vitæ, quæ est in paradiso, cōpararet, inter cæteras virtutes, & hoc intulit, In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait, Iustos fulgere sicut stellas: & intelligentes, id est, doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se differe *Deut.32.c* *Iosu.8.c* *Exech.1.a* *Psal.118.* *Rom.7.c* *2.Cor.3.d* *Apoc.5.a* *Esai.29.d* *Apoc.3.b* *Act.8.c* *Esai 1.* *Dani.12.b*

re dicant iusta rusticiras, & docta iustitia? Alij stellis, alij cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem vtrunque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia legis & scripturarum sanctarum erat armarium. Pharisæi stupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro & Ioanne quomodo Legem sciant, cùm literas non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio, & quotidiana in Lege meditatio tribuere solet illis hoc Spiritus sanctus suggerebat, & erant iuxta quod scriptū est, theodidactoi. Duodecim anos Saluator impleuerat, & in templo senes de quæstionibus legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat. Nisi fortè rusticum Petrum, rusticum dicimus Ioannem: quorum vterque dicere poterat, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. Ioannes rusticus, piscator indoctus? & vnde illa vox obsecro, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum? Logos enim Græcè multa significat. nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quę vniuersa, rectè intelligimus in Christo. *Ioan.1.a*

V.

Hoc doctus Plato nescìuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdā (inquit) sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam, & quanquam stultitia prædicationis in cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiam autem non seculi huius, nec principum seculi istius, quæ destruitur, sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula. Dei sapientia Christus est. Christus enim, Dei virtus, & Dei sapientia. Hęc sapiętia in mysterio absc̄dita est: de qua & noni Psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię Dei absc̄diti. Et qui in mysterio absc̄ditus erat, prædestinatus est ante secula: prædestinatus autem & præfiguratus in Lege & prophetis. Vnde & Prophetæ appellabantur videntes: quia videbant eum, quē cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. Rouela (inquit Dauid) oculos meos, & consyderabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur. ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septē sigil.is signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat, respondebit tibi. Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, & tenent signatū librum, nec aperire possunt, nisi ille reseraverit qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit? In Actibus Apostolorum sanctus Eunuchus, imo vir (sic enim eum scriptura cognominat) cùm legeret Isaiam prophetam, interrogatus à Philippo, Putasne intelligis quæ legis? respondit, Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Aethiopia, id est, de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam regiam: & tantus amator legis diuinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret literas sacras. Et tamen cùm librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret. labijs personaret, ignorabat eum, quē in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus. Eadē hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis & sanctus factus est, ac magistret de discipulo, plus in deserto forte Ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit. Hæc à me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in scripturis sacris sine præuio, & monstrante semitam non posse ingredi. *Act.4.c* *Esai.54.d* *Ioan.6.e* *Luc.2.f* *2.Cor.11.b* *Ioan.1.a* *Abd.1.c* *Esa.29.e* *1.Corin.1.c* *1.Cor.2.b* *Galat.2.a*

VI.

Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, to dogma, tin methodon, tin empeirian. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua, quàm manu administrantur. Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarij quoque & fullones, & cæteri qui variam suppellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti, docteque poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antè quàm discant. Alij adducto supercilio, grandia verba trutinantes inter mulierculas de Sacris literis philosophātur. Alij discunt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceāt, & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imò audacia ediderunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si fortè ad Scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc Legem Dei putant, nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam, Scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Vergiliocentonas: ac non sic etiam Maronem sine Christo

posimus dicere Christianum, quia scripserit, Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et Patrem loquentem ad Filium, Nate meæ vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce, Talia perstabat memorans, & usque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludo similia docere quod ignores: imò, vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quòd nescias.

VII. *Genesis* Videlicet manifestissima est Geneseos, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, vsque ad exitum scribitur Hebræorum.

Exodus Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cũ mysticis diuinisq; præceptis.

Leuiticus In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imò singulæ penè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cælestia sacramenta.

Numeri Numeri verò, nonne totius Arithmeticę, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarũ per eremum mansionum mysteria continent?

Deuteronomium. Deuteronomium quoq; secunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nónne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusq; Moyses, hucusque Pentateuchus: quibus quinq; verbis loqui se velle Apostolus in ecclesia gloriatur.

Iob 1. Cor. 14. d Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur: Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnésque leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba, plena sunt sensibus. Et (vt de cæteris sileam) resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cautius scripserit, Scio (inquit) quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum egoipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Cap. 19. d

Iosue, siue Iesus Naue. Veniam ad Iesum Naue, qui typum Domini non solùm gestis, verùm etiam nomine præfert. Transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, mõtes, flumina, torrentes atque confinia, ecclesię cælestisque Ierusalem spiritualia regna describit.

Lib. Iudicum. In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ sunt.

Ruth *Esai. 16. a* Ruth Moabitis, Esaiæ explet vaticinium, dicentis, Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti, ad montem filiæ Sion.

Regum 1. & 2. Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porrò in Sadoc atque Dauid, noui sacerdotij, nouiq; imperij sacramenta testatur.

Regum 3. & 4. Melachim, id est tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniã, & à Ieroboam filio Nabat vsque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si in literis sensum latétem inspexeris, ecclesiæ paucitas, & hæreticorum cótra ecclesiam bella narrantur.

Duodecim prophetæ invnius voluminis angustias coartati, multo aliud, quàm sonant in litera, præfigurant.

Osee Osee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri, viri ad se reditum præstolari.

Ioel *Act. 2. a* Ioel filius Phatuel describit terrã duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: & post euersionem prioris populi, effusum iri Spiritũ sanctum super seruos Dei & ancillas, id est super centum viginti credentium nomina, & effusum iri in cœnaculo Sion. Qui centũ viginti ab vno vsque ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mystice continentur.

Amos Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor scelera Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab: & in septimo & octauo gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in Samariæ monte, & ruiturum domũ maiorem, minorémque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem Dominum super murum litum vel adamantinũ, & vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus: & famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ: sed audiendi verbum Dei.

Abdias Abdias, qui interpretatur seruus Dei, pertonat contra Edom sanguineum terrenúmque hominem, fratris quoque Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali.

Ionas Ionas pulcherrima columba naufragio suo passionem Domini præfiguranS, mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue, Gentibus salutem nuntiat.

Michæas Michæas de Morasthi cohæres CHRISTI, vastationem annuntiat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percusserit iudicis Israel.

Nahum Nahum consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinũ, & post euersionem illius loquitur. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

Habacuc Cap. 3. a Habacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suã, & figit gradum super munitionem, vt CHRISTVM in cruce contempletur, & dicat, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius dor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

Sophonias Sophonias speculator, & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piscium, & eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaam, disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento.

Aggæus *Cap. 2. b* Aggæus festiuus & lætus, qui seminauit in lacrymis, vt in gaudio metereat: destructum templum ædificat, Deúmque Patrem inducit loquentem, Adhuc vnum modicũ, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desyderatus cunctis gentibus.

Zacharias Zacharias memor Domini sui, multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem: can delabrúmque aureum cum totidem lucernis quot oculis: duas quoque olivas à finistris lampadis cernit, & à dextris: vt post equos nigros, rufos, albos, & varios, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem, pauperem regem vaticinetur & prædicet, sedentem super pullum filium asinæ subiugalis.

Malachias *Cap. 1. c* Malachias apertè, & in fine omniũ prophetarum, de abiectione Israel, & vocatione Gentium, Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab Ortu enim solis vsque ad Occasum, magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Esaias Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, sed Euangelium.

Ieremias Secundus virgam nuceam, & ollam succensam à facie Aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.

Ezechiel Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos istæ partes cum exordio Geneseos ante annos triginta non legantur.

Daniel Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mũdi philosophor. lapidem præcisum de mõte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronuntiat.

Dauid Dauid Simonides noster, Pindarus & Alcæus. Flaccus quoque, Catullus, atq; Serenus. CHRISTVM lyra personat, & in decachordo psalterio, ab inferis excitat resurgentem.

Prouerbia Ecclesiastes Canticum Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, ecclesiam iungit, & CHRISTVM, sanctarúmque nuptiarum dulce canit epithalamium.

Esther Esther in ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrem mittit in posteros.

Paralipomẽnon liber, id est Instrumenta veteris epitomi tantus ac talis est, vt absq; illo siquis scié tiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iunctúraſque verborũ, & prætermissæ in Regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicãtur Euãgelij quæstiones.

Esdras Nehemias Esdras & Nehemias, adiutor videlicet, & consolator à Domino, in vnum volumẽ coartantur, instaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omnísque illa turba populi redeuntis in patriam, & descriptio sacerdotum, leuitarum, Israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum, ac turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me Scripturarum amore raptum, excessisse modũ epistolæ, & ramen non impleſse quod volui. Audiuimus tantum quid nosse, quid cupere debeamus, vt & nos quoque possimus dicere, Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Cæterũm illud Socratici impletur in nobis, Hoc tantum scio, quòd nescio. Tangam & Nouum breuiter testamentum.

Matthæus Marcus Lucas Ioannes Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes quadriga Domini, & verũ Cherubim, quod interpretatur scientiæ multitudo, per totũ corpus oculati sunt, scintillæ emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata & vbiq; volitantia, tenent se mutuò, sibique perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunque eos flatus Spiritus sancti perduxerit.

Paulus Apostolus Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias. Octaua enim ad Hebræos, à plerisque extra numerum ponitur. Timotheum instruit, ac Titum, & Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere.

Actus Apostolorum. Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.

Iacobus Petrus Ioannes Iudas Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas, septem epistolas ediderunt tam mysticas quàm succinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in sententiis: vt rarus sit, qui non in earum cæcutiat lectione.

Apocalypsis Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater charissime, inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere: nónne tibi videtur iam hic in terris regni cælestis habitaculum? Nolo offendaris in Scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretũ, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam concionem facilius instruerẽt, & in

& in vna eademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans & hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere, quorum radices in cælo fixæ sunt: sed velle fateor.

Matth.7.a Luc.11.b

Sedenti me præfero, magistrum renuens, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo. Obuijs te manibus excipiam, &(vt ineptè aliquid,ac de Hermagoræ tumiditate effutiam)quicquid quæsieris,tecum scire conabor. Habes hîc amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit,referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitiæ,amorem Christi. Nam prudẽtiam & eloquij venustatem etiam absq; illo ipsa epistola præferebat. Festina, quæso te, & hærentis in salo nauiculæ funem magis præscinde,quàm solue.

VIII. Nemo renuntiaturus seculo, bene potest vendere,quæ contempsit vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est,Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Credenti, totus mundus diuitiarum est: infidelis autem, etiam obolo indiget. Sic viuamus tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Victus & vestitus diuitiæ Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam,vende.si nõ habes, proisce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendũ est. Scilicet nisi tu semper recraftinans. & diem de die trahẽs caute,& pedetẽtim tuas possessiunculas vendideris, non habet CHRISTVS vnde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostoli nauem tantum & retia reliquerũt. vidua duo æra misit in gazophylacium, & præfertur Cræsi diuitijs. Facilè contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

2.Cor.6.b Matth.5.c

Matth.4.c Marc,12.d Luc.21.a

Præfatio sancti Hieronymi Presbyteri in Pentateuchum Moysi.

DEsiderij mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præfagio futurorum,cum Daniele sortitus est nomen:obsecrantis,vt translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchũ, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certè, & obtrectatorum meorũ latratibus patens:qui me asserunt in Septuaginta interpretum sugillationem noua pro veteribus cudere,ita ingenium quasi vinum probantes:cùm ego sæpissime testatus sim me pro virili portione in Tabernaculo Dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorũ paupertate fœdari. Quod vt auderem,Origenis me studium prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asteriſco & obelo omne opus distinguen: dum aut illucescere facit quæ minus antè fuerant: aut superflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euangelistarum & Apostolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de Veteri testaméto legimus, quæ in nostris codicibus non habentur:vt est illud,Ex Aegypto vocaui filium meum: &,Quoniam Nazaræus vocabitur: &, videbunt in quem compunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit Deus diligentibus se:& multa alia quæ proprium syntagma desiderant. Interrogemus ergo eos vbi hęc scripta sint: & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primũ testimonium est in Osee: Secundum in Esaia: Tertium in Zacharia. Quartum in Prouerbijs: Quintum æquæ in Esaia. Quod multi ignorantes,apocryphorũ deliramenta sectantur: & Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudẽti factum dicunt esse consilio:me Ptolemęus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbique sacratũ aliquid Scriptura testatur de Patre & Filio & Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt,aut omnino tacuerunt:vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus author septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit: quibus diuisi eadem scripsitarint: cùm Aristæus eiusdem Ptolemæi hiperaspistes, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint:sed in vna basilica congregatos,contulisse scribant,non prophetasse. Aliud est enim esse vatem:aliud est esse interpretem. Ibi Spiritus ventura prædicit: hîc eruditio & verborum copia.ea quæ intelligit transfert Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicũ Xenophontis, & Platonis Protagorã,& Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdẽ libris per Septuaginta interpretes,aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minimè. Sed post priorum studia, in domo Domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nescirent, dubijs protulêre sententijs: nos verò post passionem & resurrectionẽ eius. non tam prophetiam quàm historiam scribimus. Aliter enim audita:aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator auscultа: non damno,non reprehendo Septuaginta: sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, quos antè prophetas inter spiritalia charismata positos lego. in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare:interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est si contra se posteà ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt: & emendatiora sunt exemplaria Latina quàm Græca. & Græca quàm Hebraica. Verùm hæc contra inuidos. Nũc te deprecor Desideri charissime, vt quia me tantum opus subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iunes: quo possim eodem Spiritu, quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

AD SACRARVM LITERARVM STVdium exhortatio ex Sacris literis.

Exod. XIII.

Narrabis filio tuo in die illo, dicens, Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Aegypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos, & vt lex Domini semper sit in ore tuo. In manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto.

Deuterono. XII.

Non facietis singuli quod vobis rectum videtur: sed quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas.

Deuterono. XXXI.

Leges verba legis huius coram omni Israel, audientibus eis, & in vnum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas vt audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleántque omnes sermones legis huius.

Iosue I.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Non declines à verbis legis huius ad dexteram vel ad siniſtram: vt intelligas cuncta quæ agis.

Prouerb. XXX.

Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarísque mendax.

Roman. XV.

Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.

II. Timoth. III.

Tu verò permane in his quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quòd ab infantia Sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

I. Timoth. IIII.

Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni à mundi creatione.	ANNORVM DESCRIPTIO AB ORBE CONDIT ad hunc vsque annum 1566, magna ex parte exscripta è sacra Scriptura, cum loc rum quorundam explicatione, in quibus annorum computatio variare videtur.
1948	Ab Adamo ad Diluuium vsque 1656. anni numerantur, Gene. 5. 6. A Diluuio ad Abrahamum, anni 292. Gen. 11.
2308	a Ab Abrahamo ad Isaacū, anni 100. Gen. 17. Ab Isaaco ad Iacob, 60. an. Gen. 25. Ab Iacob ad Ioſeph, an. 92. Porro Ioſeph 110. vixit annos.
2448	A morte Ioſeph ad Moſen vſque, Philonis ſententia, anni ſunt 60. A Moſe verò ad exitum populi ex AEgypto anni 80 Act. 7.
2520	b Populꝰ Iſraelitus cum obuerſatus fuiſſet in locis deſertis ann. 40, Deu. 32. miſſus fuit à Ioſue in poſſeſſionem terræ Chanaā, qui à Moſe præfuit huic populo annos 32. Iud. 3.
2688	A Ioſue, Othoniel præfectus fuit an. 8. Iud. 3. Deinde Aod, 8. Iud. 3. poſt Aod Debora, 40. an. Iu. 4. quā ſubſecutꝰ Gedeō 40 itē an. præfuit. Iu. 8.
2732	Abimelech poſt Gedeonem imperauit populo an. 3. Iud. 9. Deinde Thola 23. Iud. 10. quo è vita exceſſo populus Ammonitarum tyrannidem 18. annos paſſus eſt, Iud. 10.
2755	Iephte populi ab Ammonitarū tyrānide aſſertor & vindex præfuit ann. 6. Iud. 11. A. Iephte Abeſſan an. 7. Iud. 12. A quo Elon an. 10. Iud. 12.
2833	Abdon moderatus eſt populū poſt Elon an. 8. Iud. 12. Deinde Samſon 20. an. Iud. 13. quem Eli ſubſecutus populū an. 40. gubernauit, 1. Samu. 4.
2863	Ab Eli Samuel & Saul populum imperio rexerunt 42. an. Verùm Scriptura dignitatis regię cauſa omne hoc imperiū Sauli aſcribit, Act. 7.
2943	Dauid poſt Saulem imperauit 40. an. 2. Sam. 5. Salomon verò eius filius 3. an. ante conſtructionem templi, 480. ſcilicet anno ab exitu AEgypti. 1. Reg. 6. regnauitque in ſumma annos 40, 1. Reg. 10.
3004	Roboamus Solomonis filius regnauit 17. annos 1. Reg. 12. Abiaz eius filius 3. an. 1. Reg. 15. poſtea Aſa 41. an. 1. Reg. 15.
3041	Ioſaphat poſt Aſa imperauit 25 an. 1. Reg. 15. Ioram cum patre Ioſaphat annis 5. & quinque ſolus, 2. Reg. 8. Ochoſias poſt Ioram 7. an. 1. Par. 22.
3117	Athalia Ochoſiæ mater imperauit 7. an 2. Reg. 11. poſt quam Ioas regnauit 40. an. 2. Reg. 12. filius verò eius Amaſias 29. an. 2. Reg. 14.
3180	c Poſt Amaſiam interregnum fuit annis 11. vt colligi poteſt ex 14, & 15. cap. 2. Reg. Deinde Azarias regnauit 51. an. 2. Reg. 15.
3241	Ioatham ſuccedens Azariæ annis 16 regnauit, 2. Reg. 15. Deinde eius filius Achaz, 16. an. 2. Reg. 15. poſtea Ezechias, 20. an. 2. Reg. 18.
3329, & 3. menſib.	Manaſſes Ezechię regnauit 55. an. 2. Reg. 21. Cuius filius Amō regnum obtinuit 2. an. 1. Reg. 21. Deinde Ioſias, 31. an. 2. Reg. 22. Ioachaz verò tribus menſibus, 2. Reg. 23.
3340, cū 6. menſib.	Eliacim, qui & Ioacim, regnauit 11. an. 2. Re. 23. Deinde Iechonias 3. menſibus, quibus exactis, captiuus abductus fuit Babylonem, 2. Reg. 23.
3421, & 6. menſib.	Sedecias cùm regnaſſet an. 11. occiſus fuit, & Ieruſalem ciuitas vna cum templo ſolo æquata, populo Babylonem deportato, vbi ſeruiuit captiuus 70. annis, 2. Reg. 25.
3975, cū 6. menſib.	d Captiuitatis Babyloniæ annis 72. elapſis, Cyrus I. Perſarum Monarcha libertate populum donauit, eique poteſtatem fecit patriæ ſuæ repetendæ. Danieli autem prophetæ viſione adſignificatum fuerat, 70. annorum hebdomades fore (quæ 490. annos efficiunt) à dato mandato reſtaurandæ vrbis Ieruſalem ad Chriſtum vſque, Dan. 9. Illud verò edictum datum fuit à Dario Longimano 20. ſui imperii anno, Nehem. 2. anno ſcilicet 63. à populo libertati priſtinæ reſtituto: vt videre eſt ex ea Declaratione quæ libro Eſdræ præfixa eſt. Quare ſi illos 63. annos liberationis populi colligas, eiſque addas illas 70. hebdomades Danieli antè viſione oſtenſas, conſtabit certè ab illa aſſertione libertatis populi ad mortem Chriſti annos 554. interfuiſſe.
5504, cū 6. menſib.	A Chriſto nato ad hunc vſque annum annos 1566 colligimus. E quibus ſi 33. anni detrahantur, qui à nati- li eius die ad extremum vſque diem interceſſere, à fine illarum 70. hebdomadum ad hunc annum 15 reliqui anni erunt 1533.

Horum omnium diligenter ſubducta ratione, à orbe condito ad hunc vſque annum 1566, ſumma annorum 5502. & ſex menſium efficietur.

a *Abrahamus Dei iuſſu egreſ- ex Vr Chaldææ oppido, natali ſo annos natus 70. ad Chanaan com- uatus eſt, vbi eius patet è vita a ceſſit, Gene. 11. vers. 3. Deinde 75 tatis ſuæ anno profectus in terr Charan. Gene. 12. anno 25 poſt ſ nuit Iſaacum, Gen. 21. Itaque ſi ni peregrinatione Abrahami, e que ſucceſſorum, à die quo egre eſt è natali ſolo, vſque ad popul taeli liberationem ex AEgypto uerentur ad calculum, colligen anni 430. quorum ſit mentio Ex 24. Aſi ea annorum ratio ſal catur à natu Iſaaco, ſolùm a 400. habebuntur. Atque hoc m conciliandi ſunt duo loci, vnus Geneſis 15. alter ex Act. 7. cap.*

b *Tempus quo Iudices (ita eos cæ Scriptura) hunc populum à ſue vſque ad Samuelem, (excep eo internallo quo ab Ammonitis preſſus fuit) ſunt moderati, eſt 3 annorum. Itaque locus Act. 7. dicitur illud tempus fuiſſe 450. norum, certaque ſaue eſt, ita ut terrenum quatercentum male ſ tum fuerit. Lectio verò 357. a rum optimè conuenit calculo, qu Scriptura ponitur.*

c *Amaſias regnauit annos cuius regni anno 15. cœpit Ierobo Samaria ſede regia Iſraelitis im vare, 2. Reg. 14. Quare illi 29. a regni Amaſiæ completi fuere a 15. Ieroboam. Porrò regnum A rię filii Amaſiæ incepit ſolùm anno Ieroboam, 2. Reg. 15. Opti ergo inferetur, inter finem regni A ſiæ & initium Azariæ intercal undecim annorum interſtitiū fui*

d *Initium Hebdomadum ex niele non eſt perſpicuum, neque ſtat inter ſcriptores. Alii nempe ea ſunt ſententia, vt ab anno primo incipiant. Alii à anno Darii Longimani. Alii, ab hoc no 6. Verſimilius tamen vid eas ab anno 20 initium capere quod ſcriptum eſt Danielis 9. ratur cum Nehemię cap. 1.*

LIBER GENESIS,

Hebraicè Bereſith.

CAP. I.

Verbo Dei creantur ac benedicuntur terra, dies, nox, cælum, mare, ſol, luna, ſtellæ, piſces, & beſtiæ terræ. Creatur homo, cui & de victu prouidet Deus.

1 IN PRINCIPIO *creauit Deus cælum & terram.

2 Terra autē erat inanis & vacua, & tenebræ erāt ſuper faciem abyſsi: & ſpiritus ᵃ Domini ferebatur ſuper aquas.

3 Dixitque Deꝰ, *Fiat lux. Et facta eſt lux.

4 Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit ᵇ lucem à tenebris.

5 Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem: factumque eſt veſpere & mane dies vnus.

6 Dixit quoque Deus, *Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis.

7 Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, * ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita.

8 Vocauitque Deus firmamentum, cælum: & factū eſt veſpere & mane dies ſecūdus.

9 Dixit verò Deus, * Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum eſt ita.

10 Et vocauit Deus aridam, terram: cōgregationēſque aquarum appellauit maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

B 11 Et ait, Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita.

12 Et protulit terra herbam virentem, & facientē ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habēs vnumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

13 Et factū eſt veſpere & mane dies tertius.

14 Dixit autē Deus, * Fiāt luminaria in firmamento cæli, & diuidāt diem ac noctem: & ſint in ſigna ac tēpora, & dies & annos:

15 Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum eſt ita.

16 Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas.

Deus 17 Et poſuit eas ᵇ in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram,

C 18 Et præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

19 Et factum eſt veſpere & mane dies quartus.

20 Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli.

21 Creauitque Deus cete grādia, & omnem animā viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

22 Benedixitque eis, dicens, Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris: auéſque multiplicentur ſuper terram.

23 Et factū eſt veſpere & mane dies quintus.

24 Dixit quoque Deus, Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumque eſt ita.

25 Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, ᵇ iumenta & omne reptile terræ in * & genere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. D

26 Et ait, Faciamus hominē * ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, & vniuerſæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra.

27 * Et creauit Deus hominē ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, * maſculum & fœminā creauit eos.

28 Benedixitque illis Deꝰ, & ait, * Creſcite, & multiplicamini, & replete terrā, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.

29 Dixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementē generis ſui, * vt ſint vobis in eſcā,

30 Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuēs, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita.

31 *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, * & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.

CAP. II.

Benedicitur Sabbathum. Repetitio præcedentium. Quatuor flumina horti voluptatis. Creatur Heua. Inſtitutio matrimonii.

1 IGitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.

2 Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, * & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

3 Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret.

*Act. 14. c. 17. f. 24. Pſal. 33. b. 6. 136. a 5. eccleſia. ſti. 18. a. 1.

ᵃ Dei

*Heb. 11. c. 3

ᵇ Deus

*Pſal. 33. b. 6. 136. c. 6. iere. 10. b. 12. & 51. b 15.

*Pſal. 148 c. 4.

*Pſal. 33. b. 7. & 139 b. 12. 136. c. 6. Iob 38. c. 4.

*Pſal. 135. b. 7.

*Deus

*Ioſue 5. 4. 9. b. 6. bus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, & v- col. 3. b. 10. niuerſæque terræ, omnique reptili quod 1. cor. 11. b. 7

*Sapi. 2. 3 eccleſiaſti. 17. a. 1.

*Matth. 19. a. 4. eccleſiaſti. 17. a. 1. 5.

*Ioſue 8. c

*Exod. 31. d. 17.

*Eccleſiaſti. 39. c. 21. mar. 3. d. 37.

*Exo. 20. b. 11. & 31. d. 17. deute. 5. b. 4. hab. 4. b. 4

4 Istæ sunt generationes cæli & terræ, quã-
*Domi- nus do creatæ sunt, in die quo fecit *Deus cæ-
lum & terram,
5 Et omne virgultum agri antequam ori-
retur in terra, omnémque herbam regio-
nis priusquam germinaret: non enim plue-
rat Dominus Deus super terram, & homo
non erat qui operaretur terram.
6 Sed fons ascendebat e terra, irrigans vni-
uersam superficiem terræ.
7 Formauit igitur Dominus Deus homi-
nẽ de limo terræ, * & inspirauit in faciem
2. Corinth. f. 45. eius spiraculum vitæ, & factus est homo in
B animam viuentem.
8 Plantauerat autem Dominus Deus pa-
radisum voluptatis à principio: in quo po-
suit hominem quem formauerat.
9 Produxitque Dominus Deus de humo
omne lignum pulchrum visu, & ad esce-
dum suaue, lignum etiam vitæ in medio pa
radisi, lignumque scientiæ boni & mali.
10 Et fluuius egrediebatur de loco voluptā
tis ad irrigandum paradisum: qui inde di-
uiditur in quatuor capita.
11 Nomen vni * Phison: ipse est qui circuit
Ecclesiast. 24. c. 35 omnem terram Heuilath, vbi nascitur au-
rum, & aurum terræ illius optimum est,
12 Ibique inuenitur bdellium, & lapis ony-
chinus.
13 Et nomem fluuii secundi Gehon, ipse est
qui circuit omnem terram AEthiopiæ.
14 Nomen vero fluminis tertii, Tigris: ipse
vadit contra Assyrios. Fluuius autem quar-
tus, ipse est Euphrates.
15 Tulit ergo Dominus Deus hominem, &
C posuit eum in paradisum voluptatis, vt o-
perareturr, & custodiret illum:
16 Præcepitque ei, dicens, Ex omni ligno
paradisi comede:
17 De ligno autem scientiæ boni & mali ne
comedas: in quocunque enim die comede-
ris ex eo, morte morieris.
18 Dixit quoque Dominus Deus, Non est
bonum hominem esse solum: faciamus ei
adiutorium simile sibi.
19 Formatis igitur Dominus De⁹ de humo
cunctis animantibus terræ, & vniuersis vo-
latilib⁹ cæli, adduxit ea ad Adã, vt videret
quid vocaret ea. omne enim quod vocauit
Adam animæ viuẽtis, ipsum est nomẽ eius.
D 20 Appellauitque Adã nominibus suis cun-
cta animantia, & vniuersa volatilia cæli, &
omnes bestias terræ: Adæ vero non inue-
niebatur adiutor similis eius.
*Immisit ergo 21 *Immisitque Dominus Deus soporem in
Adam: cumque obdormisset, tulit vnam de
costis eius, & repleuit carnem pro ea.
22 Et ædificauit Dominus Deus costã quam
tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit
eam ad Adam.
*1. Cor. 11. h. 9. 23 Dixitque Adã, *Hoc nunc, os ex ossibus
*Matt. 19. a. 5, mar. 10. 7, ephes. 5. g. meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur
virago, quoniam de viro sumpta est.
24 Quam ob rem * relinquet homo patrem
suum & matrem, & adhærebit vxori suæ: &
erunt duo in carne vna.
1. Cor. 6. d. 16. 25 Erat autem vterque nudus, Adam scili-
cet & vxor eius: & non erubescebant.

CAP. III.

Serpens seducit mulierem. Maledicitur serpens. Pœna mulieris & viri. Promittitur Christus saluator. Adam eiicitur è paradiso.

1 SEd * & serpens erat callidior cunctis *Sap. 2. d. 24. animantibus terræ quæ fecerat Domi-
nus Deus: qui dixit ad mulierẽ, Cur præce-
pit vobis Deus vt non comederetis ex o-
mni ligno paradisi?
2 Cui respondit mulier, De fructu ligno-
rum quæ sunt in paradiso, vescimur:
3 De fructu vero ligni quod est in medio
paradisi, præcepit nobis Deus ne comede-
remus, & ne tangeremus illud, ne forte
moriamur.
4 Dixit autem serpens ad mulierem, * Ne- *2. Cor. 11. a. 3.
quaquam morte moriemini.
5 Scit enim Deus quòd in quocunque die
comederitis ex eo, aperientur oculi vestri:
& eritis sicut dii scientes bonum & malum.
6 Vidit igitur mulier quod bonum esset li-
gnum ad vescendum, & pulchrum oculis, a-
spectuque delectabile: & tulit de fructu
illius, * & comẽdit: deditque viro suo, qui * Ecclesiast. 25. d. 33. t. tim. 2. d. 14.
comẽdit.
7 Et aperti sunt oculi amborum: cumque
cognouissent se esse nudos, consuerunt fo-
lia ficus, & fecerunt sibi perizomata.
B 8 Et cum audissent vocem Domini Dei de-
ambulantis in paradiso ad auram post me-
ridiem, abscondit se Adam & vxor eius à
facie Domini Dei in medio ligni paradisi.
9 Vocauitque Dominus Deus Adam, & di-
xit ei, Vbi es?
10 Qui ait, Vocem tuam Domine audiui in
paradiso, & timui, eo quod nudus essem, &
abscondi me.
11 Cui dixit Dominus, Quis enim indicauit
tibi quòd nudus esses, nisi quod ex ligno de
quo præceperam tibi ne comederes, comedi-
sti?
12 Dixitque Adam, Mulier quam dedisti mi-
hi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. C
13 Et dixit Dominus Deus ad mulierẽ, Qua-
re hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens de-
cepit me, & comedi.
14 Et ait Dominus Deus ad serpẽtem, Quia
fecisti hoc, maledictus es inter omnia ani-
mantia, & bestias terræ: super pectus tuum
gradieris, & terram comedes cunctis diebus
vitæ tuæ.
15 Inimicitias ponam inter te & mulierem,
& semen tuum & semen illius: *ipsa conte- *Ipsius ipse
ret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo
eius.
16 Mulieri quoque dixit, Multiplicabo ærum-
nas tuas, & conceptus tuos: in dolore pa-
ries filios, & sub viri potestate eris, * & ipse * 1. Cor. 14. f. 34.
dominabitur tui.
17 Adæ vero dixit, Quia audisti vocem vxo-
ris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præ-
ceperam tibi ne comederes, maledicta terra
in opere tuo: in laboribus comedes ex
ea cunctis diebus vitæ tuæ.
18 Spinas & tribulos germinabit tibi, & cõ-
medes herbas terræ.
19 In sudore vultus tui vescêris pane tuo,
donec

donec reuertaris in terram de qua sum-
ptus es: quia pulvis es, & in pulverem re-
uerteris.
20 Et vocauit Adã nomen vxoris suæ, Heua:
eo quod mater esset cunctorum viuentium.
21 Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vx-
xori eius tunicas pelliceas, & indùit eos.
22 Et ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis
factus est, sciens bonum & malum. nunc er-
go ne forte mittat manum suam, & sumat
etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in
æternum.
*Et emi- sit 23 *Emisit eum Dominus Deus de paradiso
voluptatis, vt operaretur terram de qua
sumptus est.
24 Eiecitque Adam: & collocauit ante para-
disum voluptatis Cherubim, & flammeum
gladium atque versatilem, ad custodien-
dam viam ligni vitæ.

CAP. IIII.

Cain occidit fratrem Abelem iustum. Defertur Cain. Generatio Henoch, Mathusael, Tubal, Lamech, Seth, Enos.

1 ADam verò cognouit vxorem suã He-
uam: quæ concepit & peperit Cain, di-
cens, Possedi hominem per *Deum.
*Dominum. 2 Rursumque peperit fratrem eius Abel.
Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain a-
gricola.
3 Factum est autem post multos dies vt of-
ferret Cain de fructibus terræ munera Do
mino.
*Hebr. 11. a. 4. 4 *Abel quoque obtulit de primogenitis
gregis sui, & de adipibus eorum: & respe-
xit Dominus ad Abel, & ad munera eius.
5 Ad Cain autem, & ad munera illius non
respexit: iratusque est Cain vehementer, &
concidit vultus eius.
6 Dixitque Dominus ad eum, Quare ira-
tus es? & cur concidit facies tua?
7 Nonne si bene egeris, recipies: sinautem
male, statim in foribus peccatũ tuum ad-
erit? sed sub te erit appetitus eius, & tu do-
minaberis illius.
B 8 Dixitque Cain ad Abel fratrem suum, E-
grediamur foras. Cumque essent in agro,
*Sap. 10. a. 3. matth. 23. d. 35. 1. Ioan. 3. b. 23. iudæ 1. d. 11. *consurrexit Cain aduersus fratrem suum
Abel, & interfecit eum.
9 Et ait Dominus ad Cain, Vbi est Abel fra
ter tuus? Qui respondit, Nescio. numquid cu
stos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum,
10 Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui cla-
mat ad me de terra.
11 Nùc igitur maledictus eris super terram:
quæ aperuit os suum, & suscepit sangui-
nem fratris tui de manu tua.
12 Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi
fructus suos: vagus & profugus eris super
terram.
13 Dixitque Cain ad Dominum, Maior est
iniquitas mea, quàm vt veniam mercar.
14 Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à
facie tua abscondar, & ero vagus & profu-
gus in terra: omnis igitur qui inuenerit
me, occidet me.
C 15 Dixitque ei Dominus, Nequaquam ita
fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septu-
plum punietur. Posuitque Domin⁹ in Caiu
signum, vt non interficeret eum omnis qui
inuenisset eum.
16 Egressusque Cain à facie Domini, habi-
tauit profugus in terra ad Orientalem pla
gam Eden.
17 Cognouit autem Cain vxorem suã, quæ
concepit, & peperit Henoch: & ædificauit
ciuitatem, vocauitque nomen eius ex no-
mine filii sui, Henoch.
18 Porrò Henoch genuit Irad, & Irad ge-
nuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathu-
sael, & Mathusael genuit Lamech.
19 Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada,
& nomen alteri Sella.
20 Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater ha-
bitantium in tentoriis, atque pastorum:
21 Et nomen fratris eius Iubal: ipse fuit pa-
ter canentium cithara & organo. D
22 Sella quoque genuit Tubal-cain, qui fuit
malleator & faber in cuncta opera æris &
ferri. Soror verò Tubal-cain, Noema.
23 Dixitque Lamech vxoribus suis Adæ &
Sellæ, Audite vocem meã vxores Lamech,
auscultate sermonem meum quoniam occi
di virum in vulnus meum, & adolescentu-
lum in liuorem meum.
24 Septuplum vltio dabitur de Cain: de La-
mech verò septuagies septies.
25 Cognouit quoque adhuc Adam vxorem
suam: & peperit filium, vocauitque nomen
eius Seth: dicẽs, Posuit mihi Deus semen
aliud pro Abel, quem occidit Cain.
26 Sed & Seth natus est filius, quem vocauit
Enos. Iste cœpit inuocare nomen Domi-
ni.

CAP. V.

Genealogia Adæ, Set, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathusalæ, & Noe.

1 Hic est liber generationis Adam. In die
qua creauit Deus hominem, ad simi- *Sap. 2. d. 23, eccles. 17. d. 1, infra 9. a. 6.
litudinem Dei fecit illum.
2 *Masculum & fœminã creauit eos: & be-
nedixit illis: & vocauit nomen eorũ Adam, *supra 1. d. 26.
in die quo creati sunt.
3 Vixit autem Adam cẽtum triginta annis:
& genuit filium ad imaginem & similitudi-
nem suam, vocauitque nomen eius Seth.
4 Et facti sunt dies Adam postquam ge-
nuit Seth, octingenti anni: genuitque filios
& filias.
5 Et factum est omne tempus quod vixit
Adã, anni nongenti triginta, & mortuus est.
6 Vixit quoque Seth centum quinque an-
nis, & genuit Enos.
7 Vixitque Seth postquam genuit Enos, B
octingentis septem annis, genuitque filios
& filias.
8 Et facti sunt omnes dies Seth nongento-
rum duodecim annorum, & mortuus est.
9 Vixit verò Enos nonaginta annis, & ge-
nuit Cainan.
10 Post cuius ortum vixit octingentis quin-
decim annis, & genuit filios & filias.
11 Factique sunt omnes dies Enos nongenti
quinque annis, & mortuus est.
12 Vixit quoque Cainan septuaginta annis,
a. ij.

& genuit Malaleel.
13 Et vixit Cainan postquàm genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias.
14 Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus est.
15 Vixit autem Malaleel sexagintaquinque annis, & genuit Iared.
16 Et vixit Malaleel postquàm genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias.
17 Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonagintaquinque anni, & mortu⁹ est.
C 18 Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch.
19 Et vixit Iared postquâ genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias.
20 Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est.
21 Porro Henoch vixit sexagintaquinque annis, & genuit Mathusalam.
*Ecclesiasti.44.c. 1.hebr.11. a.5.
22 * Et ambulauit Henoch cũ Deo: & vixit Henoch postquâ genuit Mathusalam, trecentis annis, & genuit filios & filias.
23 Et facti sunt omnes dies Henoch, trecenti sexagintaquinque anni.
24 Ambulauitque cum Deo: & non apparuit: quia tulit eum Deus.
D 25 Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech.
26 Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias.
27 Et facti sunt omnes dies Mathusalæ nõgenti sexagintanouẽ anni, & mortuus est.
28 Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium:
29 Vocauitque nomen eius Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus.
30 Vixitque Lamech, postquã genuit Noe, quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios & filias.
31 Et facti sunt omnes dies Lamech, septingẽti septuaginta septẽ anni, & mortuus est.
32 Noe vero quum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

CAP. VI.

Causa diluuii. Cordis humani malitia. Noe iussu prædicit diluuium Deus. Arcæ forma.

1 CUmque cœpissent homines multiplicari super terrã, & filias procreassent,
2 Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt.
3 Dixitque Dominus, Nõ permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: erũntque dies illius centum viginti annorum.
4 Gigantes autem erant super terram in diebus illis. postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerũt, isti sunt potẽtes à seculo viri famosi.
B *Infrà 8. d.21, mat. 15.d.19.
5 Videns autem Dominus, *quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore,
6 Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus,
7 Delebo, inquit, hominem quem creaui, à facie terræ, ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque ad volucres cæli, pœnitet enim me fecisse eos.
8 Noe verò inuenit gratiã corã Domino.
9 Hæ sunt generationes Noe: *Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. *Ecclesia. 44.c.17.
10 Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth.
11 Corrupta est autem terra coram Deo, & C repleta est iniquitate.
12 Cumque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe,
13 Finis viuentium carnis venit coram me

ARCA NOE.

A B *Longitudo, 300 cubitorum.*
B C *Latitudo, 50 cubitorum.*
D E *Altitudo, 30 cubitorum.*
F *Fenestra, altitudinis cubiti.*
G *Ostium arcæ ex latere fenestræ.*
H I K *Arca tria habebat tabulata, quorum vltimum pr domino tectum in contemplationem defunctis.*

repleta

repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra.
14 Fac tibi arcam de liguis leuiga is, mansiunculas in arca facies, & bi umine linies intrinsecus & extrinsecus.
15 Et sic facies eam, Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum lati udo, & triginta cubitorum altitudo illius.
16 Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatem eius: ostium autem arcæ pones ex latere: deorsum, cœnacula, & tristega facies in ea.
D 17 Ecce ego adducam aquas diluuii super terram, vt interficiam omnem carnem in qua spiritus vitæ est subter cælum, & vniuersa quæ in terra sunt, consumentur.
18 Ponamque fœdus meum tecũ: & ingredieris arca tu & filii tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.
19 Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam, vt viuãt tecum: masculini sexus & fœminini.
20 De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suum bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere.
21 Tolles igitur tecũ ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi, quam illis in escam.
22 Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.

CAP. VII.

Noe iustus arcam ingreditur: & qui cum eo. Diluuii inundatio. Diluuio omnia pereunt.

*2.Pet.2.1 a.5. DIxitque Dominus ad eũ, *Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac.
2 Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminam: de animantibus verò immundis duo & duo, masculum & fœminam.
3 Sed & de volatilibus cæli septena & septena, masculum & fœminam: vt saluetur semen super faciem vniuersæ terræ
4 Adhuc enim, & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam quam feci de superficie terræ.
*Mat.24. d.37, luc 17.f.26. 2.pet.3.d. 20. 5 *Fecit ergo Noe omnia quæ mãdauerat ei Dominus.
6 Eratque sexcentorum annorum quando diluuii aquæ inundauerunt super terram.
7 Et ingressus est Noe & filii eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuii.
B 8 De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur super terram.
9 Duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut præceperat *Dues. Dominus Noe.
10 Cumque transissent dies, aquæ diluuii inundauerunt super terram.
11 Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt:
12 Et facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. C
13 In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filii eius: & v- "tres xor illius, & "vxores filiorum eius cum eis in arcam:
14 Ipsi & omne animal secũdum genus suũ vniuersaque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum.
15 Vniuersæ aues, omnesque volucres ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ.
16 Et quæ ingressa sunt, masculus & fœmina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus; & inclusit eum Dominus defuris.
17 Factúmque est diluuium quadraginta diebus super terram: & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra.
18 Vehementer enim inundauerũt, & omnia repleuerunt in superficie terræ: porro arca ferebatur super aquas.
19 Et aquæ præualuerunt nimis super terram: operta sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cælo.
20 Quindecim cubitis altior fuit aqua super- D mon es quos operuerat.
21 *Cõsumptáque est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniúmque reptilium quæ reptant super terram. *Sap.10. d.4, ecclesiast.39.c. 28.
22 Vniuersi homines & cũcta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.
23 Et deleuit Deus omnem substãtiam quæ erat super terram, ab homine vsque ad pecus, tam reptile quam volucres cæli, & deleta sunt de terra: *remansit autem solus *1.Pet.3. Noe & qui cum eo erant, in arca. d.20.
24 Obtinuerũntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

CAP. VIII.

Cessat diluuium. Emissis coruo & columbâ, egreditur Noe. Offert holocaustum. Diluuium nunquam futurum. Cordis humani malitia.

1 REcordatus autem Dominus Noe, cun- *Deus ctorúmque animantium & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ.
2 Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cælo.
3 Reuertãtque sunt aquæ de terra, euntes & redeuntes: & cœperunt minui post centum quinquagesimum dies.
4 Requieuitque arca mense septimo, vicesimoseptimo die mensis super montes Armeniæ.
5 At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mensem: decimo enim mense, primo die mensis apparuerunt cacumina montium.

6 Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ quã fecerat,
7 Dimisit corum: qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram.
8 Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ.
9 Quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: (aquæ enim erant super vniuersam terrã:) extendit que manum suam, & apprehẽsam intulit in arcam,
10 Expectatis autem vltrã septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca.
11 At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo, intellexit ergo Noe quòd cessassent aquæ super terram.
12 Expectauitque nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quæ non est reuersa vltrã ad eum.
13 Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram: & aperiens Noe tectum arcæ aspexit, vidit que quòd exiccata esset superficies terræ.
14 Mense secundo, septimo & vicesimo die mensis arefacta est terra.
15 Locutus est autẽ Dominus ad Noe, dicẽs,
16 Egredere de arca tu & vxor tua, filii tui & vxores filiorum tuorum tecum.
17 Cuncta animantia quæ sunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quàm in bestiis & vniuersis reptilibus quæ reptant super terram educ tecum, & ingredimini super terrã: creſcite & multiplicamini super eam.
18 Egressus est ergo Noe & filii eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo.
19 Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca.
20 Ædificauit autẽ Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.
21 Odoratusque est Dominus odorem suauitatis, & ait ad eum, Nequaquam vltrà maledicã terræ propter homines: *sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem, sicut feci.
22 Cunctis diebus terræ, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent.

CAP. IX.

Benedicitur Noe: Confirmatio coniugii. Concessio ciborum, ius gladii. Pactum inito cum Noe, nunquam futurum diluuium. Iris. Noe, agricola & inebriatus. Maledicitur Cham.

1 Benedixitque Deus Noe & filiis eius. Et dixit ad eos, *Creſcite & multiplicamini, & replete terram.
2 Et terror vester ac tremor sit super cuncta animãlia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt.
3 *Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia:
4 *Excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis.
5 Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis.
6 *Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.
7 *Vos autem creſcite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.
8 Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo,
9 Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos:
10 Et ad omnem animam viuentem quæ est vobiscum, tam in volucribus, quàm in iumentis & pecudibus terræ, cunctisque quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis terræ.
11 *Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium dissipans omnem terram.
12 Dixitque Deus, Hoc est signum fœderis, quod do inter me & vos, & omnem animam viuentem quæ est vobiscum in generationes sempiternas:
13 Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram.
14 Cumque obduxero nubibus cælum, * apparebit arcus meus in nubibus cæli:
15 Et recordabor fœderis mei quod pepigi vobiscum & cum omni anima viuente quę carnem vegetat: & non erunt vltrà aquæ diluuii ad delendam vniuersam carnem.
16 Erítque arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni quod pactum est inter Deum & " omnem animam viuentem vniuersæ carnis quæ e super terram.
17 Dixitque Deus ad Noe, Hoc ° est signum fœderis quod constitui inter me & omnem carnem super terram.
18 Erant ergo filii Noe qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipse est pater Chanaan.
19 Tres isti, filii sunt Noe: & ab his dissemînatum est omne genus hominum super vniuersam terram.
20 Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam.
21 Bibénsque vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo.
22 Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nun tiauit duobus fratribus suis foras.
23 At vero Sem & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciésque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt.

Fuigi

24 Euigilans autem Noe ex vino, cùm didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait,
25 Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.
26 Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius.
27 Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius.
Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis.
28 Et impleti sunt omnes dies eius nongentorũ quinquaginta annorum: & mortuus est.

CAP. X.

Genealogia Iapheth, Sem, & Cham. A quibus diuisæ regiones. Nemrod. Niniue, Philistiim, Chanaan, Filii Sem. Phaleg.

1 Hæ sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natique sunt eis filii post diluuium.
2 Filii Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras.
3 Porro filii Gomer: Ascenez & Riphath & Thógorma.
4 Filii autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim.
5 Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguã suã & familias suas in nationibus suis.
6 Filii autem Cham: Chus, & Mesraim, & Phut, & Chanaan.
7 Filii autem Chus: Saba, "Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Filii Regma: Saba, & Dadan.
8 Porrò Chus genuit Nemrod. ipse cœpit esse potens in terra.
9 Et erat robustus venator coram Domino, ab hoc exiuit prouerbium, Quasi Nemrod robustus venator coram Domino.
10 Fuit autem principium regni eius Babylon & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar.
11 De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale.
12 Resen quoque inter Niniuen & Chale: hæc est ciuitas magna.
13 At verò Mesraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuim,
14 Et Phetrusim & Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthiim, & Caphtorim.
15 Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum
16 Et Iebusæum & Amorrhæũ & Gergeseũ
17 Et Heuæum & Aracæum, Sinæum
18 Et Aradium, Samaræum & Hamathæum: & per hos dissemînati sunt populi Chananæorum.
19 Factique sunt terminî Chanaan venientibus à Sidone Geraram vsque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam & Seboim vsque Iasa.
20 Hi sunt filii Cham in cognationibus & linguis & generationibus, terrisque & gentibus suis.
21 De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapher, maiore.
22 Filii Sem: Aelam & Assur & Arphaxad, " Lud & Aram,
23 Filii Aram: Hus & Hul & Gether & Mes.
24 At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Geber.
25 Nati que sunt Heber filii duo. nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuisa sit terra: & nomen fratris eius Iectan.
26 Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph, & Asarmoth, Iare,
27 Et Adoram & Vzal & Decla
28 Et Hebal & Abimael, Saba
29 Et Ophir & Heuila & Iobab. omnes isti, filii Iectan.
30 Et facta est habitatio eorum de Messa pergentib⁹ vsque Sephar montẽ Oriẽtẽ.
31 Isti sunt filii Sem secundum cognati ones & linguas & regiones in gentibus suis.
32 Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes suas. Ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

CAP. XI.

Ædificatio Babel. Confusio linguarum. Genealogia Sem, Arphaxad, Sale, Phaleg, Nachor, Thare, Abram, Loi, Sarai. Thare moritur.

1 Erat autem terra labii vnĩ, & sermonum eorundem.
2 *Cumque proficiscerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo.
3 Dixitque alter ad proximum suum, Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habuerúntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento:
4 Et dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen perringat ad cælum: & celebremus nomen nostrum antequàm diuidamur in vniuersas terras.
5 Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim quam ædificabant filii Adam,
6 Et dixit, Ecce, vnus est populus, & vnum est labium omnibus: cœperúntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.
7 Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui.
8 Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem.
9 Et idcireo vocatum est nomen ° loci illius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.
10 Hæ sunt generationes Sem. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium.
11 Vixitque Sem postquã genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias.
12 Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale.
13 Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale, * trecentis tribus annis: & genuit filios & filias.
14 Sale quoque vixit triginta annis: & genuit Heber.
15 Vixitque Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios

filias.

& filias.
16 Vixit autem Heber trigintaquatuor annis, & genuit Phaleg.
17 Et vixit Heber postquã genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias.
18 Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu.
*1. Par. 1. b. 25. 19 *Vixitque Phaleg postquã genuit Reu, ducentis nouem annis: & genuit filios & filias.
*triginta duobus. 20 Vixit autem Reu *trigintaquinque annis, & genuit Sarug.
21 Vixit quoque Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis: & genuit filios & filias.
22 Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor.
23 Vixitque Sarug postquàm genuit Nachor, ductis annis: & genuit filios & filias.
24 Vixit autem Nachor vigintinouem annis, & genuit Thare.
25 Vixitque Nachor postquàm genuit Thare, cẽtum decem & nouem annis: & genuit
D filios & filias.
*1. Para. 1. b. 25, infra 24. a. 2 26 *Vixitque Thare septuaginta annis: & genuit Abram & Nachor & Aran.
27 Hæ sunt autem generationes Thare, Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porro Aran genuit Lot.
28 Mortuusque est Aran ante Thare patrẽ suum, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum.
29 Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchæ & patris Iescheæ.
30 Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.
31 Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran filium filii sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filii sui, * & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terrã Chanaan: veneruntque vsque Aran, & habitauerunt ibi.
*Ios. 24. a. 3, neh. 9. b. 2, iudith 5. a. 6, act. 7. a. 4. 32 Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorũ, & mortuus est in Haran.

CAP. XII.

Abra egredienti terram suam benedixit Deus, promittitque Christum, & Chanaan. Rapta ei redditur vxor, percussa Pharaone à Deo.

1 DIxit autẽ Dominus ad Abram. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã quam *monstrauero tibi.
*Act. 7. a. . *monstrabo
2 Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eris que benedictus.
3 Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicẽtibus tibi, atque * IN TE benedicentur vniuersæ cognationes terræ.
Christus. *Gal. 3. b. 2. 4 * Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & fuit cum eo Lot: septuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran.
*Infrà 18. a. 18. 21. d. 18, 26 a. 4 *Heb. 11. b. 8. 5 Tulitque Sarai vxorem suam, & Lot filiũ
B fratris sui, vniuersámque substãtiam quam possederãt, & animas quas fecerãt in Harã, & egressi sunt vt irẽt in terram Chanaan.
6 Cumque venissent in eam, pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, & vsque ad Conallem illustrem: Chananæus autem tunc erat in terra.
7 *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei, *Semini tuo dabo terram hãc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. & inuocauit ibi nomen eius.
*Appa-ruitque. *Infra 13. d. 15. d. 18, 26. a. 3, deut. 34. a. 4.
8 Et inde transgrediens ad montem qui erat contra Orientem Beth-el, tetendit ibi tabernaculum suum, ab Occidente habens Beth-el, & ab Oriente Hai, ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius.
9 Perrexitque Abram vadens & vltrà progrediens ad Meridiem.
10 Facta est autẽ fames in terra: descenditque Abram in AEgyptum, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra.
C
11 Cumque propè esset vt ingrederetur AEgyptum, dixit Sarai vxori suæ, Noui quod pulchra sis mulier:
12 Et quòd cum viderint te AEgyptii, dicturi sunt, Vxor illius est. Et interficient me, & te reseruabunt.
13 Dic ergo obsecro te, * quòd soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. *Infrà 20. c. 5. 11.
14 Cùm itaque ingressus esset Abram AEgyptum, viderunt AEgyptii mulierem quod esset pulchra nimis.
15 Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum, & sublata est mulier in domum Pharaonis.
16 Abram verò bene vsi sunt propter illã. Fuerũntque ei oues & boues & asini & ser D ui, & famulæ & asinæ & cameli.
17 Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abram.
18 Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei, Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti mihi quod vxor tua esset?
19 Quam ob causam dixisti esse sororẽ tuã, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nũc igitur ecce coniunx tua, accipe eam, & vade.
20 Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

CAP. XIII.

Abram diues d'uidit terram cum fratre suo Lot. Abra secundò promittitur terra Chanaan.

1 AScendit ergo Abram de AEgypto, ipse & vxor eius, & omnia quę habebat, & Lot cum eo ad Australem plagam.
2 Erat autem diues valde in possessione auri & argenti. *Abram.
3 Reuersúsque est per iter quo venerat, à Meridie in Beth-el, vsque ad locũ vbi prius fixerat tabernaculum inter Beth-el & Hai:
4 *In loco altaris quod fecerat pri-, & inuocauit ibi nomen Domini. *Supra 12. a. 8.
5 Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium & armenta & tabernacula.

Nec

*Infrà 36. 6. 7. 6 *Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibãt habitare communiter.
B
7 Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa.
8 Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus.
9 Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro. Si ad sinistrã ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.
10 Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequàm subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus Domini, & sicut AEgyptus venientibus in Segor.
C
11 Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente: diuisique sunt alter utrum à fratre suo.
12 Abram habitauit in terra Chanaan: Lot verò moratus est in oppidis quæ erãt circa Iordanem, & habitauit in Sodomis.
13 Homines autem Sodomitæ pessimi erãt, & peccatores coram Domino nimis.
14 Dixitque Dominus ad Abram postquàm diuisus est ab eo Lot, Leua oculos tuos in directum, & vide à loco in quo nunc es ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem.
*Supr. 12. b. 7, infrà 15. a. 5, 26. a. 3. 15 *Omnem terram quã conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum.
D
*possit *numerari 16 Faciámque semen tuum sicut puluerem terræ: si quis *potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum *numerare poterit.
17 Surge ergo, & perambula terram in longitudine & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam.
18 Mouẽs igitur tabernaculũ suum Abram, venit, & habitauit iuxta Conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.

CAP. XIIII.

Abra victoria contra Sodomitas. Lot captiuus liberatur ab Abram. Melchisedec offert munera Abræ.

1 FActum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahómor rex AElamitarum, & Thadal rex Gentium,
2 Inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regem Adamæ, & contra Semẽber regem Seboim, contráque regem Balæ, ipsa est Segor.
3 Omnes hi conuenerunt in vallem Syluestrem, quæ nunc est mare salis.
4 Duodecim enim annis seruierant Chodorlahómor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo.
5 Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & reges qui erãt cum eo: percusserúntque Raphaim in Astaroth Carnáim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathãim,
6 Et Corrhæos in montibus Seir, vsque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine.
7 Reuersique sunt, & venerunt vsque ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum & Amorrhæorum qui habitabant in Hasason-thamar.
8 Et egressi sunt rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, réxque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle Syluestri,
9 Scilicet aduersus Chodorlahómor regẽ AElamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regẽ Sennaar, & Arioch regẽ Ponti: quatuor reges aduersus quinque.
10 Vallis autem Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorũ, & rex Gomorrhæ terga vertérunt, ceciderúntque ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem.
11 Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorrhæorum, & vniuersa quæ ad eibum pertinent, & abierunt: *Gomorrhæ.
12 Necnon & Lot & substãtiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.
C
13 Et ecce vnus qui euaserat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conuallo Mambre Amorrhæi fratris Eschol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram.
14 Quòd cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & persecutus est eos vsque Dan.
15 Et diuisis sociis, irruit super eos nocte: percussítque eos, & persecutus est eos vsque Hoba & Phœnicen, quæ est ad læuam Damasci.
16 Reduxítque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum.
17 Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius postquàm reuersus est à cæde Chodorlahómor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis.
18 *At vero Melchi-sedec rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) *Heb. 7. c. 3.
19 Benedixit ei, & ait, Benedictus Abrã Deo excelso qui creauit cælum & terram:
20 Et benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.
21 Dixit autem rex Sodomorũ ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi.
22 Qui respondit ei, Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ,
23 Quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiã ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditaui Abram.
24 Exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre: isti accipient partes suas.

CAP. XV.

Abre promittitur Isaac citem tertiò & quarti terra Chanaan. Fides Abre. Seruitus & liberatio filiorum Israel.

HIs itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem, dicens, Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.

2 Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.

3 Addiditque Abram, Mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus hæres meus erit.

4 Statimque sermo Domini factus est ad eum, dicens, Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem.

Ro.4.e.18 5 Eduxitque eum foras, & ait illi, *Suspice cælum, & numera stellas si potes. Et dixit ei, Sic erit semen tuum.

B

Ro.4.a.3, Gal 3.a.6. Iac.2.d.23 6 *Credidit Abram Deo, & reputatum illi ad iustitiam.

7 Dixitque ad eum, Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam.

Domino

8 At ille ait, Domine Deus, vnde scire possum quod possessurus sim eam?

9 Et respondens Dominus, Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.

Ier.34.d. 18. 10 Qui tollens vniuersa hæc, *diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit.

C

11 Descenderúntque volucres super cadavera, & abigebat eas Abram.

12 Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum.

Act. 7.a. 6. 13 Dictumque est ad eum, *Scito prænoscés quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis.

Exo.12.f. 40. 14 Veruntamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia.

15 Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.

D

Exod. 12. f.41. 16 *Generatione autem quarta reuertétur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorũ vsque ad præsens tempus.

17 Cũ ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis trãsiit inter diuisiones illas.

Supra 12. b. 7. 13. d. 15, infra 26. a. 4. Neh. 34. a. 4. 3. Reg. 4. d. 21. 2. Par. 9. f. 26. 18 *In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens, Semini tuo dabo terram hanc à fluuio AEgypti vsque ad fluuium magnum Euphraten,

19 Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos,

20 Et Hethæos & Pherezæos, Raphaim quoque,

21 Et Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos, & Iebusæos.

CAP XVI.

Agar concipit, Fugit Saram. Consolatur ab angelo, Parit Ismaelem.

1 IGitur Saraí vxor Abram non genuerat sibi liberos: sed habés ancillam AEgyptiam nomine Agar,

2 Dixit marito suo, Ecce conclusit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si forte saltẽ ex illa suscipiã filios. *acquiesillet.

3 Cúmque ille acquieuisset deprecanti, tulit Agar AEgyptiam ancillam suam post annos decem quam habitare cœperant in terra Chanaã: & dedit eã viro suo vxorẽ.

4 Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam.

5 Dixitque Saraí ad Abrã, Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quòd conceperit, despectui me habet. Iudicet Dominus inter me & te.

6 Cui respondens Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Saraí, fugam iniit.

7 Cúmque inuenisset eam angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine quæ est in via Sur in deserto,

8 Dixit ad illam, Agar ancilla Saraí vnde venis? & quò vadis? Quæ respondit, A facie Saraí dominæ meæ ego fugio.

9 Dixitque ei angelus Domini, Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. C

10 Et rursum, Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine.

11 Ac deinceps, Ecce, ait, concepisti, & paries filiũ: vocabisque nomen eius Ismael, eo quòd audierit Dominus afflictionẽ tuã.

12 Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & ex regione vniuersorum fratrum suorum æget tabernacula.

13 Vocauit autem Agar nomẽ Domini qui loquebatur ad eam, Tu Deus qui vidisti me. dixit enim, Profectò hîc vidi posteriora videntis me. D

14 *Propterea appellauit illum, Puteum viuentis & videntis me. ipse est inter Cades & Barad. Infrà 24. 62.

15 *Peperitque Agar Abræ filium: quem vocauit nomen eius Ismael. Gala. 4. c.22.

16 Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaelem.

CAP. XVII.

Abram nominatur Abraham. Promittitur ei qdmto terra Chanaan. Circumciso. Sarai nominatur Sara. Promittitur Abrahæ Isaac. Orat Abraham pro Ismaele. Circumciditur cum tota domo.

1 POstquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus: dixitque ad eum, Ego Dominus omnipotens: Ambula coram me, & esto perfectus. Deus.

2 *Ponámque fœdus meum inter me & te: & multiplicabo te vehementer nimis. Ecclesiasti 44.c. 20.

3 Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitque ei Deus,

4 Ego sum, & ponam pactũ meum tecum, *eritque pater multarum gentium. Ro. 4. c. 17.

Nec

5 Nec vltrà vocabitur nomẽ tuum Abram: sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te.

6 Faciámque te crescere vehementissimè, & ponam te in Gentibus, Regésque ex te egredientur.

7 Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno: vt sim Deus tuus & seminis tui post te.

B

*poste 8 Daboque tibi & semini tuo *terram peregrinationis tuæ, & omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eróque Deus eorum.

9 Dixitque iterum Deus ad Abraham, Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis.

10 Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos & semen tuum post te,

Act.7.a.8 *Circumcidetur ex vobis omne masculinũ:

11 Et circuncidetis carnem præputii vestri, Ro.4.b. 11. *vt sit in signum fœderis inter me & vos.

12 *Infans octo dierum circuncidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus, quàm emptitius circuncidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra:

Lev.12.a. 3, Luc.2.c. 21.

13 Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.

14 Masculus cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.

C 15 Dixit quoque Deus ad Abraham, Saraí vxorem tuã non vocabis Saraí, sed Saram.

16 Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo.

17 Cecidit Abraham in faciem suam, & risit: in corde suo dicens, Putásne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet?

Infr.18. b. 10, & 11. a.2. 18 Dixitque ad Deum, *Vtinam Ismael viuat coram te.

19 Et ait Deus ad Abraham, Sara vxor tua pariet tibi filiũ, vocabisque nomen eius Isaac, & constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum.

20 Super Ismael quoque exaudiui te. ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gẽtem magnam.

21 Pactum vero meum statuam ad Isaac quem pariet tibi Sara, tempore isto in anno altero.

D 22 Cúmque finitus esset sermo loquentis cum eo, Ascendit Deus ab Abraham.

23 Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, vniuersósque quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: & circuncidit carnem præputii eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus.

24 Abraham nonaginta & nouem erat annorum quãdo circuncidit carnẽ præputii sui.

25 Et Ismael filius eius tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ.

26 Eadem die circuncisus est Abraham & Ismael filius eius,

27 Et omnes viri domus illius, tam vernaculi, quàm emptitii & alienigenæ pariter circuncisi sunt.

CAP. XVIII.

Abraham hospitio suscipit angelos. Promittitur ei Isaac. Ridet Sara. Prædicitur Abrahæ interitus Sodomorum. Orat pro Sodomitis.

1 APparuit autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei.

2 Cúmque eleuasset oculos, *apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terrã: Heb.13.a.

3 Et dixit, Domine, si inueni gratiã in oculis tuis, ne transeas seruum tuum:

4 Sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore.

5 Ponámque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis: sic dixerat enim declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt, Fac vt loquutus es.

6 Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei, Accelera, tria sata similæ cõmisce, & fac subcinericios panes.

7 Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum: dedítque puero, qui festinauit, & coxit illũ.

8 Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse vero stabat iuxta eos sub arbore.

9 Cúmque comedissent, dixerũt ad eum, Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit, Ecce in tabernaculo est. B

10 Cui dixit, *Reuertẽs veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi. Supra 17. c.19, infra 21.a.1. 1.m.9.b.9

11 Erant autem ambo senes, prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria.

12 Quæ risit occultè, dicens, Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptari operam dabo?

13 Dixit autem Dominus ad Abrahã, Quare risit Sara vxor tua, dicens, Num verè parturam sum anus?

14 Nunquid Deo quicquã est difficile? iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.

15 Negauit Sara, dicens, Non risi: timore perterrita. Dominus autem, Non est, inquit, ita: sed risisti.

C

16 Cùm ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham simul gradiebatur deducens eos.

17 Dixitque Dominus, Num celare potero Abraham quæ gesturus sum:

18 Cùm futurus sit in gentẽ magnam ac robustissimam, & BENEDICENDAE Christus. sint in illo omnes nationes terræ?

19 Scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se vt custodiant viã Domini, & faciant iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abrahã omnia quæ loquutus est ad eum.

20 Dixit itaque Dominus, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est,

& peccatum eorum aggrauatum est nimis.
21 Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam.
22 Conuerterúntque se inde, & abierunt Sodomam: Abraham verò adhuc stabat coram Domino.
23 Et appropinquans ait, Nunquid perdes iustum cum impio?
24 Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & no parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo?
25 Absit à te vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiátque iustus sicut impius, nō est hoc tuum, qui iudicas omnem terram: nequaquam facies iudicium hoc.
D 26 Dixitque Dominus ad eum, Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.
27 Respondénsque Abraham, ait, Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis.
28 Quid si minus quinquaginta iustis, quinque fuerint: delebis propter 'quadraginta-quinque vniuersam vrbem? Et ait, Nō delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque.
29 Rursúmque loquutus est ad eũ, Sinauté quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, Nō percutiã ꝓpter quadraginta.
30 Ne quæso, inquit, indigneris Domine, si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit, Non faciam, si iuuenero ibi triginta.
31 Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum. Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Non interficiam propter viginti.
32 Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decem? Et dixit, Non delebo propter decem.
33 Abiitque Dominus postquàm cessauit loqui ad Abraham: & ille reuersus est in locum suum.

'quinque.

CAP. XIX.

Lot hospitio suscipit angelos. Sodomorum libido. & eorum subuersio. Lot liberatur à Deo. Segor ciuitas. Vxor Lot mutatur in statuam salis. Ebrietas Lot, & ipsius incestus crimen cum filiabus.

1 VEnerúntque duo Angeli Sodomam vespere, sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cùm vidisset eos, *surrexit, & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terrã, & dixit,
2 Obsecro Domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt, Minimè, sed in platea manebimus.
3 Compulit illos oppido vt diuerterent ad eum: ingressíque domum illius, fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt.
4 Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum illius à puero vsque ad senem, omnis populus simul.
5 Vocauerúntque Lot, & dixerunt ei, Vbi
B sunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoscamus eos.
6 Egressus ad eos Lot, post tergum accludens ostium, ait,
7 Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere.
8 Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum: educã eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei.
9 At illi dixerunt, Recede illuc. Et rursus, Ingressus es, inquiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. *Vimque faciebant Lot vehementissimè: iámque prope erat vt effringerent fores.
10 Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clausérúntque ostium:
11 Et eos qui foris erant *percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.
12 Dixerunt autem ad Lot, Habes hîc quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac:
13 Delebimus enim locum istum, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos vt perdamus illos.
14 Egressus itaque Lot, loquutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, & dixit, Surgite, & egredimini de loco isto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Visus est eis quasi ludens loqui.
15 Cùmque esset mane, cogebant eum Angeli, dicentes, Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis.
16 Dissimulante illo, *apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi. Eduxerúntque eum, & posuerunt extra ciuitatem.
17 Ibique loquuti sunt ad eum, dicéntes, Salua animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.
18 Dixitque Lot ad eos, Quæso Domine mi,
19 Quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti gloriam & misericordiã tuam quã fecisti mecũ vt saluares animam meam: nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum, & moriar.
20 Est ciuitas *hîc iuxta, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: nunquid non modica est, & viuet anima mea?
21 Dixitque ad eum, Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua loquutus es.
22 Festina, & saluare ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Ideirco vocatum est nomen vrbis illius Segor.
23 Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor.
24 *Igitur Dominus pluit super Sodomã & Gomorrham sulphur & ignem, à Domino de cælo:
25 Et subuertit ciuitates has & omnem circa regionẽ, vniuersos habitatores vrbium,
& cuncta terræ virentia.
26 Respiciénsque vxor eius post se, versa est in statuam salis.
27 Abraham autem consurgens mane vbi steterat prius cum Domino,
28 Intuitus est Sodomam & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius: vidítque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum.
29 Cùm enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ: & liberauit Lot de subuersione vrbium in quibus habitauerat.
F 30 Ascendítque Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo.
31 Dixitque maior ad minorem, Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersæ terræ.
32 Veni, inebriemus eum vino, dormiamúsque cum eo: vt seruare possimus ex patre nostro semen.
33 Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est maior, dormiítque cum patre: erat ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit.
G 34 Altera quoque die dixit maior ad minorem, Ecce dormiui heri cum patre meo: demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt saluemus semen de patre nostro.
35 Dederúntque etiam & illa nocte patri suo bibere vinum, ingressáque minor filia, dormiuit cum eo: & nec tùc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexit.
36 Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo.
37 Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarum vsque in præsentem diem.
38 Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

'quadraginta.

Heb.13. a.2.

Sap.19. c.16.

Sap.18. a.6.

CAP. XX.

Abrahæ peregrinanti rapitur vxor, & ei redditur cum donis. Deus prætellor Abrahæ.

1 PRofectus inde Abraham in terram australem habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris.
2 Dixítque de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abi-mélech rex Geraræ, & tulit eam.
3 Venit autem Deus ad Abi-mélech per somnium nocte, & ait illi, En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum.
4 Abi-mélech verò non tetigerat eam, & ait, Domine, num gentem ignorantem & iustam interficies?
5 Nonne ipse dixit mihi, Soror mea est: & ipsa ait, Frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia manuum meárum fecí hoc.
6 Dixítque ad eũ Deus, Et ego scio quòd in simplici corde feceris: & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam.
7 Nunc ergo redde viro suo vxorem, & orabit pro te: quia propheta est, & viues. si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu & omnia quæ tua sunt.
8 Statímque de nocte consurgens Abi-mélech, vocauit omnes seruos suos: & loquutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum, timuerúntque omnes viri valde.
9 Vocauit autem Abi-mélech etiam Abraham, & dixit ei, Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grãde? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis.
10 Rursúmque expostulans ait, Quid vidisti vt hoc faceres?
11 Respondit Abraham, Cogitaui mecum dicens, Forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficiét me propter vxorẽ meã,
12 *Aliàs autem & verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem.
13 Postquàm autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam, Hanc misericordiã facies mecũ, In omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim.
14 Tulit igitur Abi-mélech oues & boues & seruos & ancillas, & dedit Abrahæ: reddiditque illi Saram vxorem suam.
15 Et ait, Terra coram vobis est, vbicunque tibi placuerit, habita.
16 Saræ autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: hoc erit in velamen oculorũ ad omnes qui tecũ sunt: & quocunque perrexeris, memento te deprehensam.
17 Orante autem Abraham, sanauit Deus Abi-mélech & vxorem, ancillásque eius, & pepererunt.
18 Cõcluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abi-mélech propter Saram vxorem Abrahæ.

Supra c.12. a.13.

CAP. XXI.

Nascitur Isaac. Eiicitur Agar cum Ismaele, quam consolatur angelus. Fœdus Abi-mélech cum Abraham. Per-sabee.

1 VIsitauit autem Dominus Saram sicut *promiserat: & impleuit quæ loquutus est.
2 Concepítque, & peperit filium in senectute sua tẽpore quo prædixerat ei Deus.
3 Vocauítque Abraham nomen filii sui quem genuit ei Sara, Isaac.
4 Et circumcidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus,
5 Cùm centum esset annorum: hac quippe ætate patris natus est Isaac.
6 Dixítque Sara, Risum fecit mihi Deus: & quicunque audierit, corridebit mihi.
7 Rursúmque ait, Quis auditurus crederet Abraham quòd Sara lactaret filium quem peperit ei iam seni?
8 Creuit igitur puer, & ablactatus est: fecítque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.

Supra c.17. a.19,18. b. 10. Gal. 4. c.23. Heb. 11. c.11.

Supra c.17. b.10, 14. a.2.

9 Cumque vidisset Sara filiũ Agar AEgyptiæ ludentem cum Isaac filio suo,
* Gala. 4. d. 30. 10 Dixit ad Abraham, * Eiice ancillam hanc & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.
B 11 Durè accepit hoc Abrahã pro filio suo.
12 Cui dixit Deus, Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem
* Ro. 9. b. 7. heb. 11. d. 19. eius: * quia in Isaac vocabitur tibi semen.
13 Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.
14 Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem, & vtrem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Quæ cum abiisset, errabat in solitudine Ber-sabee.
15 Cumque consumpta essent aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem quæ ibi erat.
16 Et abiit, ieditque eregione procul quantum potest arcus iacere. Dixit enim, Non videbo morientem puerum. & sedens contrà, leuauit vocem suam, & fleuit.
C 17 Exaudiuit autem Deus vocem pueri, vocauitque angelus Dei Agar de cælo, dicẽs, Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocẽ pueri de loco in quo est.
18 Surge, tolle puerum, & tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum.
19 Aperuitque oculos eus Deus: quæ vidẽs puteum aquæ, abiit, & implcuit vtrem, deditque puero bibere.
** Deus 20 Et fuit ** cum eo: qui creuit & moratus est in solitudine, factúsque est iuuenis sagittarius.
21 Habitauitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua vxorẽ de terra AEgypti.
22 Eodem tempore dixit Abi-melech, & Phichol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecũ est in vniersis quæ agis.
23 Iura ergo per Deum, ne nocess mihi & posteris meis, stirpique meæ: sed iuxta misericordiam quam feci tibi facies mihi & terræ in qua versatus es aduena.
24 Dixitque Abraham, Ego iurabo.
D 25 Et increpauit Abi-melech propter puteum aquæ quẽ vi abstulerant serui eius.
26 Respondítque Abi-melech, Nescíai quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie.
27 Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abi-melech: percussérúntque ambo fœdus.
28 Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum.
29 Cui dixit Abi-melech, Quid sibi volunt septẽ agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum?
30 At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in testimonium quoniam ego fodi puteum istum,
31 Idcirco vocatus est locus ille Ber-sabee: quia ibi vterque iurauit.
32 Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abi-melech, & Phichol princeps exercitus eius, reuersíque sunt in terram Palæsthinorum.
33 Abraham verò plantauit nemus in Ber-sabee. & inuocauit ibi nomẽ Dei æterni. 'Domi-
34 Et fuit colonus terræ Palæsthinorũ diebus multis. ni.

CAP. XXII.

Tentatur fides Abrahæ. Immolat filium suum Isaac. Promittitur ei Christus saluator omnium. Bathuel. Rebecca.

1 QVæ postquã gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum, Abraham. Abraham. At ille respondit, Adsum.
2 Ait illi, Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, & ade in terram visionis. * atque ibi offeres eum in holocaustum super vnũ montium quẽ monstrauero tibi. *Hebr. 11. d. 17.*
3 Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. cumque concidisset ligna in holocaustum, ibit ad locum quem præceperat ei Deus.
4 Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul,
5 Dixitque ad pueros suos, Expectate hic cum asino: ego autem & puer illuc usque properemes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos.
6 Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent simul,
7 Dixit Isaac patri suo, Pater mi. At ille respondit, Quid vis fili? Ecce inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti?
8 Dixit autem Abraham, Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergeant ergo pariter.
9 Et venerunt ad locum quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: * cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.
10 Extenditque manum, & arripuit gladium vt immolaret filium suum.
11 Et ecce angelus Domini de cælo clamauit, dicens, Abraham, Abraham. Qui respondit, Adsum.
12 Dixitque ei, Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam: nunc cognoui quod timeas 'Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.
13 Leuauit Abraham oculos suos, vidítque post tergũ arietem inter vepres hærentem cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio.
14 Appellauítque nomen loci illius, Dominus videt. vnde vsque hodie dicitur, In monte Dominus videbit.
15 Vocauit autem angelus Domini Abraham secundò de cælo,
16 Dicens, * Per memetipsum iurauí, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me.
17 Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenã quæ est in littore maris: possidebit semẽ tuum portas inimicorum suorum.
18 * ET BENEDICENTVR in semine Christus, 'Deum

Psalm. 104. d. 7. Luc. 1. f. 73. hebr. 6. c. 13.
D
Sap. 11. 4, 18. c. 18. Act. 7. 5. ecclesiast. 44. d. 25.

mine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.
19 Reuersus est Abrahã ad pueros suos, abierúntque Ber-sabee simul, & habitauit ibi.
20 His itaque gestis nuntiatum est Abrahæ quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo,
21 Hus primogenitum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum,
22 Et Cased, & Azau, Pheldas quoque, & Iedlaph,
23 Ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ.
24 Concubina verò illius nomine Roma, peperit Tábee, & Gahã, & Thaas, & Maacha.

CAP. XXIII.

Sara mortua sepelitur in agro quem emit Abraham à filiis Heth.

1 VIxit autem Sara centum vigintiseptem annis.
2 Et mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Hebron, in Terra-Chanaan. venítque Abraham vt plangeret & fleret eam.
3 Cumque surrexisset ab officio funeris, loquutus est ad filios Heth, dicens,
4 Aduena sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum.
5 Respondérunt filii Heth, dicentes,
6 Audi nos domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum: nullúsque te prohibere potest quin in monumento eius sepelias mortuum tuum.
B 7 Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ, filios videlicet Heth:
8 Dixítque ad eos, Si placet animæ vestræ vt sepeliã mortuũ meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filiũ Seor:
9 Vt det mihi speluncam duplicem quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri.
10 Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Respondítque Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens,
C 11 Nequaquam ita fiet Domine mi, sed tu magis ausculta quod loquar, Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei: sepeli mortuũ tuum.
12 Adorauit Abraham coram Domino & populo terræ,
13 Et locutus est ad Ephron circumstante plebe eius, Quæso vt audias me: Dabo pecuniam pro agro, súscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in agro.
14 Respondit Ephron,
15 Domine mi, audi me: terra quam postulas quadringentos ficlos argenti valet: istud est pretium inter me & te: sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum.
16 Quod cum audisset Abraham, appẽdit pecuniam quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos ficlos argenti probatæ monetæ publicæ.
D 17 Confirmatúsque est ager quondam Ephronis in quo erat spelũca duplex respiciens Mambre: tã ipse quàm spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum.
18 Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius,
19 Atque ita sepeliuit Abrahã Saram vxorem suam in spelunca agri duplici, * quæ respiciebat Mambre, hæc est Hebron in Terra-Chanaan. * qui
20 Et confirmatus est ager & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.

CAP. XXIIII.

Abraham mittit seruum ad quærendam vxorem filio suo. Fidelis seruus. Rebeccam pulchram accipit Isaac in vxorem.

1 ERat autem Abraham senex dierúmque multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei.
2 Dixitque ad seruũ seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat, * Pone manum tuam subter femur meum: *Infrà 47. g. 29.*
3 Vt adiurem te per ' Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: ' Dominum.
4 Sed ad terram & cognationẽ meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac.
5 Respondit seruus, Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es?
6 Dixítque Abraham, Caue nequando reducas filium meum illuc.
7 Dominus cæli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens, * Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. *Supr. 12. b. 7. 13. d. 15. 15. d. 16.*
8 Si autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantum ne reducas illuc.
9 Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc.
10 Tulítque decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum, profectúsque pergexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor.
11 Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ, vespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam,
12 ' Ora it dominum, dicens, Domine Deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. ' dixit
13 Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam.
14 Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa respónderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac, & per

hoc intelligã quòd feceris misericordiam cum domino meo Abraham.

15 Necdum iuta se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filii Melchæ vxoris Nachor fratris Abrahã, habens hydriam in scapula":

16 Puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro: descenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam aqua, ac reuertebatur.

17 Occurritque ei seruus, & ait, Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.

18 Quæ respondit, Bibe domine mi. Celeriterque deposuit hydriam super vlnã suã, & dedit ei potum.

19 Cúmque ille bibisset, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant.

20 Effundénsque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquã: & haustam omnibus camelis dedit.

21 Ipse autem contemplabatur eam tacitus, scire volens vtrum prosperum iter suum fecisset Deus, an non.

22 Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes sicles duos, & armillas totidem, pondo siclorum decem.

23 Dixitque ad eã, Cuius es filia? indica mihi: est in domo patris tui locus ad manéndũ?

24 Quæ respondit, Filia sum Bathuelis filii Nachor, quem peperit ei Melcha.

25 Et addidit, dicens, Palearum quoque & fœni plurimum est apud nos, & locus spatiosus est ad manendum.

26 Inclinauit se homo, & adorauit dominum, dicens,

27 Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & veritatem suam a domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.

28 Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domum matris suæ omnia quæ audierat.

29 Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban: qui festinus egressus est ad hominem vbi erat fons.

30 Cúmque vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referẽtis, Hæc loquutus est mihi homo: venit ad virum qui itabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ,

31 Dixitque ad eum, Ingredere benedicte Domini: cur foris stas? præparaui domum & locum camelis tuis.

32 Et introduxit eum in hospitium: ac destrauit camelos, dedítque paleas & fœnũ, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & virorum qui venerant cum eo.

33 Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait, Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei, Loquere.

34 At ille, Seruus, inquit, Abraham sum.

35 Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatúsque est: & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos, & ancillas, camelos & asinos.

36 Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat.

37 Et adiurauit me dominus meus, dicens, Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito:

38 Sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo.

39 Ego vero respondi domino meo, Quid si noluerit venire mecum mulier?

40 Dominus, ait, in cuius conspectu ambulo, mittet Angelum suum tecum, & diriget viam tuam: accipiésque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei.

41 Innocens eris a maledictione mea, cùm veneris ad proximos meos, & non dederint tibi.

42 Veni ergo hodie ad fontẽ aquæ, & dixi, Domine Deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo,

43 Ecce sto iuxta fontẽ aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam audierit a me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua.

44 Et dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier quam præparauit Dominus filio domini mei.

45 Dúmque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniẽs cum hydria, quã portabat in scapula: descenditque ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere.

46 Quæ festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos.

47 Interrogauíque eam, & dixi, Cuius es filia? Quæ respondit, Filia Bathuelis fum filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas posui in manibus eius.

48 Pronúsque adoraui dominum, benedicens domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerem filiam fratris domini mei filio eius.

49 Quam ob rém si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi, sinautem aliud placet: & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram siue ad sinistram.

50 Respondentúntque Laban & Bathuel, A Domino egressus est sermo: non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum.

51 En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filii domini tui, sicut loquutus est Dominus.

52 Quod cùm audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum.

53 Prolatísque vasis argenteis, & aureis, ac vestib⁹, dedit ea Rebeccæ pro munere: fratribus quoque eius, & matri dona obtulit.

54 Inito conuiuio vescentes pariter & bibentes, manserunt ibi. Surgens autem mane loquutus est puer, Dimittite me vt vadam ad dominum meum.

55 Respondentúntque fratres eius & mater, Maneat puella saltem decẽ dies apud nos, & postea proficiscetur.

Nolite,

56 Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam: dimittite me vt pergam ad dominum meum.

57 Et dixerunt, Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem. Cúmque vocata venisset, scisciati sunt, Vis ire cum homine isto?

58 Quæ ait, Vadam.

59 Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius Deborã, seruúmque Abraham, & comites eius:

60 Imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes, Soror nostra es, crescas in mille millia: & possideat semen tuum portas inimicorum suorum.

61 Igitur Rebecca, & puellæ illius ascensis camelis secutæ sunt virum: qui festinus reuertebatur ad dominum suum.

62 *Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen est Viuentis & videntis: habitabat enim in terra Australi.

63 Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die, cúmque eleuasset oculos, vidit camelos venientes procul.

64 Rebecca quoque conspectu Isaac, descendit de camelo:

65 Et ait ad puerum, Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei, Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium suum, operuit se.

66 Seruus autem cuncta quæ gesserat, narrauit domino suo Isaac.

67 Qui introduxit eam in tabernaculũ Saræ matris suæ, & accepit eã vxorem: & intantum dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

CAP. XXV.

Abraham ducit Ceturam in vxorem. Moritur Abraham. Genealogia Ismaelis, & mors. Nascuntur Iacob, & Esau. Esau vendit primogenita.

1 ABraham verò aliã duxit vxorem nomine Ceturam:

2 Quæ peperit ei Zemram, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue.

3 Iecsan quoque genuit Saba, & Dadan. *Filii Dadan fuerunt Assurim, & Latusim, & Laomim.

4 At vero ex Madian ortus est Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. omnes hi, filii Ceturæ.

5 Deditque Abraham cuncta quæ possederat, Isaac:

6 Filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viueret, ad plagam Orientalem.

7 Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ cẽtum septuaginta quinque anni.

8 Et deficiés mortuus est in senectute bona, prouectáque ætatis, & plenus dierum: congregatúsque est ad populum suum.

9 Et sepelierunt eum Isaac & Ismael filii sui in spelunca duplici, quę sita est in agro Ephron filii Seor Hethæi, e regione Mãbre,

10 Quam emerat à filiis Heth. ibi sepultus est ipse, & Sara vxor eius.

11 Et post obitũ illius benedixit Deus Isaac filio eius, *qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis & videntis.

12 Hę sunt generationes Ismael filii Abrahę quem peperit ei Agar AEgyptia famula Sarę:

13 Et hęc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus suis. * Primogenitus Ismaelis, Nabaioth: deinde Cedar, & Adbeel, & Mabsam,

14 Masma quoque, & Duma, & Massa,

15 Hadad, & Thema, & Ietur, & Naphis, & Cedma.

16 Isti sunt filii Ismaelis: & hęc nomina per castella & oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum.

17 Et facti sunt anni vitę Ismaelis centum triginta septem, deficiénsque mortuus est, & appositus ad populum suum.

18 Habitauit autem ab Heuila vsque Sur, quę respicit AEgyptũ introeuntibus Assyrios, coram cunctis fratribus suis obiit.

19 Hę quoque sunt generationes Isaac filii Abraham. Abraham genuit Isaac.

20 Qui cum quadraginta esset annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban.

21 Deprecatúsque est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.

22 Sed collidebantur in vtero eius paruuli: quæ ait, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit "concipere? Perrexítque Rebecca "me vt consulgeret Dominum.

23 Qui respondens ait, Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur: populúsque populum superabit, *& maior seruiet minori.

24 Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt.

25 Qui primus egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus: vocatúmque est nomen eius Esau.

26 *Protinus alter egrediens, plãtam fratris tenebat manu; & ideireo appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.

27 Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venãdi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.

28 Isaac amabat Esau, eo quòd de venationibus illius vesceretur: & Rebecca diligebat Iacob.

29 Coxit autem Iacob pulmẽtum: ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait,

30 Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. quam ob causam vocatum est nomen eius Edom.

31 Cui dixit Iacob, Vende mihi primogenita tua.

32 Ille respondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita?

33 Ait Iacob, Iura ergo mihi. *Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita.

34 Et sic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit, parui pendens quòd primogenita vendidisset.

CAP. XXVI.

Isaac obiurgatur ab Abi-melech, quòd dixisset Rebeccam esse sororem suam. Promittitur Christus. Iurgium pastorum propter puteos. Consolatur Deus Isaac. Abi-melech inis fœdus cum Isaac. Bigamia Esau.

1 ORta autem fame super terrā post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abi-mélech regem Palæsthinorum in Gerara.

2 Apparuitque ei Dominus, & ait, Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi.

3 Et peregrinare in ea, eróque tecū, & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo universas regiones has, & complens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo.

Supra 13. d.15,15. d.18.

4 Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: dabóque posteris tuis universas regiones has: & * BENEDICENTVR IN SEMINE TVO omnes gentes terræ,

Supra 12. d.3, 18. c.18,22. d 17.

Christus

5 Eo quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legésque seruauerit.

B

6 Mansit itaque Isaac in Gerari.

7 Qui cùm interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respondit, Soror mea est. timuerat enim confiteri, quod sibi esset sociata coniugio: reputans, ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem.

8 Cúmque pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abi-mélech rex Palæsthinorū per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua.

9 Et accersito eo, ait, Perspicuum est quòd vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit, Timui ne morerer propter eam.

C 10 Dixitque Abi-mélech, Quare imposuisti nobis? potuit coire quispiā de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum.

11 Præcepitque omni populo, dicens, Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur.

12 Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus.

13 Et locupletatus est homo, & ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est.

14 Habuitque possessiones ouium, & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæsthini,

15 Omnes puteos quos foderāt serui patris illius Abraham, illo tēpore obstruxerunt, implentes humo:

D

16 Intantum vt ipse Abi-mélech diceret ad Isaac, Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.

17 Et ille discedens vt veniret ad Torrētem Geraræ, habitaretque ibi.

18 Rursum fodit alios puteos, quos foderāt serui patris sui Abrahā, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philisthæi: appellauitque eos eisdem nominibus quibus antè pater vocauerat.

19 Foderúntque in Torrente, & repererunt aquam viuam.

20 Sed & ibi iurgium fuit pastorum Gerarę aduersus pastores Isaac, dicentium, Nostra est aqua. quam ob rem nomen putei ex eo quod acciderat, vocauit Calumniam.

E

21 Foderūt autem & alium: & pro illo quoque rixati sunt, appellauitque eum Inimicitias.

22 Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt: itaque vocauit nomen eius Latitudo: dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terrā.

23 Ascendit autem Isaac ex illo loco in Bersabee:

24 Vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte, dicens, Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecū sum: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham.

25 Itaque ædificauit ibi altare Domino: & inuocato nomine Domini extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis, vt foderent puteum.

F

26 Ad quē locum cùm venissent de Geraris Abi mélech, & Ochozath amicus illius, & Phichol dux militū, loquutus est eis Isaac,

27 Quid venistis ad me hominem quem odistis, & expulistis à vobis?

28 Qui respondérunt, Vidimus tecum esse Dominum: & idcirco nos diximus, Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus:

29 Vt non facias nobis quicquā mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini.

30 Fecit ergo eis conuiuium:

31 Et post cibum & potum surgentes mane, iurauerunt sibi mutuò: dimisitque eos Isaac pacifice in locum suum.

G

32 Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac, annuntiantes ei de puteo quem foderant: atque dicentes, Inuenimus aquam.

33 Vnde appellauit eum Abundātiam: & nomen vrbi impositum est Ber-sabee, vsque in præsentem diem.

34 Esau verò quadragenarius duxit vxor. ex duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiam Elon eiusdem loci:

vxorem

35 *Quæ ambæ offenderant animam Isaac & Rebeccæ.

Infrà 27. 3.46.

CAP. XXVII.

Iacob per astutiam matris præripit benedictionem Esau. Tristatur Isaac. Consolatur Esau. Esau odium in Iacob.

1 SEnuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitq; Esau filium suum maiorem, & dixit ei, Fili mi? Qui respondit, Adsum.

2 Cui pater, Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ.

3 Sume arma tua, & pharetram, & arcum, & egredere foras.

4 Cúmque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequam moriar.

Quod

5 Quod cùm audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum vt iussionem patris impleret,

6 Dixit filio suo Iacob, Audiui patrē tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei,

7 Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar.

8 Nunc ergo fili mi acquiesce cōsiliis meis:

9 Et pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur:

10 Quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur.

11 Cui ille respondit, Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis:

12 Si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione.

13 Ad quem mater. In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi.

14 Abiit, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrem illius.

15 Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum:

16 Pelliculasque hœdorum circundedit manibus, & colli nuda protexit.

17 Dedítque pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit.

C

18 Quibus illatis dixit, Pater mi? At ille respondit, Audio: quis es tu fili mi?

19 Dixitque Iacob, Ego sum primogenitus tuus Esau: feci tibi sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua.

20 Rursúmque Isaac ad filium suum, Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit, Voluntas Dei fuit vt cito occurreret mihi quod volebam.

21 Dixitque Isaac, Accede ad me, vt tāgam te fili mi, & probē vtrum tu sis filius meus Esau, an non.

22 Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac, Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau.

23 Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinē maioris expressérant. Benedicens ergo illi, ait,

24 Tu es filius meus Esau? Respondit, Ego sum. At ille,

D

25 Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum:

26 Quo hausto, dixit ad eum, Accede ad me, & da mihi osculum fili mi.

27 Accessit, & osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrātiam, benedicēs illi, ait, Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

Hebr.11. d.20.

28 *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini & olei.

29 Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ. qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

30 Vix Isaac sermonē impleuerat: & egresso B Iacob foras, venit Esau,

31 Cocúsque de venatione cibos intulit patri, dicens, Surge pater mi, & comede de venatione filii tui: vt benedicat mihi anima tua.

32 Dixitque illi Isaac, Quis enim es tu? Qui respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau.

33 Expauit Isaac stupore vehementi: & vltrà quàm credi potest admirans, air, Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quàm tu venires: benedixique ei, & erit benedictus.

34 Auditis Esau sermonibus patris, irrūgiit clamore magno: & consternatus, air, Benedic etiam & mihi, pater mi.

35 Qui ait, Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.

36 At ille iubiunsit, Iuste vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me in altera vice: * primogenita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam. Rursúmque ad patrem, Nunquid non reseruasti, air, & mihi benedictionem?

F

Supra 25. d.33.

37 Respondit Isaac, Dominum tuum illum constituī, & omnes fratres eius seruituri illius subiugaui: frumento & vino & oleo stabiliui eum. & tibi post hæc, fili mi, vltrà quid faciam?

38 Cui Esau, Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum, *In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua.

Hebr.11. d.20.

40 Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tēpúsque veniet cum excutias, & soluas iugum eius de ceruicibus tuis.

41 Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo, *Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.

G

Abd.6. 10.

42 Nun iata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittēs, & vocans Iacob filium suum, dixit ad eum, Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te.

43 Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran:

44 Habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui,

45 Et cesset indignatio eius, obliuiscatúrq; eorum quæ fecisti in eum: poſtea mittam, & adducam te inde huc: cur vtroque orbabor filio in vno die?

46 Dixitque Rebecca ad Isaac, Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere.

CAP. XXVIII.

Mittitur Iacob in Mesopotamiam ad Labā pro vxore. Esau duxit Ismaelitidem. Iacob visa scala, primittitur Christus. Laza. Votum Iacob.

1 VOcauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei, dicens, Noli accipere coniugem de genere Chanaan.
2 Sed vade, & proficiscere *in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel *patrem matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui.
3 Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet: vt sis in turbas populorum.
4 Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te: vt possideas terram peregrinationis tuæ, quã pollicitus est auo tuo.
5 Cumque dimisisset eum Isaac, profectus peruenit in Mesoporamiam Syriæ ad Labau filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ.
6 Videns autẽ Esau, quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eũ in Mesoporamiã Syriæ, vt inde vxorẽ duceret: & quòd post benedictionem præcepisset ei, dicens, Non accipies vxorem de filiabus Chanaan:
7 Quódque obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam:
8 Probans quoque quòd non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus:
9 Iuit ad Ismaelem, & duxit vxorẽ absque iis quas prius habebat, Maheleth filiam Ismael filii Abraham, sororem Nabaioth,
10 Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran.
11 Cúmque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebãt & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco.
12 Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: angelos quoque Dei ascendẽtes & descendentes per eam.
13 *Et Dominum innixum scalæ, dicentem sibi, Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo.
14 *Eritque semen tuum quasi puluis terræ: dilataberis ad Orientem, & Occidẽtem, & Septentrionẽ, & Meridiem: & *BENEDICENTVR IN TE & in semine tuo cunctæ tribus terræ.
15 Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam nisi compleuero vniuersa quæ dixi.
16 Cúmque euigilasset Iacob de somno, ait, Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.
17 Pauẽsque, Quàm terribilis est, inquit, locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli.
18 Surgẽs ergo Iacob mane, *tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper.
19 Appellauitque nomen vrbis Beth-el, quæ prius Luza vocabatur.
20 Vouit etiam votum, dicens, Si fuerit *Dominus mecum, & custodierit me in via per quã ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad vescẽdum, & vestimẽtum ad induẽdum,
21 Reuersúsque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum:
22 Et lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cuctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

Osee 12. d. 14. *patris

Infrà 35. d. 1. 48. d. 3.

Deut. 12. c. 30. 19. c. 13. Christus Supra 26. d. 4.

Infrà 31. d. 13.

*Deus

CAP. XXIX.

Venit Iacob ad Laban. Seruit septem annis pro Rachel. Supponitur Lia. Ducit vtrãque. Concipit Lia.

1 PRofectus ergo Iacob venit in terram Orientalem.
2 Et vidit puteũ in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur.
3 Moríque erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerẽt lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent.
4 Dixitque ad pastores, Fratres, vnde estis? Qui responderunt, De Haran.
5 Quos interrogans, Nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus.
6 Sanúne est? inquit. Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo.
7 Dixitque Iacob, Adhuc multum diei superest, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges: date antè potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite.
8 Qui responderunt, Non possumus, donec omnia pecora cõgregentur, & amoueamus lapidẽ de ore putei, vt adaquemus greges.
9 Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat.
10 Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouésque Laban auunculi sui, amouit lapidẽ quo puteus claudebatur.
11 Et adaquato grege osculatus est eam: & eleuata voce fleuit.
12 Et indicauit ei quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ: at illa festinans nuntiauit patri suo.
13 Qui cùm audisset venisse Iacob filium sororis suæ, occurrit obuiam ei: complexúsque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam.
14 Audiris autem causis itineris, respondit. Os meum es, & caro mea.
15 Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, dixit ei, Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? dic quid mercedis accipias.
16 Habebat verò duas filias, nomen maioris Lia: minor vocabatur Rachel.
17 Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu.
18 Quam diligens Iacob, ait, Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, septem annis.
19 Respondit Laban, Melius est vt tibi eam dem quàm alteri viro: mane apud me.
20 Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.
21 Dixitque ad Laban, Da mihi vxorẽ meã: quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam.
22 Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias.
23 Et vesperè Liam filiam suam, introduxit ad eum,

ad eum,
24 Dans ancillam filiæ, Zelpham nomine:
25 Ad quam cùm ex more Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam: & dixit ad socerum suum, Quid est quod facere voluisti? nonne pro Rachel seruíui tibi, quare imposuisti mihi?
26 Respondit Laban, Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias.
27 Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hãc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis aliis.
28 Acquieuit placito: & hebdomada transacta, Rachel duxit vxorẽ: cui pater seruam Balam tradiderat.
29 Tandémque potitus optatis nuptiis, amorem sequentis priori præcultit, seruiens apud eum septem annis aliis.
30 Videns autem Dominus quòd despiceret Liam, aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente.
31 Quæ conceptum genuit filium, vocauítque nomen eius Ruben, dicens, Vidit Dominus humilitatem meam: nunc amabit me vir meus.
32 Rursúmque concepit & peperit filium, & ait, Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi. vocauítque nomen eius Simeon.
33 Concepítque ter tiò, & genuit alium filium: dixítque, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios. & idcirco appellauit nomen eius Leui.
34 Quarto concepit, & peperit filium, & ait, Modo confitebor Domino. *Et ob hoc vocauit eum Iudam: cessauítque párere.

Matth. 1. c. 2.

CAP. XXX.

Rachel & Lia steriles, dant marito ancillas. Pacisc untur pro mandragoris. Iacob decipit Laban in conceptis pecorum.

1 CErnens autem Rachel quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo, Da mihi liberos: alioquin morior.
2 Cui iratus respondit Iacob, Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu vẽtris tui?
3 At illa, Habeo, inquit famulam Balam: ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios.
4 Deditque illi Balam in coniugium: quæ ingresso ad se viro, concepit, & peperit filiũ.
5 Dixítque Rachel, Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. Et ideo reo appellauit nomen eius Dan.
6 Rursúmque Bala concipiens, peperit alterum:
7 Pro quo ait Rachel, Comparauit me Dominus cum sorore mea, & inualui. vocauítque eum Nephthali.
8 Sentiens Lia quòd párere desisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit.
9 Qua post conceptum edente filium, dixit,
10 Fœliciter. & idcirco vocauit nomen eius Gad.
11 Peperit quoque Zelpha alterum.
12 Dixítque Lia, Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent omnes mulieres. propterea appellauit eum Aser.
13 Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit.
14 Dixítque Rachel, Da mihi partem de mandragoris filii tui.
15 Illa respondit, Parúmne tibi videtur quòd præripueris maritum mihi; nisi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui.
16 Redeuntíque ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede condixi te pro mandragoris filii mei. Dormiítque cum ea nocte illa.
17 Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque, & peperit filium quintum.
18 Et ait, Dedit Deus mercedem mihi, quia dedit ancillam meam viro meo, appellauitque nomen eius Issachar.
19 Rursum Lia concipiens peperit sextum filium.
20 Et ait, Dotauit me Deus bona: etiam hac vice mecum erit marit* meus, eo quòd genuerim ei sex filios. & idcirco appellauit nomen eius Zabulon.
21 Post quem peperit filiam nomine Dinam.
22 Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius.
23 Quæ concepit & peperit filium, dicens, Abstulit Deus opprobrium meum.
24 Et vocauit nomen eius Ioseph, dicens, Addat mihi Dominus filium alterum.
25 Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo, Dimitte me vt reuertar in patriam meam, & ad terram meam.
26 Da mihi vxores & liberos meos, pro quibus seruíui tibi, vt abeam: tu vero nosti seruitutem qua seruíui tibi.
27 Ait illi Laban, Inueniam gratiam in conspectu tuo (experimento didici quia benedixerit mihi Deus propter te)
28 Constitue mercedem tuã, quam dem tibi.
29 At ille respondit, Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua.
30 Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum: iustum est igitur vt aliquando prouideam "domui meæ.
31 Dixítque Laban, Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil vquàm si feceris quod postulo, iterum pascam, & custodiam pecora tua.
32 Gyra omnes greges tuos, & separa cũctas oues varias, & sparso vellere: & quodcunque furuũ & maculosum, variúmque fuerit, tam in ouibus quàm in capris, erit merces mea.
33 Respondebítque mihi cras iustitia mea, quando placi tempus aduenerit coram te: & omnia quæ non fuerint varia, & maculosa, & furua tam in ouibus quàm in capris furti me arguet.
34 Dixítque Labao, Gratum habeo quod

"et Iam

petis.
35 Et separauit in die illa capras, & oues, & hircos, & arietes varios, atque maculosos: cunctum autem gregem vnicolorem, id est albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorum suorum.
36 Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generum, qui pascebat reliquos greges eius.
37 Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant candor apparuit:
38 Illa verò quæ integra fuerant, viridia permanserunt: atque in hunc modum color effectus est varius.
39 Posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cùm venirent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum concіperent.
40 Factúmque est vt in ipso calore coirus oues in varios, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa.
G 41 Diuisitque gregē Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba & nigra quæque, Laban: cætera verò, Iacob, separatis inter se gregibus.
42 Igitur quando primo tempore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & oulum, vt in earum contemplatione conciperent:
43 Quando verò serotina admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factáque sunt ea quæ erant serotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob.
44 Ditatúsque est homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos.

CAP. XXXI.

Iussu Dei profectorie sui, Iacob fugit Laban. Insequitur Laban. Rachel furata patris idola. Foedus inter Iacob & Laban.

1 POstquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri: & illius facultate ditatus, factus est inclytus.
2 Animaduertit quoque faciē Laban quòd non esset erga se sicut heri & nudiustertius,
3 Maximè dicente sibi Domino, Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eróque tecum:
Iacob 4 Misit, & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges, dixitque eis,
5 Video faciem patris vestri, quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius: Deus autem patris mei fuit mecum.
6 Et ipsæ nostis quòd totis viribus meis seruierim patri vestro.
7 Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus, & tamen non dimisit eum Deus vt noceret mihi.
8 Siquando dixit, Varia erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus. quando verò econtrario ait, Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt.
9 Tulitque Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi.
10 Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos: & vidi in somnis ascendentes mares super fœmina, varios, respersos, & maculosos, & diuersorum colorum.
11 Dixitque angelus Dei ad me in somnis, Iacob? Et ego respondi, Adsum.
12 Qui ait, Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas, varios, maculosos, atque respersos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.
13 Ego sum Deus Beth-el, vbi vnxisti lapidē, & vouisti mihi. Nūc ergo surge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ. *Supra 28. d. 18.*
14 Responderúntque Rachel, & Lia, Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri?
15 Nonne quasi alienas reputauit nos, & vēdidit, comedítque pretium nostrum?
16 Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac.
17 Surrexit autem Iacob: & impositis liberis, ac cōiugibus suis super camelos, abiit.
C itaque 18 Tulitque omnem substantiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in Terram-Chanaan.
19 Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata est idola patris sui.
20 Noluitque Iacob confiteri socero suo quòd fugeret.
21 Cúmque abiisset tam ipse quàm omnia quæ iuris sui erant, & amne transmisso pergeret contra Montem-Galaad:
22 Nuntiatum est Laban die tertio quòd fugeret Iacob.
23 Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem: & com prehendit eum in Monte-Galaad.
D 24 Viditque in somnis dicentem sibi Dominum, Caue ne quicquam asperе loquaris contra Iacob.
25 Iámque Iacob extenderat in monte tabernaculum: cúmque ille consecutus fuisset eum, cum fratribus suis in eodem Monte-Galaad fixit tentorium.
26 Et dixit ad Iacob, Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio?
27 Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi: vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, tympanis, & citharis?
28 Non es passus vt osculari er filios meos & filias: stulte operatus es & nunc quidem.
29 Valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris vestri heri dixit mihi, Caue ne loquaris vestri contra Iacob quicquā durius.
cum 30 Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos?
31 Respondit Iacob, Quòd inscio te profectus fuerim, timui ne violenter auferres filias tuas.

Quòd

32 Quòd autem furti me arguis: apud quemcúque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris tu rare, quicquid tuorum apud me inueneris auferr. hæc dicens, ignorabat quod Rachel furata esset idola.
E 33 Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob & Liæ, & vtriusque famulæ, non inuenit.
34 Cúmque intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper: scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait,
35 Ne iratcatur dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: qui iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. sic deluſa solicitudo quærentis est.
36 Tumensque Iacob, cum iurgio ait, Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam?
37 Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me & te.
38 Idcirco viginti annis fui tecum: oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comēdi: nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam:
39 Quicquid furto peribat, à me exigebas:
vrebar. 40 Die noctúque æstu vrgebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.
F 41 Sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedem meam decem vicibus.
42 Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac assuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses: afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri.
43 Respondit ei Laban, Filiæ meæ & filii & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt: quid possū facere filiis & nepotibus meis?
44 Veni ergo, & incamus fœdus: vt sit in testimonium inter me & te.
45 Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum.
46 Dixitque fratribus suis, Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comedérúntque super eum.
47 Quem vocauit Laban, Tumulum-testis: & Iacob, Acerum-testimonii, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ.
G 48 Dixitque Laban, Tumulus iste erit testis inter me & te hodie: & idcirco appellatum est nomē eius Galaad, id est Tumul⁹ testis.
49 Et adiecit Laban, Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando recesserimus a nobis.
50 Si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas: nullus sermonis gestri testis est absque Deo, qui præsens respicit.
51 Dixitq; rursus ad Iacob, Ecce tumulus hic, & lapis quē erexi inter me & te, testis erit:
52 Tumulus, inquam, iste & lapis sit in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te: aut tu præterieris, malum mihi cogitans,
53 Deus Abraham & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac:
54 Immolatísque victimis in Monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. Qui cūcubuissent, mansérunt ibi.
55 Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis: reuersúsque est in locum suum.

CAP. XXXII.

Angelorum visione Deus confortat Iacob contra fratrem Esau. Iacob mittit munera ad Esau. Luctat cum Angelo confortatur ne timeat fratrem. Appellatur Israel.

Iacob autem abiit in itinere quod coperat: fuerúntque ei obuiam angeli Dei. *Infrà 48. c. 16.* quoque
2 Quos cū vidisset, ait, Castra Dei sunt hæc. & appellauit nomen loci illius Mahanaim, id est Castra.
3 Misit autē & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in Terram-Seir, in Regionem-Edom.
4 Præcepitque eis, dicens, Sic loquimini domino meo Esau. Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem.
5 Habeo boues & asinos & oues, & seruos & ancillas: mitroque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo.
6 Reuersíque sunt nuntii ad Iacob, dicētes, Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce & properat in occursum tuum cum quadringentis viris.
7 Timuit Iacob valde: & perterritus diuisit populum qui secum erat, greges quoque & oues & boues & camelos in duas turmas, dicens,
8 Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur.
C 9 Dixitque Iacob, Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi, Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciā tibi:
10 Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo. in baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior.
11 Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo: ne forte veniens percutiat matrem cum filiis
12 Tu locutus es quòd benefaciens mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest.
D 13 Cúmque dormisset ibi nocte illa, separauit de his quæ habebat munera Esau fratri suo,
14 Capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti,
15 Camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem.
16 Et misit per manus seruorū suorum singulos seorsum greges, dixitq; pueris suis, Antecedite me, & sit spatium inter gre-

b. iiij

gem & gregem.
17 Et præcepit priori, dicens, Si obuium habueris fratrem meum Esau, & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quo vadis? aut, Cuius sunt ista quæ sequeris?
18 Respondebis, Serui tui Iacob, munera misit domino suo Esau: ipse quoque post nos venit.
19 Similiter dedit mandata secundo & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens, Iisdem verbis loquimini ad Esau cum inueneritis eum, & addetis,
20 Ipse quoque seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur. dixit enim, Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & postea videbo illum: forsitan propitiabitur mihi.
21 Præsesserunt itaque munera ante eum, ipse vero mansit nocte illa in castris.
22 Cumque maturè surrexisset, tulit duas vxores suas, & totidem famulas eum vndecim filiis, & transiuit Vadum-iaboc.
23 Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant, mansit solus,
24 Et ecce vir luctabatur cū eo vsq; mane.
25 Qui cùm videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.
26 Dixitque ad eum, Dimitte me: iam enim ascendit aurora. Respondit, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.
27 Ait ergo, Quod nomen est tibi? Respondit, Iacob.
28 At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?
29 Interrogauit eum Iacob, Dic mihi, quo appellaris nomine? Respondit, Cur quæris nomen meum quod est mirabile? Et benedixit ei in eodem loco.
30 Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel; dicens, Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.
31 Ortusque est ei statim sol postquā transgressus est Phanuel: ipse vero claudicabat pede.
32 Quam ob causam non comedunt neruum filii Israel, qui emarcuit in femore Iacob, vsque in præsentem diem: eo quod retigerit neruum femoris eius, & obstupuerit.

CAP. XXXIII.

Esau placatur fratri suo Iacob. Venit Iacob in Sichem.

1 Leuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros: diuisitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum.
2 Et posuit vtranque ancillam & liberos earum in principio: Liam vero & filios eius in secundo loco: Rachel autem & Ioseph nouissimos.
3 Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.
4 Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum: stringénsque collum eius, & osculans, fleuit,
5 Leuatisque oculis vidit mulieres & parvulos earum, & ait, Quid sibi volunt isti? & si ad te pertinent? Respondit, Paruuli sunt quos donauit mihi Deus seruo tuo.
6 Et appropinquantes ancillæ & filii earum, incuruati sunt.
7 Accessit quoque Lia cum pueris suis: & cum similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt.
8 Dixitque Esau, Quænam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit, Vt inuenirem gratiam coram domino meo.
9 At ille ait, Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi.
10 Dixitque Iacob, Noli ita obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis. sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei: et esto mihi propitius, & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia.
11 Vix fratre compellente suscipiens, ait, Gradiamur simul, eróque socius itineris tui.
13 Dixitque Iacob, Nosti domine mi, quod parvulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.
14 Præcedat dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir.
15 Respondit Esau, Oro te, vt de populo qui mecum est, saltē socii remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in cōspectu tuo domine mi.
16 Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir.
17 Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentoriis appellauit nomen loci illius Socoth, id est tabernacula.
18 Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in Terra-Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidum,
19 Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis.
20 Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.

CAP. XXXIIII.

Raptus Dinæ. Sichimitæ occidantur à filiis Iacob.

1 Egressa est autem Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius.
2 Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eā: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem.
3 Et conglutinata est anima eius cum ea, tristémque deliniuit blanditiis.
4 Et pergens ad Hemor patrem suū, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem.
5 Quod cùm audisset Iacob absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec rediirent.
6 Egresso autem Hemor patre Sichem vt loqueretur

loqueretur ad Iacob,
7 Ecce filii eius veniebant de agro: auditóque quod acciderat, irati sunt valde, eo quod fœdam rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob rem illicitam perpetrasset.
8 Locutus est itaque Hemor ad eos, Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi vxorem.
9 Et iungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite.
10 Et habitate nobiscum: terra in potestate vestra est: exercete, negotiamini, & possidete eam.
11 Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait, Inueniam gratiam coram vobis: & quæcunque statueritis dabo.
12 Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem.
13 Respondernnt filii Iacob Sichem & patri eius in dolo, loquiētes ob stuprum sororis,
14 Non possumus facere quod petitis, nec dare sororē nostram homini incircumciso: quod illicitum & nephas est apud nos.
15 Sed in hoc valebimꝰ fœderari, Si volueritis esse similes nostri, & circuncidatur in vobis omnis masculini sexus.
16 Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras ac nostras: & habitabimus vobiscum, erimúsque vnus populus.
17 Si autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus.
18 Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius.
19 Nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui.
20 Ingressique portam vrbis, locuti sunt ad populum,
21 Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum: negotiētur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus
22 Vnum est quo differtur tātum bonum, Si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes,
23 Et substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt: tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiamus populum.
24 Assensique sunt omnes, circuncisis cunctis maribus.
25 Et ecce, die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis, duo filii Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt vrbem confidenter: interfectisque omnibus masculis,
26 Hemor & Sichem pariter necauerūt, rapientes Dinā de domo Sichem, sororē suā.
27 Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filii Iacob: & depopulati sunt vrbē in vltionem stupri.
28 Oues eorum, & armenta, & asinos, cunctáque vastantes quæ in domibus & in agris erant, paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas.
29 Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui, Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea.
30 Responderunt, Numquid, vt scorto abuti debuere sorore nostra?

CAP. XXXV.

Iacob ascendit in Bethel, vbi idola sepedit. Debora moritur. Iacob vocatur Israel. Promittitur terra Chanaan, Rachel moritur in partu. Ruben concubit cubile patris. Moritur Isaac.

1 Interea locutus est Deus ad Iacob, Surge, & ascende Beth-el, & habita ibi: faciéque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. *Suprà 28. c. 13.*
2 Iacob vero conuocata omni domo sua ait, Abiicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.
3 Surgite, & ascendamus in Beth-el, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei.
4 Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille fodit eas subter terebinthum, quæ est post vrbem Sichem.
5 Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.
6 Venit igitur Iacob Luzā, quę est in Terra-Chanaan, cognomento Beth-el: ipse & omnis populus cum eo,
7 Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius, Domus-Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrē suum. *Suprà 28. c. 18.*
8 Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Beth-el subter quercum: vocauitque est nomen loci illius Quercus-fletus.
9 Apparuit autē iterum Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & venit in Beth-el, benedixitque ei, dicens, *Suprà. 32.*
10 *Non vocaberis vltrà Iacob, sed Israel erit nomē tuum. Et appellauit eum Israel. f. 28.*
11 Dixitque ei, Ego Deus omnipotēs, cresce & multiplicare: gēres & populi nationum exte erūt, reges de lumbis tuis egrediētur.
12 Terrámque quam dedi Abrahā & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te.
13 Et recessit ab eo.
14 Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina, & effundens oleum.
15 Vocauitque nomen loci illius Beth-el.
16 Egressus autem inde venit verno tempore ad terrā quæ ducit Ephrāthā: in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit.
17 Dixitque ei obstetrix, Noli timere, quia & hunc habebis filium.
18 Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filii sui Benoni, id est, filius doloris mei. pa-

ter verò appellauit eũ Ben-iamin, id est, filios dextræ.

19 Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quę ducit Ephrathã, hęc est Beth-lehẽ.

20 Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti Rachel, vsque in præsentem diem.

21 Egressus inde fixit tabernaculum trans Turrem-gregis.

22 Cumque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod illum minimè latuit. Erãt autem filii Iacob duodecim.

23 Filii Liæ: primogenitus Ruben, & Simeõ & Leui & Iudas & Issachar & Zabulon.

24 Filii Rachel: Ioseph & Ben-iamin.

25 Filii Balę ancillę Rachelis: Dan & Neph thali.

26 Filii Zelphæ ancillę Liæ: Gad & Aser. hi sunt filii Iacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.

27 Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, Ciuitatẽ Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham, & Isaac.

28 Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.

29 Consumptúsque ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex & plenus dierũ: & sepelierunt eũ Esau & Iacob filii sui.

CAP. XXXVI.

Vxores Esau. Iacob & Esau diuites. Genealogia Esau.

HÆc sunt autem generationes Esau, Ipse est Edom.

2 Esau accepit vxores de filiabus Chanãa, Ada filiam Elon Hetthæi, & Oolibama filia Anæ filii Sebeon Heuæi:

3 Basemath quoque filiam Ismael sororem Nabaioth.

4 *Peperit autem Ada, Eliphaz: Basemath genuit Rahuel:

5 Oolibama genuit Iehus & Thelõ & Core. hi filii Esau qui nati sunt ei in Terra-Chanãan.

6 Tulit autem Esau vxores suas & filios & filias, & omne animam domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in Terra-Chanãan: & abiit in aliã regionem, recessitque a fratre suo Iacob.

7 *Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.

8 *Habitauitq; Esau i Mõte-Seir. Ipse est Edõ.

9 *Hæ autem sunt generationes Esau patris Idom in Monte-Seir,

10 Et hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Esau. Rahuel quoque filius Basemath vxoris eius.

11 Fueruntque Eliphaz filii, Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez, & Core.

12 Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filii Esau: quæ peperit ei Amalec. hi sunt filii Adæ vxoris Esau.

13 Filii autem Rahuel, Nahath & Zara, Samma & Meza. hi filii Basemath vxoris Esau.

14 Isti quoque erant filii Oolibamæ filiæ Anæ filii Sebeon, vxoris Esau, quos genuit ei: Iehus & Ihelom & Core.

15 Hi duces filiorum Esau. Filii Eliphaz primogeniti Esau: dux Themã, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez,

16 Dux Core, dux Gatham, dux Amalech. hi filii Eliphaz in Terra-Edõ, & hi filii Ada.

17 Hi quoque filii Rahuel filii Esau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. hi autem duces Rahuel in Terra-Edom: isti filii Basemath vxoris Esau. Hi autem filii Oolibamæ vxoris Esau. dux Iehus, dux Ihelom, dux Core.

18 Hi duces Oolibamæ filię Anę vxoris Esau.

19 Isti sunt filii Esau, & hi duces eorum: ipse est Edom.

20 Isti sunt filii Seir Horræi, habitatoris terræ: Lotan & Sobal & Sebeon & Ana,

21 Et Dison & Aser & Disan. hi duces Horræi, filii Seir in Terra-Edom.

22 Facti sunt autem filii Lotan: Hori & Heman. erat autem soror Lotan, Thamna.

23 Et isti filii Sobal: Aluan & Manahath & Ebal & Sepho & Onam.

24 Et hi filii Sebeon: Aia & Ana. Ipse est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas Sebeon patris sui.

25 Habuitq; filiũ Dison, & filiã Oolibama.

26 Et isti filii Dison: Hamdan & Eseban & Iethran & Charan.

27 Hi quoq; filii Eser: Balaã & Zauã & Acã.

28 Habuit autem filios Disan: Hus, & Aran.

29 Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,

30 Dux Diso, dux Eser, dux Disan. isti duces Horræorũ qui imperauerũt i Terra-Seir.

31 Reges autem qui regnauerunt in Terra-Edom antequam haberẽt regẽ filii Israel.

32 Fuerunt hi: Bela filius Beor, nomẽque vrbis eius Denaba.

33 Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab, filius Zare de Bosra.

34 Cumque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum.

35 Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madiã in Regione-Moab: & nomẽ vrbis eius Auith.

36 Cumque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Maresca.

37 Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.

38 Cumque & hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor.

39 Isto quoq; mortuo regnauit pro eo Adar, nomẽque vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.

40 Hæc ergo nomina ducum Esau in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth,

41 Dux Oolibamæ, dux Ela, dux Phinon,

42 Dux Cenez, dux Theman, dux Molsar,

43 Dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edõ habitantes in terra imperii sui. ipse est Esau pater Idumæorum.

CAP XXXVII.

Iacob terram Chanaã habitat. Ioseph accusat fratres suos. Videt somnia, quæ fratribus & patri referens increpatur. Fratres cõsultãt de eo occidendo. Mittitur in cisternã. Inde cõsilio venditur Ismaelitis. Vestis Ioseph tincta in sanguine hœdi defertur ad patrẽ. Iacob luget filium Ioseph. Phutiphare Pharaonis militũ magistro venditur.

1 HAbitauit autem Iacob in Terra-Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est.

2 Et hæ sunt generationes eius: Ioseph cũ sedecim esset annorũ, pascebat gregẽ cũ fratribus suis adhuc puer: & erat cũ filiis Balæ, & Zelphæ vxorũ patris sui: accusauitq; fratres suos apud patrẽ crimine pessimo.

3 Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quòd in senectute genuisset eum: fecitque ei tunicam polymitam.

4 Videntes autem fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eũ, nec poterant ei quicquã pacifice loq.

5 Accidit quoque vt visum somnium referret fratribus suis, quæ causa maioris odii seminarium fuit.

6 Dixitque Ioseph fratribus suis, Audite somnium quod vidi:

7 Putabã nos ligare manipulos in agro: & quasi cõsurgere manipulum meum, & stare, vestrósque manipulos circunstantes adorare manipulum meum.

8 Respondérunt fratres eius, Nunquid rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum, atque sermonum, inuidiæ & odii fomitem ministrauit.

9 Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait, Vidi per somniũ quasi solẽ, & Lunã, & stellas vndeci adorare me.

10 Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eũ pater suus, & dixit, Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?

11 Inuidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat.

12 Cũq; fratres illius in pascẽdis gregib⁹ patris morarẽtur in Sichẽ, dixit ad eũ Israel,

13 Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondẽte, Præsto sum, ait ei,

14 Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora: & renuntia mihi quid agatur.

15 Missus de Valle-Hebrõ, venit in Sichem: Inuenitque eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret.

16 At illa respondit, Fratres meos quæro: indica mihi vbi pascant greges.

17 Dixitque ei vir, Recessérunt de loco isto: audiui autem eos dicentes, Eamus in Dothain. Perrexit itaque Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain.

18 Qui cum vidissent eũ procul, antequã accederet ad eos, cogitauerunt illũ occidere:

19 Et mutuo loquebantur, Ecce somniator venit,

20 Venite, occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem. dicemúsque, Fera pessima deuorauit eum. & tunc apparebit quid illi profint somnia sua.

21 Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat,

22 *Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem: sed proijcite eum in cisternam veterem, quæ est in solitudine: manúsque vestras seruate innoxias. hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

23 Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari, & polymita:

24 Miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam.

25 Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes: aromata, & resinam, & stacten in Aegyptum.

26 Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius?

27 Melius est vt venundetur Ismaelitis, & manus nostræ nõ polluantur: frater enim, & caro nostra est.

28 Acquieuerunt fratres sermonibus illius. *Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismaelitis *triginta argenteis: qui duxerunt eum in Aegyptum.

29 Reuersúsque Ruben ad cisternam, non inuenit puerum: & scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait,

30 Puer non comparet, & ego quò ibo?

31 Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguine hœdi quem occiderant, tinxerunt

32 Hanc inuenientes: vide vtrum tunica filii tui sit, an non.

33 Quam cognouisset pater, ait, Tunica filii mei est, fera pessima comẽdit eum, bestia deuorauit Ioseph.

34 Scissísque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore.

35 Congregatis autem cunctis liberis eius vt leuarent dolorem patris, noluit consolationem accipere: sed ait, Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu,

36 Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis magistro militum.

CAP. XXXVIII.

Coniugium Iudæ. Her, Onan, Sela, Incestus Iudæ cum Thamar. Nascuntur Phares & Zara.

1 EOdem tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad virum Odolamiten, nomine Hiram.

2 *Viditq; ibi filiã hominis Chananæi, vocabulo Sue: & accepta vxore, ingressus est ad eã.

3 Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her.

4 Rursumque concepto fœtu, natum filium vocauit Onan.

5 Tertium quoque peperit: quẽ appellauit Sela, quo nato, parere vltrà cessauit.

6 Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her, nomine Thamar.

7 *Erat quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu Domini: & ideo ab eo occisus est.

8 Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum,

Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi: vt suscites semen fratri tuo.
9 Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terrā, ne liberi, fratris nomine nascerētur.
10 Et idcirco percussit eum Dominus, eo quòd rem detestabilem faceret.
11 Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui suæ, Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. timebat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres eus. Quæ abiit & habitauit in domo patris sui.
12 Euolutis autem multis annis, mortua est filia Sua vxor Iudæ: qui post luctum consolatione susceptā, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras, opilio gregis Odollamites, in Thamnas.
13 Nuntiatūq; est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondēdas oues.
14 Quæ depositis viduaris vestibus, assumpsit theristrū: & mutato habitu sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnā: eo quòd creuisset Sela, & nō eum accepisset maritū.
15 Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem, operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur.
16 Ingrediensque ad eam ait, Dimitte me vt coeam tecum. nesciebat enim quod nurus sua esset. Quæ respondente, Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo?
17 Dixit, Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumque illa dicente, Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabōnem, donec mittas quod polliceris.
18 Ait Iudas, Quid tibi vis pro arrhabōne dari? Respōdit, Annulum tuum & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit.
19 Et surgens abiit: depositoque habitu quē sumpserat, induta est viduitatis vestib⁹.
20 Misit autem Iudas hœdum per pastorē suum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri:
21 Qui cum non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius, Vbi est mulier quę sedebat in biuio? Respondētibus cunctis, Non fuit in loco isto meretrix:
22 Reuersus est ad Iudam, & dixit ei, Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi nunquam sedisse ibi scortum.
23 Ait Iudas, Habeat sibi, certe mendacii arguere nos non potest: ego misi hœdum quem promiseram, & non inuenisti eam.
24 Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ, dicentes, Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas, Producite eam, vt comburatur.
25 Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens, De viro cuius hæc sunt, concepit: cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus.
26 Qui agnitis muneribus, ait, Iustior me est: quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltrà non cognouit eam.
27 Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero:
28 Atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens, Iste egredietur prior.
29 Illo verò retrahente manum egressus est alter: dixitque mulier, Quare diuisa est propter te macerias? & ob hanc causam vocauit nomen eius Phares.
30 Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinū: quem appellauit Zara.

1. Paral. 2. a. 4.

CAP. XXXIX.

Deus cum Ioseph. Tentatur Ioseph ab vxore Pharaonis. Accusatus coniicitur in carcerem. Misereturipsius Deus.

1 IGitur Ioseph ductus est in AEgyptum, emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, vir AEgyptius, de manu Ismaelitarū, à quibus perductus erat.
2 Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens: habitauitque in domo domini sui,
3 Qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.
4 Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei: à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ ei tradita fuerant.
5 Benedixitque Dominus domui AEgyptii propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cunctam eius substantiam.
6 Nec quicquā aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu.
7 Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait, Dormi mecum.
8 Qui nequaquam acquiescens operi nephario, dixit ad eam, Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua:
9 Nec quicquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?
10 Huiusce modi verbis per singulos dies & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum.
11 Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam, absque arbitris, faceret:
12 Et illa, apprehēsa lasciuia vestimēti eius, diceret, Domi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras.
13 Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis: & se esse contemptam, vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos,
14 En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingressus est ad me, vt coiret mecum:
15 Cumque ego succlamassem, & audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebar, & fugit foras.
16 In argumentum ergo fidei, retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, & ait,

Deum. loqueba tur.

17 Ingressus est ad me seruus Hebræus quē adduxisti, vt illuderet mihi:
18 Cumque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.
19 His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde,
20 Tradidítque Ioseph in carcerem, vbi vincti Regis custodiebantur, & erat ibi clausus.
21 * Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius: & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Psal. 104 § 19.
22 Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebantur: & quicquid fiebat, sub ipso erat?
23 Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

CAP. XL.

Somnium pincernę & pistoris Ioseph exponit.

1 HIs itaque gestis accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis AEgypti, & pistor domino suo.
2 Iratusque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus)
3 Misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph.
4 At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis: aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur.
5 Viderúntque ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi.
6 Ad quos cùm introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes,
7 Sciscitatus est eos, dicens, Cur tristior est hodie solito facies vestra?
8 Qui responderunt, Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis, Dixitque ad eos Ioseph, Nunquid non Dei est interpretatio? referte mihi quid videritis.
9 Narrauit prior, præpositus pincernarum somniam suum, Videbā coram me vitem,
10 In qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores, vuas matuescere:
11 Calicémque Pharaonis in manu mea. tuli ergo vuas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.
12 Respondit Ioseph, Hæc est interpretatio somnii, Tres propagines, tres adhuc dies sunt,
13 Post quos recordabitur Pharao ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum: dabísque calicem iuxta officium tuum, sicut antè facere consueueras.
14 Tantum memento mei, cum tibi bene fuerit, & facies mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere:
15 Quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum.
16 Videns pistorum magister quòd prudenter somnium dissoluisset, ait, Et ego vidi somnium, Quòd tria canistra farinæ haberem super caput meum:
17 Et in vno canistro quod erat excelsius, portare me putabā omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auésque comedere ex eo.
18 Respondit Ioseph, Hæc est interpretatio somnii, Tria canistra, tres adhuc dies sunt:
19 Post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas.
20 Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis.
21 Restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret ei poculum,
22 Alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur.
23 Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

CAP. XLI.

Somnia Pharaonis de septem bobus & spicis, edultus è carcere Ioseph exponit. Constituitur super annonam. Nascuntur ei Manasses & Ephraim. Fames in AEgypto.

1 POst duos annos vidit Pharao somniū, Putabat se stare super fluuium,
2 De quo ascendebant septem boues, pulchræ & crassæ nimis: & pascebantur in locis paluſtribus.
3 Aliæ quoque septem emergebant de flumine, fœdæ, confectæque macie: & pascebātur in ipsa amnis ripa in locis virētibus.
4 Deuorauerúntque eas quarum mira spe cies & habitudo corporum erat.
5 Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, & vidit alterum somnium,
6 Septem spicæ pullulabant in culmo vno, plenæ atque formosæ:
7 Aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine, oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem.
8 Euigilans Pharao post quietem, & facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes coniectores AEgypti, cunctósque sapiētes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur.
9 Tunc demum reminiscens pincernarum magister, ait, Confiteor peccatum meum:
10 Iratus Rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum:
11 Vbi vna nocte vterque vidimus somniū, præsagium futurorum.
12 Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus: cui narrantes somnia, sudiuimus quicquid postea rei probauit euentus:
13 Ego enim reddirus sum officio meo, & ille suspensus est in cruce.
14 * Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt: ac veste mutata obtulerunt ei. Psa. 104. § 20.
15 Cui ille ait, Vidi somnia, nec est qui ediserat: quæ audiui te sapientissime conicere.
16 Respondit Ioseph, Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni.
17 Narrauit ergo Pharao quod viderat. Putabam me stare super ripam fluminis,
18 Et septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis carnibus, quæ in

pastu paludis virecta carpebant.
19 Et ecce, has sequebatur aliæ septem boues, fœtu, um deformes & macilentæ, vt nunquam tales in Terra-AEgypti viderim.
20 Quæ deuoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere vestigium:
21 Sed simili macie & squalore torpebant. Eurgilans, rursus sopore depressus, vidi somnium.
22 Septē spicæ pullulabant in culmo vno, plenæ atque pulcherrimæ.
23 Aliæ quoque septem tenues & percussæ vredine, oriebantur è stipula:
24 Quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui cōsectoribus *somnium, & nemo est qui edisserat.
25 Respondit Ioseph, Somnium Regis vnum est: quæ facturus est Deus, ostēdit Pharaoni.
26 Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ: septem hubertatis anni sunt, eandemque vim somnii comprehendunt.
D
27 Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderūt post eas, & septem spicæ tenues, & vento vrente percussæ: septem anni venturæ sunt famis.
28 Qui hoc ordine complebuntur.
29 Ecce septē anni venient fertilitatis magnæ in vniuersā Terra-AEgypti:
30 Quos sequentur septem anni alii tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: consumptura est enim fames omnem terram,
31 Et hubertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo.
32 Quod autē vidisti secundo ad candē rem pertinens somnium: firmitatis iudicium est, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur.
33 Nunc ergo prouideat Rex virum sapientem & industriam, & præficiat eum Terræ-AEgypti.
34 Qui constituat præpositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis.
35 Qui iam nunc futuri sunt, congreget in horreā: & omne frumētum sub Pharaonis potestate condatur, seruenturque in vrbibus.
36 Et præparetur futuræ septem annorum fami quæ oppressura est AEgyptum, &
E non consumetur terra inopia.
37 Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius:
38 Locutusque est ad eos, Num inuenire poterimus talem virum, qui Spiritu Dei plenus sit?
39 Dixit ergo ad Ioseph, Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorē & cōsimilē tui inuenire potero?
Psal. 104. b. 21. mach. 2. f. 53. col. 7. b. 2.
40 *Tu eris super domum meam, & ad tui oris supercilium cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te præcedam.
41 Dixitque rursum Pharao ad Ioseph, Ecce constituī te super vniuersam Terram-AEgypti.
42 Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuitque eum stola byssina: & collo torquem auream circumposuit.
43 Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ Terræ-AEgypti.
44 Dixit quoque rex AEgypti ad Ioseph, Ego sum Pharao, a sque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni Terra-AEgypti.
45 Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua AEgyptiaca, Saluatorem mundi. Dedūque illi vxorem Aseneth filiā Phutipharis, sacerdotis Heliopoleos.
46 Egressus est itaque Ioseph ad Terram-AEgypti (triginta annorum erat quando *autem stetit in conspectu regis Pharaonis)
47 Et circuiuit omnes regiones AEgypti. Venitque fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea AEgypti.
48 Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est.
49 Tantāque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet.
50 Natique sunt Ioseph filii duo antequā Infrà & veniret fames: quos peperit ei Aseneth fi- c. 20. 46 lia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. 48. c. 5
51 Vocauitque nomen primogeniti, Manas- G ses, dicens, Oblitus me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei.
52 Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens, Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.
53 Igitur transactis septem hubertatis annis, qui fuerant in AEgypto,
54 Cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph:
55 Et in vniuerso orbe fames præualuit, in *autem cunctā etiam Terra-AEgypti "fames erat. "panis
56 Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit, Ite ad Ioseph: & quicquid ipse vobis dixerit, facite.
57 Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat AEgyptiis:
58 Nā & illos oppresserat fames. Omnésque prouinciæ veniebāt in AEgyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

CAP. XLII.

Fratres Ioseph descendunt in AEgyptum pro alimentis emendis. Agnoscuntur ab eo.

1 AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in AEgypto, dixit filiis suis, Quare negligitis?
2 *Audiui quod triticum venundetur in AEgypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. All. 70 b. 12.
3 Descenderunt igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in AEgypto.
4 Ben-iamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, Ne forte in itinere quicquam patiatur mali:
5 Ingressi sunt Terram-AEgypti cum aliis qui pergebant ad emendum: erat autem fames in Terra-Chanaan.
6 Et Ioseph erat princeps in Terra-AEgypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur.
7 Cumque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde venistis? Qui respondērunt, De Terra-Chanaan, vt emanus victui necessaria.
8 Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis.
9 Recordatúsque somniorū quæ aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ venistis.
10 Qui dixerunt, Non est ita domine, sed serui tui venerunt vt emerent cibos.
11 Omnes filii vnius viri sumus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali.
12 Quibus ille respondit, Aliter est: immunita terræ huius considerare venistis.
*serui tui 13 At illi dixerunt, Duodecim, inquiunt, *fra- &fratres. tres serui tui sumus, filii viri vnius in Terra-Chanaan: minimus cum patre nostro
C est: alius non est super.
14 Hoc est, air, quod locutus sum, Exploratores estis.
15 Iam nunc experimentum vestri capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus.
16 Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis virum vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis.
17 Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus.
D 18 Die autem tertio eductis de carcere, ait, Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo.
19 Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emistis, in domos vestras:
Infrà c. 5. 43. 20 *Et fratrem vestrū minimum ad me adducite, vt possim vestros probare sermones: & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, & locuti sunt adiuuicem,
*augu- 21 Merito hæc patimur, quia peccauimus in stiam fratrem nostrum, videntes angustias animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: ideirco venit super nos ista tribulatio.
Supra d. 22. 22 *E quibus vnus, Ruben, ait, Nunquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum: & nō audistis me? en sanguis eius exquiritur.
*autem 23 Nesciebant *enim quod intelligeret Ioseph: eo quod per interpretem loqueretur
E ad eos.
24 Auertitque se parumper, & fleuit: & reuersus locutus est ad eos.
25 Tollēnsque Simeon, & ligatis illis præsentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra ei bariis in via: qui fecerunt ita.
26 At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt.
27 Apertóque vnus sacco vt daret iumento pabulum in diuersorio, conspicatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis,
*mea 28 Reddita est mihi pecunia, en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatique mutuò dixerunt, Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?
29 Veneruntque ad Iacob patrem suum in p Terram-Chanaan, & narrauerūt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes,
30 Locutus est nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores esse prouinciæ.
31 Cui respondimus, Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias.
32 Duodecim fratres vno patre geniti sumus: vnus non est super, minimus cum patre nostro est in Terra-Chanaan.
33 Qui ait nobis, Sic probabo quòd pacifici sitis, Fratrem vestrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite: & abite:
34 Fratrémque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quòd non sitis exploratores: & ipsum qui tenetur in vinculis recipere possitis: ac deinceps quæ vultis, ycmendi habeatis licentiam.
35 His dictis cùm frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritíque simul omnibus, di- G xit pater Iacob,
36 Absque liberis me esse fecistis: Ioseph nō est super, Simeon tenetur in vinculis; & Ben-iamin auferetis: in me hæc omnia ma- *auferris la recciderunt.
37 Cui respondit Ruben, Duos filios meos interfice, si nō reduxero illum tibi: trade illū in manu mea, & ego eū tibi restituam.
38 At ille, Non descēdet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit: si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

CAP. XLIII.

Adducit Ben-iamin redeunt fratres ad Ioseph cum muneribus. Educitur è carcere Simeon.

1 INterim fames omnem terram vehementer premebat.
2 Consumptúque cibis quos ex AEgypto detulerant, dixit Iacob ab filios suos, Reuertimini, & emite nobis pauxillū escarum.
3 Respondit Iudas, Denuntiauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens, *restifica- Non videbitis faciem meam, nisi fratrem tione vestrum minimum adduxeritis vobiscum.
4 Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria.
5 Si autem non vis, non ibimus: *vir enim Supra 42 (vt sæpe diximus) denuntiauit nobis, di- 20. rens, Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo.
6 Dixit eis Israel, In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei & alium haberet vos frātrem.
7 At illi respōderunt, Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem: si pater viueret: si haberemus fratrem: & nos respondimus ei consequēter iuxta id quod fuerat scisciatus: nunquid scire poteramus quod dicturus esset,
8 Adducite fratrem vestrum vobiscum? Iudas quoque dixit patri suo, Mitte puerum.

mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos & parnuli nostri.

9 Ego suscipio puerum: de manu mea require illum, nisi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.

10 Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus.

11 Igitur Israel pater eorum dixit ad eos, Si sic necesse est, facite quod vultis: sumite de optimis terræ *frugibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicū resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarum.

12 Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum: & illam quam inuenistis in saccis, reportate, ne forte errore factum sit.

13 Sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum.

14 Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet in vinculis, & hunc Ben-iamin: ego autem quasi orbatus absque liberis ero.

15 Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Ben-iamin, descenderuntque in Aegyptum, & steterunt coram Ioseph.

16 Quos cum ille vidisset & Ben-iamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens, introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium: quoniam hodie mecum unt commesturi meridie.

17 Fecit ille *sicut ei fuerat imperatum, & introduxit viros domum.

18 Ibique exterriti, dixerunt mutuò, Propter pecuniam, quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus: vt deuoluat in nos calumniam, & violenter subiiciat seruituti & nos, & asinos nostros.

19 Quam ob rem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt,

20 Oramus domine vt audias nos, * Iam antè descendimus vt emeremus escas.

21 Quibus emptis, cum venissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum: quam nunc eodem pondere reportauimus.

22 Sed & aliud tulimus argentū, vt emamus quæ nobis necessaria sunt: non est in nostra conscientia quis posuerit eam in marsupiis nostris.

23 At ille respondit, Pax vobiscum, nolite timere: Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris, nam pecuniam quam dedistis mihi, probatam ego habeo.

24 Eduxitque ad eos Simeon. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum.

25 Illi vero parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. audierant enim quòd ibi comesturi essent panem.

26 Igitur ingressus est Ioseph domū suam, obtulerūntque ei munera, tenentes in manibus suis: & adorauerūt proni in terram.

27 At ille clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Sanūne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi, Adhuc viuit?

28 Qui responderunt, Sospes est seruus tuus pater noster, Adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum.

29 Attollens autē Ioseph oculos, vidit Ben-iamin fratrem suum vterinum: & ait, Ille est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum, Deus, inquit, misereatur tui fili mi,

30 Festinauitque in domum, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ: & introiens cubiculum fleuit.

31 Rursumque lota facie egressus, continuit se, & ait, Ponite panes.

32 Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, AEgyptiis quoque unà vescebantur simul. seorsum (illicèi est enim AEgyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant huiuscemodi conuiuium)

33 Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam.

34 Et mirabantur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorque pars venit Ben-iamini: ita vt quinque partibus excederet: biberūntque, & inebriati sunt cum eo.

CAP. XLIIII.

Ioseph absconsa & deprehenso scypho in sacco Ben-iamin, arguit fratres furti. Iudas excusans, se facit obsidem pro Ben-iamin.

1 PRæcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens, Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci.

2 Scyphum autē meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris, factumque est ita.

3 Et orto mane, dimissi sunt cū asinis suis.

4 Iamque vrbem exierant, & processerant paululum: *tunc Ioseph accersito dispensatore domus, ait, Surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis dicito, Quare reddidistis malum pro bono?

5 Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet: pessimam rem fecistis.

6 Fecit ille vt iusserat: & apprehensis per ordinem locutus est.

7 Qui responderunt, Quare sic loquitur dominus noster, vt serui tui tantum flagitii commiserint?

8 Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorum reportauimus ad te de Terra-Chanaan: & quomodo consequens est vt furati simus de domo domini tui aurum vel argentum?

9 Apud quemcunque fuerit inuentum seruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus serui domini nostri.

10 Qui dixit eis, Fiat iuxta vestram sententiam: apud quemcunque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxii.

11 Itaque festinatò deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli.

12 Quos scrutatus, incipiens à maiore vsque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Ben-iamin.

13 At illi scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reuersi sunt in oppidum.

14 Primúsque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph (necdum enim de loco abierat) omnésque ante eum pariter in terram corruerunt.

15 Quibus ille ait, Cur sic agere voluistis? an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientia?

16 Cui Iudas, Quid respondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iustè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus domini mei, & nos: & apud quem inuentus est scyphus?

17 Respondit que Ioseph, Absit à me, vt sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum.

18 Accedens autem propius Iudas, confidenter ait, Oro domine "audi me, vt loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem dominus meus.

19 Interrogasti prius seruos tuos, Haberis patrem, aut frarrem?

20 Et nos respondimus tibi domino meo, Est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est, cuius vterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater suæ, pater verò tenerè diligit eum.

21 Dixistique seruis tuis, Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum.

22 Suggessimus tibi domino meo, Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur.

23 *Et dixisti seruis tuis, Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam.

24 Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ loquutus est dominus meus.

25 Et dixit pater noster, Reuertimini, & emite nobis parum tritici.

26 Cui diximus, Ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri.

27 *At ille respondit, *Vos scitis quòd duos filios genuerit mihi vxor mea.

28 Egressus est vnus, & dixisti, Bestia deuorauit eum: & hucusque non comparet.

29 Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.

30 Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit, (cum anima illius ex huius anima dependeat)

31 Videritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos.

32 Ego proprie seruus tuus sim, qui in meā hunc recepi fidem, & spopondi dicens, Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore.

33 *Manebo itaque seruus tuus pro puero

in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis.

34 Non enim possum redire ad patrem absente puero: ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

CAP. XLV.

Ioseph se fratribus agnoscendum prabet: mittitque pro patre.

1 NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coram astantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.

2 Eleuauitque vocem cum fletu: quam audierunt AEgyptii, omnisque domus Pharaonis.

3 Et dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? * Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti.

4 Ad quos ille clementer, Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè, Ego sum, air, *Ioseph frater vester, quem vendidistis in AEgyptum.

5 Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quod vendidistis me in his regionibus: * pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in AEgyptum.

6 Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra: & adhuc quinque anni restant: quibus nec arari poterit, nec meti.

7 Præmisitque me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis.

8 Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, ac principē in omni Terra AEgypti.

9 Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioseph, Deus fecit me dominum vniuersæ Terræ AEgypti: descende ad me, ne moreris.

10 Et habitabis in Terra-Gessen: erisque iuxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quæ possides.

11 Ibique te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & omnis domus tua, & omnia quæ possident.

12 En oculi vestri & oculi fratris mei Ben-iamin vident quòd os meum loquatur ad vos.

13 Nuntiate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in AEgypto: festinate, & adducite eum ad me.

14 Cumque amplexatus cecidisset in collum Ben-iamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius.

15 Osculatúsque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum.

16 Auditumque est & celebri sermone vulgatum in aula regis, Venerunt fratres Ioseph. & gauisus est Pharao atque omnis familia eius.

17 Dixitque ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens, Onerantes iumenta, ite in Terram-Chanaan:

18 Et tollite inde patrem vestrum & cognac. 1,

tionem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona AEgypti, vt comedatis medul lam terræ.

F 19 Præcipe etiam vt tollant plaustra de Terra AEgypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: & dicito, Tollite patrem vestrum, & properate quantocyus venientes.

20 Nec dimittatis quicquam de supellectili vestra: quia omnes opes AEgypti, vestræ erunt.

21 Fecerunt que filii Israel vt eis mãdarum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere.

22 Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Ben-iamin vero dedit trecẽtos argenteos cum quinque stolis optimis:

23 Tantundem pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens eis asinos decem qui subucherent ex omnibus diuitiis AEgypti, & totidem asinas, triticum in itinere, panẽsque portantes.

G 24 Dimisit ergo fratres suos: & proficiscentibus ait, Ne irascamini in via.

25 Qui ascẽdentes ex AEgypto, venerunt in Terram-Chanaan ad patrem suum Iacob.

26 Et nuntiauerunt ei, dicẽtes, Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni Terra AEgypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis.

27 Illi e contra referebant omnem ordinem rei. Cumque vidisset plaustra & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait,

28 Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

CAP. XLVI.

Iacob pergit in AEgyptum ad Ioseph. Genealogia Iacob. Ioseph occurrit patri.

1 PRofectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteũ-iuramenti: & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac,

2 Audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi, Iacob, Iacob? Cui respondit, Ecce adsum.

3 Ait illi Deus, Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, sed descende in AEgyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.

4 Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

Act.7.b.15.

5 *Surrexit autem Iacob mane à Puteo-iuramenti: tulerũntque eum filii cum paruulis & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem,

Iosue 24. a. 4. psal. 104. b. 22. & 134. a. 4. 7. Exod. 1. a. 2. 6. c. 14. numer. 26.

6 Et omnia quæ possederat in Terra-Chanaan: *venitque in AEgyptum cum omni semine suo.

7 Filii eius, & nepotes, filiæ & cuncta simul progenies. Hæc sunt autem nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in AEgyptum, ipse cum liberis suis.

Exod. 6. 14. num. 26. 5. 1. par. 5. a. 1. & 3. 9

8 *Primogenitus, Ruben.

9 Filii Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi.

10 *Filii Simeon: Iamuel & Iamin & Iaui & Ahod & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis.

1. Par. 4. c. 24.

11 Filii Leui: Gerson & Caháth & Merari.

B

12 *Filii Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui sunt autem Her & Onan in Terra-Chanaan. Natique sunt filii Phares: Hesron & Hamul.

1. Par. 2. a. 3. supra 38. a.

13 *Filii Isachar: Thola & Phua & Iob & Simeron.

1. Par. 7. b.

14 Filii Zabulon: Sared & Elon & Iahelel.

15 Hi filii Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres.

16 Filii Gad: Sephon & Aggi & Esebon & Suni & Heri & Arodi & Areli.

17 *Filii Aser: Iamna & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filii Beria: Heber & Melchiel.

1. Par. 7. a.

18 Hi filii Zelphæ, quã dedit Laban Liæ filiæ suæ & hos genuit Iacob sedecim animas.

19 Filii Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Ben-iamin.

20 *Natique sunt Ioseph filii in Terra AEgypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim.

C

Supra 41. f. 50.

21 *Filii Ben-iamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared.

1. Par. 7. b. 8. a.

22 Hi filii Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ, quatuordecim.

23 Filii Dan: Husim.

24 Filii Nephthali: Iasiel & Guni & Ieler & Sallem.

25 Hi filii Balæ, quam dedit Laban Rachel filiæ suæ: & hos genuit Iacob. omnes animæ septem.

26 Cunctæque animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in AEgyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorum eius: sexaginta sex.

27 Filii autem Ioseph qui nati sunt ei in Terra-AEgypti, animæ duæ, *Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in AEgyptum, fuere septuaginta.

Deut. 10. d. 22.

28 Misit autem Iacob Iudam ante se ad Ioseph in AEgyptum, vt nuntiaret ei, & ille occurreret in Gessen.

29 Quo cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eundem locum: vidensque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.

D

30 Dixitque pater ad Ioseph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.

31 At ille loquutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui, Ascendã, & nuntiabo Pharaoni: dicámque ei, Fratres mei & domus patris mei qui erant in Terra-Chanaan venerunt ad me:

32 Et sunt viri pastores ouium, curámque habent alendorum gregum: pecora sua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum.

33 Cúmque vocauerit vos, & dixerit, Quod est opus vestrum?

Respon

34 Respondebitis, Viri pastores fumus serui tui, ab infantia nostra vsq; in præsens, & nos & patres nostri. Hæc autem dicetis, vt habitare possitis in Terra-Gessen: quia detestantur AEgyptii omnes pastores ouium.

CAP. XLVII.

Iacob introducit ad Pharaonem. Datur ei Terra-Gessen. Adiurat filium de sepultura.

1 INgressus ergo Ioseph nuntiauit Pharaoni, dicens, Pater meus & fratres, oues eorum & armenta & cuncta quæ possident, venerunt de Terra-Chanaan: & ecce constiunt in Terra-Gessen.

2 Extremos quoq; fratrum suorum quinque viros constituit coram rege: quos ille interrogauit,

3 Quid habetis operis? Responderunt, Pastores ouium fumus serui tui, & nos & patres nostri.

4 Ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum, ingrauescente fame in Terra-Chanaan: petimúsque vt esse nos iubeas seruos in Terra-Gessen.

5 Dixit itaque rex ad Ioseph, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te.

6 Terra-AEgypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis Terram-Gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

7 Postlhęc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo:

8 Qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?

9 Respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt.

C 10 Et benedicto rege egressus est foras.

11 Ioseph vero patri & fratribus suis dedit possessionem in AEgypto in optimo Terræ loco, Rameſſes, vt præceperat Pharao.

12 Et alebat eos, omnémque domum patris sui, præbens cibaria singulis.

13 In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maximè AEgypti & Chanaan.

14 Equibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in thesauros regis.

15 Cúmque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta AEgyptus ad Ioseph, dicens, Da nobis* panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia?

*panem

D 16 Quibus ille respondit, Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis.

17 Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

18 Venerunt quoque anno secundo, & dixerũt ei, Non celamus domino nostro quod deficiente pecunia, pecora simul defecerunt: nec clam te est quod absque corporibus & terra nihil habeamus.

19 Cur ergo moriemur te vidente? & nos, & terra nostra tui erimus: eme nos in seruitutem regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur Terra in solitudinem.

20 Emit igitur Ioseph omnem Terram-AEgypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis.

E

21 Subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius a nouissimis terminis AEgypti vsque ad extremos fines eius:

22 Præter terram sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.

23 Dixit ergo Ioseph ad populos, Ecce vt cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet: accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis.

24 Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familiis & liberis vestris.

F

25 Qui responderunt, Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tantum dominus noster, & læti seruiemus regi.

26 Ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa Terra-AEgypti, regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

27 Habitauit ergo Israel in AEgypto, id est in Terra-Gessen, & possedit eam: auctúsque est & multiplicatus nimis.

28 Et vixit in ea decem & septem annis: factique sunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta septem annorum.

29 Cúmque appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum, Si inueni gratiam in conspectu tuo, *pone manum tuam sub femore meo: & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in AEgypto:

G

Supra 24. a. 2.

30 Sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condásque in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph, Ego faciam quòd iussisti.

31 Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput.

CAP. XLVIII.

Iacob egrotat. Adoptat sibi Ephraim & Manassen filios Ioseph. Benedicit iisdem.

1 HIs itaque transactis nuntiatum est Ioseph quòd ægrotaret pater suus: qui assumptis duobus* filiis, Manasse & Ephraim ire perrexit.

*filiis,

2 Dictúmq; est seni, Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui cõfortatus sedit in lectulo.

3 Et ingresso ad se Ioseph ait, *Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in Terra-Chanaan: benedixitque mihi, & ait,

Supra 28. c. 13.

4 Ego te augebo & multiplicabo, & faciã te in turbas populorum: daboque tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam.

Supra 47. c. 20. 48. b. 7. d.

5 *Duo ergo filii tui qui nati sunt tibi in

*Duo

c. ii.

Terra-AEgypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.

B 6 Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.

Supra 35. 7 c.19. 7 *Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in Terra-Chanaan in ipso itinere, erátque vernum tempus: & ingrediebar Ephratham, & sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quę alio nomine appellatur Beth-lehem.

8 Videns autem filios eius, dixit ad eum, Qui sunt isti?

9 Respondit, Filii mei sunt quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis.

10 Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, & clarè videre non poterat. Applicitósque ad se, deosculatus & circumplexus eos,

11 Dixit ad filium suum, Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuum.

12 Cumque tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram.

C 13 Et posuit Ephraim ad dexteram suam, id est ad sinistram Israel: Manassen verò in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum.

14 Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse qui maior natu erat, commutans manus.

Heb.11. d.21. 15 *Benedixitque Iacob filiis Ioseph, & ait, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem,

Supra 31. d.29.32. e.2. 16 *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram.

D 17 Videns autem Ioseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse.

18 Dixitque ad patrem, Non ita conuenit pater: quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius.

19 Qui renuens ait, Scio fili mi, scio: & iste *quidem *quippe erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius minor, maior erit illo, & semen illius crescet in gentes.

20 Benedixitque eis in tempore illo, dicens, In te benedicetur Israel, atque dicetur, Faciat tibi Deus sicut Ephraim & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen.

21 Et ait ad Ioseph filium suum, En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum.

Iosue 13. b.7.16. c. Iosue 24. b.32. 22 *Do tibi partem vnam extrà fratres tuos, *quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

CAP. XLIX.

Iacob benedicit, siue prędicit filiis suis quid euenturum sit eis. Eligit sibi sepulturæ. Moritur.

1 VOcauit autem Iacob filios suos, & ait eis, Congregamini, vt annuntiem quæ venturа sunt vobis in diebus nouissimis.

2 Congregamini & audite filii Iacob, audite Israel patrem vestrum.

3 Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium *doloris mei: prior in donis, maior in imperio. *roboris

4 Effusus es sicut aqua, non crescas: *quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Supra 35. d.22.1.par. 1.a.5.a.1.

5 Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia.

6 In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum nō sit gloria mea: *quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Supra 34. d.25.

7 Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: *diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. *diuidam Iosue 19. d.1, 21.a.

8 Iuda, te laudabunt fratres tui: manus *tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. *tua B

9 *Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? 1.Para. 5. d.2.

10 *NON AVFERETVR sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium. Christus Ioan.7.b. 42, mat.2. a.b.

11 Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem ô fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.

12 Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

13 Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem.

14 Issachar asinus fortis accubans inter terminos.

15 Vidit requiem quòd esset bona, & terram quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens.

16 Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israel. C

17 Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.

18 SALVTARE tuum expectabo Domine. Christum

19 Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipse accinget se retrorsum.

20 Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.

21 Nephthali cerua emissus, & dans eloquia pulchritudinis.

22 *Filius accrescens Ioseph, filius accrescēs & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum. 1. Paralip. 5. a.2.

23 Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuiderúntque illi habentes iacula,

24 Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus

manus potentis Iacob: inde pastor egressus est, lapis Israel.

25 Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacētis deorsum, benedictionib⁹ vberū & vuluæ.

D 26 Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius: donec veniret desyderium collium æternorum. fiant in capite Ioseph & in vertice Nazarei inter fratres suos.

27 Ben-iamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia.

28 Omnes hi in tribubus Israel duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus propriis.

29 Et præcepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi,

Supra 23. d.16. 30 Contra Mambre in terra-Chanaan, *quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri.

31 Ibi sepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebeca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet.

32 Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositúsque est ad populum suum.

CAP. L.

Sepelitur Iacob. Celebrantur exequiæ. Ioseph fratribus remittit iniuriam. Moritur.

1 QVod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum.

2 Præcepítque seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem.

3 Quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum conditorum. Fleuitque eum AEgyptus septuaginta diebus.

4 Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiā Pharaonis, Si inueni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis:

Supp.47.8. 29. 5 *Eo quod pater meus adiurauerit me, dicens, En morior, in sepulchro meo quod fodi mihi in Terra-Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrē meum, ac reuertar. B

6 Dixitque ei Pharao, Ascende, & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es.

7 Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu Terræ-AEgypti:

*dereliquerunt 8 Domus Ioseph cum fratribus suis, absque paruulis & gregibus, atque armentis quæ *dereliquerunt in Terra-Gessen.

9 Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica.

10 Veneruntque ad Aream-atad, quę sita est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias, planctu magno atque vehementi impleuerunt septem dies.

11 Quod cum vidissent habitatores Terræ-Chanaan, dixerunt, Planctus magnus est iste AEgyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus AEgypti.

12 Fecerunt ergo filii Iacob sicut præceperat eis.

13 *Et portantes eum in Terram Chanaan, sepelierūt eū in spelūca duplici, quā emerat Abrahā cum agro in possessione sepul- Supra 23. chri ab Ephrō Hethæo contra faciē Mābre. d.16. Act. 7. b. 16.

14 Reuersúsque est Ioseph in AEgyptum C cum fratribus suis & omni comitatu, sepulto patre.

15 Quo mortuo, timētes fratres ei⁹ & mutuo colloquentes, Ne forte memor sit iniuriæ quā passus est, & reddat nobis omne malū quod fecimus? mādauerunt ei dicentes, *ei

16 Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur,

17 Vthæc tibi verbis illius diceremus, Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te, nos quoque oramus vt *seruis tuo Dei patri tuo dimittas iniquitatē hāc. Quibus auditis fleuit Ioseph. *seruis Dei patris tui

18 Veneruntque ad eum fratres suis & proni adorantes in terram, dixerunt, Serui tui sumus.

19 Quibus ille respondit, *Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? Sup.45.5 D

20 Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, vt exalteret me sicut impræsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos.

21 Nolite timere: ego pascam vos & paruulos vestros. consolatúsque est eos, & blande ac leniter est locutus.

22 Et habitauit in AEgypto cum omni domo patris sui: vixítque centum decē annis.

Numer.32. 23 *Et vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem. Filii quoque Machir filii Ioseph nati sunt in genibus Ioseph. 3.39.

24 Quibus trāsactis locutus est fratribus suis, *Post mortē meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. Heb.11.b. 22.

25 Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto:

26 Morteus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in AEgypto.

LIBER EXODVS, HEBRAI-cè Velle semoth.

CAP. I.

Recensentur filii Iacob. Nouus Pharao opprimit Israelitas. Obstetricum pietatem laudatur.

Genes. 46. a. 2.

1 HAEC sunt nomina filiorum *Israel qui ingressi sunt in AEgyptum cum Iacob: singuli cum domibus suis introierunt:
2 Rubē, Simeō, Leui, Iudas,
3 Issachar, Zabulon, & Ben-iamin,
4 Dan, & Nephthali, Gad, & Aser.
5 Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in AEgypto erat.

Genes. 50. d. 26.

6 *Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione sua:

Deut. 10. f. 22. Act. 7. c. 17.

7 *Filii Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt ac roborati nimis, implenerunt terram.

B 8 Surrexit interea rex nouus super AEgyptum qui ignorabat Ioseph:
9 Et ait ad populum suum, Ecce, populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est.
10 Venite, sapienter opprimamus eum: ne forte multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de Terra.
11 Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificauerunt-que vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom, & Rameses.
12 Quantòque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebat: ederantque filios Israel AEgyptij,
C 13 Et affligebant illudentes eis & inuidentes.
14 Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premiebantur.
15 Dixit autem rex AEgypti obstetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis,

Exp. 18. b. 5

16 *Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si fœmina, reseruate.
17 Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis AEgypti, sed conseruabant mares.
D 18 Quibus accersitis ad se rex ait, Quidnam est hoc quod fa ere voluistis, vt pueros seruaretis?
19 Quæ respondentes, Non sunt Hebrææ sicut AEgyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt.
20 Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusque est nimis.
21 Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos.
22 Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens, Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reseruate.

CAP. II.

Natus Moyses in secretum protectus, adoptatur a filia Pharaonis. Occiso AEgyptio visitat Israelitas fratres. Ducit vxorem. Clamant ad eum Israelitæ.

1 EGressus est post hæc vir de domo Leui,
2 *Et accepit vxorem stirpis suæ: quæ concepit & peperit filium: & videns eum elegantem abscondit tribus mensibus.

Infrà 6. 20. num. 26. 59. 1. Paralip. 23. 6.

3 Cumque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitque intus infantulum, & exposuit eum in arcto ripæ fluminis,
4 Stante procul sorore eius, & considerante euentum rei.
5 *Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cùm vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam e famulabus suis: & allatam aperiens,

Act. 7. c. 21. Hebr. 11. b. 23.

6 Cerneńsque in ea paruulum vagientem, miserta eius, ait, De infantibus Hebræorum est hic.
7 Cui soror pueri, Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum?
8 Respondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam. E
9 Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum:
10 Adulsumque tradidit filiæ Pharaonis, Quem illa adoptauit in locum filij: vocauitque nomen eius Moyses, dicens, Quia de aqua tuli eum.

Hebr. 11. a. 24. a.

11 *In diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum AEgyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis.
12 Cumque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum AEgyptium abscondit sabulo.
13 Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximum tuum?
C 14 Qui respondit, Quis constituit te principem, & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti AEgyptium? Timuit Moyses, & ait, Quomodo palam factum est verbum istud?
15 Audiuitque Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in Terra Madian, & sedit iuxta puteum.
16 Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui.
17 Superuenêre pastores, & ejecerunt eas: surrexit que

surrexitque Moyses, & defensis puellis, adaquauit oes earum. Quæ cum reuertissent ad Iethro patrem suum, dixit ad eas,

Raguel

18 Cur velocius venistis solito?
19 Respondérunt, Vir AEgyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potumque dedit ouibus.
D 20 At ille, Vbi est, inquit? quare dimisistis hominem? vocate eum vt comedat panem.
21 Iurauit ergo Moyses quod habitaret cum eo.
22 Accepitque Sephoram filiam eius vxorem: *quæ peperit ei filium, quem vocauit Gersam, dicens, Aduena fui in terra aliena.

Infrà 18. a. 2.

23 Alterum verò peperit: quem vocauit Eliézer, dicens, Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis.
24 Post multum vero temporis mortuus est rex AEgypti: & ingemiscentes filii Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus.
25 Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et respexit Dominus filios Israel, & *liberauit eos.

*cognouit

CAP. III.

Moyses pascit oues. Videt Deum in rubo. Mittitur ad filios Israel & Pharaonem oppressorem.

2 MOyses autem pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian: eumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb.

Act. 7. d. 30.

3 *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non combureretur.
4 Dixit ergo Moyses, Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.
4 Cernens autē Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait, Moyses, Moyses? Qui respondit, Adsum.
E 5 At ille, Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.

Exod. 23. c. 20. Matt. 22. c. 32. Marc. 12. c. 26. Luc. 20. f. 37. Act. 7. d. 32.

6 Et ait, *Ego sum Deus patris tui, Deus Abrahām, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: *non enim audebat aspicere contra Deum.
7 Cui ait Dominus, Vidi afflictionem populi mei in AEgypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus.
8 Et scions dolorem eius, descendi vt liberē eum de manibus AEgyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam & spatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi & Iebusæi.
C 9 Clamor ergo filiorum Israel venit ad me: vidique afflictionem eorum qua ab AEgyptiis opprimuntur.
10 Sed veni, & mittā te ad Pharaonē, vt educas populū meum filios Israel de AEgypto.
11 Dixitque Moyses ad Deū, Quis sum ego, D vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de AEgypto?
12 Qui dixit ei, Ego ero tecum: & hoc habebis signum quòd miserim te, Cùm eduxeris populum meum de AEgypto, immolabis Deo super montem istum.
13 Ait Moyses ad Deum, Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, Quod est nomen eius? quid dicam eis?
14 Dixit Dominus ad Moysen, EGO SVM QVI SVM. Ait, Sic dices filiis *Israel, QVI EST, misit me ad vos.
15 Dixitque iterum Deus ad Moysen, Hæc E dices filiis Israel, Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem.
16 Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos, Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens, Visitans, visitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in AEgypto:
17 Et dixi vt educam vos de afflictione AEgypti in Terrā Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle.
18 Et audient vocē tuā: ingredierisque tu & F seniores Israel ad regē AEgypti, & dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudine, vt immolemus Domino Deo nostro.
19 Sed ego scio quòd non dimittet vos rex AEgypti vt eatis, nisi per manum validam.
20 Extendámque manum meam, & percutiā G AEgyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hoc dimittet vos.
21 Dabóque gratiam populo huic coram AEgyptiis: & cùm egrediemini, non exibitis vacui.
22 *Sed postulabit mulier à vicina sua & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis AEgyptum.

Infrà 11. a. 2. 12. c. 35.

CAP. IIII.

Moyses accipit signa sui creationis. Pergit in AEgyptum. Sephora vxor circumcidit filium. Aaron occurrit fratri suo Moysi.

1 REspondens Moyses ait, Non credent mihi, neque audient vocem meam: sed dicent, Non apparuit tibi Dominus.
2 Dixit ergo ad eum, Quid est quod tenes in manu tua? Respondit, Virga.
3 Dixitque Dominus, Proijce eam in terrā. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses.
4 Dixitque Dominus, Extēde manum tuam, & apprehēde caudam eius. Extendit, & tenuit, versaque est in virgam.
5 Vt credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum tuorum, Deus A- E braham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.
6 Dixitque Dominus rursum, Mitte manum

supra.

tuam in sinum tuum. Quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis.

7 Retrahe, ait, manum tuam in sinu tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carnis reliquæ.

8 Sinon crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.

9 Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam; & quicquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem.

C 10 Ait Moyses, Obsecro Domine, non sum eloquēs ab heri & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardionis linguæ sum.

11 Dixit Dominus ad eum, Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? nonne ego?

Matth.10. 12 Perge igitur, & ego ero in ore tuo: docebó- 19. que quid loquaris.

*te 13 Ait ille, Obsecro Domine, inquit, mitte quem missurus es.

D 14 Iratus Dominus in Moysen, ait, Aaron frater tuus Leuites, scio quod eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tuum, videnſque te lætabitur corde.

15 Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendā vobis quid agere debeatis.

Infrà 7.a. 2. 16 *Et ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.

17 Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

18 Abiit Moyses, & reuersus est ad Iethro socerum suum: dixitque ei, Vadam, & reuertar ad fratres meos in AEgyptum, vt videā si adhuc viuāt. Cui ait Iethro, Vade in pace.

19 Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian, Vade, & reuertere in AEgyptum: mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam.

E 20 Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum: reuersúsque est in AEgyptum, portans virgam Dei in manu sua.

21 Dixitque ei Dominus reuertenti in AEgyptum, Vide vt omnia ostenta quæ posui in manu tua facias coram Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum.

22 Dicésque ad eum, Hæc dicit Dominus, Filius meus primogenitus, Israel.

F 23 Dixi tibi, Dimitte filiū meum, vt seruiat mihi: & noluisti dimittere eum, ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.

24 Cumque esset in itinere, in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eū.

25 Tulit ilico Sephora acutissimā petrā, & circuncidit præputiū filii sui, tetigitque pedes eius, & ait, Sponsus sanguinum tu mihi es.

26 Et dimisit eum postquā dixerat, Sponsus sanguinum tu mihi es: ob circuncisionem.

Dixit autem 27 *Dixitque Dominus ad Aaron, Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit

G obuiam ei in Monte m Dei, & osculatus est eum.

28 Narrauitque Moyses Aaron omnia verba G Domini pro quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat.

29 Venerúntque simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel.

30 Locutúsque est ad Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo, & credidit populus.

31 Audiérúntque quod visitasset Dominus filios Israel, & quod respexisset afflictionem illorum: & proni adorauerunt.

CAP. V.

Moyses & Aaron aggrediuntur Pharaonem. Populus magis ac magis opprimitur. Increpant à populo Moysen & Aaron.

1 POst hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto.

2 At ille respondit, Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam.

3 Dixerúntque, Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte accidat nobis pestis aut gladius.

4 Ait ad eos rex AEgypti, Quare Moyses & Aaron solicitat is populum ab operib⁹ suis? ite ad onera vestra.

5 Dixitque Pharao, Multus est populus Terræ: videtis quòd turba fuecrenerit: quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus? ꝑ

6 Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens,

7 Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant, & colligant stipulas.

8 Et mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quicquam: vacant enim, & ideirco vociferantur, dicentes, Eamus, & sacrificemus Deo nostro.

9 Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus.

10 Igitur egressi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt, Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas.

11 Ite & colligite sicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquam de opere vestro.

12 Dispersúsque est populus ⁊ in omnem Terram AEgypti ad colligendas paleas. ꝑ C

13 Præfecti quoque operum instabant, dicentes, Complete opus vestrum quotidie, vt prius facere solebatis quando dabantur vobis paleæ.

14 Flagellarique sunt qui præerāt operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus, Quare non impletis mensuram laterum sicut prius, nec heri nec hodie?

15 Venerúntque præpositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad Pharaonem, dicentes, Cur ita agis contra seruos tuos?

16 Paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniustè agitur contra populum tuum.

vestrum. Qui ait,

17 Vacatis otio, & ideirco dicitis, Eamus, & sacrificemus Domino.

D 18 Ite ergo, & operamini. paleæ non dabuntur vobis, & redde is consuetum numerum laterum.

19 Videbántque se præpositi filiorum Israel *in malo, eo quod dicerentur eis, Non minuetur quicquam operis de lateribus per singulos dies.

20 Occurrerúntque Moysi & Aaron, qui stabant ex aduerso, egredientes à Pharaone:

& dixerunt ad eos,

21 Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & seruis eius, & præbuistis ei gladiū vt occideret nos.

22 Reuersúsque est Moyses ad Dominum, & ait, Domine, cur afflixisti populū istum? quare misisti me?

23 Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem vt loquerer ex nomine tuo, afflixit populum tuum, & non liberasti eos.

CAP. VI.

Promittit Deus Liberationem, & Terram Chanaan. Genealogia Ruben & Simeonis & Leui.

1 DIxitque Dominus ad Moysen, Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robustā eiiciet illos de terra sua.

2 Locutúsque est ad Moysen, dicens, Ego Dominus.

3 Qui apparui Abrahām, Isaac & Iacob in Deo omnipotēte: & nomen meum ADONAI non iudicaui eis.

4 Pepigíque fœdus cum eis, vt darem eis Terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ.

5 Ego audiui gemitum filiorum Israel quo AEgyptii opprimunt eos: & recordatus sum pacti mei.

6 Ideo die filiis Israel, Ego Dominus qui educam vos de ergastulo AEgyptiorum, & eruam de seruitūte: & redimam in brachio excelso & iudiciis magnis.

7 Et assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus: & scietis quod ego sum Dominus Deus vester qui eduxerim vos de ergastulo AEgyptiorum:

B 8 Et induxerim vos in terram, super quam leuauī manum meam vt darem eam Abraham, Isaac & Iacob: daboque illam possidendam vobis, ego Dominus.

9 Narrauit ergo Moyses omnia filiis Israel: qui non acquieuerunt ei propter angustiam spiritus, & opus durissimum.

10 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicēs,

11 Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem AEgypti, vt dimittat filios Israel de terra sua.

12 Respondit Moyses coram Domino, Ecce filii Israel non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præsertim cum incircuncisus sim labiis?

13 Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron: & dedit mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem AEgypti vt educerent filios Israel de terra AEgypti.

14 Isti sunt principes domorum per familias suas. Filii Rubē primogeniti Israelis: Henoch & Phallu: Hesron & Charmi. hæc cognationes Rubem:

15 *Filii Simeon: Iamuel & Iamin & Iahi & Ahod, & Iachin, & Soher, & Saul filius Chananitidis. hæ progenies Simeon.

16 *Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas: Gerson & Caath & Merari. Anni autem vitæ ⁊ eui fuerunt centum triginta septem.

17 *Filii Gerson: Lobni & Semei, per cognationes suas.

18 *Filii Caath: Amrā, & Isaar, & Hebron & Oziel. anni quoque vitæ Caath, centum triginta tres.

19 Filii Merari: Moholi & Musi. hæ cognationes Leui per familias suas.

20 Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem suam: quæ peperit ei Aaron & Moysen & Mariam. Fuerúntque anni vitæ Amram, centum triginta septem.

21 Filii quoque Isaar: Core, & Nepheg, & Zechri.

22 Filii quoque Oziel: Misael, & Elisaphan, & Sethri. D

23 Accepit autem Aaron vxorem Elizabeth filiam Aminadab, sororem Nahasson, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.

24 *Filii quoque Core: Aser, & Eleana, & Abiasaph. hæ sunt cognationes Coritarum.

25 At vero Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phuthiel: quæ peperit ei Phinees. hi sunt principes familiarum Leuitarum per cognationes suas.

26 Ipse est Aaron & Moyses, quibus præcepit Dominus vt educerent filios Israel de terra AEgypti per turmas suas.

27 Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonem regem AEgypti, vt educat filios Israel de AEgypto. ipse est Moyses & Aaron.

28 In die qua locutus est Dominus ad Moysen in terra AEgypti.

29 Et locutus est Dominus ad Moysen dicens, Ego Dominus: loquere ad Pharaonē regem AEgypti omnia quæ loquor tibi.

30 Et ait Moyses coram Domino, Ecce ego circuncisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?

CAP. VII.

Signa vt cognoscatur Deus. Virga Moysi coram Pharaone versa in colubrum. Idem tentant magi. Aqua vertuntur in sanguinem.

1 DIxitque Dominus ad Moysen, Ecce constitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit Prophera tuus.

2 Tu loquēris ei omnia quæ mādo tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Israel de terra sua.

3 Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta mea in Terra AEgypti.

4 Et non audiet vos: immittámque manum meam super AEgyptum, & educam exercitum & populum meum filios Israel de Terra AEgypti per iudicia maxima.

*Genes.46 4.9. num. 26.4.5.

*1. par.5. 4.3. 1. Para.4. 6.24.

*1. Paral.6 6.1. nume. 3.6.17.

*1. Para.6. 6.17,23. 4 num.3. c. 18. Num.3 6. f. 59. anniq?

*Num.3. 6.2.

*Supra 3. 6.10,14. c. 14.

5 Et scient AEgyptii quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super AEgyptum, & eduxerim filios Israel de medio eorum.
6 Fecit itaque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus: sita egerunt.
7 Erat autem Moyses octogintarius annorum, & Aaron octogintarium, quando locuti sunt ad Pharaonem.
8 Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron, Cum dixerit vobis Pharao,
9 Ostendite signa: dices ad Aaron, Tolle virgam tuam, & proiice eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum.
10 Ingressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone & seruis ei⁹, quæ versa est in colubrū.
11 Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes AEgyptiacas & arcana quædam similiter.
12 Proiecerūntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.
13 Induratúmque est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus.
14 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ingrauatum est cor Pharaonis, & non vult dimittere populum.
15 Vade ad eum mane: ecce, egredietur ad aquas: & stabis in occursum eius super ripam fluminis: & virgam quæ conuersa est in draconem, tolles in manu tua.
16 Dicésque ad eum, Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens. Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto: & vsque ad præsens audire noluisti.
17 Hæc igitur dicit Dominus, In hoc scies quod sim Dominus: ecce, percutiam virga quæ in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem.
18 Pisces quoque qui sunt in fluuio morientur, & computrescent aquæ, & affligentur AEgyptii bibentes aquā fluminis.
19 Dixit quoque Dominus ad Moysen, Die ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas AEgypti, & super fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in sanguinem: & fit cruor in omni Terra AEgypti, tam in ligneis vasis quàm in saxeis.
20 Fecerūntque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus: & eleuās virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius: quæ versa est in sanguinem.
21 Et pisces qui erant in flumine, mortui sunt: computruitque fluuius, & non poterant AEgyptii bibere aquam fluminis, & fuit sanguis in tota Terra AEgypti.
22 Fecerūntque similiter malefici AEgyptiorum incantationibus suis. & induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut præceperat Dominus.
23 Auertitque se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac vice.
24 Foderunt autem omnes AEgyptii per circuitum fluminis aquā vt biberent: non enim poterant bibere de aquā fluminis.
25 Impletique sunt septem dies, postquam percussit Dominus fluuium.

CAP. VIII.

Rogat Moyses atque pro Pharaone. Obstinato Pharaone, mittuntur ciniphes & muscæ.

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi.
2 Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.
3 Et ebulliet fluuius ranas: quæ ascendēt, & ingredietur domum tuam, & cubiculum lecti tui, & super stratum tuum, & in domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum:
4 Et ad te & ad populum tuū, & ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ.
5 Dixitque Dominus ad Moysen, Die ad Aaron, Extende manum tuam super fluuios ac super riuos & paludes, & educ ranas super Terram AEgypti.
6 Et extendit Aaron manum super aquas AEgypti, & ascenderōt ranæ, operueruntque Terram AEgypti.
7 Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter: eduxerūntque ranas super Terram AEgypti.
8 Vocauit autem Pharao Moysen & Aarō, & dixit eis. Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt sacrificet Domino.
9 Dixitque Moyses ad Pharaonem, Constitue mihi quando deprecer pro te & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantum in flumine remaneant.
10 Qui respōdit, Cras. At ille, iuxta, inquit, verbum tuum faciam: vt scias quoniā non est sicut Dominus Deus noster.
11 Et recedent ranæ à te & à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantum in flumine remanebunt.
12 Egressiq; sunt Moyses & Aarō à Pharaone: & clamauit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarū quam condixerat Pharaoni.
13 Fecitque Dominus iuxta verbum Moysi: & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris.
14 Congregauerūntque eas in immensos aggeres, & computruit terra.
15 Videns autem Pharao quod data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus.
16 Dixitque Dominus ad Moysen, Loquere ad Aaron, Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ, & sint ciniphes in vniuersa Terra AEgypti.
17 Fecerūntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam teneus: percussitque puluerē terræ, & facti sunt ciniphes in hominibus & in iumentis, omnis puluis terræ versus est in ciniphes per totā Terram AEgypti.
18 Fecerūntque similiter malefici incantationibus

tionibus suis, vt educerent ciniphes, & nō potuerunt: erantque ciniphes tam in hominibus quām in iumentis.
19 Et dixerunt malefici ad Pharaonem, Digitus Dei est hic. Induratúmque est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat Dominus.
20 Dixit quoque Dominus ad Moysen, Cōsurge diluculo, & sta coram Pharaone, egredietur enim ad aquas: & dices ad eū, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi.
21 Quod si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum: & implebuntur omnes domus AEgyptiorum muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint.
22 Faciámque mirabilem in die illa Terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ: & scias quoniam ego Dominus in medio terræ.
23 Ponámque diuisionem inter populum meum, & populum tuum: eras erit signum istud.
24 Feceruntque Dominus ita. Et venit musca grauissima in domos Pharaonis & seruorum eius, & in omnem Terram AEgypti: corrupta que est terra ab huiusce modi muscis.
25 Vocauitque Pharao Moysen & Aaron, & ait eis. Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac.
26 Et ait Moyses, Non potest ita fieri: abominationes enim AEgyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: quod si immolauerimus ea quæ colunt AEgyptii coram eis, lapidibus nos obruent.
27 Viam trium dierum pergemus in solitudinem: & sacrificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis.
28 Dixitque Pharao, Ego dimittā vos vt sacrificetis Domino Deo vestro in deserto: veruntamē longius ne abeatis, rogate pro me
29 Et ait Moyses, Egressus à te, orabo Dominum, & recedet musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius eras: veruntamen noli vlerà fallere, vt non dimittas populum sacrificare Domino.
30 Egressúsque Moyses à Pharaone, orauit Dominum.
31 Qui fecit iuxta verbum illius: & abstulit muscas à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius: non superfuit ne vna quidem,
32 Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

CAP. IX.

AEgyptus percutitur peste pecorum, vlceribus hominis, grandine, tonitruo, & fulgure horribili. Peccatum suum agnoscit Pharao, & orat Moysen.

1 DIxit autem Dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi.
2 Quod si adhuc renuis, & retines eos:
3 Ecce manus mea erit super agros⁹, & super equos & asinos, & camelos, & oues, & boues pestis valde grauis.
4 Et faciet Dominus mirabile inter possessiones Israel, & possessiones AEgyptiorum, vt nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israel.
5 Constituitque Dominus tempus, dicens, Cras faciet Dominus verbū istud in terra.
6 Fecit ergo Dominus verbum hoc alterā die mortuáque sunt omnia animātia AEgyptiorum: de animalibus verò filiorum Israel nihil omnino periit.
7 Et misit Pharao ad videndum: nec erat quicquam mortuum de his quæ possidebat Israel. Ingrauatúmque est cor Pharaonis, & non dimisit populum.
8 Et dixit Dominus ad Moysen, & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone.
9 Sitque pulvis super omnem Terrā AEgypti: erunt enim in hominibus, & iumētis vlcera, & vesicæ turgentes in vniuersa Terra AEgypti.
10 Tulerūntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illū Moyses in cælum: factáque sunt vlcera vesicarum turgētium in hominibus, & iumētis:
11 Nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera quæ in illis erant, & in omni Terra AEgypti.
12 Induraúitque Dominus cor Pharaonis: & non audiuit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen.
13 Dixitq; Dominus ad Moysen, Mane consurge, & sta coram Pharaone. & dices ad eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorū, Dimitte populum meū vt sacrificet mihi:
14 Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quod non sit similis mei in omni terra.
15 Nunc enim extendens manum percutiam te, & populum tuum peste, peribitisque de Terra.
16 Ideirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.
17 Adhuc retines populum meum, & non vis dimittere eum?
18 Ecce pluam eras hac ipsa hora grandinem multā nimis: qualis non fuit in AEgypto à die qua fundata est, vsq; in præsens tēpus.
19 Mitte ergo iam nunc, & congrega iumēta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuersa quæ inuēta fuerint foris, nec cōgregata de agris, cecideritque super ea grando, morientur.
20 Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos:
21 Qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris.
22 Et dixit Dominus ad Moysen, Extende manum tuam in cælum, vt fiat grando in vniuersa Terra AEgypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbā

Universidad de Sevilla Biblioteca

gri in Terra-AEgypti.
23 Extenditque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinē, ac discurrenta fulgura super terram: pluitque Dominus grandinē super terrā-AEgypti.
24 Et grando & ignis mista pariter fereban tur: tantæ quidē fuit magnitudinis, quanta antè nunquam apparuit in vniuersa Terra-AEgypti ex quo gens illa condita est.
25 Et percussit grando in omni Terra-AEgypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vsque ad iumentum: cunctámque herbam agri percussit grando, & omne lignū regionis confregit.
26 Tantum in Terra-Gessen, vbi erant filii Israel, grando non excidit.
27 Misitque Pharao, & vocauit Moysen & Aaron, dicens ad eos, Peccaui etiam nunc: Dominus iustus, & ego & populus meus, impii.
28 Orate Dominum vt desinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquam hic vltrà maneatis.
29 Ait Moyses, Cùm egressus fuero de vrbe extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia Domini est terra.
30 Noui autem quod & tu, & serui tui necdum timeatis Dominum Deum.
31 Linum ergo & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret:
32 Triticum autem, & far nō sunt læsa, quia serotina erant.
33 Egressúsque Moyses à Pharaone ex vrbe, extendit manus ad Dominum: & cessauerunt tonitrua & grando: nec vltrà stillauit pluuia super terram.
34 Videns autem Pharao quod cessasset pluuia & grando & tonitrua, auxit peccatum, & ingrauauit cor eius, & seruorū illius,
35 Et induratum nimis, nec dimisit "Israel, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

"filios

CAP. X.

Induratur Pharao à D.6, Locusta. Orat Moyses pro Pharaone agnoscente peccatum. Tenebræ palpabiles.

ET dixit Dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem: ego enim indurauī cor eius, & seruorum illius: vt faciam signa mea hæc in eo,
2 Et narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, quoties contriuerim AEgyptios, & signa mea fecerim in eis: & scias quia ego Dominus Deus.
3 Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei. Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum. Vsque quo non vis subijci mihi? dimitte populum meum, vt sacrificet mihi.
4 Sinautem renuis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustam in fines tuos:
5 Quæ operiet superficiem terræ, ne quisquam eius appareat, & comedatur quod residuum fuerit grandini, corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris:
6 Et implebunt domos tuas, & seruorum tuorum & omnium AEgyptiorum: quantam non viderunt patres tui, & auī ex quo orti sunt super terram, vsque in præsentem diem. Auertítque se, & egressus est à Pharaone.
7 Dixerēt autem serui Pharaonis ad eum, Vsquequo patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificent Domino Deo suo, nonne vides quod perierit AEgyptus?
8 Reuocauerúntque Moysen, & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis, Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quinam sunt qui iturī sunt?
9 Ait Moyses, Cū paruulis nostris, & senioribus pergemus, cum filiis & filiabus, ouibus & armentis: est enim solennitas Domini Dei nostri.
10 Et respondit Pharao, Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & parnulos vestros. cui dubium est quod pessimè cogitetis?
11 Non fiat ita, sed ite tantum viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimque eiecti sunt de conspectu Pharaonis.
12 Dixit autem Dominus ad Moysē, Extende manum tuam super terram-AEgypti ad locustam, vt descendat super terram, & deuoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini.
13 Et extendit Moyses virgam super Terram-AEgypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte: & mane facto, ventus vrens leuauit locustas.
14 Quæ ascenderunt super vniuersam Terram-AEgypti: & sederunt in cunctis finibus AEgyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt:
15 Operuerúntque vniuersam superficiem terræ, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihil quoque omnino virens relictum est in lignis & in herbis terræ, in cuncta AEgypto.
16 Quam ob rem festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron: & dixit eis, Peccaui in Dominum Deum vestrum, & in vos.
17 Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam.
18 Egressúsque est Moyses de conspectu Pharaonis, & orauit Dominum,
19 Qui flare fecit ventum ab Occidente vehementissimum, & arreptam locustā proiecit in Mare-rubrum: non remānit ne vna quidem in cunctis finibus AEgypti.
20 Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel.
21 Dixit autem Dominus ad Moysen, Extende manum tuam in cælum: & sint tenebræ super Terram-AEgypti tam densæ, vt palpari queant.
22 Extenditque Moyses manum in cælum: & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra-AEgypti tribus diebus.

Nemo

Sapien. 17.c.2,21. Sapien. 18.c.1

23 *Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: vbicunque autē habitabant filii Israel, lux erat.
24 Vocauitque Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis, Ite, sacrificate Domino: oues tantum vestræ, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum,
25 Ait Moyses, Hostias quoque & holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro.
26 Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri: præsertim cùm ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus.
27 Induraūit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos.
28 Dixítque Pharao ad Moysen, Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam: quocunque die apparueris mihi, morieris.
29 Respondit Moyses, Ita fiat vt locutus es, non videbo vltrà faciem tuam.

CAP. XI.

Dominus iubet spoliare AEgyptios. Mors primogenitorum AEgyptiorum prædicitur Pharaoni.

1 ET dixit Dominus ad Moysen, Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & AEgyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet.
2 Dices ergo omni plebi vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea & vestem.
3 *Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram AEgyptiis. (Fuitque Moyses vir magnus valde in Terra-AEgypti coram seruis Pharaoni, & omni populo.)
4 Et ait, Hæc dicit Dominus, Media nocte *ingrediar in AEgyptum,
5 Et morietur omne primogenitū in Terra-AEgyptiorū, *à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum.
6 Eritque clamor magnus in vniuersa Terra-AEgypti, qualis nec ante fuit, nec postea futurus est.
7 Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat Dominus AEgyptios & Israel.
8 Descendéntque omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me, dicentes, Egredere tu & omnis populus qui subiectus est tibi: post hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis.
9 Dixit autem Dominus ad Moysen, Non audiet vos Pharao vt multa signa fiant in Terra-AEgypti:
10 Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & ostenta quæ scripta sunt, corā Pharaone: & induraūit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

CAP. XII.

Præceptum & ritus edendi agni paschalis. Azymorum festivitas. Visit faciendi quid significet Pascha. Cladis primogenitorū AEgypti. Spoliatio AEgypti. Egressio filiorū Israel.

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen & Aaron in Terra-AEgypti,
2 Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni.
3 Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis, Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas.
4 Sinautem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suum qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni.
5 Erit autē agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum.
6 Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius: immolabítque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.
7 Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum in quibus comedent illum.
8 Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus.
9 Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum ignis: caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis.
10 Nec remanebit quicquā ex eo vsque mane, siquid residuum fuerit, igne coburetis.
11 Sic autem comedetis illum, Renes vestros accingetis, & calceamēta "habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes: est enim phase (id est transitus) Domini.
12 Et transibo per Terram-AEgypti nocte illa, percutiámque omne primogenitum in Terra-AEgypti ab homine vsque ad pecus: & in cunctis diis AEgypti faciam iudicia, ego Dominus.
13 Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero Terram-AEgypti.
14 Habebitis autē hunc diem in monimentum: & celebrabitis eum festū nnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno.
15 Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicunque comederit fermētum, perībit anima illa de Israel, à primo die vsque ad diem septimum.
16 Dies prima erit sancta atque solennis, & dies septima eadē festiuitate venerabilis. nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent.
17 Et obseruabitis azyma: in eadem enim ipsa die eduxi exercitum vestrū de Terra-AEgypti, & custodieris diem istum in generationes vestras ritu perpetuo.
18 *Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem vicesimam primam eiusdem mensis ad vesperam.

Leuit. 23. a.5. num. 28.c.16.

*fermen- tum
19 Septem dieb* fermentatũ nõ inueniet ur in domibus vestris: qui comederit fermentatũ, peribit anima eius de cœtu Israel, tã de aduenis quam de indigenis Terræ.
20 Omne fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis vestris edetis azyma.
D 21 Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate phase.
Heb. 11. d. 28. 22 *Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrũque postem: nullus vestrũ egrediatur ostium domus suæ vsque mane.
23 Transibit enim Dominꝰ percutiens AEgyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari & in vtroque postę, transcendet ostium domus, & nõ sinet percussorem ingredi domos vestras, & lædere.
24 Custodi verbum istud legitimum tibi & filiis tuis vsque in æternum.
25 Cumque introieritis terram quam Dominus Deꝰ daturus est vobis vt pollicitus est, obseruabitis ceremonias istas.
26 Et cum dixerint vobis filii vestri, Quæ est ista religio?
27 Dicite eis, Victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in AEgypto, percutiens AEgyptios, & domos nostras liberans. Incurnauitque populus adorauit.
28 Et egressi filii Israel fecerunt sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron.
Supr. 12. d. 11, 12. 29 *Factũ est autem, in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum in Terra AEgypti, à primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiui quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.
E 30 Surrexitque Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctaque AEgyptus: & ortus est clamor magnus in AEgypto: neque enim erat domus in qua non iacêret mortuus.
31 Vocauitque Pharao, Moyse & Aaron nocte, ait, Surgite, egredimini à populo meo, *& vos & filii Israelitæ, & immolate Domino sicut dicitis.
32 Oues vestras & armenta assumite vt petierastis, & abeuntes benedicite mihi.
33 Vrgebãtque AEgyptii populum Israel de Terra exire velociter, di centes, Omnes morientur.
34 Tulit ergo populus conspersam farinam antequam fermentaretur: & ligans in pãliis posuit super humeros suos.
Supr. 11. d. 2. 35 *Fecerũntque filii Israel sicut præceperat Dominꝰ Moysi & petierunt ab AEgyptiis vasa argẽrea & aurea, vestẽmque plurimã.
F 36 Dominus autem dedit gratiam populo coram AEgyptiis vt commodarent eis: & spoliauerunt AEgyptios.
37 Profectique sunt filii Israel de Rameſſe in Soccoth, sexcenta fere millia peditum virorum, absque paruulis & mulieribus.
38 Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oues & armenta & animantia diuersi generis multa nimis.
39 Coxerũntque farinam quam dudum de AEgypto conspersam tulerant & fecerunt subcinericios panes azymos: neque enim poterat fermentari cogentibus exire AEgyptiis, & nullam facere sinentibus moram nec pulmenti quicquam occurrerat præparare.
40 Habitatio autem filiorum Israel qua manserunt in AEgypto, fuit quadringentorum triginta annorum.
41 Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitꝰ Domini de Terra AEgypti.
42 Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra AEgypti: hanc obseruare debent omnes filii Israel in generationibus suis.
43 Dixitque Dominꝰ ad Moysen & Aaron, G Hæc est religio phasę, Omnis alienigena non comedet ex eo.
44 Omnis autem seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet.
45 Aduena & mercenarius non edent ex eo.
Num. 9. d. 12. Ioan. 19. f. 36. 46 In vna domo comedetur, *nec efferetis de carnibus eius foras, * nec os illius confringetis.
47 Omnis cœtus filiorũ Israel faciet illud.
48 Quod si quis peregrinorũ in vestram voluerit transire colonium, & facere phasę Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit: eritque sicut indigena Terræ. si quis autem circunci us non fuerit, non vescetur ex eo.
49 Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos.
50 *Fecerũntque omnes filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron.
*Facerẽt aut ea
51 Et eadem die eduxit Dominus filios Israel de Terra AEgypti per turmas suas.

CAP. XIII.

Primogenita Deo sanctificanda. Memoria liberationis. Filii quid docendi. Quare ossa Ioseph portanda. Columna nubis.

LOquutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 *Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de iumentis: mea sunt enim omnia.
Infrà 34. d. 19. item 2. c. 16, Luc. 2. d. 23. Leui. 27. c. 29.
3 Et ait Moyses ad populum, Mementote diei huius in qua egressi estis de AEgypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: vt non comedatis fermentatum panem.
4 Hodie egredimini mense nouarũ frugum.
B 5 Cumque introduxerit te Dominꝰ in Terram Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Heuæi & Iebusæi, quam iurauit patribus tuis vt daret tibi, terram fluentem lacte & melle, *celebrabitis hunc morem sacrorum mense isto.
*celebrabis
6 Septem diebus vescêris azymis: & in die septimo erit solennitas Domini.
7 Azyma comedetis septem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.
8 Narrabisque filio tuo in die illo, dicens, Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de AEgypto.

Et erit

9 Et erit quasi signũ in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos: vt lex Domini semper sit in ore tuo: in manu enim forti eduxit te Dominus de AEgypto.
10 Custodies huiusmodi cultum statuto tempore à diebus in dies.
11 Cumque introduxerit te Dominus in Terram Chananæi, sicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: separabis omne quod aperit vulvam, Domino.
12 Et quod primitiuum est in pecoribus tuis: quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino.
13 Primogenitum asini mutabis oue: quòd si non redemeris, interficies. omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.
C 14 Cumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid est hoc? respondebis ei, In manu forti eduxit nos Dominus de Terra AEgypti, de domo seruitutis.
15 Nam cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in Terra AEgypti à primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo.
16 Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationem, *ante oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de AEgypto.
*inter
17 Igitur cùm emisisset Pharao populum, non eos duxit *Dominus per viam Terræ Philistiim quæ vicina est, reputans ne forte pœnituret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in AEgyptum.
*Deus
18 Sed circunduxit per viam deserti, quæ est iuxta Mare rubrum: & armati ascenderunt filii Israel de Terra AEgypti.
D 19 Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eo quod adiurasset filios Israel, dicens, *Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum.
Genes. 50. d. 25. 2, 3. Iuc 24. g. 32. Num. 33. e. 6. 20 *Profectique de Socoth, castrametati sunt in Etham in extremis finibus solitudinis.
Num. 14. d. 23, 1. cor. 10. d. 1. Sapien. 10. c. Ecclesiastic. 46. c. Psalm. 77. b. 17. 21 *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore.
22 Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

CAP. XIIII.

Induratus Pharao, insequitur Israelitas & submergitur. Murmurant Israelitæ desperantes de salute. Gradiuntur per medium maris siccis pedibus. Laudatur Deus.

LOquutus est autem Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere filiis Israel, Reuersi castrametentur e regione Phi-hahiroth, quæ est inter Magdalum & mare contra Beel-sephon: in conspectu eius castra ponetis super mare.
3 Dicturúsque est Pharao super filiis Israel, Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum.
4 Et indurabo cor eius, & persequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius: sciêntque AEgyptii quia ego sum Dominus.
5 Fecerũntque ita. Et nuntiatum est regi AEgyptiorum quòd fugisset populus: immutatúmque est cor Pharaonis & seruorum eius super populum, & dixerũt, Quid voluimus facere vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis?
6 Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum.
7 Tulitque sexcẽtos currus electos, & quicquid in AEgypto curruum fuit: & duces totius exercitus.
8 Induratúsque Dominꝰ cor Pharaonis regis AEgypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in manu excelsa.
9 *Cùmque persequerentur vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant in Phi-hahiroth contra Beel-sephon.
*Machab. 4. c. 9
10 Cùmque appropinquasset Pharao, leuantes filii Israel oculos, viderunt AEgyptios post se: & timuerunt valde, clamauerúntque ad Dominum,
C 11 Et dixerunt ad Moysen, Forsitan non erant sepulchra in AEgypto, ideo tulisti nos vt morereműr in solitudine: quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex AEgypto?
12 Nõne iste est sermo quem loquebamur ad te in AEgypto, dicentes, Recede à nobis, vt seruiamus AEgyptiis? multò enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine.
13 Et ait Moyses ad populum, Nolite timere: state, & videte magnalia Domini quæ facturus est hodie: AEgyptios enim quos nunc videris, nequaquam vltrà videbitis vsque in sempiternum.
14 Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.
15 Dixit que Dominus ad Moysen, Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel vt proficiscantur.
D
16 Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud: vt gradiantur filii Israel in medio mari per siccum.
17 Ego autem indurabo cor AEgyptiorum vt persequãtur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius.
18 Et scient AEgyptii quia ego sum Dominus: cùm glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus eius.
19 Tollénsque se angelus *Domini qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum.
*Dei
20 Stetit inter castra AEgyptiorũ, & castra E Israel: & erat nubes tenebrosa, & illuminãs noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.
21 Cùmque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante

xento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in siccum : *diuisaque est aqua.

*Iosue 4.d. 23.

22 *Et ingressi sunt filii Israel per medium sicci : siquidem erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua.

*Psal. 77. b.16, & 113.c.3. Hebr.11.d. 29.

23 *Persequentesque AEgyptii ingressi sunt post eos, & omnis equitat* Pharaonis, currus eius & equites per medium maris.

24 Iamque aduenerat vigilię matutina, & ecce respiciens Dominus super castra AEgyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum,

25 Et subuertit rotas currus, ferebãturque in profundũ. Dixerunt ergo AEgyptii, Fugiamus Israelem : Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

26 Et ait Dominus ad Moysen, Extẽde manum tuã super mare, vt reuertantur aquæ ad AEgyptios, super currus & equites eorum.

27 Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum : fugientibúsque AEgyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.

G 28 Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare : nec vnus quidem superfuit ex eis.

29 Filii autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris :

30 Liberauitque Dominus in die illa Israel de manu AEgyptiorum.

31 Et viderunt AEgyptios mortuos super littus maris, & manum magnã quam exercuerat Dominus contra eos : timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

CAP. XV.

Gratias agunt Deo Israelitæ cum mulieribus pro victoria. Orante Moyse dulcescunt aquæ. Audiendus Deus. Israelita in Elim.

1 TVnc cecinit Moyses & filii Israel carmen hoc Domino, & dixerunt,

Sap.10. d.20.

2 Cantemus Domino : gloriosè enim magnificatus est, *equum & ascensorem deiecit in mare.

Esa.12.d. 2. psa.117. c.14.

3 *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem : iste Deus meus, & glorificabo eum, Deus patris mei, & exaltabo eum.

4 Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

5 Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare : electi principes eius submersi sunt in Mari-rubro.

6 Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

7 Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine : dextera tua Domine percussit inimicum.

8 Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios* meos : misisti iram tuam quæ devoravit eos sicut stipulam.

*tuos

B 9 Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ : stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

10 Dixit inimicus, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea : euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

11 Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare : submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

12 Quis similis tui, in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

13 Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

14 Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti : & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

15 Ascenderunt populi, & irati sunt : dolores obtinuerunt habitatores Philistiim.

16 Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor : obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

C 17 Irruat super eos formido & pauor : in magnitudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis : donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus iste quem possedisti.

18 Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine : Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ.

19 Dominus regnabit in æternum & vltrà.

20 Ingressus est enim *eques, Pharao cum curribus & equitib* eius in mare, & reduxit super eos Dominus aquas maris : filii autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

*equus

21 Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua : egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens,

22 Cantemus Domino : gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem eius deiecit in mare.

23 Tulit autem Moyses Israel de Mari-rubro, & egressi sunt in desertum Sur : ambulauerunt tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam.

24 Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amarę : vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est amaritudinem.

25 Et murmurauit populus contra Moysen, dicens, Quid bibemus?

*Iudith 8. c.13. eccle. 38.d.5.

26 At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum : *quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum, dicens,

27 Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodieris[que] omnia præcepta illius : cunctum languorem quem posui in AEgypto, non inducam super te. ego enim sum Dominus Deus sanator tuus.

Vene-

Num.c.33. d.9.

28 *Venerunt autem in Elim filii Israel, vbi erãt duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ : & castrametati sunt iuxta aquas.

CAP. XVI.

Veniunt in desertum Sin. Murmurantibus pro cibo, pluit Deus coturnices & Man.

Sapi.c.11. d.12.

1 PRofectique sunt de Elim, *& venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai : quintodecimo die mẽsis secundi, postquam egressi sunt de Terra-AEgypti.

2 Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine,

3 Dixeruntque filii Israel ad eos, Vtinam mortui essemus per manũ Domini in Terra-AEgypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate : cur induxisti nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?

B 4 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes de cælo : egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies : vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non.

5 Die autem sexto parent quod inferant : & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies.

6 Dixerunt que Moyses & Aaron ad omnes filios Israel, Vesperè scietis quod Dominus eduxerit vos de Terra-AEgypti.

audiuit

7 Et mane videbitis gloriam Domini : *audiuit enim murmur vestrum contra Dominum : nos verò quid sumus, quia murmuratis contra nos?

8 Et ait Moyses, Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate : eo quod audierit murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra eum. nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.

C 9 Dixit quoque Moyses ad Aaron, Die vniuersæ congregati filiorum Israel, Accedite coram Domino : audiuit enim murmur vestrum.

10 Cumque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem : & ecce gloria Domini apparuit in nube.

D 11 Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens,

Eccleso. 45.c.4.

12 *Audiui murmurationes filiorum Israel, loquere ad eos, Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus : scietisque quod ego sum Dominus Deus vester.

Num.11. 31.

13 *Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix, cooperuit castra : mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum.

Num.11. 8. 7. psal. 77.c.4. Sapie.16. 20.

14 Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilorum sum in similitudinem pruinæ super terram.

15 Quod cum vidissent filii Israel, dixerunt admirantes, Man hu? (quod significat, Quid est hoc?) ignorabat enim quid esset. Quibus ait Moyses, *Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum.

Ioã.6.d. 31.1.cor. 10.c.3.

16 Hic est sermo quem præcepit vobis Dominus, Colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum : gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarum quæ habitant in tabernaculo sic tolletis.

17 Fecerunt que ita filii Israel : & collegerunt, alius plus, alius minus.

2.Cor.8.c. d.15.

18 Et mensi sunt ad mensuram gomor : *nec qui plus collegerat, habuit amplius : nec qui minus parauerat, reperit minus : sed singuli iuxta id quod edere poterant congregauerunt.

19 Dixitque Moyses ad eos, Nullus relinquat ex eo in mane.

E

20 Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsq; mane, & scatere cœpit vermibus, atque computruit. & iratus est contra eos Moyses.

21 Colligebant autem mane singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum : cumque incaluisset sol, liquefiebat.

22 In die autem sexta collegerunt cibos duplices, id est duo gomor per singulos homines : venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moysi.

23 Qui ait eis, Hoc est quod loquutus est Dominus : requies sabbathi sanctificata est Domino cras. quodcunque operandum est, facite : & quæ coquenda sunt, coquite : quicquid autem reliquum fuerit, reponite vsque in mane.

24 Fecerunt que ita vt præceperat Moyses, & non computruit, neque vermis inuentus est in eo.

25 Dixitque Moyses, Comedite illud hodie, *Domino quia sabbathum est Domini : non inuenietur hodie in agro.

26 Sex diebus colligite : in die autem septimo sabbathum est Domini, idcirco non inuenietur.

27 Venitque septima dies, & egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt.

F

28 Dixit autẽ Dominus ad Moysen, Vsquequo non vultis custodire mandata mea & legem meam?

29 Videte quod Dominus dederit vobis sabbathum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices : maneat vnusquisque apud semetipsum, & nullus egrediatur de loco suo die septimo.

30 Et sabbathizabit populus die septimo.

*sabbathizauit. (præcepto.

31 Appellauitque domus Israel nomen eius Man : quod erat quasi semen coriandri album, gustúsque eius quasi similæ cum melle.

32 Dixit autem Moyses, Iste est sermo quem præcepit Dominus, Imple gomor ex eo, & custoditur in futuras retrò generationes : vt noverint panem quo alui vos in solitudine, quando eduxi eos de Terra-AEgypti.

G

33 Dixitque Moyses ad Aaron, Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor : & repone coram Domino ad seruandum in generationes vestras, sicut

*præcepit

*præceperat Dominus Moysi.

34 Posuitque illud Aaron in tabernaculo re
servandum.

*Num. 9. c. 15. iosue 5. c. 15.

35 *Filii autem Israel comederũt Man qua-
draginta annis: donec venirent in terram
habitabilem: hoc cibo aliti sunt, vsquequo
tangerent fines Terræ Chanaan.

36 Gomor autem decima pars est Ephi.

CAP. XVII.

*Veniunt in Raphidim. Murmurantibus datur aqua è petra. Vincunt Amalecitas orante Moyse.

1 IGitur profecta omnis multitudo filiorũ
Israel de deserto Sin, per mansiones suas,
iuxta sermonem Domini, castrametati sunt
in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendũ
populo.

Num. 20. c. 4.

2 *Qui iurgatus contra Moysen, ait, Da no-
bis aquam, vt bibamus. Quibus respondit
Moyses, Quid iurgamini contra me? cur ten-
tatis Dominum?

3 Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penu-
ria, & murmurauit contra Moysen, dicens,
Cur fecisti nos exire de AEgypto, vt occi-
deres nos, & liberos nostros, ac iumenta sitî?

B 4 Clamauit autem Moyses ad Dominum,
dicens, Quid faciã populo huic? adhuc pau-
lulum, & lapidabit me.

5 Et ait Dominus ad Moysen, Antecede po-
pulum, & sume tecum de senioribus Israel:
& virgam *qua percussisti fluuium, tolle in
manu tua, & vade.

Sup. 7. d. 20. psal. 77. b. 15. 1. Cor. 10. a. 4.

6 Ecce ego stabo ibi coram te, supra petram
Horeb: *percutiesque petram, & exibit ex
ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita
coram senioribus Israel.

*& tu

7 Et vocauit nomen loci illius Tentatio,
propter iurgium filiorum Israel, & quia
tentauerunt Dominum, dicentes, Estne Do
minus in nobis, an non?

C 8 *Venit autem Amalec, & pugnabat con-
tra filios Israel in Raphidim.

Sup. 11. a. 3. deu. 25. d. 17.

9 Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros,
& egressus pugna contra Amalec: eras ego
stabo in vertice collis, habens virgam Dei
in manu mea.

10 Fecit Iosue vt loquutus erat Moyses, &
pugnauit contra Amalec. Moyses autem, &
Aaron, & Hur ascenderunt super verticem
collis.

11 Cumque leuaret Moyses manus, vince-
bat Israel: sinautem paululum remisisset,
superabat Amalec.

12 Manus autem Moysi erant graues: sumen
tes igitur lapidem, posuerunt subter eum,
in quo sedit: Aaron autem, & Hur susten-
tabant manus eius ex vtraque parte. Et fa-
ctum est vt manus illius non lassarentur
vsque ad occasum solis.

13 Fugauitque Iosue Amalec, & populum e-
ius in ore gladii.

14 Dixit autem Dominus ad Moysen, Scribe
hoc ob monimentum in libro, & trade au-
ribus Iosue: delebo enim memoriam Ama-
lec sub cælo.

*exaltatio

15 Ædificauitque Moyses altare: & vocauit
nomen eius, Dominus *exultatio mea,
dicens,

16 Quia manus *solius Domini, & bellum *solii
Domini erit contra Amalec à generatione
in generationem.

CAP. XVIII.

*Moyses admittit consilium Iethro super constituendis magistratibus.

1 CVmque audisset Iethro sacerdos Ma-
dian, cognatus Moysi, omnia quæ fece
rat Deus Moysi, & Israeli populo suo, &
quòd eduxisset Dominus Israel de AEgy-
pto:

2 Tulit Sephoram vxorem Moysi quam re
miserat: & duos filios eius,

3 Quorum vnus vocabatur Gersam, dicen-
te patre, *Aduena fui in terra aliena:

Supra 2. d. 22.

4 Alter vero Eliezer, Deus enim, ait, patris
mei adiutor meus, & eruit me de gladio
Pharaonis.

5 Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & fi-
lii eius & vxor eius ad Moysen in desertũ,
vbi erat castrametatus iuxta Montem Dei.

6 Et mandauit Moysi, dicens, Ego Iethro
cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, &
duo filii tui cum ea.

7 Qui egressus in occursum cognati sui, a-
dorauit, & osculatus est eum: salutauerunt-
que se mutuo verbis pacificis.

E 8 Cumque intrasset tabernaculum, narra-
uit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat
Dominus Pharaoni & AEgyptiis propter
Israel: vniuersumque laborem qui accidis-
set eis in itinere, & quòd liberauerat eos
Dominus.

9 Lætatusque est Iethro super omnibus bo
nis quæ fecerat Dominus Israeli, eo quòd
eruisset eum de manu AEgyptiorũ, & ait,

10 Benedictus Dominus qui liberauit vos
de manu AEgyptiorum, & de manu Pha-
raonis, qui eruit populum suum de manu
AEgypti.

11 Nunc cognoui quia magnus Dominus su
per omnes deos: *eo quod superbè age-
rint contra illos.

Sup. 7. d. 10. c. 16. 18.

12 Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi ho-
locausta & hostias *Domino: veneruntque
Aaron & omnes seniores filiorum Israel,
vt comederent panem cum eo coram Deo.

*Deo

C 13 Altera autem die sedit Moyses vt iudica-
ret populum, qui assistebat Moysi à mane
vsque ad vesperam.

14 Quod cùm vidisset cognatus eius, omnia
scilicet quæ agebat in populo, ait, Quid est
*quod facis in plebe? Cur solus sedes, &
omnis populus præstolatur de mane vsque
ad vesperam?

*hoc

15 Cui respondit Moyses, Venit ad me popu-
lus quærens sententiam Dei.

16 Cumque acciderit eis aliqua disceptatio,
veniunt ad me vt iudicem inter eos, & o-
stendam præcepta Dei, & leges eius.

17 At ille, Non bonam, inquit, rem facis:

18 Stulto labore consumeris & tu & popu-
lus iste qui tecum est: vltra vires tuas est
negotiũ, *solus illud non poteris sustinere.

Deut. 1. b. 9.

19 Sed audi verba mea atq; consilia, & erit
Dominus tecum, Esto tu populo in his quæ
ad

ad Deum pertinent, vt referas quæ dicun-
tur, ad eum:

20 Ostendasq; populo cæremonias & ritum
colendi, viamq; per quã ingredi debeant,
& opus quod facere debeant.

D *Metuentes

21 Provide autem de omni plebe viros *sa-
pientes & timentes Deum, in quibus sit ve
ritas, & qui oderint auaritiam, & constitue
ex eis tribunos, & centuriones, & quinqua-
genarios, & decanos,

22 Qui iudicent populum omni tempore:
quicquid autem maius fuerit, referant ad
te, & ipsi minora tantummodo iudicent: le-
uiusque sit tibi, partito in alios onere.

23 Si hoc feceris, implebis imperium Dei, &
præcepta eius poteris sustentare: & omnis
hic populus reuertetur ad loca sua cum
pace.

24 Quibus auditis Moyses fecit omnia quæ
ille suggesserat.

25 Et electis viris strenuis de cuncto Israel,
constituit eos principes populi, tribunos,
& centuriones, & quinquagenarios, & de-
canos:

*iudicabant

26 Qui *iudicarent plebem Domini omni
tempore: quicquid autem grauius erat, re-
ferebant ad eum, faciliora tantummodo
iudicantes.

27 Dimisitque cognatum suum: qui reuer-
sus abiit in terram suam.

CAP. XIX.

*Veniunt ad montem Sinai. Populus Dei, gens sancta, regale sacerdotium. Sanctificant populus. Tangens montem, lapidem, aut sagittæ apparet Deus Moysi in monte.

*filiorum

1 MEnse tertio egressionis *Israel de Ter
ra AEgypti, in die hac venerunt in so
litudinem Sinai.

2 Nã profecti de Raphidim, & peruenientes
vsque in desertum Sinai, castrametati sunt
in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria
e regione montis.

Act. 7. c. 38.

3 *Moyses autẽ ascendit in montẽ ad Deum:
vocauitque eum Dominus de monte, & ait,
Hæc dices domui Iacob, & annunciabis fi-
liis Israel,

Deut. 29. c. 32.

4 *Vos ipsi vidistis quæ fecerim AEgy-
ptiis, quomodo portauerim vos super alas
aquilarum, & assumpserim mihi.

Deut. 5. 4. 32. Psal. 33. a. 12.

5 *Si ergo audieritis vocem meã, & custo-
dieritis pactum meum, eritis mihi in pecu
lium de cunctis populis: *mea est enim o-
mnis terra.

1. Pet. 2. b. 9.

6 *Et vos eritis mihi in regnum sacerdota
le, & gens sancta. hæc sunt verba quæ lo-
quêris ad filios Israel.

B 7 Venit Moyses: & conuocatis maioribus
natu populi, exposuit omnes sermones
quos mandauerat Dominus.

8 Respondítque omnis populus simul, Cun
cta quæ loquutus est Dominus, faciemus.
Cumque retulisset Moyses verba populi ad
Dominum, ait ei Dominus,

9 Iam nunc veniã ad te in caligine nubis,
vt audiat me populus loquentem ad te, &
credat tibi in perpetuum. (Nuntiauit ergo
Moyses verba populi ad Dominum)

10 Qui dixit ei, Vade ad populum, & sancti-
fica illos hodie, & eras, lauentque vestimen
ta sua.

11 Et sint parati in diẽ tertium: in die enim
tertia descendet Dominus coram omni
plebe super montem Sinai.

12 Constituesque terminos populo per cir-
cuitum, & dices ad eos, Cauete ne ascenda-
tis in montem, nec tangatis fines illius: o-
mnis qui tetigerit montem, morte morie-
tur.

C 13 *Manus non tãgent eũ, sed lapidibus op-
primetur, aut confodietur iaculis: siue iu-
mentum fuerit, siue homo, non viuet. cum
cœperit clangere buccina, tunc ascendant
in montem.

Heb. 12. c. 18. *tanget

14 Descenditque Moyses de monte ad po-
pulum, & sanctificauit eum. Cumque lauis-
sent vestimenta sua, ait ad eos,

15 Estote parati in diem tertium, & ne ap-
propinquetis vxoribus vestris.

16 Iamque aduenerat tertius dies, & mane
inclaruerat: & ecce cœperunt audiri toni-
trua, ac micare fulgura, & nubes densissi-
ma operire montem, clangórque buccinæ
vehementius perstrepebat: & timuit *popu-
lus qui erat in castris.

*omnis

17 *Cumque eduxisset eos Moyses in occur-
sum Dei de loco castrorum, steterunt ad ra
dices montis.

Deut. 4. b. 10.

18 Totus autẽ mons Sinai fumabat: eo quod
descendisset Dominus Deus super eum in
igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de
fornace: erátque omnis mons terribilis.

D 19 Et sonitus buccinæ paulatim crescebat
in maius, & prolixius resonabat: Moyses lo
quebatur, & Deus respondebat ei.

20 Descenditque Dominus super montem
Sinai in ipso montis vertice, & vocauit
Moysen in cacumen eius. Quo cum ascẽ-
disset, dixit ad eum,

21 Descende, & contestare populum: ne for-
te velit transcendere terminos ad viden-
dum Dominum, & pereat ex eis plurima
multitudo.

22 Sacerdotes quoque & populus qui acce-
dunt ad Dominum, sanctificentur, ne per-
cutiat eos.

23 Dixitque Moyses ad Dominum, Non po
terit vulgus ascendere in mon em Sinai:
tu enim testificatus es & iussisti, dicens, Po
ne terminos circa montem, & sanctifica il-
lum.

24 Cui ait Dominus, Vade, descende: ascen-
desque tu, & Aaron tecum: sacerdotes au-
tem & populus ne transeant terminos, nec
ascẽdant ad Dominum, ne forte interficiat
illos.

25 Descenditque Moyses ad populum, & o-
mnia narrauit eis.

CAP. XX.

*Decem præcepta. Quare apparuit Deus fulgore. Altare fiet eremum.

*Deus

1 LOcutúsque est *Dominus cunctos ser-
mones hos,

Deut. 5. a.

2 *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi
te de terra AEgypti, de domo seruitutis.

Psal. 80. c. 11.

3 Non habebis Deos alienos coram me.
4 *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.
5 Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitãs iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me:
B 6 Et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.
7 *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.
8 *Memento vt diem sabbathi sanctifices.
9 *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.
10 Septimo autem die sabbathum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas.
11 *Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terrã & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo: idcirco benedixit Dominus diei sabbathi, & sanctificauit eum.
12 *Honora patrem tuum & matrẽ tuam, vt sis longæuus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.
13 *Non occides.
14 Non mœchaberis.
15 Non furtum facies.
C 16 Non loquêris contra proximum tuum falsum testimonium.
17 *Non concupisces domum proximi tui: nec desyderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.
18 Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem:
19 Et perterriti ac pauore concussi, steterunt procul, dicentes Moysi, *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.
20 Et ait Moyses ad populum, Nolite timere: venit enim probare vos vênit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.
D 21 Stetitque populus delonge, Moyses autem accessit ad caliginẽ in qua erat Deus.
22 Dixit præterea Dominus ad Moysen, Hæc dices filiis Israel, Vos vidistis quod de cælo loquutus sim vobis.
"inecum 23 Non facietis "deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.
Infrà 27. b.5. 24 *Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oues vestras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi.
Deut.27. a.5, Ios.8. f.31. 25 *Quod si altare lapideũ feceris mihi, nõ ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrum "super eum, polluetur.
26 Non ascẽdes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

CAP. XXI.

De seruis emendis. Filia vendita in ancillam. Homicidium. Parentes percutiens. Furtum. Maledicens patri. Rixantes. Percutiens seruum, aut prægnantem. Pœna talionis. Bos cornupeta.

1 HÆc sunt iudicia quæ proponeS eis,
2 *Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Deut.15. 12, ieret.34 c.14.
3 Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. si habens vxorem: & vxor egredietur simul.
4 Sin autem dominus dederit illi vxorem: & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse vero exibit cum vestitu suo.
5 Quod si dixerit seruus, Diligo dominum meum & vxorem ac liberos, non egrediar liber:
6 Offeret eum dominus diis, & applicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum.
E 7 Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt.
8 Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerit, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreuerit eam.
9 Sinaute filio suo despõderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi.
10 Quod si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias & vestimenta, & pretium pudicitiæ non negabit.
11 Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia.
12 *Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. Leui.24. c.17.
13 Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: *constituam tibi locum in quem fugere debeat. C Deut.19. a.2.
14 Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum vt moriatur. *de industria
15 Qui percusserit patrẽ suum' aut matrem, morte moriatur. *&
16 *'Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Leu.20. b. 9. prouer. 20. c.20. matth.15. a.4, marc. 7. b.10.
17 Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur.
18 Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo:
19 Si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit, ita tamen vt operas eius, & impensas in medicos, restituat.
20 Qui percusserit seruum suum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit.
21 Sin autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est.
22 Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem

*'Hæc in Hebræo & veteribus quibusdam exemplaribus legitur ante Si rixati. D

mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint.
E 23 Sinautem mors eus fuerit subsecuta, reddet animam pro anima,
Matth.5.f. 24 *Oculum pro oculo, dentem pro dente, 33.leui.24 manam pro manu, pedem pro pede,
c.19.deut. 19.d.21. 25 Adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.
26 Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit,
27 Dentem quoque si excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos.
28 Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes eius, dominus quoque bouis innocens erit.
F 29 Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominum eius, nec recluserit eum dominus, occiderítque virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident.
30 Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postularus.
31 Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit.
32 Si seruum ancillámque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos vero lapidibus opprimetur.
G 33 Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos aut asinus in eam,
34 Reddet dominus cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.
35 Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispertient.
36 Si autem sciebat quod bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus suus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

CAP. XXII.

Pœna furis. Damnum factum. Depositi lex. Commodatum. Constuprata virgo. Malefici. Coitus cũ iumẽto. Idololatra. Aduena. Vidua. Pignora. Magistratus. Principes. Primogenita.

1 SI quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno boue restituet, *& quatuor oues pro vna oue. 2.Reg.12.b
2 Si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis.
3 Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur.
4 Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuẽs, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet.
5 Si læserit quispiam' agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum vt depascatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro suo vel in vinea, pro damni æstimatione restituet.
6 Si egressus ignis inuenerit 'spicas & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes in segetes in agris: reddet damnum qui ignem succenderit. 'spinas
7 Siquis commendauerit amico pecuniam aut vas in custodiam: & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum redder:
8 Si latet fur, d minus domus applicabitur ad deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui, ad perperandam fraudem,
9 Tam in boue quàm in asino, & oue ac vestimento, & quicquid damnum inferre potest, ad deos veriusque causa peruenietis: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo.
10 Siquis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit' & debilitatum, vel captum ab hostibus, aullúsque hoc viderit: 'aut
11 Iusiurandum erit in medio quòd non extendit manum ad rem proximi sui: susciepíetque dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. C
12 *Quòd si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. Gen.31. f.39.
13 Si comestũ à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet.
14 Qui à proximo suo quicquid horum' mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præsente: reddere compelletur. 'mutuum
15 Quòd si impræsentiarum dominus fuerit, non restituet, maximè si conductum venerat pro mercede operis sui.
16 *Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Deut. 22 d.28.
17 Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt.
18 Maleficos non patieris viuere,
19 Qui coierit cũ iumento, morte moriatur.
20 *Qui immolat diis, occidetur, præterquã Domino soli. Leuit. 19 a.4.
21 Aduenam non contristabis, neque affliges eum. *aduenæ enim & ipsi fuistis in Terra AEgypti. Leuit. 19 f.33.
22 *Viduæ & pupillo non nocebitis. Zacha. 7. c.10.
23 Si læseretis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum:
24 Et indignabitur furor meus, percutiãque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli.
25 Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes.
26 Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum 'reddes ei. 'reddes
27 Ipsum enim est solum quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in

quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiã eum, quia misericors sum.

Aut. 23. a. 5. 22 *Dilige non detrahes, & principi populi tui non maledices.

*tuas Exech. 44 c. 30. 31. 23 Decimas *& primitias tuas non tardabis reddere: *primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

30 De bobus quoque, & ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes illum mihi.

Leuit. 22. c. 31. 31 Viri sancti eritis mihi: *carnem quæ à bestijs fuerit prægustata, non comedetis, sed proijcietis canibus.

CAP. XXIII.

Mendacium. Iudex. Pauper. Inimici. Innocens. Munera. Peregrini. Sabbathum. dii externi. Festa anni. Sanguis. Primitiæ. Seruire Deo. Chananæi quare paulatim expulsi.

1 NOn suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium.

2 Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies.

*negotio. 3 Pauperis quoque non misereberis in iudicio.

4 *Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum.

Deut. 22. a. 1. 5 Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.

6 Non declinabis in iudicium pauperis:

*iudicio Dagir. 15. f. 153. 7 Mendacium fugies. *Insontem & iustum non occides: quia auersor impium.

Deut. 16. d. 19. eccle. fasti. 20. d. 3. 8 *Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.

Gene. 46. a. 5. 9 Peregrino molestus non eris. scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi *peregrini fuistis in Terra Ægypti.

B 10 Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius.

11 Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit edant bestiæ agri. ita facies in vinea, & in oliueto tuo.

12 Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, vt requiescat bos, & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ & aduena.

13 Omnia quæ dixi vobis custodite. Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro.

C 14 Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.

*comedes Supra 13. a. 3. infra 34. c. 18. Deut. 16. d. 16. eccle. fasti. 35. a. 6. 15 Solennitatem quoque azymorum custodies. Septem diebus *comedetis azyma, *sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, quando egressus es de Ægypto: *non apparebis in conspectu meo vacuus.

16 Et solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcunq; seminauerit in agro: solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro.

17 Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo.

D 18 Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ, nec remanebit adeps solennitatis meæ vsque mane.

19 Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui: *Non coques hœdum in lacte matris suæ.

Deut. 14. c. 21. infrà 34. d. 26. 20 Ecce ego *mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui.

*mitto 21 Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo.

*peccauerit is Infrà 35. a. 2. 22 Quòd si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.

E 23 *Præcedétque te Angelus meus, *& introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumque, & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram.

Iosue 24. c. 8. 24 Non adorabis deos eorum, nec coles eos: non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum.

25 Seruietisque Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui.

F 26 *Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo.

Deut. 7. b. 14. 27 Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingrediéris: cunctorumque inimicorũ tuorum coram te terga vertam:

Deut. 7. b. 20. 28 *Emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introcas.

29 Non eiiciam eos à facie tua anno vno: ne terra in solitudinem rediga tur, & crescant contra te bestiæ.

30 Paulatim expellam eos de cõspectu tuo, donec augearis, & possideas Terram.

G 31 Ponam autem terminos tuos à Mari-rubro vsque ad Mare-Palæstinorũ, & à deserto vsque ad fluuium: tradam in manibus vestris habitatores terræ, & eiiciam eos de conspectu vestro.

Deut. 7. b. 2. infrà 34. c. 15. 32 *Non inibis cum eis fœdus,

33 Nec cum diis eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, si seruieris diis eorum: quod tibi certè erit in scandalum.

CAP. XXIIII.

Moyses rursum scandit montem. Scribit verba Dei. Sanguis fœderis. Septuaginta Israël iudicantes populum.

1 MOysi quoque dixit. Ascende ad Dominum tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul.

2 Solúsque Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus ascendet cum eo.

3 Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: respondítque omnis populus vna voce, Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus.

4 Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini. & mane consurgens ædificauit altare Domino ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel.

Misítque

5 Misítque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolauerúntque victimas pacificas Domino, vitulos duodecim.

6 Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fuit super altare,

7 Assúmensque volumen fœderis, legit audiente populo, qui dixerunt, Omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes.

C Hebr. 9. c. 20. 8 Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, *Hic est Sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.

9 Ascenderúntque Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel:

*& Iosue 24. c. 8. 10 Et viderunt Deum Israel: *sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cùm serenum est.

11 Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israel, misit manũ suam: viderúntque Deum, & comederunt, ac biberunt.

12 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas, & legem, ac mandata quæ scripsi, vt doceas filios

*eos Israel.

D 13 Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendénsque Moyses in montem Dei,

14 Senioribus ait, Expectate hic donec reuertamur ad vos. habetis Aaron, & Hur vobiscum: siquid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos.

15 Cúmque ascendisset Moyses, operuit nubes montem,

16 Et habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocauit eum Dominus de medio caliginis.

17 Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel.

Supra 34. d. 28. Deut. 9. f. vsc. 18. 18 Ingressúsque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem: *& fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

CAP. XXV.

Dona voluntaria exigit Deus à populo pro ea fabricanda tabernacula. Forma arcæ, propiciatorij, cherubim, mensæ, sacrorum vasorum, candelabri, tentorium.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

Supra 35. c. 5. 2 Loquere filiis Israel vt tollant mihi primitias: ab *omni homine qui offert voluntarius accipietis eas.

3 Hæc sunt autem quæ accipere debetis, aurum, & argentum, & æs,

4 Hyacinthum & purpuram, coccúmque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum,

5 Et pelles arietum rubricatas, pellésque ianthinas, & ligna setim,

6 Oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & thymiamata boni odoris:

7 Lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale.

8 *Faciéntque mihi sanctuarium, & habitabo *Heb. 9. a. 3.* in medio eorum:

9 *Iuxta omnem similitudinem tabernaculi *Infrà. 26.* quod ostendam tibi, & omnium vasorum *f. 30.* in cultum eius: sicque facietis illud.

10 Arcam de lignis setim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem.

11 Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris: faciésque supra, coronam auream per circuitum:

B 12 Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos, duo circuli sint in latere vno, & duo in altero.

13 Facies quoque vectes de lignis setim, & operies eos auro.

14 Inducésque per circulos qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis:

15 Qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis.

16 Ponésque in arca testificationem quam dabo tibi.

17 Facies & propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo.

18 Duos quoque cherũbim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi.

19 Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero.

20 Vtrunque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciántque se mutuo versis vultibus in propitiatorium quo operienda est arca.

21 In qua pones testimoniũ quod dabo tibi.

22 Inde præcipiã, & loquar ad te supra propi- C tiatorium, ac de medio duorum cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israel.

23 Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem.

24 Et inaurabis eam auro purissimo: faciésque illi labium aureum per circuitum.

25 Et ipsi labio coronam interrasilem. altam quatuor digitis: & super illam, alterã coronam aureolam.

26 Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes.

27 Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari.

28 Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & circundabis auro ad subuehendam mensam.

29 Parabis & ace abula, ac phialas, thuribula, & cyatos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo.

30 Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

31 Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso pro-

d. ijij.

D cedentia.
32 Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.
33 Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphæruleq; simul & lilia: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul, & lilia, hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili.
34 In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia.
35 Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno.
36 Et sphærulæ erunt & calami ex ipso erūt. vniuersa ductilia de auro purissimo.
37 Facies & lucernas septem, & ponēs eas supe candelabrum, vt luceant ex aduerso.
38 Emunctaria quoque, & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant auro purissimo.
39 Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. Heb. 8.5.
40 *Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. act. 7.44.

ARCA TESTIMONII.



A B Longitudo, duorum & semis cubitorum.
B C Latitudo, cubiti & semis.
A D Altitudo, cubiti & semis.
E Corona aurea, siue limbus aureus, circumcirca.
F Quatuor circuli, siue annuli, duo ex parte vna, & duo ex altera, vt per illos traiicerentur vectes.
G Vectes aperti auro, vt per circulos mitterentur ad portandam arcam.
H Sinus arcæ, in qua tectificatio.

PROPITIATORIVM.



I Propitiatorium, quod erat tegmen sue operimentum arcæ, eiusdem longitudinis & latitudinis cum arca, quod pictor consulte sepposuit, vt ipsa dimensione magis esset constitutum. Aliqui limbo fuit aureo includendum erat.
K Inde oraculum edebatur, de loco videlicet superiore propitiatorii, & de inferiore alarum Cherubim obumbrantium propitiatorium.

MENSA

MENSA PANVM propositionis.

E C Longitudo, duorum cubitorum.
C D Latitudo, cubiti.
A B Altitudo, cubiti & semis.
E Corona aurea per mensæ circuitum, super subtēque: distincte quidem inter se incastratura, siue clausura, alta quatuor digitos E.
F Quatuor circuli, siue annuli aurei in pedibus mensæ.
G Vectes, vt deferatur mensa.
H Acetabula, siue scutelli, in quibus reponēbantur panes propositionis.
I Duodecī panes propositionis.
K Panes tecti erant magnis crateris, siue cyathis.
L Thuribula, siue cochlearia, in quibus reponebatur thus.
M Operculū thuribulorum.



CANDELABRVM AVreum tabernaculi.



Literis alphabeticis candelabrum nō designauimus: quoniam illius formę figura satis planum facit. Quando 34. versu candelabri habituri quatuor scyphos, siue calicem mentio habetur, illud de trunco illius intelligitur, ex quo egrediuntur calami, intelligitur. Alterorum enim sex calamorum quisque tam summo, q̄ tres habebat scyphos: medius verò quatuor, sursum tres, & deorsum vnum. Preterea quod sequitur 35. versu, vbi de sphærula sub duobus calamis agitur, sic intelligendum: quòd quando calami vtrinque egredi incipiebant è trunco candelabri, sphærula subesset futura: vt ex ipso schemate cognosci posset.

CAP. XXVI.

Forma tabernaculi. Velum. Situs arcæ, propitiatorii, mensæ, & candelabri. Tentorium.

1 TAbernaculum verò ita facies. Decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura, coccōque bis tincto, variatas opere plumario facies.
2 Longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorū erit. vnius mensuræ fiet vniuersa tēctoria.
3 Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo, & aliæ quinque nexu simili cohærebunt.
4 Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari.
5 Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraque parte, ita inserias, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit adaptari.
6 Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat.
7 Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi.
8 Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos: & latitudo, quatuor: æqua erit mensura sagorum omnium.
9 E quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices.

10 Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt coniungi cum altera queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur.
11 Facies & quinquaginta fibulas æneas quibus iungantur ansæ, vt vnum ex omnibus operimentum fiat
12 Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur recto, id est vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi.
13 Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera qui plus est in sagorum longitudine, vtrúque latus tabernaculi protegēs.
14 Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.
15 Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim,
16 Quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem.
D 17 In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ sient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.
18 Quarum viginti erunt in latere Meridiano quod vergit ad Austrum.
19 Quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per duos angulos subiiciantur.
20 In latere quoq; secūdo tabernaculi quod vergit ad Aquilonē, viginti tabulæ erunt,
21 Quadraginta habentes bases argenteas, binæ bases singulis tabulis supponentur.
E 22 Ad Occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas,
23 Et rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi.
24 Erúntque sibi coniunctæ à deorsum vsq; sursum, & vna omnes compago retinebit.
Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur.
25 Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnā tabulam suppuratis.
26 Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in vno altere tabernaculi,
27 Et quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad Occidentalem plagam:
28 Qui mittentur per medias tabulas à summo vsque ad summum.
29 Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis.
30 Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in Monte monstratum est. *Suprà 25. a. 9.*
31 Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssō retorta, opere plumario, & pulchra varietate contextum:
32 Quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas.
33 Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonii, quo & Sanctuarium, & Sanctuarii sanctuaria diuidentur.
34 Pones & propitiatorium super arcam testimonii in Sancta sanctorum:
35 Mensamq; extra velum: & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi Meridiano, mensa enim stabit in parte Aquilonis.
36 Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssō retorta, opere plumarii.
37 Et quinque columnas deaurabis lignorum setim, ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

CORTINAE CHERVBIMIS SPARSAE.



Vt autem cortinarum cognitio facilior habeatur, quantam solicitudinem texerint, ex primis satis erit videre descriptionem tabernaculi, quæ est circa decimumquintum versiculum. postea ad eam redire.

Decem sunt cortinæ alatis imaginibus ornatæ, quæ primum tabernaculi operimentum, imo ipsum tabernaculum constituebant. illis enim saga cilicina, pelles arietum rubricatæ, & pelles taxorum, siue hyacinthinæ superstruebantur. Quarum cortinarum vniuscuiusque longitudo 28. cubitorum, & latitudo 4. Quæ quando ornatæ connectebantur, 40 cubitos efficiebant. Hæ quidem cortinæ bipartiebantur: quinque enim sibi mutuò iunctæ erant, & quinque itidem. Deinde illarum duæ partes, quæ quinq; erāt, ansulis, siue laqueolis, & vncinis, siue fibulis, cōiungebantur. vt hic deprīū est à B vsq; ad F. Nūc verò vt appareat quomodo tabernaculo superponebatur, primò notandū tabernaculum longū esse 30. cubitis, & latum 10. quemadmodum infrà dicetur. Secundo, vt suprà diximus, cortinæ omnes sibi mutuò inuicē 40 cubitos efficere, itaque ab A vsque ad B (quod est coniunctio cortinarum) viginti sunt cubiti: quoniam quinque sunt cortinæ, vt demonstrat figura: & à B. vsque ad C duæ sunt cortinæ & semis, quæ decem cubitos efficiunt, qui coniuncti 30. cubitis à B vsque ad A. triginta illos cubitos longitudinis tabernaculi, cooperiōt, constituent. Duo modi supersunt cortinæ & semis. nam ab A vsque ad C. tantum vsū septem cortinæ & semis constat. At sunt decem, vt dictum fuit. Quod igitur superest ex decem cortinis longitudinem tabernaculi excedentes (scilicet duæ cortinæ, quæ decem cubitos efficiūt) pendet ex parte Occidentali, & tegit octo illas tabulas quæ illinc erāt. Insuper etiā videndū qua ratione & quo modo longitudo continuū tabernaculo superponitur. Illæ 28. cubitis erant longæ, vt diximus. & necesse sunt 12. cubiti vt tegatur superne tabernaculi, hoc est à D vsque ad E, qui erat Latus 13 cubitis, vt suprà dicimus circa ipsius formæ figuram. Adhuc restant 15. cubiti, qui pendent ex lateribus tabernaculi H G. Ea ſe cortinæ tabernaculo superponebantur.

SAGA CILICINA.



Hæ undecim cortinæ cilicinæ facillimè descriptione superiorum Cherubimatū deprehenduntur. Vt illæ enim coniungebantur, & tabernaculo superponebantur. Hoc tantùm inter se interest, quòd Cherubimatæ excedant vna cortina quæ pendet erga ianuā tabernaculi B. Ac etiam quòd vt tabulæ segregatim à parte insimā, longitudinis cubitis duobus extendantur, quàm prioret illæ quæ tantummodo viginti cubitos habebant. hoc est, quòd longiores sint illi cubito vno à parte Meridiana D, & cubito altero à parte Aquilonari E. Quod 13. versu perspicuè illustratur.

TABERNACVLVM.



Tabulæ viginti in latere Meridiano, & totidem in latere Aquilonari, longitudinis decem cubitorum, hoc est ab E vsque ad E. eratque vnaquæque latitudinis cubiti & dimidii. Itaque omnes simul iunctæ, in modū tabernaculi, 30. cubitos constituebant. Sub vnaquæque tabula duo erant cardines B. quoniam sub vnaquaque illarum bases duæ collocabantur, & vnicuique basi vnum foramen C. Quæ sectum plaximus, vt manifestiō deprehendretur quomodo cardines tabularum immitterentur in foramina basium suarum in terra defixarum. Tabernaculum latere Occidentali sito tabulis clausum erat M. Itemque illius latitudo 12. cubitorum eo nempe extrinsecus: nam intrinsecus deerant duo palmi, propter crassitudinem tabularum Meridionalium & Aquilonarium. Singularum enim tabularum, vt diximus, latitudo erat vnius cubiti & dimidii. Illæque octo tabulæ occidentales Meridionalibus & Septentrionalibus inagebantur. Deinde hæc tabularum fabricatio sursum deorsumque nectebatur compage vna, sine circulo vno E. Erant quoque vectes quatuor ad cōpingendas tabulas: quorum medius, vt firmiores starent, per medias illas stabiliebatur D. Præterea vnaquæque tabula habebat circulos, per quos immittebantur vectes F. H G Velum Cherubinis sparsum, quod quatuor columnis alligabatur, quo Sanctum à Sancto sanctorum, vbi erat arca testimonii, separabatur. I. Sanctum sanctorum. K Sanctum, in cuius latere Meridiano candelabrum collocabatur: & mensa exeunte candelabri in latere Aquilonari. L Tentorium, aut velum in tabernaculi introitu qui erat ad Orientem. Quod tentorium quinque columnis alligabatur, vt hic depictum vides.

CAP. XXVII.

Formæ altaris, atrii, tentoriarum, columnarum. Oleum lucerne.

1 FAcies & altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est quadrum, & tres cubitos in altitudine.

2 Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud ære.

3 Faciésque in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes atque fuscinulas & ignium receptacula, omnia vasa ex ære fabricabis.

4 Craticulámque in modum retis æneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli æquales.

5 Quos pones subter arulā altaris: eritque craticula vsque ad altaris medium.

6 Facies & vectes altaris de lignis setim duos, quos operies laminis æneis:

7 Et induces per circulos, eruntque ex vtro que latere altaris ad portandum.

B 8 *Non solidum, sed inane & cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in Monte monstratum est.

Supra 20. 2. 24. infra 38. 2. 4. 7.

9 Facies & atriū tabernaculi, in cuius Australi plaga contra Meridiem erunt tentoria de byssо retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine.

10 Et columnas viginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea.

11 Similiter & in latere Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea.

12 In latitudine verò atrii quod respicit ad C Occidentem erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, basésque totidem.

13 In ea quoque atrii latitudine quæ respicit ad Orientem, quinquaginta cubiti erunt.

14 In quibus quindecim cubitorum tentoria, lateri vno deputabuntur, columnæque tres, & bases totidem.

15 Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & bases totidem.

16 In introitu verò atrii fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura,

coccóque bis tincto, & byssо retorta, opere plumarii. columnas habebit quatuor, cum basibus totidem.

17 Omnes columnæ atrii per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis.

18 In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit: nectúrque de byssо retorta, & habebit bases æneas.

19 Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus & cerimonias tam paxillos eius, quàm atrii, ex ære facies.

20 Præcipe filiis Israel vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, pilóque contusum: vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii,

21 Extra velum quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filii eius, vt vsque mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filiis Israel.

Scbema atrii tabernaculi reiecimus in finē huius libri, vbi illud cernere poteris cū ereēto tabernaculo, simúlque quo ordine castrametarentur tribus filiorum Israel, quum tabernaculum inbente Deo exædificandum erat: adhæc non iniucundam hypotyposim oblationum & sacrificiorum.

ALTARE HOLOCAVSTI.



CRATICVLA.



A B Longitudo, quinquaginta cubitorum.
E D Latitudo, quinquaginta etiam cubitorum.
A C Altitudo, viginti cubitorum.
E Quatuor cornua ex ipso altari.
F Craticula, quæ vsque piaximus, vt omnia declarationis explanarentur. Illa in altare immittebatur, illiúsque medietate attingebat, hoc est cubiti & dimidii altitudinem. Nam altare tribus cubitis altum erat, vt supra vidimus. Supra illam craticulam ponebatur ignis, & holocaustum atque per illius rancella cinis decidebat in altare.
G Quatuor annuli erei in quatuor angulis craticulæ.
H Vectes ad portandum altare.
I Annuli in quos inducebantur vectes.

CAP. XXVIII.

Ornatus Aaronis sacerdotis, & filiorum eius.

1 APplica quoque ad te Aaron frátrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi: Aarõ, Nadab & Abiu, Eleazar, & Ithamar.
2 Faciésque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.
3 Et loquẽris cunctis sapientibus corde, quos repleui Spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi.
4 Hæc autem erunt vestimenta quæ faciẽt, Rationale & superhumerale, tunicam & lineam strictam, cidarim & balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi.
5 Accipiẽntque aurum & hyacinthum & purpuram, coccũmque bis tinctum, &
B byssum.
6 Facient autem superhumerale de auro & hyacintho & purpura, co coque bis tincto, & byssо retorta, opere polymito.
7 Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, vt in vnum redeant.
8 Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta.
9 Sumẽsque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel:
10 Sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinẽ natiuitatis eorum.
11 Opere sculptoris & cælatura gemmarii, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circundatos,
12 Et pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumque humerũ, ob recordationem.
13 Facies & vncinos ex auro,
C 14 Et duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes, quas inseres vncinis.
15 Rationale quoque iudicii facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta.
16 Quadrangulũ erit & duplex: mensuram palmi habebit tam in longitudine, quam in latitudine.
17 Ponẽsque in eo quatuor ordines lapidum. in primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus.
18 In secundo: carbunculus, Sapphirus, & Iaspis.
19 In tertio: ligurius, achates, & amethystus.
20 In quarto: chrysolithus, onychin⁹, & beryllus. inclusi auro erunt per ordines suos.
21 Habebũtq; nomina filiorũ Israel: duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.
22 Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purissimo:
D 23 Et duos annulos aureos quos pones in vtraque rationalis summitate:
24 Catenãsque aureas iunges annulis qui sunt in marginibus eius:
25 Et ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere superhumeralis quod rationale respicit.
26 Facies & duos annulos aureos quos pones in summitatibus rationalis, in oris quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspicient.
27 Necnon & alios duos annulos aureos qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iunctuæ inferioris, vt aptari possit cum superhumerali.
28 Et stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à semetipsa rationale & superhumerale nequeant separari.
29 Portabitque Aaron nomina filiorũ Israel E in rationali iudicii super pectus suũ, quando ingredietur Sanctuarium, memor zelo coram Domino in æternum.
30 Pones autem in rationali iudicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram Domino, & gestabit iudicium filio um Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.
31 Facies & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,
32 In cuius medio suprà erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur.
33 Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ F per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byssо retorta, mistis in medio tintinnabulis,
34 Ita vt tintinnabulum sit aureum & malum punicum: rursumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum.
35 *Et vestietur ea Aaron in officio ministe- *Ecclesiasti.
rii, vt audiatur sonitus quando ingredi tur 45.8,10
& egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.
36 Facies & laminam de auro purissimo in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.
37 Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, imminens fronti pontificis,
38 Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filii Israel, in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit ei Dominus.
G 39 Stringẽsq; tunicam byssĩ, & tiarã byssinam facies, & balteum opere plumarii.
40 Porro filiis Aarõ tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriã & decorem:
41 Vestiẽsque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi.
42 Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora:
43 Et vtentur eis Aaron & filii ei⁹ quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando

quando appropinquant ad altare vt ministrent in Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini eius post eum.

ORNATVS SVMMI SACERDOTIS.

A Superhumerale, seu ephod.
B Pallium.
C Tunica, quæ interior erat vestis, quã tegebat aliã vestis linea quę illa brevior erat, ac manicis carebat. Eceni hoc vestis induebatur transeundo caput per capitium sue foramen in superiori parte constitutum: infraque vicem fimbriarum, mala punica, & tintinnabula aurea, vt ex ipso schemate cognosci potest, contexebantur. Ephod, siue superhumerale, supra vestem induebatur, quod ex auro contextum erat, superque cingebatur. Pectorale iudicii, illud est quadrum quod super pectus summi sacerdotis collocatum esse videtis in quo duodecim lapides in quibus sculpta nomina duodecim filiorum Israel. Atque etiam pectorale illud fuerint duabus catenulis (quæ affigebantur vncinis siue fibulis, in quibus lapides onychini duo super humeros) & inferne vittis duobus nectebatur, vt iris depictam videtis.

CAP. XXIX.

Modus consecrandi sacerdotes, vtriusque officiendi pro eis.

*in sacerdotium Leuiti. 9. 2.

1 SEd & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle vitulũ de armẽto, & arietes duos immaculatos, panẽsque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de simila tritícea cuncta facies.
3 Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes,
4 Et Aaron, ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laueris patrem cum filiis suis aqua,
5 Indues Aaron vestimentis suis, id est linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod constringes balteo.
6 Et pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram,
7 Et oleum vnctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur.
8 Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingẽsque balteo,
B 9 Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, erúntque sacerdotes mihi religione perpetua. Leuit. 8. 2. 3.
10 *Postquam mihi immolaueris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonii. Imponẽtque Aaron & filii eius manus super caput illius.
11 Et macabis eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonii.
12 Sumptúmque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius.
13 Sumes & adipem totum qui operit intestina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui super eos est, & offeres incensum super altare.
14 Carnes verò vituli & corium & simum combures foris extra castra, eo quod pro peccato sit.
15 Vnum quoque arietem sumes, super cuius caput ponẽt Aaron & filii eius manus.
16 Quem cum mactaueris, tolles de sanguine C eius, & fundes circa altare.
17 Ipsum autem arietem secabis in frusta: lotáque intestina eius ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius.
18 Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini.
19 Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filii eius ponent manus.
20 Quem cum immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius, & super pollices manus eorum ac pedis dextri: fundésque sanguinem super altare per circuitum.
21 Cumque tuleris de sanguine qui est super altare & de oleo vnctionis, asperges Aaron & vestes eius, filios, & vestimẽta eorũ.
22 Consecratisque ipsis & vestibus, tolles adipem de ariete, & caudam & armũa quæ D operit vitalia ac reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem qui super eos est, armúmque dexterum, eo quod sit aries

consecrationis:
23 Tortámque panis vnius, crustulam consperſam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini:
24 Ponésque omnia super manus Aaron & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram Domino.
25 Suscipiésque vniuersa de manibus eorum: & incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum in conspectu Domini, quia oblatio eius est.
26 Sumes quoque pectúsculum de ariete quo initiatus est Aaron, sanctificabísque illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem *suam.

*suam.

27 Sanctificabísque & pectúsculum consecratum, & armum quem de ariete separasti, quo initiatus est Aaron & filii eius,
28 Cedéntque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Israel, quia primitiua sunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.
29 Vestem autem sanctam qua vtetur Aaron, habebunt filii eius post eum, vt vngantur in ea; & consecrentur manus eorum.
30 Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonii vt ministret in Sanctuario.
31 Arietem autem *consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto, quibus vescetur Aaron & filii eius.

*eōsecrationum.

Leuit. 8. f. 31. 24. b. 9

32 *Panes quoque qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonii comedét,
33 Vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia *sancti sunt.

*sancta

F 34 Quod si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus vsque mane, combures reliquias igni non comedentur, quia sanctificata sunt.
35 Omnia quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorum.
36 Et vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabísque altare cùm immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationem.
37 Septem diebus expiabis altare & sanctificabis, & erit Sanctum sanctorum: omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur.
38 Hoc est quod facies in altari, Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter,
39 Vnum agnum mane, & alterum vespere,
40 Decimam patem similæ consperſæ oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, & vinum ad libádum eiusdem mensuræ in agno vno.
G 41 Alterum verò agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinæ ob ationis, & iuxta ea quæ diximus, in odorem suauitatis. Sacrificium est Domino
42 Deo oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, vbi constituam vt loquar ad te.
43 Ibique præcipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea.
44 Sanctificabo & tabernaculum testimonii cum altari, & Aaron cum filiis suis, vt sacerdotio fungantur mihi.
45 Et habitabo in medio filiorum Israel, eróque eis Deus:
46 Et scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de Terra AEgypti, vt manerem inter illos, ego dominus Deus ipsorum.

CAP. XXX.

Forma altaris thymiamatis, finisque eiusdem. Labium æneum. Consecratio eius sancti, & thymiamatis.

1 FAcies quoque altare ad adolendum thymiam, de lignis setim, habéns cubitum longitudinis,
2 Et alterum latitudinis, id est quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent.
3 Vestiésque illud auro purissimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. *Faciésque ei coronam aureolam per gyrum,

*Facies quoque

4 Et duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur.
5 Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis.
6 Ponésque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonii coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi.
7 Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrans mane.
8 Quando componet lucernas, incendet illud: & quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras.
9 Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libabitis libamina.
10 Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino.
11 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:
12 *Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti.

Numeri 1. a...

13 *Hoc autem dabit omnis, qui transit ad *nomen dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino.

Leuit. 27. c. 15. num. 3. 5. 47. exod. 45. d. 12

14 Qui habetur in numero, à viginti annis & supra, dabit pretium.
15 Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet.
16 Susceptámque pecuniam, quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonii, vt sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum.

*numerum

Locutúsque

C 17 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicés,
18 Facies & labium æneum cum basi sua ad lauandum: ponésque illud inter tabernaculum testimonii & altare.
*in eo 19 Et missa aqua lauabunt *in ea Aaron, & filii eius manus suas ac pedes,
20 Quàdo ingressuri sunt tabernaculum testimonii, & quàdo accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino: ne forte moriantur.
21 Legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones.
22 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicés,
23 Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducétos quinquagita siclos,
24 Casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarii, *oleum de oliuetis mensuram hin:

*oleū

25 Faciésque vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarii, 26 Et vnges ex eo tabernaculum testimonii, & arcam testamenti,
27 Mésamq; cũ vasis suis, cãdelabrum, & vtẽsilia ei*, altaria thymiamatis & holocausti,
28 Et vniuersum supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet.
29 Sanctificabísque omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur.

ALTARE THYmiamatis.



Nihil in hoc altari intellectu difficile. Quamobrem schema suffecit.

LABIVM, SEV LAbrum æneum.

e. i.

D 28 Aaron & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi.
29 Filius quoque Israel dices, Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras.
32 Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis.
33 Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo.
34 Dixitque Dominus ad Moysen, Sume tibi aromata, stacten & onychen, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia:
Onycha (Accusatius Græcus.)
35 Faciésque thymiama compositum opere vnguentarii, mistum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum.
galbané
36 Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. sanctum sanctorum erit vobis thymiama.
37 Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino.
38 Homo quicunque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

CAP. XXXI.

Vocatio artificum Beseleel & Ooliab. Præceptum Sabbathi, & quid significet. Dantur Moysi tabulæ lapideæ.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Ecce vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filii Hur de tribu Iuda,
3 Et impleui eum Spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere.
4 Ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære,
5 Marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum.
6 Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi,
B 7 Tabernaculum fœderis, & arcam testimonii, & propitiatorium quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi,
8 Mensámque, & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis
altare
9 Et holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua,
10 Vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio suo in sacris,
11 Oleum vnctionis, & thymiama aromatum in sanctuario. omnia quæ præcepi tibi, facient.
C 12 Et loquutus est Dominus ad Moysen, dicens,
13 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, *Vidi. 20. b. 8. c. 31. c. 20 b. 12.
vere vt sabbathum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus qui sanctifico vos.
14 Custodite sabbathum meum, sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui.
15 Sex diebus *facietis opus: in die septimo sabbathum est, requies sancta Domino, omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. facíes
D 16 Custodiant filii Israel sabbathum, & celebrent illud in generationibus suis.
17 Pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signúmque perpetuum: *sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in septimo ab omni opere cessauit. Gene. 1. & 31. & 2. 2.1.
18 Deditque Dominus Moysi, completis huiusce modi sermonibus in monte Sinai, *duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei. Deut. 9. & 10.

CAP. XXXII.

Vitulum aureum adorant Israelitæ. Orat Moyses pro eis, obiiciens promissiones. Statues confringit tabulas. Obiurgat Aaronẽ. Idololatræ interficiuntur. Orat Moyses peccatum populo dimitti, aut deleri de libro vitæ.

1 VIdens autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron, dixit, Surge, fac nobis deos qui nos præcedant: Moysi enim huic viro qui nos eduxit de Terra AEgypti, ignoramus quid acciderit". ei
2 Dixitque ad eos Aaron, Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me.
3 Fecitque populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron.
4 *Quas cũ ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit eis vitulum conflatilem. Dixeruntque, Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Terra AEgypti. Psal. 105. c. 19.
5 Quòd cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens, Cras solemnitas Domini est. B
6 Surgentésque mane, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & *sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. 1. Cor. 10. b. 7.
7 Loquutus est autẽ Dominus ad Moysen, dicens, *Vade, descende: peccauit populus tuus quem eduxisti de Terra AEgypti. Deut. 9. b. 13.
8 Recesserunt cito de via quam ostendisti eis: fecerúntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt, *Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Terra AEgypti. 3. Reg. 12. c. 28.
9 Rursumque ait Dominus ad Moysen, Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit:
10 Dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam. C
11 Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens, *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum quem eduxisti de Terra AEgypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Psal. 105. d. 23.
12 *Ne quæso dicant AEgyptii, Callidè eduxit eos vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Nume. 14. c. 13.

13 Recordare Abraham, & Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens, *Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & vniuersam terrã hanc, de qua loquutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Gene. 22. b. 7. 15. 6. 32. 12. c. 26.
D 14 Placatúsque est Dominus ne faceret malum quod loquutus fuerat aduersus populum suum.
15 Et reuersus est Moyses de mõte, portans duas tabulas testimonii in manu sua, scriptas ex vtraque parte,
Dei
16 Et factas opere *Domini: scriptura quoq; Dei erat sculpta in tabulis.
17 Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen, Vlulatus pugnæ auditur in castris. Qui respondit,
18 Non est clamor adhortantium ad pugnã, neque vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantantium ego audio.
19 Cúmque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros, iratúsq; valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.
E 20 Arripiénsq; vitulum quem fecerant, combusit, & contriuit vsque ad puluerẽ, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel.
Moyses
21 Dixítque *ad Aaron, Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum?
22 Cui ille respondit, Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum quòd pronus sit ad malum.
23 Dixerunt mihi, Fac nobis deos qui nos præcedant: huic enim Moysi qui nos eduxit de Terra AEgypti, nescimus quid acciderit.
24 Quibus ego dixi, Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egressúsque est hic vitulus. B
F 25 Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat)
26 Et stans in porta castrorum, ait, Siquis est Domini, iungatur mihi. Congregatíque sunt ad eum omnes filii Leui:
27 Quibus ait, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ponat vir gladium super femur suum: ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.
triginta
28 Fecerúntque filii Leui iuxta sermonem Moysi, cecidérúntque in die illa quasi "tria millia hominum. Et ait Moyses,
29 Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.
G 30 Factо autem altero die loquutus est Moyses ad populum, Peccastis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, siquo modo quiuero eum deprecari pró scelere vestro.
31 Reuersúsque ad Dominum, ait, Obsecro, Domine peccauit populus iste peccatum maximum, fecerúntque sibi deos aureos:
32 Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.
33 Cui respondit Dominus,
34 Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum istum quo loquutus sum tibi: Angelus autem meus præcedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum.
ergo
35 Percussit *autem Dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

CAP. XXXIII.

Angelus dedicens Israelitas. Renuit Deus cum populo ascendere. Luget populus peccatum. Moyses cum Deo loquitur. Orat Deum esse secum. Optat videre faciem Dei. Iubetur stare in petra.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, Vade, *descende de loco isto tu & ascenda populus tuus quem eduxisti de Terra AEgypti, in terram quam iurauí Abraham, Isaac, & Iacob, dicés, Semini tuo dabo eam.
2 *Et mittam præcursorem tui Angelum, vt eiiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, Supra 23. d. 20. Iosue 24. c. 11. denic.
3 Et intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis est: ne forte disperdam te in via. 7. c. 21. es:
4 Audiénsq; populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo.
5 Dixitque Dominus ad Moysen, Loquere filiis Israel, Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.
6 Depósuerunt ergo filii Israel ornatum suum à monte Horeb. E
7 Moyses quoq; tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitque nomen eius Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam quæstionẽ, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis extra castra.
8 Cúmque egrederetur Moyses ad Tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebántque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium.
9 Ingresso autem illo Tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebatúrque Dominus cum Moyse,
10 Cernéntibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostium Tabernaculi. Stabánque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum.
11 Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cúmque ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun puer, non recedebat de Tabernaculo. C
12 Dixit autem Moyses ad Dominum, Præcipis vt educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum,

præsertim cùm dixeris, Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me.
13 Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc.
14 Dixitque Dominus, Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.
15 Et ait Moyses, Si non tuipse præcedas, ne educas nos de loco isto.
D 16 In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram?
17 Dixit autem Dominus ad Moysen, Et verbum istud quod loquutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine.
18 Qui ait, Ostende mihi gloriam tuam.
19 Respondit, Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabor in nomine Domini coram te: & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.
20 Rursumque ait, Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet.
21 Et iterum, Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram.
22 Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea donec transeam:
23 Tollámque manum meam, & videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.

CAP. XXXIIII.

Instaurantur tabulæ. Misericordia Dei. Prohibetur societas gentium, & idololatria. Solennitas Azymorum. Primogenita. Sabbathum. Festum trium hebdomadarum. Primitiæ. Iesuitum Moysi. Facies sua cornuta velat Moyses.

1 ACdeinceps, Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti.
2 Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super vertice montis.
3 Nullus ascēdat tecum, nec videatur quispiam per totum montem, boues quoque & oues non pascantur e contra.
4 Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas.
5 Cumq; descendisset Dominus per nubem, steterit Moyses cum eo, inuocans nomen Domini.
6 Quo transeunte coram eo, ait, Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis,
7 Ac verus, qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullúsque apud te per se innocēs est. *Qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem.
8 Festinúsque Moyses, curuatus est pronus in terram, & adorans ait,
9 Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: populus enim duræ ceruicis est, vt auferas iniquitates nostras atque peccata, nósque possideas.
10 Respondit Dominus, Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum.
11 Obserua cuncta quæ hodie mandauí tibi: ego ipse eiiciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæum quoque, & Heuæum, & Iebusæum.
12 Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sunt tibi in ruinam:
13 Sed & aras eorum destrue, cōfringe statuas, lucósque succide.
14 Noli adorare deum alienum. Dominus zelōtes nomen eius, Deus & æmulator.
15 *Ne ineas pactum cùm hominibus illarum regionum: ne cùm fornicāti fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt comedas de immolatis.
16 *Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos.
17 Deos conflatiles non facies tibi. Solennitatem azymorum custodies.
18 Septem diebus vescēris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis nouorum. mense enim verni temporis egressus es de AEgypto.
19 *Omne quod aperit vuluam generis mascululini, meum erit, De cunctis animantibus, tam de bobus quàm de ouibus, meum erit.
20 Primogenitum asini redimes oue. si autē nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus.
21 *Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare & metere.
22 *Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ tritice, & Solennitatem quādo redeunte anni tempore cuncta conduntur:
23 Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in cōspectu omnipotentis Domini Dei Israel.
24 Cum enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.
25 Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ: neque residebit mane de victimis solennitatis Phase.
26 *Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. *Non coques hœdum in lacte matris suæ.

Dixitque

27 Dixitque Dominus ad Moysen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecū & cum Israel pepigi fœdus.
D 28 *Fuit ergo ibi eū Domino Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem.
29 Cúmque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas testimonii, & ignorabat quod cornuta esset facies sua ex cōsortio sermonis Domini.
30 Videntes autem Aaron & filii Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere.
31 Vocatique ab eo, reuersi sunt tam Aaron, quàm principes synagogæ. Et postquam locutus est ad eos,
32 Venerūt ad eum etiam omnes filii Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai.
33 Impletisque sermonibus *posuit velamen super faciem suam.
34 *Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata.
35 Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam siquando loquebatur ad eos.

CAP. XXXV.

Præcipitur Sabbathum. Primitiæ & donaria exiguntur. Deuota promptitudo populi offerentis. Beseleel & Ooliab artifices commendantur à Moyse.

1 IGitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos, Hæc sunt quæ iussit Dominus fieri.
2 Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbathum & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur.
3 Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbathi.
4 Et ait Moyses ad omnem cœtum filiorum Israel, iste est sermo quem præcepit Dominus, dicens,
5 Separate apud vos primitias Domino. *Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs,
6 Hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum & byssum, pilos caprarum,
7 Pelléisque arietum rubricatas, & hyacinthinas, ligna setim,
8 Et oleum ad luminaria cōcinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama suauissimum,
B 9 Lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis & rationalis.
10 Quisquis vestrum sapiens est, veniat, & faciat quod Dominus imperauit,
11 Tabernaculū scilicet, & tectum eius, atque operimentū, annulos & tabulata cum vectibus, & paxillos & bases:
12 Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur:
13 Mensam cum vectibus & vasis & propositionis panibus:
14 Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium:
15 Altare thymiamatis, & vectes & oleum vnctionis & thymiama ex aromatib⁹: tentorium ad ostium tabernaculi:
16 Altare holocausti & craticulam eius æneam cum vectibus & vasis suis: labrum & bases eius:
17 Cortinas atrii cum columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi,
18 Et atrii cum funiculis suis:
19 Vestimenta quorum vsus est in ministerio sanctuarii, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius vt sacerdotio fungantur mihi.
20 Egressáque omnis multitudo filiorum C Israel de conspectu Moysi,
21 Obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Quicquid ad cultū & ad vestes sanctas necessarium erat.
22 Viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini separatum est.
23 Siquis habebat aurum, hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & hyacinthinas,
24 Argenti & auri æriſque metalla obtulerunt Domino, lignáque setim in varios vsus.
25 Sed & mulieres doctæ, quæ neuerāt, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum ac byssum, & pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes.
26 Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale,
27 Aromatáque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi componendum.
28 Omnes viri & mulieres mente deuota D obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat Dominus per manum Moysi. Cunctí filii Israel voluntaria Domino dedicauerunt.
29 Dixitque Moyses ad filios Israel, Ecce, vocauit Dominus ex nomine * Beseleel filium Vri filii Hur de tribu Iuda:
30 Impleuitque eum Spiritu Dei, sapientia & intelligentia & scientia, & omni doctrina,
31 Ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære & ferro, sculpendíque lapidibus, & opere carpentario.
32 Quicquid fabre adinueniri potest dedit in corde eius:
33 Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan:
34 Ambos eruditi sapientia, vt faciant opera abietarii, polymitarii, ac plumarii de hyacintho ac purpura, coccóque bis tincto, & byssо, & texant omnia, ac noua quæque reperiant.

CAP. XXXVI.

Fabricatio tabernaculi, cortinarum, sagorum,

operatorii, tabularum, vestium, veli, tentorii.

Hic cadit fere verba quæ supra cap. 26.

FEcit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam & intellectum, vt scirent fabrè operari quæ in vsus sanctuarii necessaria sunt, & quæ præcepit Dominus.

2 Cumque vocasset eos Moyses, & omnem eruditum virum cui dederat Dominus sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel.

3 Qui cùm instarent operi, quotidie mane vota populus offerebat.

4 Vnde artifices venire compulsi, dixerunt Moysi, Plus offert populus, quàm necessarium est.

5 Iussit ergo Moyses præconis voce cantari, Nec vir nec mulier quicquam offerat vltra in opere sanctuarii.

6 Sicque cessarum est à muneribus offerendis, eo quòd oblata sufficerent & superabundarent.

7 Fecerúntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, opere vario, & arte polymita.

8 Quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor, vna mensura erat omnium cortinarum.

B 9 Coniunxítque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit.

10 Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter, vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuo iungerentur.

11 Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret vnum tabernaculum.

12 Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum rectum tabernaculi:

13 Vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. vnius mensuræ erant omnia saga: quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim.

14 Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem iungerentur.

15 Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur rectum, vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret.

C 16 Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliúdque désuper velamentum de pellibus * hyacinthinis.

*Xanthinis.

17 Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes.

18 Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat.

19 Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, vt altera alteri iungeretur.

20 Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.

E quibus viginti ad plagam Meridianam erant contra Austrum cum quadraginta basibus argenteis.

21 Duæ bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum, vbi incastraturæ laterum in angulis terminantur.

22 Ad plagam quoque tabernaculi quæ respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas.

23 Contra Occidentem verò, id est ad eam partem tabernaculi quæ Mare respicit, 24 Fecit sex tabulas, & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro:

25 Quæ iunctæ erant à deorsum vsque ad sursum, & in vnam compaginem pariter sé rebantur.

26 Ita fecit ex vtraque parte per angulos: vt octo simul essent tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis.

27 Fecit & vectes de lignis setim, quinque D ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi,

28 Et quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas:

29 Extra hos, quinque alios vectes ad Occidentalem plagam tabernaculi contra Mare.

30 Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret.

31 Ipsa autem tabulata deaurauit, fusis basibus earum argenteis.

32 Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes iuduci possent: quos & ipsos laminis aureis operuit.

33 Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac bysso retorta, opere polymitario, variam atque distinctam:

34 Et quatuor columnas de lignis setim, quas cum capitibus deauratis: fusis basibus earum argenteis.

35 Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssóque retorta, opere plumarii:

36 Et columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro.

37 Basésque earum fudit æneas quas & operuit auro.

CAP. XXXVII.

Fabricatio arcæ testimonii, propitiatorii, mensæ, candelabri, lucernarum, altaris. Compositio thymiamatis.

1 FEcit autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidii:

2 Vestiuitque eam auro purissimo intus ac foris. Et fecit illi coronā auream per gyrū.

3 Conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius, duos annulos in latere vno, & duos in altero.

4 Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestiuit auro,

5 Et quos misit in annulos qui erant in lateribus arcæ, ad portandum eam.

6 Fecit & propitiatorium, id est oraculum, de auro mundissimo duorum cubitorum & dimidii

& dimidii in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine.

7 Duos etiam cherúbim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorii,

8 Cherub vnum in summitate vnius partis, & cherub alterum in summitate partis alterius: duos cherúbim in singulis summitatibus propitiatorii,

9 Extendentes alas, & tegentes propitiatorium, sécue mutuo & illud respicientes.

10 Fecit & mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem.

11 Circundedítque eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum,

12 Ipsíque labio coronam auream interrasilem quatuor digitorum, & super eandem alteram coronam auream.

13 Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronam:

14 Missíque in eos vectes, vt posset mensa portari.

15 Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, & circundedit eos auro.

C 16 Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina.

17 Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo.

18 De cuius vecte calami, scyphi, sphærulæque ac lilia procedebant.

19 Sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera.

20 Tres scyphi in nucis modū per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia:

21 Et tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul & lilia.

22 Aequum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri.

23 In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos simul & lilia:

24 Et sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno.

25 Et sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo.

D 26 Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis,

27 Et vasa vbi ea quæ emuncta sunt, extinguantur, de auro mundissimo.

28 Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis.

29 Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, & in altitudine duos: e cuius angulis procedebant cornua.

30 Vestiuitque illud auro purissimo cum craticula ac parietibus & cornibus.

31 Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari.

32 Ipsos autem vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis.

33 Composuit & oleum ad sanctificationis vnguentum, & * thymiama ex aromatibus mundissimis opere pigmentarii.

* thymia ma

CAP. XXXVIII.

Fabricatio altaris holocausti, labri ænei, atrii. Suppatatio pretii per populum oblati.

1 FEcit & altare holocausti de lignis setim quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine:

2 Cuius cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis.

3 Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula.

4 Craticulámque eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam,

5 Fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum.

6 Quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis: induxítque in circulos qui in lateribus altaris eminebant.

B 7 Ipsum autem altare non erat solidū, * sed cauum ex tabulatis, & intus vacuum. *Supra 27. b. 8.

8 Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum quæ excubabant in ostio tabernaculi.

9 Fecit & atrium, in cuius Australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum,

10 Columnæ æneæ viginti cū basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea.

11 Aequè ad Septentrionalem plagam tentoria, columnæ, basésque, & capita columnarum eiusdem mensuræ, & operis ac metalli erant.

12 In ea verò plaga quæ ad Occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneis, & capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea.

13 Porrò contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria,

14 E quibus, quindecim cubitos, columnarum trium, cum basibus suis vnum tenebat latus.

15 Et in parte altera (quia inter vtraque introitu tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & bases totidem.

16 Cuncta atrii tentoria byssus retorta texuerat.

17 Bases columnarum fuêre æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea: sed & ipsas columnas atrii vestiuit argento.

C 18 Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, quod habebat viginti cubiculos in longitudine, altitudo vero quinque cubitorum erat iuxta mensuram quam cuncta atrii tentoria habebant.

19 Columnæ autem in ingressu fuêre quatuor cum basibus æneis, capitaque earum & cælaturæ argenteæ.

20 Paxillos quoque tabernaculi & atrii per

gyrum fecit æneos.

31 Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonii, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi in cæremoniis Leuitarum per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis:

*in cæremonias

22 Quæ Beseleel filius Vri filii Hur de tribu Iuda, Domino per Moysen iubente, compleuerat,

23 Iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atq; plumarius, ex hyacintho, purpura, vermiculo, & bysso.

D 24 Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, & quod oblatum est in donariis, viginti nouem talentorum fuit, & septingentorum triginta sicelorum ad mensuram sanctuarii.

25 Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum a viginti annis & supra, de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta, armatorum.

26 Fuerunt præterea centum talenta argenti, e quibus conflatæ sunt bases sanctuarii, & introitus vbi velum pendet.

27 Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.

28 De mille autem septingentis, & septuaginta quinque sicelis fecit capita columnarum, quas & ipsas vestiuit argento.

29 AEris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli,

30 Ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, & altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa quæ ad vsum eius pertinent,

31 Et bases atrii tam in circuitu, quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

CAP. XXXIX.

Ornatur vestimentorum Aaron. Superhumerale, rationale, tunica, lamina sacra. Offeruntur Domino cuncta quæ fecit Beseleel.

1 DE hyacintho vero & purpura, vermiculo ac bysso fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi,

*Hæc eadem habes supra cap. 28.

2 Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, opere polymitario.

3 Inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colorum subtegmine,

4 Duasque oras sibi inuicem copulatas in vtroque latere summitatum, & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi.

5 Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel.

6 Sex nomina in lapide vno, & sex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.

7 Posuitque eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorum Israel, sicut præceperat Dominus Moysi.

8 Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta: quadrangulum, duplex, mensuræ palmi.

9 Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. in primo versu erat sardius, topazius, smaragdus.

10 In secundo, carbunculus, sapphirus & iaspis,

11 In tertio, ligurius, achates & amethystus. C

12 In quarto chrysolithus, onychinus, & beryllus, circundati & inclusi auro per ordines suos.

13 Ipsique lapides duodecim, sculpti erant nominib⁹ duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum.

14 Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem cohærentes, de auro purissimo:

15 Et duos vncinos, totidemque annulos aureos.

16 Porro annulos posuerunt in vtroque latere rationalis,

17 Et quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebant.

18 Hæc & ante & retro ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò D nectereutur,

19 Stricta ad balteum, & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fuerent, & a se inuicem moueretur, sicut præcepit Dominus Moysi.

20 Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam:

21 Et capitium in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitii textilem:

22 Deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta:

23 Et tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum:

24 Tintinnabulum autem aureum & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut E præceperat Dominus Moysi.

25 Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filiis eius:

26 Et mitras cum coronulis suis ex bysso:

27 Feminalia quoque linea, byssina:

28 Cingulum vero de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo distinctum arte plumaria, sicut præcepetat Dominus Moysi.

29 Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini: F

30 Et strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut præceperat Dominus Moysi.

31 Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonii: feceruntque filii Israel cuncta quæ præceperat Dominus Moysi.

32 Et obtuerunt tabernaculum & tectum & vniuersam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases,

33 Operimentum de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de hyacin- *Ianthi nis

Velut

thinis pellibus,

34 Velum, arcam, vectes, propitiatorium,

35 Mensam cum vasis suis, & propositionis panibus:

G 36 Candelabrum, lucernas, & vtensilia earum cum oleo,

37 Altare aureum, & vnguentum, & thymiama ex aromatibus,

38 Et tentorium in introitu tabernaculi:

39 Altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia, labrum cum basi sua:

40 Tentoria atrii, & columnas cum basibus suis, tentorium in introitu atrii, funiculósque illius & paxilos.

41 Nihil ex vasis defuit quæ in ministerio tabernaculi, & in tectum fœderis iussa sunt fieri.

42 Vestes quoque quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario, Aaron scilicet & filii eius, obtulerunt filii Israel, sicut præceperat Dominus.

43 Quæ postquam Moyses cuncta vidit cõpleta, benedixit eis.

CAP. XL.

Erigitur tabernaculum. Apparet gloria Domini, nube operiente tabernaculum.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum testimonii,

3 Et pones in eo arcam, demittétsque ante illam velum.

4 Et illata mensa pones super eam quæ ritè præcepta sunt.

5 Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare aureum in quo adoletur incensum, coram arca testimonii.

6 Tentorium in introitu tabernaculi testimonii pones: & ante illud, altare holocausti:

7 Labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua.

8 Circundabísque atrium tentoriis, & ingressum eius.

9 Et assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificentur: altare holocausti & omnia vasa eius:

10 Labrum cum basi sua: omnia vnctionis oleo cõsecrabis, vt sint sancta sanctorum.

H 11 Applicabísque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonii,

12 Et lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi,

13 Et vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.

14 Fecitque Moyses omnia quæ præceperat Dominus.

15 Igitur mense primo anni secundi, prima die mensis collocatum est tabernaculum.

16 Erexitque Moyses illud, & posuit tabulas ac bases & vectes, *Num. 7. 1.

17 Statuitque columnas, & expandit tectũ super tabernaculum, imposito désuper operimento, sicut Dominus imperauerat.

18 Posuit & testimonium in area, subditis infra vectibus, & oraculum désuper,

19 Cúmque intulisset arcam in tabernaculum testimonii, appédit ante eam velum, vt expleret Domini iussionem.

20 Posuit & mensam in tabernaculo testimonii ad plagã septentrionalẽ extra velũ, C

21 Ordinatis coram propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi.

22 Posuit & candelarum in tabernaculo testimonii eregione mẽsæ in parte Australi,

23 Locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptum Domini.

24 Posuit & altare aureum sub tecto testimonii contra velum,

25 Et adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat Dominus Moysi.

26 Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonii,

27 Et altare holocausti in vestibulo testimonii, offerens in eo holocaustum & sacrificia, vt Dominus imperauerat.

28 Labrum quoque statuit inter tabernaculũ testimonii, & altare, implẽs illud aqua. D

29 Lauerúntque Moyses & Aaron, ac filii *in eo eius manus suas & pedes,

30 Cum ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi.

31 Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio.

32 Postquam omnia perfecta sunt, *operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini implebat illud. 3. Reg. 8. 10. num. 9. c. 15.

33 Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante:

34 Quia cuncta nubes operuerat.

35 Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filii Israel per turmas suas:

36 Si pendebat désuper, manebant in eodem loco.

37 Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

ATRIVM.



Hac schema ostendit quomodo (iubente Deo) tribus filiorum Israel per gyrum metati atrii castramentarentur, quod Num. 2. tto dicitur. Atque etiam quomodo tabernaculum in illo atrio erigeretur. Exod. 26. vlt.

A B Longitudo atrii centum cubitorum versus Meridiem, in qua xx. columnæ altitudinis quinque cubitorum, cum basibus & capitellis, & tentoriis de bysso retorta.

C D Longitudo æqualis versus Septentrionem.

B C Latus Occidentale quinquaginta cubitorum latitudinis, in quo X. columnæ altitudinis quinque cubitorum, cum basibus & capitellis, & tentoriis de bysso retorta.

A D Latus Orientale etiam quinquaginta cubitorum.

E Tentoria quindecim cubitorum de bysso retorta, cum tribus columnis altis quinque cubitos, capitellis & basibus suis.

F Tentorium viginti cubitorũ in introitu atrii opere phrygionico factum cum columnis quatuor.

Secundum dimensiones quæ traduntur Exodi 27. atrium tabernaculi accedit ad formam quadrati oui, quàm quàm ad pyramidatam. Quòd verò in hoc schemate pyramidatam faciem præ se ferat, magis quam quadratam, id pictori tribuat, qui ne imperitia atrii suæ dimanetur, hic opus a fecisse voluit.

LIBER

LIBER LEVITICVS,
Hebraicè Vaicra.

CAP. I.

Ritus offerendi armenta, pecudes, aues.

1 VOcauit autem Moysen, & locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonii, dicens,

2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino: de pecoribus, id est de bobus & ouibus offerent victimas.

Exod. 29. b. 10.

3 *Si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento, masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonii, ad placandum sibi Dominum:

4 Ponétque manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens.

B

*sacerdotes

5 Immolabítque vitulum coram Domino, & offerent filii Aaron *sacerdotis sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi.

6 Detractáque pelle hostiæ, artus in frusta concident.

7 Et subiicient in altari ignem, strue lignorum ante compósita.

8 Et membra quæ sunt cæsa, désuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adhærent iecori,

9 Intestinis & pedibus lotis aqua: adolebítque ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorem Domino.

10 Quod si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum: *agnum anniculum & absque macula offeret:

*masculum

C

11 Immolabítque ad latus altaris quod respicit Aquilonem, coram Domino: sanguinem verò illius fundent super altare filii Aaron per circuitum:

12 Diuidéntque membra, caput & omnia quæ adnexa sunt iecori: & imponent super ligna quibus subiiciendus est ignis:

13 Intestina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum Domino.

D

14 Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit Domino:

15 De turturibus & pullis columbæ offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris:

16 Vesiculam verò gutturis & plumas proiiciet prope altare ad Orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent.

17 Confringétque ascellas eius: & non secabit, neque ferro diuidet eam, & adolebit super altare, lignis igne suppósito. Holocaustum est & oblatio suauissimi odoris Domino.

CAP. II.

De oblatione sacrificiorum similæ, thuris, panum, laganorum, Fermenti, &c.

1 ANima cùm obtulerit oblationem sacrificii Domino, similæ erit eius oblatio, fundétque super eam oleum, & ponet thus,

2 Ac deferet ad filios Aaron *sacerdotis: quorum vnus tollet pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorem suauissimum Domino.

*sacerdotes

3 *Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus Domini.

Ecclesiast. 7. d. 34.

4 Cùm autem obtuleris sacrificium coctũ in clibano: de similà, panes scilicet absque fermento conspérso oleo, & laganа azyma oleo lita.

5 Si oblatio tua fuerit de sartagine, similæ B conspersæ oleo & absque fermento:

6 Diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum.

7 Sinautem de craticula fuerit sacrificiũ, æquè similà oleo conspergetur:

8 Quem offerens Domino, trades manibus sacerdotis.

9 Qui cùm obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis Domino.

10 Quicquid autem reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus Domini.

C

11 Omnis oblatio quæ offertur Domino, absque fermento fiet,

12 Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera: super altare verò non imponentur in odorem suauitatis.

13 Quicquid obtuleris, sacrificii, sale condies, nec offeres sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal.

D

14 Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris: & sic offeres primitias tuas Domino,

15 Fundens super ea oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini est.

16 De qua adolebit sacerdos in memoriã muneris, partem farris frãcti & olei ac totum thus.

CAP. III.

Hostiæ pacificorum de bobus, ouibus, agnis, capris.

1 QVòd si hostia pacificorũ fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem siue fœminam, *immaculata offeret coram Domino.

*immaculatum

2 Ponétque manum super caput victimę
suæ quæ immolabitur in introitu taberna
culi testimonii. fundéntque filii Aaron [a]sa
cerdotis, sanguinem per altaris circuitum.
3 Et offerent de hostia pacificorum in ob-
lationem Domino, [a]adipem qui operit vi-
talia, & quicquid pinguedinis est intrin-
secus:
4 Duos renes cum adipe quo tegũtur ilia,
& reticulum iecoris cum renunculis.
5 Adolebúntque ea super altare in holo-
caustum, lignis igne suppositis in oblatio-
nem suauissimi odoris Domino.
6 Si verò de ouibus fuerit eius oblatio &
pacificorum hostia, siue masculum obtu-
lerit siue fœminã, immaculata erũt omnia.
7 Si agnum obtulerit coram Domino,
8 Ponet manum suam super caput victimæ
suæ, quæ immolabitur in vestibulo taber-
naculi testimonii: fundéntque filii Aaron
sanguinem eius per circuitum altaris.
C 9 Et offerent de pacificorum hostia sacrifi-
cium Domino: adipem & caudam totam
cum renibus, & pinguedinem quæ operit
ventrem, atque vniuersa viralia,
10 Et vtrunque renunculum cum adipe qui
est iuxta ilia, reticulumque iecoris cum
D renunculis.
11 Et adolebit ea sacerdos super altare in
pabulum ignis & oblationis Domini.
12 Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit
eam Domino,
13 Ponet manum suã super caput eius, im-
molabitque eam in introitu tabernaculi
testimonii. Et fundent filii Aaron sangui-
[a]super nem eius per altaris circuitum,
14 Tollétque ex ea in pastum ignis domi-
nici, adipem qui operit ventrem, & qui te-
git vniuersa viralia:
15 Duos renunculos cum reticulo quod est
super eos iuxta illa, & aruinam iecoris
cum renunculis.
16 Adolebítque ea super altare sacerdos in
alimoniam ignis, & suauissimi odoris.
17 Omnis adeps Domini erit iure perpetuo
in generationibus, & cunctis habitaculis
vestris: nec sanguinem nec adipem omnino
comedetis.

CAP. IIII.

Hostiæ pro peccatis per ignorantiam.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen,
dicens,
[a]quum 2 Loquere filijs Israel, Anima [a]quæ pecca-
uerit per ignorantiam, & de vniuersis mã
datis Domini quæ præcepit vt non fie-
rent, quippiam fecerit:
3 Si sacerdos qui vnctus est peccauerit, de-
linquere faciens populum, offeret pro pec
cato suo vitulum immaculatum Domino:
4 Et adducet illum ad ostium tabernaculi
testimonii coram Domino, ponétque ma-
num super caput eius, & immolabit eum
Domino.
5 Hauriet quoque de sanguine vituli, infe-
rens illum in tabernaculum testimonii.
[a]eo B 6 Cúmque intinxerit digitum in sanguine,
asperget eum septies coram Domino con-
tra velum sanctuarii:
7 Ponétque de eodem sanguine super cor-
nua altaris thymiamatis gratissimi Do
mino, quod est in tabernaculo testimonii.
omnem autem reliquum sanguinem fun-
det in basim altaris holocausti in introitu
tabernaculi.
8 Et adipem vituli [a]offerer pro peccato: [a]auferet
tam eum qui viralia operit, quam omnia
quæ intrinsecus sunt:
9 Duos renunculos & reticulum quod est
super eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum
renunculis,
10 Sicut [a]offertur de vitulo hostiæ pacifico- [a]aufertur
rũ: & adolebit ea super altare holocausti.
11 Pellem verò & omnes carnes cum capi- C
te & pedibus & intestinis & fimo,
12 Et reliquo corpore offeret extra castra
in locum mundum, vbi cineres effundi so-
lent: incendétque ea super lignorum strue,
quæ in loco effusorum cinerum crema-
buntur.
13 Quòd si omnis turba filiorũ Israel igno-
rauerit, & per imperitiam fecerit quod
contra mandatum Domini est,
14 Et postea intellexerit peccatum suum,
offeret pro peccato suo vitulum, adducétq;
eum ad ostium tabernaculi.
15 Et ponent seniores populi manus super
caput eius coram Domino.
16 Immolatóque vitulo in cõspectu Domi-
ni, inferet sacerdos qui vnctus est, de san- D
guine eius in tabernaculum testimonii:
17 Tinctóque digito aspergens septies con-
tra velum.
18 Ponétque de eodem sanguine in cornu
bus altaris, quod est coram Domino in ta-
bernaculo testimonii.
19 Reliquum autem sanguinem fundet iux
ta basim altaris holocaustorum, quod est
in ostio tabernaculi testimonii.
20 Omnémque eius adipem tollet, & adole-
bit super altare: sic faciens & de hoc vitulo
quomodo fecit & prius: & rogante pro eis
sacerdote, propitius erit eis Dominus. E
21 Ipsum autem vitulum offeret extra ca-
stra, atque comburet sicut & priorem vitu
lum: quia est pro peccato multitudinis.
22 Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è
pluribus per ignorantiam, quod Domini
lege prohibetur:
23 Et postea intellexerit peccatum suum, of
feret hostiam coram Domino, hircum de
capris, immaculatum.
24 Ponétque manum suam super caput ei-
us, cúmque immolauerit eum in loco vbi
solet mactari holocaustum coram Domi-
no, quia pro peccato est,
25 Tinget sacerdos digitum in sanguine ho
stiæ pro peccato, tangés cornua altaris ho
locausti, & reliquũ fundens ad basim eius.
26 Adipem verò adolebit suprà, sicut in vi-
ctimis pacificorum fieri solet: rogabitque
pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & di-
mittetur ei. F
27 Quòd si peccauerit anima per ignoran-
tiam, de populo terræ, vt faciat quicquam
de his quæ Domini lege prohibentur, atq;
delinquat,

delinquat,
28 Et cognouerit peccatum suum, offeret
capram immaculatam:
29 Ponétque manus super caput hostiæ quę
pro peccato est, & immolabit eam in loco
holocausti.
30 To léque sacerdos de sanguine in digi-
to suo: & tanget cornua altaris holocaus-
ti, reliquum fundet ad basim eius.
31 Omnem autem adipem offerens, sicut au-
ferri solet de victimis pacificorum, adole-
bit super altare in odorem suauitatis Do-
mino: rogabítque pro eo, & dimittetur ei.
G 32 Si autem de pecoribus obtulerit victi-
mam pro peccato, ouem scilicet immacu-
latam:
33 Ponet manum super caput eius, & im-
molabit eum in loco vbi solent cædi holo-
caustorum hostiæ.
34 Sumétque sacerdos de sanguine eius di-
gito suo, & tanget cornua altaris holo-
causti, reliquum fundet ad basim eius.
35 Omnem quoque adipem auferens, sicut
auferri solet adeps arietis qui immolatur
pro pacificis: cremabit super altare incen-
sum Domini: rogabitque pro eo & pro
peccato eius, & dimittetur ei.

CAP. V.

*De eo qui peccatum suum abiurauerit non indi-
cat. Tangens immundum. Expiatio inuoluen-
ti, & peccati per ignorantiam.*

[a]adiuran- 1 SI peccauerit anima, & audierit vocem
tis [a]aut iurantis, testísque fuerit quod [a]ipse vi-
dit: aut conscius est: nisi indicauerit, por-
tabit iniquitatem suam.
2 Anima quæ tetigerit aliquid immundum,
siue quod occisum à bestia est, aut per se
mortuum, aut quodlibet aliud reptile: &
oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, &
deliquit.
3 Et si tetigerit quicquam de immunditia
hominis iuxta omnem impuritatem qua
pollui solet, oblitáque cognouerit postea,
subiacebit delicto.
4 Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis
suis vt vel malè quid faceret, vel bene, &
non fecerit, & idipsum iuramento & ser-
mone firmauerit: oblitáque postea intel-
lexerit delictum suum,
H 5 Agat pœnitentiam pro peccato,
6 Et offerat de gregibus agnam siue ca-
pram: drabítque pro ea sacerdos, & pro
[a]peccato [a]peccatis eius.
7 Si autem non potuerit offerre pecus, of-
ferat duos turtures, vel duos pullos colum
barum Domino, vnum pro peccato: & al-
terum in holocaustum.
8 Dabítque eos sacerdoti. Qui primum of-
ferens pro peccato, retorquebit caput eius
ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non
penitus abrumpatur.
9 Et asperget de sanguine eius parietem
altaris, quicquid autem reliquum fuerit,
facies distillare ad fundamentum eius,
quia pro peccato est.
10 Alterum vero in holocaustum adolebit,
vt fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos
& pro peccato eius, & dimittetur ei.
11 Quòd si non quiuerit manus eius duos C
offerre turtures, aut duos pullos colum- [a]colúbæ
barum, [a]offeret pro peccato suo simi- [a]offerat
lam partem ephi decimam non mittet in eam
oleum, nec thuris aliquid imponet, quia
pro peccato est:
12 Trádétque eam sacerdoti, qui plenum
ex ea pugillum hauriens, cremabit super
altare in monimentum eius qui obtulerit,
13 Rogans pro illo & expians, reliquam ve-
ro partem ipse habebit in munere.
14 Locutúsque est Dominus ad Moysen,
dicens, D
15 Anima si prævaricans cæremonias, per
errorẽ in his quæ Domino sunt sanctifica-
ta peccauerit, offeret pro delicto suo arie-
tem immaculatũ de gregibus, qui emi po-
test duobus siclis, iuxta pondus sanctuarii:
16 Ipsúmque quod intulit damni restituet,
& quintam partem ponet suprà, tradens sa
cerdoti; qui rogabit pro eo offerens arie-
tem, & dimittetur ei.
17 Anima [a]quæ peccauerit per ignorantiam, [a]si
fecerítque vnum ex his quæ Domini lege
prohibentur, & peccati rea intellexerit ini-
quitatem suam,
18 Offeret arietem immaculatum de gregi-
bus sacerdoti, iuxta mensuram æstimatio-
nemque peccati: qui orabit pro eo, quia
nescíens fecerit: & dimittetur ei.
19 Quia per errorem deliquit in Domino. [a]in Do-
minum

CAP. VI.

*Hostia pro peccato vlciscens. Lex holocausti. Ignis
perpetuus. Lex sacrificii: & libamentorum.
Oblatio Aaron & filiorũ in die vnctionis suę.*

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicẽs,
2 Anima quæ peccauerit, & contem-
pro Domino negauerit proximo suo depo
situm, quod fidei eius creditum fuerat, vel
vi aliquid extorserit, aut calumniã fecerit,
3 Siue rem perditam inuenerit, & inficians
insuper peieauerit, & quodlibet aliud ex *Numer. 5.*
pluribus fecerit in quibus solent peccare *a. 6.*
homines,
4 Conuicta delicti, reddet omnia quæ per
fraudem voluit obtinere, integra, & quin-
tam insuper partem Domino cui damnum
intulerat.
5 Pro peccato autem suo offeret arietem
immaculatum de grege, & dabit eum sacer
doti, iuxta æstimationem mensuramque
delicti:
6 Qui rogabit pro eo coram Domino, &
dimittetur illi pro singulis quæ faciendo
peccauit.
7 Locutúsque est Dominus ad Moysen, B
dicens,
8 Præcipe Aaron & filiis eius,
9 Hæc est lex holocausti. Cremabitur in al-
tari tota nocte vsque mane: ignis in eo-
dem altari erit:
10 Vestietur tunicâ sacerdos & feminalibus
lineis: rollétque cineres, quos [a]voranis ignis [a]vorax
exusit,

13 Et ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis, referet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet.
12 Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciés ligna mane per singulos dies, & imposito holocausto, desuper adolebit adipes pacificorum.
13 Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.
14 Hæc est lex sacrificii & libamentorum, quæ offerent filii Aaron coram Domino, & coram altari,
15 Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus quod super similam positum est: adolebitque illud in altari in monimentum odoris suauissimi Domino.
C
16 Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cũ filiis suis, absque fermento: & comedet in loco *sanctuarii tabernaculi.
17 Ideo autem non fermẽtabitur, quia pars eius in Domini offertur incensum. sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto.
18 Mares tantum stirpis Aaron comedent illud: legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini. omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur.
19 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
20 Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offeret similæ in sacrificio sempiterno, medium eius mane, & medium eius vespere.
21 Quæ in sartagine oleo conspersa frigetur: offeret autem eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos,
22 Qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari.
23 Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo.
D 24 Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens,
25 Loquere Aaron & filiis eius, Ista est lex hostiæ pro peccato, in loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. sanctum sanctorum est.
26 Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.
27 Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto.
28 Vas autem fictile in quo cocta est, confringetur. quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.
29 Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est.
Heb.13.10 11.sup.4.4.5. 30 Hostia enim quæ cæditur pro peccato, *cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonii ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

*sancto, in atrio

CAP. VII.

Hostia pro delicto. Hostiæ pacificorum. Adeps & sanguis non comedenda.

1 HAEc quoque est lex hostiæ pro delicto, sancta sanctorum est.
2 Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto: sanguis eius per gyrum altaris fundetur.
3 Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia.
4 Duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumque iecoris cum renunculis,
5 Et adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Domini pro delicto.
6 Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est.
7 Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit. ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit.
8 Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius.
9 Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur:
10 Siue oleo conspersa, siue arida fuerint, cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos diuidetur. B
11 Hæc est lex hostiæ pacificorum quę offertur Domino.
12 Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento, conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctámque similam & collyridas olei admistione conspersas,
13 Panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis:
14 Ex quibus vnus pro primitiis *offertur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem. *offertur
15 Cuius carnes eádem comedetur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque mane.
16 Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eádem símiliter edetur die: sed & siquid in crastinum remanserit, vesci licitum est.
17 Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet.
18 "Siquis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcunque anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. "&
19 Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni: qui verò immundus, vescetur ex ea. C *mundus
20 Anima pollutæ, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis.
21 Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiusce modi carnibus, interibit de populis suis.
22 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
23 Loquere filiis Israel, Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis.
24 Adipem cadaueris morticini, & eius animalis

malis quod à bestia captum est, habebitis in varios vsus.
25 Siquis adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo.
26 Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de auibus, quam de pecoribus.
27 Omnis anima quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis.
D 28 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
29 Loquere filiis Israel, dicens, Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul & sacrificium, id est libamenta eius.
30 Tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum.
31 Cumque ambo oblata Domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aaron, & filiorum eius.
32 Armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis.
33 Qui obtulerit sanguinem & adipem, filiorum Aaron, ipse habebit & armum dexterum in portione sua.
34 Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius lege perpetua, ab omni populo Israel.
35 Hæc est vnctio Aaron, & filiorum eius in cæremoniis Domini in die quo obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerentur,
36 Et quæ præcepit eis dari Dominus à filiis Israel religione perpetua in generationibus suis.
37 Ista est lex holocausti, & sacrificii pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis:
38 Quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai quando mandauit filiis Israel vt offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

CAP. VIII.

Consecratio sacerdotii Aaron, & filiorum eius.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis,
3 Et congregabis omnem cœtum Israel ad ostium tabernaculi.
4 Fecitque Moyses vt Dominus imperauerat: congregatáque omni turba ante fores tabernaculi, ait,
5 Iste est sermo quem iussit Dominus fieri.
Statimque obtulit Aaron & filios eius.
6 Cúmque lauisset eos, vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit,
8 Quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas.
B 9 Cidari quoque texit caput: & super eam, contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.
10 Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua.
11 Cúmque sanctificans aspersisset altare septies, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumque cum basi sua sanctificauit oleo.
12 *Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit. *Eccles.45.c.18
13 Filios quoque eius *oblatos consecrauit, vestiuitque tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras, vt iusserat Dominus. *oblatos, vestiuit.
14 Obtulit & vitulum pro peccato.
15 Cúmque super caput eius posuissent Aaron & filii eius manus suas, immolauit est: hauriens sanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum. quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. C
16 Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulũ iecoris, duósque renunculos cum aruinulis suis adoleuit super altare:
17 Vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.
18 Obtulit & arietem in holocaustum: super cuius caput cum imposuissent Aarõ & filii eius manus suas, immolauit eum, & fudit sanguinem eius per circuitum altaris.
19 Ipsumq; arietem in frusta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius intestinis & pedibus.
20 Totumq; simul arietem inceudit super altare, eo quòd esset holocaustum suauissimi odoris Domino, sicut præceperat ei.
21 Obtulit & arietem secundum, in consecrationem sacerdotum: posuerúntque super caput eius Aarõ & filii eius manus suas.
22 Quem cùm immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis.
23 Obtulit & filios Aaron. cúmque de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, & *pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum. E *pollicem
24 Adipem verò, & caudam, omnémque pinguedinem quæ operit intestina, reticulúmque iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro separauit.
25 Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, *panes absque fermento, & collyridam cóspersam oleo, laganúmque posuit super adipes, *panem, *vnum
26 Et armis dextrum, tradens simul omnia Aaron & filiis eius.
27 Qui postquam leuauerunt ea coram Domino, rursum suscepta de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eo quod consecrationis esset oblatio in odorem suauitatis sacrificii *Domini. F *Domino
28 Tulítque pectusculum eleuans illud coram Domino, de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus.
29 Assumensque vnguentum, & sanguinem qui erat in altari, asperst super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius ac ve-

Universidad de Bibliotec

fies eorum.
30 Cúmque sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens,
31 Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas: *panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicens, Aaron & filii eius comedent eos.
32 Quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet.
G 33 De ostio quoque tabernaculi non exhibitis septem diebus, vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ. septem enim diebus finitur consecratio.
*cem-pleatur 34 Sicut impræsentiarum factum est, vt ritus sacrificii compleretur.
35 Die ac nocte manebitis in tabernaculo ob eruntes custodias Domini, ne moriamini: sic enim mihi præceptum est.
36 Fecerúntque Aaron & filii eius cuncta quæ locutus est Domin* per manū Moysi.

CAP. IX.

Prima Aaronis ad Latio pro se & populo Benedictio. Aaron populo. Gloria Domini. Ignis à Deo egressus deuorans holocaustum.

1 FActo autem octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixitque ad Aaron,
Exod.29 c.1. 2 *Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrumque immaculatum, & offer illos coram Domino.
3 Et ad filios Israel loquêris, Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum *anniculum, & sine macula in holocaustum,
*anniculos 4 Bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similam conspersam oleo offerentes. Hodie enim Dominus apparebit vobis.
5 Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostium tabernaculi: vbi cùm omnis multitudo astaret, ait Moyses,
6 Iste est sermo quem præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius.
7 Et dixit ad Aaron, Accede ad altare, & immola pro peccato tuo, offer holocaustum, & deprecare pro te, & pro populo, cúmque mactaueris hostiam populi, ora pro eis, sicut præcepit Dominus.
8 Statimque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato sno:
9 Cuius sanguinem obtulerunt ei filii sui, in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad basim eius.
10 Adipémque, & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adolcuit super altare, sicut præcepera* Domin* Moysi:
C 11 Carnes vero & pellem eius extra castra combussit igni.
12 Immolauit & holocausti victimam: obtulerúntque ei filii sui sanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum
13 Ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite & membris singulis obtulerūt: quæ omnia super altare cremauit igni,
14 Lotis aqua prius intestinis & pedibus.
15 Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum:
16 Expiatóque altari fecit holocaustum, addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur,
17 Et adolens ea super altare, absque cerimoniis holocausti matutini.
18 Immolauit & bouem atque arietem hostias pacificas populi, obtuleri ntque ei filii sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitum.
19 Adipem autem bouis, & caudam arietis, D renunculósque cum adipibus suis, & reticulum iecoris posuerunt super pectora.
20 Cúmque cremati essent adipes super altare, pectora eorum, & armos dextros separauit Aaron,
21 Eleuans coram Domino, sicut præceperat Moyses.
22 Et extendens manum ad populum, benedixit ei, sicque completis hostiis pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descendit.
23 Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonii, & deinceps egressi benedixerunt populo: *Apparuitque gloria Domini omni multitudini.
24 *Et ecce egressus ignis à Domino, deuo- 2.Machab. rauit holocaustum, & adipes qui erant su- 2.c.18. per altare. Quod cùm vidissent turbæ, laudauerūt Dominum ruentes in facies suas.

CAP. X.

Nadab & Abiu comburuntur à Deo. Planctus Israel propter eos. Interdicitur sacerdotibus vinū. Residuum oblationis sacerdotes comedunt.

1 ARreptísque Nadab, & Abiu filii Aaron thuribulis * imposuerunt ignem, Num.3.d. & incensum désuper, offerentes coram Do- 4.26.5. mino ignem alienum, quod eis præceptum 61. 1.par. non erat. c.24.
2 Egressúsque ignis à Domino, deuorauit c.2. eos, & mortui sunt coram Domino.
3 Dixitque Moyses ad Aaron, Hoc est quod locutus est Dominus, Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. quod audiens, tacuit Aaron.
4 Vocatis autem Moyses Misaele, & Elisaphan filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos, Ite & tollite fratre vestros de conspectu sanctuarii, & asportate extra castra.
5 Confestimque pergentes, tulerunt eos sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum.
6 Locutúsque est Moyses ad Aaron, & ad E Eleazar, & Ithamar filios eius: Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres "quoque *vestri, & omnis domus Israel plangant incendium quod Dominus suscitauit:
7 Vos autem non "egrediemini fores taber- "egredi- naculi, alioquin peribitis: oleum quippe mini sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi.
8 Dixitque Dominus ad Aaron,
9 Vinum, & omne quod inebriare potest, non

non biberis tu & filii tui, quãdo intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras:
10 Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum:
11 Docearisque filios Israel omnia legitima mea quæ loquutus est Dominus ad eos per manum Moysi.
1 C 12 Locutúsque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant residui, Tollite sacrificium quod remanet de oblatione Domini, & comedite illud absq; fermento, iuxta altare, quia sanctum sanctorum est.
13 Comedetis autem in loco sancto: quod datum est tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est mihi.
14 Pectusculum quoque quod oblatum est, & armum qui separatus est, ederis in loco mundissimo tu & filii tui, & filiæ tuæ tecum, tibi enim ac liberis tuis *reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israel:
*f. posita 15 Eò quod armum & pectus, & adipes qui crematur in altari, eleuauerunt corã Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, sicut præcepit Dominus.
D 16 *Inter hæc hircum qui oblatus fuerat 2.Mac.2. pro peccato cùm quæreret Moyses, exustum c.11. reperit: irátúsque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserant, ait,
17 Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum est, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini,
18 Præsertim cùm de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi?
19 Respondit Aaron, Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eã, aut placere Domino in cæremoniis mente lugubri?
20 Quod cùm audisset Moyses, recepit satisfactionem.

CAP. XI.

Animalia munda & immunda. Pisces. Aues. Cibus. Potus. Fœtus. Sementia. Reptile immundum.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,
2 Dicite filiis Israel, Custodite omnia quæ scripsi vobis, vt sim Deus vester. *Hæc sunt Deut.14. animalia quæ comedere debetis de cunctis c.4. animantibus terræ,
3 Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis.
q uidem 4 Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis.
5 Chœrogryllus qui ruminat, vngulámque non diuidit, immundus est.
6 Lepus quoque: nam & ipse ruminat, sed vngulam non diuidit,
7 Et *sus: qui cum vngulam diuidat, non 2.Mac.6. ruminat. c.18.
8 Horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis.
9 Hæc etiam sunt quæ gignuntur in aquis, B & vesci licitum est. Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari, quàm in fluminibus & stagnis, comedetis.
10 Quicquid autē pinnulas & squamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis execrandúmque erit.
11 Carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis.
12 Cuncta quæ non habēt pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt.
13 Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis, Aquilam, & gryphem, & haliætum,
14 Et miluum ac vulturem iuxta genus suum,
15 Et omne cornini generis in similitudinem suam,
C 16 Struthionem, & nóctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum:
17 Bubonem, & mergulum, & ibin,
18 Et cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem,
19 Herodionem & charadrion iuxta genus suum, vpupam quoque & vespertilionem.
20 Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis.
21 Quicquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quę salit super terram, comedere debetis,
22 Vt est bruchus in genere suo, & attachus atque ophiomachus, ac locusta, singula iuxta genus suum.
23 Quicquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis:
24 Et quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vsque ad D vesperum.
25 Et si necesse fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad occasum solis.
26 Omne animal quod habet quidem vngulam, sed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur.
27 Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vsque ad vesperum.
28 Et qui portauerit huiusce modi cadauera, lauabit vestimēta sua, & immundus erit vsque ad vesperum: quia omnia hæc immunda sunt vobis.
29 Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra, mustela & mus & crocodilus, singula iuxta genus suum,
30 Mygale, & chamæleon, & stellio, & lacerta, & talpa:
E 31 Omnia hæc immunda sunt. Qui tetigerit

morticina eorum, immundus erit vsque ad vesperum:
32 Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum & vestimentum, quam pelles & cilicia: & in quocunque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vsque ad vesperum, & sic postea mundabuntur.
33 Vas autem fictile in quod horum quicquam intro ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est.
34 Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquem quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit.
F 35 Et quicquid de morticinis huiusmodi ceciderit super illud, immundum erit. siue clibani, siue chytropodes, destruentur, & immundi erunt.
36 Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit: qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.
37 Si ceciderit super sementem, non polluet eam.
38 Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur.
39 Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vsque ad vesperum.
40 Et qui comederit ex eo quippiam, siue portauerit: lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum.
41 Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum.
G 42 Quicquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est.
43 Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis.
44 Ego enim sum Dominus Deus vester: *Sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili, quod mouetur super terram.
1. Pet. 1. v. 15.
45 Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum.
46 Ista est lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra,
47 Vt discretias noueritis mundi & immundi, & sciatis quid comedere & quid respuere debeatis.

CAP. XII.

Lex purgandæ mulieris post partum.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, *Mulier si suscepto semine pepererit masculũ, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruæ.
Leu. 2. c. 12. v. 2. 7. c. 22.
3 Et die octauo circuncidetur infantulus:
4 ipsa verò triginta tribus diebus manebit
B in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium donec impleantur dies purificationis suæ.
5 Sinautem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.
6 Cumque expleti fuerint dies purificationis suę, pro filio, siue pro filia, deferet agnũ anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturẽ pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii,
C
7 Et tradet sacerdoti qui offeret illã coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum aut fœminam.
8 *Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato. Orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.
D Luc. 2. d. 24.

CAP. XIII.

Consideratio & distinctio leprę a lepra.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,
2 Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color, siue pustula, aut quasi lucẽs quippiam, id est plaga leprę, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius.
3 Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem leprę humiliorem cute & carne reliqua, plaga leprę est, & ad arbitrium eius separabitur.
4 Sinautem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus.
5 Et cõsyderabit die septimo: & si quidem lepra vlterà non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eũ septem diebus aliis.
6 Et die septimo contemplabitur: si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est: Lauabitque homo vestimenta sua, & mundus erit.
7 Quòd si postquam à sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterum lepra creuerit: adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur.
B
8 Plaga leprę si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & videbit eum:
9 Cumque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit,
10 Lepra vetustissima iudicabitur atque inolita cuti.
11 Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet, quia perspicuæ immunditiæ est.
12 Sinautem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite vsque ad pedes, quicquid sub aspectum oculorum cadit,
13 Consyderabit eum sacerdos, & tenéri lepra mundissima iudicabit: eo quod omnis in can

Hæc figura opponenda est 18. cap.

radus consanguinitatis quibus matrimonium impeditur, vt scriptum est Leuit. cap. 18.

Affinitatis gra
hatur, i



Vt Mosi in matrimonium eam ducere non licet, quæ sibi superioribus
iuncta sit: sic Maria Mosis soror dari non potest nuptum viro qui
dum præterea, in his quæ hîc designantur, ascendentes & descender
affinitatis, comprehendi.

Hæc figura opponenda est 18. cap. Leuitici.

adus consanguinitatis quibus matrimonium impeditur, vt scriptum est Leuit. cap. 18.

Affinitatis gradus, qui coniugium quominus contrahatur, impediunt, vt videre est Leuit. 18.





Vt Mosi in matrimonium eam ducere non licet, quæ sibi superioribus consanguinitatis vel affinitatis gradibus iuncta sit: sic Maria Mosis soror dari non potest nuptum viro qui sibi iisdem gradibus sit iunctus. Animaduertendum præterea, in his quæ hîc designantur, ascendentes & descendentes in eadem linea siue consanguinitatis siue affinitatis, comprehendi.

in candorẽ versa sit,& idcirco homo mundus erit.

C 14 Quando verò caro viuens in eo apparuerit,tunc sacerdotis iudicio polluetur,

15 Et inter immundos reputabitur. caro enim viua si lepra aspergitur, immunda est.

16 Quòd si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit,

17 Consyderabit eum sacerdos, & mundum esse decernet,

18 Carõ autem & cutis in qua hulcus natum est,& sanatum,

19 Et in loco hulceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa,adducetur homo ad sacerdotem:

20 Qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem,contaminabit eum: plaga enim lepræ orta est in hulcere.

21 Quòd si pilus coloris est pristini,& cicatrix subobscura,& vicina carne non est humilior,recludet eum septem diebus.

22 Et si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ:

23 Sinautem steterit in loco suo,hulceris est cicatrix,& homo mundus erit.

24 Caro autem & cutis quam ignis exusserit,& sanata albam siue rufam habuerit cicatricem,

D 25 Consyderabit eam sacerdos,& ecce versa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior:contaminabit eum,quia plaga lepræ in cicatrice orta est.

26 Quòd si pilorum color non fuerit immutatus,nec humilior plaga carne reliqua,& ipsa lepræ species fuerit subobscura,recludet eum septem diebus,

27 Et die septimo contemplabitur:si creuerit in cute lepra, contaminabit eum.

28 Sinautem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco mundabitur,quia cicatrix est combustura.

29 Vir siue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra,

30 Videbit eos sacerdos, & siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus solitúq; subtilior :contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est.

31 Sinautẽ viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni,& capillum nigrum: recludet eos septem diebus.

E 32 Et die septimo intuebitur. si non creuerit macula,& capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis:

33 Radetur homo absque loco maculæ, & includetur septem diebus aliis.

34 Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo,nec humilior carne reliqua,mundabit eum, lotisque vestibus suis mundus erit.

35 Sinautem post emundationem rursus creuerit macula in cute,

36 Non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem sit commutatus, quia apertè immundus est.

37 Porro si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronuntiet mundum.

38 Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit,

39 Inuebitur eos sacerdos.si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi,& hominem mundum.

40 Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est:

41 Et si à fronte ceciderint pili, recalualaster & mundus est.

42 Sinautem in caluitio siue in recalualatione albus vel rufus color fuerit exortus, F

43 Et hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ,quæ orta est in caluitio.

44 Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis,

45 Habebit vestimẽta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit.

46 Omni tempore quo leprosus est, & immundus,solus habitabit extra castra.

47 Vestis lanea siue linea, quæ lepram haberit in stamine atque subtegmine,

48 Aut certè pellis, vel quicquid ex pelle confectum est,

49 Si alba vel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur, ostendetúrque sacerdoti,

50 Qui consyderatam recludet septem diebus:

51 Et die septimo rursus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est:

52 Pollutam iudicabit vestimẽtum, & omne in quo fuerit inuenta. & idcirco comburetur flammis. G

53 Quòd si eam viderit non creuisse,

54 Præcipiet,& lauabit ea in quo lepra est, recludetque illud septem diebus aliis.

55 Et cum viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit,& igne comburet,eo quòd infusa sit in superficie vestimenti,vel per totum,lepra.

56 Sinautem obscurior fuerit locus lepræ postquam vestis est lota, abrumpet eum,& à solido diuidet.

57 Quòd si vltra apparuerit in his locis,quæ prius immaculata erãt,lepra volatilis & vaga debebit igne comburi.

58 Si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt,secundo,& munda erunt.

59 Ista est lex leprę vestimenti lanei, & linei staminis atque subtegminis,omniq; supellectilis pelliceę,quomodo mundari debeat vel contaminari.

CAP. XIIII.

Lex mundandi hominis leprosi. Consyderatio & mundatio domus leprosæ.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen,dicens,

2 Hic est ritus leprosi quando mundandus est:adducetur ad sacerdotem. *Matt.8.a. Marc.1.c. Luc.5.c.*

3 Qui egressus de castris cum inuenerit lepram esse mundatam, *Luc.17.c.*

4 Præcipiet ei qui purificatur, vt offerat
duos passeres viuos pro se, quos vesci licitum est, & lignum cedrinum, vermiculumque & hyssopum.
5 Et vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes:
6 Alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati,
7 Quo asperget illum qui mundandus est, septies, vt iure purgetur, & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet.
8 Cumque lauerit homo vestimẽta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatúsque ingredietur castra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus.
'radet 9 Et die septimo 'radat capillos capi is, barbámque & supercilia, ac totius corporis pilos.
10 Et octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similæ in sacrificium quæ cõsperſa sit oleo, & seorsum olei sextarium.
11 Cumque sacerdos purificans hominem, statuerit eum, & hæc omnia coram Domino in ostio tabernaculi testimonij.
12 Tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleique sextarium.
13 Et oblatis ante Dominum omnibus, immolabit agnum vbi solet immolari hostia pro peccato & holocaustum, id est in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia: sancta sanctorum est.
C 14 Assumẽsque sacerdos de sanguine hostiæ quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus dextræ & pedis:
15 Et de olei sextario mittet in manum suam sinistram,
16 Tingétque digitum dextrum in eo, & asperget coram Domino septies.
17 Quod autem reliquum est olei in læua manu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto, & super caput eius.
18 Rogabitque pro eo coram Domino, & faciet sacrificium pro peccato.
19 Tunc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari cum libamentis suis,
20 Et homo rite mundabitur.
21 Quòd si pauper est, & non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt; pro delicto assumet agnum ad oblationem, vt roget pro eo sacerdos, decimámque partem similæ consperſæ oleo in sacrificium, & olei sextarium,
D 22 Duósque turtures siue duos pullos columbæ, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holocaustum:
23 Offerétque ea die octauo purificationis suæ sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino.
24 Qui suscipiens agnum pro delicto & sextarium olei, leuabit simul:
25 Immolatóque agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri.
26 Olei verò partẽ mittet in manum suam sinistram,
27 In quo tingens digitum dextræ manus, asperget septies coram Domino:
28 Tangétque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto:
29 Reliquum autem partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo Dominum.
30 Et turturem siue pullum columbæ offeret,
31 Vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis:
32 Hoc est sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationem sui.
33 Locutúsque est Dominus ad Moysen & E Aaron, dicens,
34 'Cúmque ingressi fueritis Terram Cha- 'cum
naan, quã ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus,
35 Ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, & dicet, Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea.
36 At ille præcipiet 'vt efferantur vniuersa 'vt efferde domo priusquam ingrediatur eam, & rant
videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt.
37 Introibítque postea vt consyderet lepram domus: & cum viderit in parietibus illius quasi vallículas pallóre siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua,
38 Egrédietur ostium domus, & statim claudet illam septem diebus.
39 Reuersúsque die septimo consyderabit eam.
40 Si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui p
lapides in quibus lepra est, & proiici eos extra ciuitatem in locum immundum:
41 Domum autẽ ipsam radi intrinsecus per circuitum, & pargi puluerem rasuræ extra vrbem in locum immundum,
42 Lapidésque alios reponi pro his qui abla ti fuerint, & luto alio liniri domum.
43 Si autem postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita,
44 Ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes respersos maculis, lepra est perseuerans, & immunda domus:
45 Quam statim destruent, & lapides eius ac ligna, atque vniuersum puluerem proicient extra oppidum in locum immundum.
46 Qui intrauerit domum quãdo clausa est, immundus erit vsque ad vesperum:
47 Et qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit vestimenta sua.
48 Quòd si introiens sacerdos viderit leprã G
non creuisse in domo, postquam denuò lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate.
49 Et 'in purificatione eius sumet duos pas- 'in purifi
seres, lignúmque cedrinum, & vermiculum cationem
atque hyssopum:
50 Et immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas,
51 Tollet lignum cedrinum, & hyssopum & coccum & passerem viuũ, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus: & asperget domũ septies,
52 Purificabítque eam tam in sanguine passeris, quam in aquis viuentibus, & in passere viuo, lignóque cedrino & hyssopo atq; vermiculo.
53 Cúmque dimiserit passerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur.
54 Ista est lex omnis lepræ & percussuræ,
55 Lepræ vestium & domorum,
56 Cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ, & in varias species coloribus immutatis,
57 Vt possit sciri quo tempore mundum quid, vel immundum sit.

CAP. XV.

Viri semine fluxi purgatio. Mulierum menstruosarum purgatio.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,
2 Loquimini filijs Israel, & dicite eis, Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit.
3 Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cùm per singula momenta adhæserit carni eius, atque concreuerit fœdus humor.
4 Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicunque sederit.
'Et 5 'Siquis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.
6 Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.
7 Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.
8 Si saliuam huiusmodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.
R 9 Sagma super quod sederit, immundum erit:
10 Et quicquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur, pollutum erit vsque ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.
11 Omnis quem tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit vestimẽta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperas.
12 Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua.
13 Si sanatus fuerit qui huiusmodi suſtinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui: & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus.
14 Die autem octauo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectum Domini ad ostium tabernaculi testimonii, dabitque eos sacerdoti,
15 Qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustũ, rogabítque pro eo coram Do- C
mino, vt emundetur à fluxu seminis sui.
16 Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum, & immundus erit vsque ad vesperum.
17 Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immũda erit vsque ad vesperum.
18 Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vsque ad vesperum.
19 Mulier quæ redeunte mense patitur fluxus sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperum:
20 Et locus in quo dormierit vel sederit diebus separationis suæ, polluetur.
21 Qui tetigerit lectum 'suum, lauabit vesti- 'eius,
menta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.
22 Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimẽta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsque ad vesperum.
23 Si coierit cum ea vir tempore sanguinis mẽstrualis, immundus erit septẽ diebus: & omne stratum in quo dormierit, polluetur.
24 Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ post mẽstruum sanguinem fluere non cessat, quandiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo.
25 Omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit.
26 Quicunque tetigerit 'eam, lauabit vesti- 'ea
menta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.
27 Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ,
28 Et die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonii:
29 Qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum, rogabítque pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius.
30 Docebitis ergo filios Israel vt, caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis, cùm polluerint tabernaculum meum quod est inter eos.
31 Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu,
32 Et quæ mensibus temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

CAP. XVI.

Sacerdoti obseruanda antequam ingrediatur sanctuarium. Expiatio sanctuarii, tabernaculi, altaris. Peccatorum confessio. Hostiæ expiationum.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen post mortem duorum filiorum Aaron, 'quã *supra* 10.
do offerentes ignem alienum interfecti *a.2.*
sunt, & præcepit ei, dicens,
2 Loquere ad Aaron fratrem tuum 'ne o- 'Exod. 30.
mni tempore ingrediatur sanctuarium, quod *b.10.b.16.*
est intra velum coram propitiatorio, 'quo *9.5.7.*

tegitur arca, vt nō moriatur (quia in nube apparebo super oraculum) nisi hæc ante fecerit.

3 Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum.

4 Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim vestimenta sunt sancta: quibus cunctis, cùm lotus fuerit, induetur.

5 Suscipiétque ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum.

6 Cùmque obtulerit vitulum, & orauerit pro se, & pro domo sua,

7 Duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii.

8 Mittétque super vtrumque sortē, vnam Domino, & alteram capro emissario.

9 Cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium,

10 Statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eum, & emittat eum in solitudinem.

C 11 His rite celebratis, offeret vitulum, & rogās pro se & pro domo sua, immolabit eū.

12 Assumptoque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit,

13 Et hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velū intrabit in sancta: vt positis super ignem aromatibus, nubes eorum & vapor operiat oraculum quod est supra testimonium, & nō moriat. ut.

Heb.9.d. 13, & 10. c.4. 14 *Tollet quoque de sanguine vituli, & aspergat digito septies contra propitiatorium ad Orientem.

15 Cùmque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinē eius intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, vt aspergat & regione oraculi,

16 Et expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum, cunctisque peccatis. iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonii, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum.

D 17 *Nullus hominū sit in tabernaculo quando pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur tabernaculū.

Exc.3.A.10

18 Cùm autem exierit ad altare quod coram Domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum:

19 Aspergēnsq; digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditiis filiorū Israel.

20 Postquam emundauerit sanctuarium & tabernaculum & altare, tunc offerat hircum viuentem:

E 21 Et posita vtraque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum: quæ imprecās capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum.

22 Cùmque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in desertum,

23 Reuertetur in tabernaculum testimonii. Aaron & depositis vestibus quibus prius indutus erat cùm intraret sanctuarium, relictisque ibi,

24 Lauabit carnem suam in loco sancto, induetúrque vestibus suis. Et postquā egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit tam pro se quam pro populo:

25 Et adipem qui oblatus est pro peccato adolebit super altare:

26 Ille verò qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, F & sic ingredietur in castra.

27 Vitulum autem & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium vt expiatio compleretur, * asportabunt foras castra, & comburent igni tam pelles quam carnes eorum ac fimum. Heb.13.b 11.

28 Et qui cumque combusserit ea, lauabit vestimenta sua & carnem aqua, & sic ingredietur castra.

29 Eritque vobis hoc legitimum sempiternum: mense autem septimo, decima die mensis, afflige.s animas vestras, nullumque opus facietis, siue indigenæ, siue aduena qui peregrinatur inter vos.

30 *In hac die expiatio erit vestri atq; mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundabimini. Infr.23.c. 27. G

31 Sabbatum enim requietionis est, & affligeris animas vestras religione perpetua.

32 Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus * initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo: induetúrque stola linea & vestibus sanctis: *initiata est

33 Et expiabit sanctuarium & tabernaculum testimonii atque altare, sacerdotes quoque & vniuersum populum.

34 Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

CAP. XVII.

Sacrificia primùm prohibet, ne sibi quisquā sacerdos esse audeat. Domino offerendum. Sanguis non comedendus, aut morticinum.

1 ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Loquere Aaron & filiis eius & cunctis filiis Israel, dicens ad eos, Iste est sermo quem mandauit Dominus, dicens,

3 Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem aut ouem, siue capram in castris vel extra castra,

4 Et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui.

5 Ideo sacerdoti offerre debent filii Israel hostias suas quas occidunt in agro, vt sanctificentur Domino ante ostium tabernaculi testimonii, & immolent eas hostias pacificas Domino.

6 Fundétque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonii, & adolebit adipem in odorem suauitatis

uitatis Domino,

7 Et nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum.

*domo 8 Et ad ipsos dices, Homo de filiis Israel & de aduenis qui peregrinantur apud vos qui obtulerit holocaustum siue victimam,

*offerat 9 Et ad ostium tabernaculi testimonii non adduxerit eam, vt offeratur Domino, interibit de populo suo.

C 10 Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur *inter vos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo,

*inter eos

11 Quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expieris pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit.

12 Idcirco dixi filiis Israel, Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur *apud vos.

*inter

D 13 Homo quicunque de filiis Israel & de aduenis qui peregrinātur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra.

Gen.9.b.4 14 *Anima enim omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filiis Israel, Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicunque comederit illum, interibit.

15 Anima quæ comederit morticinum vel captum à bestia, tam de indigenis quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum: & hoc ordine mundus fiet.

16 Quod si non lauerit vestimenta sua vel corpus, portabit iniquitatem suam.

CAP. XVIII.

Qui coitus illiciti. Gentium opera non imitanda.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Ego sum Dominus Deus vester:

3 Iuxta consuetudinem Terræ Aegypti in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem Regionis Chanaan ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis.

4 Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. ego Dominus Deus vester.

Ier.10.a.5 Exech.20. b.11.gal.3. b.12. 5 *Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. ego Dominus.

6 Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. ego Dominus Deus vester.

7 Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non discooperies. mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius.

E 8 Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies. turpitudo enim patris tui est.

9 Turpitudinem sororis tuæ ex patre siue ex matre quæ domi vel foris genita est, non reuelabis.

10 Turpitudinem filiæ filii tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est.

11 Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis.

12 Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui.

13 Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis: eo quod caro sit matris tuæ.

14 Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius quæ tibi affinitate coniungitur.

15 Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filii tui est: nec discooperies ignominiam eius.

16 Et vxorem fratris tui nullus accipiat. Turpitudinē vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est.

17 Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius C non reuelabis. Filiam filii eius, & filiam filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, & talis cœtus incestus est.

18 Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente.

19 Ad mulierem quæ patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius.

20 Cum vxore proximi tui non coibis: nec seminis commistione maculaberis.

21 De semine tuo non dabis vt consecretur *idolo Moloch, nec pollues nomen Dei tui. ego Dominus. Ier.32. d.35.4.vers. 37.c.30.

22 Cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est.

23 Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec misebitur ei: quia scelus est.

24 Nec polluamini in omnibus his: quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiciam ante conspectum vestrum,

25 Et quibus polluta est Terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos.

26 Custodite legitima mea atque iudicia, vt non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena, quàm colonus qui peregrinatur apud vos. & E

27 Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ Terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.

28 Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm parta feceritis, sicut euomuit gentem quæ fuit ante vos.

29 Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui.

30 Custodite mandata mea: nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. ego Dominus Deus vester.

CAP. XIX.

Sanctè fugus. Parentes. Sabbata. Idola. Hostia. Messis. Vindemia. Furtum. Mendacium. Periurium. Calumnia. Mercenarius. Surdus. Cæcus. Iudicium æquum. Acceptio personarum. Criminator. Odium. Vltio. Dilectio proximi.

Agri. Vestis. Dormiens cum ancilla. Præputia lignorum. Caro cum sanguine. Auguria. Somnia. Barba. Mortui, Stigmata. Filia. Sabbatham. Arioli. Senes. Aduena. Iudicium. Regula. Pondus. Mensura.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos, *Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.
3 Vnusquisque *patrem suum & matrem suam timeat. Sabbatha mea custodite. ego Dominus Deus vester.
4 Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. ego Dominus Deus vester.
5 Si immolauerit hostiam pacificorum Domino, vt sit placabilis:
6 Eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero: quicquid autē residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis.
7 Siquis post biduum comederit ex ea, prophanus erit & impietatis reus:
8 Portabitque iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, & peribit anima illius de populo suo.
9 *Cumque messueris segetes terræ tuæ, nō tondebis vsque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges.
10 Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. ego Dominus Deus vester.
11 Non facietis furtum. Non mentiemini, *nec decipiet vnusquisque proximum suum.
12 *Non periurabis in nomine meo, nec polues nomen Dei tui. ego Dominus.
13 Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. *Non morabi tur opus mercenarii tui apud te vsque mane.
14 Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus.
15 Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. *Non consyderes personam pauperis, nec honores vultum potentis: iuste iudica proximo tuo.
16 Non eris criminator, neq; susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui. ego Dominus.
17 *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, *sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum.
18 *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum: * Diliges amicum tuum sicut teipsum. ego Dominus.
19 Leges meas custodite. Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste quæ ex duobus texta est, nō induēris.
20 Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nobilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera.
21 Pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonii arietem:
22 Orabitque pro eo sacerdos, & pro peccā delicto eius coram Domino, & repropitiabitur ei, dimittetúrque peccatum.
23 Quando ingressi fueritis Terram, & plantueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis:
24 Quarto autem anno omnis fructus eorū sanctificabitur laudabilis Domino.
25 Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt: ego Dominus Deus vester.
26 Non comedetis carnem cum sanguine: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia.
27 Neque in rotundum attondebitis comā: nec radetis barbam.
28 Et super mortuo non incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. ego Dominus.
29 Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur Terra, & impleatur piaculo.
30 Sabbatha mea custodite, & sanctuarium meum metuite. ego Dominus.
31 *Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteimini, vt polluamini per eos: ego Dominus Deus vester.
32 Coram cano capite consurge, & honora personam senis: & time Dominum Deum tuum: ego sum Dominus.
33 *Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, *non exprobretis ei:
34 Sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos. fuistis enim & vos aduenæ in Terra AEgypti. ego Dominus Deus vester.
35 Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura.
36 Statera iusta, & æqua sint ponderā, iustus modius, æquúsque sextarius. ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra AEgypti.
37 Custodite omnia præcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. ego Dominus.

CAP. XX.

Liberi non sacrificandi idolis. Arioli non adeundi. Sancti sumus. Parentibus non maledicendum. Mœchus. Adultera. Coitus morte puniendi. Separatur Israel in populum Dei. Pythones morientur.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Hæc loqueris filiis Israel, Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, *siquis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur: populus Terræ lapidabit eum.
3 Et ego ponam faciem meam contra illū, succidámque eum de medio populi sui, eo quòd dederit de semine suo, Moloch, & contaminauerit Sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum.
4 Quod si negligens populus Terræ, & quasi pāruipendens imperium meum dimiserit hominem qui dedit de semine suo, Moloch, nec voluerit eum occidere:

Ponam

5 Ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidámque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui.
6 Anima quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.
7 *Sanctificamini, & estote sancti, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester:
8 Custodite præcepta mea, & facite ea: ego Dominus qui sanctifico vos.
9 *Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. patri matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum.
10 *Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera.
11 Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorū sit super eos.
12 Siquis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos.
13 Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos.
14 Qui supra vxorem filiā, duxerit matrem eius, scelus operat' est: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.
15 Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite.
16 Mulier quæ succubuerit cuilibet iumēto, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos.
17 Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suę, & viderit turpitudinem eius, illáque conspexerit fratris ignominiam: nefariā rem operari sunt: occidentur in conspectu populi sui, eo quòd turpitudinem suam mutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam.
18 Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsáque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui.
19 Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non discooperies, qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam.
20 Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatū suum: absque liberis morientur.
21 Qui duxerit vxorem fratris sui, rem fecit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis erit.
22 Custodite leges meas atque iudicia, & facite ea: ne vos euomat Terra quam intraturi estis & habitaturi.
23 Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerūt, & abominatus sum eas.
24 Vobis autem loquor, Possidete Terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. ego Dominus vester, qui separaui vos a cæteris populis.
25 Separare ergo & vos iumentum mundum ab immundo, & auem mundā ab immunda: ne polluatis animas vestras in pecore, & auibus, & cunctis quæ mouētur in terra, & quæ vobis ostendi esse pollutæ.
26 "Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos a cæteris populis, vt essetis mei.
27 *Vir siue mulier in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruēt eos: sanguis eorum sit super illos.

CAP. XXI.

Sacerdos non interfit mortuorum exequiis. Non radat barbam, sanctum non ducat. Sanctificator Deus. Sacerdotis filia fornicata. Pontifex virginem ducat. Ministri Dei quales.

1 DIxit quoq; Dominus ad Moysen, Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos, Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum,
2 Nisi tantùm in consanguineis ac propinquis, id est super patrem & matrem & filium & filiam, fratrem quoque,
3 Et sororem virginem quæ non est nupta viro:
4 Sed nec in principe populi sui contaminabitur.
5 *Nec radent caput, nec barbam, neque in carnibus suis facient incisuras.
6 Sancti erunt Deo suo, & nō polluent nomen eius: incēsum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.
7 Scortum, & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecratus est Deo suo,
8 Et panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus qui sanctifico vos.
9 Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui: flāmis exuretur.
10 Pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratę sunt, vestísque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet,
11 *Et ad omnem mortuum non ingredietur omnino. super patre quoque suo, & matre non contaminabitur.
12 Nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium *Domini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei super eum est. ego Dominus.
13 Virginem ducet vxorem:
14 *Viduam autem & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo:
15 Ne commisceat stirpē generis sui vulgo gētis suę: quia ego Dominꝰ qui sanctifico eū.
16 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, *suas. non offerat panes Deo suo, nec accedat ad

ministerium eius:
17 Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi vel torto naso,
18 Si fracto pede, si manu,
19 Si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo,
20 Si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel hernioſus.
21 Omnis qui habuerit maculã de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo:
22 Vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario.
23 Ita duntaxat vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare: *qui maculã habet, & contaminare non debet sanctuarium meum. Ego Dominus qui sanctifico eos.
24 Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Israel cuncta quæ fuerant sibi imperata.

*quia

CAP. XXII.

Qui debeant abstinere ab esu sanctificatorum. Ingressus & quid & quando offerendum.

1 LOcutus quoque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere ad Aaron & ad filios eius vt caueant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. ego Dominus.
3 Dic ad eos, & ad posteros eorum, Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. ego sum Dominus.
4 Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egredietur semen quasi coitus,
5 Et qui tetigit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus est sordidus,
6 Immundus erit vsque ad vesperum, & nõ vescetur his quæ sanctificata sunt:
7 Sed cum lauerit carnem suam aqua, & operuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est.
8 *Morticinum & captum à bestia non comedent, nec pollŭentur in eis. ego sum Dominus.
9 Custodiant præcepta mea, vt non subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, cum polluerint illud. ego Dominus qui sanctifico eos.
10 Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescentur ex eis.
11 Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit; hi comedent ex eis.
12 Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur.
13 Sin autem vidua, vel repudiata, & absque liberis reuersa fuerit ad domũ patris sui, sicut puella consueuerat, aletur cibis patris sui. omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem.
14 Qui comederit de sanctificaris per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti in sanctuarium.
15 Nec contaminabunt sanctificata filiorũ Israel, quæ offeruntur Domino:
16 Ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cum sanctificata comederint. ego Dominus qui sanctifico eos.
17 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
18 Loquere ad Aaron, & filios eius, & ad omnes filios Israel, dicesque ad eos, Homo de domo Israel, & de aduenis qui habitãt apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota soluens, vel sponte offerens,
19 Quicquid illud obtulerit in holocaustũ Domini vt offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris.
20 Si maculam habuerit, non offeretis, neq; erit acceptabile.
21 Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile sit: omnis macula non erit in eo.
22 *Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini.
23 Bouem & onem aure & cauda amputatis, voluntarie offerre potes, votum autem ex iis solui non potest.
24 Omne animal quod vel contritis, vel tunsis, vel fœtis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino ne faciatis.
25 De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta, & maculata sunt omnia: non suscipietis ea.
26 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
27 Bos, ouis, & capra, cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ. die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino.
28 Siue illa bos, siue ouis, non immolabuntur vna die cum foetibus suis.
29 Si immolaueritis hostiã pro gratiarum actione Domino, vt possit esse placabilis,
30 Eodem die comedetis eam, non remanebit quicquam in mane alterius diei. ego Dominus.
31 Custodite mandata mea, & facite ea: ego Dominus.
32 Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorum Israel. ego Dominus qui sanctifico vos,
33 Et eduxi te de Terra Ægypti, vt essem vobis in Deum. ego Dominus.

*offerunt

*Exod. 22. d. 31. & Lev. 44. 2. 31.

CAP. XXIII.

Sabbathum. Phase. Primitiæ messis offerendæ Domino. Pentecoste. Messis. Festũ tubarũ. Dies expiationum. Festum tabernaculorum.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas.
3 Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbathi requies est, vocabitur sanctus. omne opus non facietis in eo. Sabbathum Domini est in cunctis habitationibus vestris.
4 Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis.
5 *Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est:
6 Et quintadecima die mensis huius solennitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis.
7 Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque: omne opus seruile non facietis in eo.
8 Sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus: dies autem septimus erit celebrior & sanctior: nullumque seruile opus facietis in eo.
9 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
10 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis Terram quam ego dabo vobis, & messuerit is segetem, feretis manipulos spicarum primitias messis vestræ ad sacerdotem.
11 Qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis: altero die sabbathi & sanctificabit illum.
12 Atque in eodem die quo manipulus cõsecratur, offertur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini,
13 Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum Domini, odoremque suauissimum: liba quoque vini, quarta pars hin.
14 Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete, vsque ad diem qua offeratis ex ea Deo vestro, præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis vestris.
15 *Numerabitis ergo ab altero die sabbathi in quo obtulistis manipulum primitiarum septem hebdomadas plenas,
16 Vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est quinquagesimã diem:
17 Et sic offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini.
18 Offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odorem suauissimum Domino.
19 Facietis & hircum pro peccato, duósque agnos anniculos hostias pacificorum.
20 Cumque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in vsum eius.
21 Et vocabitis hunc diem celeberrimum

*Supra 19. c. 9. Num. 15. d. 19. Deut. 24.

*Supra 16. c. 30. num. 29. d. 7.

*tribuitis

atque sanctissimum: omne opus seruile nõ facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris.
22 *Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. ego sum Dominus Deus vester.
23 Locutus que est Dominus ad Moysen, dicens,
24 Loquere filiis Israel, Mense septimo, prima die mensis erit vobis sabbathum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum:
25 Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino.
26 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
27 *Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino.
28 Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester.
29 Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis:
30 Et quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo,
31 Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris.
32 Sabbathum requietionis est, & affligetis animas vestras die nono mensis septimi. A vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra.
33 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens,
34 Loquere filiis Israel. A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino.
35 Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus: omne opus seruile non facietis in eo.
36 Et septem diebus offeretis holocausta Domino: dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus, & offeretis holocaustũ Domino: est enim cœtus atq; collectæ: omne opus seruile non facietis in eo.
37 Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas, offerentes in eis oblationes Domino, holocausta & libamenta iuxta ritum vniuscuiusq; diei:
38 Exceptis sabbathis Domini, donisque vestris, & quæ offertis ex voto, vel quæ sponte tribuetis Domino.
39 A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus.
40 Die primo & die octauo erit sabbathũ, id est requies. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini

*Exod. 12. c. 18. num. 28. c. 16.

*Deut. 15. d. 20. & Leuit. 22. b. 14.

*acceptabilis

*Deut. 16. b. 9.

*Exod. 7. f. 37.

Universidad de Salamanca Biblioteca

coram Domino Deo vestro.
41 Celebrabitisque solennitatē eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris: mense septimo festa celebrabitis.
42 Et habitabitis in umbraculis septem diebus: omnis qui est de genere Israel, manebit in tabernaculis:
43 Vt discant posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de Terra AEgypti. ego Dominus Deus vester.
44 Locutúsque est Moyses super solennitatibus Domini ad filios Israel.

CAP. XXIIII.

Compositio lucernarum. Panes propositionis. Blasphemus lapidetur. Pœna talionis. AEquum iudicium.

1 ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleū de oliuis purissimum ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter,
3 Extra velum testimonii in tabernaculo fœderis. Ponétque eas Aaron à vespere vsque in mane coram Domino, cultu ritúque perpetuo in generationibus vestris.
4 Super candelabrum mundissimum ponē tur semper in conspectu Domini.
5 Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas:
6 Quorum senos altrinsecus super mēsam purissimam coram Domino stantes,
7 Et pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis Domini.
8 Per singula sabbatha mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno:
9 *Erúntque Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco Sancto: quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini iure perpetuo.
10 Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro AEgyptio inter filios Israel, iurgarus est in castris cū viro Israelite.
11 Cúmque blasphemasset nomen Domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.)
12 Miserúntque eum in carcerem, donec nosset quid iuberet Dominus.
13 Qui locutus est ad Moysen, dicens,
14 Educ blasphemū extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus.
15 Et ad filios Israel loqueris, Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatū suū:
16 Et qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur.
17 Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur.
18 Qui percusserit animal, *reddet vicarium, id est animam pro anima.
19 Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum: sicut fecit, sic fiet ei,
20 Fractúram pro fractura, *oculum pro oculo, dentem pro dente restituet: qualem inflixerit maculam, talē sustinere cogetur.
21 Qui percusserit iumentum, *reddet aliud: qui percusserit hominem, punietur.
22 AEquum iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit, quia ego sum Dominus Deus vester.
23 Locutúsque est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt: fecerúntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

CAP. XXV.

Sabbathum terræ anno septimo. Iubilei annus. Præcepta Dei custodienda. Solicitudo de vitis tollenda. Venditio Dei. Terræ venditio, & domus, & eárum Leuitarum. In paupertate redactus. Seruus. Ancilla. Serui Dei. Israelitæ.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens,
2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Quādo ingressi fueritis Terram quā ego dabo vobis, *sabbathizetis sabbathum Domino.
3 *Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineā tuā, colligésque fructus eius.
4 Septimo autem anno sabbatthū erit terræ, requietionis Domini: agrum nō seres, & vineam non putabis,
5 Quæ sponte gigner humus, non metes: & vuas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam. annus enim requietionis terræ est.
6 Sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te:
7 Iumentis tuis & pecoribus omnia quæ nascuntur, præbebunt cibum.
8 Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, quę simul faciunt quadraginta nouem.
9 Et clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra vestra.
10 Sanctificabisque annū quinquagesimum, & vocabis remissionē cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim iubileus reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque redibit ad familiam pristinam.
11 Quia iubileus est & quinquagesimus annus, nō seretis atque metetis spontē in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis,
12 Ob sanctificationem iubilei: sed statim *ablata comedetis.
13 Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas.
14 Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum,
15 Sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo, & iuxta supputationem frugum vendet tibi.
16 Quanto *plus, anni remanserint post iubileum,

*reddat Exod. 21. c. 24.
D Mat. 5. f. 8. deut. 19. d. 21
*reddat
*sabbathizet Exod. 31. b. 10.
*gignit
*tuæ *peregrinantur
*annos
B
*ablata
*plures

*A bileum, tanto crescet & pretium: *quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio constabit, tempus enim frugum vendet tibi.
C 17 Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum: quia ego Dominus Deus vester.
18 Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, vt habitare possitis in terra absque vllo pauore,
19 Et gignat vobis humus fructos suos, quibus vescamini vsque ad saturitatem, nullius impetum formidantes.
20 Quòd si dixeritis, Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque colligerimus fruges nostras?
21 Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum:
22 Seretisque anno octauo, & cōmedetis veteres fruges vsque ad nouum annum: donec noua nascantur, edetis vetera.
D 23 Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis.
24 Vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione venderur.
25 Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculā suam, & voluerit propinquus eius, poterit redimere quod ille vēdiderat.
26 Sinautem nō habuerit proximū, & ipse pretium ad redimendū potuerit inuenire:
27 Computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicq; recipiet possessionem suam.
28 Quòd si nō inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, vsque ad annū iubileum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum.
29 Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus.
30 Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in iubileo,
E 31 Sinautem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure venderur. si antè redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum.
32 AEdes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi:
33 Si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium *Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel.
34 Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est.
35 Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum,
36 Ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quam dederis. time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te.
37 Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, F & frugum superabundantiam non exiges.
38 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra AEgypti, vt darē vobis Terram Chanaan, & essem vester Deus.
39 Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum:
40 Sed quasi mercenarius & colonus erit, vsq; ad annum iubileū operabitur apud te.
41 Et postea egrediētur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum.
42 Mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de Terra AEgypti, non veneant conditione seruorum:
43 Ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum.
44 Seruus & ancilla sint vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt.
45 Et de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos,
46 Et hereditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum: fratres autem vestros, filios Israel, ne opprimatis per potentiam.
47 Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquā de stirpe eius:
48 Post venditionem potest redimi: qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum,
49 Et patruus, & patruelis, & cōsanguineus, & affinis. sinautem & ipse potuerit, redimet se,
50 Supputatis duntaxat annis à tēpore venditionis suæ vsque in annum iubileum: & pecuniā qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationē mercenarii supputato.
51 Si plures fuerint anni qui remanent vsque ad iubileum, secundum hos reddet & pretium.
52 Si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum.
53 Et reddet emptori quod reliquum est annorum, quibus ante seruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conspectu tuo.
54 Quòd si per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis suis.
55 Mei enim sunt serui filii Israel, quos eduxi de Terra AEgypti. ego Dominus Deus vester.

CAP. XXVI.

Sculptilia prohibentur. Venditiæ seruantibus mandata: maledictio non seruantibus. Confessio peccati, & pro eo oratio. Promissionis suæ Deus memor, patris confitentibus peccatum.

1 *NOn facietis vobis idōlum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidē ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. ego enim sum Dominus Deus vester.
2 Custodite sabbatha mea, & pauete ad sanctuarium meum. ego dominus.
3 *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea,
4 Dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gigner germen suum, & pomis arbores replebuntur.
5 Apprehendet messium tritura vindemiā,

Exod. 20. a. 3. deu. 5. a. 6. psal. 96. b. 7. 30. c. 9.
Deut. 28. a. 1.

& vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absq; pauore habitabitis in terra vestra.
6 Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros.
B 7 Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis.
8 Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro.
9 Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum.
10 Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proficietis.
11 Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiiciet vos anima mea.
12 *Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosque eritis populus meus.
13 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra-AEgyptiorum, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti.
14 *Quod si non audietis me, nec feceritis omnia mandata mea,
15 *sed spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis vt non faciatis ea quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum:
16 Ego quoque hæc faciam vobis. Visitabo vos velociter in egestate & ardore, qui consiciat oculos vestros, & consumat animas vestras: frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur.
17 Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subiiciemini his qui oderunt vos: fugietis nemine persequente.
18 Sinautem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra,
19 Et conteram superbiam duritiæ vestræ: daboque vobis cælum desuper sicut ferrum, & terram æneam.
20 Consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.
D 21 Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec vo lueritis audire me, addam plagas vestras vsque in septuplũ propter peccata vestra:
22 Emittamque in vos bestias agri, quæ cõmanducent ves, & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertæque fiant viæ vestræ.
23 Quod si nec sic voluerit is recipere disciplinã, sed ambulaueritis ex aduerso mihi:
24 Ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra.
25 Inducámque super vos gladium vlorem fœderis mei: cumque confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus hostium:
26 Postquam cõfregero baculum panis vestri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non saturabimini.
27 Sinautem nec per hæc audieritis me, sed E ambulaueritis contra me:
28 Et ego incedam aduersus vos in furore contrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra,
29 Ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum.
30 Destruam excelsa vestra, & simulachra *vestra confringam, cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea.
31 Intantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam vltrà odorem suauissimum.
32 Dissipabímque terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, cum habitatores illius fuerint.
33 Vos autem dispergam in Gentes, & euaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta, & ciuitates vestræ diruptæ.
34 Tunc placebunt Terræ sabbatha sua cunctis diebus solitudinis suæ:
35 Quando fueritis in terra hostili, sabbathizabit, & requiescet in sabbathis solitudinis suæ, eo quod non requieuerit in sabbathis vestris quando habitabatis in ea. F
36 Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folii volantis, & ita fugient quasi gladium:
37 Cadent nullo persequente, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes: nemo vestrum inimicis audebit resistere.
38 Peribitis inter Gentes, & hostilis vos terra consumet.
39 Quòd si & de iis aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum & sua affligentur:
40 Donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum recordentur, quibus præuaricati sint in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi.
41 Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircuncisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis.
42 Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob, & Isaac, & Abraham. G
43 Terræ quoque memor ero: quæ cùm relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbathis suis, patiens solitudinem propter illos. Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eo quod abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint.
44 Attamen etiam cum essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neque sic despexi vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis: ego enim sum Dominus Deus eorum.
45 Et recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de Terra-AEgypti in conspectu Gentium, vt essem Deus eorum. ego Dominus Deus,

Hæc

46 Hæc sunt iudicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter se & inter filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

CAP. XXVII.

Varia vota, & redemptio eorundem. Decimæ.

1 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 *Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Homo qui votum fecerit, & spoponderit *Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium. *Domino
3 Si fuerit masculus à vicesimo anno vsque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii:
4 Si mulier, triginta.
5 A quinto autem anno vsque ad vicesimum, masculus dabit viginti siclos: fœmina, decem.
6 Ab vno mense vsque ad annum quintum pro masculo dabuntur quinque sicli: pro fœmina tres.
7 Sexagenarius & vltrà masculus dabit quindecim siclos: fœmina decem.
8 Si pauper fuerit, & æstimationem reddere non valebit, stabit coram sacerdote: & quantum ille æstimauerit, & viderit eum posse reddere, tantum dabit.
9 Animal autem quod immolari potest *Domino, si quis vouerit, *sanctum erit,
B 10 Et mutari non poterit, id est nec melius malo, nec peius bono. quod si mutauerit: & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino.
*autem 11 Animal *immundum quod immolari Domino non potest, siquis vouerit, adducetur ante sacerdotem:
12 Qui diiudicans vtrum bonum an malum sit, statuet pretium.
13 Quod si dare voluerit is qui offert, addet super æstimationem quintam partem.
14 Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit Dominо, consyderabit eam sacerdos vtrum bona an mala sit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit constitutum, venundabitur.
15 Sinautem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æstimationis suprà, & habebit domum.
16 Quòd si agrum possessionis suæ vouerit, & consecrauerit Domino iuxta mensuram sementis: æstimabitur pretium. si triginta modiis hordei seritur terra, quinquaginta siclis venundetur argenti.
17 Si statim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere potest, tanto æstimabitur.
18 Sinautem post aliquantum temporis: C supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reliqui sunt, numerum vsque ad iubileum, & detrahetur ex pretio.
19 Quòd si voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit eam.
20 Sinautem noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat, redimere non poterit: *eum scilicet, agrum.
21 Quia cum iubilei venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum.
22 Si ager emptus est, non de possessione maiorum sanctificatus fuerit Domino:
23 Supputabit sacerdos iuxta annorum numerum vsque ad iubileum, pretium, & dabit ille qui vouerat eum, Domino.
24 In iubileo autem reuertetur ad priorem Dominum qui vẽdiderat eum, & habuerat in sorte possessionis suæ.
25 Omnis æstimatio siclo sanctuarii ponderabitur. *Siclus viginti obolos habet. *Exod. 30. b. 13. num. 3. g. 47.
26 Primogenita quæ ad Deum pertinent, nemo sanctificare poterit & vouere, siue bos siue ouis fuerit: Domini sunt. *ex. 45. d. 12.
27 Quòd si immundum est animal, redimet qui obtulit iuxta æstimationem *suam, & addet quintam partem pretii. si redimere noluerit, vendetur alteri quantumcunque fuerit ante æstimatum. *Dominum *tuam D
28 *Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. *Ios. 6. c. 19, d. 24
29 Et omnis consecratio quæ offertur ab homine, no redimetur, sed morte morietur.
30 Omnes decimæ terræ *siue de pomis arborum siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. *de frugibus, siue de pomis arborum.
31 Siquis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum.
32 Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.
33 Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. siquis mutauerit: & quod mutatum est, & pro quo mutatũ est, sanctificabitur Domino, & non redimetur.
34 Hæc sunt præcepta quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

LIBER NVMERI,
Hebraicè Vaiedabber.

CAP. I.

Numerantur ad pugnam apti. Tribus Leui consistunt super tabernaculum.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens;

Exod. 30. 2 b.12. 2 Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas,

3 per nomina singulorum, quicquid sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eas per turmas suas, tu & Aaron.

a eos 4 Erúntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis.

5 Quorum ista sunt nomina. De tribu Ruben, Elisur filius Sedeur.

6 De tribu Simeon, Salamiel filius Surisaddái.

7 De tribu Iuda, Nahasson filius Aminadab.

8 De tribu Issachar, Nathanael filius Suar.

9 De tribu Zabúlon, Eliab filius Helon.

10 Filiorum autē Ioseph, de tribu Ephraim, Elisama filius Ammiúd. de tribu Manasse, Gamaliel filius Phadassúr.

11 De tribu Ben-iamin, Abidan filius Gedeónis.

12 De tribu Dan, Ahi-ézer filius Ammisaddái.

13 De tribu Áser, Phegiel filius Ochran.

14 De tribu Gad, Eliasaph filius Duel.

15 De tribu Nephthali, Ahira filius Enan.

16 Hi nobilíssimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel:

17 Quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine,

18 Et congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina singulorum à vicesimo anno & suprà.

C 19 Sicut præceperat Dominus Moysi, numeratique sunt in deserto Sinai,

20 De Ruben primogenito Israelis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum,

21 Quadraginta sex millia quinquenti.

b suas 22 De filiis Simeon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum,

23 Quinquaginta nouem millia trecenti.

b suas 24 De filiis Gad per generationes & familias ac domos cognationū suarum recensiti sunt per nomina singulorū à viginti annis & suprà, omnes qui ad bella procederent,

25 Quadraginta quinq; millia sexcenti quinquaginta.

D 26 De filiis Iuda per generationes & familias ac domos cognationū suarum, per nomina singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

27 Recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti.

28 De filiis Issachar per generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui ad bella procederent,

29 Recensiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringenti.

30 De filiis Zabúlon per generationes & familias ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

31 Quinquaginta septē millia quadringenti. E

32 De filiis Ioseph, filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

33 Quadraginta millia quingenti.

34 Porro filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

35 Triginta duo millia ducenti.

36 De filiis Ben-iamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

37 Triginta quinque millia quadringenti.

38 De filiis Dan per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

39 Sexaginta duo millia septingenti.

40 De filiis Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

41 Quadraginta millia & mille quingenti.

42 De filiis Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere,

43 Quinquaginta tria millia quadringenti.

44 Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron, & duodecim principes Israel, singulos per domos cognationum suarum.

Fuerúntque

45 Fuerúntq; omnis numerus filiorū Israel per domos & familias suas à vicesimo anno & suprà, qui poterant ad bella procedere,

46 Sexcentatria millia virorum quingenti quinquaginta.

c in tribu 47 Leuitæ autem c in tribubus familiarum suarum non sunt numerati cum eis.

48 Locutúsq; est Dominꝰ ad Moysen, dicēs,

G 49 Tribum Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israel,

d cōstitue 50 Sed d constitues eos super tabernaculum testimonii & cuncta vasa eius, & quicquid ad cæremonias pertinet. ipsi portabunt tabernaculū & omnia vtensilia eius: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur.

e castra-metādum 51 Cum proficiscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cum e castra metanda, erigent. Quisquis externorum accesserit, occidetur.

52 Metabuntur autem castra filii Israel vnusquisque per turmas & cuneos atq; exercitus suum.

53 Porro Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tēctoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonii.

54 Fecerūt ergo filii Israel iuxta omnia quę præceperat Dominus Moysi.

CAP. II.

Ordinantur stationes castrorum, recensitis familiarum principibus.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,

2 Singuli per turmas, signa atque vexilla & domos cognationum suarum castrametabuntur f filiorum Israel per gyrum tabernaculi fœderis.

f filii 3 Ad Orientem Iudas figet tēctoria per turmas exercitus sui: eritq; princeps filiorum eius Nahasson filius Aminadab.

4 Et omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuaginta quatuor millia g sexcentorum.

g sexcenti 5 Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar,

6 Et omnis numerus pugnatorū eius quinquaginta quatuor millia quadringenti.

7 In tribu Zabúlon princeps fuit Eliab filius Helon:

8 Omnisq; de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquaginta septem millia quadringenti.

9 Vniuersi qui in castris Iudæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur.

B 10 In castris filiorum Ruben ad Meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur.

11 Et cuncti exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti.

12 Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Suri-saddái.

13 Et cūctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquaginta nouem millia trecenti.

14 In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duēl.

15 Et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta quinq; millia sexcenti quinquaginta.

16 Omnes qui recēnsiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas suas. in secundo loco proficiscentur.

17 Leuabitur autem tabernaculum testimonii per officia Leuitarum & turmas eorum, quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur.

18 Ad Occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud.

19 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti.

20 Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur.

21 Cunctúsque exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti.

22 In tribu filiorum Ben-iamin princeps fuit Abidan filius Gedeónis.

23 Et cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti.

24 Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas, tertii proficiscentur.

25 Ad Aquilonis partem castrametati sunt filii Dan: quorū princeps fuit Ahi-ézer filius Ami-saddái.

D 26 Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti.

27 Iuxta eum fixēre tentoria de tribu Aser, quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran.

28 Cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti.

29 De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan,

30 Cunctus exercitus pugnatorū eius, quinquaginta tria millia quadringenti.

31 Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti. & nouissimi proficiscentur.

32 Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus, sexcentatria millia quingenti quinquaginta.

33 Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel, sic enim præceperat Dominus Moysi.

34 Fecerúntque filii Israel iuxta omnia quę mandauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

CAP. III.

Filii Aaron. Leuitis datur administratio sacerdotum. Numerantur Leuitæ. Eorum statio, & numerus. Sunt loco primogenitorum.

1 HAE sunt generationes Aaron & Moysi in die qua loquutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai.

Exod.6. d.23. 2 Et hæc nomina filiorum Aaron, *primogenitus eius Nadab, deinde Abiu & Eleazar & Ithamar.

3 Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui uncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur.

Leuit.10. d.1.2.3.& 16. 24.d.2. 4 *Mortui sunt enim Nadab & Abiu cùm offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis: functique sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo.

5 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens,

6 Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis vt ministrent ei,

7 Et excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii,

B 8 Et custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius.

9 Dabisque dono Leuitas Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israel.

10 Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotii. externus qui ad ministrandum accesserit, morietur.

11 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicēs,

12 Ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Israel, eruntque Leuitæ mei.

Exod.13. d.2. Infrà 8.c. 16. 13 Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi *primogenitos in Terra AEgypti: *sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus, mei sunt: ego Dominus.

C 14 Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens,

15 Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & suprà.

16 Numerauit Moyses vt præceperat Dominus,

17 Et inuenti sunt filii Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari.

Exod.6. c.17. infrà 26.f.57. Supra 26. f.59. 18 *Filii Gerson Lebni, & Semei.

19 *Filii Caath: Amram, & Iesaar, Hebron, & Oziel.

20 Filii Merari: Moholi, & Musi.

21 De Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica:

22 Quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & suprà, septem millia *quingentorum.

23 Hi post tabernaculum metabuntur ad

D Occidentem

24 Sub principe Heliasaph filio Lael.

25 Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, ipsum tabernaculum & operimētum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis.

26 Et cortinas atrii: tentorium quoq; quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtensilia eius.

27 Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Isaaritas & Hebronitas & Ozielitas.

28 Hæ sunt familiæ Caathitarum, recensitæ per nomina sua: omnes generis masculini ab vno mense & suprà, octo millia sexcenti.

29 Habebunt excubias sanctuarii, & castrametabuntur ad Meridianam plagam.

30 Princepsque eorum erit Elisaphan filius Oziel:

31 Et custodient arcam, mensamque & candelabrum, altaria & vasa sanctuarii, in quibus ministratur, & velum, cunctámque huiuscemodi supellectilem. E

32 Princeps autem principum Leuitarum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ sanctuarii.

33 At vero de Merari erunt populi Moholitæ & Musitæ recensiti per nomina sua:

34 Omnes generis masculini ab vno mense & suprà, sex millia ducenti.

35 Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga Septentrionali castrametabuntur.

36 Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi, & vectes, & columnæ ac bases earū, & omnia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent:

37 Columnæque atrii per circuitum cū basibus suis, & paxilli cum funibus.

38 Castrametabuntur ante tabernaculū fœderis, id est ad Orientalem plagam, Moyses & Aaron cum filiis suis, habētes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israel. Quisquis alienus accesserit, morietur.

39 Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaroū iuxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino à mense vno & suprà, fuerunt viginti duo millia. F

40 Et ait Dominus ad Moysen, Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab vno mense & suprà, & habebis summam eorum.

41 Tollēsque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel.

42 Recensuit Moyses sicut præceperat Dominus primogenitos filiorum Israel:

43 Et fuerūt masculi per nomina sua à mense vno & suprà, viginti duo mill a ducenti septuaginta tres.

44 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, G

45 Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: eruntque Leuitæ mei: ego sum Dominus.

46 In pretio autem ducentorum septuagintatrium qui excedūt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel,

47 Accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram sanctuarii. *Siclus habet viginti obolos. *Exod.30. b.13. levit. 27.c.25. exec.45.*

48 Dabisque pecuniam Aaron & filiis eius pretium eorum qui suprà sunt.

49 Tulit igitur Moyses pecuniā eorum qui *d.12.* fuerant

fuerunt amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Israel,

50 Mille trecentorum sexaginta quinque siclorum iuxta pondus sanctuarii,

51 Et dedit eam Aaron & filiis eius iuxta verbum quod præceperat sibi Dominus.

CAP. IIII.

Officia Leuitarum iuxta cuiusque familiam.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,

2 Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas,

3 A trigesimo anno & suprà vsque ad quinquagesimum annum omnium qui ingrediuntur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis.

4 Hic est cultus filiorum Caath, Tabernaculum fœderis & Sanctum sanctorum ingredientur Aaron & filii eius, quando mouenda sunt castra,

5 Et deponent velum quod pendet ante fores, inuoluéntque eo arcam testimonii,

*ianthinarum 6 Et operient rursum velamine *hyacinthinarum pellium, extendéntque désuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes.

7 Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum *eo thuribula & mortariola, cyathos & crateras ad liba fundēda panes semper in ea erunt. *eaſcoge.

8 Extendéntq; désuper pallium coccineū, quod rursum operient velamento *hyacinthinarum pellium, & inducent vectes. *ianthinarum

9 Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctoriis, & cunctis vasis olei, quæ ad conficiendas lucernas necessaria sunt.

*ianthinarum 10 Et super omnia ponēt operimētum *hyacinthinarum pellium, & inducent vectes,

11 Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent désuper operimētum *hyacinthinarum pellium, in- *ianthinarum ducéntque vectes.

B 12 Omnia vasa quib' ministratur in sanctuario inuoluent hyacinthino pallio, & extendent désuper operimentū *hyacinthinarum pellium, inducéntque vectes. *ianthinarum

13 Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento,

14 Ponéntque cum eo omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla, cuncta vasa altaris, operient simul velamine *hyacinthinarum pellium, & inducent vectes. *iahthinarum

*inuoluerit 15 Cúmque *inuoluerint Aaron & filii eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filii Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa sanctuarii, ne moriantur.

25 Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incēsum, & sacrificium quod semper offertur, & oleū vnctionis: & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniúmque vasorum quę in sanctuario sunt.

16 Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,

17 Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum:

18 Sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum.

19 Aaron & filii eius intrabunt, ipsíque disponēt *opera singulorum, & diuident quid *onera portare quis debeat.

20 Alii nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluātur, alioquin moricntur.

21 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,

22 Tolle summam etiam filiorum Gerson C per domos ac familias & cognationes suas

23 A triginta annis & suprà, vsque ad annos quinquaginta: numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis.

24 Hoc est officium familiæ Gersonitarum, vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis, operimentum aliud,

25 Et super omnia velamen *hyacinthinum, tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, *ianthinum

26 Cortinas atrii, & velum in introitu quod est ante tabernaculum.

27 Omnia quæ ad altare pertinēt, funiculos & vasa ministerii, iubente Aaron & filiis eius, portabunt filii Gerson: & scient singuli cui debeant *operi mancipari. *oneri

28 Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis, erítque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis.

29 Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis

30 A trigínta annis & suprà, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerii sui, & cultum fœderis testimonii.

31 Hæc sunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earum,

32 Columnas quoque atrii per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt.

33 Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis.

34 Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & D principes synagogæ filios Caath per cognationes, & domos patrum suorum

35 A trigínta annis & suprà, vsque ad annū quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis:

36 Et inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta.

37 Hic est numerus populi Caath qui intrāt tabernaculū fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi.

38 Numerati sunt & filii Gerson per cognationes, & domos patrum suorum

39 A triginta annis & suprà, vsque ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediũtur vt ministrent in tabernaculo fœderis:
40 Et inuenti sunt duo millia sexcenti triginta.
41 Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini.
42 Numerati sunt & filii Merari per cognationes & domos patrum suorum.
43 A triginta annis & suprà, vsq; ad annum quinquagesimum: omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis:
44 Et inuenti sunt tria millia ducenti.
45 Hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moysi.
46 Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos fecit ad nomen Moyses & Aaron, & principes Israel per cognationes & domos patrum suorum
47 A triginta annis & suprà, vsq; ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda,
48 Fuerunt simul octo millia quingenti octoginta.
49 Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquenque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

*recensere

CAP. V.

Qui è castris eiiciendi. Expiatio transgressionis. Confessio peccati. Lex primitiarum & oblationum. item zelotypiæ.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutúsque est super mortuo:
3 Tam masculum quàm fœminam eiicite de castris, ne contaminent ea, cùm habitauerint vobiscum.
4 Fecerũntque ita filii Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut loquutus erat Dominus Moysi.
5 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
6 Loquere ad filios Israel, Vir siue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint,
7 Confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintámque partem dèsuper ei in quem peccauerint.
8 Sinauté non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia.
9 Omnes quoque primitiæ quas offerunt filii Israel, ad sacerdotem pertinent:
10 Et quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit.
11 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicẽs, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos,
12 Vir cuius vxor errauerit, maritúmque contemnens dormierit cum altero viro,
13 Et hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed lateat adulterium, & testibus argui non possit: quia non est inuenta in stupro:
14 Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur:
15 Adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ. non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulteriũm.
16 Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino.
17 Assumétque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam.
18 Cùmque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amarissimas,
19 In quibus cum execratione maledicta cõgesserit, adiurabitque eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi.
20 Sinautem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro: his maledictionibus subiacebis,
21 Det te Dominus in maledictionem, exemplúmque cunctorum in populo suo, putrescere faciat femur tuum, & tumens venter tuus disrumpatur:
22 Ingrediãtur aquæ maledictæ in ventrem tuũ, & vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen, amen.
23 Scribétque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis,
24 In quas maledicta congessit, & dabit ei bibere:
25 Quas cùm exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponétque illud super altare:
26 Ita duntaxat vt prius, pugillum sacrificii tollat de eo quod offertur, & incendat super altare:
27 Et sic porum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & cõtempto viro adulterii rea, perrarosibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo.
28 Quòd si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos.
29 Ista est lex zelotypiæ, si declinauerit à viro suo, & si polluta fuerit,
30 Maritúsque zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectum Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt,
31 Maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

CAP. VI.

Lex consecratorum, siue nazaræorum. Benedicendi populi modus.

Locutúsque

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos. Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificentur,
3 Et se voluerint Domino consecrare: à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vna exprimitur, non bibent: vuas recentes siccásque non comedent cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur:
4 Quicquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsque ad acinum non comedent.
Iudic. 13. c. 5. *super
5 Omni tempore separationis suæ *nouacula non transibit per caput eius vsque ad completum diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente cæsarie capitis eius.
B 6 Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur,
7 Nec super patris quidẽ & matris & fratris sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est.
8 Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino.
9 Sinautem mortuus fuerit subitò quispiã coram eo, polluetur caput consecrationis eius: quod radet illico in eadem die purgationis suæ, & rursum septimo.
10 In octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonii.
11 Faciétq; sacerdos vnũ pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo: sanctificabitque caput eius in die illo.
*dies 12 Et consecrabit Domino die separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius.
C 13 Ista est lex consecrationis, Cùm dies quos ex voto decreuerat, complebuntur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis,
*Et offe- 14 *Vt offerat oblationem eius Domino, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum, hostiam pacificam,
15 Canistrum quoq; panum azymorum qui conspersi sint oleo, & lagana absq; fermento vncta oleo, ac libamina singulorum:
16 Quæ offeret sacerdos corã Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocaustũ.
17 Arietem vero immolabit hostiã pacificam Domino, offerens simul canistrũ azymorũ, & libamenta quæ ex more debentur.
Act. 21. d. 24. 18 *Tunc radetur nazaræus ante ostiũ tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tollétque capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum.
D 19 Et armũ coctum arietis, tortámq; absq; fermento vnã de canistro, & laganum azymum vnum, & tradet in manus Nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius.
20 Susceptáq; rursum ab eo, eleuabit in conspectu Domini: & sanctificata, sacerdotis erunt, sicut pectusculum quod separari iussum est, & femur. post hæc potest bibere nazaræus vinum.
21 Ista est lex nazaræi, cùm vouerit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius: iuxta quod mente deuouerat, ita faciet, ad perfectionem sanctificationis suæ.
22 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicẽs,
23 Loquere Aaron & filiis eius, *Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, *Ecclesiastic. 36. c. 19.
24 Benedicat tibi Dominus, & custodiat te.
25 Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui.
26 Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabúntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

CAP. VII.

Oblatio singulorum ducum populi Israelitici in dedicatione templi.

1 FActum est autem in die qua compleuit Moyses tabernaculũ, & erexit illud: vnxitq; & sanctificauit cũ omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius: *Exod. 40. 6. 16.
2 Obtulerunt principes Israel & capita familiarum *quæ erant super singulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant,
*qui
3 Munera coram Domino sex plaustrũ tecta cum duodecim bobus: vnum plaustrũ obtulêre duo duces, & vnum bouẽ singuli, obtulerũntque ea in cõspectu tabernaculi.
4 Ait autem Dominus ad Moysen,
5 Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi, & trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerii sui.
*testimonii *ea
6 Itaque cùm suscepisset Moyses plaustra, & boues, tradidit eos Leuitis.
7 Duo plaustra & quatuor boues dedit filiis Gerson, iuxta id quod habebãt necessariũ.
8 Quatuor alia plaustra, & octo boues dedit filiis Merari secundũ officia & cultum suum, sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis.
9 Filiis autem Caath non dedit plaustra & boues: quia in sanctuario seruiunt, & onera propriis portant humeris.
10 Igitur obtulerunt duces in dedicatione altaris, die qua vnctum est, oblationem suam ante altare.
11 Dixitque Dominus ad Moysen, Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris.
12 Primo die obtulit oblationem suã Nahasson filius Aminadab de tribu Iuda:
13 Fuerũntque in ea acetabulum argenteum pondo centũ triginta siclorum, phiala argentea habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
14 Mortariolum ex decem siclis aureis plenum incẽso:
15 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum.
16 Hircumque pro peccato:
17 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos an-

niculos quinque. hæc est oblatio Nahasson filii Aminadab.
18 Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Issachar,
19 Acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
20 Mortariolum aureum habens decem siclos plenum incenso:
21 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
22 Hircumque pro peccato:
23 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar.
24 Tertio die princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Helon,
25 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
26 Mortariolum aureum appendens decem
C siclos plenum incenso,
27 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
28 Hircumque pro peccato:
29 Et in sacrificio pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Eliab filii Helon.
30 Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur filius Sedeur,
31 Obtulit acetabulum argenteū appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, vtrunque plenū simila conspersa oleo in sacrificium:
32 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
33 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
34 Hircumque pro peccato:
35 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Elisur filii Sedeur.
36 Die quinto princeps filiorum Simeon, Salamiel filius Suri-saddai,
37 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
38 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
39 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
40 Hircumque pro peccato:
41 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Salamiel filii Suri-saddai.
D 42 Tertio [illegible] princeps filiorum Gad, Eliasaph filius Duel,
43 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
44 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
45 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
46 Hircumque pro peccato:
47 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliasaph filii Duel.
48 Die septimo princeps filiorum Ephraim, Elisama filius Ammiud,
49 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
50 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
51 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
52 Hircumque pro peccato:
53 Et in hostias pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Elisama filii Ammiud.
54 Die octauo princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur,
55 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrunque plenū simila conspersa oleo in sacrificium:
56 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
57 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum.
58 Hircumque pro peccato:
59 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadassur.
60 Die nono princeps filiorum Ben-iamin, Abidan filius Gedeonis,
61 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
62 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
63 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
64 Hircumque pro peccato:
65 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Abidan filii Gedeonis.
66 Die decimo princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Ammi-saddai,
67 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa

F conspersa oleo in sacrificium:
68 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
69 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
70 Hircumque pro peccato:
71 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque hæc fuit oblatio Ahi-ezer filii Ammi-saddai.
72 Die vndecimo princeps filiorum Aser, Phegiel filius Ochran,
73 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:
74 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
75 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
76 Hircumque pro peccato:
77 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran.
78 Die duodecimo princeps filiorum Nephthali, Ahira filius Enan,
79 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrunque plenum simila oleo conspersa in sacrificium:
80 Mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso:
81 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum:
G 82 Hircumque pro peccato:
83 Et in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahira filii Enan.

In dedicationem
84 Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israel, in die qua consecratum est: acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim:
85 Mortariola aurea duodecim: Ita vt centum triginta siclos argenti haberet vnum acetabulum, & septuaginta siclos haberet vna phiala: id est in commune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti, pondere sanctuarii.
86 Mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pondere sanctuarii: id est simul auri sicli centum viginti.
87 Boues de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum. Hirci duodecim pro peccato.

In dedicationem
88 In hostias pacificorum, boues viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando vnctum est.
89 Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio quod erat super arcam testimonii inter duos cherubim, vnde & loquebatur ei.

CAP. VIII.

Dispositio lucernarum. Forma candelabri. Purgatio & oblatio Leuitarum. Ætas Leuitarum.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere Aaron, & dices ad eum. Cùm posueris septem lucernas, candelabrum in Australi parte erigatur.
3 Hoc igitur præcipe vt lucernæ contra Boream eregione respiciant ad meridiem panum propositionis: contra eam partem quam candelabrum respicit, lucere debebunt.
4 Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum, vt præceperat Dominus Moysi.
5 Hæc autem erat factura candelabri, Ex auro ductili, tam medius stipes quàm cuncta quæ ex vtroque calamorum latere nascebantur, iuxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum.
6 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens,
7 Tolle Leuitas ex medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum,
8 Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint,
9 Tollent bouem de armentis, & libamentum eius similam oleo conspersam, bouem autem alterum de armento tu accipies pro peccato:
10 Et applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel.
11 Cumque Leuitæ fuerint coram Domino, ponent filii Israel manus suas super eos,
12 Et offeret Aaron Leuitas, munus in conspectu Domini à filiis Israel, vt seruiant in ministerio eius.
13 Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum, & quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini, vt depreceris pro eis.
14 Statuesque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei.
15 Et postea ingrediantur tabernaculum fœderis vt seruiant mihi: sicque purificabis & consecrabis eos in oblationem Domini:
16 Quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israel: * pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos. *Exo. 13. A 2, Num. 18. 25.*
17 Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quàm ex iumentis, ex die quo * percussi omne primogenitum in Terra AEgypti, sanctificaui eos mihi. *Supra 3. 8. 13.*
18 Et tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel:
19 Tradidique eos dono Aaron & filiis eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis ne sit in populo plaga, si nos fuerint

D filiorum Israel

accedere ad sanctuarium.

30 Fecerúntque Moyses & Aaron & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis quæ præceperat Dominus Moysi.

31 Purificatique sunt, & lauerunt vestimenta sua: eleuauitque eos Aaron in conspectu Domini, & orauit pro eis,

32 Vt purificati ingrederentur officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis eius: sicut præceperat Dominus Moysi de Leuitis, ita factum est.

33 Loc túsque est Dominus ad Moysen, dicens,

34 Hæc est lex Leuitarum, A vigintiquinque annis, & suprà, ingredientur vt ministrent tabernaculo fœderis.

35 Cúmque quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt.

36 E^xque ministri fratrum suorum in tabernáculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commẽdata, opera autem ipsa non faciant. sic dispones Leuitas in custodiis suis.

CAP. IX.

Phase mundorum & immundorum. Nubes operent tabernaculum ducit exercitum.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai anno secundo postquam egressi sunt de Terra-Aegypti, mense primo, dicens,

2 Faciant filii Israel Phase in tempore suo:

3 Quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes cæremonias, & iustificationes eius.

4 Præcepitque Moyses filiis Israel vt facerent Phase.

B 5 Qui fecerunt tempore suo: quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai, iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moysi, fecerunt filii Israel.

6 Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad Moysen & Aaron, dixerunt eis,

7 Immundi sumus super anima hominis: quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israel?

8 Quibus respondit Moyses, State vt consulam quid præcipiat Dominus de vobis.

9 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,

10 Loquere filiis Israel, Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino in mense secundo,

11 Quartadecima die mensis ad vesperam: cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud.

12 Non relinquent ex eo quippiam vsque mane, *& os eius non confringent: omnem ritum Phase obseruabunt.

Exod. 12. 46. 10. 19. 1. 35.

13 Siquis autem & mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit,

14 Peregrinus quoque & aduena si fuerint apud vos, facient Phase Domino iuxta cæremonias & iustificationes suas. Præceptum C idem erit apud vos tam aduenæ, quàm indigenæ.

15 Igitur die qua erectũ est tabernaculum, *operuit illud nubes. à vespere autem super tentorium erat quasi species ignis vsque mane. *Exod. 40. d. 34.*

16 Sic fiebat iugiter, per diem operiebat illud nubes, & per noctẽ quasi species ignis.

17 Cúmque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel: & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur.

18 Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. *Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: *1. Cori. 10. a. 1.*

19 Et si euenisset vt multo tempore manet super illud, erant filii Israel in excubiis Domini, & non proficiscebantur. D

20 Quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum, ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant.

21 Si fuisset nubes à vespere vsque manè, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: & si post diem & noctem recessisset, dissipabant tentoria.

22 Si vero biduo aut vno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israel in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autem vt recessisset, mouebant castra.

23 Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur, seruántque in excubiis Domini iuxta imperium eius per manum Moysi.

CAP. X.

Tubæ argenteæ & earum officia. De Sinai proficiscuntur Israelitæ. Recensentur castrorum duces. Hobab renuit cum Moyse proficisci.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra.

3 Cúmque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis.

4 Si semel clanguerís, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel.

5 Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad Orientalem plagam.

6 In secundo autem sonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad Meridiem. & iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem.

7 Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vlulabunt.

8 Filii autem Aaron sacerdotis clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.

Si exi

B 9 Si exieritis ad bellum de terra vestra, contra hostes qui dimicãt aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri corã Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorũ vestrorũ.

10 Siquando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, caneris tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri. ego Dominus Deus vester.

11 Anno secundo, mense secundo, vicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis:

12 Profectíque sunt filii Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan.

13 Mouerúntque castra primi iuxta imperium Domini per manum Moysi.

14 *Filii Iuda per turmas suas, quorũ princeps erat Nahasson filius Aminadab. *Supra 2. 3. 7.*

15 In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar.

16 In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon.

17 Depositúmque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filii Gerson & Merari:

18 Profectíque sunt & filii Ruben, per turmas & ordinem suum, quorum princeps erat Helisur filius Sedeur.

C 19 In tribu autẽ filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel filius Surisaddai.

20 Porrò in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel.

21 Profectíque sunt & Caathitæ portantes sanctuarium. Tandiu tabernaculum portabatur, donec venirẽt ad erectionis locũ.

22 Mouerunt castra & filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud.

23 In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur.

24 Et in tribu Ben-iamin erat dux Abidan filius Gedeonis.

25 Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahi-ezer filius Ammi-saddai.

26 In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran.

27 Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

28 Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. D

29 Dixítque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ cognato suo, Proficiscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli.

30 Cui ille respondit, Non vadã tecum, sed reuertar in terrã meam in qua natus sum.

31 Et ille, Noli, inquit, nos relinquere. tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster.

32 Cúmque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis tradiderit nobis.

33 Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum, arcáque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres prouidens castrorum locum.

34 Nubes quoque Domini super eos erat per diem cum incederent.

35 Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses, *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. *Psal. 67. a. 2.*

36 Cùm autem deponeretur, aiebat, Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.

CAP. XI.

Murmurans populus punitur igne. Optat carnes. Fastidit Man. Murmuratio & infidelitas Moysi. Septuaginta senioribus parcitur. Deus onus Moysi. Carnes promittuntur populo. Prophetant septuaginta seniores. Eldad & Medad prophetant. Moyses optat omnes prophetare. Plaga coturnicum. Puniuntur carnivori.

1 IN terea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominũ. Quod cùm audisset ira eius est: & accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. *Dominus

2 Cúmque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis.

3 Vocauitque nomen loci illius Incensio: eo quòd succensus fuisset contra eos ignis Domini.

4 Vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desyderio carniũ, sedens & flens, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait, *Quis dabit nobis ad vescẽdum carnes? *1. Corinth. 10. b. 6.*

5 Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia,

6 Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.

7 *Erat autem Man quasi semen coriandri, coloris bdellii. *Exod. 16. c. 14. sap. 16. c. 20.*

8 Circuibátque populus, & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. *psal. 77. c. 24. ioan. 6. d. 31.*

9 Cúmque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man.

10 Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui: iratúsque est furor Domini valde: sed & Moysi intoleranda res visa est.

11 Et ait ad Dominum, Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te: & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me?

12 Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in Terram pro qua iurasti patribus eorum? C

13 Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini flenti contra me, dicentes, Da nobis carnes vt comedamus.

13 Non possum solus sustinere omnem hûc
populum, quia grauis est mihi.
35 Sin aliter tibi videtur, obsecro vt inter-
ficias me, & inueniam gratiam in oculis
tuis, ne tantis afficiar malis.
D 16. Et dixit Dominus ad Moysen, Congrega
mihi septuaginta viros de senibus Israel,
quos tu nosti quòd senes populi sint ac
magistri: & duces eos ad ostium taberna-
culi fœderis, faciésque ibi stare tecum,
17 Vt descendam & loquar tibi: & auferam
de Spiritu tuo, tradámque eis, vt sustèrent
tecum onus populi, & non tu solus gra-
ueris.
18 Populo quoque dices, Sanctificamini
"& cras: comedetis carnes. ego enim audiui
vos dicere, Quis dabit nobis escas carnium?
bene nobis erat in AEgypto. Vt det vobis
Dominus carnes, & comedatis:
19 Non vno die, nec duobus, vel quinque
aut decem, nec viginti quidem,
20 Sed vsque ad mensem dierum, donec ex-
eat per nares vestras, & vertatur in nau-
seam, eo quod repuleritis Dominum qui
in medio vestri est, & fleueritis coram eo,
dicentes, Quare egressi sumus ex AEgy-
pto, vt periremus in solitudine?
E 21 Et ait Moyses ad Dominum, Sexcenta
millia peditum huius populi sunt: & tu di-
cis, Dabo eis esum carnium mense inte-
gro:
Ioã.6.a.7 22 *Nunquid ouium & boum multitudo cæ
detur, vt possit sufficere ad cibum? vel o-
mnes pisces maris in vnum congregabun-
tur, vt eos satient?
23 Cui respondit Dominus, Nunquid ma-
nus Domini inualida est? iam nunc videbis
vtrum meus sermo opere compleatur.
24 Venit igitur Moyses, & narrauit populo
verba Domini, congregans septuaginta vi-
*populi ros de senibus *Israel, quos stare fecit circa
tabernaculum.
25 Descendítque Dominus per nubem, & lo-
cutus est ad eum, auferens de Spiritu qui
erat in Moyse, & dans septuaginta viris.
F Cúmque requieuisset in eis Spiritus, pro-
phetauerunt, nec vltrà cessauerunt.
26 Remanserant autem in castris duo viri,
quorum vnus vocabatur Eldad, & alter
Medad, super quos requieuit Spiritus. (nã
& ipsi descripti fuerant, & non exierant ad
tabernaculum.)
27 Cúmque prophetarent in castris, cucur-
rit puer, & nuntiauit Moysi, dicens, Eldad
& Medad prophetant in castris.
28 Statim Iosue filius Nun, minister Moysi,
& electus e pluribus, ait, Domine mi Moy-
ses, prohibe eos.
29 At ille, Quid, inquit, æmularis pro me?
Quis tribuat vt omnis populus prophetet,
& det eis Dominus Spiritum suum?
G 30 Reuersúsque est Moyses, & maiores natu
Exod. 16. v.13. psal. 77.v.31. Israel in castra.
31 *Ventus autem egrediens à Domino, ar-
repras trans mare coturnices detulit, &
demisit in castra itinere quantum vno die
confici potest, ex omni parte castrorũ per
circuitum, volabántque in aere duobus cu-
bitis altitudine super terram.
32 Surgens ergo populus toto die illo, & no-
cte, ac die altero, congregauit coturnicum
multitudinem: qui parum, decem coros. &
siccauerunt eas per gyrum castrorum.
33 Adhuc carnes erant in dentibus eorum,
nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce
furor Domini cõcitatus in populum, per-
cussit eum plaga magna nimis.
34 Vocatúsque est ille locus, Sepulchra-cõ-
cupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populũ
qui desiderauerat carnes.
35 Egressi autem de Sepulchris-concupi-
scentiæ, venerunt in Haseroth, & manse-
runt ibi.

CAP. XII.

Aaronem & Mariam murmurantes contra Moysen, Deus increpat. Prophetis per somnia loquitur Deus. Moysen commẽdat Deus. Oratione Moysi sanatur Maria à lepra.

1 LOcutáque est Maria & Aaron contra
Moysen propter vxorem eius AEthio-
pissam, & dixerunt,
2 Num per solum Moysen locutus est Do-
minus? nónne & nobis similiter est locu-
tus? Quòd cum audisset Dominus, iratus
est valde.
3 Erat enim Moyses vir mitissimus super
omnes homines qui morabantur in Terra.
4 Statim locutus est Dominus ad eum, &
ad Aaron & Mariam, Egredimini vos tan-
tùm tres ad tabernaculum fœderis.
5 Cúmque fuissent egressi, descendit Domi-
nus in columna nubis, & stetit in introitu
tabernaculi vocans Aaron & Mariam.
Qui cum iissent, dixit ad eos,
6 Audite sermones meos. Si quis fuerit in-
ter vos propheta Domini, in visione appa-
rebo ei, vel per somnium loquar ad illum.
7 At non talis seruus meus Moyses, qui in
omni domo mea fidelissimus est.
8 Ore enim ad os loquor ei: "palàm, & non "&
per ænigmata & figuras Dominum videt.
Quare ergo non timuistis detrahere seruo
meo Moysi?
9 Iratúsque contra eos, abiit:
10 Nubes quoque recessit quæ erat super
tabernaculum: & ecce Maria apparuit can-
dens, lepra, quasi nix. Cúmque respexisset
eam Aaron, & vidisset perfusam lepra,
11 Ait ad Moysen, Obsecro domine mi, ne
imponas nobis hoc peccatum, quod stulè
commisimus,
12 Ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuũ
quod proficitur de vulua matris suæ. ecce
iam medium carnis eius deuoratum est à
lepra.
13 Clamauítque Moyses ad Dominum, di-
cens, Deus obsecro sana eam.
14 Cui respondit Dominus, Si pater eius D
spuisset in faciẽ illius, nónne debuerat sal-
tem septem diebus rubore suffundi? Sepa-
retur septem diebus extra castra, & postea
reuocabitur.
15 Exclusa est itaque Maria extra castra sep-
tem diebus: & populus non est motus de
loco illo donec reuocata est Maria.

CAP.

CAP. XIII.

*Reuersi exploratores de terra-Chanaan, bo-
rum referunt, terram laudantes: sed postea
detrahunt. Osee qui & Iosue. Caleb.*

1 PRofectúsque est populus de Haseroth,
fixis tentoriis in deserto Pharan.
2 Ibique locutus est Dominus ad Moysen,
dicens,
3 Mitte viros qui considerẽt Terram Cha-
naan, quam datturus sum filiis Israel, singu-
los de singulis tribubus, ex principibus.
4 Fecit Moyses quod Dominus imperauer-
rat, de deserto Pharan mittens principes
B viros,
5 Quorum ista sunt nomina. De tribu Ru
ben, Samua filium Zechur.
6 De tribu Simeon, Saphat filium Huri.
7 De tribu Iuda, Caleb filium Iephone.
8 De tribu Issachar, Igal filium Ioseph.
9 De tribu Ephraim, Osee filium Nun.
10 De tribu Ben-iamin, Phalti filium Ra-
phu.
11 De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi.
12 De tribu Ioseph, scilicet Manasse, Gaddi
filium Susi.
13 De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli.
14 De tribu Aser, Sthur filium Michael.
15 De tribu Nephthali, Nahabi filiũ Vapsi.
16 De tribu Gad, Guel filium Machi.
17 Hæc sunt nomina virorum quos misit
Moyses ad considerandam Terram: voca-
uítque Osee filium Nun, Iosue.
C 18 Misit ergo eos Moyses ad considerandã
Terram-Chanaan, & dixit ad eos,
Ascendite per Meridianam plagam.
19 Cúmque veneritis ad montes, considera-
te Terram qualis sit: & populum qui ha-
bitator est eius, vtrum fortis sit an infir-
mus, pauci numero an plures:
20 Ipsi terra, bona an mala: vrbes quales,
muratæ, an absque muris:
21 Humus pinguis an sterilis, nemorosa an
absque arboribus. Confortamini, & asserte
nobis de fructibus Terræ. Erat autem
tempus quando iam præcoquæ vuæ vesci
possunt.
D 22 Cúmque ascendissent, exploranerũt Ter
ram à deserto Sin, vsque Robob intrantibus
Emath.
23 Ascenderúntque ad Meridiem, & vene-
runt in Hebron, vbi erant Achiman & Si-
sai & Tholmai filii Enac. nam Hebron se-
ptem annis ante Tanim vrbem AEgypti
condita est.
Deuter.1. 24 *Pergentésque ad Torrentẽ botri, absci
v.24. derunt palmitem cum vua sua, quem por
tauerunt in vecte duo viri: de malis quoq;
granatis & de ficis loci illius tulerunt,
E 25 Qui appellatus est Nchel-escol, id est
Torrens-botri, eo quod botrum portas-
sent inde filii Israel.
26 Reuertíque exploratores Terræ post
quadraginta dies, omni regione circuita,
27 Venerunt ad Moysen & Aaron & ad
omnem cœtum filiorum Israel in deser-
tum Pharan, quod est in Cades: locutíq;
eis & omni multitudini, ostenderunt fru-
ctus Terræ.
28 Et narrauerunt, dicẽtes, Venimus in Ter F
ram ad quã misistis nos, quæ reuera fluit
*mistri lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci
potest:
29 Sed cultores fortissimos habet, & vrbes
*nimis grandes atque muratas. Stirpem Enac vi-
dimus ibi:
30 Amalec habitat in Meridie. Hethæus &
Iebuseus & Amorrhæus in montanis. Cha-
nanæus verò moratur iuxta Mare & circa
fluenta Iordanis.
31 Inter hæc Caleb compescés murmur po-
puli qui oriebatur cõtra Moysen, ait, Ascẽ
damus, & possideamus terram, quoniam
poterimus obtinere eam.
32 Alii verò qui fuerant cum eo, dicebant, G
Nequaquam ad hunc populum valemus
ascendere, quia fortior nobis est.
33 Detraxerúntque Terræ quã [illegible]xe-
rant, apud filios Israel, dicentes, Terra
quam lustrauimus, deuorat habitatores
suos: populus quem aspeximus proceræ
staturæ est:
34 Ibi vidimus monstra quædam filiorum
Enac de genere giganteo, quibus compa-
rati, quasi locustæ videbamur.

CAP XIIII.

*Murmurant populus vult lapidare Caleb & Iosue. Ira tat Dominus in populum iusde-
precatione Moysi placatur. Misericordia
Dei. Murmuratorium interitus prædicitur.
Fœnerantes Moysi mittuntur exploratores. Amalec
occidit Israelitas.*

1 IGitur vociferans omnis turba fleuit no
cte illa,
2 Et murmurari sunt contra Moysen & Aa
ron cũcti filii Israel, dicentes, Vtinam mor
tui essemus in AEgypto, & non in hac va-
sta solitudine.
3 Vtinam pereamus, & non inducat nos Do
minus in Terram istam, ne eadem* gladio, *nimis
& vxores ac liberi nostri ducantur captiui.
Nónne melius est reuerti in AEgyptum?
4 Dixerúntque alter ad alterum, Cõstitua-
mus nobis ducem, & reuertamur in AE-
gyptum.
5 Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt
proni in terram coram omni multitudine
filiorum Israel.
6 *At verò Iosue filius Nun, & Caleb filius *Ecclesiast.
Iephone, qui & ipsi lustrauerant Terram, 46.5.9.
sciderunt vestimenta sua, 1. mac. b.2.
7 Et ad omnem multitudinem filiorum Is- 1.56.
rael locuti sunt, Terra quam circuiuimus,
valde bona est:
8 Si propitius fuerit Dominus, inducet nos B
in eam, & tradet humum lacte & melle ma
nantem.
9 Nolite rebelles esse contra Dominum:
neque timeatis populũ Terræ huius: quia
sicut panem ita eos possumus deuorare. re
cessit ab eis omne præsidium: Dominus no
biscum est, nolite metuere.
10 Cúmque clamaret omnis multitudo, &
lapidibus eos vellet opprimere, apparuit
gloria Domini super tectum fœderis cun-
ctis videntibus filiis Israel.

11 Et dixit Dominus ad Moysen, Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis?
12 Feriam igitur eos pestilentia atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnã, & fortiorem quam hæc est.
C
Exod. 32. c.11. 13 Et ait Moyses ad Dominum, *Vt audiant Ægyptii de quorum medio eduxisti populum istum,
14 Et habitatores Terræ huius (qui audierunt quod tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & *nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem)
Exod. 13. d.21.
15 Quod occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem, & dicant,
Deut. 9. d.28. 16 *Non potuerat introducere populum in Terram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine.
17 Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens,
Psal. 102. b.8. 18 *Dominus patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullumque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.
19 Dimitte obsecro peccatum populi tui huius secundũ magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de
D Ægypto vsque ad locum istum.
20 Dixitque Dominus, Dimisi iuxta verbum tuum.
21 Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra.
22 Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quę feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ,
23 Non videbunt Terram pro qua iurauí patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam.
Sed Iosue 14. b.6. 24 *Seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in Terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam.
25 Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris-rubri.
E
26 Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens,
Psal. 105. c.26. 27 *Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me: Querelas filiorum Israel audiui.
28 Dic ergo eis, Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis:
29 In solitudine hac iacebunt cadauera vestra: *omnes qui numerati estis à viginti annis & suprà, & murmurastis contra me,
Deut. 1 f.35.
30 Non intrabitis Terrã super quam leuaui manum meam vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue filium Nun.
31 Parvulos autem vestros de quibus dixistis quòd præda hostibus forent, introducam: vt videãt Terrã quæ vobis displicuit.
32 Vestra cadauera iacebunt in solitudine. F
33 Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, *& portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto,
Ezech. 4. b.5.
34 Iuxta numerum quadraginta dierũ quibus considerastis Terram, (annus pro die imputabitur,) *& quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam.
Psal. 94. d.10.
35 Quoniam ipse locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet & morietur.
36 Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandam Terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd esset mala,
37 *Mortui sunt atque percussi in conspectu Domini.
1.Cor. 10. b.10. Hebr. 3 1.17. Iudæ b.5.
38 *Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam Terram.
Ecclesiast. 46 b.9.
39 Locutúsque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus G nimis.
40 Et ecce mane primo surgentes, ascenderunt verticem montis, atque dixerunt, Parati sumus ascendere ad locum de quo Dominus locutus est: quia peccauimus.
41 Quibus Moyses, Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum?
42 Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris.
43 Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quod noluerit is acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum.
44 At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis: arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris.
45 Descenditque Amalecites & Chananæus qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsque Horma.

CAP. XV.

Libamenta terram ingressis offrenda. Peccant per superbiam. Colligens ligna in sabbatho lapidatur. Fimbriæ. Fornicatio. Sancti.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis terram habitationis vestræ quam ego dabo vobis,
3 Et feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam pacificam vota soluentes, vel sponte offerentes munera, aut in solennitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino, de bobus siue de ouibus:
4 Offeret quicunque immolauerit victimã, B sacrificium similæ, decimam partem ephi conspersam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin:
5 Et vinum ad libã fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum siue in victimam
6 Per agnos singulos, & arietes, erit sacrificium similæ duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin:
7 Et vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis Domino.
E
8 Quando vero de bobus feceris holocaustum aut hostiam, vt impleas votum vel pacificas victimas,
9 Dabis per singulos boues similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin,
10 Et vinum ad libã fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris Domino.
11 Sic facies per singulos boues & arietes & agnos & hœdos.
12 Tam indigenæ quàm peregrini eodem ritu offerent sacrificia.
13 Vnum præceptum erit atque iudicium tam vobis quàm aduenis Terræ.
14 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
15 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos,
16 Cùm veneritis in Terram quam dabo vobis,
17 Et comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino.
18 De cibis vestris sicut de areis primitias separabitis,
19 Ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino.
20 Quòd si per ignorantiam præterieritis quicquam horum quæ locutus est Dominus ad Moysen,
21 Et mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà,
C
22 Oblitúque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocaustum in odorem suauissimum Domino, & sacrificium eius ac libamenta vt cæremoniæ postulant, hircumque pro peccato.
23 Et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel: & dimittetur eis, quoniam non sponte peccauerunt; nihilominus offerentes incensum Domino pro se & pro peccato atque errore suo.
24 Et dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur inter vos, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam.
vos
25 Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo:
26 Et deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccauerit coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi.
27 Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes.
28 Anima verò quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille siue peregrinus: quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.
D
29 Verbum enim Domini contẽpsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam.
30 Factum est autem: cùm essent filii Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die Sabbathi,
31 Obtulerunt eum Moysi & Aaron, & vniuersæ multitudini.
32 Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent.
33 Dixitque Dominus Ad Moysen, Morte moriatur homo iste, obruet eum lapidibus omnis turba extra castra.
34 Cúmque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus.
35 Dixit quoque Dominus ad Moysen,
Deute. 22. b.12. mat. 23. c.5. 36 Loquere filiis Israel, & dices ad eos: vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas:
37 Quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes,
38 Sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo.
39 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt essem Deus vester.

CAP. XVI.

Rebellio Core, Dathan, & Abirom. Missus Moyses. Murmurationes in Moysen petunt.

Ecclesia. 45. c.22. iudæ d.11. supra 26. a.9. 1 ECce autem Core filius Isaar, filii Caath, filii Leui, & Dathan atque Abirom filii Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben, *surrexerunt contra Moysen,
2 Aliíque filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore consilii per nomina vocabantur.
3 Cúmque stetissent aduersum Moysen & Aaron, dixerunt, Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini?
4 Quod cùm audisset Moyses, cecidit pronus in faciem:
5 Locutúsque ad Core & ad omnem multitudinem, Mane, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei.
6 Hoc igitur facite, Tollat vnusquisque thuribula sua, tu Core & omne concilium tuum:
7 Et hausto cras igne ponite desuper thymiama coram Domino: & quemcunque elegerit, ipse erit sanctus. multum erigimini filii Leui.
B
8 Dixitque rursum ad Core, Audite filii Leui,
9 Num parum vobis est quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei?
10 Idcirco ad se fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotium vendicetis,
11 Et omnis globus tuus fiat contra Domi-

num? quis est enim Aaron vt murmuretis contra eum?
12 Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abirom filios Eliab. Qui respondérunt, Non veniemus.
13 Numquid parum est tibi quòd eduxisti nos de terra AEgypti quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri?
C 14 Reuera induxisti nos in terram quæ fluit riuis lacte, & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum: an & oculos nostros vis eruere? non venimus.
15 Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum, Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.
16 Dixit ergo ad Core, Tu, & omnis congregatio tua state eorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim.
17 Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino, ducenta quinquaginta thuribula, Aaron quoque teneat thuribulum suum.
18 Quod cum fecissent, stantibus Moyse & Aaron,
19 Et congregassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.
20 Locutusque Dominus ad Moysen & Aaron, ait,
21 Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam.
D 22 Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt, Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet?
23 Et ait Dominus ad Moysen,
24 Præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abirom.
25 Surrexitque Moyses, & abiit ad Dathan & Abirom: & sequentibus eum senioribus Israel, dixit ad turbam,
26 Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involuamini in peccatis eorum.
27 Cúmque recessissent a tentoriis eorú per circuitum, Dathan & Abirom egressi stabant in introitu papilionum suorum cum vxoribus & liberis, omnique frequentia.
28 Et ait Moyses, In hoc scietis quòd Dominus miserit me vt facerem vniuersa quæ cernitis,
29 Et non ea proprio ea corde protulerim: Si consueta hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & cæteri visitari solent: non misit me Dominus.
E 30 Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintque viuentes in infernum, scietis quòd blasphemuerint Dominum.
Psal. 105. c. 17, deuter. 11. c. 6, iusta c. 3. 31 *Confestim igitur vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum:
32 Et aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum.
33 Descenderúntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.
34 At verò omnis Israel qui stabat per gyrum, fugit à clamore peruntium, dicens, Ne forte & nos terra deglutiat.
35 Sed & ignis egressus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incensum.
36 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
37 Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti, vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem huc illucque dispergat: quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum:
38 Producátque ea in laminas, & affigat altari, eo quòd oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, vt cernant ea pro signo & monimento filii Israel. F
39 Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas,
40 Affigens altari: vt haberent posteà filii Israel quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis congregatio eius loquente Domino ad Moysen.
41 Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens, Vos interfecistis populum Domini.
42 Cúmque oriretur seditio, & tumultus incresceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis:
43 Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini.
44 Dixitque Dominus ad Moysen,
45 Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc deleho eos.
46 Cúmque iacérent in terra, dixit Moyses ad Aaron, Tolle thuribulú, & hausto igne de altari mitte incensum desuper, *pergens cito ad populú vt roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desæuit. *cap. 18. d. 21.
47 Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama:
48 Et stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.
49 Fuerunt autem qui perculsi sunt quatuordecim millia hominum & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core.
50 Reuersúsque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquam quieuit interitus.

CAP. XVII.

De Virga Aaron germinante.

1 ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens,
2 Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas à cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ

virgæ suæ.
3 Nomen autem Aaron erit in tribu Leui: & vna virga cunctas eorum familias continebit.
B 4 Ponésque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio vbi loquar ad te.
5 Quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant.
6 Locutúsque est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus: fuerúntque virgæ duodecim absque virga Aaron.
C 7 Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii,
8 Sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.
9 Protulit ergo Moyses omnes virgas de cóspectu Domini ad cunctos filios Israel: viderúntq;, & receperunt singuli virgas suas.
D Hebræ. c. 4. 10 Dixitq; Dominus ad Moysen, Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, *vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, vt quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur.
11 Feceruque Moyses sicut præceperat Dominus.
*periuimus: 12 Dixerunt autem filii Israel ad Moysen, Ecce cósumpti sumus, omnes *peribimus:
13 Quicunque accedit ad tabernaculum Domini, moritur. num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus?

CAP. XVIII.

Officia Leuitarum. Aaronis hæreditas, Deus. Decimæ erant Leuitarum.

1 DIxitque Dominus ad Aaron, Tu & filii tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarii: & tu & filii tui simul iustinebitis peccata sacerdotii vestri.
*& sceptrum 2 Sed & fratres tuos de tribu Leui, *& sceptro patris tui sume tecum, præstóque sint, & ministrent tibi: tu autem & filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii.
3 Excubabúntque Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita dúmtaxat vt ad vasa sanctuarii & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul.
4 Sint autem tecum, & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus cæremoniis eius, alienigena nó miscebitur vobis.
5 Excubate in custodia sanctuarii, & in ministerio altaris: ne oriatur indignatio super filios Israel.
6 Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel & tradidi donum Domino, vt seruiant in ministeriis tabernaculi eius.
7 Tu autem & filii tui custodite sacerdotium vestrum: & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. si quis externus accesserit, occidetur.
8 Locutúsque est Dominus ad Aaron, Ecce B dedi tibi custodiam primitiarum mearum: omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali, legitima sempiterna.
9 Hæc ergo accipies de his quæ sanctificantur, & oblata sunt Domino. Omnis oblatio & sacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & *cedet in Sancta sanctorú, tuum erit, & filiorú tuorum. *cedit
10 In sanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia cósecratum est tibi.
11 Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filii Israel, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis.
12 Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.
13 Vniuersa frugum initia, quæ *tenuit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos. qui mundus est in domo tua, vescetur eis. *erumpit
14 Omne quod ex voto reddiderint filii Israel, tuum erit.
15 Quicquid primum *erumpet è vulua cúctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita dúntaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum est, redimi facias, C
16 Cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, pondere sanctuarii. *Siclus viginti obolos habet. Exo. 30. b. 13. leui. 27. c. 22, supra 3. & 47. e. fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem Domino. Ezech. 45. d. 12.
17 Primogenitum autem bouis & ouis & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino. sanguinem tantum eorum
18 Carnes vero in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter, tua erunt.
19 Omnes primitias sanctuarii quas offerunt filii Israel Domino, tibi dedi & filiis, ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum salis est sempiternum coram Domino tibi ac filiis tuis.
20 Dixitque Dominus ad Aaron, In terra eorú nihil *possidebitis, nec habebitis partem inter eos: *ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. *possidebis, nec habebis
21 Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis: Deut. 10. b. 9, & 12. a. 2, ios. 13. b. 14, & d. 33
22 Vt non accedant vltrà filii Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum. ezech. 44. g. 28.
23 Solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi.
24 Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. D
25 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
26 Præcipe Leuitis, atq; denuntia, Cum acceperitis à filiis Israel decimas quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est

decimam partem decimæ,
29 Vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de areis quàm de torcularibus.
28 Et vniuerſis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aaron ſacerdoti.
29 Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini ſeparabitis, optima & electa erunt cuncta.
30 Dicesque ad eos, Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quaſi de area & torculari dederitis primitias:
31 Et comedetis eas in omnibus locis veſtris, tam vos quàm familiæ veſtræ: quia pretium eſt pro miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonii.
32 Si feceritis peccabitis ſuper hoc, egregia vobis & pinguia reſeruantes: ne polluatis oblationes filiorum Iſrael, & moriamini.

CAP. XIX.

Vacca rufa. Lex morientis in tabernaculo, & tangentis immundum.

1 LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens,
2 Iſta eſt religio victimæ, quam conſtituit Dominus. Præcipe filiis Iſrael vt adducant ad te vaccam rufam totam ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugum:
3 *Tradeſque eam Eleazaro ſacerdoti, qui eductam extra caſtra, immolabit in conſpectu omnium:
4 Et tingens digitum in ſanguine eius, aſperget contra fores tabernaculi ſeptem vicibus,
5 Comburétque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm ſanguine & ſtimo flammæ tradet.
6 Lignum quoque cedrinum, & hyſſopum, coccumque bis tinctum iacerdos mittet in flammam quæ vaccam vorat.
7 Et tunc demum lotis veſtibus, & corpore ſuo, ingredi tur in caſtra, commaculatúſque erit vſque ad veſperum.
8 Sed & ille qui combuſſerit eam, lauabit veſtimenta ſua & corpus, & immundus erit vſque ad veſperum.
9 Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta eſt.
10 Cumque lauerit qui vaccæ portauerat cineres veſtimenta ſua, immundus erit vſque ad veſperum. Habebunt hoc filii Iſrael & aduenæ, qui habitant inter eos, ſanctum iure perpetuo.
11 Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus:
12 Aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur. Si die tertio aſperſus non fuerit, ſeptimo non poterit emundari.
13 Omnis qui tetigerit humanæ animæ mortuum, & aſperſus hac commiſtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Iſrael: quia aqua expiationis non eſt aſperſus, immundus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eum.
14 Iſta eſt lex hominis qui moritur in tabernaculo, Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuerſa vaſa quæ ibi ſunt, polluta erunt ſeptem diebus.
15 Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit.
16 Siquis in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſiue os illius, vel ſepulchrum, immundus erit ſeptem diebus.
17 Tollentúque de cineribus combuſtionis atque peccati, & mittent aquas viuas ſuper eos in vas:
18 In quibus cum homo mundus tinxerit hyſſopum, aſperget ex eo omne tentorium, & cunctam ſupellectilem, & homines huiuſcemodi contagione polluros.
19 Atque hoc modo mundus luſtrabit immundum tertio & ſeptimo die. expiatúſque die ſeptimo, lauabit & ſe & veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum.
20 Siquis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio cœtus: quia ſanctuarium Domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus.
21 Erit hoc præceptum legitimum ſempiternum: ipſe quoque qui aſpergit aquas, lauabit veſtimenta ſua: omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vſque ad veſperum.
22 Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vſque ad veſperum.

CAP. XX.

Moritur Maria. Populo murmuranti datur aqua è petra. Infidelitas Aaronis & Moyſi. Edom negat tranſitum Iſraelitis. Moritur Aaron. Subſtituitur Eleazarus.

1 VEnerúntque filii Iſrael, & omnis multitudo in deſertum Sin, menſe primo: & manſit populus in Cades. Mortuáque eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco.
2 Cumque indigeret aqua populus, conuenerunt aduerſum Moyſen & Aaron,
3 Et verſi in ſeditionem, dixerunt, Vtinam periſſemus inter fratres noſtros coram Domino.
4 *Cur eduxiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinem, vt nos, & noſtra iumenta moriamur?
5 Quare nos feciſtis aſcédere de AEgypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata, inſuper & aquam non habet ad bibendum?
6 Ingreſſúſq; Moyſes & Aaron dimiſſa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamauerúntque ad Dominum, atque dixerunt, Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt ſtati ceſſet murmuratio eorum. & apparuit

ruit gloria Domini ſuper eos.
7 Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,
8 Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas: cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius.
9 Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei,
10 Congregata multitudine ante petram dixitque eis, Audite rebelles & incredúli, Num de petra hac vobis aquam poterimus elicere?
11 Cumque eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, *egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus bíberet, & iumenta".
12 Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron, *Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.
13 Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filii Iſrael contra Dominum, & ſanctificatus eſt in eis.
14 Miſit interea nuntios Moyſes de Cades ad regem Edom, qui dicerent, Hæc mandat frater tuus Iſrael. Noſti omnem laborem qui apprehendit nos,
15 Quomodo deſcenderint patres noſtri in AEgyptum, & habitauerimus ibi multo tẽpore: affixerintque nos AEgyptii, & patres noſtros:
16 Et quomodo clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miſeritque angelum qui eduxerit nos de AEgypto. Ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti,
17 Obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuã. Non bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via publica, nec ad dexteram nec ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos.
18 Cui reſpondit Edom, Non tranſibis per me, alioquin armatus occurram tibi.
19 Diuerúntque filii Iſrael, Per tritam gradiemur viã, & ſi b berimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus quod iuſtum eſt: nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter tranſeamus.
20 At ille reſpondit, Non tranſibis. Stratimque egreſſus eſt obuius cum infinita multitudine, & manu forti,
21 Nec voluit acquieſcere deprecáti, vt concederet tranſitum per fines ſuos. Quamobrem diuertit ab eo Iſrael.
22 *Cúmque caſtra mouiſſent de Cades, venérunt in montem Hor, qui eſt in finibus terræ Edom:
23 Vbi loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,
24 Pergat, inquit, Aaron ad populos ſuos: non enim intrabit terram quam dedi filiis Iſrael, eo quòd incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis.
25 *Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor.
26 Cúmque nudaueris patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi.
27 Fecit Moyſes vt præceperat Dominus, & aſcenderunt in montem Hor coram omni multitudine.
28 Cúmque Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, *induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis ſupercilio, deſcendit cum Eleazaro.
29 Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas.

CAP. XXI.

Victis Iſrael regem Arad. Votum Iſraelis cum conditione. Horma. Rebellis Iſrael per minas à ſerpentibus ignitis. Serpens æneus figura Chriſti. Victoriæ Sehon & Og.

1 QVod cùm audiſſet Chanan rex Arad, qui habitabat ad meridiem, veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorũ viã, pugnauit contra illum, & victor exiſtens, duxit ex eo prædam.
2 At Iſrael voto ſe Domino obligant, ait, Si tradideris populum iſtum in manu mea, delebo vrbes eius:
3 Exaudiuitque Dominus preces Iſrael, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit ſubuerſis vribibus eius: & vocauit nomen loci illius, Horma, id eſt anathema.
4 Profecti ſunt autem & de mõte Hor, per viam quæ ducit ad Mare rubrum, vt circumirent Terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris:
5 Locutúſque contra *Dominum & Moyſen, ait, Cur eduxiſti nos de AEgypto, vt moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra iam naueat ſuper cibo iſto leuiſſimo.
6 Quamobrem *miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum,
7 Venerunt ad Moyſen, atq; dixerunt, Peccauimus, quia loquuti ſumus contra Dominũ & tecum vt tollat à nobis ſerpentes. Orauit Moyſes pro populo, & loquutus eſt Dominus ad eum, Fac ſerpentẽ æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, viuet.
9 Fecit ergo Moyſes *SERPENTEM AENEVM, & poſuit eum pro ſigno: quẽ cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.
10 *Profectique filii Iſrael caſtrametati ſunt in Oboth.
11 Vnde egreſſi fixére tentoria in Ie-abarim, in ſolitudine quæ reſpicit Moab contra Orientalem plagam.
12 Et inde mouentes, venerunt ad Torrentem-Zared.
13 Quem relinquẽtes caſtrametati ſunt contra Arnon, quæ eſt in deſerto, & prominet in finibus Amorrhæi. *ſiquidem Arnon terminus eſt Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos.
14 Vnde dicitur in libro bellorum Domini, Sicut fecit in Mari-rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon.

D 25 Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum.

26 Et ex eo loco apparuit puteus, super quo loquutus est Dominus ad Moysen, Congrega populum, & dabo ei aquam.

27 Tunc cecinit Israel carmen istud. Ascendat puteus. Concinebant,

28 Puteus quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis.

29 Profectique sunt de solitudine, Mathana: de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth.

*De 30 *Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum.

E 21 *Misit autem Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens,

*Deu.2.v. 26,*indic. 11.d.19, *psal.134. c.11.* 22 Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis. via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos.

23 Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa, pugnauitque contra eum.

*Isa.12.c.7. 24 *A quo percussus est in ore gladii, & possessa est terra eius ab Arnon vsque Ieboc, & filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum.

F 25 Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, & viculis eius.

26 Vrbs Hesebon sunt Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab: & tulit omnem terrā quæ ditionis illius fuerat, vsque Arnon.

27 Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Hesebon, ædificetur, & construatur ciuitas Sehon.

28 Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon.

*Num.21.v. 6.7. 29 *Væ tibi Moab, periisti populc Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon.

30 Iugum ipsorum disperiit ab Hesebon vsque Dibon. Iasi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba.

G 31 Habitauit itaque Israel in Terra Amorrhæi.

32 Misitque Moyses qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & possederunt habitatores.

Deut.3.a. 1.29.c.3. 33 *Verterunt que se, & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai.

34 Dixitq; Dominus ad Moysen, Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: faciesque illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon:

35 Percusserunt igitur & hunc cū filiis suis, vniuersumque populum eius vsque ad internecionem, & possederunt terram illius.

CAP. XXII.

Balac accersit Balaam propheram, vt maledicat populo Israel. Balaam nihil potest contra Dei voluntatem. Euntem Balaam corripit Angelus, eiusque asina loquitur.

PRofectique castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est.

2 Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo,

3 Et quod pertimuissent eum Moabitæ, & impetum eius ferre non possent,

4 Dixit ad maiores natu Madiā. Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse autem erat eo tempore rex in Moab.

5 *Misit ergo nūtios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, vt vocarent eum, & dicerent, Ecce egressus est populus ex AEgypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me.

Isa.34. b.9. E

6 Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere, & eiicere eum de terra mea. noui enim quod benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledixeris.

7 Perrexerunt seniores Moab, & maiores natu Madian habētes diuinationis pretium in manibus. Cumque venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac,

8 Ille respondit, Manete hic nocte, & responsum quicquid mihi dixerit Dominus.

9 Manentibus autem illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum, Quid sibi volunt homines isti apud te?

10 Respondit. Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, dicens,

11 Ecce populus qui egressus est de AEgypto operuit superficiem terræ: veni, & maledic ei, si quo modo possim pugnans abigere eum.

G

* abiicere

12 Dixitque Deus ad Balaam, Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est.

13 Qui mane consurgens dixit ad principes, Ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum.

14 Reuersi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaam venire nobiscum.

15 Rursum ille multo plures & nobiliores quàm ante miserat, misit.

16 Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt, Sic dicit Balac filius Sephor, Ne cunctēris venire ad me:

17 Paratus sum honorare te, & quicquid volueris dabo tibi: veni, & maledic populo isti.

18 Respondit Balaam, *Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar.

D

*Infrà 24. c.13.

19 Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus.

20 Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei, Si

ei, Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita dūtaxat, vt quod tibi præcepero, facias.

1

21 Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profectus est cum eis.

22 Et iratus est Deus stetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum.

2.Pet.2.c. 16,*Iudæ 4.11.* * Domini

23 *Cernens asina Angelum *stantem in via euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere,

E

24 Stetit Angelus in angustiis duarum macerarum, quibus vinex eingebantur.

25 Quam videns asina, iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam.

26 Et nihil dominus Angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit.

27 Cumque vidisset asina stātem Angelum, concidit sub pedibus sedentis. Qui iratus, vehementius cædebat fuste latera eius.

28 Aperuitque Dominus os asinæ, & loquuta est, Quid feci tibi? cur percutis me ecce iam tertio?

29 Respondit Balaam, Quia commeruisti, & illusisti mihi: vtinam haberem gladium vt te perimerem.

F

30 Dixit asina, Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti vsque in præsentem diem? dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait, Nunquam.

31 Protinus aperuit Dominꝰ oculos Balaā, & vidit Angelum stantem in via euaginato gladio, adorauitq; eum prono in terram.

*verberasti

32 Cui Angelus, Cur, inquit, tertio verberas asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihiq; cōtraria:

33 Et nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret.

G

34 Dixit Balaam, Peccaui, nesciens quod tu stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar.

* abiicere

35 Ait Angelus, Vade cum istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus.

G

36 Quod cum audisset Balac, egressus est in occursum eius in oppido Moabitarū, quod situm est in extremis finibus Arnon.

*vocare

37 Dixitque ad Balaam, Misi nuntios vt vocarent te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo?

38 Cui ille respondit, Ecce adsum: nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo?

39 Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat.

40 Cumque occidisset Balac boues & oues, misit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera.

41 Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

CAP. XXIII.

Balaam pio maledicere tendit Israeli, prædicens futurum maximum populum. Verax Deus.

1 DIxitque Balaam ad Balac, AEdifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdémque numeri arietes.

2 Cumque fecisset iuxta sermonē Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietem super aram.

3 Dixitque Balaam ad Balac, Sta paulisper iuxta holocaustum tuum, donec vadam, si forte occurrat mihi Dominus, & quodcunque imperauerit, loquar tibi. Cumque abiisset velociter, occurrit illi Deus.

4 Locutusque ad eum Balaam, Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper.

5 Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait,

6 Reuertere ad Balac, & hæc loquēris. Reuersus inuenit stantem Balac, & omnia holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum.

7 Assumptáque parabola sua, dixit, De Arā adduxit me Balac rex Moabitarum, de mōtibus Oriēris. Veni, inquit, & maledic Iacob, propera, & detestare Israel.

8 Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? qua ratione detester, quem Dominus non detestatur?

9 De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum: populus solus habitabit, & inter Gentes non reputabitur.

10 Quis dinumerare possit puluerē Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.

11 Dixitque Balac ad Balaam, Quid est hoc quod agis? vt malediceres inimicis meis vocaui te: & tu econtrario benedicis eis.

12 Cui ille respondit, Num aliud possum loqui nisi quod iusserit Dominus?

13 Dixit ergo Balac, Veni mecū in alterum locum vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei.

&

14 Cumque eduxisset eū in locū sublimem, C
super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & imposuit super vitulis atque arietibus, dixit ad Balac,

15 Sta hic iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam.

16 Cui cum Dominus occurrisset, posuisset que verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei.

17 Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac, Quid, inquit, loquutus est Dominus?

18 At ille assumpta parabola sua, ait, Sta Balac & ausculta, audi fili Sephor,

19 Non est Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? loquutus est, & non implebit?

20 Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo.

21 Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius

h.ſi.

cum eo est, & clāgor victoriæ regis in illo.
Infrà 24. b.3. 22 *Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis.
D 23 Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel: temporibus suis dicetur Iacob & Israeli quid operatus sit Deus.
24 Ecce populus vt læna consurget, & quasi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat.
25 Dixitque Balac ad Balaam, Nec maledicas ei, nec benedicas.
26 Et ille ait, Nonne dixi tibi quòd quicquid mihi Deus imperaret, hoc facerem?
Dominus. 27 Et ait Balac ad eum, Veni, & ducam te ad alium locum: si forte placeat Deo vt inde maledicas eis.
E 28 Cúmque duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem,
29 Dixit ei Balaam, Aedifica mihi hic septē aras, & totidem vitulos, eiusdémque numeri arietes.
30 Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

CAP. XXIIII.

Balaam prophetat de futuro regno Israel, Christi aduentum prædicit. Amalechitarum & Cinæorum interitus. De Romano imperio Patricinium.

1 CVmque vidisset Balaam quòd placeret Domino vt benediceret Israel, nequaquā abiit vt ante perrexerat, vt augurium quæreret: sed dirigens contra desertum vultum suum,
2 Et eleuans oculos vidit Israel in tentoriis commorantem per tribus suas: & irruēte in se Spiritu Dei assumpta parabola ait,
3 Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus,
4 Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis inuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius,
5 Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel!
6 Vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.
B 7 Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius.
Supra 23. d.22. 8 *Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. deuorabunt Gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis.
9 Accubans dormiuit vt leo, & quasi læna, quem suscitare nullus audebit. qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur.
"tibi 10 Iratúsque Balac contra Balaam, complosis manibus ait, Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus ecōtrario tertio benedixisti.
11 Reuertere ad locum tuum: decreueram quidem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito.
C 12 Respondit Balaam ad Balac, Nónne nuntios tuos, quos misisti ad me, dixi,
13 Si dederit mihi Balac plenā domum suā argenti & auri, non potero præterire sermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar?
14 Verūtamen pergens ad populum meum, dabo "consilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.
"tibi
15 Sumpta igitur parabola, rursum ait, Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei,
16 Qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos, Videbo eum, sed non modò:
17 Intuebor illum, sed non propè. ORIETVR STELLA ex Iacob, & consurget virga de Israel: & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth.
IESVS
18 Et erit idumæa possessio eius: hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget.
D
19 De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis.
20 Cumque vidisset Amalec, assumens parabolam, ait, Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdentur.
21 Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola, ait, Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuum,
22 Et fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris permanere? Assur enim capiet te.
23 Assumptáque parabola iterum loquutus est, Heu quis victurus est quando ista faciet Deus?
24 Venient in triremibus de Italia, superabunt Assyrios, vastabúntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.
25 Surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque via qua venerat rediit.

CAP. XXV.

Fornicatur populus cum filiabus Moab. Phinees occidit Zamri & Cozbi. Madianitæ iubet Deus occidere.

1 MOrabatur autem eo tempore Israel in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab.
2 Quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua: at illi comederunt, & adorauerunt deos earū.
3 Initia ásque est Israel Beel-Phegor, & irarus Dominus ait ad Moysen,
4 *Tolle cūctos principes populi, & suspende eos contra-solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israel.
Ioſ.22.d.17. Num.4.a.3.
5 Dixitque Moyses ad iudices Israel, Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beel-Phegor.
6 Et ecce vnus de filiis Israel intrauit corā fratribus suis ad scortum Madianitidem vi*de*nte Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi.
r.Mach.2. f.541 psal. 105.e.30.
7 *Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis, surrexit de medio
r.corin.10. b.3.

dio multitudinis, & arrepto pugione
8 Ingressus est post virum Israelitam in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. cessauitque plaga à filiis Israel.
C 9 Et occisi sunt viginti quatuor millia hominum.
10 Dixitque Dominus ad Moysen,
11 Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo.
r.Mach.2. f.54.eccl. 45.d.24. 12 Idcirco loquere ad eum, * Ecce do ei pacem fœderis mei.
13 Et erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotii sempiternum: quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel.
14 Erat autem nomen viri Israelitæ qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius
'Salu, 'Salumi, dux de cognatione & tribu Simeonis.
15 Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum.
16 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
Infrà 31. a.2. 17 *Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepēre insidiis per idolū Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

CAP. XXVI.

Numerantur rursum filii Israel, Terram Chanaan ingressuri.

1 POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem,
2 Numerate omnem summā filiorum Israel à viginti annis & suprà, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere.
3 Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos, in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho,
4 Ad eos qui erant à viginti annis & suprà, sicut Dominus imperauerat, quorum iste est numerus:
Gene. 46. 5 b 9. exod. 6. c.14.1. par.5.d.1. 5 * Ruben primogenitus Israel, huius filius Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalliaitarum:
6 Et Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum.
7 Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est quadraginta tria millia & septingenti triginta.
8 Filius Phallu, Eliab.
9 Huius filii Namuel & Dathan & Abirom. ipsi sunt Dathā & Abirom principes populi, *qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus Dominum rebellauerunt:
Sup.16.a.2
B 10 Et aperiens terra os suum deuorauit Core morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros.
11 Et factum est grande miraculum, vt Core pereunte, filii illius non perirent.
12 Filii Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum:
13 Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum.
14 Hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit viginti duo millia
'ducentorum. 'ducenti
15 Filii Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum:
16 Ozni, ab hoc familia Oznitarum: * Her, ab hoc familia Heritarum: *Heri
17 Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum.
18 Istæ sunt familiæ Gad, quæ omnis numerus fuit quadraginta mil. quingentorum. *quingēti. ita legendū & in sequentibus.
19 * Filii Iuda Her & Onan, qui ambo mortui sunt in Terra Chanaan.
20 Fuerúntque filii Iuda per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarū: Zare, à quo familia Zaritarum. *Gen.38.a.3.b.7.*
C
21 Porro filii Phares, Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum.
22 Istę sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta sex millia quingentorum.
23 Filii Issachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum:
24 Iasub, à quo familia Iasubitarū: Semran, à quo familia Semranitarum.
25 Hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit sexaginta quatuor millia
'trecentorum. 'trecenti
26 Filii Zabulon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarū: Eloc, à quo familia Elonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum.
27 Hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit sexaginta millia quingentorum.
28 Filii Ioseph per cognationes suas: Manasse & Ephraim.
D
29 De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum.
30 Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum:
31 Et Asriel, à quo familia Asrielitarum: & Sechem, à quo familia Sechemitarum:
32 Et Semida, à quo familia Semidaitarum: & *Hepher, à quo familia Hepheritarum.
Ioſ.17.a.
33 Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantùm filias, quarum ista sunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa.
34 Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum, quinquaginta duo millia septingentorum.
35 Filii autē Ephraim per cognationes suas

fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarũ.
36 Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum.
37 Hæ sunt cognationes filiorum Ephraim: quarum numerus fuit triginta duo millia quingentorum. Isti sunt filii Ioseph per familias suas.
E 38 Filii Ben-iamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum:
39 Supham, à quo familia Suphamitarum: Huphan, à quo familia Huphamitarum.
40 Filii Bela, Hered & Noeman. De Hered, familia Hereditarum: de Noeman, familia Noemanitarum.
41 Hi sunt filii Ben-iamin per cognationes suas, quorum numerus fuit quadraginta quinque millia trecenti.
42 Filii Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum. Hæ sunt cognationes Dan per familias suas.
43 Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat sexaginta quatuor millia quadringentorum.
44 Filii Aser per cognationes suas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Iesui, à quo familia Iesuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum,
45 Filii Brie: Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum.
46 Nomen autem filiæ Aser, fuit Sara.
F 47 Hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum quinquaginta tria millia quadringentorum.
48 Filii Nephthali per cognationes suas: Iesiel, à quo familia Iesielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum:
49 Iesser, à quo familia Iesseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum.
50 Hæ sunt cognationes filiorum Nephthali per familias suas: quorum numerus quadraginta quinq; millia quadringentorum.
51 Ista est summa filiorum Israel qui recensiti sunt, sexcenta millia, & mille septingenti triginta.
52 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
53 Istis dividetur Terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas.
54 Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio.
55 Ita dumtaxat vt sors terram tribubus dividat & familiis.
56 Quicquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.
Exo. 6. c. 17. 57 * Hic quoque est numerus filiorum Leui per familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo familia Caathitarũ. Merari, à quo familia Meraritarũ.
G 58 Hæ sunt familiæ Leui: familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core.
Exo 6. c. 20. 59 At verò Caath genuit * Amram: qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata est ei in Aegypto. hæc genuit Amram viro suo, filios, Aaron & Moysen, & Mariam sororem eorum.
60 De Aaron orti sunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar:
61 *Quorũ Nadab & Abiu mortui sunt, cùm obtulissent ignem alienũ coram Domino. Leuiti. 10. a.2. 1. p.
62 Fueruntque omnes qui numerati sunt, vigintitria millia generis masculini ab vno mense & supra: *qui non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est. Num. 26. d. 62. *quia
63 Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.
64 * Inter quos nullus fuit eorum qui antè numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai. 1. Corin. 10. a. 5.
65 * Prædixerat enim Dominus quòd omnes morerẽtur in solitudine: nullúsque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun. Supra 14. c. 28.

CAP. XXVII.

Lex hæreditatis filiarum Salphaad. Moyse ostenditur terra promissionis, cuius loco Iosue dux constituitur.

1 ACcesserunt autem *filiæ Salphaad, filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarũ sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. Supra 25. d. 32. infr. 36. a. 2. & sue. 1. a. 3
2 Steteruntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt,
3 Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit* in seditione quæ *concitata est contra Dominum sub Core, sed in peccato suo: mortuus est: hic non habuit mares filios. Sup. 16. 1.
4 Cur tollitur nomen istius de familia sua, quia non habet filium? date nobis possessionem inter cognatos patris nostri.
5 Retulitque Moyses causam earum ad iudicium Domini. E
6 Qui dixit ad eum, Iustam rem postulant filiæ Salphaad:
7 Da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditatem succedant.
8 Ad filios autem Israel loquẽris hæc, Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas.
9 Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos.
10 Quod si & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius.
11 Sinautem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi sunt, eritque hoc filiis Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi. C
12 * Dixit quoque Dominus ad Moysen, Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde Terram quam daturus sum filiis Israel. Deute. 32. 5. 48.
13 Cúmque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron,

*Quia

Supra 20. 14 *Quia offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. Hæ sunt aquæ contradictionis in Cades *deserto Sin. b. 12. *in deserto
15 Cui respondit Moyses,
D 16 Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc:
17 Et possit exire & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere: ne sit populus Domini sicut oues absque pastore.
Deu 3. d. 21 18 Dixitque Dominus ad eum, * Tolle Iosue filium Nun virum in quo est Spiritus Dei, & pone manum tuam super eum.
19 Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine,
20 Et dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel.
21 Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominũ. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipse, & omnes filii Israel cum eo, & cætera multitudo.
22 Fecit Moyses vt præceperat Dominus: cúmque tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote & omni frequentia populi.
23 Et impositis capiti eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

CAP. XXVIII.

Quid quibusque festiuitatibus offerendum.

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen,
2 Præcipe filiis Israel, & dices ad eos, Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua.
3 Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis, Exod. 29. f. 38. * agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum:
4 Vnum offertis mane, & alterum ad vesperum:
5 Decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin.
6 Holocaustũ iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorem suauissimum incensi Domini.
7 Et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario Domini.
8 Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnẽ ritum sacrificii matutini, & libamentorum eius, oblationem B suauissimi odoris Domino.
9 Die autem Sabbathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio, & liba:
10 Quæ ritè funduntur per singula Sabbatha in holocaustum sempiternum.
11 In Calendis autem, id est in mensium exordiis, offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septem immaculatos:
12 Et tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos: & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes:
13 Et decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos. Holocaustum suauissimi odoris atque incensi est Domino.
14 Libamenta autem vini quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt, Media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. Hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno C veniente succedunt.
15 Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiterno cum libamentis suis.
16 * Mense autem primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit, Exod. 12. c. 18. Leuit. 23. a. 5.
17 Et quintadecima die solennitas: septem diebus vescentur azymis.
18 Quarum dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea.
19 Offeretisque incensum holocaustum Domino vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septẽ:
20 Et sacrificia singulorum ex similæ, quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem,
21 Et decimam decimæ per agnos singulos, id est per septem agnos.
22 Et hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis:
23 Præter holocaustum matutinum quod semper *offertis. *offertis
24 Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino, qui surget de holocausto & de libationibus singulorum. D
25 Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus erit vobis: omne opus seruile non facietis in eo.
26 Dies etiam primitinorũ quãdo offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea.
27 Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, "agnos anniculos im- "& maculatos septem:
28 Atque in sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos: per arietes, "duas: per agnos, "decimas
29 Decimam decimæ, qui simul sunt agni septem.
30 Hircum quoque " qui macletur pro ex- "vnum piatione:
31 Præter holocaustum sempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

CAP. XXIX.

Quid offis primis diebus septimi mensis sit offerendum.

1 MEnsis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis, omne opus seruile non facietis in ea, quia dies clangoris est & tubarum.
2 Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum de armento vnum, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septem:
3 Et in sacrificiis eorum, similæ oleo con

sperse tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem,
4 Vnam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem.
5 Et hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi:
6 Præter holocaustum calendarum cum sacrificiis suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis, eisdem cæremoniis offeretis in odorem suauissimum in incensum Domino.
Leui.26.g. 7 *Decima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis, & affligeris animas vestras: omne opus seruile non facietis in ea.
8 Offeretisque holocaustum Domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem.
B 9 Et in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem,
10 Decimam decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septem.
11 Et hircum pro peccato: absque his quæ offerri pro delicto solent in expiationem: & holocaustum sempiternum, & sacrificio & libaminibus eorum.
12 Quintadecima vero die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea: sed celebrabitis solennitatem Domino septem diebus,
13 Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
14 Et in libamentis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est simul arietibus duobus,
15 Et decimam decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim.
16 Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno, & sacrificio, & libamine eius.
C 17 In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
18 Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
19 Et hircum pro peccato: absque holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius.
20 Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
21 Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
22 Et hircum pro peccato: absque holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius.
23 Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim.
24 Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
25 Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine.
26 Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
27 Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
28 Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine.
29 Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
D
30 Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
31 Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine,
32 Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:
33 Sacrificioq; & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
34 Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine.
35 Die octauo qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis,
36 Offerentes holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem:
37 Sacrificioq; & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis.
38 Et hircum pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine.
39 Hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris, præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.

CAP. XXX.

Vota quando reddenda.

1 NArrauitque Moyses filiis Israel omnia quæ ei Dominus imperarat, & locutus est ad principes tribuum filiorum Israel,
2 Iste est sermo quem præcepit Dominus,
3 Siquis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit.
4 Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari:
5 Si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentũ quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit.
6 Sinautem statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quòd contradixerit pater.
7 Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento,
8 Quo die audierit vir, & non contradixerit,

rit, voti rea erit, reddétque quodcunque promiserat.
C 9 Sinautem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus.
10 Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent.
11 Vxor in domo viri cum se voto constrinxerit & iuramento,
12 Si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunque promiserat.
13 Sinautem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit.
D 14 Si vouerit, & iuramento se constrinxerit vt per ieiunium vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animã suam: in arbitrio viri erit siue faciat, siue non faciat.
15 Quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quicquid vouerat atque promiserat, reddet, quia statim vt audiuit, tacuit.
16 Sinautem contradixerit postquam rescuit, portabit ipse iniquitatem eius.
17 Hæ sunt leges quas constituit Dominus Moysi inter virum & vxorem, inter patrẽ & filiam quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

CAP. XXXI.

Madianitæ & Balaam interficiuntur. Præda allata Moysi ex æquo diuiditur. Madianitæ interfectis reseruantur virgines. Ignis. Aqua. Gratiarum actio Israelitarum.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,
Supra 25. d.17. 2 *Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligêris ad populum tuum.
B 3 Statimque Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis.
4 Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel qui mittantur ad bellum.
5 Dederúntque millenos de singulis tribubus, id est duodecim millia expeditorum ad pugnam:
6 Quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasaque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei.
7 Cúmque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt,
Iosue 13. c.21. 8 Et reges eorum Hui & Recem & Sur & Hur & Rebe, quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio.
9 Cepernúntque mulieres eorum & paruulos, omniúmque pecora & cuncta supellectilem, quicquid habere potuerant, depopulati sunt.
10 Tam vrbes, quàm viculos & castella flamma consumpsit,
11 Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant tam ex hominibus quam ex iumentis:
12 Et adduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho.
13 Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra.
14 Iratúsque Moyses principibus exercitus, C tribunis & centurionibus qui venerant de bello, ait,
15 Cur fœminas reseruastis?
16 Nonne istæ sunt quæ deceperunt filios Supra 25 Israel ad suggestionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Dominum super peccato Phogor, vnde & percussus est populus?
17 Ergo cunctos interficite quicquid est generis masculini etiam in paruulis: & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate.
18 Puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis,
19 Et manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo.
20 Et de omni præda, siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabitur.
21 Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerant, sic locutus est, Leuiti. 6. d. 35. *Hoc est præceptum legis quod mandauit 'Dominus Deus Moysi,
22 Aurum & argentum & æs & ferrum & 'Dominus plumbum & stannum,
23 Et omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur, quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur.
24 Et lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis.
25 Dixit quoque Dominus ad Moysen,
26 'Tollite summam eorũ quæ capta sunt, ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & omnes principes vulgi: 'Tolle
27 Diuidéque ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, egressíque sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem.
28 Et separabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerũt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bobus & asinis & ouibus,
29 Et dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt.
30 Ex media quoque parte filiorum Israel E accipies quinquagesimum caput hominum & boum & asinorum & ouium, cunctorúmque animantium, & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini.
31 Feceruntque Moyses & Eleazar sicut præceperat Dominus.
32 Fuit autem præda quam exercitus ceperat, ouium sexcenta septuagintaquinque millia,
33 Boum septuagintaduo millia,
34 Asinorum sexaginta millia & mille:
35 Animæ hominum sexus fœminei, quæ no cognouerant viros, triginta duo millia.
36 Dataque est media pars his qui prœlio

fuerant, ouium trecenta triginta septem millia quingentæ.
F 37 E quibus in partem Domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinque.
38 Et de bobus triginta sex millibus, boues septuaginta & duo:
39 De asinis triginta millibus quingentis: asini sexaginta vnus.
40 De animalibus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem Domini triginti duæ animæ.
41 Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum.
42 Ex media parte filiorum Israel, quam separauerat his qui in prælio fuerant:
43 De media vero parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est de ouibus trecentis triginta septem millibus quingentis,
44 E bobus triginta sex millibus,
45 Et de asinis triginta millibus quingentis,
46 Et de hominibus sedecim millibus,
47 Tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabãt in tabernaculo Domini, sicut præceperat Dominus.
G 48 Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centuriones que, dixerunt,
49 Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit,
50 Obhanc causam offerimus in donariis Domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia ac murenulas, vt deprecetur pro nobis Dominum.
51 Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus,
52 Pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos, a tribunis, & centurionibus.
53 Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat.
54 Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonii, in monimentum filiorum Israel coram Domino.

CAP. XXXII.

Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse promittitur possessio trans Iordanem ad Orientem, si decreuerint fratres suos in terram promissionis.

1 Filii autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia.
2 Cumque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen & ad Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt:
3 Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebon, & Eleale, & Sabam, & Nebo, & Beon,
4 Terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regionis huberrimæ est ad pastum animalium.
5 Et nos serui tui habemus iumenta plurima: precamurque si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem.
6 Quibus respondit Moyses, Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? B
7 Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est Dominus?
8 Nonne ita egerunt patres vestri, quando missi de Cades-barne ad explorandam Terram?
9 *Cumque venissent vsque ad Vallem-botri, lustrata omni regione, subuerterũt cor filiorum Israel, vt no intrarent ones quos eis Dominus dedit. *Supra 13. d. 24.
10 Qui iratus iurauit, dicens,
11 *Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex AEgypto a viginti annis & supra, Terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac & Iacob: & noluerunt sequi me, *Supra 14. d. 23.
12 Præter Caleb filiũ Iephone Cenezæum, C & Iosue filium Nun: isti implcuerunt voluntatem meam.
13 Iratusque Dominus aduersum Israel, circunduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio quæ fecerat malum in conspectu eius.
14 Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominũ peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Israel.
15 Quod si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium.
16 At illi prope accedentes, dixerunt, Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas:
17 Nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri & quicquid habere possumus, erunt in vrbibus *muratis, propter habitatorum insidias. *munitis
18 Non reuertemur in domos nostras, vsquedum possideant filii Israel hæreditatem suam: D
19 Nec quicquam quæremus trans Iordanem, quia iam habemus nostram possessionem in Orientali eius plaga.
20 Quibus Moyses ait, *Si facitis quod promittis, expediti pergite coram Domino ad pugnam: *Iosue 1. c. 13.
21 Et omnis vir bellator armatus Iordanem transeat, donec subuertat Dominus inimicos suos,
22 Et subiiciatur ei omnis Terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominum & apud Israel, & obtinebitis regiones quas vultis coram Domino.
23 Si autem quod dicitis non feceritis, nulli dubium est quin peccetis in Deum: & sciote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos. E
24 AEdificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas

caulas & stabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti estis implete.
25 Dixerunt que filii Gad & Ruben ad Moysen, Serui tui sumus, faciemus quod iubet Dominus noster.
26 Paruulos nostros & mulieres, & pecora, ac iumenta reliquemus in vrbibus Galaad:
27 Nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum, sicut tu Domine loqueris.
Iosue 4. c. 12. *per 28 *Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & principibus familiarum tribus Israel, & dixit ad eos,
F 29 Si transierint filii Gad, & filii Ruben vobiscum Iordanem omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit Terra subiecta: date eis Galaad in possessionem.
30 Sin aũ noluerint transire armati vobiscum in Terram Chanaan,
31 Inter vos habitandi accipiant loca. Responderuntque filii Gad, & filii Ruben, Sicut locutus est Dominus seruis *suis, ita faciemus: *tuis
32 Ipsi armati pergemus coram Domino in Terram Chanaan, & possessionem sum susceptuie nos confirmetur trans Iordanem.
Iosue 13. 4, & 22. Augustin. 3. de ciuit. c. 12 33 *Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse filii Ioseph regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnũ Og regis Basan, & Terram eorum cum vrbibus suis per circuitum.
G 34 Igitur exstruxerunt filii Gad, Dibon,
35 Et Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sophan, & Iazer & Iegbaa,
36 Et Beth-nemra, & Beth-aran, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis.
37 Filii vero Ruben ædificauerũt Hesebon, & Eleale, & Cariathaim,
38 Et Nebo, & Baal-meon versis nominibus, Sabama quoque: imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant.
Genes. 50. d. 23. 39 *Porro filii Machir, filii Manasse perrexerunt in Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorrhæo habitatore eius.
40 Dedit ergo Moyses Terram Galaad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea.
41 Iair autem filius Manasse abiit, & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauoth-Iair, id est Villas-Iair.
42 Nobe quoque perrexit, & apprehendit Canath cum vicinis suis: vocauitque eam ex nomine suo Nobe.

CAP. XXXIII.

Mansiones filiorum Israel numerantur. Chananæos iubet Deus occidere.

1 Hæ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de AEgypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron,
2 Quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ Domini iussione mutabant.
Exod. 12. f. 37. 3 *Profecti igitur de Rameſſe mense primo, quintadecima die mensis primi, secrunt altera die Phase, filii Israel in manu excelsa, videntibus cunctis AEgyptiis
4 (Et sepelientibus primogenitos quos percusserat Dominus: nam & in dijs eorũ exercuerat vltionem.)
5 Castrametati sunt in Soco-h. B
6 *Et de Socoth venerunt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. Exod. 13 d. 20.
7 Inde egressi venerunt contra Phi-hahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt ante Magdalum.
8 *Profectique de Phi-hahiroth, transierunt per medium mare in solitudinem: & ambulantes tribus diebus per desertum Etham, castrametati sunt in Mara. Exod. 14. n. 2.
9 *Profectique de Mara, venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibique castrametati sunt. Exod. 15. d. 27.
10 Sed & inde egressi, fixerunt tentoria super Mare-rubrum.
11 *Profectique de Mari-rubro, castrametati sunt in deserto Sinai. Exod. 16. n. 1.
12 Vnde egressi venerunt in Da *Sin
13 Profectique de Daphca, castrametati sunt in Alus.
14 *Egressique de Alus, in Raphidim fixere tentoria, vbi populo defuit aqua ad bibendum. Exod. 17. n. 1.
15 *Profectique de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. Exod. 19. n. 1.
16 Sed & de solitudine Sinai egressi, venerunt ad Sepulchra-concupiscentiæ. C
17 *Profectique de Sepulchris-concupiscentiæ, castrametati sunt in Haseroth. Supra 11. d. 35.
18 *Et de Haseroth venerunt in Rethma. Supra 13.
19 Profectique de Rethma, castrametati sunt in Remmon-phares. n. 1.
20 Vnde egressi venerunt in Lebna.
21 De Lebna castrametati sunt in Ressa.
22 Egressique de Ressa, venerũt in Ceelatha.
23 Vnde profecti, castrametati sunt in monte Sepher.
24 Egressi de monte Sepher, venerunt in Harada.
25 Inde proficiscentes castrametati sunt in Maceloth.
26 Profectique de Maceloth, venerunt in Thahath. D
27 De Thahath castrametati sunt in Thare.
28 Vnde egressi, fixêre tentoria in Methca.
29 Et de Methca castrametati sunt in Hesmona.
30 *Profectique de Hesmona, venerunt in Moseroth. Deut. 10. 6.6.
31 Et de Moseroth castrametati sunt in Bene-iaacan.
32 Profectique de Bene-iaacan venerunt in montem Gadgad.
33 Vnde profecti, castrametati sunt in Ietebatha.
34 Et de Ierebatha venerunt in Hebrona.
35 Egressique de Hebrona, castrametati sunt in Asion-gaber.
36 Inde profecti, venerunt in desertum Sin, hæc est Cades.
37 *Egressique de Cades, castrametati sunt in monte Hor in extremis finibus Terræ Edom. Supra 20. n. 22.
38 *Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor jubente Domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel. d. 33. deut. 32. 5. 50.

Israel ex AEgypto, mense quinto, prima die mensis,

39 Cum esset annorum centum vigintitriū,

40 Audiuitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, in Terram-Chanaan venisse filios Israel.

*Meridiē in Terra-Chanaan venisse

41 Et profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona.

42 Vnde egressi, venerunt in Phunon.

*Supra 21. 4.10.

43 *Profectique de Phunon, castrametati sunt in Oboth.

44 Et de Oboth venerunt in Ie-abarim, quæ est in finibus Moabitarum.

45 Profectique de Ie-abarim, fixēre tentoria in Dibon-gad.

46 Vnde egressi castrametati sunt in Helmon-deblathaim.

47 Egressi de Helmon-deblathaim, venerunt ad montes Abarim contra Nabo.

48 Fecerunt quoque de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab, iuxta Iordanem contra Iericho.

49 Ibique castrametati sunt de Beth-simoth vsque ad Abel-satim in planitiebus locis Moabitarum.

50 Vbi locutus est Dominus ad Moysen,

51 Præcipe filiis Israel, & dic ad eos, Quando transieritis Iordanem, intrantes Terram-Chanaan,

52 Disperdite cunctos habitatores Terræ illius: confringite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, mundantes Terram,

53 Et habitantes in ea, ego enim dedi vobis illam in possessionem:

54 Quam diuidetis vobis sorte: pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorē. singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. per tribus & familias possessio diuidetur.

55 Sinautem nolueritis interficere habitatores Terræ: qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in Terra habitationis vestræ:

56 Et quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

CAP. XXXIIII.

Terræ promissionis fines & termini. Qui eam debeant diuidere.

1 LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens,

2 Præcipe filiis Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis Terram-Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur,

*Ios. 15. a.1.

3 *Pars Meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos contra Orientem mare salissimum.

*Scorpionum

4 Qui circuibunt Australem plagam per Ascensum-Scorpionis, ita vt transeant in Senna, & perueniāt ad Meridiem vsque ad Cadesbarne, vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vsque ad Asemona.

5 Ibitque per gyrum terminus ab Asemona vsque ad torrentem AEgypti, & magni maris litore finietur.

6 Plaga autem Occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. B

7 Porrò ad Septentrionalem plagam à mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum:

8 A quo venient in Emath vsque ad terminos Sedada.

9 Ibúntque confinia vsque ad Ebrona, & villam Enan. hi erunt termini in parte Aquilonis. *Zephrō na

10 Inde metabuntur fines contra Orientalem plagam de villa Enan vsq; Sephama.

11 Et de Sephama descendent termini in Reblatha contra fontem Daphnim: inde peruenient contra Orientem ad mare Cenereth, C

12 Et tendent vsque ad Iordanem, & ad vltimum salissimo clandentur mari. Hæc habebitis Terram per fines suos in circuitu.

13 Præcepitque Moyses filiis Israel, dicens, Hæc erit Terra quam possidebitis sorte, & quam iussit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui.

14 Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum,

15 Media quoque tribus Manasse, id est duæ semis tribus, acceperunt partem suam trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam.

16 Et ait Dominus ad Moysen,

17 *Hæc sunt nomina virorum qui Terram vobis diuident, Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, D Iosue 24. a.2.

18 Et singuli principes de tribubus singulis,

19 Quorum ista sunt vocabula. De tribu Iuda, Caleb filius Iephone.

20 De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud.

21 De tribu Ben-iamin, Elidad filius Chaseloon.

22 De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli.

23 Filiorum Ioseph: de tribu Manasse, Haniel filius Ephod.

24 De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthan.

25 De tribu Zabulon, Elisaphan filius Pharnach.

26 De tribu Issachar dux Phaltiel filius Ozan.

27 De tribu Aser, Ahiud filius Salomi.

28 De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud.

29 Hi sunt quibus præceperat Dominus vt diuiderent filiis Israel Terram Chanaan.

CAP. XXXV.

Vrbes Leuitis dandæ. Vrbes refugii. Lex homicidii. Vnius testimonio nullus condemnandus.

1 HAEc quoque locutus est Dominus ad Moysen in campestribus Moab supra Iordanem, contra Iericho,

2 *Præcipe filiis Israel vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum: Iosue 21. a.2.

3 Vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis:

Quæ

4 Quæ à muris ciuitatum forinsecus, per circuitum, mille passuum spacio tendentur.

5 Contra Orientem duo millia erunt cubiti, & contra Meridiem similiter erunt duo millia: ad Mare quoque quod respicit ad Occidentem, eadem mensura erit, & Septentrionalis plaga æquali termino finietur. eruntque vrbes in medio, & foris suburbana.

Deut. 4.g. Ioshue 20.a.2. 6 *De ipsis autem oppidis quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinē:

7 Et exceptis his alia quadraginta duo oppida, id est simul quadraginta octo cum suburbanis suis.

B 8 Ipsæque vrbes quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores. singuli iuxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis.

9 Ait Dominus ad Moysen,

10 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Quando transgressi fueritis Iordanem in Terram-Chanaan,

11 Decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes, sanguinem fuderint:

12 In quibus cum fuerit profugus, cogatur occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur.

Deut. 19 a.2. Ioshue 20.a.2. 13 *De ipsis autem vrbibus quæ ad fugitiuorum subsidia separantur,

14 Tres erunt trans Iordanem, & tres in Terra-Chanaan,

15 Tam filiis Israel, quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit.

16 Siquis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidii, & ipse morietur.

C 17 Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur.

18 Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur.

Interficiet. Deuter. 19. a.11. 19 Propinquus occisi homicidam interficiet: statim vt apprehenderit eum, interficietur.

20 *Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias;

21 Aut cùm esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor homicidii reus erit. cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit.

22 Quod si fortuitu, & absque odio & inimicitiis quicquam horum fecerit,

23 Et hoc audiente populo fuerit comprobatum,

24 Atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilata:

25 Liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbem ad quam confugerat, manebitque ibi donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur.

26 Si interfector extra fines vrbium quæ D exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus

27 Et percussus ab eo qui vltor est sanguinis, absque noxa erit qui eum occiderit.

28 Debuerat enim profugus vsque ad mortem Pontificis in vrbe residere. postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in Terram suam.

29 Hæc sempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus vestris.

30 Homicida sub testibus punietur: ad vnius testimonium nullus condemnabitur.

31 Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis. statim & ipse morietur.

32 Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt:

33 Ne polluaris Terram habitationis vestræ quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit.

34 Atque ita emundabitur vestra possessio me commorante vobiscum. ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israel.

CAP. XXXVI.

Lex connubii filiarum Salphaad. Vt iuxta suæ tribus ducenda vxor, mulieribus similiter nubendum.

1 ACcesserunt autem & principes familiarum Galaad filii Machir, filii Manasse de stirpe filiorum Ioseph: locutique sunt Moysi coram principibus Israel, atque dixerunt,

Sup. 27.a.1. Ios 17. a.3. 2 *Tibi domino nostro præcepit Dominus, vt Terram sorte dimideres filiis Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri:

3 Quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & transiata ad aliam tribum, de nostra hæreditate minuetur:

4 Atque ita fiet, vt cùm iubileus, id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat.

5 Respondit Moyses filiis Israel, & Domino præcipiente ait, Recte tribus filiorum Ioseph locuta est.

C 6 Et hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est, *Nubant quibus volunt, tantùm vt suæ tribus hominibus: ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Tob. 1. b. 9. & 7. d. 14.

7 Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua:

8 Et cunctæ fœminæ de eadē tribu maritos accipient: vt hereditas permaneat in familiis.

9 Nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant vt à Domino separatæ sunt.

10 Fecerunt quæ filiæ Salphaad vt sibi fuerat imperatum:

D 11 Et nupserunt Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa filiis patrui sui de familia Manasse:

12 Qui fuit filius Ioseph: & possessio quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum.

13 Hæc sunt mandata atque iudicia, quæ *mandauit Dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho. *præcepit

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEVTERONOMIVM, HEbraicè Elle haddebarim.

CAP. I.

Breuis repetitio priorum, à monte Horeb. Moysi legem explanat. Principes populo secum constituit. Iudicum. Exploratores. Infidelis populus ab videt Terram promissam. Infidelitas Moysi. Populus quare cæsus ab Amorrhæis.

1 PAEc sũt verba quæ locutus est Moyses ad omnẽ Israel trans Iordanem in solitudine campestri, cõtra Mare-rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth, vbi auri est plurimum:

2 Vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsque ad Cades-barne,

3 Quadragesimo anno, vndecimo mense, prima die mensis locutus est Moyses ad filios Israel omnia quæ præceperat illi Dominus vt diceret eis:

Num.21.e 4 24. 4 *Postquam percussit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai, trans Iordanem in Terra Moab.

5 Cœpitque Moyses explanare legem, & dicere,

E 6 Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis quòd in hoc monte mansistis:

7 Reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorũ, & ad cætera quæ ei proxima sunt, campestria atque montana & humiliora loca contra Meridiem, & iuxta litus maris, Terram Chananæorum, & Libani vsque ad flumen magnum Euphratẽ.

8 Ecce, inquit, tradidi vobis: ingredimini & possidete eam, super qua iurauit Dominus patribus vestris Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret illam eis, & semini eorũ post eos.

Exod. 18. 6.18 9 *Dixique vobis illo in tempore, Non possum solus sustinere vos:

10 Quia Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cæli, plurimi.

C 11 (Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis sicut locutus est.)

12 Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus ac iurgia.

13 Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes.

14 Tunc respondistis mihi, Bona res est quam vis facere.

15 Tulique de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos singula.

Iosu.7. d. 24 16 Præceptique eis, dicens, Audite filios, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus.

17 *Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnũ: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam.

18 Præcepique omnia quæ facere deberetis.

19 Profecti autem de Horeb, transiuimus per eremum terribilem & maximam solitudinem quam vidistis, per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cumque venissemus in Cades-barne,

20 Dixi vobis, Venistis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus vester dat-urus est vobis.

21 Vide Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, ascende & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quicquam pauea.

22 Et accessistis ad me omnes, atque dixistis, *Mittamus viros qui considerent Terram, & renuntient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates.

23 Cumque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis.

24 *Qui cùm perrexissent, & ascendissent in montana, venerunt vsque ad Vallem-botri: & considerata terra,

25 Sumentes de fructibus eius, vt ostenderent hubertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt, Bona est Terra quam Dominus Deus noster daturus est nobis,

26 Et noluistis ascendere, sed incredeli ad E sermonem Domini Dei nostri murmuratis in tabernaculis vestris, atque dixistis,

27 Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra Aegypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret.

28 Quo ascendemus? nuntii terruerunt cor nostrum, dicẽtes, Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnæ, & ad cælum vsque munitæ. filios Enacim vidimus ibi.

29 Et dixi vobis, Nolite metuere, nec timeatis eos:

30 Dominus Deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto cunctis videntibus.

31 Et in solitudine ipsi vidistis, portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veneritis ad locum istum.

32 Et nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro,

33 *Qui præcessit vos in via, & metatus est locum in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis:

34 Cumque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit, & ait,

Num.14. 23. 35 *Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ Terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris:

36 Præter Caleb filium Iephone: ipse enim videbit eam, & ipsi dabo Terram quam calcauit, & filiis eius, quia secutus est Dominum.

37 Nec miranda indignatio in populum, cùm mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit. *Nec tu ingrediẽris illuc:

38 Sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse introibit pro te, hunc exhortare & robora, & ipse sorte Terram diuidet Israeli.

D 39 Paruuli vestri, de quibus dixistis quòd capti ducerentur, & filii qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: & ipsis dabo Terrã & possidebũt eam.

40 Vos autem reuertimini, & abite in solitudinem per viam Maris-rubri.

G 41 Et respondistis mihi, Peccauimus Domino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster.

42 Cumque instructi armis pergeretis in montem, ait mihi Dominus, Dic ad eos, Nolite ascendere, neque pugnetis: non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris.

43 Locutus sum, & non audistis, sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis in montem.

44 Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir vsque Horma.

45 Cumque reuersi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere.

46 Sedistis ergo in Cades-barne multo tempore.

CAP. II.

Præcipitur populo emere cibos, & aquam à filiis Esau. Ne contra Moabitas & Ammon præsumat. Benedictio & prouidentia Dei pro Israelitis. Possessio filiorũ Lot. Emim. Horrhæi. Zomzommin. Henæi à Cappadocibus victi. Sehon vincitur.

1 PRofectique inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad Mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montem Seir longo tempore.

2 Dixitque Dominus ad me,

3 Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra Aquilonem.

4 Et populo præcipe, dicẽs, Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorũ Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos:

5 Videte ergo diligenter ne mouearnini contra eos, neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vestræ pedis calcare vestigium: quia in possessionem Esau dedi montem Seir.

6 Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam hauretis, & bibetis.

7 Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuũ tuarum: nouit iter tuũ, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans tecũ Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit.

8 Cumque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viam campestrem, de Elath, & de Asion-gaber, venimus ad iter quod ducit in desertum Moab.

9 Dixitque Dominus ad me, Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: non enim dabo tibi quicquam de Terra eorum, quia filiis Lot tradidi Ar in possessionem.

Num.20. 6.12. 10 Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus & validus, & tam excelsus vt de Enacim stirpe:

11 Quasi gigantes crederentur, & essent similes filiorum Enacim, Denique Moabitæ ap- C pellant eos Emin.

12 In Seir autem prius habitauerunt Horrhæi Horrhæi: quibus expulsis atque deletis habitauerunt filii Esau, sicut fecit Israel terram possessionis suæ quã dedit illi Dominus.

13 Surgentes ergo vt transiremus torrentem Zared, venimus ad eum.

14 Tempus autem quo ambulauimus de Cades-barne vsque ad transitum Zared, triginta & octo annorum fuit: donec cõsumerentur omnis congregatio hominum bellatorũ de castris, sicut iurauerat Dominus: torrẽtis / generatio

15 Cuius manus fuit aduersum eos, vt interirent de castrorum medio.

16 Postquam autem vniuersi cecidерunt D pugnatores,

17 Locutus est Dominus ad me, dicens,

18 Tu transibis hodie terminos Moab, vrbem nomine Ar:

19 Et accedens in vicinia filiorum Ammon, cane ne pugnes contra eos, nec moueris ad prælium. non enim dabo tibi de Terra filiorum Ammon, quia filiis Lot dedi eam in possessionem.

20 Terra gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant zonzommin,

21 Populus magnus & proceræ lõgitudinis, sicut Enacim, quos deleuit Dominus à facie eorum: & fecit illos habitare pro eis,

22 Sicut fecerat filiis Esau, qui habitabant in Seir, delens Horrhæos, & Terram eorum E illis tradens, quam possident vsque in præsens.

23 Henæos quoque qui habitabant in Haserim vsque ad Gazam, Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis.

24 Surgite, & trãsite torrentem Arnon: ecce tradidi in manu tua Schon regem Hesebon Amorrhæum, & Terram eius incipe possidere, & committe aduersus eũ prælium.

25 Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni cælo: vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur.

Num.21. c.21. 26 *Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Schon regem Hebesõn verbis pacificis, dicens,

27 *Transibimus per Terram tuam, publica / transibo

gradiar viam: non declinabo mihi, vt vescar: F bibam. Tantùm est mihi veniam ad Iordanem, & transeam

gradiemur viam: non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram.

28 Alimenta pretio vende nobis, vt vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Tantùm est vt nobis concedas transitum,

29 Sicut fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui morantur in Ar: donec veniamus ad Iordanem, & transeamus ad Terram quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

30 Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum: quia indurauerat Dominus Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, ita vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides.

Amos 2. v.9.

31 Dixitque Dominus ad me, Ecce cœpi tibi tradere Sehon & Terram eius: incipe possidere eam.

32 Egressusque est Sehon obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa.

G

33 Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis: percussimúsque eum cum filiis suis & omni populo suo.

34 Cunctásque vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, virisac mulieribus & paruulis, non reliquimus in eis quicquam,

35 Absque iumentis, quæ in partem venêre prædantium: & spoliis vrbium, quas cepimus

36 Ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est, vsque Galaad. Non fuit vicus & ciuitas quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noster nobis:

37 Absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus: & cunctis quæ adiacent torrenti Iaboc, & vrbibus montanis, vniuersis quæ locis, à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

CAP. III.

Og occiditur. Hermon mons. Possessio Ruben, &c. Basan. Rubenitæ & Gaaditæ deducturi fratres in terram promissam. Iosue dux. Gnauus Dei ses, ob infidelitatem populi non exauditur. Terra ei vituperatur.

1 ITaque conuersi ascendimus per iter Basan: egressúsque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai.

Iosue 29. b.7 Numer. 21. f.33.

2 Dixitque Dominus ad me, Ne timeas eum, quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua: faciésque ei sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon.

Numer. 21. f.24

3 Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan, & vniuersum populum eius: percussimúsque eos vsque ad internecionem,

Numer. 21. f.33.

4 Vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. non fuit oppidum quod nos effugerit, excepta igitur vrbes, omnem regionem Argob regni Og in Basan.

5 Cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis, portisque & vectibus, absque oppidis innumeris quæ non habebant muros.

6 Et deleuimus eos, sicut feceramus Sehon regi Hesebon, disperdentes omnem ciuitatem, virósque ac mulieres & paruulos:

7 Iumenta autem & spolia vrbium diripuimus.

B

8 Tulimúsque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem: a torrente Arnon vsque ad montem Hermon,

9 Quem Sidonii Sarion vocant, & Amorrhæi Samir:

10 Omnes ciuitates quæ strátæ sunt in planitie, & vniuersam Terram Galaad & Basan vsque ad Salcha & Edrai ciuitates regni Og in Basan.

11 Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Et monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus.

12 Terramque possedimus tempore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, vsque ad mediam partem montis Galaad. & ciuitates illius dedi Ruben & Gad.

Numer. 32. f.35.

13 Reliquam autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og, tradidi mediæ tribui Manasse, omnem regionem Argob: cunctáque Basan vocabatur Terra gigantum.

vocatur

14 Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gessuri & Machati. Vocauitque ex nomine suo Basan, Hauoth-Iair, id est Villas-Iair, vsque in præsentem diem.

C

15 Machir quoque dedi Galaad.

16 Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra Galaad vsque ad Torrentem Arnon medium torrenti, & confini eius, vsque ad torrentem Iaboc, qui est terminus filiorum Ammon:

17 Et planitiem solitudinis atque Iordanem, & terminos Cenereth vsque ad mare deserti, quod est salsissimum, ad radices montis Phasga contra Orientem.

18 Præcepique vobis in tempore illo, dicés, Dominus Deus vester dat vobis Terram hanc in hæreditatem, expediti præcedite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti:

19 Absque vxoribus, & paruulis atque iumentis. (noui enim quod plura habeatis pecora,) & in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis:

20 Donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam Terram quam daturus est eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnusquisque in possessionem suam quam dedi vobis.

21 Iosue quoque in tempore illo præcepi, dicens, Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis ad quæ transiturus es.

D

Numer. 27. d.18.

22 Ne timeas eos: Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis.

23 Precatúsque sum Dominum in tempore illo, dicens,

24 Domine Deus tu cœpisti ostendere seruo tuo

tuo magnitudinem tuam, manúmque fortissimam. neque enim est alius Deus, vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ.

25 Transibo igitur & videbo Terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum.

Supra 31. c.3. & 34 c.3.

26 Iratúsque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi, Sufficit tibi: nequaquam vltrà loqueris de hac re ad me.

27 Ascende cacumen Phasgę, & oculos tuos circumfer ad Occidétem, & ad Aquilonem, Austrúmque, & Orientem, & aspice. nec enim transibis Iordanem istum.

28 Præcipe Iosuę, & corrobora eum atque cōforta: quia ipse præcedet populum istū, & diuidet eis Terram quam viturus es.

29 Mansimúsque in valle contra Phanum Phogor.

CAP. IIII.

Lex seruanda. Verbo Dei nihil ad dendum. Peccatum Phogor. Adhærere Deo. Sapientia. Oratioui nostræ adest Deus. Fiti quid docendi. Idololatria fugienda. Hæreditas Dei, populus Israel. Quærendus Deus toto corde. Misericors Deus. Dei beneficia in Israelitas. Deus noster, solus Deus. Ciuitates refugii. Sion.

ET nunc Israel audi præcepta & iudicia quæ ego docco te: vt faciens eas, viuas, & ingrediens possideas Terram quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis.

2 Nō addetis ad verbū quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mādata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis.

Numer. 25. 3 c.3. iosue 22 d.17.

3 Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beel-phegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri.

4 Vos autem qui adhæretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentem diem.

5 Scitis quòd docuerim vos præcepta atq; iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus: sic facietis ea in Terra quam possessuri estis.

6 Et obseruabitis, & implebitis opere: hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc, dicant, En populus sapiens & intelligens, gens magna.

B 7 Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquáres sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.

Dominus

8 Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias, iustáque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros?

9 Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicite, ne obliuiscaris verborū quæ viderunt oculi tui, & ne exeidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuę: docebis ea filios ac nepotes tuos,

Deuter. 29. c.18.

10 Diem in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus loquutus est mihi, dicens, Cōgrega ad me populum, vt audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceantque filios suos.

11 Et accessistis ad radices montis qui ardebat vsque ad cælum: erántque in eo tenebræ, & nubes, & caligo.

12 Locutúsque est Dominus ad vos de medio ignis: vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis.

13 Et ostendit vobis pactū suum quod præcepit vt faceretis, & Decē verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

14 Mihique mādauit in illo tēpore vt docerem vos cæremonias & iudicia quæ facere C deberetis in Terra quam possessuri estis.

15 Custodite igitur solicite animas vestras. (Non vidistis aliquam similitudinem in die qua loquutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis:)

16 Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel fœminæ,

17 Similitudinē omnium iumentorum quæ sunt super terram, vel auium sub cælo volantium,

18 Atque reptilium quæ mouētur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis:

19 Ne forte eleuatis oculis ad cælum, videas solem & lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quę creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt.

20 Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hæreditarium, sicut est in præsenti die.

21 Iratusque est Dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit vt non transirem Iordanē, nec ingrederer Terram optimam quam daturus est vobis.

Supra c. f.37.

22 Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanē: vos transibitis, & possidebitis Terram egregiam.

D

23 Caue nequando obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum, & facias tibi sculptam similitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit.

Heb.12. g.29.

24 Quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator.

25 Si genueritis filios ac nepotes, & moratifueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem, patrantes malum coram Domino Deo vestro, vt eum ad iracundiam prouocetis:

26 Testes inuoco hodiæ cælum & terram, cito perituros vos esse de Terra quam trāsito Iordane possessuri estis. Non habitabitis in ea longo tempore, sed delebit vos Dominus,

27 Atque disperget in omnes Gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus est Dominus.

28 Ibique seruietis diis qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur.

Sap.13.d.2

29 Cumque quæsieris ibi Dominum Deum E

tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris & tota tribulatione animæ tuæ.
30 Postquã te inuenerint omnia quæ prædicta sunt, nouissimo autem tempore reuertéris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius:
31 (Quia Deus misericors Dominus Deus tuus est:) non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis.
32 Interroga de diebus antiquis, qui fuerũt ante te, ex die quo creauit Dominus Deus hominem super terram, à summo cælo vsque ad summum eius, si facta est aliquando huiusce modi res, aut vnquam cognitum est,
33 Vt audiret populus vocem Domini Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti, & *vixisti.
F 34 Si tentauit Deus vt ingrederetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum, per tentationes, signa atque portenta, per pugnam & robustã manum, extẽtumque brachium, & horribiles visiones iuxta omnia quæ fecit pro *nobis Dominus Deus noster in AEgypto, videntibus oculis tuis:
35 Vt scires quoniã Dominus ipse est Deus, & non est alius præter *eum.
36 De cælo te fecit audire vocem suam vt doceret te: & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis.
37 Quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos: * eduxitque te præcedens in virtute sua magna ex AEgypto,
38 Vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretque tibi Terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die.
39 Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo quòd Dominus ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & nõ sit alius.
40 Custodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi: vt bene sit tibi, & filiis tuis post te, & permaneas multò tempore super Terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.
G 41 *Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad Orientalem plagam,
42 Vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum, nec sibi fuerit inimicus ante hesternum & nudiustertium, & ad harum aliquam verbium possit euadere:
43 *Bosor in solitudine quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad. & Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse.
44 Ista est lex quam proposuit Moyses coram filiis Israel,
45 Et hæc testimonia & cæremoniæ atque iudicia quæ loquutus est ad filios Israel, quãdo egressi sunt de AEgypto,
46 Trans Iordanem in valle contra Phanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon, quem percussit Moyses.
47 Filii quoque Israel egressi ex AEgypto possederunt terrã eius, & terram Og regis Basan duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum:
48 Ab Aroer quæ sita est super ripam torrentis Arnon, vsque ad montem Sion, qui est & Hermon,
49 Omnem planitiem trans Iordanẽ ad Orientalem plagam, vsque ad mare solitudinis, & vsque ad radices montis Phasga.

CAP. V.

Discenda & facienda Dei præcepta. Mediator Moyses. Decem præcepta. Salus Deus adorãdus. Lex terrens conscientiã. Optat Deus vt populus præcepta impleat. Verbo Dei adhærendum.

1 VOcauitque Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: Audi Israel cæremonias atque iudicia quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete.
2 *Dominus Deus noster pepigit nobiscũ fœdus in Horeb. *Exod.19. 6.5.*
3 Non cum patribus nostris iniit pactum: sed nobiscum qui inpræsentiarum sumus & viuimus,
4 Facie ad faciem loquutus est nobis in monte de medio ignis,
5 (Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarẽ vobis verba eius. timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem.) & ait,
6 *Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra AEgypti, de domo seruitutis. *Exod. 20. a.2, Iosue.*
7 Non habebis deos alienos in conspectu meo, *24.a.23. psal.96.*
8 Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium quæ in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. *b.7.*
9 Non adorabis ea, & non coles: Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, *reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartã generationem his qui oderunt me, *Exod.34. a.7, ier. 32 c.18.*
10 Et faciẽs misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. B
11 *Non vsurpabis nomen Dei tui frustra: quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. *Domini Exo.20.d. 7, leuit.19*
12 *Obserua diem Sabbathi, vt sanctifices eũ sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. *c.12, mat. 5.c.28.*
13 Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: *Exech.20 b.8.*
14 Septimus dies Sabbathi est, id est *requies Domini Dei tui. Non facies in eo quicquã operis, tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla, *bos & asinus, & omne iumentum *& tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus *& ancilla tua, sicut & tu. *Gen.2. d.3 *tuus*
15 Memento quòd & ipse seruieris in AEgypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento: idcirco præcepit tibi vt obseruares diẽ Sabbathi. *Exo. 20.d. 12, ecclesia. 33.b.9. matth. 15.*
16 *Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in Terra quã Dominus Deus tuus daturus est tibi. *a.2, ephes. 6.a.2.*

17 *Non occides. *Matth.5. c.21.*
18 Neque mœchaberis.
19 Furtumque non facies.
C 20 Nec loquẽris contra proximum tuum falsum testimonium.
21 *Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. *Ro.7.b.7.*
22 Hæc verba loquutus est Dominus ad omnẽ multitudinẽ vestrã in monte de medio ignis & nubis, & caligínis, voce magna, nihil addens amplius, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi.
23 Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixistis,
24 Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster maiestatem & magnitudinem suam, vocem eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo.
D 25 Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltrà vocem Domini Dei nostri, moriemur.
26 Quid est omnis caro, vt audiat vocẽ Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus, & possit viuere?
27 Tu magis accede: & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea.
28 Quod cum audisset Dominus, ait ad me, Audiui vocẽ verborum populi huius quæ loquuti sunt tibi: bene omnia sunt loquuti.
29 Quis det talem eos habere mentem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis & filiis eorum in sempiternum?
30 Vade ergo, & dic eis, Reuertimini in tentoria vestra.
31 Tu vero hic sta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & cæremonias atque iudicia: quæ docebis eos vt faciãt ea in terra quam dabo illis in possessionem.
32 Custodite igitur & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram neque ad sinistram:
33 Sed per viam quam præcepit Dominus Deus vester ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis, & prorogentur dies vestri in Terra possessionis vestræ.

CAP. VI.

Exposito primi præcepti. Diligendus Deus, imedades, ille seruiendum, per nomen illius iurandum, non tentandus: præcepta illius, fidei inculcanda.

1 HAec sunt præcepta & cæremoniæ atque iudicia quæ mandauit Dominus Deus vester vt docerem vos, vt faciatis ea in Terra ad quam transgredimini possidendam,
2 Vt timeas Dominum Deum tuum, & custodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur dies tui.
3 Audi Israel & obserua vt facias quæ præcepit tibi Dominus: & bene sit tibi, & multiplicẽris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi, terram lacte & melle manantem.
4 *Audi Israel, Dominus Deus noster, *Deus B unus est. *Mat.22.d.*
5 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. *37, mar.12 c.29, luc. 10.c.27.*
6 *Erũntque verba hæc quæ ego præcipio *Dominus tibi hodie, in corde tuo:
7 Et narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. *Et Infrà 11. c.18.*
8 Et ligabis ea quasi signum manu tua, erũntq; & mouebuntur inter oculos tuos,
9 Scribẽsque ea in limine & ostiis domus tuæ.
10 Cúmque introduxerit te Dominus Deus tuus in Terrã pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti,
11 Domos plenas *multarũ opum quas non *cuncta extruxisti, cisternas quas non fodisti, vineta rum & oliueta quæ non plantasti, & comederis, & saturatus fueris:
12 Caue diligenter ne obliuiscaris Domini qui eduxit te de Terra AEgypti, de domo seruitutis. C
13 *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. *Infrà 10. d.20.*
14 Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt: *matth.4. b.10, luc. 4.b.8.*
15 Quoniã Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui: nequãdo irascatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ.
16 Non tentabis Dominum Deum tuum, *sicut tentasti in loco tentationis. *Exo.7.a. 2, num.21.*
17 Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia & cæremonias, quas præcepit tibi. *b.5, matt. 4.c.7. luc.*
18 Et fac quod placitum est & bonum in conspectu Domini, vt bene sit tibi, & ingressus possideas Terram optimam, de qua iurauit Dominus patribus tuis,
19 Vt deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut loquutus est.
20 Cum interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid sibi volunt testimonia hæc, & cæremoniæ, atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deus noster *nobis? *vobis*
21 Dices ei, Serui eramus Pharaonis in AEgypto, & eduxit nos Dominus de AEgypto in manu forti:
22 Fecitque signa atque prodigia magna & pessima in AEgypto, contra Pharaonem, & omnem domum, illius in conspectu nostro,
23 Et eduxit nos inde, vt introduceret Terram super quã iurauit patribus nostris.
24 Præcepitque nobis Dominus vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum nostrum, vt bene sit nobis, cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie.
25 Eritq; nostri misericors, si custodierimus

& fecerimus omnia præceptá eius, coram Domino Deo nostro, sicut mandauit nobis.

CAP. VII.

Cum gentibus non iungendum. Statuæ. Saltus. &c. electus populus Israel. Iuramentum & misericordia Dei. Diligit & benedicit Deus seruantes præcepta. Sterilis, Mors. Idololatræ occidendi. Scandalum. Dei opera. Gentes quare paulatim interficiendæ.

1 CVm vero introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram quam possessurus ingredieris, *& delauerit Gentes multas coram te, Hethæum & Gergezæum & Amorrhæum, Chananæum & Pherezæum & Heuæum & Iebuſæum, septē gentes multo maiores numeri quàm tu es,

2 Et tradiderit eas tibi Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vſque ad internecionem: *non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earum.

3 Neque ſociabis cum eis coniugia: filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo:

4 Quia ſeducet filiū tuum ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis alienis. irascetúrque furor Domini, & delebit te citò.

5 Quin potius hæc facietis eis, Aras eorum ſubuertite, & confringite ſtatuas, lucóſque ſuccidite, & ſculptilia comburite.

6 *Quia populus ſanctus es Domino Deo tuo: te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram.

B 7 Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis ſunctus eſt Dominus, & elegit vos, cum omnibus ſitis populis pauciores.

8 Sed quia dilexit vos Dominus, & cuſtodiuit iuramentum quod iurauit patribus veſtris, eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo ſeruitutis, de manu Pharaonis regis Aegypti.

9 Et ſcies quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius, in mille generationes.

10 Et reddens e dicentibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltrà non differat, protinus eis reſtituens quod merentur.

11 Cuſtodi ergo præcepta & cæremonias atque iudicia quæ ego *mandabo tibi hodie, vt facias.

12 Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi & miſericordiam quam iurauit patribus tuis:

13 Et diliget te ac multiplicabit, benedicétque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarum ſuper Terram, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi.

C 14 Benedictus eris inter omnes populos. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis.

15 Auferet Dominus à te omnem languorē: & infirmitates Aegypti peſſimas quas nouiſti, non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus tuis.

16 Deuorabis omnes populos quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi: non parcet eis oculus tuus, nec ſeruies diis eorum, ne ſint in ruinam tui.

17 Si dixeris in corde tuo, Plures ſunt gentes iſtæ quàm ego, quomodo potero delere eas?

18 Noli meruere, ſed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni & cunctis Aegyptiis,

19 Plagas maximas quas viderūt oculi tui, & ſigna atque portenta, manúmque robuſtam, & extentum brachium, vt educeret te Dominus Deus tuus. ſic faciet cunctis populis quos metuis.

20 Inſuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque diſperdat, qui te fugerint, & latère potuerint.

D 21 *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui eſt, Deus magnus & terribilis:

22 *Ipſe conſumet nationes has in cōſpectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter: ne forte multiplicētur contra te beſtiæ Terræ.

23 Dabitque eos Dominus Deus tuus in cōſpectu tuo: & interficiet illos, donec penitus deleantur.

24 Tradétque reges eorum in manus tuas, & diſperdes nomina eorū ſub cælo: nullus poterit reſiſtere tibi, donec conteras eos.

25 Sculptilia eorum igne combures: non concupiſces argentum & aurum de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex eis tibi quicquam, ne offendas, propterea quia abominatio eſt Domini Dei tui.

26 Nec inferes quippiā ex idōlo in domum tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, & velut ſuimentum ac ſordes abominationi habebis, quia anathema eſt.

CAP. VIII.

Affligit & tentat fidem noſtram Deus. Verbo Dei viuimus. Eruditi nos Deus. Terra promiſſionis. Gratia Deo agenda. Diuitiæ ſeruantibus præcepta. Miſericordia Dei omnia tribuenda.

1 OMne mandatum quod ego præcipio tibi hodie caue diligenter vt facias: vt poſſitis viuere, & multiplicemini, ingrediſque poſſideatis Terram, pro qua iurauit Dominus patribus veſtris.

2 Et recordaberis cūcti itineris per *quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atq; tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo verſabantur, vtrum cuſtodires mandata illius, annon.

3 Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt oſtenderet tibi quod *non in ſolo pane *viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Domini.

Veſtimen

4 Veſtimentū tuum quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus en quadrageſimus annus eſt:

5 Vt recogites in corde tuo quia ſicut erudit filium ſuum homo, ſic Dominus Deus tuus erudiuit te,

6 *Vt cuſtodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum.

7 Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum aquārúmque, & fontiū: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi:

8 Terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus & malogranata & oliueta naſcuntur: terram olei ac mellis.

9 Vbi abſque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: cuius lapides ferrum ſunt, & de

C montibus eius æris metalla fodiuntur:

10 Vt cùm comederis, & ſatiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi.

11 Obſerua & caue nequando obliuiſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & cæremonias quas ego præcipio tibi hodie:

12 Ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis,

13 Habueriſque armenta boum, & ouium greges, argenti & auri, cunctarumque rerum copiam,

14 Eleuetur cor tuum, & non reminiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de Terra Aegypti, de domo ſeruitutis:

15 Et duxit tuus fuit in ſolitudine magna atque terribili, in qua erat ſerpens flatu

D adurens, & ſcorpio ac dipſas, & nullæ o

Num. 20. 6. 11. Exod. 17. 6. te

mnino aquæ: *qui eduxit riuos de petra duriſſima,

16 *Et cibauit te Manna in ſolitudine, quod neſcierunt Patres tui. Et poſtquam afflixit ac probauit", ad extremum miſertus eſt tui,

17 Ne dicares in corde tuo, Fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præſtiterunt.

18 Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt impleret pactū ſuum, ſuper quo iurauit patrib⁹ tuis, ſicut præſens indicat dies.

19 Sinautem oblitus Domini Dei tui, ſecutus fueris deos alienos, coluerisque illos & adorueris: ecce nunc prædico tibi quod omnino diſpereas.

20 Sicut Gentes quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, ſi inobedientes fueritis voci Domini Dei veſtri.

CAP. IX.

Non propter iuſtitiam & æquitatem cordis ſui populus ingreſſus eſt, vt poſſideret terram. Peccatores. Duæ tabulæ. Vitulus aureus. Oratio Moyſi cum ieiunio. Sepulchra concupiſcentiæ. Infidelitas. Oratio Moyſi in fide promiſſionum.

1 AVdi Iſrael, Tu* tranſgredieris hodie Iordanem, vt poſſideas nationes maxi-

tranſgredieris

mas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cælum vſque murata,

2 Populum magnum atque ſublimem, filios Enacim, quos ipſe vidiſti & audiſti, quibus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere.

3 Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te ignis deuorans atque conſumens, qui conterat eos & deleat atque diſperdat ante faciem tuam velociter, ſicut locutus eſt tibi.

4 Ne dicas in corde tuo cùm deleuerit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo, Propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus vt Terram hanc poſſiderem, cùm propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes.

5 Neque enim propter iuſtitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris vt poſſi- *ingrede deas terras earum: ſed quia illæ egerunt ris impiè, fortoeun e te delere[illegible] vt compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac & Iacob.

6 Scito ergo quòd non propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi Terram hanc optimam in poſſeſſionem, cùm duriſſimæ ceruicis ſis populus.

7 Memento, & ne obliuiſcaris quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominū Deum B tuum in ſolitudine. & ex eo die quo* egreſ Exo. 14. b. ſus es ex Aegypto vſque ad locum iſtum 10. & 16. ſemper aduerſum Dom'num contendiſti. a. 2.

8 Nam & in Horeb prouocaſti eum, & iratus delere te voluit, quando aſcendi in montem,

9 Vt acciperem duas tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiſcum* Deus: & *perſe- *Domi- ueraui in monte quadraginta diebus ac nus Exod. 24. d nocti bus, panem non comedens, & aquam 28, & 34. non bibens.

10 *Deditque mihi Dominus duas tabulas d. 28. lapideas ſcriptas digito Dei, & continen- Exod. 31. tes omnia verba quæ vobis locutus eſt in d. 28. monte de medio ignis, quando concio populi congregata eſt.

11 Cumque tranſiſſent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis,

12 Dixitque mihi, Surge, & deſcende hinc citò: quia populus tuus quem eduxiſti de Aegypto, deſeruerunt velociter viā quam demoſtraſti eis, fecerūtq; ſibi conflatile.

13 Rurſumque ait Dominus ad me, Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit C

14 Dimitte me vt conteram eum, & deleam nomen eius de ſub cælo, & conſtituam te ſuper Gentē quæ hac maior & fortior ſit.

15 Cumque de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu,

16 Vidiſ*que vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis virulum conflatilem, ac deſeruiſſe velociter viam eius quam vobis oſtenderat:

17 Proiecí tabulas de manibus meis, confregique eas in conſpectu veſtro.

18 Et procidi ante Dominum ſicut prius, quadraginta diebus & noctib⁹ panē non

comedens, & aquam non bibens, propter
omnia peccata vestra quæ gessistis contra
Dominū, & eum ad iracundiā prouocastis.
19 Timui enim indignationem & iram illius,
qua aduersum vos concitatus delere vos
voluit. Et exaudiuit me Dominus etiam
hac vice.
20 Aduersum Aaron quoque vehementer
iratus, voluit eum conterere, & pro illo si-
militer deprecatus sum.
D 21 Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est vitulum, arripiens, igne combus-
si, & in frusta comminuens, omninoque in
puluerem redigens, proieci in torrentem
qui de monte descendit.
22 In incendio quoque, & in *Tentatione, & in *Sepulchris, concupiscentiæ prouocastis
Exod. 17. b. 7. Numer. 31. c. 34. Dominum:
23 Et quando misit vos de Cades-barne, dicens, Ascendite, & possidete Terram quam
dedi vobis, contempsistis imperium Domini Dei vestri, & non credidistis ei neque
vocem eius audire voluistis,
24 Sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi.
25 Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus.
26 Et orans dixi, Domine Deus, ne dispersas populum tuum, & hæreditatem tuam,
quam redemisti in magnitudine tua, quos
eduxisti de Aegypto in manu forti.
27 Recordare seruorum tuorum Abraham,
Isaac, & Iacob: ne aspicias duritiam populi
huius, & impietatem atque peccatum:
28 Ne forte dicant habitatores Terræ, de
qua eduxisti nos, Non poterat Dominus
introducere eos in Terram quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt
interficeret eos in solitudine.
29 Qui sunt populus tuus & hæreditas tua,
quos eduxisti in fortitudine tua magna, &
in brachio tuo extento.

CAP. X.

Instauratio tabularum. Tribus Leui. Timendus Deus, diligendus, illi seruiendum, bonitas, amor, electio Dei. Circuncisio cordis. Timor Dei. Iuramentum. Laus nostra Deus.

1 IN tempore illo dixit Dominus ad me,
Exod. 34. a. 1. *Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut
priores fuerunt, & ascende ad me in mon-
tem, faci esque arcam ligneam.
2 Et scribam in tabulis verba quæ fuerunt
in his quas ante confregisti, ponesque eas
in arca.
3 Feci igitur arcam de lignis setim: cumque
dolassem duas tabulas lapideas instar prio-
rum, ascendi in montem, habens eas in ma-
nibus.
4 Scripsitque in tabulis iuxta id quod prius
scripserat, Verba decem, quæ locutus est
Dominus ad vos in monte de medio ignis,
quando populus congregatus est, & dedit
eas mihi.
5 Reuersusque de monte, descendi, & posui
tabulas in arcam quam feceram, quæ hucusque ibi sunt, sicut mihi præcepit Dominus.
B 6 *Filii autem Israel mouerunt castra ex Numer. 33. d. 30. Beroth-filiorum-Iacan in Mosera, vbi Aaron mortuus est & sepultus est, *pro quo Numer. 20. d. 28. sacerdotio functus est Eleazar filius eius.
7 Inde venerunt in Gadgad: de quo loco
profecti, castrametati sunt in Terebatha, in
terra aquarum atque torrentium.
8 Eo tempore separauit tribum Leui, vt
portaret arcam fœderis Domini, & staret
coram eo in ministerio, ac benediceret in
nomine illius vsque in præsentem diem.
9 Quam ob rem non habuit Leui partem,
neque possessionem cum fratribus suis:
quia ipse Dominus possessio eius est, sicut C
promisit ei Dominus Deus tuus.
10 Ego autem steti in monte, sicut prius,
quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit.
11 Dixitque mihi, Vade, & præcede populū,
vt ingrediatur, & possideat Terram quam
iuraui patribus eorum vt traderem eis.
12 Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus
petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum
tuum, & ambules in viis eius, & diligas eū,
ac seruias Domino Deo tuo in toto corde
tuo, & in tota anima tua:
13 Custodiasque mandata Domini, & cæremonias eius quas ego hodie præcipio tibi,
vt bene sit tibi?
14 En Domini Dei tui cælum est, & cælum
cæli, terra, & omnia quæ in ea sunt:
15 Et tamen patribus tuis conglutinatus est
Dominus, & amauit eos, elegitque semen
eorum post eos, id est vos, de cunctis Gentibus, sicut hodie comprobatur. D
16 Circuncidite igitur præputium cordis
vestri, & cerulcem vestram ne induretis
amplius:
17 Quia Dominus Deus vester ipse est Deus
deorum, & Dominus dominantium, Deus
magnus, & potens, & terribilis, *qui perso- 2. Par. 19
nam non accipit, nec munera. b. 7, iob 34
18 Facit iudicium pupillo & viduæ, amat b. 19, sap.
peregrinum, & dat ei victum atque vesti- 6. b. 8, ec
tum: cles. 35
19 Et vos ergo amate peregrinos, quia & c. 16, 19. 2.
ipsi fuistis aduenæ in Terra Aegypti. b. 11, gal. 3
20 *Dominum Deum tuum timebis, & ei so- b. 6. 5.
li seruies: ipsi adhærebis, iurabisque in no- sup. 6. b.
mine illius. 13, mat. 4.
21 Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit ti b. 10, luc.
bi hæc magnalia & terribilia quæ vide- 4. b. 8.
runt oculi tui.
22 *In septuaginta animabus descenderunt Genes. 46.
patres tui in Aegyptum: & ecce nunc mul- c. 27.
tiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra cæli.

CAP. XI.

Amandus Deus. Opera Dei erga Israelem. Terræ promissionis. Oculi Dei. Seruiendum Deo. Abundantia temporalium. Idololatria. Verbo Dei attendendum. Filii docendi verbum Dei. Benedictio & maledictio. Gazizim. Hebal.

Amæ

1 AMa itaque Dominum Deum tuum, & obserua præcepta eius & cæremonias, iudicia atque mandata omni tempore.
2 Cognoscite hodie (quæ ignorant filii vestri qui non viderunt) disciplinam Domini Dei vestri, magnalia eius, & robustam manum, extentumque brachium,
3 Signa & opera quæ fecit in medio Aegypti Pharaoni regi, & vniuersæ terræ eius,
4 Omnique exercitui Aegyptiorū, & equis ac curribus: quando operuerint eos aquæ Maris-rubri, cum vos persequerentur, & deleuerit eos Dominus vsque in præsentem diem:
5 Vobisque quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum:
Numer. 16. c. 31. 6 Et *Dathan atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus & tabernaculis, & vniuersa substantia, quam habebant in medio Israel.
7 Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit,
8 Vt custodiatis vniuersa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, & possitis
vt B introire, & possidere Terram ad quam ingredimini,
9 Multoque in ea viuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est Dominus patribus vestris, & semini eorum, lacte & mel le manantem.
Exod. 3. c. 8. & c. 33. 10 Terra enim ad quam ingredieris possidendam, non est sicut Terra-Aegypti de qua existi, vbi facto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ:
11 Sed montuosa est & campestris, de cælo expectans pluuias,
12 Quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius.
13 Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra:
14 Dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum,
15 Fœnumque ex agris ad pascenda iumenta, & vt ipsi comedatis ac saturemini.
C 16 Cauete ne forte decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, seruiatisque diis alienis, & adoretis eos:
17 Iramque Dominus claudat cælum, & pluuia non descendat, nec terra det germen suum, pereatisque velociter de Terra optima quam Dominus daturus est vobis.
Supra. c. 6. 18 *Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate.
19 Docete filios vestros, vt illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in viis, & accubueris atque surrexeris.
20 Scribes ea super postes & ianuas domus tuæ:
21 Vt multiplicentur dies tui, & filiorū tuorum in Terra quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret eis quandiu cælum imminet terræ.
22 Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei,
23 Disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciē vestram, & possidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis sunt.
24 *Omnis locus quem calcauerit pes vester, Iosue 1. a. 3 vester erit à deserto, & à Libano, & à flumine magno Euphrate vsque ad mare Occidentale erunt termini vestri.
25 Nullus stabit contra vos: terrorem ve- D
stri & formidinem dabit Dominus Deus
vester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis.
26 En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem:
27 Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis:
28 Maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis.
29 Cùm verò introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram, ad quam pergis habitandam, pones benedictionē super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal: 12.
30. *Qui sunt trans Iordanem post viam quæ Iosue 17. vergit ad solis occasum in Terra-Chana- c. 12. næi, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est iuxta vallem tendentem & intrantem procul.
31 Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis Terram quam Dominus Deus vester daturus est vobis, vt habeatis & possideatis illam.
32 Videte ergo vt impleatis cæremonias atque iudicia quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

CAP. XII.

Idololatria fugienda. Faciendum quod Deus præcipit, non quod rectum videtur. Sanguis non comedendus. Decimæ. Primitiæ. Filius comburentes. Verbo Dei nihil addendum.

1 HAEc sunt præcepta atque iudicia quæ facere debetis in Terra quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eam cunctis diebus quibus superhumum gradieris.
2 Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis, deos suos, super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum.
3 Dissipate aras earum, & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminute: disperdite nomina earum de locis illis.
4 Non facietis ita Domino Deo vestro:
5 *Sed ad locum quem elegerit Dominus 2. Par. 7. Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt c. 12. ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis:
6 Et offeretis in loco illo holocausta & vi-

Universidad de Navarra Biblioteca

ctimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ouium.

7 Et comedetis ibi in cõspectu Domini Dei vestri: ac lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manum vos & domus vestræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester.

8 Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur.

9 Neque enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem quam Dominus Deus vester daturus est vobis.

E to 10 Transibitis Iordanem, & habitabitis in Terra quam Dominus Deus vester dárnus est vobis, vt requiescatis à cunctis hostibus vestris per circuitum, & absque vllo timore habitetis.

11 In loco quem elegerit Dominus Deus vester (...) sit nomen eius in eo, illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holocausta", & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum: & quicquid præcipuum est in muneribus quæ vouistis Domino.

12 Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos & filii ac filiæ vestræ, famuli & famulæ, atque Leuites, qui in vrbibus vestris * commorantur, neque enim habet aliam partem & possessionem inter vos.

13 Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris:

14 Sed in eo quē elegerit Dominus, in vna tribuum tuarum offeres hostias, & facies quæcunque præcipio tibi.

15 Si autem comedere volueris, & te esus carnium delectauerit, occide, & comede iuxta benedictionē Domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis: siue immundum fuerit, hoc est maculatum & debile: siue mundum, hoc est integrum & sine macula, quod offerri licet, sicut capream & ceruum comedes,

16 Absque esu duntaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effundes.

C 17 Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum:

18 Sed coram Domino Deo tuo comedes ea in loco quē elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus & * filia, & seruus & famula, atque Leui es, qui manent in vrbibus tuis: & lætaberis & reficieris coram Domino Deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manum tuam.

19 Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in Terra.

20 Quando dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, * sicut locutus est tibi, & volueris vesci carnibus quas desyderat anima tua:

21 Locus autem quē elegerit Dominus Deus tuus, vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, sicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet.

22 Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vescēris eis: & mundus & immundus in commune vescentur.

23 Hoc solum caue, ne sanguinem comedas, sanguis enim eorum pro anima est: & idcir. eo nō debes animā comedere cū carnibus:

24 Sed super terram fundes quasi aquam,

25 Vt bene sit tibi & filiis tuis post te, cùm feceris quod placet in conspectu Domini.

26 Quæ autem sanctificaueris, & voueris Domino, tolles, & venies ad locum quem elegerit Dominus:

27 Et offeres oblationes tuas carnem & sanguinem super altare Domini Dei tui: sanguinem hostiarum "fundes in altari, carnibus autem ipse vescēris.

28 Obserua, & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene sit tibi & filiis tuis post te in sempiternum, cùm feceris quod bonum est & placitum in conspectu Domini Dei tui.

29 Quando disperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam Gentes ad quas * ingredieris possidēdas, & possederis eas, atq; habitaueris in Terra earum:

30 Caue ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersæ, & requiras cæremonias earum, dicens, Sicut coluerunt Gentes istæ deos suos, ita & ego colam.

31 Non facies similiter Domino Deo tuo. omnes enim abominationes quas auersātur Dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni.

32 Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: * nec addas quicquam, nec minuas.

CAP. XIII.

Pseudoprophetæ occidendus, Miracula tentat fidem nostram Deut. Abducens à fide Dei, occidendus, Ciuitas abducta à fide, delenda.

1 SI surrexerit in medio tui propheta. aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum,

2 Et euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur deos alienos (quos ignoras) & seruiamus eis:

3 Non audies verba prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat verum diligatis eum annon, in toto corde, & in tota anima vestra.

4 Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis.

5 Propheta autem ille aut fictor somniorū interficietur, quia locutus est vt vos auerteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de Terra AEgypti, & redemit vos de domo seruitutis: vt errare te faceret de via quam tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui.

6 Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animā tuam, clam dicens, Eamus, & seruiamus diis alienis, quos ignoras tu & patres tui,

Cunctarum

7 Cunctarum in circuitu Gentium quæ iuxta vel procul sunt, ab initio vsque ad finem terræ:

8 Non acquiescas ei, nec audias. neque parcat ei oculus tuus vt miserearis & occultes eum,

9 Sed statim interficies: * sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum.

10 Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de Terra AEgypti, de domo seruitutis:

11 Vt omnis Israel audiens timeat, & nequa quā vltrà faciat quippiā huius rei simile,

12 Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos,

13 Egressi sunt filii Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suæ, atque dixerunt, Eamus, & seruiamus diis alienis quos ignoratis:

14 Quare solicite & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certū esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam,

15 Statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladii, & delebis eam, omniáque quæ in illa sunt vsque ad pecora.

16 Quicquid etiam supellectili, fuerit, congregabis in medio plateæ eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus non ædificabitur amplius.

17 Et non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua: vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te, sicut iuravit patribus tuis,

18 Quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

CAP. XIIII.

Ritus gentium non imitandus Animalia munda & immunda. Morticina. Peregrinus. Decimæ. Leuites viduæ, pupilli alendi.

1 * FIlii estote Domini Dei vestri: non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo:

2 Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & elegit te vt sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram.

3 Ne comedatis quæ immunda sunt.

4 * Hoc est animal quod comedere debetis, Bouem, & ouem, & capram,

5 Cerui & capream, bubalum, tragelaphū, pygargum, orygem, camelopardalum.

6 Omne animal quod in duas partes findit vngulam & ruminat, comedetis.

7 De his autem quæ ruminant, & vngulam non findunt, hæc comedere non debetis, camelum, lepórem, chorogryllum: quia ruminant, & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis.

8 Sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immūda erit. carnibus eorū nō vescemini, & cadauera nō tangetis.

9 Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis, Quæ habent pinnulas, & squamas, comedite:

10 Quæ absque pinnulis & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt.

11 Omnes aues mundas comedite.

12 Immundas ne comedatis: aquilam scilicet, & gryphem, & haliætum,

13 Ixon, & vulturem ac miluum iuxta genus suum:

14 Et omne coruini generis,

15 Et struthionem, ac nocticoram, & larum, atque accipitrem iuxta genus suum:

16 Herodium ac cygnum, & ibin,

17 Ac mergulum, porphyrionem, & nycticoracem:

18 Onocrotalum, & charadrium, singula in genere suo: vpupam quoque & vespertilionem.

19 Et omne quod reptat & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur.

20 Omne quod mundum est, comedite.

21 Quicquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo: peregrino qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei. quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. * Non coques hœdum in lacte matris suæ.

22 Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis quæ nascuntur in terra per annos singulos,

23 Et comedes in cõspectu Domini Dei tui (in loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuocetur) decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt discas timere Dominum Deum tuum omni tempore.

24 Cum autem longior fuerit via, & locus quē elegerit Dominus Deus tuus, tibiq; benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare,

25 Vendes omnia, & in pretium rediges, portabísque manu tua, & proficiscēris ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus:

26 Et emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoq; & siceram, & omne quod desyderat anima tua: & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua,

27 Et Leuita qui intra portas tuas est, caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua.

28 Anno tertio separabis alium decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra portas tuas.

29 Veniēque Leuites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cūctis operibus manuū tuarū quæ feceris.

CAP XV.

Remissio debitorum. Mutui. De fratre in paupertatem redacto. Manumissio famuli. Pauperes. Serui consanguinei. Agnus primogenitus. Primogenita Dei sanctificata.

1 SEptimo anno facies remissionem, quæ hoc ordine celebrabitur.
2 Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere nō poterit, quia annus remissionis est Domini.
3 A peregrino & aduena exigere licuē & proximū repetendi non habebis potestatē.
4 Et omnino indigens & mendicus nō erit inter vos, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in Terra quam traditurus est tibi in possessionem.
5 Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit,
6 Et quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, vt pollicitus est: fœnerabis Gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur.
B 7 Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in Terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem deuenerit: nō obdurabis cor tuum, nec contrahes manum,
Matth. 5. 8 g. 42. Luc. 6. c. 34. 8 Sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perspexeris.
9 Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum cōmodare: ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum.
10 Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris.
Mat. 26. 11 a. 11. 11 *Non deerunt pauperes in Terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in Terra.
C Exod. 21. a. 2. Jerem. 34. c. 14. 12 *Cùm tibi vēdītus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum:
13 Et quem libertate donaueris, nequaquā vacuum abire patieris:
14 Sed dabis viaticum de gregibus, & de area & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi.
15 Memento quod & ipse seruieris in Terra AEgypti, & liberauerit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi.
16 Si autem dixerit, Nolo egredi: eo quod diligat te, & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat:
17 Assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum, ancillæ quoque similiter facies.
18 Non auertas ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercenarii per sex annos seruiuit tibi: vt tibi benedicat Dominus Deus tuus in cunctis operibus quæ agis.
19 De primogenitis quæ nascuntur in armentis, & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium.
20 *In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua. Levit. 27. c. 21. ecclesiast. 35. b. 14.
21 Sin autem habuerit maculam, & vel claudum fuerit vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo.
22 Sed intra portas vrbis tuæ comedes illud tam mundus quam immundus similiter vescentur eis quasi caprea, & ceruo.
23 Hoc solùm obseruabis vt sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

CAP. XVI.

Festa Iudæorum, Phasc, Pentecostes, Tabernaculorum. Iudices.

1 OBserua mensem nouarum frugum, & verni primū temporis, vt facias Phasc Domino tuo: quoniā in isto mēse eduxit te Dominus Deus tuus de AEgypto nocte.
2 Immolabisque Phasc Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.
3 Non comedes in eo panem *fermentatū, septem diebus comedes absq; fermento afflictionis panem: quoniam in pauore egressus es de AEgypto, vt memineris diei egressionis tuæ de AEgypto omnibus diebus vitæ tuæ.
4 Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo, vsque mane. B
5 Non poteris immolare phasc in quolibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi:
6 Sed in loco quē elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: immolabisque phasc vespere ad solis occasum, quādo egressus es de AEgypto. *immolabis (sine coniunctione.
7 Et coques, & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, manēque consurgens vades in tabernacula tua.
8 Sex diebus comedes azyma: & in die septimo, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus.
9 *Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris, Levit. 23. c. 15.
10 Et celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui:
11 Et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, & aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiscum: in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.
12 Et recordaberis quoniam seruus fueris in AEgypto: custodiesque ac facies quæ tibi præcepta sunt.
13 Solennitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies quando collegeris de area & torculari fruges tuas:

Et epu

14 Et epulaberis in festiuitate tua tu & filius tuus & filia, & seruus tuus & ancilla, Levites quoque & aduena, & pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt,
15 Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit Dominus: benedicetque tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, eritque in lætitia.
D 16 Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei in loco quem elegerit, in Solennitate azymorum, & in Solennitate hebdomadarum, & in Solennitate tabernaculorum. Exod. 23. b. 14. c. 23.
*Non apparebit ante Dominum vacuus:
17 Sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei.
18 Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent.
Sup. c. 17 Levit. 19. c. 15 Exod. 23. 8. Deut. 27. 25. 19 *Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.
20 Iuste quod iustum est persequēris: vt vivas, & possideas Terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi.
21 Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui.
22 Nec facies tibi atque constitues statuam: quæ odit Dominus Deus tuus.

CAP. XVII.

Victima hostia. Idolatra. Testes. De ambigua & difficiliore causa sacerdotes adeundi. Rebellis. Institutio regis. Rex legat Deuteronomium.

1 NOn immolabis Domino Deo tuo bouem & ouem in quo est macula aut quippiam vitii: quia abominatio est Domino Deo tuo.
*Cùm 2 *Cùmque reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius,
3 Vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi:
4 Et hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensq; inquisieris diligenter, & verum esse reperis, & abominatio facta est in Israel:
5 Educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur.
Infra 19. 6 Deut. 13. 9. 17. 7. 2. Cor. 13. 1. Supra. 13. b. 9. B 6 *In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra se dicente testimonium.
7 *Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de medio tui.
8 Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram: & iudicum inter portas tuas videris verba variari: surge, & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus,
9 Veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tēpore: quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem.
10 Et facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: C
11 Sequeriſque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.
12 Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel:
13 Cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.
14 Cùm ingressus fueris Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaueriſque in illa, & dixeris, Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes:
15 Eum constitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus.
16 Cùmque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in AEgyptum, equitatus numero sublevatus. Præsertim cùm Dominus præceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. D
17 Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera.
18 Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus,
19 Et habebit secum, legētque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & cęremonias eius, quę in Lege prǽcepta sunt.
20 Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filius eius super Israel. *filii.

CAP. XVIII.

Leuitis quid debatur. Idololatria. Christus promittitur. Pseudoprophetæ occidendi, & quomodo dignoscendi.

1 NOn habebunt sacerdotes Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo populo Israel, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent. Supra 10. b. 9. num. 18. c. 20. 1. cor. 9. 1. 13 Numer. 18. c. 20.
2 Et nihil aliud accipiēt de possessione fratrum suorum: *Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis.
3 Hoc erit iudicium sacerdotum a populo, & ab his qui offerūt victimas: siue bouem, siue ouem immolauerint, dabunt sacerdoti armum ac ventriculum:
4 Primitias frumenti, vini & olei, & lanarū partem ex ouium tonsione.
5 Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt stet, & minis-

stret nomini Domini Dei tui ipse & filii eius in sempiternum,

6 6 Si exierit Leuites ex vna vrbiũ tuarum ex omni Israel in qua habitat, & voluerit venire, desyderans locum quem elegerit Dominus,

7 Ministrabit in nomine Domini Dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabũt eo tempore coram Domino,

8 Partem ciborum eandem accipiet quam & cæteri; excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur.

9 Quando ingressus fueris Terram quam Domin⁹ Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarũ Gentium.

10 Nec inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos scisciterur, & obseruet somnia atque augurias: nec sit maleficus,

1.Reg.28. 11 *Nec incantator, neque qui pythones cõsulat, nec qui diuinos, & quærat a mortuis veritatem.

b.7. Leuit. 20.d.27.

C 12 Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo.

13 Perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo.

14 Gentes istæ quarum possidebitis Terrã, augures & diuinos audiunt: tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es:

CHRISTVS. 15 *PROPHETAM de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies:

Ioan. 1. g. 45. act. 3. d. 22. & 7 c. 37.

16 Vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti, *Vltrà non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hũc maximum amplius non videbo, ne moriar.

Exod. 20. d. 19.

17 Et ait Dñs mihi, Bene omnia sunt locuti,

Ioann. 1. f. 45. 18 *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrqi ad eos omnia quæ præcepero illi.

D 19 Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.

20 Prophera autem qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur.

21 Quod si tacita cogitatione responderis, Quomodo possum intelligere verbũ quod Dominus non est locutus?

22 Hoc habebis signum, Quod in nomine Domini prophera ille prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui prophera confinxit, & idcirco non timebis eum.

CAP. XIX.

Ciuitates refugii. Qui homicida innocentes, Terminai non transferendi. Pœna falsi testis. Lex talionis.

1 CVm disperdiderit Dominus Deus tuus Gentes, quarum tibi traditurus est Terram, & possederis eam, habitaueris que in vrbibus eius & in ædibus:

*carum Num. 35. d. 13. 10. & 30. d. 2. 2 *Tres ciuitates sepa abis tibi in medio Terræ, quam Dominus Deus dabit tibi in possessionem,

3 Sternens diligẽter viam: & in tres æqualiter partes totam Terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quò possit euadere.

4 Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita seruanda est, Qui percusserit proximũ suum nesciens, & qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur:

5 Sed abiisse cum eo simpliciter in syluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorũ securis fugerit manu, ferrúmque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit: hic ad vnam suprædictarum vrbium confugiet, & viuet:

B 6 Ne forsitan proximus eius cuius effusus est sanguis, dolore stimulat⁹, persequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam eius qui non est rẽs mortis: quia nullum contrà eum qui occisus est, odium prius habuisse monstratur.

7 Idcirco præcipio tibi, vt tres ciuitates æqualis inter se spatii diuidas.

8 Cum autem dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam Terrã *quam eis pollicitus est,

Gene. 28. c. 14.

9 (Si tamẽ custodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuũ, & ambules in vijs eius omni tempore) addes tibi *tres alias ciuitates, & suprædictarum trium vrbium numerum duplicabis:

Iosue 20. c. 7.

10 Vt non effundatur sanguis innoxius in C medio Terræ quam Dominus Deus tuus dabit tibi possidendã, ne sis sanguinis reus.

11 *Si quis autem odio habens proximũ ⁷insidiatus fuerit vitæ eius, surgẽnsque percusserit illum, & mortuus fuerit, fugerítque ad vnam de suprædictis vrbibus:

Num. 35. c. 20. ⁷ insidiatus

12 Mittent seniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur.

13 Nõ misereberis eius, & auferes ⁸noxium sanguinem de Israel, vt bene sit tibi.

⁸ innoxiũ

14 Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores, in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in Terra quã acceperis possidendã. D

15 Non stabit testis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: *sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.

Supra 17. d. 6. matt. 18. d. 16. 2.ad.8.c.17 2. cor. 13. d. 1. hebr. 10.c.28.

16 Si steterit testis mendax contra hominẽ, accusans eum prævaricationis,

17 Stabit ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis.

18 Cumque diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium:

19 *Reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui:

Dan. 13. f. 61.

20 Vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere.

Non

Et Matth. 5. f. 38. exo. 21. c. 24. 21 ⁹Non misereberis eius, *sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

CAP. XX.

Fidem in promissam Dei victoriam docetur populus bellaturus. Quæ ad bellum procedere debeant. Ius belli. Chananæi occidi iubentur. Arbores fructiferæ.

1 SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas, aduersarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de Terra Aegypti.

2 Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum,

3 Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos:

4 Quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo.

B 5 Duces quoque per singulas turmas audiẽte exercitu proclamabunt, Quis est homo qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius dedicet eam.

Leuit. 19. b. 9. 6 Quis est homo qui plantauit vineam, & necdum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suam: ne forte moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio.

7 Quis est homo qui despondit vxorem, & non accepit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

8 His dictis addent reliqua, & loquentur ad populũ, * Quis est homo formidolosus, & corde pauido? vadat, & reuertatur in domum suã: ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est.

Deut. 7. c. 3

C 9 Cumque siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, vnusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit.

10 Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem.

11 Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo.

12 Sinautem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam.

13 Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladii.

14 Absque mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris quæ in ciuitate sunt, omnem prædam exercitui diuides, & comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.

15 Sic facies cunctis ciuitatibus quæ à te procul valde sunt, & non sunt de his vrbibus quas in possessionem accepturus es.

D 16 De his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere,

17 Sed interficies in ore gladii, Hethæum videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus:

18 Ne forte doceant vos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt dijs suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum.

19 Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circundederis vt expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum.

20 Siqua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta vsus, succide, & instrue machinas, donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat.

CAP. XXI.

Lex expurgationis super occiso. Quomodo ducenda captiua in vxorem. Ius primogenituræ non dandum est ex affectibus.

1 QVando inuentum fuerit in Terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignorabitur cædis reus,

2 Egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singularum per circuitum spatia ciuitatum:

3 Et quam viciniorem cæteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere,

4 Et ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ.

5 Accedentque sacerdotes filii Leui, (quos elegerit Dominus Deus tuus vt ministrent ei, & benedicant in nomine eius,) & ad verbum eorum omne negotium pendet: & quicquid mundum vel immundum est, indicetur.

B "omnes

6 Et vniuersi "maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabũtque manus suas super vitulam quæ in valle percussa est, & dicent,

7 Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt.

8 Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine, & ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis:

9 Tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fusus est, cùm feceris quod præcepit Dominus.

10 Si egressus fueris ad pugnam cõtra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuósque duxeris,

11 Et videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueríque habere vxorem,

12 Introduces eam in domum tuam: quæ radet cæsariem, & circuncidet vngues,

13 Et deponet vestem in qua capta est: C desíque in domo tua, fletú patrem & ma-

trem suam vno mense, & postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit vxor tua.

14 Si autem postea non sederit animo tuo, dimitte eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam: quia humiliasti eam.

*genuerintque ex eo

15 Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam, *genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus,

16 Volueritque substantiam inter filios suos dividere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ,

17 Sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, *dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.

1. Par. 5. 1.

D

18 Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit:

*educent

19 Apprehendent eum, & *ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicii,

20 Dicentque ad eos, Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis.

21 Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat.

22 Quando peccauerit homo quod morte plectendum est: & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo:

Gal. 3. 13.

23 Non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: *quia maledictus à Deo est qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis Terram tuam quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

CAP. XXII.

Res proximi perdita. Mulier veste virili induta. Nidus. Tectum domus. Vinea. Aratre. Vestimentum. Fimbriæ. Vxor non inuenta virgo. Adulterium. Virgo oppressa in ciuitate vel agro. Opprimens virginem non desponsatam.

1 * NOn videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo.

Exod. 23. 4. 4.

2 Etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus, & recipiat.

3 Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi alienam.

4 Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis eum eo.

5 Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc.

6 Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis,

7 Sed abire patieris, ceptos tenens filios, vt bene sit tibi, & longo viuas tempore.

E

8 Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente.

9 Non seres vineam tuam altero semine: ne & sementis quam seminasti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur.

10 Non arabis in boue simul & asino.

11 Non induêris vestimento quod ex lana linóque contextum est.

12 *Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallii tui, quo operiris.

Num. 15. d. 38.

13 Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam,

14 Quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum, & dixerit, Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginem:

15 Tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in porta sunt:

16 Et dicet pater, Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit,

17 Imponit ei nomen pessimum, vt dicat, Non inueni filiam tuam virginem: & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis:

C

18 Apprehendentque senes vrbis illius virum, & verberabunt illum,

19 Condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel, habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere *omnibus diebus vitæ suæ.

*eam

20 Quod si verum est quod obiecit, & non est in puella inuenta virginitas:

21 Eiicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui.

22 *Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est adulter & adultera: & auferes malum de Israel.

Leuit. 20 b. 10.

23 Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea:

D

24 Educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit cum esset in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi sui. & auferes malum de medio tui.

25 Si autem in agro reperit vir puellam quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus:

26 Puellæ nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita & puellæ perpessa est,

27 Sola erat in agro, clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam.

28 Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa,

Exod. 22. c. 16.

29 Et res ad iudicium venerit, *dabit qui dormiuit

dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam, non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ.

D

30 Non accipiet homo vxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius.

CAP. XXIII.

Eunuchi. Moabitæ, Ammonita, Idumæi & AEgyptii non ad ominandi. Bellum. Pollutio nocturna. Vestes seruandæ extra castra. Seruus fugitiuus. Meretrix. Merces prostibuli. Fœnerare. Maledictiones in monte Hebal.

1 NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam Domini.

2 Non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus, in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem.

3 Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum:

Num. c. 25.

4 Quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egressi estis de AEgypto: et quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi:

5 Et noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligeret te.

6 Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ, in sempiternum.

7 Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec AEgyptium, quia aduena fuisti in terra eius.

8 Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in Ecclesiam Domini.

9 Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala.

10 Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra,

11 Et non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra.

12 Habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ,

13 Gerens paxillum in balteo, cumque sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies quo releuatus es.

C 14 Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos. Et sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne deriliquat te.

*castrorum

15 Non trades seruum domino suo, qui ad te confugerit.

16 Habitabit tecum in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requiescet: ne contristes eum.

17 Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel.

18 Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est quod vouerint: quia abominatio est vtraque apud Dominum Deum tuum.

19 Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quælibet alia rem,

D

20 Sed alieno: fratri autem tuo absque vsura id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam *ingredieris possidendam.

*ingredere

21 Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.

22 Si nolueris pollicieri, absque peccato eris.

23 Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.

24 Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.

25 Si intraueris segetem amici tui, *franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

Mat. 12. c. 4.

CAP. XXIIII.

Repudium. Nuper contagati. Pignus. Vendent hominem. Lepra. Merces. Boni pro malis non puniendi. Pupillus, aduena, vidua. Reliquiæ in agris.

1 * SI acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudii, & dabit in manu eius, & dimittet eam de domo sua.

Mat. 5. c. 31. & 19. c. 7. mar. 10. c. 4

2 Cumque egressa alterum maritum duxerit,

3 Et ille quoque oderit eam, deditque ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit:

4 Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino: ne peccare facias Terram tuam quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam.

5 Cùm acceperit homo nuper vxorem, non B procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ, sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua.

6 Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi.

7 Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit pretium: interficietur, & auferes malum de medio tui.

8 Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcunque docuerint te Sacerdotes Leuitici generis iuxta id quod præcepi eis, & impleto solicitè.

9 **Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via cum egrederemini de AEgypto.

Num. c. 12. c. 10. *Memento quæ fecerit Dominus Deus tuus C

10 Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas:

11 Sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit,

12 Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus,

13 Sed statim reddes ei ante solis occasum:

vt dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo.

Leuit.19. c.13.eccl.4. c.15.

14 *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ qui tecum moratur in Terra, & intra portas tuas est:

15 Sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: nec clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.

2. Reg. 14. 6. 2. Par. 25. 4. 4.

16 *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur.

17 Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum.

D 18 Memento quod seruieris in AEgypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem:

19 Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas illum: sed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum.

20 Si truges collegeris oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuerteris vt colligas: sed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ.

21 Si vindemiaueris vineam tuam, nō colliges remanētes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ.

22 Memento quod & tu seruieris in AEgypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

CAP. XXV.

Pœna delinquentium. Merces reddenda. Suscitatio seminis fratris mortui. Domus discalceati. Mulier apprehendens virilia. Pondera. Amalecites in eum occidi.

1 SI fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis.

2 Sinautem eum qui peccauit, dignum viderint plagis: prosternent, & coram se facient verberari.

3 Pro mensura peccati erit & plagarum modus: ita duntaxat vt quadragenarium numerum nō excedant: ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.

2. Corin. 11. f. 24.

1. Corin. 9. 1. Tim. 5. 18. Mat. 22. c. 22, marc. 12. 6. 9, luc. 20. d. 27.

4 *Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas.

5 *Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui:

E 6 Et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel.

7 Sinautem noluerit accipere vxorem fratris sui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicétq; *Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel: nec me in coniugium sumere.

Ruth 4. d. 7.

8 Statímque accersiri eum facient, & interrogabunt. si responderit, *Nolo eam vxorem accipere:

9 Accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, spuétque in faciem illius, & dicet, Sic fiet homini qui nō ædificat domum fratris sui.

10 Et vocabitur nomen filius in Israel, Domus discalceati.

C 11 Si habuerint inter se iurgiū viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit: valensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum, & apprehenderit verenda eius:

12 Abscindes manum illius, nec flecteris super eam vlla misericordia.

13 Non habebis in sæculo diuersa pondera, maius & minus:

14 Nec erit in domo tua modius maior & minor.

15 Pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo vinas tempore super Terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi.

16 Abominatur enim Dominus tuus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iustitiam.

D 17 *Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex AEgypto:

Exo. 17. c. 8.

18 Quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum.

19 Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in Terra quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cælo. caue ne obliuiscaris.

CAP. XXVI.

Primitiæ triennales Leuitis, pupillis, viduis, & aduenis danda. Iudæi in gloriam Dei assumpti in populum.

1 CVmque intraueris Terram quam Dominus Deus tuus tibi daturus est, possidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea,

2 Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergésque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius.

3 Accedésque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum, Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in Terram pro qua iurauit *patribus nostris, vt daret eam nobis.

Domi nus tua.

4 Suscipiénsque sacerdos cartallum de manu eius, ponet ante altare Domini Dei tui.

5 Et loquéris in conspectu Domini Dei tui, Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in AEgyptum, & ibi peregrinatu est in paucissimo numero: creuítque in gentem magnam ac robustam & infinitæ multitudinis.

6 Afflixerúntque nos AEgyptii, & persecuti sunt,

sunt, imponentes onera grauissima.

7 Et clamauimus ad Dominum Deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem, atque angustiam.

8 Et eduxit nos de AEgypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis:

9 Et introduxit ad locum istum, & tradidit nobis Terram lacte & melle manantem.

10 Et idcirco nunc offero primitias frugum Terræ quā Dominus dedit mihi, & dimittes eas in conspectu Domini Dei tui: & adorato Domino Deo tuo,

11 Epulaberis in omnibus bonis quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena, qui tecum est.

C 12 Quando complueris decimam cūctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio da bis Leuitæ & aduenæ, & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur:

13 Loquerísque in conspectu Domini Dei tui, Auferui quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, sicut iussisti mihi nō præterui mandata tua, nec sum oblitus imperii tui.

Supra 14. c. 27.

14 Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quicquam in re funebri: obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi.

15 Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & Terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, Terræ lacte & melle mananti.

D 16 Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atque iudicia: vt custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.

17 Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, vt custodias cæremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio.

Supra 7. c. 6.

18 *'Et Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius:

'Et

19 Et faciet te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit, in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

CAP. XXVII.

Altare lapideum super quod lex erat describenda. Benedictiones in monte Garizim. Maledictiones in monte Hebal.

1 PRæcepit autē Moyses & seniores Israel populo, dicentes, Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie.

2 Cūmque trāieris Iordanem in Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingētes lapides, & calce leuigabis eos,

3 Vt possis in eis scribere omnia verba legis huius, Iordane transmisso, vt introeas Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, Terram lacte & melle manantem, sicut iurauit patribus tuis.

4 Quando ergo trāsieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce:

5 *Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit,

Exod. 20. d. 25, Iosue 8. f. 30.

6 Et de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo,

7 Et immolabis hostias pacificas, comedésque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo.

B 8 Et scribes super lapides omnia verba legis huius plane & lucidè.

9 Dixerúntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem,

10 Attende, & audi Israel, Hodie factus es populus Domini Dei tui: audies vocem eius, & facies mandata atque iustitias quas ego præcipio tibi",

"hodie

11 Præcepitque Moyses populo in die illo, dicens,

12 Hi stabunt ad benedicendum *Domino super montem Garizim, Iordane transmisso: Simeō, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph, & Beniamin.

*populo

13 Et ex regione isti stabunt ad maledicēdum in monte Hebal, Ruben, Gad, & Aser, & Zabulon, Dan, & Nephthali.

C

14 *Et pronunciabunt Leuitæ, dicéntque ad omnes viros Israel excelsa voce,

Dan. 9. c. 11.

15 Maledictus homo qui *facit sculptile & conflatile, abominationē Domini, opus manuum artificum, ponétque illud in abscondito. & respondebit omnis populus, & dicet, Amen.

*faciet

16 Maledictus qui non honorat patrē suum, & matrem", & dicet omnis populus, Amen.

"suam

17 Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus, Amen.

18 Maledictus qui errare facit cæcum in itinere, & dicet omnis populus, Amen.

19 Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis populus, Amen.

20 Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen.

D

21 Maledictus qui dormit cum omni iumento. & dicet omnis populus, Amen.

22 Maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ. & dicet omnis populus, Amen.

23 Maledictus qui dormit cum socru sua. & dicet omnis populus, Amen.

24 Maledictus qui clā percusserit proximum suum. & dicet omnis populus, Amen.

25 Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui. & dicet omnis populus, Amen.

26 Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis. & dicet omnis populus, Amen.

27 *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. &

Galat. 3. b. 10.

dicet omnis populus, Amen.

CAP. XXVIII.

Benedictio seruantibus mandata. Maledictio non seruantibus.

1 SI autem audieris vocẽ Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mãdata eius quæ ego præcipio tibi hodie: faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ verſantur in terra.
2 Veniantque ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te: ſi tamen præcepta eius audieris,
3 Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro.
4 Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructuſque iumẽtorum tuorum, greges armentorũ tuorum, & caulæ ouium tuarum.
5 Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ.
6 Benedictus eris ingrediens & egrediens.
*conſurgunt 7 Dabit Dominus inimicos tuos qui *conſurgunt aduerſum te, corruente in conſpectu tuo: vnam viam venient contra te, & per ſeptem fugient à facie tua.
8 Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in Terra quam acceperis.
9 Suſcitabit te Dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius.
10 Videbuntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebunt te.
11 Abũdare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu Terræ tuæ, quã iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi.
12 Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo: benedicẽtque cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies.
13 Conſtituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam: & eris ſemper ſuprà, & non ſubter: ſi tamen audieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & cuſtodieris & feceris,
14 Ac non declinaueris ab eis nec ad dexteram nec ad ſiniſtrã, nec ſecutus fueris deos alienos, neque coluerís eos.
Leuit. 26. b. 4. libr. 2. f. 17. mã dat. 2. A. 2. 15 *Quòd ſi audire noluerís vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mandata eius & cæremonias quas ego præcipio tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent te.
16 Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro.
17 Maledictum horreum tuũ, & maledictæ reliquiæ tuæ.
18 Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum.
19 Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.
C 20 Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua quæ tu facies: donec conterat te & perdat velociter, propter adinuctiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me.
21 Adiungat tibi Dominus peſtilentiam, donec conſumat te de Terra ad quam *ingrederis poſſidendam.
*ingredieris
22 Percutiat te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu & aere corrupto ac rubigine, & perſequatur donec pereas.
23 Sit cælum quod ſupra te eſt, æneum: & terra quam calcas, ferrea.
24 Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris.
25 Tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos: & per vnam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per omnia regna terræ.
26 Sitque cadauer tuum in eſcam cũctis volatilibus cæli & beſtiis terræ, & nõ ſit qui abigat.
27 Percutiat te Dominus vlcere Ægypti, & partem corporis per quam ſtercora egeruntur, ſcabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas.
28 Percutiat te Dominus amentia & excitate ac furore mentis,
29 Et palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam ſuſtineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te.
30 Vxorem accipias, & alius dormiat cũ ea. Domum ædifices, & non habites in ea: plantes vineam, & non vindemies eam.
31 Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo: aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo, & non reddatur tibi. Oues tuæ dentur inimicis tuis, & non ſit qui te adiuuet.
32 Filii tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficiẽtibus ad conſpectum eorum tota die, & non ſit fortitudo in manu tua.
33 Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras: & ſis ſemper calumniam ſuſtinens, & oppreſſus cunctis diebus,
34 Et ſtupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui.
35 Percutiat te Dominus vlcere peſſimo in genibus & in ſuris, ſanarique non poſſis a planta pedis vſque ad verticem tuum.
36 *Ducẽtque te Dominus, & regem quem conſtitues ſuper te, in gentem quem ignoras tu & patres tui: & ſeruies ibi diis alienis, ligno & lapidi.
*Ducet
37 Et eris perditus, in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus.
38 *Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis: quia locuſtæ deuorabunt omnia.
*Mich. 6. d. 15. Aggæ 1. a. 6.
39 Vineam plantabis & fodies, & vinũ non bibes, nec colliges ex ea quippiã: quoniam vaſtabitur vermibus.
40 Oliuas habebis in omnib⁹ terminis tuis, & non vngẽris oleo: quia deſluent & deperibunt.
41 Filios generabis & filias, & non fruẽris eis: quoniam ducentur in captiuitatem.
42 Omnes arbores tuas & fruges *Terræ tuæ rubigo conſumet.
E 43 Aduena qui tecum verſatur in Terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior: tu autem deſcendes, & eris inferior.
44 Ipſe fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.
45 Et venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & perſequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audiſti vocem Domini Dei tui, nec ſeruaſti mandata eius, & cæremonias quas præcepit tibi,
46 Et erunt in te ſigna atque prodigia, & in ſemine tuo vſque in ſempiternum:
47 Eo quod non ſeruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordiſque lætitia, propter rerum omnium abundantiam.
*exercitet 48 Seruies inimico tuo quem *emittet tibi Dominus, in fame, & ſiti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreũ ſuper cervicem tuam, donec te conterat.
49 Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volãtis ſuum impetu: cuius linguam intelligere non poſſis,
50 Gentem procaciſſimam, quæ non deferat ſeni, nec miſereatur paruuli.
51 Et deuoret fructum iumentorũ tuorum, ac fruges Terræ tuæ, donec intereas: & non relinquat tibi triticum, vinum & oleum, armenta boum & greges ouium, donec te diſperdat,
52 Et conterat in cunctis vrbibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi atque ſublimes, in quibus habebas fiduciam in omni Terra tua. Obſideberis intra portas tuas in omni Terra tua quam dabit tibi Dominus Deus tuus:
F 53 Et comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in angustia & vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus,
54 Homo delicatus in te, & luxurioſus valde inuidebit fratri ſuo, & vxori quæ cubat in ſinu ſuo,
55 Ne det eis de carnibus filiorum ſuorum quas comedet: eo quòd nihil aliud habeat in obſidione & penuria qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas.
56 Tenera mulier & delicata quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere propter molliciem & teneritudinem nimiã, inuidebit viro ſuo qui cubat in ſinu eius, ſuper filii & filiæ carnibus,
57 Et illuuie ſecundarum quæ egrediũtur de medio fœminũ eius, & ſuper liberis qui eadem hora nati ſunt. comedent enim eos clãm propter rerum omnium penuriam, in obſidione & vaſtitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.
58 Niſi cuſtodieris, & feceris omnia verba legis huius quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomẽ eius glorioſum & terribile, hoc eſt Dominum Deum tuum:
59 Augebit Dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas & perſeuerãtes, infirmitates peſſimas & perpetuas.
60 Et cõuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuiſti, & adhærebunt tibi.
61 Inſuper & vniuerſos languores, & plagas quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius inducet Dominus ſuper te, donec te cõterat.
62 Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut aſtra cæli præ multitudine: quoniã non audiſti vocẽ Domini Dei tui.
63 Et ſicut ante lætatus eſt Dominus ſuper vos, bene vobis faciens, vſque multiplicãs: ſic lætabitur diſperdens vos atque ſubuertens, vt auferamini de Terra ad quam ingredieris poſſidendam.
64 Diſperget te Dominus in omnes populos à ſummitate terræ vſque ad terminos eius: & ſeruies ibi diis alienis quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus.
65 In Gentibus quoque illis non quieſces, neque erit requies veſtigio pedis tui. dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animã conſumptam mœrore.
66 Et erit vita tua quaſi pendens ante te: timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ.
67 Mane dices, Quis mihi det veſperum? & veſpere, Quis mihi det manè propter cordis tui formidinem qua terreberis, & propter ea quæ tuis videbis oculis.
68 Reducet te Dominus claſſibus in Ægyptum per viam de qua dixit tibi vt eam amplius non videres: ibi vendẽris inimicis tuis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.

CAP. XXIX.

Commemoratione beneficiorum Dei, ad mandata ſeruanda hortatur. Cauſa itæ Dei in Iſraelitas.

1 HAEc ſunt verba fœderis quod præcepit Dominus Moyſi vt feriret cũ filiis Iſrael in Terra Moab, præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb.
2 Vocauitque Moyſes omnem Iſrael, & dixit ad eos, *Vos vidiſtis vniuerſa quæ fecit Dominus coram vobis in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, vniuerſæque terræ illius. *Exod. 19. a. 4.
3 Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, ſigna illa portentáque ingentia,
4 Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſint audire, vſque in præſentem diem.
5 *Adduxit vos quadraginta annis per deſertum: non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſta *tuorum te conſumpta ſunt. *Supra 8. a. 2.
6 Panem non comediſtis, vinum & ſiceram non bibiſtis: vt ſciretis quia ego ſum Dominus Deus veſter.
7 Et veniſtis ad hunc locum: egreſſi ſque eſt Sehon rex Heſebon, & Og rex Baſan, occurrentes nobis ad pugnam.
8 Et percuſsimus eos, & tulimus Terram eorum, ac tradidimus poſſidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe.
9 Cuſtodite ergo verba pacti huius, & im- B

plete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis.

10 Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores, omnis populus Israel,

11 Liberi & vxores vestræ, & *aduenæ qui tecum morantur in castris, exceptis lignorum cęsoribus, & his qui coportant aquas:

12 Vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum:

13 Vt suscitet te sibi in populum, & ipse sit Dominus Deus tuus sicut loquutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob.

14 Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo,

15 Sed cum his *præsentibus & absentibus.

16 Vos enim nostis quomodo habitauerimus in Terra Ægypti, & quomodo transierimus per medium nationum,

C 17 Quas transeuntes vidistis abominationes & sordes, id est idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum quæ colebant.

18 Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro: vt vadat & seruiat diis illarum Gentium, & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.

19 Cumque audierit verba iuramẽti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo in pranitate cordis mei: & assumat ebria sitientem.

20 Et Dominus non ignoscat ei: sed tunc quammaxime furor eius fumet, & zelus cõtra hominem illum: & sedeant super eum omnia maledicta quę scripta sunt in hoc volumine: & deleat Dominus nomen eius sub cælo.

21 Et consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis continentur.

22 Dicetque sequens generatio, & filii qui nascentur deinceps, & peregrini qui delonge venerint, videntes plagas Terræ illius, & infirmitates quibus eam afflixerit Dominus,

D 23 Sulphure, & salis ardore comburens, ita vt vltra non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum *subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & in furore suo.

24 Et dicent omnes Gentes, * Quare sic fecit Dominus Terræ huic? quæ est hæc ira furoris eius immensa?

25 Et respondebunt, Quia dereliquerunt pactum Domini quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de Terra Ægypti:

26 Et seruierunt diis alienis, & adorauerunt eos quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi:

27 Ideirco iratus est furor Domini contra Terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta quæ in hoc volumine scripta sunt.

28 Et eiecit eos de Terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in Terram alienam sicut hodie comprobatur.

29 Abscondita, Domino Deo nostro: quæ manifesta sunt nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa *legis *verba huius.

CAP. XXX.

Pœnitentibus misericordia. Corda purificat Deus vt eum diligamus. Verbum Euangelii prędicatum in corde creditum. Vita, dilectio Dei. Mors, in inobedientes verbo Dei.

1 CVm ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio siue maledictio quam proposui in conspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in vniuersis gentibus, in quas dispserit te Dominus Deus tuus,

2 Et reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie prȩcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua,

3 *Reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui, & rursum cõgregabit te de cunctis populis in quos te ante dispersit.

4 Si ad cardines cęli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, *& assumet,

5 Atque introducet in Terram quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, maioris numeri te esse faciet quam fuerint patres tui.

B 6 Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum *ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere.

7 Omnes autem maledictiones has conuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te, & persequuntur.

8 Tu autem reuertêris, & audies vocẽ Domini Dei tui: faciesque vniuersa mandata quę ego prȩcipio tibi hodie:

9 Et abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in fœbole vteri tui, & in fructu iumẽtorum tuorum, in hubertate terrę tuæ, & in rerum omnĩ largitate. reuertetur enim Dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis:

10 Si tamen audieris vocem Domini Dei C tui, & custodieris prȩcepta eius & cęremonias, quæ in hoc lege conscripta sunt: & reuertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.

11 Mandatum hoc quod ego prȩcipio tibi hodie, non supra te est, neq; procul positum,

12 Nec in cælo situ, vt possis dicere, * Quis Rom.10. nostrum valet ad cælum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque operę compleamus?

13 Neque trans mare positum, vt causeris, & dicas, Quis è nobis poterit trãsfretare mare, & illud ad nos vsque deferre: vt possimus audire, & facere quod prȩceptum est?

14 Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo & in

& in corde tuo vt facias illum.

15 Consydera quod hodie proposuerim in conspectu tuo viram & bonum, & econtrario mortem & malum:

16 Vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & custodias mandata illius ac cæremonias atque iudicia: & viuas, atque multiplicet te, benedicátque tibi in Terra ad quam* ingrediêris possidendam.

*ingredieris

17 Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire noluerís, atque errore deceptus adoraueris deos alienos & seruieris eis:

D 18 Prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore moriêris in Terra ad quam Iordane transmisso ingrediêris possidendam.

19 Testes inuoco hodie cælum & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem: eligę ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum.

*mortem

20 Et diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) vt habites in Terra pro qua iurauit Dominus patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

CAP. XXXI.

Moyses moriturus præficit Iosue. Scribit Deuteronomium. Præcipit illud legi. Prædicit futura Israelitarum latrocinia & idololatriam simul cum principibus. Canticũ ei canitur in detestationem futura eorum idololatriæ.

1 ABiit itaq; Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel, & dixit ad eos,

2 Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltra egredi & ingredi, præsertim cum & Dominus dixerit mihi, *Non transibis Iordanem istum.

*Deut.3.d. 27. 34.

3 Dominus ergo Deus tuus transibit ante te, ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue iste trãsibit ante te, sicut locutus est Dominus.

Numer. 21. 4 Faciétq; Dominus eis *sicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, *delebitque eos.

*deleuitq;

5 Cum ergo & hos tradiderit vobis, similiter facietis eis sicut prȩcepi vobis.

B Deut 7.a.2. 6 *Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te.

7 Vocauitque Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel, Confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in Terram quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus, & tu eam sorte diuides.

8 Et Dominus qui ductor est vester, ipse erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas.

9 Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel.

C 10 Præcepitque eis, dicens, Post septem annos anno remissionis, in Solennitate Tabernaculorum,

11 Conuenientibus cunctis ex Israel, vt appareant in conspectu Domini Dei tui in loco quẽ elegerit Dominus: leges verba legis huius coram omni Israel, audientibus eis,

12 Et in vnum omni populo congregato, tam viris quam mulieribus, paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeant Dominũ Deum vestrum, & custodiãt, implcántque omnes sermones legis huius.

13 Filii quoque eorum qui nunc ignorant: vt audire possint, & timeant Dominum Deum *suum cunctis diebus quibus ver- *vestrum santur in Terra ad quam vos Iordane trãsmisso pergitis obtinendam.

14 Et ait Dominus ad Moysen, Ecce propè D sunt dies mortis tuæ: voca Iosue, & state in tabernaculo testimonii, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Iosue, & steterũt in tabernaculo testimonii.

15 Apparuitq; Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi,

16 Dixitque Dominus ad Moysen, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in Terra ad quam *ingredietur vt habiteet *ingredi- in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet tur fœdus quod pepigi cum eo.

17 Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eum omnia mala & afflictiones: ita vt dicat in illo die, Verè quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala.

18 Ego autem absconsam, & celabo faciem E meam in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos.

19 Nunc itaque scribite vobis canticũ istud, & docete filios Israel: vt memoriter teneat, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israel.

20 Introducam enim eum in Terram pro quã iurauí patribus eius, lacte & melle manantem: cumque comederint, & saturati, crassique fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis: detrahéntque mihi, & irritum facient pactum meum.

21 Postquam inuenerint eum mala multa F & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quòd nulla delebit obliuio ex ore seminis *sui. Scio enim co- *sui gitationes eius, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in Terram quam ei polliciti sus sum.

22 Scripsit *quoque Moyses canticum, & do- *ergo cuit filios Israel. præcepitque Dominus Iosue filio Nun, & ait,

23 Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Teram quam pollicitus sum, & ego ero tecum.

24 Postquã ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit,

25 Præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini, dicens,

26 Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. G

27 Ego enim scio contentionem tuam, & cer-

uicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero?

28 Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atq; doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum & terram.

29 Noui enim quòd post mortem meã iniquè agetis, & declinabitis cito de via quã præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum.

30 Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israel verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

CAP. XXXII.

Cantico Moys. Doctrina Dei & opera. Hortatur Moyses ad consideranda Dei opera. Seruatus Israel, ingratus conuertitur ad idola. Afflictiones ingratis. Vltio. Dei est. Misericordia. Deus solus. Cor ad Deum. Moyses scandit montem Abarim.

1 AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.

2 Concrescat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina,

3 Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro.

4 Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate, iustus & rectus.

5 Peccauerunt ei & non filii eius in sordibus, generatio prauа atque peruersa.

6 Hæccine reddis Domino populе stulte & insipiens? nunquid non ipse est pater tuus qui possedit te, & fecit, & creauit te?

7 Memento dierũ antiquorũ, cogita generationes singulas: interroga patrem tuũ, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

8 Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel:

9 Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.

10 Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.

11 Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas: & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.

12 Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus.

13 Constituit eum super excelsam Terram: vt comederet fructus agrorum, & vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo:

C 14 Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissimum.

Bibertt

15 Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deũ factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.

16 Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

17 Immolauerunt dæmoniis, & non Deo, diis quos ignorabant: noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

18 Deum qui tẽ genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.

19 Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filii sui & filiæ.

20 Et ait, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filii.

21 Ipsi me prouocauerũt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

22 Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, devorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.

23 Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

24 Consumẽtur fame, & deuorabũt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.

25 Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactẽtem cum homine sene.

26 Et dixi, Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

27 Sed propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorum, & dicerẽt, Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.

28 Gens absq; consilio est, & sine prudentia.

29 Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

30 Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? nonne ideo quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?

31 Non enim est Deus noster vt dii eorum: & inimici nostri sunt iudices.

32 De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ, vua eorum, vua fellis, & botri amarissimi.

33 Fel draconum vinum eorũ, & venenum aspidum insanabile.

34 Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

35 Mea est vltio, & ego retribuam eis in tẽpore, vt labatur pes eorum: iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.

36 Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerint, reliquique consumpti sunt.

37 Et dicet, Vbi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam,

38 De quorum victimis comedebãt adipes, & bibebant vinum libaminum? surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.

protegant.

F 39 Videte quòd ego sim solus, & nõ sit alius Deus præter me: *ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

40 Leuabo ad cælum manum meã, & dicam, Viuo ego in æternum,

41 Si acuero vt fulgur gladiũ meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.

42 Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

2.Mach.7.43 *Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.

44 Venit ergo Moyses, & locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun,

45 Compleuitque omnes sermones istos, loquens ad vniuersum Israel,

46 Et dixit ad eos, Ponite corda vestra in omnia verba mea quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filiis vestris custodire & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt in volumine legis huius:

47 Quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent: quæ facientes longo perseueretis tempore in terra ad quam Iordane transmisso ingredimini possidendam.

48 Locutusque est Dominus ad Moysen in eadem die, dicens,

49 Ascende in montem istum Abarim, id est transituum, in montem Nebo, qui est in Terra-Moab contra Iericho: & vide Terram-Chanaan, quam ego tradam filiis Israel obtinendam.

50 Et morere in monte, quem conscendens iungẽris populis tuis, * sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis:

51 Quia * præuaricati estis contra me in medio filiorũ Israel ad Aquas-contradictionis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel.

52 Econtra videbis Terram, & nõ ingrediẽris in eam quam ego dabo filiis Israel.

CAP. XXXIII.

Moyses moriturus benedicit singulis tribubus Israel. A Deo qui discantur.

1 HAEc est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israel ante mortem suam. Et ait,

2 Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia: in dextera eius ignea lex.

3 Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.

4 Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob.

5 Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel.

6 Viuat Ruben, & non moriatur, & sit parvus in numero.

7 Hæc est Iudæ benedictio, Audi Domine vocem Iudæ, & ad populũ suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.

8 Leui quoque ait, Perfectio tua, & doctrina tua à viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas-contradictionis.

9 Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum: & pactum tuum seruauerunt.

10 Iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocausta super altare tuum.

holocaustum

11 Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe: percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant.

12 Et Beniamin ait, Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

13 Ioseph quoque ait, De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atque abysso subiacente.

14 De pomis fructuum solis ac lunæ,

15 De vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum,

16 Et de frugibus terræ, & de plenitudine eius, benedictio illius * qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem nazarei inter fratres suos.

Exo.3.d.2

17 Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsque ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse.

18 Et Zabulon ait, Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis.

19 Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ: qui inundationẽ maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.

20 Et Gad ait, Benedictus in latitudine, Gad: quasi leo requieuit, cepitque brachium & verticem.

21 Et vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel.

22 Dan quoque ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan.

23 Et Nephthali dixit, Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: Mare & Meridiem possidebit.

24 Aser quoque ait, Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tinguat oleo pedem suum.

25 Ferrum & æs calceamentum eius: sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua.

26 Non est deus alius vt Deus rectissimi: ascensor cæli auxiliator tuus: magnificentia eius discurrunt nubes.

27 Habitaculum eius sursum, & subter, brachia illius.

chia sempiterna: eiiciet à facie tua inimicum, & certque, Conterere.

Ier.23.bis.38. 28 *Habitabit Israel confidenter & solus, oculus Iacob, in terra frumenti & vini, cæliique caligabunt rore.

29 Beatus es tu Israel, quis similis tui populo, qui saluaris in Domino scutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ, negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

CAP. XXXIIII.

Moyses moritur, & sepelitur à Deo, Fletur ab Israelitis. Iosue substituitur.

2.Mach.2.1. Hieron.de.27. 1 Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho: ostenditque ei Dominus omnem Terram Galaad vique Dan,

Iuda 2 Et vniuersum Nepthali, Terramque Ephraim & Manasse, & omnem terram vsque ad nouissimum,

3 Et Australem partem, & latitudi em campi Iericho, ciuitatis palmarum, vsque Segor.

E 4 Dixitque Dominus ad eum, *Hæc est Terra, pro qua iurauí Abrahã, Isaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. Vidisti eam

Genes. 12. & 17.

oculis tuis, & non transibis ad illam.

5 Mortuúsque est ibi Moyses seruus Domini in Terra Moab, iubente Domino.

6 Et sepeliuit eum in valle Terræ Moab contra Phogor: *& non cognouit homo sepulchrum eius vsq; in præsentem diem.

Iudg. 1.9

7 Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. C

8 Fleuerúntque eum filii Israel in campestribus Moab triginta diebus: Et completi sunt dies planctus lugentium Moysen.

9 Iosue vero filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas: & obedierunt ei filii Israel, fecerúntque sicut præcepit Dominus Moysi. D

10 Et non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem,

11 In omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius,

12 Et cunctam manum robustam, magnáque mirabilia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

Hieronymi in Iosue præfatio.

TANDEM finito Pentateucho Moysi velut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittimus: quem Hebræi IEHOSVA BEN NVN, id est Iosue filium Nun, vocant: & ad Iudicum librum, quem SOPHETIM appellant: ad Ruth quoque & Esther, quos eisdem nominibus efferunt. Monemúsque lectorem vt si nam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas, diligens scriptor conseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis, quod sæpe restatus sum, sciat me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut inimici mei criminantur: sed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectant, vt pro Græcorum hexaplois, quæ & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes inueniant quod requirunt: maximè cum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices: & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit quod ei visum est: & vtique non possit verum esse quod dissonat. Vnde cessat arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat: vel suscipiens, si placet: vel contemnens, si displicet: memineritque illorum versum, Oculum abundauit nequitia: & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè quòd ero tui similis? arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quod calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & Ecclesiæ homines id despicere, imò lacerare vnde aduersarii torqueantur? Quod si vetus eis tantùm interpretatio placet, quæ & mihi non displiceat, & nihil extra recipiendum putantium ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem, Ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem miramur, & Eusebium Pamphili, cunctas editiones simuliter differentes? Aut quæ fuit stultitia, postquam vera dixerim, proferre quæ falsa sunt: Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia quæ in libris Veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Cæterùm post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est: & hos libros quos Eustochio virgini CHRISTI negare non potui: decreuimus dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere: & omissum sanctu opus, quasi quodam postliminio, repetere: præsertim cùm & admirabilis, sanctúsque vir Pammachius, hoc idem literis flagiteret: & nos ad patriam festinates, mortiferos sirenarum cantus surda debeamus aure trãsire.

ARGVMENTVM IN LIBRVM IOSVE.

Iesus filius Naue, typum Domini non solum in gestis, verumetiam in nomine gerens, trans Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo: & per singulas urbes, vicos, montes, flumina, torrentes, aquæ copia, ecclesiæ, ecclesiásque Ierusalem spiritualia regna describit.

LIBER

LIBER IOSVE, HEbraicè Iehosua.

CAP. I.

Dominus animat Iosue ad inuadendam Terram promissam. Continua lectio Deuteronomii. Iosue hortatus tribum Ruben, Gad, & Manasse ad reducendos fratres.

2 ET factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei,

2 Moyses seruus meus mortuus est: surge, & transi Iordanẽ istum tu & omnis populus tecũ, in Terram quam ego dabo filiis Israel.

3 Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi.

Deut. 11. 1.24. 4 *A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphraten, omnis Terra Hethæorum vsque ad Mare magnum contra solis occasum erit terminus vester.

5 Nullus poterit vobis resistere cũctis diebus vitæ tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, *nec dimittam, nec derelinquam te.

Hebr. 13. 5. 6 Confortare, & esto robustus: tu enim sortem diuides populo huic Terram pro qua iurauí patribus tuis vt traderem eam illis.

suis 7 Confortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias, & facias omnẽ legem quam præcepit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis.

8 Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.

9 Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris.

C 10 Præcepitque Iosue principibus populi, dicens,

11 Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite. Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam Terram quã Dominus Deus noster

vester daturus est vobis. daturus est nobis.

12 Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribus Manasse ait,

Num. 32. 4. 13 Memento te sermonis *quẽ præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens, Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem Terram.

14 Vxores vestræ, & filii, ac iumenta manebunt in Terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, & pugnate pro eis,

D 15 Donec det Dominus requiem fratribus vestris sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoque Terrã quam Dominus Deus vester daturus est eis. & sic reuertimini in reuerte- Terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Iordanem contra solis ortũ.

16 Respondentúntque ad Iosue, atque dixerunt, Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus, & quocunque miseris, ibimus.

17 Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantum sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse.

18 Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur: tu tantum confortare, & viriliter age.

CAP. II.

Iosue mittit exploratores in Iericho. Absconditur à Rahab, quæ petit sibi fieri misericordiã.

1 MIsit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito: & dixit eis, Ite, & considerate Terram, vrbémque Iericho. Qui pergẽtes ingressi Iacob. 2. 25. sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. Iac. 11. 31.

2 Nuntiátumque est regi Iericho, & dictum, Ecce viri ingressi sunt huc per nostem de filiis Israel, vt explorarent Terram.

3 Misítque rex Iericho ad Rahab meretricem, dicens, Educ viros qui venerũt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem Terram considerare venerunt.

4 Tollénsque mulier viros, abscondit, & ait, Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent.

5 Cúmque porta clauderetur in tenebris, & illi patrem exirent, nescio quo abierint: persequimini cito, & comprehendetis eos.

6 Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuítque eos stipulis lini, quæ ibi erat. B

7 Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ dicit ad vadum Iordanis illicque egressis statim porta clausa est. vada

8 Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait,

9 Noui quòd Dominus tradiderit vobis Terrã: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores Terræ.

10 Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas Maris rubri ad vestrum introitum, Exod. 21. quando egressi estis ex Ægypto: & quæ fecerítis duobus Amorrhæorum regibus Num. 21. 24. qui erant trans Iordanem, Sehon & Og, quos interfecistis.

11 Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remánsit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cælo sursum,

& in terra deorsum.
12 Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: detisque mihi verum signum:
13 *Vt saluetis patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorũ sunt, & eruatis animas nostras à morte.
14 Qui respõderunt ei, Anima nostra sit pro vobis in mortem: si tamen non prodideris nos, cumque tradiderit nobis Dominus Terram: faciemus in te misericordiam & veritatem.
15 Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim eius hærebat muro. Dixitque ad eos,
16 Ad montana conscendite, ne forte occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus, donec redeant, & sic ibitis per viam vestram.
17 Qui dixerunt ad eam, Innoxii erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos,
18 Si ingredientibus nobis Terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quã demisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratrésque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam.
19 Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, reus sibi erit, sanguis ipsius erit in caput eius, & erimus *alieni. Conctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit.
20 Quod si nos prodere volueris, & sermonem istũ proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos.
21 Et illa respondit, Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensq; eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.
22 Illi vero ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterẽtur qui fuerant persecuti: quærẽtes enim per omnem viam, non reperorunt eos.
23 Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descẽderunt exploratores de monte: & trãsmisso Iordane venerunt ad Iosue filium Nun, narrauerũntque ei omnia quæ acciderant sibi, atque dixerunt,
24 Tradidit Dominus omnem Terrã hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

*innoxii.

CAP. III.

Iosue cum populo siccatis pedibus transit Iordanem. Miraculis ostendit Deus se esse cũ Iosue.

1 IGitur Iosue de nocte consurgens mouit castra: egredieturq; de Setim, venerũt ad Iordanem ipse, & omnes filii Israel, & morati sunt ibi per tres dies.
2 Quibus exclusis transierunt præcones per castrorum medium.
3 Et clamare cœperunt, Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes:
4 Sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duũm milliumve: procul magis videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia prius no ambulastis per eã, & cauete ne appropinquetis ad arcam.
5 Dixitque Iosue ad populum, Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.
6 Et ait ad sacerdotes, Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. qui iussa complentes tulerũt, & ambulauerũt ante eos.
7 Dixitque Dominus ad Iosue, Hodie incipiam exaltare te corã omni Israel: vt sciãt quòd sicut cũ Moyse fui, ita & tecum sim.
8 Tu autem præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis, & die eis, Cum ingressi fueritis partem aquæ Iordanis, state in ea.
9 Dixitque Iosue ad filios Israel, Accedite huc, & audite verbum Domini Dei vestri.
10 Et rursũ, in hoc, inquit, scietis quòd Dominus Deus viuens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum & Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergeseum quoque & Iebuseum, & Amorrhæum.
11 Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem.
12 Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus.
13 Et cum posuerint vestigia pedũ suorum sacerdotes qui portant arcam fœderis Domini Dei viuentis terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atque deficient: quę autẽ desuper veniunt, *in vna mole consistent.
14* Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt trãsiret Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis pergebant ante eum.
15 Ingressisq; eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquę tinctis (*Iordanis autẽ ripas aluei sui tẽpore messis impleuerat)
16 Steterunt aquæ descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur *Edõ vsque ad locum Sarthan, quæ autem inferiores erant, in Mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt vsque quo omnino deficerent.
17 Populus autem incedebat contra Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisq; populus per arentem alueum trãsibat.

*innoxii.
*alieni.
*in vna mole consistent.
*Edõ

CAP. IIII.

Duodecim lapides in memoriam siccati Iordanis. Iordanis in alueum reuertitur.

1 QVibus trãsgressis dixit Dominus ad Iosue.
2 Elige duodecim viros singulos per singulas tribus,
3 Et præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides: quos ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria.
4 Vocauitque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel singulos de singulis tribubus, & ait ad eos,
5 Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel,
6 Vt sit signum inter vos. Et quando interrogauerint vos filii vestri cras, dicentes, Quid sibi volunt isti lapides?
7 Respondebitis eis. Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, cum transiret eum: ideireo positi sunt lapides isti in monimentum filiorum Israel vsque in æternum.
8 Fecerunt ergo filii Israel sicut præcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos.
9 Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini, & sunt ibi vsque in præsentem diem.
10 Sacerdotes autem qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerẽtur quæ Iosue, vt loqueretur ad populũ, præceperat Dominus, & dixerat ei Moyses, festinauitque populus, & transiit.
11 Cumque transissent omnes, transiuit & arca Domini, sacerdotes quoque pergebant ante populum.
12 *Filii quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses:
13 Et quadraginta pugnatorum millia per turmas & cuneos, incedebant per plana atque campestria vrbis Iericho.
14 In die illo magnificauit Dominus Iosue coram omni Israel, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen dum adhuc viueret.
15 Dixitque ad eum,
16 Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis Domini vt ascendant de Iordane.
17 Qui præcepit eis, dicens, Ascendite de Iordane.
18 Cumque ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humũ calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueũ suum, & fluebant sicut antè consueuerant.
19 Populus autem ascendit de Iordane decimo die mẽsis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbis Iericho,
20 Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis, & dixit ad filios Israel,
21 Quando interrogauerint filii vestri eras patres suos, & dixerint eis, Quid sibi volũt lapides isti?
22 Docebitis eos, atque dicetis, Per arẽtem alueum trausiit Israel Iordanem istum,
23 *Siccante Domino Deo nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiretis: sicut fecerat pri* in Mari rubro, quod siccauit donec transiremus:
24 Vt discant omnes terrarum populi fortitudinem Domini manum, vt & vos timeatis *Deum vestrum omni tempore.

*Pſal. 113. a. 2. Act. 7. f. 45. Eccleſiaſt. 24. c. 36.
*Adam
*Iericho
*vestro aquas eius in cõspectu ve
*Domi-num

CAP. V.

Chananæi terrentur. Secunda circũcisio Iosue. Galgala. Defecit Man. Iosue solvit calceamentum. Sanctus Iesus.

1 POstquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad Occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan, qui propinqua possidebant Magni maris loca, quòd siccasset Dominus fluenta Iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timẽtium introitum filiorum Israel.
2 Eo tempore ait Dominus ad Iosue, Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo filios Israel.
3 *Fecit quoque quod *iussit* Dominus, *Fecitq; & circuncidit filios Israel in Colle præputiorum.
4 Hæc autem causa est secundæ circuncisionis, Omnis populus qui egressus est de AEgypto generis masculini, vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui omnes circuncisi erant.
5 Populus autem qui natus est in deserto, per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircuncisus fuit:
6 Donec consumerentur qui non audierãt vocem Domini, & quibus antè iurauerat *vt ostenderet eis Terram lacte & melle manantem.
7 Horum filii in locum successerunt patrũ, & circuncisi sunt à Iosue: quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circunciderat.
8 Postquam autem omnes circuncisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur:
9 Dixitque Dominus ad Iosue, Hodie abstuli opprobrium AEgypti à vobis. Vocatumq; est nomen loci illius Galgala, vsque in præsentem diem,
10 Manserũntque filii Israel in Galgalis, & fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho,
11 Et comederunt de frugibus Terræ die altero, & azymos panes, & polẽram eiusdem anni.
12 Defecitq; manna postquam comederũt de frugibus Terræ, nec vsi sunt vltrà cibo illo filii Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni Terræ Chanaan.
13 *Cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantẽ contra se, euaginatum tenentem gladium, perrexitq; ad eum, & ait, Noster es, an aduersariorum? Qui respondit,
14 Nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram: & adorans ait, Quid Dominus meus loquitur ad seruum suum?
15 Solue, inquit, calceamẽtum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitque Iosue vt sibi fuerat imperatũ.

*Exod. 35. f. 23.

CAP. VI.

Capta vrbe Iericho seruatur Rahab. Maledictum reuelatur vobis Iericho.

1 IEricho autem clausa erat atque munita,timore filiorum Israel,& nullus egredi audebat aut ingredi.)

2 Dixitque Dominus ad Iosue, Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regem eius,omnesque fortes viros.

3 Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem:sic facietis sex diebus.

4 Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum vsus est in Iubileo,& præcedent arcam fœderis: septiesq; circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis.

5 Cumque insonuerit vox tubæ longior atque concisior, & in auribus vestris increpuerit,concidet omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint.

6 Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes,& dixit ad eos, Tollite arcam fœderis: & septem alii sacerdotes tollent septem Iubileorum buccinas,& incedant ante arcam Domini.

7 Ad populum quoque ait, Ite, & circuite ciuitatem,armati præcedentes arcam Domini.

8 Cumque Iosue verba finisset,& septem sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini,

9 *Omnisque populus præcederet armati exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur,& buccinis omnia concrepabant.

10 Præceperat autem Iosue populo,dicens, Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur:donec veniat dies in quo dicā vobis, Clamate,& vociferamini.

11 Circuiuit ergo arca Domini ciuitatem semel per diem, & reuersa in castra, mansit ibi.

12 Iesur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini,

13 Et septem ex eis septem buccinas, quarum in Iubileo vsus est : præcedebatque arcam Domini ambulantes atque clangentes:& armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabat.

14 Circuierunt que ciuitatem secundo die semel,& reuersi sunt in castra:sic fecerunt sex diebus.

C 15 Die autem septimo diluculo consurgentes circuierunt vrbem, sicut dispositum erat,septies.

16 Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel, Vociferamini : tradidit enim vobis Dominus ciuitatem:

17 Sitque ciuitas hæc anáthema : & omnia quæ in ea sunt, Domino,sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo fuerit: abscondit enim nuntios quos direximus.

18 Vos autem cauete ne de his quæ præcepta sunt vobis quippiam contingatis, & sitis prævaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur.

19 Quicquid autem auri, *aut argenti fuerit, & vasorum æreorum ac ferri, Domino consecretur,repositum in thesauris eius.

20 *Igitur omni populo vociferāte, & clangentibus tubis , postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit , muri illico corruerunt : & ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat: *ceperuntq; ciuitatem,

21 Et interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vsque ad mulierem,ab infante vsq; ad senem.Boues quoque & oues, & asinos in ore gladii percusserunt.

22 *Duobus autem viris qui exploratores missi fuerant,dixit Iosue, Ingredimini domum mulieris meretricis , & producite eam,& omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis.

23 Ingressique iuuenes , eduxerunt Rahab, & parentes eius,fratres quoq;,& cunctam supellectilem ac cognationem illius , & extra castra Israel manere fecerunt.

24 Vrbem autē, & omnia quæ inuenta sunt in ea,succenderunt:absque auro & argēto, & vasis æneis,ac ferro,quę in ærarium Domini consecrarunt.

25 Rahab vero meretricem , & domum patris eius , & omnia quæ habebat,fecit Iosue viuere,& habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem:eo quòd abscōderit nuntios quos miserat vt exploraret Iericho.

26 In tempore illo imprecatus est Iosue,dicens, *Maledictus vir coram Domino , qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho.In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius.

27 Fuit ergo Dominus cum Iosue, & nomē eius vulgatum est in omni Terra.

CAP. VII.

Expletatur Hai. Achan propter anathema lapidatur.

1 FIlii autem Israel prævaricati sunt mandatum,& vsurpauerūt de anathemate. Nam *Achan filius Charmi,filii Zabdi,filii Zare de tribu Iuda , tulit aliquid de anathemate:iratusque est Dominus contra filios Israel.

2 Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai,quæ est iuxta Beth-auen,ad Orientalem plagam oppidi Beth-el,dixit eis, Ascendite, & explorate Terram. Qui præcepta complentes exploraverunt Hai.

3 Et reuersi dixerunt ei, Non ascendat omnis populus,sed duo vel tria millia virorum pergant,& deleant ciuitatem : quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes pauciſſimos?

4 Ascenderunt ergo tria millia pugnatorū. Qui statim terga vertentes, percussi sunt à viris vrbis Hai,

5 Et corruerunt ex eis triginta & sex homines:

mines:persecutique sunt eos aduersārii de porta vsque ad Sabarim, & ecciderunt per prona fugientes:pertimuitque cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est.

6 Iosue verò scidit vestimenta sua , & prōnus cecidit in terram coram arca Domini vsque ad vesperam: tam ipse quàm omnes senes Israel : miseruntque puluerem super capita sua:

B 7 Et dixit Iosue, Heu Domine Deus , quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium,vt traderes nos in manus Amorrhæi,& perderes?vtinam, vt cœpimus, mansissemus trans Iordanem.

8 Mi Domine Deus , quid dicam , videns Israelem hostibus suis terga vertentem?

9 Audient Chananæi,& omnes habitatores Terræ,& pariter conglobati circundabunt nos , atque delebunt nomen nostrum de Terra:& quid facies magno nomini tuo?

10 Dixitque Dominus ad Iosue, Surge,cur iaces pronus in terra?

11 Peccauit Israel , & prævaricatus est pactum meum : tulerūtque de anathemate, & furati sunt atque mentiti , & abscōderunt inter vasa sua.

12 Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eōsq; fugiet: quia pollutus est anathemate.non ero vltrà vobiscum,donec conteratis eum qui huius sceleris reus est.

13 Surge,sanctifica populum,& dic eis , Sanctificamini in crastinum:hæc enim dicit Dominus Deus Israel,Anáthema in medio tui est Israel:non poteris stare coram hostibus tuis , donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere.

14 Accedetisque mane singuli per tribus vestras:& quancunque tribum sors inuenerit,accedet per cognationes suas, & cognatio per domos,domusque per viros:

C 15 Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus , comburetur igni cum omni substantia sua : quoniam prævaricatus est pactum Domini,& fecit nefas in Israel.

16 Surgens itaque Iosue mane , applicuit Israel per tribus suas , & inuenta est tribus Iuda.

17 Quæ cum iuxta familias suas esset oblata,inuenta est familia Zare. Illam quoque per domos offerens,reperit Zabdi.

18 Cuius domum in singulos diuidens viros, inuenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Iuda.

19 Et ait Iosue ad Achan,Fili mi,da gloriam Domino Deo Israel,& confitere, atque indica mihi quid fecerīs,ne abscondas.

20 Respondítque Achan Iosue , & dixit ei, Vere ego peccaui Domino Deo Israel , & sic & sic feci.

21 Vidi enim inter spolia pallium coccineū valde bonum,& ducentos siclos argenti,regulámque auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli , & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentúmque fossa humo operui.

D 22 Misit ergo Iosue ministros, qui currentes ad tabernaculum illius , repererunt cuncta abscondita in eodem loco , & argentum simul.

23 Auferentésque de terrorio tulerunt ea ad Iosue,& ad omnes filios Israel,proiecerūntque ante Dominum.

24 Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argentúmq; & pallium,& auream regulā, filios quoque & filias eius, boues & asinos & oues,ipsúmque tabernaculum, & cuncta supellectilem : (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad Vallem achor.

25 Vbi dixit Iosue, Quia turbasti nos,exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel : & cuncta quæ illius erant,igne consumpta sunt.

26 Congregauerūntque super eum acerum magnum lapidum,qui permanet vsque in præsentem diem. Et auersus est furor Domini ab eis. Vocauítque est nomen loci illius,Vallis achor,vsque hodie.

CAP. VIII.

Expugnatur Hai. Rex eius suspenditur occiso populo. Altare lapidum,cui inscribitur Deuteronomium.Iosue benedicit populo.

1 DIxit autem Dominus ad Iosue , Ne timeas,neque formidesitolle tecum omnem multitudinem pugnatorum , & consurgens ascende in oppidum Hai:ecce tradidi in manum tuam regem eius , & populum,vrbémque,& Terram.

2 Faciésque vrbi Hai, & regi eius, *sicut fecisti Iericho, & regi illius:prædam verò,& omnia animantia dispietis vobis:pone insidias vrbi post eam:

3 Surrexítque Iosue,& omnis exercitus bellatorum cum eo,vt ascenderent in Hai:& elécta triginta millia virorum fortium misit nocte,præcepítque eis,dicens,

4 Ponite insidias post ciuitatem : nec longius recedatis,& eritis omnes parati.

5 Ego autem & reliqua multitudo , quæ mecum est , *ascendemus ex aduerso contra vrbem.Cúmq; exierint cōtra nos,sicut antè fecimus,fugiemus, & terga vertemus:

6 Donec persequētes ab vrbe longius protrahantur : putabunt enim nos fugere sicut prius.

7 Nobis ergo fugientibus,& illis persequentibus,consurgetis de insidiis , & vastabitis ciuitatem:tradétque eam Dominus Deus vester in manus vestras.

8 Cúmque ceperitis *, succendite eam , & *vrbem sic omnia facietis vt iussi.

9 Dimissítq; eos , & perrexerunt ad locum insidiarum , sederūntque inter Beth-el & Hai,ad Occidentalem plagam vrbis Hai: Iosue autem nocte illa in medio mansit populi.

10 Surgénsque diluculo recensuit socios , & ascendit cum senioribus in fronte exercitus,vallatus auxilio pugnatorum.

11 Cúmque venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis , steterunt ad Septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media.

12 Quinque autem millia viros elegerat,& posuerat in insidiis inter Beth-auen & Hai ex Occidentali parte eiusdem ciuitatis.

Universidad de Sevilla Biblioteca

13 Omnis verò reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis Occidentalem plagam vrbis aciringerent. abiit ergo Iosue noctu de illa, & steterit in vallis medio.

14 Quod cum vidisset rex Hai, festinauit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciem contra desertum, ignorans quod post tergum laterent insidiæ:

15 Iosue verò & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam.

16 At illi vociferantes pariter, & se mutuò cohortantes, persecuti sunt eos.

D 17 Cumq; recessissent à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hai, & Beth-el remansisset qui non persequeretur Israel (sicut eruperant aperta oppida relinquentes,)

18 Dixit Dominus ad Iosue, Leua clypeum qui in manu tua est contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis,

19 Insidiæ quæ latebant surrexerunt confestim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & succenderunt eam.

20 Viri autem ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad cælum vsque conscendere, non potuerunt vlrà huc illùcque diffugere: præsertim cum hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissimè restitissent.

E 21 Videnſque Iosue & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit viros Hai.

22 Siquidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe contra suos, medios hostium ferire cœperunt.

23 Cum ergo ex vtraque parte aduersarii exterentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, rege quoque vrbis Hai apprehenderunt viuentem, & obtulerunt Iosue.

24 Igitur omnibus interfectis qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filii Israel percusserunt ciuitatem.

25 Erant autem qui in eodem die ceciderant à viro vsque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai.

26 Iosue verò non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenès clypeum, donec interficeretur omnes habitatores Hai.

F 27 Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filii Israel, sicut præceperat Dominus Iosue.

28 Qui succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum.

29 Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam & solis occasum. Præcepitque Iosue, & deposuerunt cadaver eius de cruce: proiecerúntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eum magno acerno lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem.

30 Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israel in monte Hebal,

31 *Sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo *holocaustum Domino, immolauitque pacifica victimas. *Exod. 20. d. 25, deute. 27 a. 5. *holocaus ta

32 Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israel.

33 Omnis autem populus & omnes maiores G natu, ducesque ac iudices stabant ex vtraque parte arcæ, in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primum quidem benedixit populo Israel.

34 Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta *fuerant in legis volumine. *erant

35 Nihil ex his quæ Moyses iusserat, reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

CAP. IX.

Gabaonitæ callidi impetrant pacem à Iosue: postea maledicuntur.

1 QVibus auditis, cuncti reges trans Iordanem qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac litore Magni maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus & Iebusæus,

2 Congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue & Israel vno animo, eademque sententia.

3 At hi qui habitabat in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosue, Iericho & Hai:

4 *Callide cogitantes tulerunt sibi cibaria, *Et saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atque consutos,

5 Calceamentáque perantiqua quæ ad indicium vetustatis pittacijs consuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoque quos portabant ob viaticum, duri erant, & in fruſta comminuti:

6 Perrexerúntque ad Iosue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerũt ei, atq; simul omni Israeli, De Terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes.

7 Responderúntque viri Israel ad eos, atq; dixerunt, Ne forte in Terra quæ nobis sorte debetur, habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscum. B

8 At illi ad Iosue, Serui inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait, Quinam estis vos: aut vnde venistis? Responderunt,

9 De Terra longinqua valde, venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in Ægypto,

10 *Et duobus regibus Amorrhæorum, qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erat in Astaroth: *Num. 21. d. 24.

11 Dixerúntque nobis seniores & omnes habitatores

habitatores Terræ nostræ, Tollite in manibus* cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui vestri sumus, *vestris

12 Fœdus inite nobiscum. En, panes quando egressi sumus de domibus nostris vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus: nunc ficti facti sunt, & vetustate nimia comminuti.

13 Vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti: vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & pene consumpta.

C 14 Susceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt. 2. Reg. 21. 2.

15 *Feceruque Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est vt non occiderentur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis.

16 Post dies autem tres initi fœderis, audierant quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri essent.

17 Mouerúntque castra filii Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon & Caphira & Beroth & Cariath-iarim.

18 Et non percusserunt eos, eo quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes Israel.

19 Qui responderunt eis, Iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere.

20 Sed hoc faciemus eis, Reseruentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini conciterꝛtur, si peieraueriꝛmus*: *eis

21 Sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquásque comportent.

22 Quibus hæc loquentibus, vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis, Cur nos decipere fraude voluistis vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis: cùm in medio nostri sitis?

23 Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquásque comportans in domum Dei mei.

24 Qui responderunt, Nuntiatũ est nobis seruis tuis quòd promisisset Dominus Deus tuus Moysi seruo suo vt traderet vobis omnem Terram, & disperderet cunctos habitatores eius: timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore compulsi: & hoc consilium inijmus.

25 Nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis.

26 Fecit ergo Iosue vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderentur.

27 Decreuitque in illo die eos esse in ministerio cuncti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, vsque in præsens tempus, in loco quem Dominus elegisset.

CAP. X.

Amorrhæi pugnantes contra Gabaonitas, vincuntur à Iosue. Pluit lapides. Sistitur sol. Quinque reges suspenduntur. Macceda, Lobna, Gaser, Eglon, Hebron, Dabir capiuntur. Horam rex Gaser.

1 QVæ cùm audisset Adoni-sedec rex Ierusalem, quòd scilicet cepisset Iosue Hai, & subuertisset eã (sicut enim fecerat Iericho & regi eius, sic fecit Hai, & regi illius) & quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum,

2 Timuit valde, vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnésque bellatores eius fortissimi.

3 Misit ergo Adoni-sedec rex Ierusalem ad Oham regem Hebron, & ad Phiram regem Ierimoth, & ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens,

4 Ad me ascendite, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue, & ad filios Israel.

5 Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorũ, rex Ierusalem, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam.

6 Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum: ascende cito, & libera nos, ferque præsidium: conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis. B

7 Ascenditque Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cũ eo, viri fortissimi. *virique

8 Dixitque Dominus ad Iosue, Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus enim ex eis tibi resistere poterit.

9 Irruit itaque Iosue super eos repentè, tota nocte ascendens de Galgalis.

10 Et conturbauit eos Dominus à facie Israel: contriuítque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Bethoron, & percussit vsque Azeca & Maceda.

11 Cúmque fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth-horon, Dominus misit super eos lapides magnos de cælo vsque ad Azeca, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filii Israel. C

12 Tunc locutus est Iosue Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis, *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra Vallem-Aialon. *Ecc. 38. d. 21. ecclesi. 46 a. 5.

13 Steteruntque sol & luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque sol in medio cæli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei.

14 Non fuit ante & postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel.

15 Reuersusque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ.

16 Fugerant enim quinque reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda.

17 Nuntiatúmque est Iosue quòd inuenti essent quinque reges latentes in spelunca

vrbis Maceda,

D 18 Qui præcepit sociis, & ait, Voluite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros illustrios qui clausos custodiant:

19 Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras.

20 Cæsis ergo aduersariis plaga magna, & vsque ad internecionem pene consumptis, hi qui in Israel effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas.

21 Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani & integro numero: nullusque contra filios Israel mutire ausus est.

22 Præcepitque Iosue, dicens, Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges qui ibi latitant.

23 Fecerunt que ministri vt sibi fuerat imperatum: & *adduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, regem Ierusalem, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon.

*eduxerunt.

24 Cumque adducti essent ad eum, vocauit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant, Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent,

*educi.

25 Rursum ait ad eos, Nolite timere, nec pauentis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicabitis.

E

26 Percussi que Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites, fuerúntque suspensi vsque ad vesperum.

*dimicatis. (præsen. tẽp.

27 Cumque occumberet sol, præcepit sociis vt deponerent eos de patibulis: qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsque in præsens.

28 Eodem die Macedam quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladii, regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius: non dimisit in ea saltem paruas reliquias: fecitque regi Maceda sicut fecerat regi Iericho.

29 Transiuit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam.

30 Quam tradidit Dominus cum rege suo in manus Israel: percusserúntque vrbem in ore gladii, & omnes habitatores eius: non dimiserunt in ea vllas reliquias. fecerúntque regi Lebnæ sicut fecerant regi Iericho.

P

31 De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel, & exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam.

*Sup. 6. c. 21.

32 Tradiditque Dominus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladii, omnémque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebnæ.

33 Eo tempore ascendit Horam rex Gaser, vt auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internecionem.

34 Transiuitq; de Lachis in Eglon, & circundedit ar: expugnauit eam in eadem die:

35 Percussitque in ore gladii omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis.

36 Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam:

37 Cepitque, & percussit in ore gladii, regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersásque animas quæ in ea fuerant commorantæ: non reliquit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit, consumens gladio.

G

38 Inde reuersus in Dabir, cepit eam, atque vastauit:

39 Regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladii: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Libna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius.

40 Percussit itaque Iosue omnem Terram montanam & Meridianam: atque campestrem, & Ascedoth cum regibus suis: non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israel à Cadel-barne vsque Gazan.

41 Omnem Terram Gosen vsque Gabaon, vniuersosque reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit:

42 Dominus enim Deus Israel pugnauit pro eo.

43 Reuersusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

CAP. XI.

Multi reges occisi cum Heuæis & Iebusæis. Heuæus induratus à Deo, resistit. Enacim interficiuntur.

1 QVe cùm audisset Iabin rex Asor, misit ad Iobab regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph:

2 Ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra Meridiem / cneroth, in campestribus quoque & regionib⁹ Dor in ta mare: Chananæum quoque ab Oriente & Occidente,

3 Et Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Iebusæum in montanis: Heuæũ quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha.

4 Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in litore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis.

5 Conuenerintque omnes reges isti in vnũ ad Aquas-meron, vt pugnarẽt contra Israel.

6 Dixitque Dominus ad Iosue, Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerãdos in conspectu Israel: equos eorum subnervabis, & currus igne combures.

7 Venitque Iosue, & omnis exercitus eius cum eo aduersus illos ad Aquas-meron subito, & irruerunt super eos.

Tradi-

8 Tradiditque illos Dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt vsque ad Sidonem magnam & Aquas-maseruphoth, campúmque Masphe, qui est ad Orientalem illius partem. Itaque percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias:

9 Fecitque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum lubnerauit, currúsque combussit igni.

*cõbussit

10 Reuersusque statim cepit Asor: & regem eius percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc, principatum tenebat.

11 Percussítque omnes animas quæ ibidem morabantur: non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsque ad internecionem vniuersa vastauit, ipsúmque vrbem peremit incendio.

C 12 Et omnes per circuitum ciuitates, reges quoque earum cepit, percussit, atque deleuit, sicut præceperat ei Moyses famulus Domini.

Deut. 7. 4.2.

13 Absque vrbibus quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israel: vnam tantùm Asor munitissimam flamma consumpsit.

14 Omnémque prædam istarum vrbium ac iumenta diuiserunt sibi filii Israel, cunctis hominibus interfectis.

15 *Sicut præceperat Dominus Moysi seruo suo, ita præcepit Moyses Iosue, & ille vniuersa compleuit: non præteriit de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbum quod iusserat Dominus Moysi.

Exod. 34. 6 11. Deut 7. 4.2.

16 Cepit itaque Iosue omnem Terrã montanam, & Meridianam: Terrámque Gosen, & planitiem, & Occidẽtalem plagam, montémque Israel, & campestria eius:

D 17 Et partem montis quæ ascendit Seir vsque Baal-gad per planitiem Libani subter montem Hermon: omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit.

18 Multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos.

19 Non fuit ciuitas quæ se non traderet filiis Israel, præter Heuæum qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit.

20 Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur cordi eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent: & non mererẽtur vllam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi.

21 In illo tempore venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israel, vrbésque eorum deleuit.

22 Non reliquit vllum de stirpe Enacim, in Terra filiorum Israel: absque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solum residui sunt.

23 Cepit ergo Iosue omnem Terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundùm partes & tribus suas. quieuitque Terra à præliis.

CAP. XII.

Reges percussi à filiis Israel & Iosue.

1 HI sunt reges quos percusserunt filii Israel, & possederunt Terrã eorum trans Iordanem ad solis ortũ, à Torrente Arnon vsque ad montem Hermon, & omnem Orientalem plagam quæ respicit solitudinem.

2 Sehon rex Amorrhæorum, qui *habitauit Hesebon, dominatus est Aroer quæ sita bat est super ripam Torrentis Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiáque Galaad, vsque ad Torrentem Ieboc qui est terminus filiorum Ammon.

*habitabat in

3 Et à solitudine vsque ad Mare Ceneroth B contra Orientem, & vsque ad Mare deserti, quod est mare salsissimum, ad Orientalem plagam per viam quæ ducit Beth-simoth: & ab Australi parte, quæ subiacet Asedoth vsque Phasga.

4 Terminus Og regis Basan, de reliquiis raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Edrai.

5 Et dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atque in vniuersa Basan, vsque ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad, & terminus Sehon regis Hesebon.

*terminũ

6 Moyses famul⁹ Domini, & filii Israel percusserunt eos, tradiditque Terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse.

7 Hi sunt reges Terræ, quos percussit Iosue & filii Israel trans Iordanem ad Occidentalem plagam, à Baal-gad in campo Libani, vsque ad montem Libani cuius pars ascendit in Seir: tradiditque eam Iosue in possessionem tribubus Israel,

C

8 Singulis partes suas, tam in montanis quam in planis atque campestribus. In Aseroth, & *Asedoth in solitudine, ac in Meridie Hetheus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebusæus.

9 Rex Iericho vnus, rex Hai, quæ est ex latere Beth-el, vnus:

10 Rex Ierusalem vnus, rex Hebron vnus, D

11 Rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus,

12 Rex Eglon vnus, rex Gazer vnus,

13 Rex Dabir vnus, rex Gader vnus,

14 Rex Herma vnus, rex Hered vnus,

15 Rex Lebna vnus, rex Adullam vnus,

16 Rex Maceda vnus, rex Beth-el vnus,

17 Rex Taphua vnus, rex *Opher vnus, *Hepher

18 Rex Aphec vnus, rex *Saron vnus, *Lasaron

19 Rex *Madan vnus, rex Asor vnus, *Madon

20 Rex Semeron vnus, rex Achaph vnus, *Meron

21 Rex Thenæc vnus, rex Mageddo vnus,

22 Rex Cedes vnus, rex Iochanam Carmeli vnus,

23 Rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, rex Gentium Galgal vnus,

24 Rex Thersa vnus: omnes reges triginta vnus.

CAP. XIII.

Iubetur Iosue diuidere terram Israelitis. Gessuri. Machati. Possessio Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse.

1 IOsue senex prouectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum, Senuisti, & Ion-

Li.

gæuus es, Terráque latissima derelicta est:
2 Quæ necdũ sorte diuisa est: omnis videlicet Galilæa, Philisthiim, & vniuersa Gessuri,
3 A fluuio turbido qui irrigat AEgyptum, vsque ad terminos Accaron contra Aquilonem, Terra Chanaan: quæ in quinque regulos Philisthiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas.
4 Ad Meridiem verò sunt Heuæi; omnis Terra Chanaan, & Maara Sidoniorum, vsq; Apheca & terminos Amorrhæi, eiusque confinia.
5 Libani quoque regio contra Orientem à Baal-gad sub monte Hermon, donec ingrediaris Emath.
6 Omnium qui *habitabant in monte, à Libano vsque ad Aquas-maserephoth, vniuersque Sidonios ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. veniat ergo in partem hæreditatis Israel, sicut præcepi tibi.
B 7 Et nunc diuide Terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse,
8 Cum qua Ruben & Gad possederunt Terram, *quam tradidit eis Moyses famulus Domini trans fluenta Iordanis, ad Orientalem plagam.
9 Ab Aroer quæ sita est in ripa Torrentis Arnon, & in vallis medio, vniuersaque campestria Medaba, vsque Dibon:
10 Et cunctas ciuitates Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon vsque ad terminos filiorum Ammon.
11 Et Galaad, ac terminum Gessuri & Machath, & omnem montem Hermon, & vniuersam Basan, vsque ad Salecha,
12 * Omne regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth & Edrai, ipse fuit de reliquiis raphaim: percussitque eos Moyses, atque deleuit.
13 Noluerúntque disperdere filii Israel Gessuri & Machathi: & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem.
14 *Tribui autem Leui non dedit possessionem: sed sacrificia & victimæ Domini Dei Israel, ipsa est eius hæreditas, sicut locutus est illi.
C 15 Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cognationes suas.
16 Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ sita est in ripa Torrentis Arnon, & in valle eiusdem torrentis media: vniuersam planitiem, quæ ducit Medaba.
17 Et Hesebon, cunctósque viculos *eorum qui sunt in campestribus Dibon quoque, & Bamoth-baal, & oppidum Baal-meon,
18 Et Iasa, & Cedimoth, & Mephâath,
19 Et Cariathaim, & Sabama, & Sarathasar in monte conuallis,
20 Beth-phogor & Asedoth, Phasga, & Beth-iesimoth,
21 Et omnes vrbes campestres, vniuersique regna Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon, quem percussit Moyses cum principibus Madian: *Heuæum, & Recem, & Sur, & Hur, & *Rebe duces Sehon habitatores Terræ.
22 Et Balaam filium Beor ariolum occiderũt filii Israel gladio cũ cæteris interfectis.
23 Factúsq; est terminus filiorũ Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarũ per cognationes suas vrbium & viculorum.
24 Deditq; Moyses tribui Gad & filiis eius per cognationes suas possessionem,
25 Cuius hæc diuisio est: Terminus Iazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiã partem Terræ filiorum Ammon: vsque ad Aroer quæ est contra Rabba.
26 Et ab Hesebon vsque *Ramoth, Masphe & Betonim: & à Manaim vsq; ad terminos Dabir.
27 In valle quoque Beth-aram, & Beth-nemra, & Socoth, & Saphon reliquam partem regni Sehon regis Hesebon. huius quoque finis, Iordanis est vsque ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem ad Orientalem plagam.
28 Hæc est possessio filiorum Gad per familias suas, & ciuitates, & villæ earum.
29 Dedit & dimidiæ tribui Manasse, filiisq; eius iuxta cognationes suas possessionem, cuius hoc principium est:
30 A Manaim vniuersam Basan, & cuncta regna Og regis Basan, omnésque vicos Iair qui sunt in Basan sexaginta oppida.
31 Et dimidiam partem Galaad, & Astaroth, & Edrai vrbes regni Og in Basan: filiis Machir, filii Manasse dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes suas.
32 Hanc possessionem diuisit Moyses in campestribus Moab, trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam.
33 Tribui autẽ Leui non dedit possessionem: quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio eius, *vt locutus est illi.

CAP. XIIII.

Caleb postulat promissam sibi hæreditatem.

1 HOc est quod possederunt filii Israel in Terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nũ, & principes familiarum per tribus Israel:
2 Sorte omnia diuidentes, *sicut præceperat Dominus in manu Moysi, nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse.
3 Duabus enim tribubus, & dimidiæ dederat Moyses trans Iordanem possessionem: absque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos,
4 Sed in eorum *successerant locum filii Ioseph in duas diuisi tribus, Manasse & Ephraim: nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta & pecora sua.
5 Sicut præceperat Dominus Moysi, ita fecerunt filii Israel, & diuiserunt Terram.
6 Accesserunt itaque filii Iuda ad Iosue in Galgala. Iocutúsq; est ad eum Caleb filius Iephone Cenezæus, *Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me & te in Cades-barne.
7 Quadraginta annorum eram quãdo misit me Moyses famulus Domini de Cades-barne, vt considerarẽ Terrã, nuntiauique

ei quod

*habitant
Num. 32. f. 33.
Num. 18. c. 21.
*eius
Rebe
*Ramath
D
*Num. 34. f. 54.
*succesſo runt
B
*Num. 14. d. 24.

Hoc schema præponendum est capiti 15. libri Iosue.



ei quod mihi verum videbatur.
8 Fratres autem mei qui ascenderant mecum, dissoluerũt cor populi: & nihilominus ego secutus sum Dominum Deum *tuum.
*meum
C 9 Iurauitque Moyses in die illo, dicẽs, Terra quam calcauit pes tuus, erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum: quia secutus es Dominum Deum *tuum.
*meum
10 Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est vsque in præsentem diem, quadraginta & quinque anni sunt ex quo locutus est Dominus verbũ istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octogintaquinque annorum sum,
11 Sic valens, vt eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum: *illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat, tam ad bellandum quàm ad gradiendum.
*Ecclesiast. 46. v. 11.
D 12 Da ergo mihi montem istum quẽ pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ atque munitæ: si forte sit Dominus mecum, & potuero delere eos, sicut promisit mihi.
*1. Macha. 2. f. 56.
13 Benedixitque ei Iosue: & tradidit ei Hebron in possessionem.
14 Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsq; in præsentem diem, quia secutus est Dominum Deum Israel.
15 Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est: & Terra cessauit à prœliis.

CAP. XV.

Sors filiorum Iudæ, & Caleb. Axa filia Caleb. Vrbes possessionis Iudæ, Iebusæus.

Numer. 34. v. 3.
1 IGitur sors filiorum Iudę per cognationes suas ista fuit: *A termino Edom vsque ad desertum Sin contra Meridiem, & vsque ad extremam partem Australis plagæ.
2 Initiũ eius à summitate maris salsissimi, & à Lingua eius quæ respicit Meridiem.
3 Egreditúrque contra Ascensum-scorpionis, & pertransit in Sina: ascenditque in Cades-barne, & peruenit in Hesron, ascẽdens ad Addar, & circuien*t Cariathaa,
*Carcaa,
4 Atque inde pertransiens in Asemona, & perueniens ad Torrentem-Aegypti: eruntque termini eius Mare-magnum, hic erit finis Meridianæ plagæ.
5 Ab Oriente verò erit initium mare salsissimum vsque ad extrema Iordanis: & ea quæ respiciunt ad Aquilonem à Lingua maris vsque ad eundem Iordanis fluuium.
B 6 Ascenditque terminus in Beth-hagla, & transit ab Aquilone in Beth-araba: ascendens ad Lapidem-Boen filii Ruben:
7 Et tendens vsque ad terminos Debera de Valle-achor, contra Aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex aduersu Ascensionis-adommim, ab Australi parte Torrentis: trãsiensque aquas quæ vocantur Fons-solis: & erunt exitus eius ad Fontem-rogel.
*vallem 8 Ascenditque per *conuallem filii Ennom ex latere Iebusæi ad Meridiem, hæc est Ierusalem: & inde se erigens ad verticẽ montis qui est contra Ge-Ennom ad Occidentem in summitate Vallis-raphaim contra Aquilonem.
9 Pertransitque à vertice montis, vsque ad fontem aquæ Nephtoa: & peruenit vsque ad vicos montis Ephron: inclinatúrque in Baala, quæ est Cariath-iarim, id est vrbs siluarum.
10 Et circuit de Baala contra Occidentem C vsque ad montem Seir: transitque iuxta latus mõtis Iarim ad Aquilonem in Chesalon: & descendit in Beth-sames, transitque in Thamna,
11 Et peruenit contra Aquilonem partis Accaron ex latere: inclinatúrque Sechrona, & transit montem Baalæ: peruenitque in Iebneel, & Magni-maris contra Occidentem fine concluditur.
12 Hi sunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus suis.
13 Caleb verò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, sicut præceperat ei Dominus: Cariath-Arbe patris Enac, ipsa est Hebron.
14 *Deleuitq; ex ea Caleb tres filios Enac, D Sesai & Ahiman & Tholmai de stirpe Enac. *Iudicum 2. f. 20.
15 Atque inde conscendens venit ad habitatores Dabir, quę prius vocabatur Cariath-sepher, id est ciuitas literarum.
16 Dixitque Caleb, Qui percusserit Cariath-sephier, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem,
17 Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: dedítque ei Axam filiam suam vxorem.
18 Qui cum pergerent simul, suasa est à viro suo vt peteret à patre suo agrum: suspiranitque vt sedebat in asino, Cui Caleb, Quid habes, inquit?
19 At illa respõdit, Da mihi benedictionem: Terram Australem & aretem dedisti mihi, iunge & irriguam. dedit itaque ei Caleb irriguum superius & inferius.
20 Hæc est possessio tribus filiorum Iuda per cognationes suas.
21 Erántque ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Edom à Meridie: Cabseel & Eder & Iagur
22 Et Cina & Dimona & Adada
23 Et Cedes & Asor & Iethnam,
24 Ziph & Telem & Baloth.
25 Asor noua & Carioth, Hesron, hæc est Asor.
26 Amam, Sama, & Molada
27 Et Aser-gadda & Hassemon & Beth-phelet
28 Et Haser-sual & Ber-sabee & Baziothia
29 Et Baala & Iim & Esem
30 Et Eltholad & Cesil & Harma
31 Et Siceleg & Medemena & Sensenna,
32 Lebaoth & Selim & Aen & Remmon. omnes ciuitates viginti nouem, & villæ earum.
33 In campestribus verò Estaol & Sarea & Asena
34 Et Zanoe & En-gannim & Taphua & Enaim
35 Et Ierimoth & Adullã, Socho & Azeca

36 Et Saraim & Adithaim & Gedera & Gederothaim: vrbes quatuordecim, & villæ earum.
37 Sanan & Adasa & Magdal-gad,
38 Delean & Maspha & Iethel,
39 Lachis & Bascath & Eglon,
40 Chebbon & Lehemam & Cethlis,
41 Et Gideroth & Beth-dagon & Naama & Maceda: ciuitates sedecim, & villæ earum.
42 Labana & Ether & Asan,
43 Iephtha & Esna & Nesib,
44 Et Ceila & Achzib & Maresa: ciuitates nouem, & villæ earum.
45 Accaron cum vicis & villulis suis.
46 Ab Accaron vsque ad mare: omnia quæ vergunt ad Azotum & vicibus eius.
47 Azotus cũ vicis & villulis suis: Gaza cum vicis & villulis suis, vsque ad Torrentem Aegypti & Mare magnum terminus eius.
48 Et in monte Samir & Iether & Socoth,
49 Et Danna & Cariath senna, hæc est Dabir:
50 Anab & Istemo & Anim,
51 Gosen & Holon & Gilo: ciuitates vndecim & villæ earum.
52 Arab & Ruma & Esaan,
53 Et Ianum & Beth-thaphua & Apheca,
54 Athmatha & Cariath-arbe, hæc est Hebron, & Sior: ciuitates nouem & villæ earum.
55 Maon & Charmel & Ziph & Iota,
56 Iezrael & Iucadam & Zanoe,
57 Accain, Gebbaa & Thamna: ciuitates decem & villæ earum.
58 Halhul, & Beth-sur, & Gedor,
59 Mareth, & Bethanoth, & Eltheconi: ciuitates sex & villæ earum.
60 Chariath-baal, hæc est Cariath-iarim vrbs syluarum, & Arebba: ciuitates duæ & villæ earum.
61 In deserto: Beth-araba, Meddin, & Sachacha,
62 Et Nebsan, & Ciuitas-salis, & En-gaddi: ciuitates sex & villæ earum simul centum quindecim.
63 Iebuseum autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filii Iuda delere: habitauitque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem.

CAP. XVI.

Sors Ephraim. Chananæus.

1 CEcidit quoque sors filiorum Ioseph ab Iordane contra Iericho ad aquas eius, ab Oriente: solitudo quæ ascendit de Iericho ad montem Beth-el.
2 Et egreditur de Beth-el Luza: trãsitque terminum Archi, Ararothi.
3 Et descendit ad Occidentem iuxta terminum Iephleti, vsque ad terminos Beth-horon inferioris, & Gazer: finiunturque regiones eius Mari-magno.
4 Possederũtque filii Ioseph Manasses & Ephraim: & sactus est terminus filiorũ Ephraim per cognationes suas:
5 Et possessio eorum cõtra Orientem Ataroth-addar, vsque Beth-horon superiorem.
6 Egrediuntúrque confinia in mare: Machmethath vero Aquilone respicit, & circuit terminos cõtra Orientem in Thanath-selo: & pertransit ab Oriente Ianoe.
7 Descenditque de Ianoe in Ataroth & Naarãtha, & peruenit in Iericho, egreditúrq; ad Iordanem.
8 De Taphua pertransit contra mare in Vallum-arundineti, finisq; egressus eius in mare salsissimum. hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas.
9 Vrbésque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, & villæ earum.
10 Et non interfecerunt filii Ephraim Chananæum qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius.

CAP. XVII.

Sors dimidiæ tribus Manasse. Salphaad filiabus datur possessio. Chananæi tributarii filiis Israel. Manasse & Ephraim petunt maiorem hæreditatem.

1 CEcidit autem sors tribui Manasse (ipse enim est primogenitus Ioseph) Machir primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad & Basan.
2 *Et reliquis filiorum Manasse iuxta fami- *Num. 26.*
lias suas, filiis Abi-ezer, & filiis Helec, & fi- *d. 29.*
lis Esriel, & filii s Sechen, & filiis Hepher, & filiis Semida. isti sunt filii Manasse filii Ioseph, mares, per cognationes suas.
3 *Salphaad vero filio Hepher filii Galaad *Num. 27.*
filii Machir filii Manasse non erant filii, sed *d. 1, 36.*
solæ filiæ: quarum ista sunt nomina, Maala &c.
& Noa & Hegla & Melcha & Thersa.
4 Venerũntque in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filii Nun, & principum, dicentes, Dominus præcepit per manũ Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum: dedítque iuxta imperium Do- "eis
mini possessionem in medio fratrum patris earum.
5 Et ceciderunt funiculi Manasse, decem, absque Terra-Galaad & Basan trans Iordanem.
6 Filiæ enim Manasse possederunt hæreditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui erant.
7 Fuitque terminus Manasse Ab Aser, Machmathath, quæ respicit Sichem: & egreditur ad dextram iuxta habitatores Fontis-Taphuæ.
8 Etenim in sorte Manasse ceciderat Terra-Taphuæ, quæ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim.
9 Descenditque terminus Vallis-arundineti in Meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quæ in medio sunt vrbium Manasse: terminus Manasse ab Aquilone torrentis, & exitus eius pergit ad mare;
10 Ita vt possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, & vtranque claudat mare, & coniungantur sibi in tribu Aser ab Aquilone,

Aquilone, & in tribu Issachar ab Oriente.
11 Fuitque hæreditas Manasse in Issachar & in Aser, Beth-san & viculi eius, & Ieblaan cum viculis suis, & habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum viculis suis: similitérque habitatores Tenac cum viculis suis, & habitatores Mageddo cum viculis suis, & tertia pars vrbis Nopheth.
12 Nec potuerunt filii Manasse has ciuitates subuertere, sed cœpit Chananæus habitare in Terra *sua.
13 Postquam autem cõualuerunt filii Israel, subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos.
14 Locutique sunt filii Ioseph ad Iosue, & dixerunt, Quare dedisti mihi Terram in possessionem sortis & funiculi vnius, cùm sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus?
15 Ad quos Iosue ait, Si populus multus es, ascende in syluam, & succide tibi spatia in Terra Pherezæi & raphaim: quia angusta est tibi possessio montis Ephraim.
16 Cui responderunt filii Ioseph, Non poterimus ad montana conscendere, cum ferreis curribus vrantur Chananæi qui habitant in Terra campestri, in qua sitæ sunt Beth-san cum viculis suis, & Iezrael mediam possidens vallem.
17 Dixitque Iosue ad domum Ioseph & Ephraim & Manasse, Populus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis sortem vnam,
18 Sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia: & poteris vltra procedere cùm subuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.

CAP. XVIII.

Mittuntur qui Terram describant tribi suis septem tribubus. Sors filiorum Beniamin. Luza. Cariath-baal.

1 COngregatique sunt omnes filii Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonii, & facta est eis Terra subiecta.
2 Remanserant autem filiorum Israel septem tribus, quæ necdum acceperant possessiones suas.
3 Ad quos Iosue ait, Vsquequo marceris ignauia, & non intratis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis?
4 Eligite de singulis tribubus ternos viros: vt mittam eos, & pergant atque circumeant Terram, & describant eam iuxta *numerum vnius cuiusque multitudinis: referántque ad me quod descripserint.
5 Diuidite vobis Terram in septem partes: Iudas sit in terminis suis ab Australi plaga, & domus Ioseph ab Aquilone:
6 Mediam inter hos Terram in septem partes describite: vos huc venietis ad me, vt coram Domino Deo vestro mittam vobis hîc sortem:
7 Quia non est inter vos pars Leuitarum, sed sacerdotium Domini, est eorum hæredi-

*terminũ

tas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manasse iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad Orientalem plagam: quas dedit eis Moyses famulus Domini.
8 Cúmque surrexissent viri vt pergerent ad describendam Terram, præcepit eis Iosue, dicens, Circuite Terram, & describite eam, ac reuertimini ad me: vt hîc coram Domino Deo vestro, in Silo mittam vobis sortẽ.
9 Itaque perrexerunt: & lustrantes eam, in septem partes diuiserunt, scribentes in volumine. Reuersíque sunt ad Iosue in castra Silo.
10 Qui misit sortes coram Domino in Silo, diuisítque terram filiis Israel in septem partes.
11 Et ascendit sors prima filiorum Beniamin per familias suas, vt possiderent Terram inter filios Iuda & filios Ioseph.
12 Fuitque terminus eorum contra Aquilonem a Iordane: pergens iuxta latus Iericho Septentrionalis plagæ, & inde contra Occidentem ad montana conscendens, & perueniens ad solitudinem Beth-auen.
13 Atque pertransiens iuxta Luzam ad Meridiem, ipsa est Beth-el: descenditque in *Ataroth-addar in montem qui est ad Meridiem Beth-horon inferioris:
14 Et inclinatur circuiens contra mare ad Meridiem montis qui respicit Beth-horon contra Africum: fuitq; exitus eius in Cariat-baal, quæ vocatur & Cariath-iarim, vrbem filiorum Iuda. hæc est plaga contra mare, ad Occidentem.
15 A Meridie autem ex parte Cariath-iarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vsque ad fontem aquarum Nephtoa.
16 Descenditque in partem montis, qui respicit Vallem-filiorum-Ennon: & est contra Septentrionalem plagam in extrema parte Vallis-raphaim. Descenditque in Geennon, id est Vallem-Ennon, iuxta latus Iebusæi ad Austrum. & peruenit ad Fotem-rogel.
17 Transiens ad Aquilonem, & egrediens ad En-semes, id est Fontem-solis: & pertransit vsque ad Tumulos qui sunt e regione Ascensus-adommim: descenditq; Abeu-Boen, id est lapidem Boen filii Ruben.
18 Et pertransit ex latere Aquilonis ad campestria:
19 Descenditque in planitiem, & prætergreditur contra Aquilonem Beth-hagla: sunt-que exitus eius contra Linguam-maris salsissimi ab Aquilone in fine Iordanis ad Australem plagam: qui est terminus illius ad Orientem.
20 Hæc est possessio filiorum Beniamin per terminos suos in circuitu, & familias suas.
21 Fuerũntque ciuitates eius, Iericho & Beth-hagla & Vallis-casis,
22 Beth-araba, & Samaraim & Beth-el
23 Et Auim & Aphara & Opbera,
24 Villa-hemona & Ophni & Gabee: ciuitates duodecim, & villæ earum.
25 Gabaon & Rama & Beroth
26 Et Mesphe & Caphara & Amosa

*Ataroth

Liii.

27 Et Recem, Iarephel & Tharela
28 Et Sela, Eleph, & Iebus, quæ est Ierusalē. Gabaath & Cariath: ciuitates quatuordecim, & villæ earum. Fuerúntque omnes ciuitates viginti sex. Hæc est possessio filiorum Beniamin iuxta familias suas.

CAP. XIX.

Sors Simeon, Zabulon, Issachar, Aser, Nephthali, Dan, Iosue.

1 ET egressa est sors secunda filiorum Simeon per cognationes suas:
2 Fuitque hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda: Ber-sabee [a] & Sabee & Molada
3 Et Hasersual, Bala & Asem
4 Et Eltholad, Bethul & Harma
5 Et Siceleg & Beth-marchaboth & Hasersusa
6 Et Beth-lebaoth & Saroheni: ciuitates tredecim, & villæ earum.
7 Ain & Remmō & Athar & Asan: ciuitates quatuor, & villæ earum.
8 Omnes uiculi per circuitum urbium ista rum usque ad Baalath-beer, Ramath cōtra Austrālē plagam. Fuerúntque omnes ciuitates decem & septem. hæc est hæreditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas,
9 In possessione & funiculo filiorum Iuda: quia maior erat. & ideireo filii Simeō possederunt in medio hæreditatis [a] eius.
10 Cecidítque sors tertia filiorum Zabúlon per cognationes suas: & factus est terminus possessionis [a] filiorum Zabulon usque Sarid.
11 Ascenditque de mari & [a] Medulaa, & peruenit in Debbāseth: usque ad torrentem, qui est contra Iecon am.
12 Et reuertitur de Sarid cōtra Orientem in finem Cheseleth-thabor: & egreditur ad Daberēth, ascenditque contra Iaphie.
13 Et inde pertransit usque ad Orientalem plagam Geth-hepher & Tacasin: & egreditur in Remmon, Amthar & Noa.
14 Et circuit ad Aquilonem Hamathon: sūtque egressus eius Vallis-iephrahel
15 Et Cateth & Naalol & Semeron & [a] Idealaa & Beth-lehem: ciuitates duodecim, & villæ earum.
16 Hæc est hæreditas tribus filiorum Zabulon per cognationes suas, vrbes, & viculi earum.
17 Issachar egressa est sors quarta per cognationes suas:
18 Fuitque eius hæreditas Iezrael & Casaloth & Sunem
19 Et Hapharaim & [a] Seneon & Anaharath
20 Et Rabboth & Cesion, Abes,
21 Et Rameth & En-gannim & En-hadda & Beth-phefes.
22 Et peruenit terminus eius usque Thabor & Sehesima & Beth-semes: eruntque exitus eius Iordanis: ciuitates sedecim, & villæ earum.
23 Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas, vrbes, & viculi earum.
24 Cecidítque sors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas:
25 Fuitque terminus eorum Haleath & Chali & Bethen & Axaph
26 Et Elmelech & Amaad & Messal: & pertinuit usque ad Carmelum maris & Sihor & Labanath.
27 Ac reuertitur contra Orientem Beth-dagon: & pertransit usque Zabulon & Vallem-Iephthahel contra Aquilonem in Beth-emec & Nehiel. Egreditúrque ad leuam Cabul,
28 Et Abran & Rohob & Hamon & Cana, usque ad Sidonem magnam:
29 Reuertitúrque in Horma usque ad ciuitatem munitissimam Tyri, & usque Hosa: eruntque exitus eius in mare de funiculo Achziba:
30 Et Amma & Aphec & Rohob: ciuitates viginti duæ, & villæ earum.
31 Hæc est possessio filiorū Aser per cognationes suas, vrbésque & viculi earum.
32 Filiorum Nephthali sexta [a] pars cecidit per familias suas:
33 Et cœpit terminus de Heleph & Elon [a] in Saananim & Adami, quæ est Neceb, & Iebnael usque Lecum: & egressus eorum usque ad Iordanem.
34 Reuertitúrque terminus contra Occidentem [a] & Azanoth-thabor, atque inde egreditur in Hucuca, & pertransit in Zabulō contra Meridiem, & in Aser contra Occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra Ortum solis.
35 Ciuitates munitissimæ, Assedim, Ser & Emath & Reccath & Cenereth,
36 Et Edema & Arama, Asor
37 Et Cedes & Edrai, En-hasor
38 Et Ieron & Magdalel, Horem & Bethanath & Beth-semes: ciuitates decem & nouem, & villæ earum.
39 Hæc est possessio tribus filiorum Nephthali per cognationes suas, vrbes & viculi earum.
40 Tribui filiorum Dan per familias suas egressa est sors septima:
41 Et fuit terminus possessionis eius Saraa & Estaol, & Hir-semes, id est Ciuitas solis,
42 Selebin & Aialon & Iethela,
43 Elon & Themna & Acron,
44 Elthece, Gebberthon, & Balaath,
45 Et Iud & Bane & Barac & Geth-rémon.
46 Et [a] atque Iercon & Arecon, cum termino [a] Aquæ qui respicit Ioppen,
47 Et ipso fine concluditur. Ascenderúntque filii Dan, & pugnauerunt contra Lesem, ceperúntque eam: & percussérūt eam in ore gladii, & possedérūt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesem-Dan, ex nomine Dan patris sui.
48 Hæc est possessio tribus filiorum Dan, per cognationes suas, vrbes & viculi earū.
49 Cúmque complessent sorte diuidere Terram singulis per tribus suas, dederunt filii Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui,
50 Iuxta præceptum Domini, vrbem quam postulauit, Thamnath-sarai in monte Ephraim: & ædificauit ciuitatem, habitauítque in ea.

Hæ sunt

51 Hæ sunt possessiones quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarum, ac tribuum filiorum Israel, in Silo, coram Domino ad ostiū tabernaculi testimonii; partitique sunt Terram.

CAP. XX.

Ciuitates refugii.

1 ET locutus est Dominus ad Iosue, dicens,
2 *Loquere filiis Israel, & dic eis, Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus sum ad vos per manum Moysi.
3 Vt confugiat ad eas quicunque animam percusserit nescius: & possit euadere iram proximi qui vltor est sanguinis.
4 Cūm ad vnam harum confugerit ciuitatum: stabitque ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius ea quæ se comprobent innocentem: sicque suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum.
5 Cúmque vltor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius: quia ignorās percussit proximum suum, nec ante biduū triduúmve eius probarit inimicus.
6 Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium caulam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & domum suam de qua fugerat.
7 Decreuerúntque Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichē in monte Ephraim, & Cariath-Arbe, ipsa est Hebron in monte Iuda.
8 Et trans Iordanē contra Orientalem plagam Iericho, statuerunt [a] Bosor, quæ sita est in campestri solitudine de tribu Ruben. & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulō in Basan de tribu Manasse.
9 Hæ ciuitates constitutæ sunt cunctis filiis Israel, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi effusum sanguinē vindicare cupientis, donec staret ante populū expositurus causam suam.

CAP. XXI.

Ciuitates Leuitarū. Promissiones de Terra Chanaan impletæ. Pax Israelitis.

1 ACcesserúntque principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israel:
2 Locutíque sunt ad eos in Silo Terræ Chanaan, atque dixerūt, *Dominus præcepit per manum Moysi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta.
3 Dederuntque filii Israel de possessionibus suis iuxta imperium Domini, ciuitates & suburbana earum.
4 Egressáque est sors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Beniamin, ciuitates tredecim.
5 Et reliquis filiorum Caath, id est Leuitis qui superfuerant, de tribubus Ephraim & Dan, & [a] dimidiæ tribus Manasse ciuitates decem. [a] dimidia tribu
6 Porrò filiis Gerson egressa est sors, vt acciperent de tribubus Issachar & Aser & Nephthali, dimidiáque tribu Manasse in Basan ciuitates numero tredecim.
7 Et filiis Merari per cognationes suas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon vrbes duodecim.
8 Dederuntque filii Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum, sicut præcepit Dominus per manum Moysi, singulis sorte tribuentes.
9 De tribub filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates: *quarum ista sunt nomina, 1. Paral. 6
10 Filiis Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim sors illis egressa est) a. 2.
11 Cariath-Arbe patris Enac, quæ vocatur Hebron, in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum.
12 *Agros verò, & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad possidendum. Sup. 14. d. 14.
13 Dedit ergo filiis Aaron sacerdotis Hebron confugii ciuitatem, ac suburbana eius: & Lobnam cum suburbanis suis: [a] Estemoa
14 Et Iether, & [a] Estemo,
15 Et Holon, & Dabir,
16 Et Ain, & Ieta, & Beth-semes, cum suburbanis suis: ciuitates nouē de tribubus, vt dictum est, duabus.
17 De tribu autem filiorum Beniamin, Gabaon & Gabae
18 Et Anathoth & Almon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor.
19 Omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotis tredecim, cum suburbanis suis.
20 Reliquis verò per familias filiorū Caath Leuitici generis hæc est data possessio.
21 De tribu Ephraim vrbes confugii Sichem cum suburbanis suis, in monte Ephraim, & Gazer
22 Et Cibsaim & Beth-horon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor.
23 De tribu quoque Dan: Elthece & Gebathon
24 Et Aialon & Geth-remmon, cū suburbanis suis, ciuitates quatuor.
25 Porro de dimidia tribu Manasse, Thanach & Geth-remmō, cum suburbanis suis, ciuitates duæ.
26 Omnes ciuitates decem, & suburbana earū datæ sunt filiis Caath inferioris gradus.
27 Filiis quoque Gerson Leuitici generis de dimidia tribu Manasse confugii ciuitates, Gaulon in Basan, & Bosram, cum suburbanis suis, ciuitates duas.
28 Porro de tribu Issachar: Cesion, & Dabereth,
29 Et Iaramoth, & En-gannim, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor.
30 De tribu autem Aser: Masal & Abdon, [a] Messal
31 Et Helcath, & Rohob, cū suburbanis suis ciuitates quatuor.
32 De tribu quoq; Nephthali ciuitates confugii, Cedes in Galilæa, & Hamoth-dor, & Carthan, cū suburbanis suis, ciuitates tres.
33 Omnes vrbes familiarum Gerson, redg-

I.iiii.

cim, cum suburbanis suis.
34 Filiis autē Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulon, Iecnam & Cartha
35 Et Dimna & Naalol, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.
D 36 De tribu Gad ciuitates confugii, Ramoth in Galaad, & Manaim
37 Et Hesebon & Iaser, ciuitates quatuor cum suburbanis suis,
38 De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugii, Bosor in solitudine, Misor & Iaser,
39 Et Iethson & Mephaad, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.
40 Omnes vrbes filiorum Merari per familias, & cognationes suas duodecim.
41 Itaque ciuitates vniuersæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadraginta octo cum suburbanis suis,
42 Singulæ per familias distributæ.
43 Dedit que Dominus Deus Israel omnem Terram, quam iuraturum se patribus eorum iurauerat, & possederunt illam, atque habitauerunt in ea.
44 Datāque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes, nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum dicionem redacti sunt.
45 Ne vnum quidem verbū quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

CAP. XXII.

Ruben, Gad, & dimidia tribus Manasse, remissi in possessiones, ædificant altare in memoriā, propter quod iratis fraternis pugnant se.

1 EOdem tempore vocauit Iosue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manasse, dixitque ad eos,
2 Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini: mihi quoque in omnibus obeditis,
3 Nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diem, custodientes imperium Domini Dei vestri.
4 Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem & pacem, sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in Terram possessionis, quā
Mane, 31. f 33. tradidit vobis Moyses famulus Domini trans Iordanem,
5 Ita dūntaxat, vt custodiatis artenter, & opere compleatis mandatum & legē quā præcepit vobis Moyses famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, & obseruetis mandata illius, adhæreatisque ei, ac seruatis in omni corde, & in omni anima vestra.
6 Benedixitque eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua,
7 Dimidiæ autem tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan: & idcirco mediæ quæ superfuit, dedit Iosue sortem inter exteros fratres suos trans Iordanem ad Occidentalem eius plagam.
8 Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos, In multa substantia atque diuitijs reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædam hostium cum fratribus vestris.
9 Reuersique sunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, à filijs Israel de Silo, quæ sita est in Chanaan, vt intrarent Galaad Terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moysi.
10 Cumque venissent ad cumulos Iordanis, C in Terram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis.
11 Quod cùm audissent filij Israel, & ad eos certi nuntij detulissent ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse altare in Terra Chanaan, super Iordanis tumulos, contra filios Israel:
12 Conuenerunt omnes in Silo, vt ascenderent, & dimicarent contra eos.
13 Et interim miserunt ad illos in Terram Galaad Phinees filium Eleazari 'sacer- 'sacerdotis.
dotem,
14 Et decem principes cum eo, singulos de singulis tribubus.
15 Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse in Terram Galaad, dixeruntque ad eos,
16 Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ est ista transgressio? cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes?
17 An parum vobis est quod 'peccastis in D Num. 25. Beel-phegor, & vsque in præsentem diem a. 4. macula huius sceleris in 'vobis permanet, 'nobis
multique de populo corruerint?
18 Et vos hodie reliquistis Dominū, & eras in vniuersum Israel ira eius desæuiet.
19 Quod si putatis immundam esse Terram possessionis vestræ, transite ad Terram in qua tabernaculum Domini est, & habitate inter nos: tantum vt à Domino, & à nostro consortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei nostri.
20 'Nónne Achan filius Zare præteriit man- Sup. à 7. datum Domini, & super omnem populum a. 1. Israel ira eius incubuit? & ille erat vnus homo, atque vtinam solus periisset in scelere suo.
21 Responderuntque filij Ruben, & Gad, & E 'dimidiæ tribus Manasse principibus legationis Israel, 'dimidia
22 Fortissimus Deus Dominus, 'ipse nouit, 'Fortissi-
& Israel simul intelliget: si præuaricationis animo hoc altare construximus, non mus
custodiat nos, Deus Dominus
23 Sed puniat nos in præsenti: & si ea mente fecimus vt holocausta, & sacrificium, & pacifica, victimas super eo imponeremus, ipse quærat & iudicet:
24 Et non ea magis cogitatione atque tractatu, vt dicere mus, Cras dicēt filij vestri filijs nostris, Quid vobis & Dño Deo Israel?
25 'Terminum posuit Dominus inter nos & vos ô filij Rubē, & filij Gad, Iordanē fluuiū: & idcirco partē non habetis in Domino. & per hanc occasionem auertent filij vestri filios

filios nostros à timore Domini.
26 Putauimus itaque melius, & diximus: Extruamus nobis altare, non in holocaustā, neque ad victimas offerendas,
27 Sed in testimonium inter nos & vos, & soboles nostram, vestrāmque progeniem, vt seruiamus Domino, & iuris nostri sit offerre & holocausta, & victimas, & pacificas hostias: & nequaquam dicant eras filij vestri filijs nostris, Non est vobis pars in Domino.
F 28 Quod si voluerint dicere, respondebimus eis, Ecce altare Domini quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum.
29 Absit à nobis hoc scelus vt recedamus à Domino, & eius vestigia relinquamus extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri quod exstructum est ante tabernaculum eius.
30 Quibus auditis, Phinees sacerdos, & principes legationis Israel, qui erant cum eo, placati sunt: & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, libentissimè susceperunt.
G 31 Dixitq; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos, Nunc scimus quod nobiscum sit Dominus, quoniam alieni estis à præuaricatione hac, & liberastis filios Israel de manu Domini.
32 Reuersusque est cum principibus à filijs Ruben & Gad de Terra Galaad, 'in finium Terram Chanaan ad filios Israel, & retulit eis.
33 Placuitque sermo cunctis audientibus: Et laudauerunt filij Israel, & nequaquam vltra dixerunt vt ascenderent contra eos atque pugnarent, & delerent Terram possessionis eorum.
34 Vocauerūntque filij Ruben, & filij Gad altare quod exstruxerant, Testimonium nostrum, quod Dominus ipse sit Deus.

CAP. XXIII.

Iosue admonitum populum ne adhæreat gentibus, nisi alii quam soli Deo fidat, qui promissiones suas adimpleuit eis.

1 EVoluto autem multo tēpore, postquā pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam longæuo, & personilis ætatis,
2 Vocauit Iosue omnem Israelem, maioresque natu, & principes, ac 'duces, & magistros, dixitque ad eos, Ego senui, & progressioris ætatis sum: 'iudices
3 Vósque cernitis omnia quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit:
4 Et nunc quia vobis sorte 'diuisit omnem 'diuisi (prima Terram, ab Orientali parte Iordanis vsq; persona. ad Mare-magnum, multæque adhuc supersunt nationes:
5 Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet à facie vestra, & possidebitis Terram, sicut vobis pollicitus est.
6 Tantum confortamini: & estote solliciti vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi: & nō declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram:
7 Ne postquam intraueritis ad Gentes, quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorū earū, & seruatis eis, & adoretis illos:
8 Sed adhæreatis Domino Deo vestro, quod feciſtis vsque in diem hanc.
9 Et tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro Gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit.
10 Vnus e vobis persequetur hostium mille C virosiquia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est.
11 Hoc tantum diligentissimè præcauete, vt diligatis Dominum Deum vestrum.
12 Quod si volueritis Gentium harum quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere cōnubia, atque amicitias copulare:
13 Iam 'tunc citote quod Dominus Deus 'nunc vester non eas delcat ante faciem vestram, sed 'sint vobis in foueam ac laqueum, & 'erunt offendiculum ex latere vestro, & fudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima quam tradidit vobis.
14 Ecce ego hodie ingredior viam vniuersæ D terræ, & toto animo cognoscetis quòd de omnibus verbis quæ se Dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, vnum non prætermerit incassum.
15 Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prosperā cuncta venerunt: sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima quam tradidit vobis,
16 Eo quòd prætermeritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos: citò atque velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

CAP. XXIIII.

Iosue hortatur Israelitas ad legis obseruationē. Eligit Israelitæ Deū. Verba populi ūn Deo. Moritur Iosue. Ossa Ioseph. Eleazar moritur.

1 COng regatisque Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & vocauit maiores natu, ac principes, & iudices, & magistros: stetēruntque in conspectu 'Domini. 'Dei
2 Et ad populum sic locutus est, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Trans fluuium habitauerūt patres vestri ab initio, *Thare Gene. 11. pater Abraham & Nachor: seruierūtque d. 26. dijs alienis.
3 Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in Gene. 17. a Terram Chanaan: multiplicauitque se- 2 25. d. 6 men eius, & dedi ei Isaac: Gene. 35.
4 Illique rursum dedi Iacob & Esau. *E Gene. 46. a. 2. quibus, Esau dedi montem Seir ad possi- dendum: *Iacob verò, & filij eius descen- a. 6. derunt in AEgyptum. Exod. 3.
5 *Misique Moysen & Aaron, & percussi c. 10. AEgyptum multis signis atque portentis, b

Exod. 12. f.37. Exod. 14. b.9.

6 *Eduxique vos & patres vestros de AEgypto, & venistis*ad mare: persecutique sunt AEgyptii patres vestros curribus & equitatu, vsque ad Mare-rubrum.

7 Clamauerunt autem ad Dominum filii Israel: qui posuit tenebras inter vos & AEgyptios: & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in AEgypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore:

Gene. 42 d.22.

8 *Et introduxi vos in Terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanem. *Cúmque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis Terram eorum, atque interfecistis eos.

C Numer.21. e.29. Nume.22. a.5.

9 *Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, & pugnauit cõtra Israelem. Misitq; & vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis:

10 Et ego nõ audire eum, sed è contrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius.

Supra 3. d 14. 6. a. 1. 21. a. 3.

11 Transistisque Iordanem, & venistis ad Iericho. *Pugnauerúntque contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus & Pherezæus & Chananæus & Hethæus & Gergesæus & Heuæus & Iebusæus: & tradidi illos in manus vestras.

Supra 23. d.20.

12 *Misíque ante vos crabrones: & eiecí eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio & in arcu tuo.

13 Dedique vobis Terram in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis, vineas & oliueta quæ non plantastis.

14 Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde atque veríssimo: & auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in AEgypto, ac seruite Domino.

D 15 Sinautem malũ vobis videtur vt Domino seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potissimũ debeatis, vtrum diis quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum in quorum Terra habitatis: ego autem & domus mea seruiemus Domino.

16 Respondítque populus, & air, Absit à nobis vt relinquamus Dominum, & seruiamus diis alienis,

17 Dominus Deus noster ipse eduxit nos & patres nostros de Terra AEgypti, & de domo seruitutis: fecítque videntibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos transiuimus.

18 Et eiecit vniuersas Gentes, Amorrhæũ habitatorẽ Terræ quã nos intrauimus. Seruiemus igitur Dño, quia ipse est Deus noster.

19 Dixítque Iosue ad populum, Nõ poteritis seruire Domino: Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis.

20 Si dimiseritis Dominũ, & seruieritis diis alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet postquã vobis præstiterit bona.

21 Dixítque populus ad Iosue, Nequaquam ita vt loqueris erit, sed Domino seruiemus.

22 Et Iosue ad populum, Testes, inquit, vos estis quia ipsi elegeritis vobis Dominum vt seruiatis ei.

23 Respondérúntq; Testes. Nũc ergo, air, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dñm Deum Israel.

24 Dixítque populus ad Iosue, Domino Deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius.

25 Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem.

26 Scripsíque quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidẽ pergrandem, posuítque eum subter quercum, quæ erat in sanctuario Domini.

27 Et dixit ad omnem populum, En lapis iste erit vobis in testimonium quod *audieritis omnia verba Domini quæ locutus est vobis: ne forte postea negare velitis, & mentiri Domino Deo vestro.

*audieris

28 Dimisítque populum, singulos in possessionem suam.

G 29 Et postquã hæc mortuus est Iosue filius Nũ seruus Domini, centũ & decem annorum:

30 Sepelierúntque eum in finibus possessionis suæ in Thamnath-sare, quæ est sita in monte Ephraim, à Septentrionali parte montis Gaas.

31 Seruitque Israel Domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui longo vixerant tempore post Iosue, & qui nouerãt omnia opera Domini quæ fecerat in Israel.

32 *Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filii Israel de AEgypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri quem emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichem, centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph.

Gene. 50. d.25. Gene. 33. d.19.

33 Eleazar quoque filius Aarõ mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filii eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

LIBER

LIBER IVDICVM, HEbraicè Sophetim.

CAP. I.

Iudas dux Israelitarum, expugnat Chananæos. Adoni-bezec. Ierusalem. Dabir. Othoniel mariuus Axæ. Bethel expugnatur. Chananæi tributarii.

1 POst mortem Iosue consulue runt filii Israel Dominum, dicentes, Quis ascender ante nos contra Chananæum, & erit dux belli?

2 Dixítque Dominus, Iudas ascendet: ecce tradidi Terram in manus eius.

3 Et ait Iudas Simeõni fratri suo, Ascende mecum in sorte mea, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in sorte tua, & abiit cum eo Simeon.

in sortẽ meam. in sorte tuam.

4 Ascendíque Iudas, & tradidit Dominus Chananæum, ac Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezec decem millia virorum.

5 Inuenerúntque Adoni-bézec in Bezec, & pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum.

B 6 Fugit autem Adoni-bézec: quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum.

7 Dixítque Adoni-bézec, Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus, adduxerúntque eum in Ierusalem, & ibi mortuus est.

8 Oppugnantes ergo filii Iuda Ierusalem, ceperant eam, & percusserunt in ore gladii, tradentes cunctam incendio ciuitatem.

9 Et postea descendentes pugnauerunt cõtra Chananæum qui habitabat in montanis, & ad Meridiem in campestribus.

C 10 Pergénsque Iudas contra Chananæum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antequam Chariath-arbe) *percussit Sesai, & Ahimam, & Tholmai:

Iosue 15. d.14.

11 Atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomẽ vetus erat Cariath-sepher, id est ciuitas litterarum.

12 Dixítq; Caleb, Qui percusserit Cariath-sepher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem.

13 Cúmque cepisset eam Othoníel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem.

14 Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrum. Quæ cum subsannasset sedens in asino, dixit ei Caleb, Quid habes?

15 At illa respõdit, Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguã aquis. dedit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius.

D 16 Filii autem Cinæi cognati Moysi ascendérunt de Ciuitate palmarum, cum filiis Iuda in desertum sortis eius, quod est ad Meridiem Arad, & habitauerunt cum eo.

17 Abiit autem Iudas cum Simeõne fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerunt eum, vocatúmque est nomen vrbis, Horma, id est anathema.

18 Cepítque Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalõnem, atque Accaron, cum terminis suis.

19 Fuítque Dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus, quos habebant.

Nume.13 d.14.

20 Dederúntq; Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios Enac.

E 21 Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filii Beniamin: habitauítque Iebusæus cum filiis Beniamin in Ierusalem vsque in præsentem diem.

22 Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel, fuítque Dominus cum eis.

23 Nam cum obsiderent vrbem, quæ prius Luza vocabatur,

24 Viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixerúntque ad eum, Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam.

25 Qui cum ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladii: hominem autem illum, & omnem eius cognationem dimiserunt.

F 26 Qui dimissus, abiit in Terram Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauítque eam Luzam: quæ ita appellatur vsque in præsentem diem.

27 Manasses quoque nõ deleuit Beth-sam, & *Tanael Chanath cum viculis suis. & habitatores Dor, & Iebliam, & Mageddo cum viculis suis, coepítque Chananæus habitare cũ eis.

28 Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit.

29 Ephraim etiam non interfecit Chananæum qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo.

30 Zabulon non deleuit habitatores Tethron, & *Naalõl: sed habitauit Chananæus in medio eius, factúsque est ei tributarius.

*Cetron *Naal

31 Aser quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidonis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob.

32 Habitauítque in medio Chananæi habitatoris illius Terræ, nec interfecit eum.

G 33 Nephthali quoq; nõ deleuit habitatores Beth-sames, & Beth-anathi: & habitauit inter Chananæum habitatorẽ Terræ, fuerúntq; ei Beth-semitæ & Bethanitæ tributarii.

34 Arctauítque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent:

35 Habitauítque in monte Hares, quod interpretatur *restatio, in Aialon & Salebim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factúsque est ei tributarius.

*cessatio

36 Fuit autē terminus Amorrhæi ab Ascensu Scorpionis, Petra, & superiora loca.

CAP. II.

Angelus exprobrat populo quòd fœdus fecerint cum Chananæis. Idololatriæ pœnituit: nec tamen relinquunt suas adinuentiones.

1 Ascendítque Angelus Domini de Galgalis ad Locum-flentium, & ait, Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in Terrā pro qua iurau patribus vestris: & pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum:
2 Ita duntaxat vt non ferirētis fœdus cum habitatoribus Terræ huius, & aras eorum subuerteretis: & noluistis audire vocem meam. cur hoc fecistis?
3 Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dii eorum sint vobis in ruinā.
4 Cúmque loqueretur Angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt.
5 Et vocatum est nomen loci illius, Locus-fletūm, siue Lachrymarum: immolauerúntque ibi hostias Domino.
B 6 *Dimisit ergo Iosue populum, & abierūt filii Israel vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam:
*Iosue 24. f. 28.
7 Seruieruntque Domino cunctis diebus eius, & senioru, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quæ fecerat cum Israel.
8 Mortuus est autem Iosue filius Nun, famulus Domini, centum & decem annorū,
9 Et sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in *Thannarh-sare in monte Ephraim, à Septentrionali plaga montis Gaas.
*Thannarh-hares (sic LXX.
10 Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alii qui non nouerunt Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel.
*nouerāt
11 Fecerúntque filii Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim.
C 12 Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de Terra Ægypti: & secuti sunt deos alienos, deos quoque populorum qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt Dominum.
*deósque
13 Dimittentes eum, & seruientes Baal & Astharoth.
14 Iratúsque Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperūt eos, & vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersariis suis,
15 Sed quocunque pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & vehemēter afflicti sunt.
16 Suscitauitque Dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus:
17 Sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Cito defecerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata Domini, omnia fecere contraria.
D 18 Cúmque Dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium.
19 Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora quàm fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam duríssimam per quam ambulare cōsueuerant.
20 Iratúsque est furor Domini in Israel, & ait, Quia irritum fecit gens ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit,
21 Et ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est:
22 Vt in ipsis experiar Israel, vtrum custodiant viam Domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non.
23 Dimisit ergo Dominus omnes nationes has, & cito subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

CAP. III.

Chananæi quare relicti inter Israelitas. Miscent connubia, & obliuiscuntur Dei. Othoniel liberat populum. Aod occidit regem Eglon. Moabitæ occiduntur. Samgar occidit Philistæos.

1 Hæ sunt gentes quas Dominus derelíquit, vt erudiret in eis Israelē, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum:
2 Et postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi:
3 Quinq; satrapas Philisthinorū, omnémq; Chananæū, & Sidonii atque Heuæum qui *habitabat in monte Libano, de monte Baalhermon vsque ad introitum Emath.
*habitabant
4 Dimisítque eos vt in ipsis experiretur Israelem vtrum audirent mandata Domini quę præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non.
5 Itaque filii Israel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pheræi, & Heuæi, & Iebusæi:
6 Et duxerunt vxores filias eorum, ipsíq; filias suas filiis eorum tradiderunt, & seruierunt diis eorum.
7 Fecerūq; malū in cōspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, seruiētes Baalim & *Astharoth.
*Aseroth (sic Hebraicè.
8 Iratúsq; contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusi-rasathāim regis Mesopotamiæ, seruierúntque ei octo annis.
B 9 Et clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem:
10 Fuítque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel. Egressúsque est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chusarsathāim regem Syriæ, & oppressit eum.
11 Quieuítque Terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez.
12 Addiderunt autem filii Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moabitarum: quia fecerunt malum in conspectu eius.

Et copu-

13 Et copulauit ei filios Ammon, & Amalec: abiitque & percussit Israel, atque possedit Vrbem-palmarum.
14 Seruierúntque filii Israel Eglon regi Moab decem & octo annis:
15 Et postea clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorē vocabulo Aod, inclytum filium Gera filii Iemini, qui viraq; manu pro dextera vtebatur. Miserúntq; filii Israel per illū munera Eglō regi Moab.
C 16 Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accīctus est eo subter fagum in dextro femore.
17 Obtulítque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crássus nimis.
18 Cúmque obtulísset ei numera, prosecutus est socios qui cum eo vénerant.
19 Et reuersus de Galgalis, vbi erant idōla, dixit ad regem, Verbum secretum habeo ad te ô rex. Et ille imperauit silentium: egressíque omnibus qui circa eum erant,
20 Ingressus est Aod ad eum. sedebat autem in æstiuo cœnaculo solus. Dixítque, Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno.
21 Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam de dextro femore suo, infixítq; eam in ventrem eius
22 Tam válide vt capulus sequeretur ferrū in vulnere, ac pinguíssimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed dimísit vt percússerat, reliquit in corpore, statímq; per secreta naturæ alui stercora proruperunt.
23 Aod autem clausis diligentíssimè óstiis cœnaculi, & obfirmatis seris, per posticum egressus est.
24 Seruique regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt, Forsitan purgat aluum in æstiuo cœnaculo.
D 25 Expectántésque diu donec erubescerent, & videntes quod nullus aperiret, tulerunt clauem: & aperientes inuenerunt dominum suum in terra iacentem mortuum.
26 Aod autem dum illi turbarentur, effugit, & pertransiit Locum-idolorum vnde reuer sus fuerat.
27 Venítque in Seirath: & statim insonuit buccina in monte Ephraim: de scenderúntque cum eo filii Israel, ipso in fronte gradiente.
28 Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradidit enim Dominus inimícos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderúntque post eum, & occupauerunt vada Iordanis quæ transmittunt in Moab: & non dimiserunt transire quemquam,
29 Sed percússerunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos & fortes viros. nulli eorū euadere potuit.
30 Humiliatúsque est Moab in die illo sub manu Israel: & quiéuit Terra octoginta annis à prœliis.
31 Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philistiim sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.

CAP. IIII.

Israelitæ traduntur inter manus Iabin. Debora cum Barac liberant eos, cæso à Iahel Sisara.

1 Addiderúntque filii Israel facere malum in conspectu Domini post mortem Aod,
2 Et tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Asor: habuítque ducem exercitus sui nomine Sisaram: ipse autem habitabat in Haroseth-gentium.
3 Clamauerúntque filii Israel ad Dominum, nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppresserat eos.
4 Erat autem Debora prophētis yxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore:
5 Et sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Beth-el in monte Ephraim: ascendebántque ad eam filii Israel in omne iudicium.
6 Quæ mísit, & vocauit Barac filium Abinoem de Cedes-Nephthali: dixítque ad eum, Præcepit tibi Dominus Deus Israel, Vade, & duc exercitum in montem Thabor, tollésque tecum decem millia pugnatorum de filiis Nephthali, & de filiis Zabulō:
E 7 Ego autem adducam ad te in loco torrentis Císon, Sisaram principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua.
8 Dixítque ad eam Barac: Si venis mecum, vadam: si nolueris venire mecum, non pergam. Quæ dixit ad eum,
9 Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaque Debora, & perrexit cum Barac in Cedes.
10 Qui accitis Zabulon & Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Deboram in comitatu suo.
11 Haber autem Cinæus recesserat quondam à cęteris Cinæis fratribus suis filiis Hobab, cognati Moysi: & tetenderat tabernacula vsque ad vallem quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes.
12 Nuntiatúmque est Sisare quòd ascendísset Barac filius Abinoem, in montem Thabor:
13 Et congregauit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroseth-gentium ad Torrentem Císon.
C 14 Dixítq; Debora ad Barac, Surge: hæc est enim dies in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo.
15 *Perterrítq; Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersámque multitudinem in ore gladii ad conspectū Baraec: itantum vt Sisara de curru desíliés, pedibus fugeret,
*Psal. 82. b. 10.
16 Et Barac persequerétur fugientes cúrrus, & exercitum vsque ad Haroseth-gentium, & omnis hostium multitudo vsque ad internecionem caderet.
17 Sisara autem fugiens pervenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin regem Azor, & domum Haber Cinæi.

18 Egressa igitur Iahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum, Intra ad me domine mi, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, dixit ad eam,
19 Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum.
20 Dixitque Sisara ad eam, Sta ante ostium tabernaculi: & cum venerit aliquis interrogans te, & dicens, Nunquid hic est aliquis? Respondebis, Nullus est.
21 Tulit itaque Iahel vxor Haber, clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa abscondite, & cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem morti socians defecit, & mortuus est.
22 Et ecce Barac sequens Sisaram veniebat: egressaque Iahel in occursum eius, dixit ei, Veni, & ostendam tibi virum quem quæris: qui cum intrasset ad eam, vidit Sisaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius.
23 Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanaan coram filiis Israel:
24 Qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan, donec delerent eum.

CAP. V.

Canticum & gratiarum actio Deboræ & Baraci post victoriam.

1 CEcinerúntque Debora & Barac filius Abi-noem in illo die, dicentes,
2 Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino.
3 Audite reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israel.
4 Domine cum exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra mota est, cælique ac nubes distillauerunt aquis.
5 Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel.
6 In diebus Samgar filii Anath, in diebus Iahel quieuerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.
7 Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt: donec surgeret Debora, surgeret mater in Israel.
8 Noua bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerit in quadraginta millibus Israel.
9 Cor meum diligit principes Israel: qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.
10 Qui ascenditis super nitentes asinos, & sedetis super iudicium, & ambulatis in via, loquimini.
11 Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ Domini, & clementiæ fortis Israel: tunc descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum.
12 Surge, surge Debora, surge, surge, & loquere canticum: surge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abi-noem.
13 Saluatæ sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit.
14 Ex Ephraim deleuit eos in Amalec, & post eum ex Ben-iamin in populos tuos: Amalec: de Machir principes descenderunt, & de Zabulon qui educerent ducerent ad bellandum.
15 Duces Issachar fuere cum Debora, & Barac vestigia sunt secuti, cui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.
16 Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.
17 Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan vacabat nauibus: Aser habitabat in litore maris, & in portubus morabatur.
18 Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome.
19 Venerunt reges & pugnauerunt, pugnauerunt reges Chanaan in Thanc, iuxta Aquas-Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes.
20 De cælo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.
21 Torrens-Cison traxit cadauera eorum, Torrens-Cadumim, Torrens-Cison: conculca anima mea robustos.
22 Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium.
23 Maledicite Terræ-Meroz, dixit Angelus Domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortissimorum eius.
24 Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo.
25 Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.
26 Sinistram manum misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locum, & tempus valide perforans.
27 Inter pedes eius ruit, defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis.
28 Per fenestram respiciens vlulabat mater eius: & de cœnaculo loquebatur, Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?
29 Vna sapientior cæteris vxoribus eius, hæc socrui verba respondit,
30 Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima feminarum eligitur ei: vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur.
31 Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Quieuitque Terra per quadraginta annos.

CAP. VI.

Israel idololatra opprimitur à Madianitis. Mittitur Gedeon à Deo liberator. Signum suæ vocationis petit. Exercit aram Baal. Signo accepto in vellere, rursus est de victoria.

1 FEcerunt autem filii Israel malum in conspectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian septem annis,
2 Et oppressi sunt valde ab eis: fecerúntque sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca.
3 Cúmque seuisset Israel, ascendebat Madian & Amalec, cæteræque Orientalium nationum.
4 Et apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant vsque ad introitum Gazæ: nihilque omnino ad vitam pertinens reliquebant in Israel, non oues, non boues, non asinos.
5 Ipsi enim & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa complebant, & numera multitudo hominum, & camelorum, quicquid tetigerant deuastantes.
6 Humiliatúsque est Israel valde in conspectu Madian.
7 Et clamauit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas.
8 Qui misit ad eos virum prophetam, & locutus est, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego vos feci conscendere de Aegypto, & eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de manu Aegyptiorum,
9 Et omnium inimicorum qui affligebant vos: eiecíque eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis Terram eorum.
10 Et dixi, Ego Dominus Deus vester, ne timeatis Deos Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis. Et noluistis audire vocem meam.
11 Venit autē Angelus Domini, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Cúmque Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian,
12 Apparuit ei Angelus Domini, & ait, Dominus tecum virorum fortissime.
13 Dixitque ei Gedeon, Obsecro mi domine, si Dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerunt patres nostri, atque dixerunt, De Aegypto eduxit nos Dominus? Nunc autem derelíquit nos Dominus, & tradidit in manus Madian.
14 Respexitque ad eum Dominus, & ait, Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian: scito quod miserim te.
15 Qui respondens ait, Obsecro mi domine, in quo liberabo Israel? ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Dixitque ei Dominus,
16 Ego ero tecum, & percuties Madian quasi vnum virum.
17 Et ille, Si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum quod tu sis qui loqueris ad me.
18 Nec recedas hinc, donec reuertar ad te, portans sacrificium, & offerens tibi. Qui respondit, Ego præstolabor aduentum tuum.
19 Ingressus est itaque Gedeon, & coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes: carnésque ponens in canistro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei.
20 Cui dixit Angelus Domini, Tolle carnes Dei & azymos panes, & pone supra petram illam, & ius desuper funde.
21 Cúmque fecisset ita, extendit Angelus Domini summitatem virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos: ascenditque ignis de petra, & carnes, azymósque panes consumpsit: Angelus autem Domini euanuit ex oculis eius.
22 Videnísque Gedeon quod esset Angelus Domini, ait, Heu mi Domine Deus: quia vidi Angelum Domini facie ad faciem.
23 Dixitque ei Dominus, Pax tecum: ne timeas, non morieris.
24 Ædificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitque illud, Dominus-pax, vsque in præsentem diem.
25 Cúmque adhuc esset in Ephra quæ est familiæ Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum, Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septem, destrúeque aram Baal, quæ est patris tui; & nemus quod circa aram Baal est, succide:
26 Et ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petræ huius, super quam ante sacrificium posuisti: tollésque taurum secundū, & offeres holocaustum super struem lignorum quæ de nemore succideris.
27 Assumptis ergo Gedeon decem viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei Dominus. Timens autem domum patris sui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, sed omnia nocte compleuit.
28 Cúmque surrexissent viri oppidi eius mane, viderunt destructam aram Baal, lucúmque excisum, & taurum alterum impositū super altare quod tunc ædificatum erat.
29 Dixerúntque adinuicem, Quis hoc fecit? Cúmque perquirerent authorem facti, dictum est, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. Et dixerunt ad Ioas,
30 Produc filium tuū huc, vt moriatur: quia destruxit aram Baal & succidit nemus.
31 Quibus ille respondit, Nunquid vltores estis Baal, vt pugnetis pro eo? qui aduersarius est eius, moriatur antequam lux crastina ueniat. Si deus est, vindicet se de eo qui subuertit aram eius.
32 Ex illo die vocatus est Gedeon, Ierobaal, eo quod dixisset Ioas, Vlciscatur se de eo Baal, qui fodit aram eius.
33 Igitur omnis Madian & Amalec, & Orientales populi congregati sunt simul, & transeuntes Iordanem, castrametati sunt in Valle Iezrael.
34 Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina conuocauit domum Abi-ézer, vt sequerentur se.
35 Misítque nuntios in vniuersum Manasse, qui & ipse secutus est eum: & alios nuntios in Azer & Zabúlon & Nephthali, qui occurrerunt ei.
36 Dixitque Gedeon ad Dominum, Si salum facis per manum meam populum

Israel, sicut locutus es,
37 Ponam hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quòd per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel.
38 Factumque est ita. & de nocte consurgens expresso vellere, concham rore implevit.
39 Dixitque rursus ad *Dominum, Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentavero, signum quærens in vellere. Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens.
40 Fecitque *Dominus nocte illa vt postulaverat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

*Deum.

*Deus

CAP. VII.

Dent vult sibi victoriam tribui. Gedeon cum trecentis viris tradit Madianitas. Oreb & Zeb occidit.

1 IGitur Ierobaal qui & Gedeon, de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. erant autem castra Madian in valle ad Septentrionalem plagam collis excelsi.
2 Dixitque Dominus ad Gedeon, Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur contra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum.
3 Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica, *Qui formidolosus & timidus est, reuertatur. Recesserunt que de monte Galaad, & reuersi sunt ex populo viginti duo millia virorum, & tantum decem millia remanserunt.

*Deu. 20. b 5. 1 mach. 3. 8. 56.

B 4 Dixitque Dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, reuertatur.

*ipse

5 Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon, Qui manu & lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus bibent, in altera parte erunt.
6 Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os proiiciente, lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat.
C 7 Et ait Dominus ad Gedeon, In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum.
8 Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle.
9 Eadem nocte dixit Dominus ad eum, Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua.
10 Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus.
11 Et cùm audieris quid loquantur, tunc D confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. descendit ergo ipse & Phara puer eius in partem castrorum, vbi erant armatorum vigiliæ.
12 Madian autem & Amalec, & omnes Orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo: cameli autem innumerabiles erant sicut arena quæ iacet in litore maris.

*quoque

13 Cumque venisset Gedeon, narrabat alicui somnium proximo suo: & in hunc modum referebat quod viderat, Vidi somnio, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo voluti, & in castra Madian descendere: cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud atque subuertit, & terræ funditus coæquauit.
14 Respondit ei cui loquebatur, Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filii Ioas viri Israelitæ, tradidit enim Dominus in manus eius, Iadian, & omnia castra eius.
E 15 Cumque audisset Gedeon somnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait, Surgite: tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian.
16 Diuisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum.
17 Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero, faciatis.
18 Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni.
F 19 Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo in partem castrorum, incipientibus vigiliis nocte media: & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & comminodere inter se lagenas.
20 Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaueruntque, Gladius Domini & Gedeonis:
21 Stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes, vlulantesque fugerunt:
22 Et nihil ominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. *Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant, fugientes vsque ad *Beth-seca, & crepidinem Abel-mehula in Tebbath.

*Psal. 82. 0.12.

*Beth-sera.

23 Conclamantes autem viri Israel de Nephthali & Aser, & omni Manasse, persequebantur Madian.
G 24 Misitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim, dicens, Descendite in occursum Madian, & occupate aquas vsque Beth-bera atque Iordanem. Clamauitque omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atque Iordanem vsque Beth-bera.
25 *Apprehensosque duos viros Madian, Oreb & Zeb: interfecit Oreb in Petra-Oreb, Zeb vero in Torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

*Isa. 10. f. 37. 1 Psal. 82. c. 10.

CAP.

CAP. VIII.

Ephraimitæ insurgentes in Gedeonem, mitigantur. Socchitæ & Phanuelitæ occidūtur cum Zebee & Salmana. Præficitur Gedeon Israelitis. Septuaginta eius filii describuntur.

1 DIxerúntque ad eum viri Ephraim, Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes.
2 Quibus ille respondit, Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nónne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abi-ézer.

*Deus

3 In manus vestras *Dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cùm locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum.
4 Cumque venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum cum trecentis viris qui secum erant: & præ lassitudine, fugientes persequi non poterant.
5 Dixitque ad viros Socoth, Date, obsecro, panes populo qui mecū est. quia valde defecerunt: vt possimus persequi Zebee & Salmana reges Madian.
E 6 Respónderunt principes Socoth, Forsitan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes.
7 Quibus ille ait, Cùm ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, & cum reuersus fuero victor in pace, cóteram carnes vestras cum spinis, tribulisque deserti.
8 Et inde conscendens, venit in Phanuel: locutúsque est ad viros loci illius similia. Cui & illi respónderunt sicut respónderant viri Socoth.
9 Dixit itaque eis, Cùm reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc.
C 10 Zebee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis Orientalium populorum, cæsis centum viginti millibus bellatorum, & educentium gladium.

Osee 10. 8. 14.

11 *Ascendénsque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad Orientalem partem Nobe, & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erat, & nihil aduersi suspicabantur.
12 Fugerúntque Zebee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum.
13 Reuertiénsque de bello ante solis ortum,
14 Apprehéndit puerum de viris Socoth, interrogauitque eum nomina principum & seniorum Socoth, & descripsit septuaginta septem viros.
D 15 Venítque ad Socoth, & dixit eis, Ecce Zébee & Salmana super quibus exprobrastis mihi, dicéntes, Forsitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas vt demus viris qui lassi sunt & defecerunt, panes.
16 Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti & tribulos, & contriuit eum eis, atque comminuit viros Socoth.
17 Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis.
18 Dixítque ad Zébee & Salmana, Quales fuerúnt viri quos occidistis in Thabor? Qui respónderunt, Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis.
19 Quibus ille respondit, Fratres mei fuerunt, filii matris meæ. viuit Dominus, quia si seruasseris eos, non vos occiderem.
20 Dixítque Iether primogenito suo, Surge, & interfice eos. qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.
21 Dixerúntque Zébee & Salmana, Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur est hominis. *Surrexit Gedeon, & interfecit Zébee & Salmana: & tulit ornaméta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent.

*Psal. 82. c. 10.

22 Dixerúntque omnes viri Israel ad Gedeon, Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filii tui: quia liberásti nos de manu Madian.
23 Quibus ille ait, Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur *Dominus.

*vobis

24 Dixítque ad eos, Vnam petitionem postulo à vobis. Date mihi inaures ex præda vestra. inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant.
25 Qui respónderunt, Libentíssimè dabimus. expandentésque super terrā pallium, proF iecerunt in eo inaures de præda,
26 Et fuit pondus postulatarum inaurium mille septingenti auri sicli, absque ornamétis, & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum.
27 Fecítque ex eo Gedeon ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. fornicatúsque est omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam.
28 Humiliatus est autē Madian coram filiis Israel, nec potuerunt vltra cervices eleuare. sed quieuit terra per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit.
29 Ablit itaque Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo sua:
30 Habuítque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eo quod plures haberet vxores.
31 Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abi-mélech.
G
32 Mortuúsque est Gedeon filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri.
33 Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filii Israel, & fornicati sunt in Baalim. Percussérunt que cum Baal fœdus, vt esset eis in deum:
34 Nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum:
35 Nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

m.l.

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

CAP. IX.

Abi-mélech occisis septuaginta fratribus suis, constituitur rex. Iotham proposita lignorum parabola, prædicit interitum ipsius. Abi-mélech expugnato exercitu Gaal, & urbe Sichem combusta, interficitur & ipse à muliere.

1 ABiit autem Abi-mélech filius Ierobáal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnē cognationem domus patris matrisque suæ, dicens,

*matris

2 Loquimini ad omnes viros Sichem, Quid vobis est melius, vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Ierobáal, an vt dominetur vobis vnus vir? simúlque considerate quod os vestrū, & caro vestra sum.

3 Locutique sunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorum post Abi-mélech, dicentes, Frater noster est.

4 Dederúntque ei septuaginta pondera argenti de phano Baal-berith, qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secutique sunt eum.

5 Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobáal septuaginta viros, super lapidem vnum: remansitque Iotham filius Ierobáal minimus, & absconditus est.

6 Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ vrbis Mello: abierúntque, & constituerunt regem Abi-mélech, iuxta quercū quæ stabat in Sichem.

B 7 Quod cùm nūtiatum esset Iotham, iit, & stetit in vertice montis Garizim: eleuatáque voce, clamauit & dixit. Audite me viri Sichem, ita vt audiat vos Dominus.

*Deus

8 Ierunt ligna, vt vngerent super se regem: dixerúntque oliuæ, Impera nobis.

9 Quæ respondit, Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dii vtuntur, & homines: & venire vt inter ligna promouear?

10 Dixerúntque ligna ad arborem ficum, Veni, & super nos regnum accipe.

11 Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructúsque suauissimos, & ire vt inter cætera ligna promouear?

12 Locutáque sunt ligna ad vitem, Veni, & impera nobis.

13 Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri?

14 Dixerúntque omnia ligna ad rhamnum, Veni, & impera super nos.

15 Quæ respondit eis, Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite. si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.

C 16 Nunc igitur si rectè, & absque peccato constituistis super vos regem Abi-mélech, & bene egistis cum Ierobáal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius

17 (Qui pugnauit pro vobis, & animā suam dedit periculis, vt eueret vos de manu Madian,

18 Qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem, & constituistis regem Abi-mélech filium ancillæ eius super habitatores Sichem, eo quòd frater vester sit:)

19 Si ergo rectè, & absque vitio egistis cum Ierobáal, & domo eius, hodie lætemini in Abi-mélech, & ille lætetur in vobis.

20 Sin autem peruersè, egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediatúrque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abi-mélech.

21 Quæ cùm dixisset, fugit, & abiit in Bera: habitauitque ibi ob metū Abi-mélech fratris sui.

22 Regnauit itaque Abi-mélech super Israel tribus annis.

23 Misitque Dominus spiritum pessimum (Deus) inter Abi-mélech, & habitatores Sichem: qui cœperunt eum detestari.

24 Et scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobáal, & effusionem sanguinis eorum conferre in Abi-mélech fratrē suum, & in cæteros Sichimorū principes qui eum adiuuerant.

25 Posuerúntque insidias aduersum eum in D summitate montium: & dum illius præstolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. nuntiatumque est Abi-mélech.

26 Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, & transiuit in Sichimam.

27 Ad cuius aduētum erecti habitatores Sichem, egressi sunt in agros vastātes vineas, vuasque calcantes: & factis cantantium choris ingressi sunt phanum dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abi-mélech,

28 Clamante Gaal filio Obed, Quis est iste Abi-mélech, & quæ est Sichem, vt seruiamus ei? nunquid non est filius Ierobáal, & Zebul constitut principem Zebul seruum suum super viros Emor patris Sichem? Cur ergo seruiemus ei?

*quis (He) braice

29 Vtinam daret aliquis populum istum sub manu mea, vt auferrem de medio Abi-mélech. Dictumque est Abi-mélech, Congrega exercitus multitudinem, & veni.

30 Zebul enim princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal filii Obed, iratus est valde,

31 Et misit clàm ad Abi-mélech nuntios, dicens, Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, & oppugnat aduersum te ciuitatem.

32 Surge itaque nocte cum populo qui te- E cum est, & latita in agro.

33 Et primo mane oriente sole, irrue super ciuitatem. Illo autē egrediente aduersum te cum populo suo, fac ei quod poteris.

34 Surrexit itaque Abi-mélech cum omni exercitu suo nocte, & tetēdit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis.

35 Egressúsque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ ciuitatis: surrexit autem Abi-mélech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco.

Cumque

36 Cúmque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul, Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit, Vmbras montium vides quasi capita hominum, & hoc errore deciperis.

37 Rursumque Gaal ait, Ecce populus de umbilico terræ descendit, & vnus cuneus venit per viam quæ respicit quercum.

38 Cui dixit Zebul, Vbi est nūc os tuum, quo loquebaris, Quis est Abi-mélech vt seruiamus ei? nonne hic populus est, quem despiciebas? Egredere, & pugna contra eum.

*Spectare

39 Abiit ergo Gaal, expectante Sichimorum populo; & pugnauit contra Abi-mélech,

40 Qui persecutus est eum fugientem, & in vrbem compulit: cecidérúntque ex parte eius plurimi, vsque ad portam ciuitatis.

F 41 Et Abi-mélech sedit in Ruma: Zebul autē, Gaal, & socios eius expulit de vrbe, nec in ea passus est commorari.

42 Sequenti ergo die egressus est populus in campum.

43 Quod quum nūtiatum esset Abi-mélech, tulit exercitum suum, & diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris.

44 Vidénsque quòd egrederetur populus de ciuitate, surrexit & irruit in eos, cum cuneo suo, oppugnans & obsidens ciuitatem: duæ autem turmæ palantes per campum, aduersarios persequebantur.

45 Porro Abi-mélech omni die illo oppugnabat vrbem: quam cepit, interfectis habitatoribus eius, ipsáque destructa, ita vt sal in ea dispergeret.

46 Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt phanum dei sui Berith, vbi fœdus cū eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde.

47 Abi mélech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos,

48 Ascendit in montem Selmon cum omni populo suo: & arrepta securi, præcidit arboris ramum, imposúmque ferens humero, dixit ad socios, Quod me vidistis facere, cito facite.

49 Igitur certatim ramos de arboribus precidentes, sequebantur ducem. Qui circundantes præsidium, succenderunt: atque ita G factum est, vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres habitatorum turris Sichem.

50 Abi-mélech autem inde proficiscens venit ad oppidū Thebes, quod circundans obsidebat exercitu.

51 Erat autem turris excelsa in media ciuitate, ad quā confugerant simul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clausa firmissimè ianua, & super turris tectum stātes per propugnacula.

52 Accedénsque Abi-mélech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur:

2. Reg. 11. 21. 53 Et ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abi-mélech, & confregit cerebrum eius.

54 Qui vocauit citò armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute me: ne forte dicatur quòd à fœmina interfectus sim. Qui iussa perficiens, interfecit eum.

55 Illo quoque mortuo, omnes qui cum eo erant de Israel, reuersi sunt in sedes suas.

56 Et reddidit Deus malum quod fecerat Abi-mélech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis.

57 Sichimitis quoque quod operati erant, retribuēs est, & venit super eos maledictio Iotham filii Ierobáal.

CAP. X.

Tholæ duci succedit Iair. Israelitæ tradunt Philisthæis. Confitentibus peccatum exhorrat Deus ingratitudinem, & ipsorum miseretur.

1 POst Abi-mélech surrexit dux in Israel Thola filius Phuæ, patrui Abi-mélech, vir de Issachar, qui habitauit in Samir mōtis Ephraim:

2 Et iudicauit Israelem viginti & tribus annis, mortuúsque est, ac sepultus in Samir.

3 Huic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos,

4 Habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius sunt appellatæ Anoth-Iair, id est oppida Iair, vsque in præsentem diem in Terra-Galaad.

5 Mortuúsque est Iair: ac sepultus in loco, cui est vocabulum Camon.

6 Filii autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu B Domini, & seruierant idōlis, baalim & Astaroth, & diis Syriæ ac Sidónis & Moab & filiorū Ammon & Philisthiim: dimiserúntque Dominum, & non coluerunt eum.

7 Cōtra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim & filiorum Ammon.

8 Afflictique sunt, & vehementer oppressi per annos decem & octo, omnes qui habitabant trās Iordanem in Terra-Amorrhæi, quæ est in Galaad:

9 Iratumque vt filii Ammon Iordane transmisso vastarent Iudam & Ben-iamin & Ephraim: afflictúsque est Israel nimis.

10 Et clamantes ad Dominū, dixerunt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum C Deum nostrum, & seruiimus baalim.

11 Quibus locutus est, Nunquid non AEgypti & Amorrhæi, filique Ammon & Philisthiim,

12 Sidonii quoque & Amalec & Chanaan oppresserunt vos: & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum?

13 Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos: idcirco non addam vt vltrà vos liberem.

14 Ite, & inuocate deos quos elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustiæ.

15 Dixerúntque filii Israel ad Dominū, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet: tantùm nunc libera nos.

16 Quæ dicentes, omnia de finibus suis alie- D norum deorum idōla projecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit super mi-

M iij

Universidad de Biblioteca

fertis eorum.

17 Itaque filii Ammon conclamantes, in Galaad fixere tentoria: cõtra quos congregati filii Israel, in Maspha castrametati sunt.

18 Dixerúntque principes Galaad singuli ad proximos suos, Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

CAP. XI.

Iephte dux Israelitarum, Spiritu Dei accensus, occidit Ammonitas. Voto coactus occidit filiam suam.

1 FVit itaque illo in tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad.

2 Habuit autem Galaad vxorem, de qua suscepit filios: qui postquam creuerant, ejecerunt Iephte, dicentes, Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre natus es.

3 Quos ille fugiens atque deultans, habitauit in Terra-tob: congregatique sunt ad eũ viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur.

4 In illis diebus pugnabant filii Ammon contra Israel.

5 Quibus acriter instantibus perrexerũt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephte de Terra-tob: dixerúntque ad eum,

6 Veni, & esto princeps noster, & pugna cõtra filios Ammon:

7 Quibus ille respõdit, Nõnne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me necessitate cõpulsi?

8 Dixerúntq; principes Galaad ad Iephte, Ob hanc igitur causam nũc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes cõtra filios Ammon, fisque dux omnium qui habitant in Galaad.

9 Iephte quoque dixit eis, Si verè venistis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritq; eos Dominus in manus meas, ego ero vester princeps?

10 Qui respõderunt ei, Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est quòd nostra promissa faciemus.

11 Abiit ergo Iephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Locutúsque est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha.

12 Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persõna sua dicerent, Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meam?

13 Quibus ille respondit, Quia tulit Israel terram meam, quando ascendit de Aegypto à finibus Arnon vsque Iaboc atque Iordanem: nunc ergo cum pace redde mihi eam.

14 Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerent regi Ammon,

15 Hæc dicit Iephte, Non tulit Israel Terrã Moab, nec Terram filiorum Ammon:

16 Sed quando de Aegypto conscenderunt, ambulauit per solitudinem vsque ad Mare-rubrum, & venit in Cades.

17 *Misitque nuntios ad regem Edom, dicens, Dimitte me vt transeam terrã tuam. qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. *Num.20. f.19.

18 Mansit itaque in Cades, & circuiuit ex latere Terram Edom, & Terram-Moab: venitque ad orientalem plagam Terræ-Moab, & castrametatus est trãs Arnon: nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe confinium est Terræ-Moab. 'contra

19 *Misit itaque Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei, Dimitte vt transeam per terram tuam vsque ad fluuium. *Num.21. f.21.

20 Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iasa, & fortiter resistebat.

21 Tradiditque eum Dominus in manus Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum,

22 Et possedit omnem Terram-Amorrhæi habitatoris regionis illius, & vniuersos fines eius de Arnon vsque Iaboc, & de solitudine vsque ad Iordanem.

23 Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israel, & tu nunc vis possidere terram eius?

24 Nõnne ea quæ possedit Chamos deus tuus tibi iure debentur: quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostrã cedent possessionem:

25 'Nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum, *Num.22. f.2.

26 Quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem, per trecentos annos: quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? 'Arnon

27 Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, iudicens mihi bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammon.

28 Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat.

29 Factus est ergo super Iepthe Spiritus Domini, & circuiens Galaad & Manasse, Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammon,

30 Votum vouit Domino, dicens, Si tradideris filios Ammon in manus meas:

31 Quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.

32 Transiuitque Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius,

33 Percussitque ab Aroer vsq; dum venias in Menuith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis consita plaga magna nimis.

nimis. humiliatique sunt filii Ammon à filiis Israel.

34 Reuertenti autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris. non enim habebat alios liberos.

35 Qua visa scidit vestimenta sua, & ait, Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. aperui enim os meum ad Dominũ, & aliud facere non potero.

36 Cui illa respondit, Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcũq; pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis.

37 Dixitq; ad patrem, Hoc solũ mihi præsta quod deprecor, Dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.

38 Cui ille respondit, Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cúmque abiisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus.

39 Expletisque duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum.

40 Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, vt post anni circulũ conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

CAP. XII.

Iephte pugnat cum Ephraim. Moritur. Abesan succedit. Elon item, & Abdon.

1 ECce autem in Ephraim orta est seditio. Nam transeuntes contra Aquilonem, dixerunt ad Iephte, Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.

2 Quibus ille respondit, Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauiq; vos vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis.

3 Quod cernens, posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. quid commerui, vt aduersum me consurgatis in præsentem?

4 Vocatis itaque ad se cunctis viris de Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusserũtque viri Galaad Ephraim, quia dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse.

5 Occupauerũntq; Galaaditæ vada Iordanis per quæ Ephraim reuersurus erat. Cúmq; venisset ad ea de Ephraim numero, fugies, atque dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebant ei Galaaditæ, Nunquid Ephrathæus es? Quo dicente, Non sum:

6 Interrogabant eum, Dic ergo Schibbõleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat, Sibbõleth: eadem litera spicam exprimere non valens. Statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia.

7 Iudicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis, & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad.

8 Post hunc iudicauit Israel Abesan de Beth-lehem:

9 Qui habuit triginta filios, & totidem filias: quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores, introducens in domum suam. qui septem annis iudicauit Israel.

10 Mortuusque est, ac sepultus in Beth-lehem.

11 Cui successit Ahialon Zabulonites, & iudicauit Israel decem annis. 'Elon

12 Mortuúsque est ac sepultus in Zabũlon.

13 Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Elel Pharathonites:

14 Qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum, & iudicauit Israel octo annis.

15 Mortuúsque est ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

CAP. XIII.

Idololatra Israel traditur Philisthæis. Samsonis nativitas præannuntiatur patri suo Manue. Angelus non vult sibi offerri holocaustum, sed Deo. Nascitur Samson.

1 RVrsumque filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis.

2 Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem.

3 Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es & absque liberis: sed concipies & paries filium.

4 Caue ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quicquam comedas:

5 Quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum.

6 Quæ cùm venisset ad maritum suum, dixit ei, Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Quem cùm interrogassem quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere:

7 Sed hoc respondit, Ecce concipies & paries filium: caue ne vinum bibas nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer nazaræus Dei ab infantia sua, & ex vtero matris suæ, vsque ad diem mortis suæ.

8 Orauit itaque Manue Dominum, & ait, Obsecro Domine, vt vir Dei quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est.

9 Exaudiuitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum Angelus Dei vxoricius sedenti in agro: Manue autem maritus eius non erat cum ea. 'Deus

10 Quæ cùm vidisset Angelum, festinauit, & cucurrit ad virum suum: nuntiauitque ei, dicens, Ecce apparuit mihi vir quem ante videram.

11 Qui surrexit, & secutus est vxorem suam. m.iii.

veniénsque ad virum, dixit ei. Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respódit, Ego sum.
C 12 Cui Manue, Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer? aut à quo se obseruare debebit?
13 Dixitque Angelus Domini ad Manue, Ab omnibus quæ locutus sum vxori tuæ, abstineat se:
14 Et quicquid ex vinea nascitur, non comedat: vinum & siceram non bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atque custodiat.
Dixit. 15 Dixit itaque Manue ad Angelum Domini, Obsecro te vt acquiescas precib⁹ meis, & faciamus tibi hœdum de capris.
16 Cui respondit Angelus, Si me cogis, non comedam panes tuos: si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quod Angelus Domini esset.
17 Dixitque ad eum, Quod est tibi nomen, vt si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te?
18 Cui ille respondit, Cur quæris nomen meum, quod est mirabile?
D 19 Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & posuit super terram, offerens Domino qui facit mirabilia: ipse autem & vxor eius intuebantur.
20 Cúmque ascenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod cùm vidisset Manue & vxor eius, prouoluerunt se in terram,
21 Et vltra eis non apparuit Angelus Domini: statimque intellexit Manue Angelum Domini esse,
22 Et dixit ad vxorem suam, Morte moriemur, quia vidimus Dominum.
23 Cui respondit mulier, Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea quæ sunt ventura, dixisset.
24 Peperit itaque filium, & vocauit nomen eius Samson. Creuitque puer, & benedixit ei Dominus.
25 Cœpitque Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

CAP. XIIII.

Samson ducit Philisthæam in vxorem. Laceras catulum leonis. Proponit problema de leone à se occiso, in cuius corpore erat examen apum. Exponit vxori.

1 DEscendit ergo Samson in Thamnátha. vidénsque ibi mulierem de filiabus Philisthiim,
2 Ascendit, & nunciauit patri suo, & matri suæ, dicens, Vidi mulierem in Thamnátha de filiabus Philisthinorum: quam quæso vt mihi accipiatis vxorem.
3 Cui dixerunt pater & mater sua, Núquid non est mulier in filiabus fratrum tuorũ, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philisthiim, qui incircuncisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum, Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis.
4 Parentes autem eius nesciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occasiõẽ contra Philisthiim. eo enim tempore Philisthiim dominabantur Israeli.
5 Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Thamnátha: cúmque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei.
6 Irruit autem Spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, quasi hœdum in frusta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare.
7 Descendítque, & locutus est mulieri quæ placuerat oculis eius.
8 Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac fauus mellis.
9 Quem cùm sumpsisset in manibus, comedebat in via: veniénsque ad patrem suum & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt: nec tamen eis voluit indicare quod mel de corpore leonis assumperat.
10 Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Samson conuiuium, sic enim iuuenes facere consueuerant.
11 Cùm ergo ciues loci illius vidissent eum, C dederunt ei sodales triginta qui essent cum eo.
12 Quibus locutus est Samson, Proponam vobis problema: quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuii, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas.
13 Sinautem non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei, Propone problema, vt audiamus.
14 Dixítque eis, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Nec potuerunt per tres dies proposítionem soluere.
15 Cúmque adesset dies septimus, dixerunt ad vxorem Samson, Blandire viro tuo, & suade ei vt indicet tibi quid significet problema, quod si facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. an ideireo vocastis nos ad nuptias vt spoliaretis?
16 Quæ fúdebat apud Samson lachrymas, & D querebatur, dicens, Odisti me, & non diligis: ideireo problema quod proposuisti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit, Patri meo, & matri nolui dicere: & tibi indicare potero?
17 Septem igitur diebus conuiuii fiebat ante eum: tandémque die septimo cùm ei esset molesta, exposuit, quæ statim indicauit ciuibus suis.
18 Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum, Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam.
19 Irruit itaque in eum Spiritus Domini, descenditque Ascalonem, & percussit ibi triginta viros: quorum abstractis vestibus dedit iis qui problema soluerãt. Iratúsque nimis ascendit in domum patris sui:
20 Vxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

CAP. XV.

Samson incensis vulpium caudis, segetes Philistæorum exurit. Comburitur eius vxor. Tradituræ Philisthææ. Maxilla asini occidit mille Philisthæos.

POst aliquantulum autem temporis, cùm dies triticeæ messis inflarent, venit Samson inuisere volens vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Cúmque cubiculum eius solito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, dicens,
2 Putaui quòd odisses eam, & ideo tradidi illam amico tuo: sed habet sororem, quæ iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor.
3 Cui Samson respondit, Ab hac die non erit culpa in me contra Philisthæos: faciam enim vobis mala.
4 Perrexitq;, & cepit trecentas vulpes, caudásque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio:
5 Quas igne succẽdens dimisit vt huc illúcque discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philisthinorum. Quibus succensis, & comportatæ iam fruges, & adhuc stantes in stipula, concremataæ sunt, intantum vt vineas quoque, & oliueta, flamma consumeret.
B 6 Dixerũtque Philisthiim, Quis fecit hanc rem? Quibus dictũ est, Samson gener Thamnathæi: quia tulit vxorẽ eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderũtque Philisthiim: & combusserunt tam mulierem quàm patrem eius.
7 Quibus ait Samson, Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam.
8 Percussítq; eos ingenti plaga, ita vt stupentes super femori imponerent. Et descendens habitauit in spelunca petræ Etã.
9 Igitur ascendentes Philisthiim in Terram Iuda, castrametati sunt in loco qui postea vocatus est Lechi, id est maxilla: vbi eorũ fusus est exercitus.
C 10 Dixeruntque ad eos de tribu Iuda, Cur ascendistis aduersum nos? Qui respõderũt, Vt ligemus Samson venimus, & reddam us ei quæ in nos operatus est.
11 Descenderunt ergo tria milliavirorum de Iuda, ad specum silicis Etam, dixeruntq; ad Samson, Nescis quòd Philisthiim imperent nobis? quare hoc facere voluisti? Quibus ergo ille ait, Sicut fecerunt mihi, ita feci eis.
12 Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philisthinorum. Quibus Samson, Iurate, ait, & spondete mihi quòd non occidatis me.
13 Dixerunt. Non te occidemus, sed vinctum trademus. Ligauerunt que eum duobus nouis funibus, & tulerũt eum de petra Etam.
14 Qui cùm venisset ad locum Maxillæ, & Philisthiim vociferantes occurrissent ei, irruit Spiritus Domini in eum, & sicut solẽt ardorem ignis odorem ignis ligna consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta.
D 15 Inuentámque maxillam, id est maxillam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros,
16 Et ait, In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros.
17 Cúmque hæc verba canens complesset, proiecit mandibulam de manu, & vocauit nomẽ loci illius Ramath-lechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ.
18 Sitiénsque valde, clamauit ad Dominum, & ait, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam: & en siti morior, incidámque in manus incircumcisorum.
19 Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ: quibus hausti refocillauit spiritum, & vires recepit. Ideirco appellatum est nomen loci illius, Fons-inuocantis-de-maxilla, vsque in præsentiem.
20 Iudicauitque Israel in diebus Philisthiim viginti annis.

CAP. XVI.

Samson defert portas Gazæ in montem. Dalila meretrix indicat Philisthæis in quo sit ipsius fortitudo. Samsoni execrato illudunt Philisthæi. Reddita fortitudine moritur cum principibus Philistigerum.

1 ABiit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingressúsque est ad eam.
2 Quod cùm audissent Philisthiim, & percrebuisset apud eos, intrasse vrbem Samson, circundederunt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto mane exeuntem occiderent.
3 Dormiuit autem Samson vsque ad medium noctis: & inde consurgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera, impositásque humeris suis portauit ad verticem montis, qui respicit Hebron.
4 Post hæc amauit mulierẽ, quæ habitauit habitabat in Valle-sorec, & vocabatur Dalila.
5 Veneruntque ad eam principes Philisthinorum, atque dixerunt, Decipe eum, & disce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere: quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos.
6 Locuta est ergo Dalila ad Samson, Dic B mihi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatus erumpere nequeas.
7 Cui respondit Samson, Si septem neruceis funibus necdum siccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines.
8 Attulerunt que ad eam satrapæ Philisthinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum,
9 Latentibus apud se insidiis, & in cubiculo finem rei expectantibus: clamauitque ad eum, Philisthiim super te Samson. Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum

de stupa tortum sputamine, cùm odorem ignis acceperit: & non est cognitum in quo esset fortitudo eius.

C 10 Dixitque ad eum Dalila, Ecce illusisti mihi, & falsum locutus es: saltem nunc indica mihi quo ligari debeas.

11 Cui ille respondit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis.

12 Quibus rursum Dalila vinxit eum, & clamauit: Philisthiim super te Samson: in cubiculo insidiis præparatis, qui ita rupit vincula quasi fila telarum.

13 Dixitque Dalila rursum ad eum, Vsquequo decipis me, & falsum loqueris? ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Samson, Si, inquit, septem crines capitis mei cum licio plexueris,

14 Et clauum his circumligaueris terræ fixeris, infirmus ero, sicut cæteri. Quod cùm feciſſet Dalila, dixit ad eum, Philisthiim super te Samson. Qui consurgens de somno extraxit clauum cum crinibus & licio.

D 15 Dixitque ad eum Dalila, Quomodo dicis quod amas me, cùm animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua.

16 Cúmque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, sparium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est.

17 Tunc aperiens cor iratum rei, dixit ad eã, Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia nazaræus, id est consecratus 'Domino sum de vtero matris meæ: si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eróque sicut cæteri homines.

E 18 Vidensque illa quòd confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philisthinorum ac mandauit, Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant.

19 At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput, vocauitq; tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit.

20 Dixitque, Philisthiim super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo, Egrediar sicut ante feci, & me excutiã: nesciens quòd recessisset ab eo Dominus.

21 Quem cùm apprehendissent Philisthiim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.

22 Tamẽ capilli eius renasci cœperant,

23 Et principes Philisthinorum conuenerunt in vnum vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur, dicentes, Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras.

F 24 Quod etiam populus videns, laudabat Deum suum, eademque dicebat, Tradidit Deus noster aduersarium nostrum in manus nostras, qui deleuit terram nostram, & occidit plurimos.

25 Lætantésque per conuiuia, sumptis iam epulis, præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. qui adductus de carcere ludebat ante eos: fecerúntque eum stare inter duas columnas.

26 Qui dixit puero regenti gressus suos, Dimitte me, vt tangam columnas quibus omnis immineat domus, & recliner super eas, & paululum requiescam.

27 Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusque sexus spectantes ludentem Samson.

28 At ille inuocato Domino ait, Domine G Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam.

29 Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramq; earum dextera, & alteram læua tenens, ait,

30 Moriatur anima mea cũ Philisthiim. Concussísque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & cæteram multitudinẽ quæ ibi erat: multóque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat.

31 Descendentes autem fratres eius, & vniuersa cognatio tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manue: iudicauítque Israel viginti annis.

CAP. XVII.

Michæ iubet mater idolum fieri, cui sacerdotem Bethlehemiten præficit.

1 FVitque eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas, qui dixit matri suæ,

2 Mille & centum argenteos quos separauerat tibi, & super quibus me audiente iurabas, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit, Benedictus filius meus Domino.

3 Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei, Consecraui, & voui hoc argentum Domino, vt de manu meâ suscipiat filius meus, & faciat sculptile atque conflatile: & nunc trado illud tibi.

4 Reddidit igitur eos matri suæ: quæ tulit B ducentos argenteos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ.

5 Qui ædiculam quoque in ea deo separauit, & fecit ephod, & theraphim, id est vestem sacerdotalem, & idola: implevitque vnius filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos.

6 In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

7 Fuit quoque in tempore illo alter adolescens de Beth-lehem Iuda ex cognatione eius: eratque ipse Leuites, & habitabat ibi

8 Egressúsque de ciuitate Beth-lehem, peregrinari voluit vbicunque sibi cõmodum reperisset,

reperisset. Cúmque venisset in montem Ephraim iter faciẽs, & declinasset parumper in domum Michæ,

D 9 Interrogatus est ab eo vnde veniret. Qui respondit, Leuita sum de Beth-lehem Iuda, & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi esse prospexero.

10 Dixitque Michas, Mane apud me, & esto mihi parens ac sacerdos: dabóque tibi per annos singulos decem argenteos, ac vestem duplicem, & quæ ad victum sunt necessaria.

11 Acquieuit, & mansit apud hominem, fuitque illi quasi vnus de filiis.

12 Implevítque Michas manum eius, & habuit puerum sacerdotem apud se.

13 Nunc scio, dicens, quòd benefaciet mihi 'Deus habenti Leuitici generis sacerdotem. 'Dominus

CAP. XVIII.

Tribus Dan quærens sibi possessionem, mittit exploratores in Laisquæ auferant idola Michæ, & succensa vrbe Lais, illic habitant.

1 IN diebus illis non erat rex in Israel, & tribus Dan quærebat possessionem sibi, vt habitaret: in ea. Vsque ad illũ enim diem inter cæteras tribus sortem nõ acceperat.

2 Miserunt ergo filii Dan, stirpis & familiæ suæ quinque viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt explorarent terram, & diligenter inspicerent, diverúntque eis, Ite, & considerate terram. Qui cùm pergẽtes venissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieuerunt ibi:

3 Et agnoscentes vocem adolescentis Leuitæ, vtentésque illius diuersorio, dixerunt ad eũ, Quis te huc adduxit? quid hîc agis? quam ob causam huc venire voluisti?

B 4 Qui respondit eis, Hæc & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit vt sim ei sacerdos.

5 Rogauerunt autem eum vt consuleret 'Dominum, & scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum.

6 Qui respondit eis, Ite cum pace, Dominus respicit viã vestrã, & iter quo pergitis.

7 Euntes igitur quinque viri venerunt Lais: viderúntque populum habitantem in ea absque vllo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum & quietum, nullo ei penitus resistente, magnarúmque opum, & procul à Sidõne atque à cunctis hominibus separatum.

C 8 Reuersíque ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & quid egissent scisciantibus respondérunt,

'Ascendamus 9 Surgite, & eamus ad eos. vidimus enim terram valde opulentam & huberem: nolite negligere, nolite cessare: eamus, & possideamus eam, nullus erit labor.

10 Introbimus ad securos, in regionem latissimam, tradéreque nobis 'Dominus locum, in quo nullius rei est penuria, eorum quæ gignuntur in terra.

11 Profecti igitur sunt de cognatione Dan, 'id est de Saraa & Esthaol sexcenti viri accincti armis bellicis,

12 Ascendentésque mãserunt in Cariath-iarim Iudæ: qui locus ex eo tempore Castrorum-Dan nomen accepit, & est post tergum Cariath-iarim.

13 "Inde transierunt in montem Ephraim. "Et D Cúmque venissent ad domum Michæ,

14 Dixerunt quinque viri, qui prius missi fuerant ad considerandam Terram Lais, cæteris fratribus suis, Nostis quòd in domibus istis sit ephod, & theraphim, & sculptile atque conflatile: videte quid vobis placeat.

15 Et cum paulum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Leuitæ, qui erat in domo Michæ: salutauerũntque eum verbis pacificis.

16 Sexcenti autem viri ita vt erant armati, stabant ante ostium.

17 At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis, sculptile & ephod, theraphim, atque conflatile tollere nitebantur, & sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus.

18 Tulerunt igitur qui intrauerant, sculptile, ephod, & idola, atque conflatile. quibus E dixit sacerdos, Quid facitis?

19 Cui respondérunt, Tace, & pone digitum super os tuum: venique nobiscum, vt habeamus te patrem ac sacerdotẽ. Quid tibi melius est, vt sis sacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Israel?

20 Quod cùm audisset, acquieuit sermonibus eorum, & tulit ephod & idola ac sculptile, & profectus est cum eis.

21 Qui cum pergerent, & ante se ire fecissent parvulos, ac iumenta, & omne quod erat pretiosum,

22 Iámque à domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ concla F mantes secuti sunt,

23 Et post tergum clamare cœperunt. Qui cum respexissent, dixerunt ad Michã, Quid tibi vis: cur clamas?

24 Qui respondit, Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ habeo: & dicitis, Quid tibi est?

25 Dixerúntque ei filii Dan, Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas.

26 Et sic cepto itinere perrexerunt. videns autem Michas quòd fortiores se essent, reuersus est in domum suam.

27 Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, & quæ suprà diximus, venerúntque in Lais ad populum quiescentem atque fecarum, & percusserunt eos in ore gladii: vrbémque incendio tradiderunt,

28 Nullo penitus ferente præsidium. eo quòd procul habitarent à Sidõne, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis ac negotii. Erat autem ciuitas sita in regione Rohob: quam rursum extruentes habitauerunt in ea,

29 Vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur.

30 Posuerúntque sibi sculptile, & Ionathan

'Gersam filium Gerson filii Moysi, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diem captiuitatis suæ.

31 Manſitq; apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo, in diebus illis non erat rex in Israel.

CAP. XIX.

Gabaonitæ abutuntur vxore cuiusdam Leuitæ, vsque ad mortem. Diuisa in duodecim partes, mittitur ad singulas tribus.

1 FVit quidam vir Leuites habitans in latere montis Ephraim, qui accepit vxorem de Beth-lehem Iuda:

2 Quæ reliquit eum, & reuersa est in domum patris sui in Beth-lehem, manſitque apud eum quatuor mensibus.

3 Secutúsque est eam vir suus, volens reconciliari ei, ac 'mulcendo blandiri, & secum reducere, habens in comitatu puerum & duos asinos: quæ suscepit eum, & introduxit in domum patris sui.

4 Quod cum audisset socer eius, eumque vidisset, occurrit ei lætus, & amplexatus est hominem. Manſitque gener in domo soceri tribus diebus, comedens cum eo & bibens familiariter.

5 Die autem quarto de nocte consurgens, proficiſci voluit: quem tenuit socer, & ait ad eum, Gusta prius pusillum panis, & cōforta stomachum, & sic proficiſcēris.

B 6 Sederúntque simul, ac comederunt & biberunt: dixitque pater puellæ ad generum suum, Quæso te vt hodie hic maneas, pariterque lætemur.

7 At ille consurgens, cœpit velle proficiſci: & nihilominus obnixe eum socer tenuit, & apud se fecit manere.

8 Mane autem facto, parabat Leuites iter. cui socer rursum, Obsecro, inquit, vt paululum cibi capias, & assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiſcaris. comederunt ergo simul.

9 Surrexitque adolescens, vt pergeret cum vxore sua & puero. cui rursum locutus est socer, Consydera quod dies ad occasum declinior sit, & propinquat ad vesperum: mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & eras proficiſcēris vt vadas in domum tuam.

C 10 Noluit gener acquiescere sermonibus eius: sed statim 'perrexit, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ieruſalem, ducens secum duos asinos onustos, & concubinam.

11 Iámque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem: dixitque puer ad dominum suum, Veni, obsecro declinemus ad vrbem Iebuſæorum, & maneamus in ea.

12 Cui respondit dominus, Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israel,

13 Sed transibo vsque Gabaa, & cùm illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rama.

D 14 Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuitque eis sol iuxta Gabaa, quæ est in tribu Ben-iamin:

15 Diuerterúntque ad eam, vt manerent ibi. quo cùm intrassent, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio.

16 Et ecce, apparuit homo senex, reuertens de agro & de opere suo vesperi, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa, homines autem regionis illius erant filii Iemini.

17 Eleuatisque oculis, vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea ciuitatis: & dixit ad eum, Vnde venis? & quò vadis?

18 Qui respōdit ei, Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus in Beth lehem: & nunc vadimus ad domum 'Dei, nullúsque sub tectum suum nos vult recipere. 'Domini

19 Habentes paleas & fœnum in asinorum E pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus, & pueri qui mecum est: nulla re indigemus, nisi hospitio.

20 Cui respondit senex, Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantùm quæso ne in platea maneas.

21 Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit: ac postquā lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuium.

22 Illis epulantibus, & post laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius filii belial, id est absque iugo, & circundātes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes, Educ virum qui ingressus est domum tuam, vt abutamur eo.

23 Egressúsq; est ad eos senex, & ait, Nolite F fratres, nolite facere malum hoc: quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia.

24 Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem cōpleatis: tantum, obsecro, ne scelus hoc contra naturam, operemini in virum.

25 Nolebant acquiescere sermonibus illius: quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam: quæ cum tota nocte abusi essent, dimiserūt / eam mane.

26 At mulier recedentibus tenebris venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus, & ibi corruit.

27 Mane facto surrexit homo, & aperuit ostium, vt cœptam expleret viam: & ecce concubina eius iacebat ante ostium sparsis in limine manibus.

28 Cui ille, putans eam qui ſcere, loquebatur, Surge, vt ambulemus. Quæ nihil respō G 'Et dente, intelligens quod erat mortua, tulit eam, & imposuit asino, reuersúsque est in domum suam.

29 Quam cum esset ingressus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens, misit in omnes terminos Israel.

30 Quod cum vidissent singuli, conclamabant, Nunquam res talis facta est in Israel ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Aegypto, vsque in præsens tempus: ferte sententiam, & in commune decernite quid facto opus sit.

CAP. XX.

Pugna totius Israel contra Ben-iamin pro vxore Leuitæ, quæ abusi fuerant. Tribus Ben-iamin prope deleta.

1 EGressi itaque sunt omnes filii Israel, & pariter congregati quasi vir vnus, de Dan vsque Ber-labee, & Terra-Galaad ad Dominum in Maspha:

'Omnésque 'quadringenta 2 'Omnes quoque anguli populorum, & cunctæ tribus Israel in ecclesiam populi Dei conuenerunt 'quadragiata millia peditum puginatorum.

3 (Nec latuit filios Ben-iamin quòd ascendissent filii Israel in Maspha.) interrogatúsq; Leuita maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum scelus perpetratū esset,

4 Respondit, Veni in Gabaa Ben-iamin, cum vxore mea, illúcque diuerti:

5 Et ecce, homines ciuitatis illius circundederunt nocte domum in qua manebam, volentes me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua est.

6 Quam arreptam, in frusta concidi, misíq; partes in omnes terminos possessionis vestræ: quia nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum est in Israel.

7 Adestis omnes filii Israel, decernite quid facere debeatis.

8 Stánsque omnis populus, & quasi vnius hominis sermone respondit, Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum:

B 9 Sed hoc contra Gabaa in commune faciemus,

10 Decem viri eligātur è centum, ex omnibus tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem millibus, vt comportent exercitui cibaria, & possimus pugnare cōtra Gabaa Ben-iamin, & reddere ei pro scelere quod meretur.

11 Conuenitque vniuersus Israel ad ciuitatem, quasi homo vnus eadem mēte, vnóq; consilio.

12 Et miserunt nuntios ad omnem tribum Ben-iamin, qui dicerent, Cur tantum nefas in vobis repertum est?

13 Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Israel. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum:

14 Sed ex cunctis vrbibus quæ sortis suæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contrà vniuersum populū Israel dimicarent.

15 Inuentique sunt viginti quinque millia de Ben-iamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa,

C 16 Qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra vt dextra præliantes: & sic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere, & nequaquam in altera partem ictus lapidis deferretur.

17 Virorum quoque Israel, absque filiis Beniamin, inuenta sunt 'quadraginta millia e- 'quadrin gentā ducentiū gladios, & paratorum ad pugnā.

18 Qui surgentes venerunt in domum Dei, hoc est in Silo consuluerūntque Dominū, atque dixerunt, Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin? Quibus respondit Dominus, Iudas sit dux vester.

19 Statimque filii Israel surgentes mane, castrametati sunt iuxta Gabaa:

20 Et inde procedentes ad pugnam contra Ben-iamin, vrbem oppugnare cœperunt.

21 Egressíque filii Ben-iamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israel die illo viginti duo millia virorum.

22 Rursum filii Israel & fortitudine, & numero confidentes, in eum locum in quo prius certauerant, acicm direxerunt:

23 Ita tamen vt prius ascenderent, & fierent coram Domino vsque ad noctem: cōD fulserúntque eum, & dicerent, 'Debemus 'Debeo vltrà procedere ad dimicandum contra filios Ben-iamin fratres nostros, an no? Quibus ille respondit, Ascendite ad eos, & inite certamen. 'meos

24 Cúmque filii Israel altera die contra filios Ben-iamin ad prælium processissent,

25 Eruperunt filii Ben-iamin de portis Gabaa: & occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati sunt, vt decem & octo millia virorum educentium gladiū prosternerent.

26 Quam ob rem omnes filii Israel venerūt in domum Dei, & sedentes flebant coram Domino: ieiunauerūntque die illo vsque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta, atque pacificas victimas,

27 Et super statu suo interroganerunt, (eo tempore ibi erat arca fœderis Domini.

28 Et Phinees filius Eleazari filii Aaron præpositus domus.) consuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnam contra filios Ben-iamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus, Ascendite: eras enim tradam eos in manus vestras.

29 Posuerūntque filii Israel insidias per circuitum vrbis Gabaa:

30 Et tertia vice, sicut semel & bis, contra Ben-iamin exercitum produxerunt.

31 Sed & filii Ben-iamin audaciter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduersarios longius persecuti sunt: ita vt vulnerarent ex eis sicut primo die & secundo, & cæderent per duas semitas vertentes terga, quarum vna ferebatur in Beth-el, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros. E

32 Putauerunt enim solito eos more cædere, qui fugam arte simulantes inierūt consilium vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent.

33 Omnes itaque filii Israel surgētes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco qui vocatur Baal-thamar: insidiæ quoque

quæ circa vrbem erant, paulatim se aperire cœperunt,
35 Et ob Occidentali vrbis parte procedere. Sed & alia decem millia virorum de vniuerso Israel, habitatores vrbis ad certamina prouocabant:
35 Ingrauatúmque est bellum contra filios Ben-iamin: & nō intellexerunt quod ex omni parte illis instaret interitus. Percussítq; eos Dominus in conspectu filiorū Israel, & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia, & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium.
F 36 Filii autem Ben-iamin cùm se inferiores esse vidissent, cœperunt fugere. quod cernentes filii Israel, dederunt eis ad fugiendum locum, vt ad præparatas insidias deuenirent, quas iuxta vrbem posuerant.
37 Qui cùm repētè de latibulis surrexissent, & Ben-iamin terga cædentibus daret, ingressi sunt ciuitatem, & percusserunt eam in ore gladii.
38 Signum autem dederant filii Israel his quos in insidiis collocauerant, vt postquā vrbem cepissent, ignem accenderent: vt ascendente in altum fumo, captam vrbem demonstrarent.
39 Quod cum cernerent filii Israel in ipso certamine positi (putauerunt enim filii Ben-iamin eos fugere, & instantius persequebantur, cæsis de exercitu eorum triginta viris)
40 Vt viderunt quasi columnam fumi de ciuitate conscendere, Ben-iamin quoque respiciens retrò, cum capram cerneret ciuitatem, & flammas in sublime ferri:
41 Qui prius simulauerant fugam, versa facie fortius resistebant. quod cum vidissent filii Ben-iamin, in fugam versi sunt,
42 Et ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoque eos aduersariis persequentibus: sed & hi qui vrbem succenderant, occurrerunt eis.
G 43 Atque ita factum est, vt ex vtraq; parte ab hostibus cæderētur, nec erat vlla requies morientium: ceciderunt atq; prostrati sunt ad Orientalē plagam vrbis Gabaa.
44 Fuerūt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores.
45 Quod cùm vidissent qui remanserant de Ben-iamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad petram, cuius vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diuersa tendentes, occiderunt quinque millia viros. Et cùm vltrà tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia.
46 Et sic factum est, vt omnes qui ceciderant de Ben-iamin in diuersis locis, essent viginti quinque millia, pugnatores ad bella promptissimi.
47 Remanserunt itaque de omni numero Ben-iamin, qui euadere potuerunt, & fugere in solitudinem sexcenti viri: sederūtque in Petra-remmon mensibus quatuor,
48 Regressi autem filii Israel, omnes reliquias ciuitatis à viris vsque ad iumenta gladio percusserunt, cunctásq; vrbes & viculos Ben-iamin vorax flamma cōsumpsit.

CAP. XXI.

Iurant Israelitæ se non daturos reliquiis Beniamin filias in vxores. Percutiuntur habitatores Iabes Galaad. Virgines in Silo capiūtur à Beniaminitis.

1 IVrauerāt quoque filii Israel in Maspha, & dixerunt, Nullus nostrum dabit filiis Ben-iamin de filiabus suis vxorem.
2 Venerūntque omnes ad domum Dei in Silo: & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam leuauerunt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere, dicentes,
3 Quare Domine Deus Israel factum est hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis?
4 Altera autem die diluculo consurgentes, extruxerunt altare: obtulerūntque ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerunt,
5 Quis non ascendit in exercitum Domini de vniuersis tribubus Israel? grandi enim iuramento se constrinxerant, cum essent in Maspha, interfici eos qui defuissent.
6 Ductúque pœnitentia filii Israel super fratre suo Ben-iamin, cœperunt dicere, Ablata est tribus vna de Israel, vnde vxores accipient?
7 Omnes enim in commune iurauimus nō daturos nos his filias nostras.
8 Idcirco dixerūt, Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascēdit ad Dominū in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabes-Galaad in illo exercitu nō fuisse.
9 (Eo quoque tempore cùm essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est.)
10 Miserunt itaque decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis, Ite, & percutite habitatores Iabes-Galaad in ore gladii, tam vxores quàm paruulos eorum.
11 Et hoc erit quod obseruare debebitis. Omne genitis masculini, & mulieres quæ cognouerunt viros interficite, virgines autem reseruate.
12 Inuentæque sunt de Iabes-Galaad quadringentæ virgines, quæ nesciorunt viri thorum, & adduxerūt eas ad castra in Silo, in Terram-Chanaan.
13 Miserūntque nuntios ad filios Ben-iamin qui erant in Petra-remmon, & præceperunt eis vt eas susciperent in pace.
14 Venerūntque filii Ben-iamin in illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes-Galaad: alias autem non reperierunt, quas simili modo traderent.
15 Vniuersúsque Israel valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione vnius tribus ex Israel.
16 Dixerūntque maiores natu, Quid faciemus reliquis qui non acceperunt vxores?
17 Omnes in Ben-iamin fœminæ conciderunt, & magna nobis cura ingentique studio prouidendum est, ne vna tribus, deleatur ex Israel.
18 Filias enim nostras eis dare nō possumus, constricti iuramento & maledictione quæ diximus, Maledictus qui dederit de filiabus suis

bus suis vxorem Ben-iamin.
19 Ceperūntque consilium, atque dixerunt, Ecce solennitas Domini est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad Septentrionem vrbis Beth-el ad Orientalem plagam viæ quæ de Beth-el tendit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebona.
20 Præceperūntque filiis Ben-iamin, atque dixerunt, Ite, & latitate in vineis.
21 Cúmque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repentè de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in Terram-Beniamin.
22 Cúmque venerint patres earum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atq; iurgari, dicemus eis, Miseremini eorū: non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus vt acciperēt, non dedistis, & à vestra parte peccatum est.
23 Fecerūntque filii Ben-iamin vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, vxores singulas: abierūntque in possessionem suam, ædificantes vrbes & habitantes in eis.
24 Filii quoque Israel reuersi sunt per tribus & familias in tabernacula sua.
25 In diebus illis non erat rex in Israel: sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Liber Ruth.

CAP. I.

Eli-mélech moritur apud Moabitas, Noemi reuertitur in Beth-léhem cum Ruth vxore filii sui defuncti.

IN diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in Terra. abiitque homo de Beth-léhem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua, ac duobus liberis.
2 Ipse vocabatur Eli-mélech, & vxor eius Noemi: & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Beth-léhem Iudæ. Ingressíque regionem Moabitidem, morabantur ibi.
3 Et mortuus est Eli-mélech maritus Noemi: remansítque ipsa cum filiis.
4 Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera q; Ruth. Mansērūntque ibi decem annis,
5 Et ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion: remansítque mulier orbata duobus liberis ac marito.
6 Et surrexit vt ab regressa pergeret cum vtraque nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quod respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas.
7 Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ cum vtraque nuru: & iam in via reuertendi posita in Terrā Iuda, dixit ad eas,
8 Ite in domum matris vestræ: faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum.
9 Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos sortituræ estis: & osculata est eas quæ eleuata voce flere cœperunt, & dicere,
10 Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit,
11 Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis?
12 Reuertimini filiæ Moabitæ: iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. Etiam si posse m hac nocte concipere, & parere filio, si nos expectare velitis donec crescant,
13 Et annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæso filiæ meæ facere hoc: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me.
14 Eleuata igitur voce, rursum flere cœperunt Orpha osculata est socrum, ac reuersa est: Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noëmi,
15 En reuersa est cognata tua ad populum suum, & deos suos: vade cum ea. Quæ respondit,
16 Ne aduersēris mihi vt relinquam te, & abeam: quocunque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.
17 Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibique locum accipiam sepultu ræ. Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si non sola mors me & te separauerit.
18 Videns ergo Noemi, quod obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit,
19 Nec ad finos vltrà reditum persuadere: profectæq; sunt simul, & venerunt in Beth-léhem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebuit: dicebántque mulieres, Hæc est illa Noemi. Quibus ait,
20 Ne vocetis me Noemi, id est pulchram: sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens.
21 Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens?
22 Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Beth-léhem, quando primum hordea metebantur.

CAP. II.

Ruth colligens spicas in agro Booz, inuenit gratiam coram eo. Colligit spicas defert ad socrum.

ERat autem viro Eli-mélech consanguineus, homo potēs, & magnarum opum,

nomine Booz.

2 Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam, Si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas quæ fugerint manus metentium, vbicunque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam.

3 Cui illa respondit, Vade filia mi. Abiit itaque, & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem vt ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Eli-mélech.

4 Et ecce, ipse veniebat de Beth-léhem, dixitq; messoribus, Dominus vobiscum. Qui responderunt ei, Benedicat tibi Dominus.

5 Dixitque Booz iuueni qui messoribus præerat, Cuius est hæc puella?

6 Cui respondit, Hec est Moabitis quæ venit cum Noemi, de regione Moabitide,

7 Et rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messores, in vestigia: & de mane vsque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem domum reuersa est.

8 Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas B in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed iugere puellis meis,

9 Et vbi messuerint, sequere: mandaui enim pueris meis vt nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri mei bibunt.

10 Quæ cadens in faciem suam, & adorans super terram, dixit ad eum, Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinā mulierem?

11 Cui ille respondit, Nuntiata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & quid reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum quem antea nesciebas.

12 Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.

13 Quæ ait, *Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnius puellarum tuarum. *Inueniam

14 Dixitque ad eam Booz, Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, & congessit polentam sibi, comedit que, & saturata est, & tulit reliquias.

15 Atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret: præcepit autem Booz pueris suis, dicens, Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam:

16 Et de vestris quoque manipulis proiicite de industria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.

17 Collegit ergo in agro vsque ad vesperam: & quæ collegerat virga cædens & excutiens, inuenit hordei quasi ephi mensu- J ram, id est tres modios:

18 Quos portans reuersa est in ciuitatem, & ostendit socrui suæ: insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat.

19 Dixitque ei socrus sua, Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indicauitque ei apud quem esset operata: & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur.

20 Cui respondit Noemi, Benedicatus sit à Domino: quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. Rursumque ait, Propinquus noster est homo.

21 Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tandiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur.

22 Cui dixit socrus, Melius est filia mi, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi.

23 Iuncta est itaque puellis Booz: & tandiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

CAP. III.

Ruth dormiens ad pedes Booz, agnoscitur propinqua ei. Ipsa hordei munera defert ad socrum.

1 POstquam autem reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea, Filia mi, quæram tibi requiem, & prouidebo vt bene sit tibi.

2 Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat.

3 Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream, non te videat homo, donec esum potumque finierit.

4 Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat: vnctaque, & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proiicies te, & ibi iacebis: ipse autem dicet tibi quid agere debeas.

5 Quæ respondit, Quicquid præceperis, faciam.

6 Descendit in aream, & fecit omnia quæ B sibi imperauerat socrus.

7 Cumque comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, isseque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit abscondite, & discooperto pallio à pedibus eius, se proiecit.

8 Et ecce, nocte iam media expauit homo, & conturbatus est: vidit que mulierem iacentem ad pedes suos, & ait illi,

9 Quæ es? Illaq; respondit, Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.

10 Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino, filia, & priorem misericordiā posteriore superasti, quia non es secuta iuuenes pauperes, siue diuites.

11 Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te esse virtutis.

12 Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior

13 Quiesce hac nocte: & facto mane, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque vlla dubitatione suscipiam, viuit Dominus. dormi vsque mane.

Dormiuit

14 Dormiuit itaque ad pedes eius, vsque ad noctis abscessum. surrexit itaque antequam homines se cognoscerent mutuo, & dixit Booz, Caue ne quis nouerit quod huc veneris.

15 Et rursum, Expande, inquit, palliū tuum, quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam.

16 Quæ portans ingressa est ciuitatem, & venit ad socrum suam, quæ dixit ei, Quid egisti filia? Narrauitque ei omnia quæ sibi fecisset homo.

17 Et ait, Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait, Nolo vacuam te reuerti ad socrum tuam.

18 Dixitque Noemi, Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat. neque enim cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est.

CAP. IIII.

Booz accipit Ruth in vxorem. Ea parit Obed, Generationes Phatet.

1 ASCendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cumque vidisset propinquum præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum, Declina paulisper, & sede hic. vocans eum nomine suo, qui diuertit, & sedit.

2 Tollens autem Booz decem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos, Sedete hic. quibus residentibus locutus est ad propinquum.

3 Partem agri fratris nostri Eli-mélech *vendit Noemi, quæ reuersa est de regione Moabitide. quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. *vendit

4 Si vis possidere iure propinquitatis: eme, & posside. sinautē displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, vt sciam quid facere debeam. nullus enim est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum.

5 At ille respondit, Ego agrum emam. Cui dixit Booz, Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.

6 Qui respondit, Cedo iuri propinquitatis: neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.

7 *Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, vt siquando alter alteri suo iure cedebat: vt esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum, & dabat *proximo suo. hoc erat testimonium cessionis in Israel. *Deute. 25. *proximo.

8 Dixit ergo propinquo suo Booz, Tolle calceamentum*. quod statim soluit de pe- *tuum de suo.

9 At ille maioribus natu, & vniuerso populo, Testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim omnia quæ fuerunt Eli-mélech & Chelion & Mahalon, tradente Noemi:

10 Et Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, C in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei testes estis.

11 Respondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu: Nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel: vt sit exemplum virtutis in Ephratha, & habeat celebre nomen in Beth-lehem:

12 Fiatque domus tua, sicut domus Phares, *quem Thamar peperit Iudæ, de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. *Gene. 38. g. 29.

13 Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem: ingressusque est ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium.

14 Dixerūtque mulieres ad Noemi, Benedictus Dominus qui non est passus vt deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Israel: D

15 Et habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. de nuru enim tua natus est, qui te diliget: & multo tibi melior est, quam si septem haberes filios. *deligit

16 Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.

17 Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes, Natus est filius Noemi: vocauerunt nomen eius Obed: hic est pater Isai, patris Dauid.

18 Hæ sunt generationes Phares: *Phares genuit Esron, Esron genuit *Aram, *Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naasson, Nahasson genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid. *Matt. 1. 4. *Ram 1. Par. 2. 4. 5. & b. 10.

Hieronymi in libros Regum præfatio.

VIGINTI & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoque & Chaldæorum lingua testatur, quæ Hebraeæ magna ex parte confinis est. Nam & ipsi, viginti duo elementa habent, eodem sone, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant: figuris tantum, & apicibus discrepantes. certumque est Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Ierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nunc vtimur: cum ad illud vsque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mystice ostenditur. Et nomen Domini, Tetragrammaton, in quibusdam Græcis voluminibus vsque hodie, antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psalmi trice simussextus, & centesimusdecimus, & centesimusdecimusoctauus, & centesimusquadragesimusquartus, quanquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto.

Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inuenies: iisdem alphabetis vel inscriptionibus supputantur. Porro quinque literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim scribuntur per has principia mediæ tatésque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à pleriſque libri, duplices æstimantur, Samuel, Malachim, Dibre haiamim, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt per quæ scribimus Hebraicè quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens virí iusti eruditur infantia.

Primus apud eos liber vocatur BERESITH, quẽ nos Genesim dicimus. Secundus, VELLE SEMOTH, qui Exodus appellatur. Tertius, VAICRA, id est Leuiticus. Quartus, VAIEDABBER, quẽ Numeros vocamus. Quintus, ELLE HA-DEBARIM, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi sunt quinque libri Moysi: quos propriè THORAH, id est legem, appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue, qui apud eos IEHOSVA BEN NVN dicitur. Deinde subtexunt SOPHETIM, id est Iudicum librum. Et in eundem compingunt RVTH: quia in diebus iudicum, facta eius narratur historia. Tertius sequitur SAMVEL, quem nos Regum primum & secundum dicimus. Quartus, MALACHIM, id est Regum: qui tertio & quarto Regum volumine continetur. Meliúsque multo est MALACHIM, id est Regum, quam MALACHOTH, id est regnorum, dicere. Non enim multarum gentium describit regna: sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim cõtinetur. Quintus est ESAIAS. Sextus, IEREMIAS. Septimus, EZECHIEL. Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur THERE ASAR.

Tertius ordo, hagiographa possidet. Et primus liber incipit ab IOB. Secundus à DAVID, quem quinque incisionibus, & vno Psalmorum volumine comprehendunt. Tertius est SALOMON, tres libros habens, Prouerbia quæ illi parabolas, id est MISLE, appellant. Quartus, Ecclesiasten, id est CHOELETH. Quintus, Canticum canticorum, quem titulo SIRHASSIRIM prænotant. Sextus, est DANIEL. Septimus, DIBRE HAIAMIM, id est verba dierum: quod significantius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber, apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur. Octauus, ESDRAS: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuisus est. Nonus, ESTHER.

Atque ita sunt pariter veteris legis libri viginti duo: id est Moysi quinque, & Prophetarum octo, hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli RVTH & CINOTH inter hagiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hos esse priscæ legis libros viginti quatuor: quos sub numero viginti quatuor seniorum Apocalypsis Ioannis inducit adorãtes agnũ, & coronas suas prostratis vultibus offerentes: stantis corã quatuor animalibus oculatis retro & antè, id est in præteritũ & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus, scripturarũ quasi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filii Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & pastor, non sunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus, Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ cùm ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisque quod potest: alii aurum & argentum & lapides pretiosos, alii byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiscum bene agetur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species ecclesiæ præsentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & cilicijs: ardorémque solis & iniuriam imbrium ea quæ viliora sunt prohibent. Lege ergo primum Samuel & Malachim meum, meum, inquam, meum, quicquid enim crebrius vertendo, & emendando solicitus, & didicimus & tenemus, nostrum est. Et cùm intellexeris quod antea nesciebas: vel interpretem me existimato, si gratus es: vel paraphrasten, si ingratus. quanquam mihi omnino conscius non sim mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè si incredulus es, lege Græcos codices & Latinos: & confer cum his opusculis. & vbicunque discrepare inter se videris, interroga quenlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem. Et si nostra firmauerit, puto quod eum non existimes coniectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinarit. Sed & vos famulas CHRISTI rogo, quæ Domini discumbentis pretiosissimo fidei myrrho vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorem quæritis in sepulchro, quibus iam ad Patrem CHRISTVS ascendit: vt contra latrantes canes qui aduersum me rabido ore desæuiunt, & circumeunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si aliis detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor, Dixi, custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum: & silui à bonis.

LIBER

LIBER PRIMVS SAMVELIS, quem nos primum Regum dicimus.

CAP. I.

Anna Elcanæ vxor diu sterilis, impetrat à Deo filium Samuelem, quẽ offert Domino. Votum Annæ quale. Oratio eius assidua in corde.

1 FVIT vir vnus de Ramathaim-sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus: & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna.

2 Fueruntque Phenennæ filii: Annæ autem non erant liberi.

3 Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini.

4 Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori suæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes:

"honorabilem 5 Annæ autem dedit partem vnam "tristis, quia Annam diligebat. Dominus autem cõcluserat vuluam eius.

6 Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat, intantum vt exprobraret quòd Dominus cõclusisset vuluam eius:

B 7 Sicque faciebat per singulos annos, cum rediens tempore ascẽderent ad templum Domini: & sic prouocabat eam. porro illa flebat, & non capiebat cibum.

8 Dixit ergo ei Elcana vir suus, Anna cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum quàm decem filii?

9 Surrexit autem Anna postquam comedérat, & biberat in Silo. & Heli sacerdote sedẽte super sellã ante postes domꝰ Domini,

10 Cùm esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter,

11 Et votum vouit, dicens, Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec obliitus ancillæ tuæ, dederíseque seruæ tuæ semen virile: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius.

12 Factum est autem cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obseruaret os eius.

13 Porrò Anna loquebatur in corde suo, tãtúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Aestimauit ergo eã

Heli temulentam,

C 14 Dixitque ei, Vsquequo ebria eris? digere paulisper vinum quo mades.

15 Respondens Anna, Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infœlix nimis ego sum, vinúmque & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini.

16 Ne reputes ancillam tuam quasi vnã de filiabus belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta sum vsque in præsens.

17 Tunc Heli ait ei, Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

18 At illa dixit, Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suã, & comedit, vultúsque illius non sunt amplius in diuersum mutati.

19 Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino: reuersíque sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem suam: & recordatus est eius Dominus.

20 Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filiũ, vocauitque nomen eius Samuel: eo quòd à Domino postulasset eum.

21 Ascẽdit autem vir eius Elcana, & omnis D domus eius, vt immolaret Domino hostiã solennem, & votum suum,

22 Et Anna non ascẽdit: dixit enim viro suo, Non vadam, donec ablactetur infans & ducam eum, vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter,

23 Et ait ei Elcana vir suus, Fac quod bonũ tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precórque vt impleat Dominus verbũ suũ. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte.

24 Et adduxit eum secum postquã ablactauerat, in vitulis tribus, & "tribus modiis farinæ, & amphora vini: & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus: "vno modio

25 Et immolauerunt vitulum, & obtulerũt puerum Heli.

26 Et ait Anna, Obsecro mi domine, viuit anima tua "; ego sum illa mulier quæ steti "domine coram te hîc orans Dominum.

27 Pro puero isto oraui, & dedit mihi Dominus petitionẽ meã, quam postulaui eum.

28 Idcirco & ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit accommodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait,

CAP. II.

Annæ canticum, quo gratias agit Deo quòd fœcundam fecerit. Samuel ministrat Deo. Obpeccatum filiorum suorum corripitur Heli, quòd indulgentior fuisset. Anna rursum parit.

1 EXultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in "Deo meo. di- "Domino
latatum est os meum super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo.

2 Non est sanctus vt est Dominus: neque

enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.

3 Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriamini: recedāt vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.

4 Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.

'Saturati 5 'Repleti prius, pro panibus se locauerūt: & famelici, saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est.

B 6 *Dominus mortificat & vinificat, deducit ad inferos & reducit.

*Deut.32. *Iob.5. 33.a.2. *Sapien.16.b. 13.

7 Dominus pauperē facit & ditat, humiliat & subleuat.

8 Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

9 Pedes sanctorum suorum seruabit, & impii in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

10 Dominum formidabunt aduersarii eius, super ipsos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.

Christi regnum.

C 11 Et abiit Elcana in Ramātha, in domum suam: puer autem erat minister in cōspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.

12 Porrò filii Heli, filii belial nescierēt Dominum,

13 Neque officium sacerdotū ad populum: sed quicunque immolasset victimā, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentē in manu sua,

14 Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo.

15 Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem cocta, sed crudam.

16 Dicebātq; illi immolans, Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantuncunque desyderat anima tua. Qui respondens aiebat ei, Nequaquam nūc enim dabis, aliòquin tollam vi.

D 17 Erat ergo peccatum puerorum grāde nimis coram Domino: quia detrahebant homines sacrificio Domini.

18 Samuel autem ministrabat ante faciē Domini, puer, accinctus ephod lineo.

19 Et tunicā paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat, statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solennem, & votum suum.

20 Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitque ei, Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. & abierunt in locum suum.

E 21 Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est puer Samuel apud Dominum.

22 Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filii sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi, & dixit eis,

23 Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo?

24 Nolite filii mei: non enim est bona fama quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini.

25 Si peccauerit vir in virum, placari potest Deus: si autem in Dominū peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit Dominus occidere eos.

26 Puer autem Samuel proficiebat, atque F crescebat, & placebat tam Deo quàm hominibus.

27 Venit autē vir Dei ad Heli, & ait ad eū, Hæc dicit Dominus, Numquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum 'esset 'essem in AEgypto in domo Pharaonis?

28 Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel.

29 Quare calce 'abiecistis victimam meam, 'abiicistis & munera mea quæ præcepi vt offerrētur in templo: & magis honorasti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei?

30 Propterea ait Dominus Deus Israel, *Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo, vsque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus, Absit hoc à me: sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem cōtemnunt me, erunt ignobiles.

*3.Reg.2 c.27.

31 Ecce dies veniunt: & præcidam brachium G tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua.

32 Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus.

33 Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur cum ad virilem ætatem venerit.

34 Hoc autem erit tibi signum quod venturum est duobus filiis tuis Ophni & Phinees,

35 In die vno morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem: qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram christo meo cunctis diebus.

36 Futurum est autem, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & torram panis, dicatque, Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalē, vt comedam buccellam panis.

CAP. III.

Quater vocatus Samuel à Deo, Prædicit Deus Samueli

Samueli pœnitionem Heli: eámque Samuel indicat ipsi Heli.

2 PVer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, (& sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.)

'loco 2 Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in 'lectulo suo, & oculi eius caligauerant,

3 Nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei.

4 Et vocauit Dominus Samuel. qui respondens ait, Ecce ego.

5 Et cucurrit ad Heli, & dixit, Ecce ego: vocasti enim me. qui dixit, Non vocaui te fili: reuertere, & dormi.

6 Et abiit, & dormiuit. Et adiecit Dominus rursum vocare Samuelem. consurgēnsque Samuel abiit ad Heli, & dixit, Ecce ego: quia vocasti me. qui respondit, Non vocaui te fili mi: reuertere & dormi.

E 7 Porro Samuel necdum sciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei sermo Domini.

8 Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertio. qui consurgens abiit ad Heli, & ait, Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum:

9 Et ait ad Samuelem, Vade, & dormi: & si denuò vocauerit te, dices, Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo.

10 Et venit Dominus, & stetit: & vocauit sicut vocauerat secundo, Samuel, Samuel. Et ait Samuel, Loquere Domine, quia audit seruus tuus.

11 Et dixit Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicunque

C audierit, tinnient ambæ aures eius.

12 In die illa suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum super domum eius: incipiam & complebo.

13 Prædixi enim ei quòd iudicaturus essem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eo quòd nouerat indigne agere filios suos, & non corripuerit eos.

14 Ideirco iurauī domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in æternum.

15 Dormiuit autem Samuel vsque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16 Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel fili mi: Qui respondens, ait, Præsto sum.

D 17 Et interrogauit eum, Quis est sermo quē locutus est Dominus ad te: oro te ne celaueris me. hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi.

18 Indicauit itaque ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit, Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat.

19 Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.

20 Et cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Ber-sabee, quòd fidelis Samuel prophetа esset Domini.

21 Et addidit Dominus vt appareret in Silo: quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

CAP. IIII.

Israelitæ cæduntur à Philisthæis. Arca capitur. Ophni & Phinees moriuntur, Déque Heli. Nascitur Ichabod.

1 ET factum est in diebus illis, cōgregati sunt Philisthiim in pugnā. egressus est autem Israel obuiam Philisthiim in prælium, & castrametatus est iuxta lapidem adiutorii. Porro Philisthiim venerunt in Aphec,

2 Et instruxerunt aciem contra Israel. Initoque autem certamine, terga vertit Israel Philisthæis: & cæsa sunt in illo certamine passim per agros quasi quatuor millia virorum.

3 Et reuersus est populus ad castra: dixeruntq; maiores natu de Israel, Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum.

4 Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super cherubim: erāntque duo filii Heli cum arca fœderis 'Domini, Ophni & 'Dei, Phinees.

5 Cumque venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra.

6 Et audierunt Philisthiim vocē clamoris, F dixerúntque, Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt quòd arca Domini venisset in castra.

7 Timueruntque Philisthiim, dicentes, Venit Deus in castra. & ingemuerunt, dicentes, Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertius:

8 Væ nobis. Quis nos 'saluabit de manu 'seruabit Deorum sublimium istorum? hi sunt dii qui percusserunt AEgyptum omni plaga in deserto.

9 Confortamini, & estote viri, Philisthiim: ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis: confortamini, & bellate.

10 Pugnauerūt ergo Philisthiim, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisq; in tabernaculum suum: & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israel triginta millia peditum.

11 Et arca Dei capta est: duo quoq; filii Heli mortui sunt, Ophni & Phinees.

12 Currens autem vir de Ben-iamin ex acie, C venit in Silo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput.

13 Cumque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam 'spectans. Erat autem 'eum cor eius pauens pro arca Dei. Vir autem 'eum

n.ii.

ille postquam ingressus est, nuntiauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas.

14 Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus huius? Ille autem festinauit, & venit: & nūtiauit Heli. 15 Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat.

16 Et dixit ad Heli, Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actum est fili mi?

17 Respondens autem ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filii tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est.

D 18 Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis cervicibus mortuus est: senex enim erat vir & grandæuus: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis.

19 Nurus autē eius vxor Phinees, prægnans erat, vicinaq; partui: & audito nūtio quod capta esset arca Dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, incurvauit se & peperit: irruerant enim in eam dolores subiti.

20 In ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei 'qui stabant circa eā, Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respōdit eis, neque animaduertit.

'quæ (fœmi.ge.

21 Et vocauit puerū, I-chabod, dicens, Trāslata est gloria Domini de Israel, quia capta est arca Dei, & pro socero suo, & pro viro suo.

"Et 22 "Ait: Transiata est gloria ab Israel, eo quod capta esset arca Dei.

CAP. V.

Arca iuxta Dagon collocata, corruit Dagon. Philisthæi percutiuntur morbis. Reiiciunt arcam.

1 PHilisthiim autem tulerunt arcam Dei, & asportauerunt eam à Lapide-adiutorii in Azōtum.

2 Tulerūntque Philisthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon.

3 Cúmque surrexissent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum.

4 Rursúmque mane die altera cōsurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: porrō Dagon solus truncus remanserat in loco suo.

B 5 Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in Azoto, vsque in hodiernum diem.

6 Aggrauata est autē manus Domini super Azotios, & demolitus est eos: & percussit in secretiori parte natium Azōtum, & fines eius. Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate.

Psal.77. g.66.

7 Videntes autem viri Azotii huiusce modi plagam, dixerunt, Non maneat arca Dei Israel apud nos: quoniā dura est manus eius super nos & super Dagon deum nostrum.

8 Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum ad se, & dixerunt, Quid faciemus de arca Dei Israel? Respondérūntq; Getthæi, Circunducatur arca Dei Israel. Et circūduxerunt arcam Dei Israel. C

9 Illi autem circunducentibus eam, fiebat manus Domini Dei per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuscuiusque vrbis, à paruo vsque ad maiorē, & computrescebant prominentes extales eorū. Inierūntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas.

10 Miserunt ergo arcā Dei in Accaron. Cúmque venisset arca Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes, Adduxerūt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrum. D

11 Miserunt itaque & cōgregauerunt omnes satrapas Philisthinorum: qui dixerunt, 'Dimitte arcam Dei Israel, '& reuertatur in locum suum, 'vt non interficiat nos cum populo nostro: Fiebat enim pauor mortis in 'singulis vrbibus, & grauissima valde manus Dei.

'Dimitte 'te 'vt 'ne 'ut 'ne

12 Viri quoque qui mortui non fuerāt, percutiebantur in secretiori parte natium: & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cælum.

CAP. VI.

Vacce reducunt arcam cum muneribus. Bethsamitæ percutiuntur.

1 FVit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus.

2 Et post hæc vocauerunt Philisthiim sacerdotes & diuinos, dicētes, Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt,

3 Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare non recedat manus eius à vobis.

4 Qui dixerunt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Respondérūntque illi, Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris.

5 Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriam: si forte releuet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra.

6 Quare aggrauatis corda vestra, "sicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor suum? nónne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? B

"Exod.12. d.31.

7 Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi.

Tollētisq;

8 Tollētisque arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: & dimittite eam vt vadat.

9 Et aspicietis: & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Beth-sāmes, ipse fecit nobis hoc malum grande. Sin autem minimè, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit.

10 Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulósque earum concluserunt domi.

'Domini 11 Et posuerunt arcam 'Dei super plaustrū, & capsellam quæ habebat mures aureos, & similitudinem anorum.

C 12 Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Beth-sāmes, & itinere vno gradiebantur, pergentes, & mugientes: & non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram: sed & satrapæ Philisthiim sequebantur vsque ad terminos Beth-sāmes.

13 Porrō Beth-samitæ metebant triticum in valle: & eleuantes oculos suos, viderunt arcam, & gauisi sunt cùm vidissent.

14 Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri, vaccásq; imposuerunt super ea holocaustum Domino.

'Domini 15 Leuitæ autem deposuerunt arcam 'Dei, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidē grandem. viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa Domino.

16 Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accarō in die illa.

D 17 Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthiim pro delicto, Domino: Azōtus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum.

18 Et mures aureos secundum numerum vrbium Philisthiim, quinque prouinciarū, ab vrbe murata, vsque ad villam quæ erat absque muro, & vsque ad Abel-magnum super quem posuerunt arcam Domini, quę erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsannis.

19 Percussit autem Dominus de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitq; populus, eo quod Dominus percussisset plebem plaga magna.

20 Et dixerunt viri Bethsamitæ, Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis?

21 Miserúntque nuntios ad habitatores Cariath-iarim, dicentes, Reduxerunt Philisthiim arcam Domini, descendite & 'reducite eam ad vos.

'reducite

CAP. VII.

Arca reducitur ad Abinadab. Orans Samuel pro populo agnoscente peccatum, exauditur. Corde soli Deo seruiendum. Iciunium. Philisthæi percutiuntur à Deo. Pax.

1 VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum 'Aminadab in Gabaa: Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, dat vt custodiret arcam Domini. 'Abi-na-dab

2 Et factū est, ex qua die mansit arca Domini in Cariath-iarum, multiplicati sunt dies: erat quippe iam annus vicesimus: & requieuit omnis domus Israel post Dominum.

3 Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens, Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth: & præparate corda vestra Domino, '& seruite ei soli: & eruet vos de manu Philisthiim. Deute. 6. c.13; mat. 4.b.8.

4 Abstulerunt ergo filii Israel Baalim & Astaroth, & seruierunt Domino soli. Dixit B autem Samuel,

5 Congregate vniuersum Israel in Maspharh, vt orem pro vobis Dominum.

6 Et conuenerunt in Maspharh: hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Iudicauitq; Samuel filios Israel in Maspharh.

7 Et audierunt Philisthiim quod congregati essent filii Israel in Maspharh, & ascenderūt satrapæ Philisthinorum ad Israel. quod cùm audissent filii Israel, timuerunt à facie Philisthinorum.

8 Dixerúntque ad Samuelem, Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrū, vt saluet nos de manu Philisthinorum.

9 Tulit autem Samuel agnum lactentem C vnum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudiuit eum Dominus.

10 Factum est autem, cùm Samuel offerret holocaustum, Philisthiim iniere prælium contra Israel: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis Israel.

11 Egressique 'filii Israel de Maspharh perse cuti sunt Philisthæos, & percusserunt eos vsque ad locum qui erat subter Beth-char. 'viri

12 Tulit autem Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Maspharh & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis-adiutorii. 'eius Dixitque, Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.

13 Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt vltrà vt venirēt in terminos Israel. D Facta est itaque manus Domini super Philisthæos, cunctis diebus Samuelis.

14 Et redditæ sunt vrbes quas tulerant Philisthiim ab Israel, Israelis, ab Accaron vsque Geth, & terminos suos liberauit Israel de manu Philisthinorum. Eratque pax inter Israel & Amorrhæum.

15 'Iudicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ: 'Iudicauit

16 Et ibat per singulos annos circuiens Bethel, & Galgala & Maspharh, & iudicabat Israelem in supradictis locis.

17 Reuertebaturque in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

CAP. VIII.

Filii Samuel, iudices auari. Regem petunt Israelitæ. Oratum Samuelem Deus docet iuxta Regis.

1 FActum est autē cùm senuisset Samuel, posuit filios suos iudices in Israel.
2 Fuitque nomē filii eius primogeniti Ioel: & nomen secundi Abia, iudicum in Berſabee.
3 Et non ambulauerunt filii illius in vijs eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.
4 Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelē in Ramatha.
5 Dixerūntque ei, Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in vijs tuis: * cōstitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes.
Ose 9. b. 14. 13. c. 10. ait. 13. 1.21.
6 Displicuitque verbum in oculis Samuelis, eo quod dixissent, Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum.
B 7 Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.
8 Iuxta omnia opera sua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de AEgypto vsque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi.
9 Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen contestare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus est super eos.
C 10 Dixit itaq; Samuel omnia verba Domini ad populū qui petierat à se regē, & ait,
11 Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, faciétque sibi equites & præcursores quadrigarum suarum.
12 Et constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorū & curruum suorum.
13 Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas.
14 Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis.
15 Sed & segetes vestras & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis.
16 Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo.
17 Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui.
18 Et clamabitis in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.
D 19 Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, Nequaquam, rex enim erit super nos.
20 Et erimus nos quoque sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.
21 Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus Domini.
22 Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel, Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

CAP. IX.

Sauli quærenti asinas patris Samuel indicat inuentas, cumque loco & cibo honorat.

1 FIt erat vir de Beniamin, nomine Cis, filius Abi-el, filij * Seor, filii Bechorath, filii Sareth, filii Aphia, filii viri Iemini, fortis robore:
seroris Hebraice
2 Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & nō erat vir de filiis Israel melior illo. ab humero & sursum eminebat super omnem populum.
3 Perierant autem asinæ Cis patris Saul, & dixit Cis ad Saul filium suum, Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade, & quære asinas. Qui cùm transissent per montem Ephraim,
4 Et per Terram-Salisa & non inuenissent, transierunt etiam per Terram-Salim, & nō erant: sed & per Terram-Iemini, & minimè repererunt.
5 Cùm autem venissent in Terram-Suph, dixit Saul ad puerum "qui erat cum eo, Veni, & reuertamur: ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis.
"suum
6 Qui ait ei, Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, fit ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra propter quam venimus
7 Dixitque Saul ad puerū suum, Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in cistartijs nostris: & sortulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quicquam aliud.
8 Rursum puer respondit Sauli, & ait, Ecce E inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram.
9 (Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque, vadens consulere Deum, Venite, & eamus ad videntem. qui enim prophetat dicitur hodie, vocabatur olim videns.)
10 Et dixit Saul ad puerum suum, Optimus sermo tuus: veni, eamus. & ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei.
11 Cùmque ascenderent clivum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis, Num hic est videns?
12 Quæ respondentes, dixerunt illis, Ille est: ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso.
"populo
13 Ingredientes vrbē, statim inuenietis eum antequā ascendat excelsum ad vescendum. neque enim comesturus est populus donec ille veniat. Quia ipse "benedicet hostiæ, & deinceps "comedent qui vocati sunt. nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum.
"benedi- cit "come- dunt
14 Et ascenderunt in ciuitatem. Cumque "ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel
"illi

muel egrediens obuiam eis vt ascenderet in excelsum.
Act. 13. c. 21.
15 (*Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diem quàm veniret Saul, dicens,
C 16 Hac ipsa hora, quæ nunc est, eras mittam virū ad te de Terra-Beniamin, & vnges eū ducem super populum meū Israel: & saluabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexi populum meum. venit enim clamor eorum ad me.)
17 Cúmque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei, Ecce vir quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.
18 Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait, Indica, oro, mihi, vbi est domus videntis.
19 Et respondit Samuel Sauli, dicens, Ego sum videns. ascende ante me in excelsum, vt "comedas mecum hodie, & dimittam te manè & omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi
"comedatis
20 Et de asinis quas nudiustertius perdidisti, ne solicitus sis, quia inuentæ sunt. & cuius erunt optima quæque Israel? nónne tibi & omni domui patris tui?
21 Respondens autem Saul, ait, Nunquid nō filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi sermonem ist um?
D 22 Assumens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorū qui fuerāt inuitati. erant enim quasi triginta viri.
23 Dixitque Samuel coco, Da partem quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres seorsum apud te.
24 (Leuauit autem cocus armum, & posuit ante Saul. Dixitque Samuel, Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui. & comedit Saul cum Samuele in die illa.
25 Et descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est cum Saule in solario.
"eluce- sceret, &
26 Surrexerunt de solario, & dormiuit. Cúmq; mane surrexissent, & iam "dies lucesceret, vocauit Samuel Saulem in solario, dicens, Surge, vt dimittam te. Et surrexit Saul: egressique sunt ambo, ipse videlicet & Samuel.
27 Cúmque descenderent in extrema partē ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt antecedat nos, & transeat: tu autem substiſte paulisper, vt indicem tibi verbum "Domini.
"Dei

CAP. X.

Saul regium in regem. Signa sua vnctionis. Profertur Saul. Samuel indicat peccatum populo quid regem petierint. Signis ostendit Deus se elegisse Saulem. Viuat rex.

Act. 13. c. 21. Osee 9. 4. 15.
1 VLit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eū, & ait, * Ecce vnxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius qui in circuitu eius sunt. & hoc tibi signum, quia vnxit te Deus in principem.
2 "Cúmque abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin, in Meridie, dicentque tibi, Inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermisis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo?
"Cùm
3 Cúmque abieris inde, & vltrà transieris, & veneris ad querecum Thabor, inuenient te "tres viri ascendentes ad Deū in Beth-el, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini.
"ibi
4 Cúmq; te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.
5 Post hæc venies in collem Dei, vbi est statio Philisthinorum. Et cùm ingressus fueris ibi vrbem, obuiabis gregē prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsósque prophetantes.
E
6 Et insiliet in te Spiritus Domini, & propheteris cum eis, & mutaberis in virum alium.
7 Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia "Dominus tecum est.
"Deus.
8 Et descendes ante me in Galgala: (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas: septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias.
9 Itaque cùm auertisset humerum suum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa.
10 Venerūntque ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius ei: & insiliit super eum Spiritus "Domini, & prophetauit in medio eorum.
"Dei.
11 Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiustertius, quod esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem. * Quæ nam res accidit filio Cisnum & Saul inter prophetas?
Infrà. 19. d. 24.
C
12 Respondítque alius ad alterum, dicens, Et "Cis pater eius? Propterea versum est in prouerbium, NVM ET SAVL IN TER PROPHETAS?
"quis pa- ter eorū?
13 Cessauit autem prophetare, & venit ad excelsum.
14 Dixítque patruus Saul ad eum, & ad puerum eius, Quò abistis? Qui respondentes, Quærere asinas: quas cùm nō reperissemus, venimus ad Samuelem.
15 Et dixit ei patruus suus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.
16 Et ait Saul ad patruum suum, Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicauit ei quem locutus fuerat ei Samuel.
17 Et conuocauit Samuel populum ad Dominum in Maspha.
18 Et ait ad filios Israel, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego eduxi Israel de AEgypto, & eruí vos de manu AEgyptiorum, & de

manu omnium regum qui affligebant vos.
19 Vos autem hodie proiecistis Dominum Deum vestrum qui solus saluauit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris: & dixistis, Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras, & per familias.
D
tribus
20 Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit sors super tribuum Beniamin.
21 Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit sors super cognationem Metri, & peruenit vsque ad Saul filiũ Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est inuentus illic.
cognatio
22 Et consuluerunt post hæc Dominum vtrũnam venturus esset illuc. Respondit que Dominus, Ecce absconditus est domi.
23 Cucurrerunt itaq;, & tulerunt eum inde: stetitq; in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum.
Supra 8. c. 22. 24 Et ait Samuel ad omnẽ populum, * Certè videtis quem elegit Dominus, quoniã non sit similis illi in omni populo. & clamauit omnis populus, & ait, Viuat rex.
25 Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino:
26 Et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.
27 Filii verò Belial dixerunt, Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille *enim dissimulabat se audire.
verò

CAP. XI.

Ammonitæ obsidentes Iabet-Galaad, percutiunt eos à Saule Spiritu Dei accenso. Timor Dei. Vindictam prohibet Saul. Innouatio regni eius.

1 ET factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Iabes-Galaad. Dixeruntque omnes viri Iabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi.
2 Et respondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponámque vos opprobrium in vniuerso Israel.
3 Et dixerunt ad eum seniores Iabes, Concede nobis septem dies, vt mittamus nuntios ad vniuersos terminos Israel: & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.
B 4 Venerunt ergo nuntii in Gabaa Saulis: & locuti sunt verba hæc audiente populo: & leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit.
5 Et ecce Saul veniebat, sequens boues de agro, & ait, Quid habet populus quòd ploret? Et narrauerunt ei verba virorum Iabes.
Dei 6 Et insiluit Spiritus Domini in Saul, cùm audisset verba hæc: & iratus est furor eius nimis.
7 Et assumens vtrũque bouem, concidit in frusta: misitq; in omnes terminos Israel per manũ nuntiorũ, dicens, Quicunque nõ exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus.
8 Et recensuit eos in Bezec: fuerũtque filiorum Israel trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia. C
9 Et dixerunt nuntiis qui venerant, Sic dicetis viris qui sunt in Iabes-Galaad, Cras erit vobis salus, cùm incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii, & annuntiauerunt viris Iabes: qui lætati sunt.
10 Et dixerunt, Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis.
11 Et factum est, cùm dies crastinus venisset, constituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incaleseceret dies: reliqui autẽ dispersi sunt, ita D vt nõ relinquerentur in eis duo pariter. ex
Supra 10. d. 27. 12 *Et ait populus ad Samuelẽ, Quis est iste qui dixit, Saul num regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos.
13 Et ait Saul, Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel.
14 Dixit autem Samuel ad populum, Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum.
15 Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino: & lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

CAP. XII.

Samuel iudex innocens, etiam populi testimonio. Arguit populum ingratitudinis, quòd regem petierint. Deus miraculo cogit dura corda ferri peccatum. Pœnitenti, & fidenti parci. Deus propter promissiones, seruiendum Deo.

1 DIxit autem Samuel ad vniuersum Israel, Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem:
2 Et nunc rex graditur ante vos. Ego autem senui, & incanui (porrò filii mei vobiscum sunt.) itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem.
3 Ecce præsto sum, * loquimini de me coram Domino, & coram christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Eccl'asti. 46. d. 22.
4 Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam.
5 Dixitque ad eos, Testis est Dominus aduersum vos, & testis christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt, Testis.
6 Et ait Samuel ad populum, Dominus qui B fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de Terra AEgypti, adest.
7 Nunc ergo state, vt iudicio contendã aduersum vos coram Domino de omnibus misericordiis

misericordiis Domini, quas fecit Dominus vobiscum, & cum patribus vestris:
Genes. 46. 3 & 5. 8 * Quomodo Iacob ingressus est in AEgyptum, & clamauerunt patres vestri ad Dominum: & misit Dominus Moysen & Aarõ, & eduxit patres vestros de AEgypto, & collocauit eos in loco hoc.
9 Qui obliti sunt Domini Dei sui, & tradidit eos in manus Sisaræ magistri militiæ regis Hasor, & in manu Philisthinorum, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduersum eos.
10 Postea autem clamauerunt ad Dominũ, & dixerunt, Peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi.
11 Et misit Dominus Ierobaal & Badam & Samson, & Barac, & Iephte & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter.
C 12 Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammo venisset aduersum vos, dixistis mihi, Nequaquã, sed rex imperabit nobis: cũ Dominus Deus vester regnaret in vobis.
13 Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis & petistis: ecce dedit vobis Dominus regem.
14 Si timueritis Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum.
15 Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus Dñi super vos, & super patres vestros.
16 Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro.
17 Nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias: & scietis & videbitis quia grande malum fecistis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.
D 18 Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias in illa die. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem.
19 Et dixit vniuersus populus ad Samuelẽ, Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur. addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem.
20 Dixit autẽ Samuel ad populũ, Nolite timere, (vos fecistis vniuersum malũ hoc: veruntamẽ nolite recedere à tergo Domini, sed seruite Dño in omni corde vestro.
21 Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.)
22 Et non derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum: quia iurauit Dominus facere vos sibi populũ.
23 Absit autem à me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam.
24 Igitur timete Dominum, & seruite ei in veritate & ex toto corde vestro, vidistis enim magnifica, quæ in vobis gesserit Dñs.
25 Quòd si perseueraueritis in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis.

CAP. XIII.

Percutitur Philisthæi à Saule. Saul inobediẽs præcepto Dei abiicitur ab ipso. Philisthæi ascendunt contra Israelitas.

Iosue 25 d. 17. 1 * FIlius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel.
2 Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Beth-el: mille autem cum Ionatha in Gabaa Ben-Iamin. porrò cæterum populum remisit vnumquemque in tabernacula sua.
3 Et percussit Ionathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. quod cùm audissent Philisthiim, personuit buccina in omni terra, dicentibus Hebræis.
4 Et vniuersus Israel audiuit huiusmodi famam, Percussit Saul stationem Philisthinorum: & erexit se Israel aduersus Philisthiim. Clamauit *ergo populus post Saul in Galgala.
autem
5 Et Philisthiim congregati sunt ad prælium contra Israel, triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquus vulgus, sicut arena quæ est in litore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad Orientem Beth-auen.
6 Quod cùm vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoq;, & in antris, & in cisternis. B
7 Hebræi autem transierunt Iordanẽ in terram Gad & Galaad. Cúmque adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum.
8 Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis, & nõ venit Samuel in Galgala, dilapsúsque est populus ab eo.
9 Ait ergo Saul, Afferte mihi holocaustũ, & pacifica. & obtulit holocaustum.
10 Cúmque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiam ei, vt saluaret eum.
11 Locutúsque est ad eum Samuel, Quid fecisti? Respondit Saul, Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porrò Philisthiim congregati fuerant in Machmas: dixi,
12 Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum Domino.
13 Dixitque Samuel ad Saul, Stultè egisti, C nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quòd si no feciſſes, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum:
14 Sed nequaquam regnũ tuum vltrà consurget. *quæsiuit Dominus sibi virũ iuxta cor suum, & præcepit ei Dominus vt esset dux super populum suum, eo quòd non seruaueris quæ præcepit Dominus. Act. 13. d. 22.
15 Surrexit autem Samuel, & ascendit de

Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin. Et recensuit Saul populum, qui iuuenti fuerant cum eo quasi sexcentos viros.

16 Et Saul & Ionathas filius eius, populúsq; qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: porro Philisthiim consederant in Machmas.

D
17 Et egressi sunt ad præliandum de castris Philisthinorũ tres cunei. vnus cuneus pergebat contra viam Ephraim ad Terram Saul.

18 Porro alius ingrediebatur per viã Bethoron. tertius autem verterat se ad iter terminũ in Terra Sabaa imminentis valli Seboim contra desertum.

19 Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni Terra Israel. Cauerant enim Philisthiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20 Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, vt exacueret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & tridentem, & sarculum.

21 Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, vsque ad stimulum corrigendum.

22 Cumque venisset dies præli, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saule & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius.

23 Egressa est autem statio Philisthiim, vt transcenderet in Machmas.

CAP. XIIII.

Ionathas fiducia in Deum, armigero comite profligat Philisthæos. Victoria ob Dei. Signa eorum sit Ionathæ de victoria. Ionathas occidendus à patre ob degustatum mel, liberatur à populo.

1 ET accidit in quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum, Veni, & transeamus ad stationem Philisthiorum, quæ est trans locum illum. patri autem suo hoc ipsum non indicauit.

2 Porro Saul morabatur in extrema parte Habaa sub malogranato, quæ erat in agro Gabaa: & erat populus cum eo quasi sexcẽtorum virorum.

Magron

3 Et Achias filius Achitob fratris Icabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. sed & populus ignorabat quò isset Ionathas.

Supra 4. 1.20.

4 Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Ionathas transire ad stationẽ Philisthinorum, eminentes petræ ex vtraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc inde prærupti, nomen vni Boses, & nomen alteri Sene:

5 Vnus scopulus prominens ad Aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa.

6 Dixit autem Ionathas ad adolescentem armigerum suum, Veni, transeamus ad rationem incircumcisorum horum, si forte faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile saluare vel in multis, vel in paucis. 2. Par. 14.

7 Dixitq; ei armiger suus, Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quo cupis, & ero tecum vbicunque volueris. B

8 Et ait Ionathas, Ecce nos transimus ad viros istos.

9 Cúmque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, Manete, donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos.

10 Si autem dixerint, Ascendite ad nos: ascẽdamus ad eos, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris, "hoc erit nobis signum. "&

11 Apparuit igitur vterque statiõi Philisthinorum: dixerúntq; Philisthiim, En Hebræi egrediuntur de cauernis in quibus abscõditi fuerant.

12 Et locuti sunt viri de statione ad Ionathan & ad armigerum eius, dixerúntque, Ascendite ad nos, & ostẽdemus vobis rem. & ait Ionathas ad armigerũ suum, Ascendamus, sequere me: tradidit enim Dominus eos in manus Israel.

C
13 Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius post eum. Itaque cum vidissent faciem Ionathæ, alii cadebant ante Ionathan, alios armiger eius interficiebat sequens eum.

14 Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas & armiger eius, quasi viginti virorum in media parte sugeris, quam par 'boum in die arare consueuit. 'legendũ est quod,

15 Et factum est miraculum in castris, & per agros, sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit, & conturbata 'sunt castra, & accidit quasi miraculum à Deo. 'refert enim inge- rum. 'est terra

16 Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illúcque diffugiens.

17 Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis. cúmque requisissent, repertum est non adesse Ionathan, & armigerum eius.

18 Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam 'Domini, (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel.) 'Dei

19 Cúmque loqueretur Saul ad sacerdotẽ, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum: crescebátque paulatim & clarius 'resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem, Contrahe manum tuam. "reboabat.

20 Conclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & venerunt vsque ad locum certaminis: & ecce versus fuerat gladius vnius cuiusque ad proximũ suum, & cædes magna nimis.

21 Sed & Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri & nudiustertius, ascenderántq; D cũ eis in castris, reuersi sunt vt essent cum Israel & iis qui erant cum Saul & Ionatha. 'cum Israele qui erat

22 Omnes quoque Israelitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audiẽtes quòd fugissent

fugissent Philisthæi, sociauerunt se cum suis in prælio.

23 Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum. Et saluauit Dominus Deus in die illa Israel. pugna autem peruenit vsq; ad Beth-auen.

24 Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens, Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus populus panem:

25 Omnéque Terræ vulgus venit in saltũ, in quo erat mel super faciem agri.

26 Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullúsque applicuit manum ad os suum: timebat enim populus iuramentum.

27 Porro Ionathas non audierat cum adiuraret pater eius populum: extenditq; summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.

28 Respondénsque vnus de populo, ait, Iureiurando constrinxit pater tuus populũ, dicens, Maledictus vir qui comederit panem hodiẽ, (defecerat autem populus.)

E
29 Dixitque Ionathas, Turbauit pater meus terram: videtis ipsi quia illuminati sunt oculi mei: eo quòd guttauerim paululum de melle isto:

30 Quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nónne maior plaga facta fuisset in Philisthiim?

31 Percusserunt ergo in die illa Philisthæos à Machmis vsque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis,

32 Et versus ad prædã tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comedítque populus cum sanguine.

33 Nuntiauerunt autem Sauli dicentes quòd populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. qui ait, Prævaricati estis: voluite ad me iam nunc saxum grande. Et dixit Saul,

34 Dispergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnusquisque bouem suum & arietem, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. adduxit itaque omnis populus vnusquisque bouem in manu sua vsque ad noctem, & occiderunt ibi.

35 Ædificauit autem Saul altare Domino: tũncque primùm cœpit ædificare altare 'Domino. 'Domini.

36 Et dixit Saul, Irruam 'super Philisthæos nocte, & vastemus eos vsquedũ illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. dixitque populus, Omne quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. & ait sacerdos, Accedamus huc ad Deum. 'Deum.

F
37 Et consuluit Saul 'Dominum. Num persequar Philisthiim? Si trades eos in manus Israel? & non respondit ei in die illa.

38 Dixitque Saul, Applicate huc vniuersos angulos populi: & scitote: & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie.

39 Viuit Dominus saluator Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur. ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

40 Et ait ad vniuersum Israel, Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Respondítq; populus ad Saul, Quod bonũ tibi videtur in oculis tuis, fac.

41 Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel, Domine Deus Israel da iudicium, quid est quod non responderis seruo tuo hodie. Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostentionem. aut si hæc iniquitas est in populo tuo da sanctitatem.

42 Et deprehensus est Ionathas & Saul, populus autem exiuit. Et ait Saul, Mittite sortem inter me, & inter Ionathan filium meum. & captus est Ionathas.

43 Dixit autem Saul ad Ionathan, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait, Gustãs gustani in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior?

44 Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.

45 Dixitque populus ad Saul, Ergóne Ionathas morietur, qui fecit saluem hanc nostram in Israel? Hoc nefas est: viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionathan, vt non moreretur. G

46 Receditque Saul, nec persecutus est Philisthiim: porro Philisthiim abierunt in loca sua.

47 Et Saul confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos: & quocunque se verterat, superabat.

48 Congregatóque exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorũ eius.

49 Fuerunt autem filii Saul Ionathas, & Iesui, & Melchi-sua: Et nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris, Michol.

50 Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas. Et nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul.

51 Porro Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel.

52 Erat autẽ bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque viderat Saul virum fortem & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

CAP. XV.

Iussus Saul occidere Amalecitas ad internecionem vsque, prædam & Agag reseruat. Arguitur inobedientiæ à Samuele. Abiicitur à Deo. Confitetur peccatum. Deum nunquam pœnitet. Agag occiditur. Samuel leges Saulem.

1 ET dixit Samuel ad Saul, Me misit Dominus, vt ungerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocẽ

Domini.

Exod. 17. 2 Hæc dicit Dominus exercituum, Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli, *quomodo restitit ei in via cum ascenderet de AEgypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec,

3 Et demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum.

4 Præcepit itaque Saul populo, & recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda.

B 5 Cumque venisset Saul vsque ad ciuitatē Amalec, tetendit insidias in torrente.

6 Dixitque Saul Cineo, Abite, recedite, atq; discedite ab Amalecite ne forte inuoluam te cum eo. tu enim fecisti misericordiā cum omnibus filiis Israel eorum ascenderent de AEgypto. & recessit Cineus de medio Amalec

7 Percussitq; Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quę est eregione AEgypti.

8 Et apprehendit Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladii:

9 Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. *verò quicquid ergo vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt.

C 10 Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens,

11 Pœnitet me quòd constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non implenit: Contristatúsque est Samuel, & clamauit ad Dominū tota nocte.

12 Cumque de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul mane, nuntiatum est Samueli, eo quod venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalem, & reuersus trāsisset: descendissetq; in Galgala.

13 Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum Domino de initiis prędarum quæ attulerat ex Amalec. Et cum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul, Benedictus tu à Domino, implenī verbum Domini.

14 Dixitque Samuel, Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio?

D 15 Et ait Saul, De Amalec adduxerunt ea, pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis vt immolarent Domino Deo tuo, reliqua vero occidimus.

16 Ait autem Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. dixitque ei, Loquere.

Sup. 3. d. 1. 17 Et ait Samuel, *Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es, vnxitque te Dominus in regem super Israel?

18 Et misit te Dominus in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & *pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum.

*pugna (impera.

19 Quare ergo non audisti vocem Domini: sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini?

20 Et ait Saul ad Samuelem, Imò audiui E vocem Domini, & ambulaui in via per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci.

21 Tulit autem de pręda populus oues & boues primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet Domino Deo *suo in Galgalis. *tuo

22 Et ait Samuel, Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? *MELIOR EST OBEDIENTIA QVAM VICTIMAE: & auscultare, magis quā offerre adipem arietum. *Ecclesiasti 4. d. 17. sec 9. c. 7. matth. 9.

23 Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis rex. b. 13.

24 Dixitque Saul ad Samuelem, Peccaui, quia prævaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. Sed nunc porta quæso F peccatum meum,

25 Et reuertere mecū vt adorē Dominum.

26 Et ait Samuel ad Saul, Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Dominus ne sis rex super Israel.

27 Et conuersus est Samuel vt abiret: ille autem apprehendit summitatem pallii eius, quæ & scissa est.

28 Et ait ad eum Samuel, Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.

29 Porro Triumphator in Israel nō parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est vt agat pœnitentiam.

30 At ille ait, Peccaui: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum.

31 Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem: & adorauit Saul Dominum. G

32 Dixitque Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec, & oblatus est ei Agag pinguissimus tremens. Et dixit Agag, Siccine separat amara mors?

33 Et ait Samuel, Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. & in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.

34 Abiit autem Samuel in Ramātha, Saul vero ascendit in domum suam in Gabaā. *Saulis

35 Et non vidit Samuel vltrà Saul vsque ad diem mortis suæ: veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quod constituisset regem Saul super Israel.

CAP. XVI.

Vngitur Dauid in regem à Samuele timido. Corda instruitur Deus. Spiritus sanctus in Dauide. Spiritu malo correptus Saul, qui psallente Dauide recedit ab eo.

1 DIxitque Dominus ad Samuelem, Vsquequo tu luges Saul, cum ego proiece

proiecerim eum ne regnet super Israel? impple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem.

2 Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. & ait Dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandū Domino veni.

3 Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi quid facias, & vnges quemcunque monstrauero tibi.

4 Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei Dominus: venitque in Beth-lehem, & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei, dixerūntque, Pacificúsne est ingressus tuus?

5 Et ait, Pacificus: ad immolandum Domino veni: sanctificamini, & venite mecum vt immolem. sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium.

B 6 Cumque ingressi essent, vidit Eliab, & ait, Non coram Domino est christus eius?

*Et Psalm. 7. 10. 7 *Dixit Dominus ad Samuelem, Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor.

8 Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit, Nec hunc elegit Dominus.

9 Adduxit autem Isai Samma. de quo ait, Etiam hunc non elegit Dominus.

10 Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai, Non elegit Dominus ex istis.

11 Dixitque Samuel ad Isai, Nunquid iam completi sunt filii? qui respondit, Adhuc reliquus est parnulus, & pascit oues. Et ait Samuel ad Isai, Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus prius quàm hùc ille veniat.

C 12 *Misit ergo, & adduxit eum. Erat autem rufus, & pucher aspectu, decoráq; facie. Et ait Dominus, Surge, & vnge eum: ipse enim est. 2. Reg. 7. 8. 2. psalm. 88. c. 21. Act. 7. f. 46 13. d. 24.

13 Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eū in medio fratrum eius: & *directus est Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: surgénsque Samuel abiit in Ramātha.

14 Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à Domino.

15 Dixerūntque serui Saul ad eum, Ecce Spiritus Dei malus exagitat te.

16 Iubeat dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere citharæ: vt quando arripuerit te Spiritus *Domini malus, psallat manu sua, & leuius ferat.

*Dei

17 Et ait Saul ad seruos suos, Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me.

D 18 Et respondens vnus de pueris, ait, Ecce vidi filium Isai Beth-lehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus est cum eo.

19 Misit ergo Saul nuntios ad Isai, dicens, Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis.

20 Tulit itaq; Isai asinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris vnum, & misit per manum Dauid filii sui Sauli.

21 Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger.

22 Misitque Saul ad Isai, dicens, Stet Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis.

23 Igitur quandocunque Spiritus *Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus. *Dei arripiebat

CAP. XVII.

Goliath occiditur à Dauide fidente in Dei potentia. Occidantur Philisthæi.

1 COngregantes autem Philisthiim agmina sua in prœlium, conuenerunt in *Sochot Iudæ: & castrametati sunt inter *Sochot & Azeca in finibus Dommim. *Socho

2 Porrò Saul & filii Israel congregati venerunt in Vallem-terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthiim.

3 Et Philisthiim stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat super montem ex altera parte: vallisque erat inter eos.

4 Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum & palmi:

5 Et cassis ærea super caput eius: & lorica hamata induebatur. porro pondus loricæ eius, quinque millia siclorum æris erat.

6 Et ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius.

7 Hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium texentium. ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum.

8 Stánsque clamabat aduersum phalangas Israel, & dicebat eis, Quare venistis parati ad prœlium? Nunquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul? eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. B

9 Si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui: si autem ego prævaluero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis.

10 Et iebat Philisthæus. Ego exprobraui agminibus Israel hodie, Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen.

11 Audiens autem Saul, & omnes Israelitæ sermones Philisthæi huiusce modi, stupebant, & metuebant nimis.

12 Dauid autem erat filius viri Ephrathæi, de quo *suprà dictum est, de Beth-lehem Iuda, cui nomen Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul senex, & grandæuus inter viros. Sup. 16. a. 1.

13 Abierunt autem tres filii eius maiores post Saul in prœlium: & nomina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quo que Samma,

14 Dauid autem erat minimus. tribus ergo maioribus secutis Saulem,

15 Abiit Dauid, & reuersus est à Saul, vt pa-

seceret gregem patris sui in Beth-lehem.
16 Procedebat vero Philisthæus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus.
17 Dixit autem Isai ad Dauid filium suum, Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos,
C 18 Et decem formellas casei has deferes ad tribunum: & fratres tuos visitabis, si recte agant:
19 Saul autem, & ipsi, & omnes filii Israel, in Valle terebinthi pugnabant aduersum Philisthiim.
20 Surrexit itaque Dauid mane, & commendauit gregem custodi: & onustus abiit, sicut præceperat ei Isai: & venit ad locum Magala, & ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine.
21 Direxerat enim acies Israel, sed & Philisthiim ex aduer- erant præparati.
22 Derelinquens ergo Dauid vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos.
23 Cumque adhuc ille loqueretur cis, apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorum: & loquente eo hæc eadem verba audiuit Dauid.
24 Omnes autem Israelitæ, cùm vidissent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde.
25 Et dixit vnus quispiam de Israel, Num vidistis virum hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israeli ascendit: Virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel.
26 Et ait Dauid ad viros qui stabant secum, dicens, Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthæus incircuncisus qui exprobrauit ^acie- Dei viuentis?
plu. nu.
27 Referebat autem ei populus eundem sermonem, dicens, Hæc dabuntur viro qui percusserit eum.
28 Quod cùm audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cum aliis, iratus est contra Dauid, & ait, Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, descendisti.
29 Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid non verbum est?
30 Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitque eundem sermonem, & respondit ei populus verbum sicut prius.
31 Audita sunt autem verba quæ locutus est Dauid, & annuntiata in conspectu Saul. Ad quem cùm fuisset adductus,
32 Locutus est ei, Non concidat cor cuiusquam in eo: ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philisthæum.
33 Et ait Saul ad Dauid, Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum: quia puer es: hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.
34 *Dixitq; Dauid ad Saul, Pascebat seruus E tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: Ecclesiast. 47. a. 3.
35 Et persequebar eos, & percutiebam eruebámque de ore eorũ. Et illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebámq; eos.
36 Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi: quoniam quis est iste Philisthæus incircuncisus qui ausus est maledicere exercitui Dei "quia viuentis?
37 Et ait Dauid, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid, Vade, & Dominus tecum sit.
38 Et induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eum lorica.
39 Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. Dixitque Dauid ad Saul, Non possum sic incedere, quia non vsum habeo.
40 Et deposuit ea, & tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem quam habebat secum.
41 Et fundam manu tulit: & processit aduersum Philisthæum.
42 Ibat autem Philisthæus incedẽs & appro F pinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum. Cumque inspexisset eum Philisthæus, & vidisset Dauid, despexit eum, erat autem adolescẽs rufus, & pulcher aspectu.
43 Et dixit Philisthæus ad Dauid, Nunquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus Dauid in diis suis: Dixitque ad Dauid,
44 Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & bestiis terræ.
45 Dixit autem Dauid ad Philisthæum, Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti: "hodie,
46 Et dabit te Dominus in manu mea, & dabit percutiam te, & auferam caput tuum à te: & dabo cadauera castrorum Philisthiim hodie volatilibus cæli, & bestiis terræ: vt sciat omnis terra quia est Dominus Deus in Israel.
47 Et nouerit vniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus: ipsius enim est bellum, & tradet vos in manus nostras.
48 Cùm ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, festinauit Dauid, & occurrit ad pugnam ex ^aeucurad- uerso Philisthæi. rit
49 Et misit manum suam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & circumducens

*Philisthæum cens percussit eum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram.
1. Macha. 3. d. 30.
50 *Præualuitque Dauid aduersum Philisthæum in funda & lapide, percussumque Philisthæum interfecit.
51 Cùmque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua: & interfecit eum, præcidítque caput eius. Videntes autem Philisthiim, quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt,
G 52 Et consurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos vsquedum venirent in vallem, & vsque ad portas Accaron, ceciderúntque vulnerati de Philisthiim in via Saraim, & vsque ad Geth, & vsque ad Accaron.
53 Et reuertentes filii Israel postquam persecuti ^fuerant sunt Philisthæos, inuaserunt castra eorum.
54 Assumens autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalem: arma verò eius posuit in tabernaculo suo.
55 Eo autem tempore quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ suæ, De qua stirpe descendit hic adolescens? Dixit- ^aAbner que Abner,
56 Viuit anima tua, rex, si noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius sit iste puer.
57 Cùmque regressus esset Dauid, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu sua.
58 Et ait ad eum Saul, De qua progenie es ô adolescens? Dixitque Dauid, Filius serui tui Isai Beth-lehemitæ ego sum.

CAP. XVIII.

Fœdus Dauidis cum Ionatha. Dauidem præfectum militiæ suæ mittit Saul occidere, correptus à spiritu malo. Promissa Merob Dauidi, alteri traditur. Michol filiam Saul accipit Dauidi in vxorem, datis centum præputiis Philisthinorum.

ET factum est: cùm complesset loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam.
2 Tulitque eum Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui.
3 Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eũ quasi animã suam.
4 Nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium & arcum suum, & vsque ad baltheum.
5 Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque mittebat eum Saul, & prudenter se agebat, posuítque eum Saul super vires belli, & acceptus erat in oculis vniuersi B populi, maximéque in conspectu famulorum Saul.
6 Porrò cùm reuerteretur percusso Philisthæo Dauid, & ferret caput eius in Ierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorósque ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris.
7 Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia.
8 Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixítque, Dederũt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum?
9 Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat C Dauid à die illa, & deinceps.
10 Post diem autem alteram, inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ: Dauid autem psallebat manu sua sicut per singulos dies. Tenebátque Saul lanceam,
11 Et misit eam, putans quòd configere posset Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius secundo.
12 Et timuit Saul Dauid: eo quòd Dominus esset cum eo, & à se recessisset.
13 Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros: & egrediebatur & intrabat in conspectu populi.
14 In omnibus quoque viis suis Dauid pru- D denter agebat, & Dominus erat cum eo.
15 Vidit itaque Saul quòd prudens esset nimis, & cœpit cauere eum.
16 Omnis autem Israel & Iuda diligebat "enim Dauid: ipse autem ingrediebatur & egredie batur ante eos.
17 Dixitque Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tantummodo esto vir fortis, & præliare bella Domini. Saul autẽ reputabat, dicens, Non "in eum, sit manus mea in eo, sed sit super eum manus Philisthinorum.
18 Ait autem Dauid ad Saul, Quis ego sum, E aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis?
19 Factum est autem tempus cùm deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor.
20 "Dilexit autem Dauid Michol filia Saul "Dilexit alteram, & nuntiatũ est Saul, & placuit ei. autẽ Mi-
21 Dixitque Saul, Dabo eam illi, vt fiat ei in chol filia scandalum, & sit super eum manus Phili Saul alte sthinorum. Dixitque Saul ad Dauid, In duabus rebus gener meus eris hodie.
22 Et mandauit Saul seruis suis, Loquimini ad Dauid clam me, dicentes, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te: nunc ergo esto gener regis.
23 Et locuti sunt serui Saul in auribus Da- F uid omnia verba hæc: & ait Dauid, Num parum videtur vobis, generum esse regis? ego autem sum vir pauper & tenuis.
24 Et renuntiauerunt serui Saul, dicentes, Huiusmodi verba locutus est Dauid.
25 Dixit autem Saul, Sic loquimini ad Dauid, Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum.
26 Cùmque renuntiassent serui eius Dauid

verba quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis.

G 27 Et post paucos dies surgens Dauid, abiit in Accaron cum vitis qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthiim ducentos viros: & attulit eorum præputia, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. dedit itaque Saul ei Michol filiam suam vxorem.

28 Et vidit Saul, & intellexit quòd Dominus esset cum Dauid: Michol autem filia Saul, diligebat eum.

29 Et Saul magis cœpit timere Dauid, fa-ctúsque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus.

30 Et egressi sunt principes Philisthinorum. à principio autem egressionis eorum, prudentius se gerebat Dauid, quàm omnes *viri Saul, & celebre factum est nomen eius nimis.

*ferui

CAP. XIX.

Saul iubet occidi Dauidem: quem seruat Ionathas, & Michol, per fenestram dimittent. Saul cum ministris persequentibus Dauidem, prophetat cum prophetis.

1 LOcutus est autem Saul ad Ionatham filium suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent Dauid. Porrò Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde.

2 Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter observa te quæso, mane, & manebis etiam, & absconderis.

3 Ego autem egrediens, stabo iuxta patrem meum in agro, vbicunque fuerit: & ego loquar de te ad patrem meum: & quodcunque videro, nuntiabo tibi.

*fueris:

4 Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrem suum: dixitque ad eum, Ne *peccet rex in seruum suũ, Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde.

*peccet rex in seruum suũ, *sua

5 Et posuit animam suam in manu *sua, & percussit Philisthæum, & fecit Dominus salutem magnam vniuerso Israeli. vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innocuo, interficiens Dauid, qui est absque culpa?

6 Quod cum audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit, Viuit Dominus, quia non occidetur.

7 Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum, sicut fuerat heri & nudiustertius.

B 8 Motũ est autem rursum bellum: & egressus Dauid, pugnauit aduersum Philisthiim: percussítque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius.

9 Et factus est spiritus Domini malus in Saul: sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam: porrò Dauid psallebat manu sua.

10 Nisúsque est Saul configere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul: lancea autem casso vulnere perlata est in parietem, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa.

11 Misit ergo Saul satellites suos nocte in domum Dauid vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod cùm annuntiasset Dauid Michol vxor sua, dicens, Nisi saluaueris te nocte hac, cras moriêris:

12 Deposuit eum per fenestram: porrò ille abiit & aufugit, atque saluatus est.

13 Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. C

14 Misit autem Saul apparitores qui raperent Dauid: & responsum est quòd ægrotaret.

15 Rursumque misit Saul nuntios vt viderent Dauid, dicens, Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.

16 Cúmque venissent nuntii, inuentum est simulachrum super lectum, & pelles caprarum ad caput eius.

17 Dixítque Saul ad Michol, Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum vt fugeret? Et respondit Michol ad Saul, Quia ipse locutus est mihi, dicens, Dimitte me, alioquin interficiam te.

18 Dauid autem fugiens, saluatus est, & venit ad Samuel in Ramátha, & nuntiauit ei omnia quæ fecerat sibi Saul: & abierunt, ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth.

19 Nuntiatum est autem Sauli à dicentibus, Ecce Dauid in Naioth in Ramátha.

20 Misit ergo Saul lictores, vt raperent Dauid: qui cum vidissent cuneum prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem super eos, factus est etiã Spiritus Domini *in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi.

*super nuntios Saul.

21 Quod cum nuntiatum esset Sauli, misit & alios nuntios: prophetauerunt autem & illi. & rursum misit Saul tertios nuntios: qui & ipsi prophetauerunt.

22 Et iratus iracundia Saul, abiit etiam ipse in Ramátha, & venit vsque ad cisternam magnam quæ est Socho, & interrogauit, & dixit, In quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictúmque est ei, Ecce in Naioth, sunt in Ramátha. Et abiit in Naioth in Ramátha,

23 Et factus est etiam super eum Spiritus *Domini, & *ambulauit ingrediens, & prophetabat vsquedum veniret in Naioth in Ramátha.

*Dei *ambulabat

24 Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris coram Samuele, & *cecidit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbium, *Num & Saul inter prophetas?

*cecidit *Sup. 10. c. 11.

CAP. XX.

Dauid in angustiis conqueritur cum Ionatha. Dauidem è manu patris liberat Ionathas, missis ad eum tribus sagittis.

1 FVgit autem Dauid de Naioth, quæ est in Ramátha, veniénsque locutus est corã Ionatha, Quid feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

2 Qui dixit ei, Absit à te, non moriéris: neque enim faciet pater meus q icquam grande vel paruum, nisi prius indicauerit mihi:

mihi: hunc ergo celauit à me pater meus sermonem tantummodo? nequaquam enim erit istud.

3 Et iurauit rursum Dauid: & ille ait, Scit profectò pater tuus quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. quinimò viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantum (vt ita dicã) gradu, ego mórsq; diuidimur.

4 Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi.

5 Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum: dimitte ergo me, vt abscondar in agro vsque ad vesperam diei tertiæ.

B 6 Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei, Rogauit me Dauid vt iret celeriter in Beth-lehem ciuitatem suam: quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis.

7 Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius.

8 Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti. si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.

*à te: 9 Et ait Ionathas, Absit hoc *à me: neque enim fieri potest vt si certè cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi.

10 Respondítque Dauid ad Ionathan, Quis renuntiabit mihi, siquid fortè responderit tibi pater tuus durè de me?

11 Et ait Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur foras in agrum. Cúmque exissent ambo in agrum, ait Ionathas ad Dauid,

C 12 Domine Deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino vel perendie: & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero,

*addat. 13 Hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc *augeat. Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurẽ tuam, Et dimittam te, vt vadas in pace, & sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo.

14 Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini:

15 Si verò mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam à domo mea vsq; in sempiternum, quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid, vnumquemque de terra: auferat Ionathan de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum Dauid.

D 16 Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requisiuit Dominus de manu inimicorum Dauid.

17 Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo quòd diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum.

18 Dixítque ad eum Ionathas, Cras calendæ sunt, & requiréris: requiretur enim sessio tua vsque perendie.

19 Descendes ergo festinus, & venies in locum vbi celandus es in die quando operari licet, & sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel.

20 Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum.

21 Mittam quoque & puerum, dicens ei, Vade, & affer mihi sagittas. Si dixero puero, Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, viuit Dominus.

22 Si autem sic locutus fuero puero, Ecce sagittæ vltra te sunt. vade in pace, quia dimisit te Dominus.

23 De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me & te, vsque in sempiternum.

24 Abscondítus est ergo Dauid in agro, & venerunt calendæ, & sedit rex ad comedendum panem.

25 Cúmque sedisset rex super cathedrã suã E (secundum consuetudinẽ) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacauítque apparuit locus Dauid.

26 Et non est locutus Saul quicquam in die illa: cogitabat enim quod forte euenisset ei vt non esset mundus, nec purificatus.

27 Cúmque illuxisset dies secunda post calendas, rursus apparuit vacuus locus Dauid: dixitq; Saul ad Ionathan filium suum, Cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie ad vescendum?

28 Respóditque Ionathas Sauli, Rogauit me obnixe vt iret in Beth-lehem, & ait,

29 Dimitte me, quoniam sacrificium solenne est in ciuitate mea, ynus de fratribus meis accersiuit me: nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. ob hanc causam non venit ad mensam regis.

30 Iratus autem Saul aduersum Ionathan, P dixit ei, Fili mulieris virum vltro rapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ?

31 Omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filius mortis est.

32 Respondens autem Ionathas Sauli patri suo, ait, Quare moritur? quid fecit?

33 Et arripuit Saul lanceam vt percuteret eum: & intellexit Ionathas quod definitum esset à patre suo vt *interficeretur Dauid.

*interficeret

34 Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super Dauid, eo quod confudisset eum pater suus.

35 Cúmque illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitũ Dauid, & puer parvulus cum eo.

36 Et ait ad puerum suum, Vade, & affer mihi sagittas quas ego iacio. Cúmque puer cu- G currisset, iecit aliam sagittam trans puerum.

37 Venit itaque puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait, Ecce ibi est sagitta porro ultra te.

38 Clamauítque iterum Ionathas post ter-

gum pueri, dicens, Festina velociter: ne steteris. collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum:
39 Et quid agerctur, pen tus ignorabat: tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant.
40 Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem.
41 Cumque abiisset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertio: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius.
42 Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcunque iuramus ambo in nomine Domini, dicentes, Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum, & semen meum vsque in sempiternum.
43 Et surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

CAP. XXI.

Dauid fugit ad Achi-mélech. Comedit sanctos panes, necessitate coactus. Coram rege Achius insaniam simulat.

1 VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimélech sacerdotē: & obstupuit Achimélech, eo quod venisset Dauid. Et dixit ei, Quare tu solus, & nullus est tecum?
2 Et ait Dauid ad Achi-mélech sacerdotē, Rex præcepit mihi sermonem, & dixit, Nemo sciat rem, propter quā missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris meis condixi in illum & illum locum.
3 Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris.
4 Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi, non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducent.
B 5 Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei, Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quādo egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. porro via hæc, polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis.
*Exponitur locus iste à Christo. Matth. 12. 3. 6 **Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. neque enim erat ibi panis, nisi tantùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes calidi.
C 7 Erat autem ibi vir quidā de seruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomen eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul. hic pascebat mulas Saul.
8 Dixit autē Dauid ad Achi-mélech, Si habes hic ad manum hastam aut gladium? da mihi, quia gladium meū, & arma mea non tuli mecum. sermo enim regis vrgebat.
9 Et dixit sacerdos, Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in Valle terebinthi, est involutus pallio post ephod: si istum vis tollere, tolle. neque enim hic est alius absque eo. & ait Dauid, Non est huic aker similis, da mihi eum.
10 Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa D à facie Saul, & venit ad Achis regē Geth,
11 Dixerūntque serui Achis ad eum cum vidissent Dauid, Nunquid non iste est Dauid rex Terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia?
12 Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & eximuit valde à facie Achis regis Geth. *ergo
13 Et immutauit os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ eius in barbam. *eis
14 Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominē insanum: quare adduxistis eū ad me?
15 An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum, vt fureret me præsente? ingredia- *Hicinē tur domum meam. ingredietur.

CAP. XXII.

Dauid fugit ad regem Moabitem in Hæreth. Doeg prodit Dauidem. Achi-mélech & sacerdotes alii occidantur, quòd suscepissent Dauidem. Nobe percutitur a Saule. Abiathar fugit ad Dauidem.

1 ABiit ergo Dauid inde, & fugit in spelūcam Odollā quod cum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc.
2 Et conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorū princeps. fuerūntque cum eo quasi quadringenti viri.
3 Et profectus est Dauid inde in Masspha, quæ est Moab: & dixit ad regem Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus.
4 Et reliquit eos ante faciem regis Moab: mānseruntque apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio.
5 Dixitque Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in Terram Iuda. & profectus est Dauid, & venit in Saltum hareth.
6 Et audiuit Saul quòd apparuisset Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, & esset in nemore quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique serui eius circumstarent eum,
7 Ait ad seruos suos qui assistebant ei, Audite me nūc filii Iemini: nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones: B
8 Quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renuntiet, maximè cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi: eo quòd suscitauerit filius meus seruum meū aduersum me, insidiantem mihi vsque hodie.
9 Respondens autem Doeg Idumæus qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achimélech filium Achitob sacerdotem.
10 Qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illi.

11 Misit ergo rex ad accersendum Achi-mélech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius, sacerdotum, qui erant in Nobe, qui vniuersi venerunt ad regem.
12 Et ait Saul ad Achi-mélech, Audi fili Achitob. qui respondit, Præsto sum domine.
C 13 Dixitque ad eum Saul, Quare coniurastis aduersum me tu & filius Isai, & dediti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo *Deum, vt consurgeret aduersum me, insidiator vsque hodie permanens?
14 Respondensque Achi-mélech regi, ait, Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergēs ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua?
*Deum? 15 Num hodie cœpi pro eo consulere *Dominū? Absit hoc à me. ne suspicetur rex aduersus seruum suum rem huiusce modi, in vniuersa domo patris mei. non enim scivit seruus tuus quicquam super hoc negotio, vel modicum vel grande.
16 Dixitque rex, Morte morieris, Achi-mélech, & omnis domus patris tui.
17 Et ait rex emissariis qui circumstabant eum, Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini: iam manus eorum cum Dauid est: scientes quod fugisset, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes Domini.
D 18 Et ait rex ad Doeg, Conuertere tu, & irrue in sacerdotes Domini. Conuersusque Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinque viros vestitos ephod lineo.
19 Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladii, viros & mulieres, & parvulos, & lactantes, boūmque & asinum, & ouem in ore gladii.
20 Euadens autem vnus filius Achi-mélech filii Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid.
21 Et annunt ait ei quòd occidisset Saul sacerdotes Domini.
22 Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam enim in die illa, quòd cū ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Saul: ego sum reus omnium animarum *patris tui. *domus
23 Mane mecum, ne timeas: si quis quæsierit animam meam, quærit & animam tuam, mecumque seruaberis.

CAP. XXIII.

Dauid liberat Ceilam à Philisthæis. Moratur cum Ziphæis, à quibus proditur. Percutit fœdus cum Ionatha. Persequitur Saul Dauidē.

1 ET annuntiauerunt Dauid, dicētes, Ecce Philisthim oppugnant Ceilam, & diripiunt areas.
2 Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens, Num vadam, & percutiā Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid, Vade, & percutes Philisthæos, & Ceilam saluabis.
3 Et dixerunt viri qui erant cum Dauid, ad eum, Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus: quanto magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philisthinorum?
4 Rursum ergo Dauid consuluit Dominū. qui respondens, ait ei, Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthæos in manu tua.
5 Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisthæos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ.
6 Porrò eo tempore quò fugiebat Abiathar filius Achi-mélech ad Dauid in Ceilam, ephod secum habens descenderat.
7 Nuntiatum est autem Sauli quòd venisset E Dauid in Ceilam, & ait Saul, Tradidit eum *Deus *Dominus in manus meas, conclususque est introgressus vrbem in qua portæ & serræ sunt.
8 Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnam descēderet Ceilam, & obsideret Dauid & viros eius.
9 Quod cùm Dauid resciisset quia præpararet ei Saul clàm malum, dixit ad Abiathar sacerdotem, Applica ephod.
10 Et ait Dauid, Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus quod disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbē propter me.
11 Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus, Descendet.
12 Dixitque rursum Dauid, Si tradēt me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum, in manus Saul? & dixit Dominus, Tradent.
13 Surrexit ergo Dauid & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: nuntiatumque est Sauli quod fugisset Dauid de Ceila, & saluatus esset: quam ob rem dissimulauit exire.
14 Morabatur autem Dauid in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph in monte opaco, quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & non tradidit eum *Dominus in manus eius. *Deus
15 Et vidit Dauid quod egressus esset Saul C vt quæreret animam eius. porro Dauid erat in Deserto-Ziph in sylua.
16 Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in sylua, & confortauit manus eius in Deo.
17 Dixitque ei, Ne timeas: neque enim inueniēt te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus: sed & Saul pater meus scit hoc.
18 Percussit ergo vterque fœdus coram Domino: mansitque Dauid in sylua, Ionathas autem reuersus est in domum suam.
19 Ascenderunt autē Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis sylvæ, in Colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti? *qui scilicet
20 Nunc ergo sicut desyderauit anima tua vt descenderes, descende: nostrum autem erit vt tradamus eum in manus regis.
21 Dixitque Saul, Benedicti vos à Domino, quia doluistis vicem meam.
22 Abite ergo oro, & diligentius præparate,

& curiosius agite, & considerate locum vbi sit pes eius velociter, vel quis viderit eum ibi, vbi dixistis. recogitat enim de me, quòd callide insidiet ei.
23 Considerate, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscum. quòd si etiam in terrâ se obstruxerit, persecutabor eum in cunctis millibus Iuda.
24 At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erant in Deserto-maon, in campestribus ad dexteram Iesimon.
25 Iuit ergo Saul & socii eius ad quærendum eum: & nuntiatum est Dauid, statimq; descendit ad petram, & versabatur in Deserto-maon. Quod cùm audisset Saul, persecutus est Dauid in deserto-maon.
26 Et ibat Saul & vt[illegible]ius ad latus montis ex parte vna, Dauid [illegible]em & viri eius erãt in latere montis ex parte altera: porrò Dauid desperabat se posse euadere à facie Saul: itaque Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos.
27 Et nuntius venit ad Saul, dicens, Festina, & veni, quoniam insuderunt se Philisthiim super terram.
28 Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorum, propter hoc vocauerunt locum illum Petram-diuidentem.

CAP. XXIIII.

Dauid in spelunca latens præscindit oram chlamydis Saulis, vindictam Deo referens. Saul agnoscit Dei manum, suum peccatum, & Dauidis innocentiam.

1 Ascendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutissimis En-gaddi.
2 Cumque reuersus esset Saul postquã persecutus est Philisthæos, nuntiauerunt ei, dicentes, Ecce, Dauid in deserto est En-gaddi.
3 Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt.
4 Et venit ad caulas ouium, quæ se offerebant vianti. Erãtque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte speluncæ latebant.
5 Et dixerunt serui Dauid ad eũ, Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. surrexit ergo Dauid, & præscidit oram chlamydis Saul silenter.
B 6 Post hæc percussit cor suum Dauid, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul.
7 Dixitque ad viros suos, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hãc rem domino meo christo Domini, vt mittam manum meam in eum, quia christus Domini est.
8 Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut descendens in prælium perierit: propitius mihi sit Dominus vt non mittã manum meam in christum Domini. Et cõfregit Dauid viros suos sermonibus istis, & non permisit eos vt consurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelũca, pergebat cœpto itinere.
9 Surrexit autem Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens, Domine mi rex. & respexit Saul post se: & inclinans se Dauid pronus in terram, adorauit,
10 Dixitque ad Saul, Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te?
11 Ecce hodie viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu mea in spelũca: & cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extẽdam manum meam in dominum meum, quia christus Domini est.
12 Quin potius pater mi, vide & cognosce C orã chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cùm præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. animaduerte, & vide quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem insidiaris animæ meæ vt auferas eam.
13 Iudicet Dominus inter me & te, vt vlciscatur me Dominus ex te: manus autẽ mea non sit in te.
14 Sicut & in prouerbio antiquo dicitur, ABIMPII Segredietur impietas: manus ergo mea non sit in te. egredi tur
15 Quem persequeris rex Israel: quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem vnum.
16 Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua.
17 Cum autem complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul. Nunquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit.
18 Dixitque ad Dauid, Iustior tu es, quàm D ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autẽ reddidi tibi mala.
19 Et tu indicasti mihi hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me.
20 Quis enim cum inuenerit inimicũ suum, dimittit eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinẽ hanc pro eo quod hodie operatus es in me.
21 Et nunc quia scio quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel:
22 Iura mihi in Domino ne deleas semen meum post me, neq; auferas nomen meum de domo patris mei.
23 Et iurauit Dauid Sauli. abiit ergo Saul in domum suã: & Dauid, & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

CAP. XXV.

Moritur Samuel. Dauidi petenti victum pro suis, denegat Nabal impius. Abigail occurrit Dauidi

Dauidi cum muneribus, placatque eum. Moritur Nabal. Dauid accipit Abigail in vxorem.

Eccles. 46. d. 23. 1 Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgénsque Dauid, descendit in desertum Pharan.
2 Erat autem vir quispiam in Solitudine maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erántq; ei oues trium millia, & mille capræ: & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo.
3 Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius, Abigáil. erátque mulier illa prudentissima & speciosa: porrò vir eius durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb:
ergo 4 Cum autem audisset Dauid in deserto, quòd tonderet Nabal gregem suum,
5 Misit decem iuuenes, & dixit eis, Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacifice,
6 Et sic dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcunque habes, sit pax.
B 7 Ex multis annis saluos faciens tuos, & omnia tua. Audiui quod tonderent pastores tui greges tuos qui erant nobiscum in deserto: nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quicquam eis de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo.
8 Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus, quodcunque inuenerit manus tua, de seruis tuis, & filio tuo Dauid.
9 Cúmque venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & siluerunt.
10 Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait, Quis est Dauid? & quis est filius Haiſho die increuerunt serui qui fugiunt dominos suos.
11 Tollã ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis: & dabo viris quos nescio vnde sint?
12 Regressi sunt itaque pueri Dauid per viã suam, & reuersi venerũt, & annũtiauerunt ei omnia verba quæ dixerat Nabal.
viris C 13 Tunc ait Dauid pueris suis, Accingatur vnusquisque gladio suo. & accincti sunt singuli gladiis suis, accinctúsque est & Dauid ense suo: & secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri: porrò ducenti remanserunt ad sarcinas.
14 Abigáil autem vxori Nabal nuntiauit vnus de pueris suis, dicens, Ecce Dauid misit nuntios de deserto, vt benedicerent domino nostro, & auersatus est eos.
15 Homines isti, boni satis fuerunt nobis, & non molestinec aliquam aliquando perisse omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto.
16 Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges.
17 Quam ob rem consydera, & recogita quid facias: quoniam completa est malitia aduersum virum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse est filius belial, ita vt nemo possit ei loqui.
18 Festinauit igitur Abigáil, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas vuæ passæ, & ducentas massas caricarũ, & posuit super asinos,
19 Dixitque pueris suis, Præcedite me, & ecce, ego post tergum sequar vos. viro autem D suo Nabal non indicauit.
20 Cùm ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radicem montis, Dauid & viri eius descendebant in occursum eius: quibus & illa occurrit.
21 Et ait Dauid, Verè frustra seruaui omnia quæ huius erant in deserto, & non periit quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono.
22 Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsque mane, mingentem ad parietem.
23 Cum autem vidisset Abigáil Dauid, festinauit, & descendit de asino, & prócidit coram Dauid super faciem suam,
24 Et adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit, In me sit domine mi hæc iniquitas: loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ.
25 Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo: ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos domine mi, quos misisti.
26 Nunc ergo domine mi, viuit Dominus, & B viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi: & nunc fiãt sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum.
27 Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui sequuntur te dominum meum.
28 Auser iniquitatẽ famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domũ fidelem, quia prælia Domini domine mi, tu præliaris: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ.
29 Si enim surrexit aliquando homo perse- &
quens te, vel quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum: porrò inimicorũ tuorum anima rotabitur, quasi in imperu & circulo fundæ.
30 Cùm ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia hæc quę locutus est bona de te, & constituerit te ducem super Israel,
31 Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris: & cùm benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu bene, faciès ei.

32 Et ait Dauid ad Abigáil, Benedictus Dominus Deus Israel qui misit hodie te in occursum meum.
33 Et benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea.
34 Alioquin viuit Dominus Deus Israel qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi cito venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsque ad lucem matutinam, mingens ad parietem.
35 Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitque ei, Vade pacifice in domum tuam, ecce, audiui vocem tuam, & honorauí faciem tuam.
ergo 36 Venit autem Abigáil ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuium regis, & cor Nabal iucundum erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum pusillum aut g[illegible] vsque mane.
G 37 Diluculo autem cum digestus esset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuus est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.
38 Cumque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est.
39 Quod cum audisset Dauid mortuum Nabal, ait, Benedictus Dominus qui iudicauit causam opprobrii mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit a malo, & malitiã Nabal reddidit Dominus in caput eius. misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigáil vt sumeret eam sibi in vxorem.
40 Et venerunt pueri Dauid ad Abigáil in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes, Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem.
41 Quæ consurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei.
42 Et festinauit, & surrexit Abigáil, & ascendit super asinum, & quinq; puellæ ierunt cum ea, pediseque eius, & secuta est nuntios Dauid: & facta est illi vxor.
43 Sed & Achi-noam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraque vxor eius.
44 Saul autem dedit Michol Eliam suam vxorem Dauid alio viro Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

CAP. XXVI.

Ziphæi produnt Dauidem Sauli. Dauid dormientis Sauli auferts hastam & scyphũ. Agnoscit Saul peccatum, & misericordiam à Dauide sibi factam.

1 ET venerunt Ziphæ ad Saul in Gabaa, dicentes, Ecce, Dauid absconditus est in Colle-hachila, quæ est ex aduerso solitudinis.
qui (scilicet collis
2 Et surrexit Saul, & descendit in Desertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in Deserto Ziph.
3 Et castrametatus est Saul in Gabaa hachila, quæ erat ex aduerso solitudinis in via. Dauid autem habitabat in deserto, videns autem quod venisset Saul post se in desertum,
4 Misit exploratores, & didicit quòd illuc venisset certissime.
5 Et surrexit Dauid clàm, & venit ad locum vbi erat Saul: cumque vidisset locum in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius, & Saul dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius.
6 Ait Dauid ad Achi-mélech Hethæum, & Abisai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens, Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai, Ego descendam tecum.
7 Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius.
8 Dixitque Abisai ad Dauid, Conclusit E Deus inimicũ tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, semel, & secundo opus non erit.
9 Et dixit Dauid ad Abisai, Ne interfias eum: quis enim extendet manum suam in christum Domini, & innocens erit?
10 Et dixit Dauid, Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium descendens perierit,
11 Propitius sit mihi Dominus ne extendam manum meam in christum Domini. nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus.
12 Tulit igitur Dauid hastam & scyphum aquæ, qui erat ad caput eius, & abierunt: & Saul non erat quisquam qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebãt, quia sopor Domini inuerat super eos.
13 Cumque transisset Dauid ex aduerso, & stetisset in vertice montis de longe, & esset grande interuallũ inter eos, clamauit Dauid ad populũ, & ad Abner filiũ Ner, dicens,
14 Nonne respondebis Abner? & respondens Abner, ait, Quis es tu qui clamas, & inquietas regem?
15 Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israel? quare ergo non custodisti dominum tuum regem? ingressus est enim vnus de turba vt interficeret regem dominum tuum.
16 Non est bonũ hoc quod fecisti: viuit Dominus quoniam filii mortis estis vos, qui non custodistis dominum vestrũ christum Domini. nunc ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi sit scyphus aquæ, qui erat ad caput eius.
17 Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit, Nunquid vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea domine mi rex.
18 Et ait, Quã ob causam dominus meus persequitur seruum suum? quid feci? aut quod est malum in manu mea?
19 Nunc ergo audi oro domine mi rex verba serui tui. Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. si autem filii hominum: maledicti sunt in conspectu Domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes, Vade, serui diis alienis.
quia D
20 Et nunc non effundatur sanguis meus in terra

in terra coram Domino: quia egressus est rex Israel vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus.
21 Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltrà tibi malefaciam, eo quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quòd stulte egerim, & ignorauerim multa nimis.
22 Et respondens Dauid, ait, Ecce hasta regis: transeat vnus de pueris regis, & tollat eam.
retribuet
23 Dominus autem retribuet vnicuique secundum iustitiam suam & fidem: tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & noluí extendere manum meam in christum Domini.
24 Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni angustia.
25 Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies, & potens poteris. Abiit autem Dauid in viam suam, & Saul reuersus est in locum suum.

CAP. XXVII.

Dauid cum sexcentis suis ad Achis. Datur ei Siceleg. Occidit Philisthæos.

1 ET ait Dauid in corde suo, Aliquando incidam vna die in manus Saul: nonne melius est vt fugiam, & saluer in Terra Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? fugiã ergo manus eius.
& Saul
2 Et surrexit Dauid, & abiit ipse, & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth.
3 Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipse & viri eius, & domus eius, & duæ vxores eius, Achi-noam Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli.
vir Dauid
4 Et nuntiatum est Sauli quòd fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltrà quærere eum.
B
5 Dixit autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitẽ ibi: cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecum?
6 Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg propter quam causam facta est Siceleg regum Iudæ, vsque in diem hanc.
7 Fuit autem numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum, quatuor mensium:
C 8 Et ascendit Dauid, & viri eius, & agebant prædas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur vsque ad Terram Aegypti.
9 Et percutiebat Dauid omnem terram illorum, nec relinquebat viuentem virum & mulierem: tollensque oues, & boues, & asinos, & camelos, & vestes, reuertebatur, & veniebat ad Achis.
10 Dicebat autem ei Achis, In quem irruisti hodie? Respondebat Dauid, Contra Meridiem Iudæ, & contra Meridiem Ieramehel, & contra Meridiem Cini.
D 11 Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens, Ne forte loquantur aduersum nos. Hæc fecit Dauid, & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorum.
12 Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus.

CAP. XXVIII.

Dauid custos regis Achis. Saul abiectis magis & ariolis, nihil ominus pythonissam adit, quæ fassa est ei Samuelem. Reiicitur a Deo, vade desperat.

1 FActum est autem in diebus illis congregauerunt Philisthiim agminа sua, vt præpararentur ad bellum contra Israel: dixitque Achis ad Dauid, Scies nunc sciio quoniam m[illegible] egredieris in castris tu & viri tui.
2 Dixitq; Dauid ad Achis, Nunc scies quæ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus.
Supra 25. a. 3
3 *Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos & ariolos de Terra: & interfecit eos, qui pythones habebant in ventre.
4 Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt, & castrametati sunt in Sunam: congregauit autem & Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe.
5 Et vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis.
6 Consuluitque Dominum, & nõ respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas.
B 7 Dixitque Saul seruis suis, Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, & scisciabor per illam. Et dixerũt serui eius ad eum, Est mulier pythonem habens, in En-dor.
8 Mutauit ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse & duo viri cum eo: venerũntque ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero tibi.
9 Et ait mulier ad eũ, Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraderit magos & ariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar?
10 Et iurauit ei Saul in Domino, dicens, Viuit Dominus quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem.
11 Dixitq; ei mulier, Quem suscitabo tibi? qui ait, Samuelem mihi suscita.
12 Cùm autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul.
13 Dixitque ei rex, Noli timere: quid vidisti? & ait mulier ad Saul, Deos vidi ascendentes de terra.
14 Dixitque ei, Qualis est forma eius? quæ ait, Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. & intellexit Saul quod Samuel

esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit.

C Ecclesiast. 46. d. 23. 15 * Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietasti me vt suscitarer? & ait Saul, Coarctor nimis: siquidem Philisthiim pugnant aduersum me, & Deus recessit à me, & exaudire me noluit neque in manu prophetarum, neque per somnia: vocaui ergo te vt ostenderes mihi quid faciam.

16 Et ait Samuel, Quid interrogas me, cùm Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum?

Supra 15. f. 28. 17 Faciet enim tibi Dominus sicut * locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid:

18 Quia non obedisti voci Domini, neq; fecisti iram furoris eius in Amalec: idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.

19 Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthiim: * autē tu & filii tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philisthiim.

D 20 Statimque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim * verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa.

21 Ingressa est itaque mulier illa ad Saul, & vidit, * (conturbatus enim erat valde) dixitq; ad eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu mea: & audiui sermones tuos quos loc⁹ tus es ad me.

22 Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam panis, vt comedens conualescas, & possis iter agere.

23 Qui renuit, & ait, Non comedam. coegerunt autem eum serui sui & mulier, & tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum.

24 Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tulitq; farinam, miscuit eam, & coxit azyma:

25 Et posuit ante Saul, & ante seruos eius: qui cùm comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

CAP. XXIX.

Dauid contra Saulem pugnaturus, remittitur à Philisthæis: laudatusque ab Achis.

1 COngregata sunt ergo Philisthiim vniuersa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontem qui erat in Iezrahel.

2 Et satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis & millibus: Dauid autem & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis.

3 Dixeruntque principes Philisthiim ad Achis, Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim, Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus vel annis? & non inueni in eo quicquam mali ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc.

4 Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthiim, & dixerunt ei * Reuertatur vir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum: & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius cum præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum suum nisi in capitibus nostris?

1. Par. 12. c. 14.

5 Nonne iste est Dauid cui cantabant in choris, dicentes, Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis?

6 Vocauit ergo Achis Dauid, & ait, Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in cōspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris: & non inueni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me, vsq; in diem hanc: sed satrapis non places. G

7 Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthiim.

8 Dixitque Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo à die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc, vt non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis?

9 Respondens autem Achis, locutus est ad Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei: sed principes Philisthinorum dixerunt, Non * ascendet nobiscum in prælium. D

10 Igitur consurge mane, tu & serui domini tui qui venerūt tecū: & cùm de nocte surrexeritis, & cœperit diluescere, pergite.

11 Surrexit itaq; de nocte Dauid ipse & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuerterentur ad Terram Philisthiim: Philisthiim autem ascenderunt in Iezrahel.

CAP. XXX.

Siceleg succensa, persequitur Dauid succensores quos occidit, & prædam reducit: quam ex æquo diuidi iubet omnibus.

1 CVmq; venissent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerant ex parte Australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni.

2 Et captiuas duxerant mulieres ex ea, à minimo vsq; ad magnum: & non interfecerant quenquam, sed secum duxerāt, & pergebant itinere suo.

3 Cùm ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas,

4 Leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lachrymæ.

5 Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerāt, Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli.

6 Et contristatus est Dauid valde: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusque viri super filiis suis, & filiabus. confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo. E

7 Et ait ad Abiathar sacerdotem filiū Achimélech, Applica ad me ephod. & applicauit Abiathar ephod ad Dauid.

8 Et consuluit Dauid Dominum, dicens, Persequar

Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an nō? Dixitque ei Dominus, Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam.

C 9 Abiit ergo Dauid ipse & sexcēti viri qui erant cum eo, & venerunt vsque ad Torrentem-besor: & lassi quidam substiterunt.

10 Persecutus est autem Dauid ipse & quadringenti viri cum eo: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant Torrentem-besor.

11 Et inuenerunt virum AEgyptiū in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederūntq; ei panem vt comederet, & bibere aquam.

12 Sed & fragmē massæ caricarum, & duas ligaturas vuæ passæ. Qui cum comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: non enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus.

13 Dixit itaque ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? & quo pergis? Qui ait, Puer AEgyptius ego sum, seruus viri Amalecitæ: dereliquit autem me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius.

14 Siquidem nos erupimus ad Australem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad Meridiem Caleb & Siceleg succendimus igni.

15 Dixitque ei Dauid, Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait, Iura mihi per Deū, quod non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum.

16 Et iurauit ei Dauid. Qui cùm duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda & spoliis quæ ceperant de Terra-Philisthiim, & de Terra-Iuda.

E 17 Et percussit eos Dauid à vespere vsque ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi tantùm quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant.

18 Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores suas eruit.

* quicquā 19 Nec defuit * quisquam a paruo vsque ad magnum, tam de filiis quām de filiabus, & de spoliis: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid.

20 Et tulit vniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam: dixerūntque, Hæc est præda Dauid.

21 Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi potuerant Dauid, & residere eos iusserat in Torrente-besor: qui egressi sunt obuiam Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedens autē F Dauid ad populum, salutauit eos pacifice.

22 Respondensque omnis vir pessimus, & iniquus de viris qui ierant cum Dauid, dixit, Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quicquam de præda quam eruimus: sed sufficiat vnicuique vxor sua, & filii, quos cum acceperint, recedant.

23 Dixit autem Dauid, Non sic facietis fratres mei de his quæ tradidit nobis Dñs, & custodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperāt, aduersum nos in manus nostras,

24 Nec audiet vos quisquam super sermone hoc. æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter divident.

25 Et factum est hoc ex die illa, & deinceps G constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel vsque in diem hanc.

26 Venit ergo Dauid in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens, Accipite benedictionem de præda hostium Domini:

27 His qui erant in Beth-el, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Gether,

28 Et qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo,

29 Et qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Cen,

30 Et qui in Rama, & qui in lacu Asen, & * Harama qui in Athac,

31 Et qui in Hebron: & reliquis qui erant in locis in quibus commoratus fuerat Dauid & viri eius.

CAP. XXXI.

Israelitæ cum Saule & filiis occidumur à Philisthæis, Ionathas mortuus, labes-Galaad habitatores cadauera Saulem, & ossa sepeliunt. Sepultura & ieiunium.

1 * PHilisthiim autem pugnabant aduersum Israel, & fugerunt viri Israel ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe. 1. Par. 10. a. 1.

2 Irruerūntque Philisthiim in Saul & in filios eius, & percusserunt Ionathan & Aminadab & Melchisua filios Saul,

3 Totumque pondus prælii versum est in Saul: & consecuti sunt eum viri sagittarii, & vulneratus est vehementer a sagittariis.

4 Dixitque Saul ad armigerum suum, Euagina gladium tuū, & percute me: ne forte veniant incircuncisi isti, & interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaque Saul gladium suum, & irruit super eum.

5 Quod cum vidisset armiger eius, videlicet quod mortu⁹ esset Saul, irruit etiā ipse super gladium suum, & mortuus est cū eo.

6 Mortuus est ergo Saul, & tres filii eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter.

7 Videntes autē * filii Israel qui erant trans C vallem & trans Iordanem, quod fugissent viri Israelitæ, & quod mortuus esset Saul, & tres filii eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: venerūntque Philisthiim, & habitauerunt ibi. * viri

8 Facta autem die altera, venerunt Philisthiim vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelboe.

9 Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miserunt in Terram Philisthinorum per circuitum, vt annūtiaretur in templo idolorum, & in populis. suorum

10 Et posuerunt arma eius in templo Asaroth, corpus vero eius suspenderunt in D

muro Beth-san.

11 *Quod cum audissent habitatores Iabes-Galaad, quæcunque fecerant Philisthiim Saul,

12 Surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Beth-san: venerunt que viri Iabes-galaad, & combusserunt ea igni:

13 Et tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

SECVNDVS LIBER SAmuelis, quem nos secundum Regum dicimus.

CAP. I

Elegus & ieiunium Dauidis ob mortem Saulis inimici, & Ionathæ amici. Occidit iubet qui Saulem se occidisse gloriabatur. Lamentatio Dauidis super eosdem.

1 FActum est autem postquã mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies.

2 In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul veste consissa, & puluere cõspersus caput. & vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit.

3 Dixitque ad eum Dauid, Vnde venis? qui ait ad eum, De castris Israel fugi.

4 Et dixit ad eum Dauid, Quod est verbum quod factum est inter nos? dic mihi. qui ait, Fugit populus ex prælio, & multi ex corruerunt ex populo mortui sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt.

5 Dixitque Dauid ad adolescentem qui nuntiabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul & Ionathas filius eius?

6 Et ait adolescens qui nuntiabat ei, Casu veni in montem Gelboë, & Saul incumbebat super hastam suam: porrò currus & equites appropinquabant ei,

B 7 Et conuersus post tergum suum, vidéasq; me, vocauit. cui cum respondissem, Adsum.

8 Dixit mihi, Quisnam es tu? & aio ad eum, Amalecites ego sum.

9 Et locutus est mihi, Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est.

10 Stansque super eum, occidi illũ: sciebam enim quod viuere non poterat post ruinã: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc.

11 Apprehendens autem Dauid, vestimenta sua, scidit, omnésque viri qui erant cum eo,

12 Et planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionathan filiũ eius, & super populum Domini, & super domum Israel, eo quod corruissent gladio.

C 13 Dixitque Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? qui respondit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum.

Psal. 104. b 15. 14 Et ait ad eum Dauid, *Quare nõ timuisti mittere manum tuã vt occideres christum Domini?

15 Vocansque Dauid vnum de pueris suis, ait, Accedens irrue in eum. qui percussit illum, & mortuus est.

16 Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus super caput tuum: tos enim tuum locutum est aduersum te, dicens, Ego interfeci christum Domini.

17 Planxit autem Dauid planctum hunusce modi super Saul, & super Ionathan filium eius.

18 (Et præcepit vt docerent filios Iudæ planctum, sicut scriptum est in libro iustorum.)

19 Et ait, Cõsydera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Inclyti Israel, super mõtes tuos interfecti sunt, quomodo ceciderunt fortes?

20 Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis: ne forte lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum.

21 Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniat super vos, neque sint agri primitiarũ: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.

22 A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis.

23 Saul & Ionathas amabiles, & decori valde in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

24 Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.

25 Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionathæ in excelsis tuis occisus est.

26 Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum.

27 Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam.

28 Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

CAP. II.

Dauid in Hebron vngitur in regem. Benedicuntur Iabenitæ à Dauide. Isboseth rex super Israelem. Abner fugatur. Asael occiditur, & sepelitur. Ioab & Abisai persequuntur Abner.

Igitur

1 IGitur post hæc consuluit Dauid Dominum, dicens: Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iudæ? & ait Dominus ad eum, Ascende. Dixitque Dauid, Quo ascendam? & respondit ei, In Hebron.

2 Ascendit ergo Dauid, & duæ vxores eius, Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli:

3 Sed & viros qui erant cum eo, duxit Dauid singulos cum domo sua: & manserunt in oppidis Hebron.

1 Mach. 2. 57. 2. Reg. 5. 1. Par. 4 *Venerunt que viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid vt regnaret super domum Iuda, & *nuntiatum est Dauid, quod viri Iabes-Galaad sepelissent Saul.

5 Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes-Galaad, dixitq; ad eos, Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hãc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum.

*sed B 6 Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiã & veritatem: & ego reddam gratiam, eo quòd feceritis verbũ istud.

7 Confortentur manus vestræ, & estote filii fortitudinis: licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regem sibi.

8 Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circunduxit eum per Castra,

Assuri, Hebr. 9 Regémque constituit super Galaad, & super Gessuri, & super Iezrahel, & super Ephraim, & super Ben-iamin, & super Israel vniuersum.

10 Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cùm regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit: sola autem domus Iuda sequebatur Dauid. D

C 11 Et fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid, imperans in Hebron super domum Iuda: septem annorum, & sex mensium.

12 Egressúsque est Abner filius Ner: & pueri Isboseth filii Saul de castris in Gabaon.

13 Porro Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerũt eis iuxta piscinam Gabaon, & cum in vnum conuenissent, ex regione sederunt: hi in vna parte piscinæ: & illi ex altera.

14 Dixitque Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Ioab, Surgant.

15 Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Ben-iamin ex parte Isbóseth filii Saul, & duodecim de pueris Dauid.

D 16 Apprehensoque vnusquisque capite cõparis sui, defixit gladium in latus contrarii, & ceciderunt simul: vocatúmque est nomẽ loci illius, Ager-robustorum, in Gabaon.

17 Et ortum est bellum durum satis in die illa: fugatúsque est Abner, & viri Israel à pueris Dauid.

erna 18 Erant autem ibi tres filii Saruiæ, Ioab, & Abisai, & Asael: porrò Asael cursor velocissimus fuit quasi vnus de capreis quæ morantur in syluis.

19 Persequebatur autem Asael Abner, & nõ declinauit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner.

20 Respexit itaque Abner post tergũ suum, & ait, Tune es Asael? qui respõdit, Ego sũ.

21 Dixitque Abner, Vade ad dexteram, siue ad sinistram, & apprehende vnum de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius. noluit autem Asael omittere quin vgeret eum.

22 Rursúmque locutus est Abner ad Asael, Recede, & noli me sequi, ne forte compellar confodere te in terram, & ieugre non potero faciem meam ad Ioab fratrẽ tuum.

23 Qui audire contẽpsit, & noluit declinare: percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco: omnéque qui transibant per locum illũ in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, subsistebant.

24 Persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit, & venerunt vsq; ad Collem-[illegible]ductus, qui est ex aduerso vallis, & in deserti de serti in Gabaon. F

25 Congregatíq; sunt filii Ben-Iamin ad Abner: & conglobati in vnum cuneum, steterunt in summitate tumuli vnius.

26 Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Nũ vsque ad internecionem tuus mucro desæuiet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? vsquequo non dicis populo vt omittat persequi fratres suos?

27 Et ait Ioab, Viuit Dominus, si locutus fuisses, mane recessisset populus persequẽs fratrem suum. *Deus

28 Insonuit ergo Ioab buccina, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt vltrà Israel, neque inière certamen. G

29 Abner autem & viri eius abierunt per campestria Moab, tota nocte illa: & transierunt Iordanem, & lustrata omni Beth-horon, venerunt ad Castra.

30 Porro Ioab reuersus omisso Abner, congregauit omnem populum, & defuerũt de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto Asaele.

31 Serui autem Dauid percusserunt de Ben-iamin, & de viris qui erat cum Abner trecentos sexaginta, qui & mortui sunt. Tus *viros lerũque Asael, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Beth-lehem:

32 Et ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

CAP. III.

Filii Dauidis. Abner trans fugit ad Dauidem. Hortatur Israelitas vt Dauidem suscipiant reicitto Isboseth. Dauid repetit vxorem suam Michol. Ioab occidit ipsum Abner, quem plangit Dauid, maledicens ipsi Ioab.

1 FActa est ergo longa concertatio inter domum Dauid, & inter domũ Saulis: Dauid proficiscens & semper seipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie.

2 *Natique sunt filii Dauid in Hebrõ. fuit quì *1. Paral. 3* primogenitus eius Ammon de Achi-noam Iezrahelitide.

3 Et post eum Cheleab de Abigail vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Absalom fi-

Universidad de Bibliotecas

lius Maacha filiæ Tholmai regis Gessur.
4 Quartus autem Adonias filius Haggith: & quintus Saphatia, filius Abital.
5 Sextus quoque Ietraam de Egla vxore Dauid. hi nati sunt Dauid in Hebron.
6 Cum ergo esset prælium inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul.
7 Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha, filia Aia, ingressusque est ad eam Abner. Dixitq; Is-bóseth ad Abner, Quare ingressus es ad concubinam patris mei?
8 Qui iratus nimis propter verba Is-bóseth, ait, Nunquid caput canis ego sum aduersus Iudam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & non tradiderim te in manus Dauid, & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie?
9 Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo iurauit dominus Dauid, sic faciam cum eo, vt transferatur regnum de domo Saul,
10 Et eleuetur thronus Dauid super Israel & super Iudam, à Dan vsque Ber-sabee.
11 Et non potuit respondere ei quicquam: quia metuebat illum.
12 Misit ergo Abner nútios ad Dauid in Hebron, pro se dicentes, Cuius est terra? & vt loquerentur, Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuersum Israel.
C 13 Qui ait, Optimè: ego faciam tecum amicitias: sed vnam rem peto à te, dicens, Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul: & sic venies, & videbis me.
14 Misit autem Dauid nuntios ad Is-bóseth filium Saul, dicens, Redde vxorem meam Michol quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim.
1. Reg. 18. 3. 27.
15 Misit ergo Is-bóseth, & tulit eam à viro suo Phaltiel, filio Lais.
16 Sequebaturque eam vir suus, plorans vsque Bahurim: & dixit ad eum Abner, Vade, & reuertere. qui reuersus est.
17 Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens, Tam heri quàm nudiustertius quærebatis Dauid vt regnaret super vos.
18 Nunc ergo facite: quoniã locutus Dñs est ad Dauid, dicens, In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philistiim, & omnium inimicorum eius.
D 19 Locutus est autem Abner etiam ad Beniamin: & abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerant Israeli & vniuerso Beniamin.
20 Venitque ad Dauid in Hebron cum viginti viris: & fecit Dauid Abner & viris eius qui venerant cum eo, conuiuium.
21 Et dixit Abner ad Dauid, Surgam, vt congregem ad te dominum meum regem omnem Israel, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, sicut desyderat anima tua. Cum ergo deduxisset Dauid Abner, & ille isset in pace,
22 Statim pueri Dauid & Ioab venerunt ex sis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace
23 *Et Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo, postea venerant: nuntiatum est itaque Ioab à narrãtibus, Venit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abiit in pace.
3. Reg. 2. 5.
24 Et ingressus est Ioab ad regem, & ait, E Quid fecisti: ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum, & abiit, & recessit?
25 Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te vt deciperet te, & sciret exitum tuum & introitum tuum, & nosset omnia quæ agis?
26 Egressus itaque Ioab à Dauid, misit nũtios post Abner, & reduxit eum à Cisterna Sira, ignorante Dauid.
27 Cumque rediisset Abner in Hebron, seorsum abduxit eum Ioab ad mediũ portæ, vt loqueretur ei, in dolo: & percussit illũ ibi in inguine: & mortuus est in vltionem sanguinis Asael fratris eius.
28 Quod cum audisset Dauid rem iam gestam, ait, Mundus ego sum, & regnũ meum apud Deum vsque in sempiternum à sanguine Abner filii Ner,
*Dominũ
29 Et veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane.
30 Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerũt Abner, eo quod occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon in prælio. F
31 Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo, Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. porro rex Dauid sequebatur feretrum.
32 Cumque sepelissent Abner in Hebrõ, leuauit rex Dauid vocem suam, & fleuit super tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus
33 Planxitque rex & lugẽs Abner, ait, Nequaquam vt mori solent ignaui, mortuus est Abner.
34 Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati: sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. congeminãtque omnis populus fleuit super eum.
35 Cumque venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid, clara adhuc die, G iurauit Dauid, dicẽs, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem vel aliud quicquam.
36 Omnisque populus audiuit, & placuerũt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi.
37 Et cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa quoniam non actum fuisset à rege vt occideretur Abner filius Ner.
38 Dixit quoque rex ad seruos suos, Nam ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Israel?
39 Ego autẽ adhuc delicatus, & vnctus rex: porrò

porrò viri isti filii Saruiæ duri sunt mihi: retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam suam.

CAP. IIII.

Baana, Rechab, Beroth. Miphibóseth filius Ionathæ. Baana & Rechab, quòd occidissent Is-bóseth, iussu Dauidis occiduntur.

1 AVdiuit autem Is-bóseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius, omnisque Israel perturbatus est.
2 Duo autem viri principes latronum erant filio Saul, nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab, filii Remmon Berothitæ de filiis Ben-iamin: siquidem & Beroth reputata est in Ben-iamin:
3 Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fuerũntque ibi aduenæ vsque ad tẽpus illud.
4 Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit quando venit nũtius de Saul & Ionatha & Iezrahel. tollens itaque eum nutrix sua, fugit: cumque festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est: habuitque vocabulum Miphibóseth.
B 5 Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Is-bóseth: qui dormiebat super stratum suum meridie.
6 Et ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt.
C 7 Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in cœnaculi, & percutientes interfecerunt eum: subIatoque capite eius, abierunt per viam deserti tota nocte,
8 Et attulerunt caput Is-bóseth ad Dauid in Hebron: dixeruntque ad regem, Ecce caput Is-bóseth filii Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam: & dedit Dominus domino meo regi vltionem hodie de Saul, & de semine eius.
9 Respondens autem Dauid Rechab, & Baana fratri eius filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia,
D 10 *Quoniam eum qui annuntiauerat mihi, & dixerat, Mortuus est Saul: qui putabat se prospera nuntiare: tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio:
11 Quanto magis nunc cùm homines impii interfecerunt virum innoxium in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra?
12 Præcepit itaque Dauid pueris suis, & interfecerunt eos: præciderunt eisque manus & pedes eorum, suspenderuntque eos super piscinam in Hebron: caput autem Is-bóseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

CAP. V.

Vngitur Dauid super Israelem. Pascere populum. Dauid capit arcem Sion. Præmium offert occidenti Iebusæum. Ducit vxores. Percutit Philistæos. Præliatur pro eo Deus.

1 ET venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes, Ecce nos os tuum, & caro tua sumus.
2 Sed & heri & nudiustertius cùm esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixit autem Dominus ad te, *Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. Psal. 77. 71.
3 Venerunt quoque & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram Domino: vnxerũntque Dauid in regem super Israel.
4 Filius triginta annorum erat Dauid, cùm regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit.
5 *In Hebron regnauit super Iudam septem annis, & sex mensibus: in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. 3. Reg. 2 c. 11.
6 Et abiit rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ierusalem ad Iebusæũ habitatorem terræ: dictumque est Dauid ab eis, Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicentes, Non ingredietur Dauid huc.
7 Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est B Ciuitas Dauid.
8 Proposuerat enim Dauid in die illa præmium qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid. ideirco dicitur in prouerbio, Cæcus & claudus non intrabunt in templum.
9 Habitauit autem Dauid in arce Sion, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus.
10 Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & Dominus Deus exercituum erat cum eo.
11 *Misit quoq; Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesque lapidum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. 1. Par. 14. a. 1.
12 Et cognouit Dauid quoniam confirmasset eum Dominus regem super Israel, & quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israel. C
13 *Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron: natique sunt Dauid & alii filii & filiæ. 1. Par. 3. b. 5.
14 Et hæc nomina eorum qui nati sunt in Ierusalem, Samua & Sobab & Nathan & Salomon
15 Et Iebahar & Elisua & Nepheg
16 Et Iaphia & Elisama & Eliada & Eliphalet.
17 *Audierunt ergo Philisthiim quod vnxissent Dauid in regem super Israel: & ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid. quod cum audisset Dauid, descendit in præsidium. 1. Par. 14. b. 8. c. 1. d. 15.
18 Philisthiim autem venientes, diffusi sunt in Valle-raphaim.
19 Et consuluit Dauid Dominum, dicens, Si ascendam ad Philisthiim? & si dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid,

Ascende, quia tradens dabo Philisthiim in manu tua.
*Esa. 28 f. 21. *diuidit aquæ. (sub. agere tuos.
20 Venit ergo Dauid in Baal-pharasim, & percussit eos ibi, & dixit, Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut "diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Baal-pharasim.
21 Et reliquerunt ibi sculptilia sua: quæ tulit Dauid, & viri eius.
D 22 Et addiderunt adhuc Philisthiim vt ascenderent, & diffusi sunt in Valle-raphaim.
23 Consuluit autem Dauid Dominum, Si ascendam contra Philisthæos, & tradas eos in manus meas? Qui respondit, Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum.
24 Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc mibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philisthiim.
25 Fecit itaque Dauid, sicut præceperat ei Dominus, & percussit Philisthiim de Gabaa, vsque dum venias Gezer.

CAP. VI.

Reducens Dauid arcam, ludit instrumentis. Oza percutitur à Deo. Dauid ducit arcam in domum suam saltans; vnde despicitur à Michol. Benedictio Dei.

1 CONgregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel, triginta millia.
1. Par. 13. b. 5. 2 *Surrexitque Dauid, & abiit, & vniuersus populus qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei, super quam inuocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in cherubim super eam.
3 Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum: tuleruntque eam de domo Abinadab, "qui erat in Gabaa: Oza autem & Ahio filii Abinadab, minabant plaustrum nouum.
"quæ (sub. domus.
1. Reg. 7. 4 d. 2. 4 *Cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei Ahio præcedebat arcam Dei.
5 Dauid autem & omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis.
1. Par. 13. c. 9. *Nachon 6 *Postquam autem venerunt ad Aream-Nachor, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam.
7 Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei.
B 8 Contristatus est autem Dauid, eo quod percussisset Dominus Ozam, & vocatum est nomen loci illius, Percussio-Oza: vsque in diem hanc.
9 Et extimuit Dauid Dominum in die illa, dicens, Quomodo ingredietur ad me arca Domini?
10 Et noluit diuertere ad se arcam Domini in Ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domum Obed-edom Gethæi.
11 Et habitauit arca Domini in domo Obed-edom Gethæi tribus mensibus: & benedixit Dominus Obed-edom, & omnem domum eius.
12 *Nuntiatumque est regi Dauid quòd benedixisset Dominus Obed-edom, & omnia eius propter arcam Dei. Dixitque Dauid. Ibo, & reducam arcam cum benedictione in domum meam. Abiit ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obed-edom in Ciuitatem Dauid cum gaudio:
1. Par. 15. d. 25. C
13 Et erant cum Dauid septem chori, & victima vituli. Cumque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bouem & ouem & arietem,
14 Et Dauid percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viribus ante Dominum: porro Dauid erat accinctus ephod lineo.
15 Et Dauid & omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini in iubilo, & in clangore buccinæ.
16 Cumque intrasset arca Domini in Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid subsilientem, atque saltantem coram Domino: & despexit eum in corde suo.
17 Et introduxerunt arcam Domini, & imposuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta, & pacifica coram Domino.
18 Cumque complesset offerens *holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.
*holocaustum
19 Et partitus est vniuersæ multitudini Israel tam viro quam mulieri singulis collyridam panis vnam, & assaturam bubalæ carnis vnã, & similam frixam oleo: & abiit omnis populus, vnusquisque in domum suam.
20 Reuersusque est Dauid vt benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid dixit, Quam gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris.
21 Dixitque Dauid ad Michol, Viuit Dominus quia ludam ante Dominum qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israel, & lætabor.
22 Et vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo.
23 Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

CAP. VII.

Dauid prohibetur ædificare domum Domino. Deus omnia omnibus dat, non accipit. Christus ædificaturus Ecclesiam, castigatus propter peccata populi sui. Gratiarum actio Dauidis. Promissionibus, bonæ Dei voluntati, & misericordiæ omnia tribuenda. Populus Dei Israel. Optat Dauid promissiones Dei impleri.

1 FActum est autem cum sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem vndique ab vniuersis inimicis suis.
1. Par. 17. a. 1
2 Dixit ad Nathan prophetã, Vidésne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium?
3 Dixitque Nathan ad regem, Omne quod est in corde tuo, vade fac: quia Dominus tecum est.
4 Factum est autem in illa nocte:
5 Et ecce sermo Domini ad Nathan, dicés, Vade, & loquere ad seruum meum Dauid, Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?
*filios 6 Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi *Israel de Terra Ægypti, vsque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio.
7 Per cuncta loca quæ transiui, cum omnibus filiis Israel, nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret populum meum Israel, dicens, Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?
1. Reg. 16. c. 12. 8 Et nunc hæc dices seruo meo Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, *Ego tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum meum Israel:
B 9 Et fui tecum in omnibus vbicunque ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua: fecique tibi nomen grande, iuxta nomē magnorum qui sunt in Terra.
10 Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & *habitabo cum eo, & non turbabitur amplius: nec addent filii iniquitatis vt affligant eum sicut prius,
*habitabit sub eo.
11 Ex die qua constitui iudices super populum meum Israel: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicit 〈◊〉 tibi Dominus quòd domum faciat tibi Dominus.
2. Reg. 8. b. 12. 12 *Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius.
3. Reg. 5. c. 5. 2. Par. 22 b. 10. Christus 13 *Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum.
14 EGO ERO EI IN PATREM, & ipse erit mihi in filium: qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum.
C 15 Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui a facie "meã.
"tua. Heb. 1. b. 5 16 Et fidelis erit domus tua, *& regnum tuum vsque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter.
17 Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid.
18 Ingressus est autem rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit, Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque?
19 Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum: ista est enim lex adam Domine Deus.
20 Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim scis seruum tuum Domine Deus.
21 Propter verbum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc: vt notum faceres seruo tuo.
22 Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non est similis tui, neque est Deus extra te, in omnibus quæ audiumus auribus nostris.
23 Quæ est autem vt populus tuus Israel, D gens in terra, propter quam iuit Deus vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretque eis magnalia, & horribilia super terram à facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto, *gentem, & deos eius? *gẽtibus,
24 Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deum.
25 Nunc ergo Domine Deus verbum quod locutus es super seruum tuum, & super domum eius, fac ita in sempiternum: & fac sicut locutus es.
26 Vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur, Dominus Deus exercituũ, Deus super Israel. & domus serui tui Dauid erit stabilita coram Domino:
27 Quia tu Domine exercituum Deus Israel reuelasti aurem serui tui, dicens, Domum ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac.
28 Nunc ergo Domine Deus, (tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruum tuum bona hæc)
29 Incipe ergo, & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

CAP. VIII.

Philisthæos facit sibi Dauid tributarios. Adarezer percutitur, Syria tributaria. Thou petit pacem à Dauide. Idumæa seruit Dauidi. Dauid officiarios instituit.

1. Par. 18. a. 1. 1 FActum est autem post hæc percussit Dauid Philisthæum, & humiliauit eos, & tulit Dauid Frænum-tributi de manu Philisthiim.
2 Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ: mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum: factúsque est Moab Dauid seruiens sub tributo.
3 Et percussit Dauid Adarézer filium Rohob regem Soba, quando profectus est vt dominaretur super flumen Euphraten.
4 Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, subnervauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus.
5 Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarézer regi Soba: & percussit Dauid de Syria viginti duo millia virorum. B
6 Et posuit Dauid præsidium in Syria Damasci: factaque est Syria Dauid seruiens sub tributo: seruauitque Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est.
7 Et tulit Dauid arcas aureas, quæ habebãt serui Adarézer, & detulit ea in Ierusalem.

8 Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adarézer tulit rex Dauid æs multum nimis, de quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo: & mare æneum, & columnas, & cætera.

C 9 Audiuit autem Thou rex Emath, quòd percusserit Dauid omne robur Adarézer,
10 Et misit Thou Ioram filium suum ad regem Dauid, vt salutaret eum congratulans & gratias ageret: eo quod expugnasset Adarézer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adarézer, & in manu eius erant vasa aurea, & vasa argentea, & vasa ærea:
11 Quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid Domino cum argento & auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus quas subegerat de Syria,
12 Et Moab, & filiis Ammon, & Philisthiim, & Amalec, & de m[illibus] Adarézer filii Rohob regis Soba.
13 Fecit quoque sibi Dauid nomen cum reuerteretur capta Syria in Valle-salinarum, ea sis decem & octo millibus: & in Gebelem ad vigintitria millia.
14 Et posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium: & fa[ct]a est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. & seruauit Dominus Dauid in omnibus ad quæcunqi profectus est.
15 Et regnauit Dauid super omnem Israel: faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo.
16 Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Ahilud, erat à commentariis:
17 Et Sadoc filius Achitob, & Achimélech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias, scriba:
18 Banaias autem Filius Ioiadæ super Cerethi & Phelethi: filii autem Dauid, sacerdotes erant.

CAP. IX.

Miphiboseth filio Ionathæ restituit Dauid omnes agros Saulis. Micha.

1 ET dixit Dauid, Putásne est aliquis qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam propter Ionathan?
2 Erat autem Dauid de domo Saul, seruus, nomine Siba: quem cùm vocasset rex ad se, dixit ei, Tune es Siba? Et ille respondit, Ego sum seruus tuus.
3 Et ait rex, Nunquid superest aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi, Superest filius Ionathæ, debilis pedibus.
4 Vbi, inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filii Ammiel in Lo-dabar.
5 Misit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filii Ammiel de Lodabar.
6 Cùm autem venisset Miphiboseth filius Ionathæ filii Saul ad Dauid, corruit in faciem suam, & adorauit. Dixitque Dauid, Miphiboseth: qui respondit, Adsum seruus tuus.
7 Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui: & tu comedes panem in mensa mea semper.
8 Qui adorans eum, dixit, Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?
9 Vocauit itaque rex Siham puerum Saul, & dixit ei, Omnia quæcunqi fuerunt Saul, & vniuersam domum eius, dedi filio domini tui.
10 Operare igitur ei terram tu, & filii tui, & D serui tui: & inferes filio domini tui cibos, vt alatur: Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filii, & viginti serui.
11 Dixitque Siba ad regem, Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus: & Miphibóseth comedet super mensam meam quasi vnus de filiis regis.
12 Habebat autem Miphibóseth filium parvulum nomine Micha: omnis vero cognatio domus Sibæ seruiebat Miphibóseth.
13 Porrò Miphibóseth habitabat in Ierusalem: quia de mensa regis iugiter vescebatur: & erat claudus vtroque pede.

CAP. X.

Seruos Dauidis remittit Hanon cum ignominia. Ammonitæ & Syri debellantur à Dauide. Sobach occiditur.

1 *FActum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo. *1. Paralip. 19. a. 1.
2 Dixitque Dauid, Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo Dauid, consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cùm autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon,
3 Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum, Putas quod propter honorem patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & non ideo vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatem, & euerteret eam, misit Dauid seruos suos ad te?
4 Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos. B
5 Quod cùm nuntiarum esset Dauid, misit in occursum eorum: (erant enim viri confusi turpiter valde,) & mandauit eis Dauid. Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini.
6 Videntes autem filii Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, virorum millia pedestrium, & à rege Maacha mille viros, & ab Is-tob decem millia virorum. *duodecim
7 Quod cùm audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum bellatorum.
8 Egressi sunt ergo filii Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum erant in campo.
9 Videns igitur Ioab quòd præparatum esset

esset aduersum se prælium, & ex aduerso & post tergum, elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum.
C 10 Reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem aduersus filios Ammon.
11 Et ait Ioab, Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filii Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi.
12 Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo.
13 Iniit itaque Ioab & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros: qui statim fugerunt à facie eius.
14 Filii autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem: reuersusq; est Ioab à filiis Ammon, & venit Ierusalem.
15 *Videntes igitur filii Ammon quoniã Syrus expauit, & quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter. *Videntes igitur Syri quoniã corruissent
16 Misitque Adarézer, & eduxit Syros qui erant trans Fluuium, & adduxit eorũ exercitum: Sobach autẽ magister militiæ Adarézer, erat princeps eorum. D
17 Quod cùm nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, venitq; in Helam: & direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerũt contra Israel.
18 Fugeruntque Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitũ: & Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est.
19 Videntes autem vniuersi reges qui erant in præsidio Adarézer, se victos esse ab Israel, expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israel: & fecerunt pacem cum Israel: & seruierunt eis. Timuerũntque Syri auxilium præbere filiis Ammon. *cum *vltrà

CAP. XI.

Rabba obsidetur. Dauidis adulterium cum Bethsabee. Vrias perfert literas mortis suæ. Ioab impius obsequitur Dauidi in morte Vriæ. Bethsabee fit Dauidis vxor.

1 *FActum est autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cũ eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem. *2. Paral. 20. a. 1. Vergo
2 Dum hæc agerentur, accidit quadam die vt surgeret Dauid de stratu suo post Meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: vidítque mulierem se lauantem, ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde.
3 Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier. nuntiatúmque est ei quòd ipsa esset Beth-sabee filia Eliam, vxor Vriæ Hethæi.
4 Misitis itaque Dauid nuntiis, tulit eam: quę cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: *statimque sanctificata est ab immũditia sua. & reuersa est in domum suam concepto fœtu. *Leuit. 15. 18.
5 Mittensque nuntiauit Dauid, & ait, Concepi.
6 Misit autem Dauid ad Ioab, dicens, Mitte ad me Vriam Hethæum. misitque Ioab Vriam ad Dauid.
7 Et venit Vrias ad Dauid: quæsiuitque Dauid quàm rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellum.
8 Et dixit Dauid ad Vriam, Vade in domũ tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis, secutúsque est eum cibus regius.
9 Dormiuit autem Vrias ante portam domus regiæ, cum aliis seruis domini sui, & non descendit ad domum suam.
10 Nuntiatúmque est Dauid à dicentibus, Non iuit Vrias in domum suam, & ait Dauid ad Vriam, nonne quid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam?
11 Et ait Vrias ad Dauid, Arca Dei & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea: per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc.
12 Ait ergo Dauid ad Vriam, Mane hîc etiã hodie, & eras dimittam te. Mansit Vrias in Ierusalem in die illa & altera. *autem
13 Et vocauit eum Dauid vt comederet coram se & biberet, & inebriauit eum: qui egressus vespere, dormiuit in stratu suo cum seruis domini sui, & in domum suam non descendit.
14 Factum est ergo mane, & scripsit Dauid C epistolam ad Ioab: misitque per manum Vriæ,
15 Scribens in epistola, Ponite Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimum est prælium: & derelinquite eum, vt percussus intereat.
16 Igitur cùm Ioab obsideret vrbem, posuit Vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos.
17 Egressíque viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Vrias Hethæus.
18 Misit itaque Ioab, & nuntiauit Dauid omnia verba prælii,
19 Præcepitque nuntio, dicẽs, Cùm compleueris vniuersos sermones belli ad regem,
20 Si eum videris indignari. & dixerit, Quare accessistis ad murum, vt prælиaremini? an ignorabatis quod multa dẽsuper ex muro tela mittantur?
21 *Quis percussit Abi-mélech filium Ierobbáal? nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum, in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dixisseth? ces, Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit. *Iudic. 9. g. 53.
22 Abiit ergo nuntius, & venit, & narrauit D Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab.
23 Et dixit nũtius ad Dauid, Præualuerunt

aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum: nos autē facto impetu persecuti eos sumus vsque ad portam ciuitatis.

24 Et direxerunt iacula sagittarii ad seruos tuos ex muro desuper: mortuique sunt de seruis regis, quinetiā seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est.

25 Et dixit Dauid ad nuntium, Hæc dices Ioab, Nōn te frangat ista res: varius enim euentus est belli, & nunc hunc, & nūc illum consumit gladius: conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos.

26 Audiuit autē vxor Uriæ quòd mortuus esset Vrias vir suus, & planxit eum.

27 Transactóque luctu misit Dauid, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor, peperitque ei filium: & displicuit verbum hoc quod fecerat Dauid, coram Domino.

CAP. XII.

Similitudine pauperis & diuitis proposita à Nathan, condemnat seipsum Dauid. Pœna & crux Dauidis. Peccatum condonatur, reseruata cruce. Puer Dauidis moritur. Nascitur Salomon. Expugnatur Rabbath. Ammonitarum afflictio.

1 MIsit ergo Dominus Nathan ad Dauid: qui cùm venisset ad eum, dixit ei, Responde mihi iudicium, Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper.

2 Diues habebat oues & boues plurimos valde.

3 Pauper autē nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam quam emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens: erātque illi sicut filia.

4 Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad se.

B 5 Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan, Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.

Exod. 22. 6a. 6 Quem reddet *in quadruplum, eo quòd fecerit verbum istud, & non pepercerit.

7 Dixit autem Nathan ad Dauid, Tu es ille vir qui fecisti hāc rem. Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego vnxi te in regē super Israel, & ego erui te de manu Saul,

8 Et dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domū Israel & Iudæ: & si parua sunt ista, adiiciam tibi multo maiora.

9 Quare ergo contempsisti verbum Domini vt faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, & vxorē illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

C 10 Quam ob rē non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eo quòd despexeris me, & tuleris vxorem Uriæ Hethæi, vt esset vxor tua.

11 Itaque hæc dicit Dominus, Ecce ego suscitabo super te malū de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, *& dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis *in* oculis solis huius. *Infrà 16 d. 22.*

12 Tu enim fecisti absconditè: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis huius. "vero

13 Et dixit Dauid ad Nathan, *Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid, Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. *Ecclesiast. 7. b. 13.*

14 Verūtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini: propter verbum hoc: filius qui natus est tibi, morte morietur. D

15 Et reuersus est Nathan in domū suā: percussit quoq; Dominus paruulum quē pepererit vxor Uriæ Dauid, & desperatus est. 'pepererat

16 Deprecatúsque est Dauid *Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum, iacuit super terram. *'Deum*

17 Venerunt autem seniores domus eius, cogētes eum vt surgeret de terra: qui noluit, nec comēdit cum eis cibum.

18 Accidit autem die septima vt moreretur infans: timuerūntque serui Dauid nuntiare ei quòd mortuus esset paruulus, dixerunt enim, Ecce cum paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram: quāto magis si dixerimus, Mortuus est puer, se affliget?

19 Cū ergo Dauid audisset seruos suos mussitātes, intellexit quòd mortuus esset infantulus: dixitque ad seruos suos, Nū mortuus est puer? qui respondērunt ei, Mortuus est. E "vidisset

20 Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus unctúsque est: cumque mutasset 'vestem, ingressus est domum Domini: & adorauit, & venit in domum suam, petiitque vt ponerent ei panem, & comēdit. "vestes

21 Dixerunt autem ei serui sui, Quis est sermo quem fecisti? propter infantem, cùm adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem.

22 Qui ait, Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim, Quis scit si fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans?

23 Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? nunquid potero reuocare eum amplius? ego vadam magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me. F

24 Et consolatus est Dauid Beth-sabee vxorem suam: ingressúsque ad eam, dormiit cum ea: *quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eū. *Matth. 1. a. 6.*

25 Misitque in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius Amabilis Domino: eo quod diligeret eum Dominus.

26 *Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. *1. Par. 20. a. 1.*

27 Misitque Ioab nuntios ad Dauid, dicens, Dimicaui aduersum Rabbath, & capienda est Vrbs aquarum.

28 Nunc igitur congrega reliquam partem populi, G

populi, & obside ciuitatem, & cape eam: ne cum à me vastata fuerit vrbs, nomini meo ascribatur victoria.

29 Congregauit itaque Dauid omnem populum, & profectus est aduersum Rabbath: cumque dimicasset, cepit eam.

30 Et tulit diadēma regis eorum de capite eius (pondo auri talentum, habēs gemmas pretiosissimas) & impositū est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde,

31 Populum quoque eius adducens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisíque cultris, & traduxit in typo laterum: sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon: & reuersus est Dauid, & omnis exercitus in Ierusalem.

CAP. XIII.

Incestus Amnon cum Thamar sorore Absalom. Conuiuio celebrato occidit Absalom Amnonē. Unde tristatur Dauid, & fugit Absalom.

1 FActum est autem post hæc, vt Absalom filii Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid,

2 Et deperiret in eam valde, ita vt propter amorē eius ægrotaret: quia cùm esset virgo, difficile ei videbatur vē quippiam inhoneste ageret cum ea.

3 Erat autem Amnon amicus, nomine Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde.

4 Qui dixit ad eum, Quare sic attenuaris macie fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon, Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

5 Cui respōdit Ionadab, Cuba super lectum tuum, & ægrotem simula: cùmque venerit pater tuus vt visitet te, dic ei, Veniat, oro, Thamar soror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmentum, vt comedam de manu eius.

B 6 Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit: cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem, Veniat, obsecro, Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, & cibum paratum capiam de manu eius.

7 Misit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens, Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum.

8 Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui (ille autem iacebat) quæ tollens farinam commiscuit, & liquefaciens, in oculis eius coxit sorbitiunculas.

9 Tollēnsq; quod coxerat, effudit, & posuit coram eo, & noluit comedere: dixitque Amnon, Eiicite vniuersos à me. cūmq; eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar,

10 Infer cibum in conclaui, vt vescar de manu tua. tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in conclaui.

11 Cumque obtulisset ei cibum, apprehēdit eam, & ait, Veni, cuba mecum soror mea.

C 12 Quæ respōdit ei, Noli frater mi, noli opprimere me, neq; enim hoc fas est in Israel: noli facere stultitiam hanc.

13 Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi vnus de insipiētibus in Israel: quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi.

14 Noluit autem Amnon acquiescere precibus eius, sed prævalens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea.

15 Et exosam eā habuit "odio magno nimis: " Amnon
ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. dixitque ei Amnon, Surge, & vade.
16 Quæ respondit ", Maius est hoc malum "ei,
quod nunc agis aduersum me, quam quod antè fecisti, expellens me. & noluit audire eam:

17 Sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit, Eiice hanc à me foras: & claude ostium post eam.

18 Quæ induta est talari tunica (huiusce- D
modi enim filiæ regis virgines vestibus vtebantur) eiecit itaque eam minister illius foras: clausítque fores post eam.

19 Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, imposuitque manibus super caput suum, ibat ingrediens, & clamans.

20 Dixit autē ei Absalom frater suus, Nunquid Amnon frater tuus cocubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est: neque affligas cor tuum pro hac re. mansit itaque Thamar cōtabescens in domo Absalom fratris sui.

21 Cùm autē audisset rex Dauid verba hæc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniā diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

22 Porro non est locutus Absalom ad Amnon nec malum, nec bonum: oderat enim Absalom Amnon, eo quod violasset Thamar sororem suam.

E 23 Factum est autem post tempus biennii, vt tonderentur oues Absalom in Baal hasor, quæ est iuxta Ephraim, & vocauit Absalom omnes filios regis.

24 Venitque ad regem, & ait ad eum, Ecce tondentur oues serui tui: veniat oro rex cum seruis suis ad seruum suum.

25 Dixitque rex ad Absalom, Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Cùm autem cogeret eum, & noluisset ire, benedixit ei.

26 Et ait Absalom ad Dauid, Si non vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex, Non est necesse vt vadat tecum.

27 Coegit itaque Absalom eum, & dimisit 'autem
cum eo Amnon & vniuersos filios regis.

28 Fecerátque Absalom conuiuium quasi F
conuiuium regis. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens, Obseruate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, Percutite eum, & interficite: nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis: robora mini, & estote viri fortes.

29 Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum Amnon, sicut præceperat eis Absalom: surgentesque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt.

30 Cumque adhuc pergerent in itinere, fama perueniit ad Dauid, dicés, Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus.

31 Surrexit itaque rex Dauid, & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram: & omnes serui illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua.

32 Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit, Ne æstimet dominus meus rex, quòd omnes pueri regis occisi sunt: Amnon solus mortuus est, quoniam in odio Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius.

33 Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicés, Omnes filii regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est.

34 Fugit autem Absalom. & eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis.

35 Dixit autem Ionadab ad regem, Ecce filii regis adsunt: iuxta verbum serui tui sic factum est.

36 Cúmque cessasset loqui, apparuerunt & filii regis: & intrantes leuauerunt vocem suam, & fleuerunt: sed & rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis.

37 Porro Absalom fugiens, abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo Dauid filium suum Amnon multis diebus.

38 Absalom autem cùm fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.

39 Cessauitq; rex Dauid persequi Absalom, eo quòd consolatus esset super Amnon interitu.

CAP. XIIII.

Astu mulieris Thecuitidis reuocatur Absalom. Pulchritudo & cæsaries Absalom. Messem Ioab succedit Absalom. Osculatur à patre.

1 INtelligens autē Ioab filius Saruiæ, quòd cor regis versum esset ad Absalom,

2 Misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapiētem, dixitque ad eam, Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum:

3 Et ingredièris ad regem, & loquèris ad eum sermones huiusce modi. (posuit autem Ioab verba in ore eius.)

4 Itaque cùm ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adorauit, & dixit, Serua me rex.

5 Et ait ad eā rex, Quid causæ habes? Quæ respondit, Heu mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus.

6 Et ancillæ tuæ erant duo filii: qui rixati sunt aduersum se in agro, nullúsque erat qui eos prohibere posset: & percussit alter alterum, & interfecit eum.

7 Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dicit, Trade eū qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, & disperdamus hæredem: & quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, vt non supersit viro meo nomen, & reliquiæ super terram.

8 Et ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te.

9 Dixitque mulier Thecuitis ad regem, In me domine mi rex sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thronus eius sit innocēs.

10 Et ait rex, Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltrà nō addet vt tangat te.

11 Quæ ait, Recordetur rex Domini Dei sui, vt non multiplicétur proximi sanguinis ad vlciscendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait, Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram.

12 Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. & ait, Loquere.

13 Dixitque mulier, Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum Dei, & locutus est rex verbum istud vt peccet, & non reducat eiectum suum:

14 Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est.

15 Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum regem verbū hoc præsente populo. & dixit ancilla tua, Loquar ad regē, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.

16 Et audiuit rex verba, vt liberaret ancillam suam de manu omnium qui volebant de hæreditate Domini delere me, & filium Dei meum simul.

17 Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium: Sicut enim Angelus Domini, sic est dominus meus rex. vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus sit tecum.

18 Et respondens rex, dixit ad mulierem, Ne abscondas à me verbum quod te interrogo. dixitque ei mulier, Loquere domine mi rex.

19 Et ait rex, Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait, Per salutem animæ tuę domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex: seruus enim tuus Ioab ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.

20 Vt verterem figuram sermonis huius, seruus enim tuus Ioab præcepit illud: tu autē domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia quæ super terram.

21 Et ait rex ad Ioab, Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Absalom.

22 Cadensq; Ioab super faciē suā in terram, adorauit, & benedixit regi, & dixit Ioab, Hodie intellexit seruus tuus quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi rex: fecisti enim sermonem domine mi rex, serui tui.

23 Surrexit ergo Ioab, & abiit in Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem.

Dixit

24 Dixit autem rex, Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat. reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis non vidit.

25 Porro sicut Absalom, vir nō erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula.

26 Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eū cæsaries) ponderabat capillos capitis suiducentis siclis, pondere publico.

27 Nati sunt autem Absalom filii tres: & filia vna, nomine Thamar, elegantis formæ.

28 Mansitque Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit.

29 Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumque secundo misisset: & ille noluisset venire ad eum, dixit seruis suis,

30 Sciti agrum Ioab iuxta agrum meum, habentem messem hordei: ite igitur, & succendite eum igni. Succēderant ergo serui Absalom segetem igni.

31 Et venientes serui Ioab scissis vestibus suis, dixerūt, Succēderūt serui Absalom partem agri igni. Surrexitque Ioab, & venit ad Absalom in domum eius, & dixit, Quare succenderunt serui tui segetem meam igni?

32 Et respondit Absalom ad Ioab, Misi ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei, Quare veni de Gessur melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo vt videam faciem regis: quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.

33 Ingressus itaque Ioab ad regem, nuntiauit ei omnia: vocatúsque est Absalom, & introuit ad regem, & adorauit super faciem terræ coram eo: osculatúsque est rex Absalom.

CAP. XV.

Absalom animos populi sibi ciciliat. Coniuratio eiusdē. Fugit Dauid à facie ipsius quem sequitur Ethai. Vera sui mortificatio & abnegatio. Gratio Dauidis contra Achitophel. Chusai.

1 IGitur post hæc fecit sibi Absalom currus & equites, & quinquaginta viros qui præcederent eum.

2 Et mane consurgens Absalom, stabat iuxta introitum portæ in via, & omnē virum qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat. De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat, Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus.

3 Respondebatque ei Absalom, Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à rege.

4 Dicebátque Absalom, Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iuste iudicem?

5 Sed & cum accederet ad eum homo vt salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum.

6 Faciebátque hoc omni Israel venienti ad iudicium vt audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israel.

7 Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem Dauid, Vadam, & reddam vota mea quæ vouí Domino, in Hebron.

8 Vouens enim vouit seruus tuus, cùm esset in Gessur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino.

9 Dixitque ei rex Dauid, Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron.

10 Misit autem Absalō exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens, Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite,

11 Regnabit Absalom in Hebron. Porrò cū Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes.

12 Accersiuit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium Dauid, de ciuitate sua Gilo. Cumque immolaret victimas: facta est coniuratio valida, populúsque concurrens augebatur cum Absalom.

13 Venit igitur nuntius ad Dauid, dicens, Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom.

14 Et ait Dauid seruis suis qui erāt cum eo in Ierusalem, Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impleat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladii.

15 Dixerūntque serui regis ad eum, Omnia quæcunque præceperit dominus noster rex, libenter exequimur serui tui.

16 Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius pedibus suis: & reliquit rex decē mulieres concubinas ad custodiendam domū.

17 Egressúsque rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo:

18 Et vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi & Phelethi, & omnes Gethæi pugnatores validi (sexcēti viri qui secuti eum fuerant de Geth) pedites, præcedebant regem.

19 Dixit autem rex ad Ethai Gethæum, Cur venis nobiscum? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo.

20 Heri venisti, & hodie compelléris nobiscum egredi? ego autem vadam quo iturus sum: reuertere, & reduc tecū fratres tuos.

21 Et Dominus faciet tecum misericordiā & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem.

22 Et respondit Ethai regi, dicens, Viuit Dominus, & viuit dominus meus rex: quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. Et ait Dauid Ethai, Veni, & trāsi. & transiuit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo.

23 Omnésque flebant voce magna, & vniuersus populus trānsibat: rex quoque transgrediebatur Torrentem-cedron, & cunctus populus incedebat contra viam oliuæ quæ respicit ad desertum.

24 Venit autem & Sadoc sacerdos, & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœ-

deris Dei, & deposuerunt arcam fœderis Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate.

25 Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcã Dei in vrbem: si inuenero gratiã in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam & tabernaculum suum.

*mihi 26 Si autem dixerit mihi, Non places: præsto sum, faciat quod bonum est coram se.

F 27 Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem, O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar duo filii vestri, sint vobiscum.

28 Ecce ego absondar in cãpestribus deserti, donec veniat sermo à vobis, indicãs mihi.

29 Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ierusalem, & manserunt ibi.

30 Porro Dauid ascẽdebat Cliuum-oliuarũ, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, ſc omnis populus qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans.

*& G 31 Nuntiatum est autem Dauid quòd "Achi-tóphel esset in coniuratione cum Absalom, dixitque Dauid, Infatua quæso Domine consilium Achi-tóphel.

*Deum, 32 Cumque ascenderet Dauid summitatem montis in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite.

33 Et dixit ei Dauid, Si veneris mecum, eris mihi oneri:

34 Si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom, Seruus tuus sum "rex, patere me viuere: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis consilium Achi-tóphel.

*de 35 Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcunque audieris in domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar sacerdotibus.

36 Sunt enim cum eis duo filii eorum Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar: & mitteris per eos ad me omne verbum quod audieritis.

37 Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem.

CAP. XVI.

Siba mendacii dat Dauid bona Miphi-bóseth. Semei maledicit Dauidi fugienti, Mortificata Dauidis voluntas. Iniuriam non vleiscitur. Concumbit Absalom cum concubinis patris. Consilium Achi-tóphel.

1 CVmque Dauid transisset paululũ montis vertice, apparuit Siba puer Miphibóseth, in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatharum, & *duobus vtribus vini.

*vtre vini.

2 Et dixit rex Sibæ, Quid tibi volunt hæc? Respondítque Siba, * Domine mi rex, asini, domestici regis vt sedeant, & panes & palathæ ad vescendum pueris tuis, vinum autem vt bibat quisquis defecerit in deserto.

*Infrà 19. 17. 27.

3 Et ait rex, Vbi est filius domini tui? Respõditque Siba regi, Remansit in Ierusalem, dicens, Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei.

4 Et ait rex Sibæ, Tua sint omnia quæ fuerunt Miphi-bóseth. Dixitque Siba, Oro vt inueniam gratiam corã te domine mi rex.

5 Venit ergo rex Dauid vsque Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera. Procedebátque egrediens, & maledicebat,

6 Mittebátq; lapides contra Dauid, & contra E vniuersos seruos regis Dauid: omnis autem populus & vniuersi bellatores à dextero & à sinistro latere regis incedebant.

7 Ita autem loquebatur Semei cùm malediceret regi, Egredere, egredere vir sanguinum, & vir belial.

8 Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul: quoniam inuasisti regnũ pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filii tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.

9 Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi, Quare maledicit canis hic morituris domino meo regi? vadam, & amputabo caput eius.

10 Et ait rex, Quid mihi & vobis est filii Saruiæ? dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere quare sic fecerit?

11 Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis, C Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quanto magis "nunc hic filius Iemini maledicet mihi? dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini.

12 Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonũ pro maledictione hac, die hodierna.

13 Ambulabat itaque Dauid, & socii eius per viam cum eo: Semei autẽ per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicẽs, & mittẽs lapides aduersum eum, terrámque spargens.

14 Venit itaque rex Dauid, & vniuersus populus cum eo lassus, & "refocillãti sunt ibi. "refocillatus est

15 Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achi-tóphel cum eo.

16 Cùm autẽ venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum Salue rex, salue rex.

17 Ad quẽ Absalom, Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare nõ iuisti cum amico tuo?

18 Respondítque Chusai ad Absalom, Nequaquam: quia illius ero quem elegit Dominus, & omnis hic populus & vniuersus Israel, & cum eo manebo. D

19 Sed vt & hoc inferam, cui ego seruiturus sum? nõne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi.

20 Dixit autem Absalom ad Achi-tóphel, Inite consilium, quid agere debeamus.

21 Et ait Achi-tóphel ad Absalom, Ingredere ad cõcubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: vt cùm audierit omnis Israel quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.

22 Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressúsque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel.

23 Consilium autem Achi-tóphel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achi-tóphel & cùm esset cum Dauid, & cùm esset cum Absalom.

custodiendum domum: vt cùm audierit omnis Israel quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.

22 Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressúsque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel.

23 Consilium autem Achi-tóphel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achi-tóphel & cùm esset cum Dauid, & cùm esset cum Absalom.

CAP. XVII.

Dissipatur à Deo consilium Achi-tophel. Fugit Dauid, quem persequitur Absalom. Achimaas & Ionathan. Achi-tóphel suspendit se ipsum.

1 DIxit ergo Achi-tóphel ad Absalom: Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte.

2 Et irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiã eum: cùmque fugerit omnis populus qui cũ eo est, percutiam regem desolatum.

3 Et reducam vniuersum populum, quomodo vnus homo reuerti solet: vnum enim virum tu quæris: & omnis populus erit in pace.

4 Placuítque sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel.

*& 5 Ait autem Absalom, Vocate "Chusai Architen, & audiamus quid etiam ipse dicat.

6 Cúmque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum. Huiusce modi sermonem locutus est Achi-tóphel: facere debemus an non? quod si das consilium?

B 7 Et dixit Chusai ad Absalom, Non est bonum consilium quod dedit Achi-tóphel hac vice.

8 Et rursus intulit Chusai, Tu nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt esse fortissimos & amaro animo, velut si vrsa raptis catulis in saltu fœuiat. Sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo.

9 Forsitan nunc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco: & cùm ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicunque audierit, & dicet, Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom.

*ipse 10 Et fortissimus "quisq; cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur: scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt.

C 11 Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium, Congregetur ad te vniuersus Israel, à Dan vsque Ber-sabee, quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum.

12 Et irruemus super eum in quocunque loco inuentus fuerit: & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram: & non relinquemus de viris qui cum eo sunt, ne vnum quidem.

13 Quòd si vrbem aliquam fuerit ingressus, circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non reperiatur ne calculus quidem ex ea.

14 Dixítque Absalom, & omnes viri Israel, Melius est consilium Chusai Arachitæ, consilio Achi-tóphel. Dominus autem nutu dissiparum est consilium Achi-tóphel vtile, vt Induceret Dominus super Absalom malũ.

15 Et ait Chusai Sadoc & Abiathar sacerdotibus, Hoc & hoc modo consilium dedit Achi-tóphel Absalom, & senioribus Israel: & ego tale & tale dedi consilium.

16 Nunc ergo mittite citò, & nuntiate Dauid, dicentes, Ne morẽris nocte hac in campestribus deserti, sed absq; dilatione transgredere: ne forte absorbeatur rex, & omnis populus qui cum eo est.

17 Ionathan autẽ & Achimaas stabant iuxta Fontem-rogel: abiit ancilla & nuntiauit eis & illi profecti sunt, vt referrent ad regem Dauid nuntium: non enim poterant videri, aut introire ciuitatem.

18 Vidit autem eos quidam puer, & indicauit Absalom: ipsi vero concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum. E

19 Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas: & sic latuit res.

20 Cúmque venissent serui Absalom in domum ad mulierem, dixerunt, Vbi est Achimaas & Ionathan? Et respondit eis mulier, Transierunt festinantes, gustata paululum aqua. at hi qui quærebant, cùm non reperissent, reuersi sunt in Ierusalem.

21 Cúmque abiissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nuntiauerunt regi Dauid, & dixerunt, Surgite, & trãsite citò fluuium: quoniam huiusce modi dedit consilium contra vos Achi-tóphel.

22 Surrexit ergo Dauid, & omnis populus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem, donec diluceſceret antequam denudaretur verbum: & ne vnus quidem residuus fuit, qui non transisset fluuium. F

23 Porro Achi-tóphel videns quòd nõ fuisset factũ consilium suum, strauit asinum suum, surrexítq; & abiit in domum suam & in ciuitatem suam: & dispósita domo sua, fuspendia interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui.

24 Dauid autem venit in castra, & Absalom transiit Iordanẽ, ipse & omnes viri Israel cum eo.

25 Amasam verò constituit Absalom pro Ioab super exercitum: Amasa autem erat filius viri qui vocabatur Iethra de Israeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Saruiæ, quæ fuit mater Ioab. G

26 Et castrametatus est Israel cum Absalom in Terra Galaad.

27 Cũq; venisset Dauid in castra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Amiel de Lo-dabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim,

28 Obtulerunt ei straturia & tapetia, & vasa fictilia, frumentum & hordeum, & farinam & polentam, & fabam & lentem, & frixum oleo cicer.

29 Et mel & butyrum, oues & pingues vitu-

los:dederúntq; Dauid,& populo qui cum eo erat,ad vescendum. suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

CAP. XVIII.

Absalom prælio victus in quercu pendens interimitur, proiicitur in foueam. Eum Dauid accepto nuntio plangit.

1 IGitur considerato Dauid populo suo, constituit super eos tribunos & centuriones.
2 Et dedit populi tertiam partem sub manu Ioab,& tertiam partem sub manu Abisai filii Saruiæ fratris Ioab,& tertiam partem sub manu Ethai,qui erat de Geth:dixitque rex ad populum, Egrediar & ego vobiscum.
3 Et respondit populus, Non exibis: siue enim fugerimus,non magnopere ad eos de nobis pertinebit:siue media pars ceciderit è nobis,nō satis curabūt, quia tu vnus solus pro decem millibus computaris:melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio.
4 Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectum,hoc faciam.Stetit ergo rex iuxta portam:egrediebanturque populus per turmas suas centeni & milleni.
B 5 Et præcepit rex Ioab & Abisai & Ethai, dicens,Seruate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom.
6 Itaque egressus est populus in campum cōtra Israel,& factum est prælium in saltu Ephraim.
7 Et exsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid,factāque est plaga magna in die illa,viginti millium.
8 Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ,& multo plures erant quos saltus cōsumpserat de populo, quàm hi quos vorauerat gladius in die illa.
9 Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo : cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam,adhæsit caput eius quercui : & illo suspenso inter cælum & terram,mulus cui insederat pertransiuit.
10 Vidit autem hoc quidam, & nuntiauit Ioab,dicēs,Vidi Absalō pēdere de quercu.
C 11 Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei,Si vidisti,quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos,& vnum baltheum?
12 Qui dixit ad Ioab,Si appenderes in manibus meis mille argenteos,nequaquā mitterem manum meam in filium regis:audientibus enim nobis præcepit rex tibi,& Abisai,& Ethai,dicens,Custodite mihi puerum Absalom.
13 Sed & si fecissem contra animam meam audaciter,nequaquam hoc regem latere potuisset,& tu stares ex aduerso.
14 Et ait Ioab,Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. tulit ergo tres lanceas in manu sua,& infixit eas in corde Absalō:
15 Cumque adhuc palpitaret hærēs in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab,& percutientes interfecerunt eum.
16 Cecinit autem Ioab buccina,& retinuit populum,ne persequeretur fugientem Israel, D volens parcere multitudini.
17 Et tulerunt Absalom,& proiecerunt eum in saltu,in foueam grandem,& comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis: omnis autem Israel fugit in tabernacula sua.
18 Porrò Absalom erexerat sibi,cùm adhuc viueret,titulum,qui est in Valle-regis:dixerat enim,Non habeo filium,& hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo,& appellatur, Manus-Absalom: vsque ad hanc diem.
19 Achimaas autē filius Sadoc,ait,Curram, & nuntiabo regi quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius.
20 Ad quem Ioab dixit,Non eris nuntius in hac die,sed nuntiabis in alia:hodie nolo te nuntiare:filius enim regis est mortuus.
21 Et ait Ioab Chusi ? Vade, & nuntia regi E quæ vidisti. adorauit Chusi Ioab, & cucurrit.
22 Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit si etiam ergo curram post Chusi? Dixitque ei Ioab,Quid vis currere fili mi:veni huc, non eris boni nuntii baiulus.
23 Qui respondit,Quid enim si eue urrero? & ait ei,Curre.curres ergo Achimaas per viā compendii,transiuit Chusi.
24 Dauid autem sedebat inter duas portas: speculator vero qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos, vidit hominem currentem solum.
25 Et exclamans, indicauit regi : dixitque rex,Si solus est,bonus est nuntius in ore eius.
26 Properante autem illo,& accedente propius,vidit speculator alterum hominē currentem,& vociferans in culmine,ait,Apparet mihi alter homo currens solus.dixitque rex,Et iste bonus est nuntius.
27 Speculator autem,Contemplor,ait,cursum prioris ; quasi cursum Achimaas filii Sadoc.Et ait rex, Vir bonus est:& nuntium portans bonum, venit.
28 Clamās autem Achimaas,dixit ad regem, Salue rex.& adorans regem coram eo prōfus in terram, ait, Benedictus Dominus Deus tuus ; qui conclusit homines qui leuauerunt manus suas contra dominum meum regem.
29 Et ait rex,Estne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas, Vidi tumultū magnum, cùm mitteret Ioab seruus tuus,ô rex, me seruum tuum:nescio aliud.
30 Ad quem rex,Transi,ait:& sta hic. Cumq; ille transisset,& staret,
31 Apparuit Chusi:& veniens ait,Bonum apporto nuntium domine mi rex:iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te.
32 Dixit autem rex ad Chusi, Estne pax puero Absalom? cui respondens Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum.

Contri-

33 Contristatus itaque rex, ascendit cœnaculum portæ,& fleuit. Et sic loquebatur vadens,Fili mi Absalom , Absalo fili mi:quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalom fili mi, fili mi Absalom?

CAP. XIX.

Ioab consolatur Dauidē flentem occisum Absalom. Amasa pro Ioab constituitur. Dauid reducitur in Ierusalem. Veniam rogāt Semei. Miphibōseth. Berzellai. Chamaam. Osculum.

1 NVntiatum est autem Ioab quod rex fleret, & lugeret filium suum.
2 Et versa est victoria in luctum in die illa omni populo:audiuit enim populus in die illa dici, Dolet rex super filio suo.
3 Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem,quomodo declinare solet populus versus,& fugiens de prælio.
4 Porrò rex operuit caput suum , & clamabat voce magna , Fili mi Absalom , Absalom fili mi.
5 Ingressus ergo Ioab ad regem in domum, dixit,Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum , qui saluam fecerunt animam tuam,& animam filiorum tuorum & filiarum tuarum , & animam vxorum tuarum,& animam concubinarum tuarum.
B 6 Diligis odientes te,& odio habes diligen tes te:& ostendisti hodie quia non curas de ducibus tuis , & de seruis tuis : & verè cognoui modo,quia si Absalom viueret,& omnes nos occubuissemus,tūc placeret tibi.
7 Nunc igitur surge,& procede:& alloquēs satisfac seruis tuis:iuro enim tibi per Dominum,quod si non exieris,ne vnus quidē remansurus sit tecum nocte hac:& peius erit hoc tibi,quam omnia mala quæ venerunt super te ab adolescentia tua vsque in præsens.
8 Surrexit ergo rex, & sedit in porta : & omni populo nuntiatum est quod rex sederet in porta : venitque vniuersa multitudo coram rege, Israel autem fugit in tabernacula sua.
9 Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel,dicens , Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philisthinorum : & nunc fugit de terra propter Absalom:
10 Absalom autē quem vnximus super nos, mortuus est in bello : vsquequo silētis , & non reducitis regem?
C 11 Et consilium totius Israel venit ad regē. Rex verò Dauid misit ad Sadoc & Abiathar sacerdotes, dicens, Loquimini ad maiores natu Iuda,dicentes , Cur venitis nouissimi ad reducendum regem in domum suam? Sermo autem omnis Israel peruenerat ad regem in domo eius , quia dixerat rex,Hæc dicetis ad populum Iuda.
12 Fratres mei vos estis meum , & caro mea vos:quare nouissimi reducitis regem?
13 Et Amasæ dicite,Nōne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus , & hæc addat,si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab.
14 Et inclinauit cor omnium virorum Iuda,quasi viri vnius: miseruntque ad regē, dicentes,Reuertere tu, & omnes serui tui.
15 *Et reuersus est rex : & venit vsque ad Iordanem , & omnis Iuda venit vsque in Galgala,vt occurreret regi , & traduceret eum Iordanem. *3. Reg. 2. b. 8.
16 Festinauit autem Semei filius Gera filii Iemini de*Bahurim,& descendit cum viris Iuda in occursum regis Dauid, *Supra 16. 4. 5.
17 Cum mille viris de Ben-iamin , & Siba puer de domo Saul:& quindecim filii eius ac vigmti serui erant cum eo:& irrumpentes Iordanem , ante regē transierūt vada,
D 18 Vt traducerent domum regis, & facerent iuxta iussionem eius. Semei autem filius Gera prostratus coram rege , cum iam transisset Iordanem,
19 Dixit ad eum,Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalem , neque ponas rex in corde tuo.
20 Agnōsco enim seruus tuus peccatum meum:& idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph , descendique in occursum domini mei regis.
21 Respondens verò Abisai filius Saruiæ,dixit, Nunquid pro his verbis non occidetur Semei,quia maledixit christo Domini?
22 Et ait Dauid,Quid mihi & vobis fili Saruiæ?cur efficimini mihi hodie in Satan?ergōne hodie interficietur vir in Israel?an ignoro hodie me factum regē super Israel?
23 Et ait rex Semei , Non morieris , iuraitque ei.
E 24 Miphibōseth quoque filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus,& inrōsa barba : vestēque suas non lauerat à die qua egressus fuerat rex vsque ad diem reuersionis eius in pace.
25 Cūmque occurrisset regi , dixit ei rex, Ierusalē Quare no venisti mecum Miphibōseth? Et respondens ait,
26 *Domine mi rex,seruus meus contēpsit me : dixique ei ego famulus tuus, vt sterneret mihi asinum , & descendens abirem cum rege : claudus enim sum seruus tuus, *Supra 16. 2. ascendens
27 Insuper & accusauit me seruum tuum ad te dominum meum regem: tu autem domine mi rex , sicut Angelus Dei es , fac quod placitum est tibi.
28 Neque enim fuit domus patris mei , nisi morti obnoxia domino meo regi : tu autem posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ : quid ergo habeo iustæ querelæ? aut quid possum vltrà vociferari ad regem?
29 Ait ergo ei rex, Quid vltrà loqueris?fixum est quod locutus sum:tu & Siba diuidite possessiones.
F 30 Respondítque Miphibōseth regi, Etiam cuncta accipiat,postquam reuersus est dominus meus rex pacificè in domum suam.
31 *Berzellai quoque Galaadites, senex va- *3. Reg. 2. b. 7.
de,descendens de Rogelim,traduxit regem Iordanem , paratus etiam vltra fluuium prosequi eum. *Supra 17.
32 *Erat autem Berzellai Galaadites senex g. 2.

valdè, id est octogenarius, & ipse præbuit
alimenta regi, cum moraretur in Castris:
fuit quippe vir dives nimis.
33 Dixit itaque rex ad Berzellai, Veni mecũ, vt requiescas securus mecũ in Ierusalẽ.
34 Et ait Berzellai ad regem, Quot sunt dies
annorum vitæ meæ, vt ascendam cum rege in Ierusalem?
35 Octogenarius sum hodie: nunquid vigent
sensus mei ad discernendum suaue aut amarum: aut delectare potest seruum tuum
cibus? aut potus? vel audire possum vltrà
vocem cantorum atq; cantatricum? quare
seruus tuus sit oneri domino meo regi?
*procedat 36 Paululum *procedam famulus tuus ab
Iordane tecum: non indigeo hac vicissitudine.
Sed obsecro vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & matris mex.
G 38 Est autem seruus tuus Chamaam, ipse vadat tecum domine mi rex, & fac quicquid
tibi bonum viderit. Dixit itaque ei rex,
Mecum transeat Chamaam, & ego faciam
ei quicquid tibi placuerit: & omne quod
petieris à me, impetrabis.
39 Cúmque transisset vniuersus populus &
rex Iordanẽ, restitit: osculatus est rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuersus est in
locum suum.
40 Transiuit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cum eo: omnis autem populus Iuda
traduxerat regem, & media tantum pars
affuerat de populo Israel.
41 Itaque omnes viri Israel concurrentes
ad regem, dixerũt ei, Quare te furati sunt
fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem, & domum eius Iordanem, omnésque
viros Dauid cum eo?
42 Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel, Quia mihi propior est rex: cur irasceris super hac re? nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt?
43 Et respondit vir Israel ad viros Iuda, & ait, Decem partibus maior ego sum apud
regem, magisque ad me pertinet Dauid
quam ad te: cur feci si mihi iniuriam, &
non mihi nuntiatum est priori, vt reducerem regem meum? durius autem respondêrunt viri Iuda viris Israel.

CAP. XX.

Seba separat Israelem à Dauide. Concubinæ Dauidis includuntur. Abisai persequitur Sebam. Amasam interficit Ioab. Abela obsidetur. Caput Sebæ traditur Ioab. Officiarii Dauidis.

1 Accidit vt ibi esset vir belial nomine Seba filius Bochri, vir tem neus: & cecinit
buccina, & ait, Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai: reuertere in tabernacula tua Israel.
2 Et separatus est omnis Israel à Dauid, secutúsque est Seba filium Bochri: viri autẽ
Iuda adhæserunt regi suo à Iordane vsque
Ierusalem.
3 Cúmque venisset rex in domum suam in
Ierusalem, vlsit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam
domũ, & tradidit eas in custodiam, alimẽta eis præbens: & non est ingressus ad eas,
sed erant clausæ vsque in diem mortis sug
in viduitate viuentes.
4 Dixit autem rex Amasæ, Conuoca mihi B
omnes viros Iuda in diem tertium, & tuadesto præsens.
5 Abiit ergo Amasa vt conuocaret Iudam,
& moratus est extra placitum quod ei constituerat rex.
6 Ait autem Dauid ad Abisai, Nunc magis
afflicturus est nos Seba filius Bochri, quam
Absalom: tolle igitur seruos domini tui,
& persequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos.
7 Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque, & Phelethi: & omnes robusti
exierunt de Ierusalem ad persequendum C
Seba filium Bochri.
8 Cúmque illi essent iuxta lapidem grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens oc
currit eis. porrò Ioab vestitus erat tunicâ
strictâ ad mensuram habitus sui, & désuper accinctus gladio dependente vsque ad ilia,
in vagina, qui fabricatus leui motu egredi
poterat, & percutere.
9 Dixit itaque Ioab ad Amasam, Salue mi
frater. & tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum.
10 Porro Amasa non obseruauit gladium,
quem habebat Ioab: qui percussit eum in
latere, & effudit intestina eius in terram,
& mortuus est, nec secundum vulnus appo
suit. Ioab autem, & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filium Bochri.
11 Interea quidam viri, cum stetissent iuxta D
cadauer Amasæ, de sociis Ioab, dixerũt, Ecce qui esse voluit pro Ioab comes Dauid.
12 Amasa autem conspersus sanguine, iacebat in media via. vidit hoc quidam vir,
quod substitisset omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrum: operuitque eum vestimento, ne sub
sisterent transeuntes, propter eum.
13 Amoto ergo illo de via, transibat omnis
vir sequens Ioab ad persequendum Seba fi
lium Bochri.
14 Porro ille transierat per omnes tribus Is E
rael vsq; in Abela, & Beth-maacha: omnéfuerant
que viri electi congregati fuerũt ad eum.
15 Venerunt itaque, & oppugnabant eum in
Abela, & in Beth-maacha, & circumdederunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est
vrbs: omnis autem turba quę erat cũ Ioab,
moliebatur destruere muros.
16 Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate, Audite, audite, dicite Ioab, Appropinqua huc, & loquar tecum.
17 Qui cum accessisset ad eam, ait illi, Tu es
Ioab? & ille respondit, Ego. ad quem sic
locuta est, Audi sermones ancillæ tuæ. qui
respondit, Audio.
18 Rursumq; illa, Sermo, inquit, dicebatur F
in veteri proverbio, *Qui interrogant, in- Deut.20.
terrogent in Abela, & sic proficiebant. v.10.
19 Nónne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel, & tu quæris subuertere ciuitatem

tatem, & euertere matrem in Israel? quare præcipitas hæreditatem Domini?
20 Respondensque Ioab, ait, Absit absit hoc
à me: non præcipito neque demolior.
21 Non sic se habet res, sed homo de monte
Ephraim Seba, filius Bochri cognomine, le
uauit manum suam contra regem Dauid:
tradite illum solum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce caput eius
mittetur ad te per murum.
G 22 Ingressa est ergo ad omnem populum, &
locuta est eis sapiẽter: qui abscisum caput
Sebæ filii Bochri proiecerunt ad Ioab. &
ille eccinit tuba, & recesserunt ab vrbe,
vnusquisque in tabernacula sua: Ioab autem reuersus est Ierusalem ad regem.
Supra 8. Kis. 23 *Fuit ergo Ioab super omnẽ exercitum
Israel: Banaias autem filius Ioiadæ super
Cerethæos & Phelethæos.
24 Aduram vero super tributa: porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentariis.
25 Sina autẽ, scriba. Sadoc verò & Abiathar,
sacerdotes. Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid.

CAP. XXI.

Fames trium annorum ob violatam Gabaonitis fidem. Dauid præstat iuramentum Ionathæ. Septem filii Saul suspenduntur. Respha materna viscera. Quatuor bella Dauidis in Philisthæos. Iesbi-benob. Goliath.

1 FActa est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: & consuluit
Dauid oraculum Domini. Dixitque Dominus, Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.
2 Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos.
(Porrò Gabaonitę non erant de filiis Is
Iosue 9. rael, sed reliquiæ Amorrhæorũ: *filii quip
pe Israel iurauerant eis. Et voluit Saul
percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel &
Iuda.)
3 Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid fa
ciam vobis? & quod erit vestri piaculum,
vt benedicatis hæreditati Domini?
4 Dixerúntque ei Gabaonitæ, Non est nobis super argento & auro quæstio, sed contra Saul & contra domũ eius: neq; volumꝰ
vt interficiatur homo de Israel. ad quos
rex ait, Quid ergo vultis vt faciam vobis?
5 Qui dixerunt regi, Virum qui attriuit nos
& oppressit iniquè, ita delere debemus, vt
ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius
in cunctis finibus Israel.
B 6 Dentur nobis septem viri de filiis eius,
vt crucifigam* eos Domino in Gabaa Saul
quondam electi Domini. & ait rex, Ego
dabo.
1. Reg. 18. 7 Pepercit*que rex Miphi-bóseth filio Iona-
Ch. 9. thæ filii Saul, *propter iusiurandum* quod
Domini fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filium Saul.
8 Tulit itaque rex duos filios Respha filiæ
Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphibóseth, & quinque filios Michol filiæ Saul
quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui
fuit de Molathi.
9 Et dedit eos in manum Gabaonitarum:
qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei.
10 Tollens autem Respha filia Aia, cilicium,
substrauit sibi super petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cælo:
& non dimisit aues lacerare eos per diem,
neque bestias per noctem.
11 Et nuntiata sunt Dauid quæ fecerat Re- C
spha, filia Aia, concubina Saul.
12 Et abiit Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa
Ionathæ filii eius à viris Iabes-Galaad,
qui furati fuerant ea de platea Beth-san, 1. Reg. 31.
*in qua suspenderant eos Philisthiim cum d. 10.
interfecissent Saul in Gelboe.
13 Et asportauit inde ossa Saul, & ossa Iona-
thæ filii eius:
14 Et colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul, &
Ionathæ filii eius in Terra-Beniamin, in
Latere, in sepulcro Cis patris eius: fecerúntque omnia quæ præceperat rex, & repropitiatus est Deus terræ post hæc.
15 Factum est autẽ rursum prælium Philis-
thinorũ aduersus Israel, & descendit Dauid, & serui eius cum eo, & pugnabãt contra Philisthiim.
16 Deficiẽte autem Dauid, Iesbi-benob, qui
fuit de genere araphæ (cuius ferrum hastæ
trecentas vncias appendebat, & accinctus
erat ense nouo) missus est percutere Dauid.
17 Præsidióque ei fuit Abisai filius Saruiæ, D
& percussum Philisthæum interfecit. tunc
iurauerunt viri Dauid, dicentes, Iam non
egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel.
18* Secundum quoque bellum fuit in Gob 1. Par. 20.
contra Philisthæos: tunc percussit Sobo- c. 4.
chai de Husathi, Saph de stirpe araphæ de
genere gigantum.
19 Tertium quoque fuit bellum in Gob cõtra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Beth-leheMires Goliath Gethæum, cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium.
20 Quartum bellũ fuit in Geth: in quo vir
fuit excelsus qui senos in manibus pedibúsque habebat digitos, id est vigintiquatuor, & erat de origine araphæ.
21 Et blasphemauit Israel: percussit autem
eum Ionathan filius Samaæ fratris Dauid.
22 Hi quatuor nati sunt de araphæ in Gerh,
& ceciderunt in manu Dauid, & seruorum
eius.

CAP. XXII.

Canticum Dauidis pro liberatione ab omnibus inimicis. Adiectio Iudæorum, & Gentium electio.

1 LOcutus est autẽ Dauid Domino verba
carminis huius, in die qua liberauit
eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & ait,
2 *Dominus petra mea, & robur meum, & *Psal. 17.
saluator meus. d. 3.
3 Deus Dominus fortis meus, sperabo in
eum: scutum meum, & cornu salutis meæ:

eleuator meus, & refugium meum: saluator meus, de iniquitate liberabis me.
4 Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.
5 Quia circundederunt me contritiones mortis: torrentes belial terruerunt me:
6 Funes inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis:
7 In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo sancto suo vocem meam, & clamor eius veniet ad aures eius.
8 Commota est & contremuit terra, fundamenta montium concussa sunt & conquassata, quoniam iratus est eis.
9 Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius "vorauit: carbones succensi sunt ab eo.
10 Et inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.
11 Et ascendit super cherubim, & volauit: & lapsus est super pennas venti.
12 Posuit tenebras in circuitu suo tabernaculum: tribrans aquas de nubibus cælorum.
13 Præ fulgore in conspectu eius, nubes succensi sunt carbones ignis.
14 Tonabit de cælo Dominus, & excelsus dabit vocem suam.
15 Misit sagittas suas, & dissipauit eos fulgur, & consumpsit eos.
16 Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris eius.
17 Misit de cælo, & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis.
18 Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab his qui oderant me: quoniam robustiores me erant.
19 Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus firmamentum meum.
20 Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei.
21 Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi.
22 Quia custodiui vias Domini, & non egi impie à Deo meo.
23 Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non amoui à me.
24 Et ero perfectus coram eo, & custodiam me ab iniquitate mea.
25 Et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundū munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.
26 Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus.
27 Cum electo electus eris, & cum peruerso peruertēris.
28 Et populum pauperem saluum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis.
29 Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas:
30 In te enim curram accinctus, in Deo meo transiliam murum:
31 Deus, immaculata via eius, eloquiū Domini igne examinatum: scutū est omnium sperantium in se.
32 Qui est Deus præter Dominum: & quis Deus fortis, præter Deum nostrum?
33 Deus qui "accinxit me fortitudine: & complanauit perfectam viam meam,
34 Coæquans pedes ceruis, & super excelsa mea statuens me.
35 Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum æreum brachia mea.
36 Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, & mansuetudo tua multiplicauit me.
37 Dilatabis gressus meos subtus me, & non deficient tali mei.
38 Persequar inimicos meos, & conteram, & non conuertar donec consumam eos.
39 Consumam eos, & confringam, vt non consurgant: cadent sub pedibus meis.
40 Accinxisti me fortitudine ad prælium, "incurrasti resistentes mihi subtus me.
41 Inimicos meos dedisti mihi dorsum: odientes me, & disperdam eos:
42 Clamabunt, & non erit qui saluet: ad Dominum, & non exaudiet eos.
43 Delebo eos vt pulverem terræ: quasi lutum platearum comminuam eos, atq; confringam.
44 Saluabit me à contradictionibus populi mei: custodies ME IN CAPVT GENTIVM: populus quem ignoro seruiet mihi.
45 Filii alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi.
46 Filii alieni defluxerunt, & contrahentur in angustiis suis.
47 Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus fortis salutis meæ.
48 Deus qui das vindictas mihi, & deicis populos sub me.
49 Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.
50 "Propterea confitebor tibi Domine in Gentibus, & nomini tuo cantabo.
51 Magnificans salutem regis sui, & faciens misericordiam christo suo Dauid, & semini eius in sempiternum.

CAP. XXIII.

Nouissima verba Dauidis, per quem loquutus est Spiritus sanctus. Catalogus fortium Dauid. Eleazar. Semma. Abisai. Banaias.

1 HAEc autem sunt verba nouissima quæ dixit Dauid filius Iesse: dixit vir cui constitutum est de christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel,
2 Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.
3 Dixit Deus Israel mihi, locutus est Fortis Israel, Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei.
4 Sicut lux auroræ oriēte sole, mane absq; nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra.
5 Nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum, cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquam ex eo quod non germinet.

Præ aarica

6 Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ nō tollūtur manibus:
7 Et siquis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato: igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum.
8 Hæc nomina fortium Dauid. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.
9 Post hunc Eleazar filius Patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philisthiim, & congregati sunt illuc in prælium.
10 Cumque ascendissent filii Israel, ipse stetit & percussit Philisthæos, donec defecerat manus eius, & obrigescerat cum gladio: fecitque Dominus salutem magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuersus est ad exsortum spolia detrahenda.
11 Et post hunc, Semma filius Age de Arari: & congregāti sunt Philisthiim in statione: erat quippe ibi ager lente plenus, cumque fugisset populus à facie Philisthiim,
12 Stetit ille in medio agri, & tutus est eum, percussitque Philisthæos: & fecit Dominus salutem magnam.
13 Necnon & antè descenderant tres, qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam: castra autem Philisthinorum erant posita in Valle gigantum.
14 Et Dauid erat in præsidio: porro statio Philisthinorum tunc erat in Beth-lehem.
15 Desyderauit ergo Dauid aquam de lacu, & ait, O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Beth-lehem iuxta portam!
16 Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Beth-lehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, sed libauit eam Domino, dicens,
17 Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. hæc fecerunt tres robustissimi.
18 Abisai quoque frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus": ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit,
19 Nominatus in "tribus: & inter tres nobilior, erat que eorum princeps, sed vsque ad tres primos non peruenerat.
20 Et Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi, magnorū operum de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis.
21 Ipse quoque interfecit virū Aegyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam: itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Aegytii, & interfecit eum hasta sua.
22 Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres robustos,
23 Qui erant inter triginta nobiliores: verūtamen vsque ad tres non peruenerat: fecitque eum sibi Dauid auricularium, à secreto.
24 Asael frater Ioab inter triginta, Elehanan filius Patrui eius de Beth-lehem,
25 Semma de Harodi, Elica de Harodi.
26 Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua.
27 Abi-ezer de Anathoth, Mobonnai de Husati.
28 Selmon Aholites, Maharai Netophathites.
29 Heleb filius Baana, & Netophathites, Ithai filius Ribai, de Gabaath filiorum Beq-iamin.
30 Banaia Pharathonites, Heddai de Torrente-Gaas.
31 Abi-albon Arbathites, Azmaueth de Beromi.
32 Eliaba de Salebon. Filii Iassen, Ionathā.
33 Semma de "Oddai, Ahiam filius Sarar Araraites.
34 Eliphelet filius Aasbai filii Machati, Eliā filius Achitophel Gelonites,
35 Hesrai de Carmelo, Pharai de Arbi.
36 Igaal filius Nathan de Soba. Bonni de Gadi.
37 Selec de Ammoni, Naharai Berothites armiger Ioab filii Saruiæ.
38 Ira Iethrites, Gareb & ipse Iethrites,
39 Vrias Hethæus: omnes triginta septem.

CAP. XXIIII.

Israel ob numeratum à Dauide populum, percutitur à Deo, propter quod dolet Dauid.

1 ET addidit furor Domini irasci contra Israel, & mouit que Dauid in eis dicentem ad Ioab, Vade, numera Israel & Iudā.
2 Dixitque rex ad Ioab principem exercitus sui, Perambula omnes tribus Israel à Dan vsque ad Ber-sabee, & "numera populum, vt sciam numerum eius.
3 Dixitque Ioab regi, Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc est, iterumque centuplicet in conspectu domini mei regis: sed quid sibi dominus meus rex vult in re huiusce modi?
4 Obtinuit autem sermo regis verba Ioab, & principum exercitus: egressusq; est Ioab, & principes militum à facie regis, vt numerarent populum Israel.
5 Cumque pertransissent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram vrbis, quæ est in Valle-Gad:
6 Et per Iazer transierunt in Galaad, & in terram inferiorem Hadsi, & venerunt in Dan syluestria.
7 Circumeuntesque iuxta Sidonem, transierunt prope mœnia Tyri, & omnem terram Heuæi & Chananæi, veneruntque ad Meridiem Iuda in Ber-sabee.
8 Et lustrata vniuersa terra adfuerunt post nouem menses & viginti dies in Ierusalem.
9 Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quinquaginta millia pugnatorum.
10 Percussit autem cor Dauid eum, postquā

numeratus est populus : & dixit Dauid ad Dominum, Peccaui valde in hoc facto: sed precor Domine vt tranferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis.

11 Surrexit itaque Dauid mane, & sermo Domini factus est ad Gad prophetam & videntem Dauid, dicens,

12 Vade, & loquere ad Dauid, Hæc dicit Dominus, Trium tibi datur optio: elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi.

13 Cumque venisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei, dicens, Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei, qui me misit, sermonem.

C 14 Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis: sed melius est vt cadam in manus Domini (multæ enim miserationes eius sunt) quam in manus hominum.

15 Immisitque Dominus pestilentiam in Israel, de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorum.

16 Cumque extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionem, & ait Angelo percutienti populum, Sufficit: nunc contine manum tuam. erat autem Angelus Domini iuxta aream Arevna Iebusæi.

17 Dixitque Dauid ad Dominum, cùm vidisset Angelum cædentem populum, Ego sum qui peccaui, & ego inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.

18 Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei, Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi.

19 Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, D quem præceperat ei Dominus.

20 Conspiciénsque Areuna, animaduertit regem & seruos eius transire ad se: & egressus adorauit regem prono vultu in terram, & ait,

21 Quid causæ est vt veniat dominus meus rex ad seruũ suum? cui Dauid ait, Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, & cesset interfectio quæ grassatur in populo.

22 Et ait Areuna ad Dauid. Accipiat, & offerat dominus meus rex, sicut placet ei: habes oues in holocaustum, & plaustrum & iuga bouum in vsum lignorum.

23 Omnia dedit Areuna regi: dixitq; Areuna ad regem, Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum.

24 Cui respondens rex, ait, Nequaquam vt vis, sed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. emit ergo Dauid aream & boues, argenti siclis quinquaginta.

25 Et ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocausta & pacifica: & propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

LIBER REGVM TERTIVS: secundum Hebræos, primus Melachim.

CAP. I.

Abisag puella senem Dauidem calefacit. Adonias accepta regnum inscio patre. Præcepto Dauidis vngitur Salomon in regem. Fugit Adonias.

1 IGitur rex Dauid senuerat, habebátque ætatis plurimos dies: cumque operiretur vestibus, non calefiebat.

2 Dixerunt ergo ei serui sui, Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiátque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum regem.

3 Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem.

4 Erat autem puella pulchra nimis, dormiebátque cum rege, & ministrabat ei, rex vero non cognouit eam.

5 Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regnabo. fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum.

6 Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens, Quare hoc fecisti? erat autem & ipse pulcher valde, secũdus natu post Absalom.

7 Et sermo eius cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ.

8 Sadoc vero sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, & Rei Cerethi & Phelethi, & omne robur exercitus Dauid non erat cum Adonia.

9 Immolauit ergo Adonias arietibus & vitulis, & vniuersis pinguibus iuxta Lapidem zoheleth, qui erat vicinus Fonti-rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos regis.

10 Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum non vocauit.

11 Dixit itaque Nathan ad Beth-sabee matrem Salomonis, Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat?

12 Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua

& salua animam tuam, filiique tui Salomonis.

13 Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nonne tu domine mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens, Quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? quare ergo regnat Adonias?

14 Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos.

C 15 Ingressa est itaque Beth-sabee ad regem in cubiculo: rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei.

16 Inclinauit se Beth-sabee, & adorauit regem. ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis?

17 Quæ respondens ait, Domine mi rex, tu iurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnauit post me, & ipse sedebit in solio meo.

18 Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante.

19 Mactauit boues & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, & Ioab principem militiæ. Salomonem autem seruum tuum non vocauit.

20 Veruntamen domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo domine mi rex post te.

21 Eritque, cùm dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus peccatores.

Salomõ

22 Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit.

23 Et nuntiauerunt regi, dicentes, Adest Nathan propheta. cumque introisset in conspectum regis, & adorasset eum pronus in terram,

24 Dixit Nathan, Domine mi rex, tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meum?

25 Quia descendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & principes, Abiathar quoque sacerdotem: illisque vescentibus & bibentibus coram eo, & dicentibus, Viuat rex Adonias.

D exercitus

26 Me seruum tuum & Sadoc sacerdotem, & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem famulum tuum non vocauit.

27 Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum: & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum?

28 Et respondit rex Dauid, dicens, Vocate ad me Beth-sabee. quæ cum fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eum,

29 Iurauit rex, & ait, Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia,

30 Quia sicut iurauit tibi per Dominum Deum Israel, dicens, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me: sic faciam hodie.

31 Summisitque Beth-sabee in terram vultu, adorauit regem, dicens, Viuat dominus meus Dauid in æternum.

E 32 Dixit quoque rex Dauid, Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ. Qui cùm ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos,

33 Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meũ super mulam meam, & ducite eum in Gihon:

34 Et vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in regem super Israel: & canetis buccina, atque dicetis, Viuat rex Salomon.

35 Et ascendetis post eum, & veniet in Ierusalem, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me: illique præcipiam vt sit dux super Israel & super Iudam.

36 Et respondit Banaias filius Ioiadæ regi, dicens, Amen: sic loquatur Dominus Deus domini mei regis.

37 Quomodo fuit Dominus cum domino meo rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat solium eius à solio domini mei regis Dauid.

38 Descendit ergo Sadoc sacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi: & imposuerunt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon.

39 Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Viuat rex Salomon.

40 Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno, & insonuit terra à clamore eorum.

41 Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo, iamque conuiuium finitum erat: sed & Ioab, audita voce tubæ, ait, Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis?

42 Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar sacerdotis venit: cui dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians.

43 Respondítque Ionathan Adoniæ, Nequaquam: dominus enim noster rex Dauid regem constituit Salomonem.

44 Misitque cum eo Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi, & imposuerunt eum super mulam regis:

45 Vnxerúntque eum Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in Gihon: & ascenderunt inde lætantes, & insonuit ciuitas, hæc est vox quam audistis.

46 Sed & Salomõ sedet super solium regni,

47 Et ingressi serui regis, benedixerunt domino nostro regi Dauid, dicentes, Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuum. & adorauit rex in lectulo suo.

G 48 Insuper & hæc locutus est, Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis.

49 Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisque in viam suam.

50 Adonias autem timens Salomonem, sur-

rexit, & abiit in tabernaculum Domini, tenuitque cornu altaris.

51 Et nuntiauerunt Salomoni, dicentes, Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens, Iuret mihi rex Salomon hodie quòd non interficiat seruum suum gladio.

52 Dixitque Salomon, Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: sinautem malum inuentum fuerit in eo, morietur.

53 Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum de altari. & ingressus adorauit regem Salomonem: dixitque ei Salomon, Vade in domum tuam.

CAP. II.

Præcepta Dauidis filio Salomon. Bersellai. Moritur Dauid. Adonias petens Abisag in vxorem occiditur. Abiathar eiiciatur sacerdotio. Interficiuntur Ioab & Semei.

1 APpropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, dicens,

2 Ecce ego ingredior viam vniuersæ terræ: confortare, & esto vir fortis.

3 Et obserua vt custodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in viis eius, & custodias cæremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi: vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocunque te verteris:

4 Vt confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens, Si custodierint filii tui 'vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.

5 Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, *Abner filio Ner, & *Amasæ fil. o Iether: quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælii in balteo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamento suo quod erat in pedibus eius.

6 Facies ergo iuxta sapientiã tuam, & non deduces canitiem eius pacifice ad inferos.

7 Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua: *occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Absalom fratris tui.

8 Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Iemini de Bahurim, *qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad Castra: sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem, & iurauit ei per Dominum, dicens, Nõ te interficiam gladio:

9 Tu noli pati eum esse innoxium, vir autem sapiens es, 'vt scias quæ facies ei, deducesque canos eius cum sanguine ad inferos.

10 *Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauid.

11 Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt: in Hebron regnauit *septẽ annis: in Ierusalem *, tringinta tribus.

12 Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis.

13 Et ingressus est Adonias filius Haggith C ad Beth-sabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei, Pacificúmne est ingressus tuus? Qui respondit, Pacificus.

14 Addidítque, Sermo mihi est ad te. cui ait, Loquere. Et ille,

15 Tu, inquit, nosti quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in regem: sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: à Domino enim constitutum est ei.

16 Nunc ergo petitionem vnam precor à te, ne confundas faciem meam. quæ dixit ad eum, Loquere.

17 Et ille ait, Precor vt dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quicquam potest) vt det mihi Abisag Sunamitidem vxorem.

18 Et ait Beth-sabee Bene, ego loquar pro te regi.

19 Venit ergo Beth-sabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia: & surrexit rex in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thronum suum: posítíque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius.

20 Dixitque ei, Petitionem vnam paruulam D ego deprecor à te, ne confundas faciem meam, & dixit ei rex, Pete mater mea: neque enim fas est vt auertam faciem tuam.

21 Quæ ait, Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor.

22 Respondítque rex Salomon, & dixit matri suæ, Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ postulá ei & regnum: ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Saruiæ.

23 Iurauit itaque rex Salomon per Dominum, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.

24 Et nunc viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me super solium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias.

25 Misítque rex Salomon per manum Banaiæ filii Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus est.

26 Abiathar quoque sacerdoti dixit rex, Vade in Anathoth ad agrum tuum, & quidem vir mortis es: sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei E coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus.

27 Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Domini, 'vt impleretur sermo Domini quem locutus est super domum Heli in Silo.

28 Venit autem nuntius ad "Salomonem, quod Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset: fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris.

Nun-

29 Nuntiatúmque est regi Salomoni quòd fugisset Ioab in tabernaculum Domini, & esset iuxta altare: misítque Salomon Banaiam filium Ioiadæ, dicens, Vade, interfice eũ.

30 Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei, Hæc dicit rex, Egredere. qui ait, Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiauit Banaias regi sermonem, dicens, 'respon- dit Hæc locutus est Ioab, & hæc 'locutus mihi.

31 Dixitque ei rex, Fac sicut locutus est: & interfice eum, & sepeli, & amouebis sanguinem innocentem, qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei.

F 32 Et reddet Dominus sanguinẽ eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos, melioréque se: & occidit eos gladio, patre mco Dauid ignorante: *Abner filium Ner 2.Reg.3. c.27. principem militiæ Israel, * & Amasam fi- 2.Reg.20. c.9. lium Iether principem exercitus Iuda:

33 Et reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum: Dauid autem & semini eius, & domui & throno illius sit pax vsque in æternum à Domino.

34 Ascendit itaque Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eum interfecit, sepultúsque est in domo sua in deserto.

35 Et constituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.

36 Misit quoque rex, & vocauit Semei, dixítque ei, Ædifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi: & non egredieris inde huc, atque illuc.

37 Quacunque autem die egressus fueris, & transieris Torrentem-cedron, scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum.

38 Dixitque Semei regi, Bonus sermo: sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet seruus tuus.

G 39 Habitauit itaque Semei in Ierusalẽ diebus multis. Factũ est autem post annos tres vt fugerent serui Semei ad Achis filium Maacha regem Gerh: nuntiatúmque est Semei, quod serui eius essent in Geth.

40 Et surrexit Semei, & strauit asinũ suum, iuítque ad Achis in Geth ad requirendum seruos suos, & adduxit eos de Geth.

41 Nuntiatum est autẽ regi Salomoni quòd isset Semei in Geth de Ierusalẽ, & rediisset.

42 Et mittens vocauit eum, dixítque illi, Nonne testificatus sum tibi per Dominum, & prædixi tibi, Quacunque die egressus 'fue- ris huc & illuc, scito te esse moriturum? & respondísti mihi, Bonus sermo quem audiui.

43 Quare ergo non custodisti iusiurandum Domini, & præceptũ quod præceperã tibi?

44 Dixitque rex ad Semei, Tu nosti omne malum, cuius tibi conscium est cor tuum, quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum.

45 Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit stabilis coram Domino vsque in sempiternum.

46 Iussit itaque rex Banaię filio Ioiadæ: qui 'egressus 'aggressus, percussit eum, & mortuus est.

CAP. III.

Salomon ducit filiam Pharaonis in vxorem. Petit sapientiam à Deo. Iudicium eius de duabus meretricibus.

1* CONfirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus est Pharaoni regi Aegypti: accepit namque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini, & murum Ierusalem per circuitum. 2.Para. 1.a.1.

2 Attamen populus immolabat in excelsis: non enim ædificatum erat templum nomini Domini vsque in diem illum.

3 Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama.

4 Abiit itaque Salomon in Gabaon, vt immolaret ibi: 'vt quippe erat excelsum maximum: mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon.

5 Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens, Postula quod vis vt dem tibi.

6 Et ait Salomon, Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate & iustitia, & recto corde tecum: custodisti ei misericordiam tuam grãdem, & dedisti ei filium sedentem super thronum", sicut "eius est hodie.

7 Et nunc Domine Deus" tu regnare fecisti "meus seruum tuum pro Dauid patre meo: ego au B rem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitum meum.

8 Et seruus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest præ multitudine.

9 Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum: quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum?

10 Placuit ergo sermo corã Domino, quòd Salomon postulasset huiusce modi rem.

11 Et dixit 'Dominus Salomoni, Quia postu- 'Deus lasti verbum hoc, & non peristi tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorũ tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium:

12 Ecce feci tibi secundum sermones tuos, C & dedi tibi cor sapiens & intelligens, intantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.

13 *Sed & hæc quæ non postulasti dedi tibi, *Sapien. 7.7 diuitias scilicet & gloriam, vt nemo fuerit b.11. similis tui in regibus cunctis retro diebus.

14 Si autem ambulaueris in viis meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea, sicut ambulauit "pater tuus, longos faciam dies tuos.

15 Igitur euigilauit Salomon, & intellexit regnum quod esset somnium: cúmque venisset Ieru salem, stetit coram arca fœderis Domini, & 'Dauid obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas & grande conuiuium vniuersis famulis suis.

Exponitur hic qđ Mat. 6, Primũ quærite

Universidad de Deusto Biblioteca

26 Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo, quarum vna ait,
27 Obsecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna: & peperi apud eam in cubiculo.
28 Tertia autem die postquam ego peperi, peperit & hæc: & eramus simul, nullusque alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus.
19 Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum.
20 Et consurgens intempestæ nostis silētio, tulit filium meū de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo: suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo.
21 Cumque surrexissem mane vt darē lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram.
D 22 Respondit que altera mulier, Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit: econtrario illa dicebat, Mēteris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. atq; in hunc modum contendebant coram rege.
23 Tunc rex ait, Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: & ista respondit, Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit.
24 Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium.
25 Cumque attulissent gladium coram rege, Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri.
26 Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad regem (cōmota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat, Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur.
27 Respondit rex, & ait, Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc est autem mater eius.
28 Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.

'enim

CAP. IIII.

Salomonis principes & præfecti. Apparatus ciborum. Pax. Numerus equorum Salomonis. Sapientia & parabolæ eiusdem.

1 ERat autem rex Salomon regnans super omnem Israel:
2 Et hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc 'sacerdotis:
3 Elihōreph & Ahia filii Sisa, scribę: Iosaphat filius Ahilud, à commentariis.
4 Banaias filius Ioiadæ, super exercitum: Sadoc autem & Abiathar, sacerdotes:
5 Azarias filius Nathan, super eos qui assistebant regi: Zabud filius Nathan, sacerdos amicus regis.
6 Et Ahisar præpositus domus: & Adoniră filius Abda super tributa.
Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel qui præbebant annonam regi, & domui eius: per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.
8 Et hæc nomina eorum: Ben-hur, in monte Ephraim.
9 Bendecar, in Maceс, & in Salebim, & in Beth-semes, & in Elon, & in Beth-hanan.
10 Beth-hesed in Aruboth: ipsius enim erat Socho, & omnis terra Epher.
11 Ben-abinadab, cuius omnis Nephath-dor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxorē.
12 Baana filius Ahilud regebat Thanach & Mageddo, & vniuersam Beth-san, quæ est iuxta Sarthana subter Iezrahel, à Beth-san vsque Abel-mehula eregione Teemaan.
13 Ben-gaber in Ramoth-galaad: habebat Auoth iair filii Manasse in Galaad, ipse erat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta ciuitatibus magnis atque muratis, quæ habebant seras æreas.
14 Ahinadab filius Addo præerat in Manaim.
15 Achimaas in Nephthali: sed & ipse habebat Basemath, filiā Salomonis in coniugio.
16 Baana filius Hus, in Aser, & in Baloth.
17 Iosaphat filius Pharue, in Issachar.
18 Semei filius Ela, in Ben-iamin.
19 Gaber filius Vri, in terra Galaad, & in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Basan, super omnia quæ erant in illa terra.
20 Iuda & Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine comedētes, & bibentes atque lætantes.
21 *Salomon autem erat in ditione sua, habens omnia regna secum, à flumine Terræ Philisthiim vsque ad terminum AEgypti: offerentium sibi munera, & seruientium ei cunctis diebus vitæ eius.
22 Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ.
23 Decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum, & auium altilium.
24 Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans Flumen, quasi à Thaphsa vsque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu.
25 Habitabátque Iuda & Israel absque timore vllo, vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan vsque Ber-sabee cunctis diebus Salomonis,
26 Et habebat Salomon *quadraginta millia præsepia equorum curulium, & duodecim millia equestrium.
27 Nutriebántque eos supradicti regis præfecti: sed & necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo.
28 Hordeum quoque, & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum vbi erat rex, iuxta constitutum sibi.
29 *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis: & latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in littore maris.

'sacerdos

'præerat

Ecclesiast. 47.c.

2. Par. 9. f. 25.

Ecclesiast. 47.c. 16.

Et præce-

30 Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium, & AEgyptiorum,
31 Et erat sapientior cunctis hominibus: sapiētior Ethan Ezrahite, & Heman & Chalcol, & Dorda filiis Mahol: & erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum.
32 Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque millia.
33 Et disputauit super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssōpum quę egredítur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus, & reptilibus & piscibus.
34 Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.

CAP. V.

Hiram dat ligna Salomoni petenti in ædificationem templi. Numerus artificum.

1 MIsit quoque Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonē: audiuit enim quòd ipsum vnxissent regem super Israel pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore.
2 Misit autem Salomon ad Hiram, dicens,
3 Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & quia non 'potuit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum eius.
4 Nunc autem requiem dedit 'Deus meus mihi per circuitum: & non est satan, neque occursus malus.
5 Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, *sicut locutus est "Dauid patri meo, dicens, Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.
6 Præcipe igitur vt præcidant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cùm seruis tuis: mercedem autem seruorū tuorū dabo tibi quæcunqs petieris: scis enim quòmodo non est in populo meo vir qui nouerit ligna cædere sicut Sidonii.
7 Cùm ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait, Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum super populum hunc plurimum.
8 Et misit Hiram ad Salomonem, dicēs, Audiui quæcunque mandasti mihi: ego faciam omnem voluntatē tuam in lignis cedrinis & abiegnis.
9 Serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus in mari, vsque ad locum quem significaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præbebisque necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ.
C 10 Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnē voluntatem eius.
11 Salomon autem præbebat Hiram viginti millia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.
12 Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus.
13 Elegitque rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum.
14 Mittebátque eos in Libanum, decem millia per mēses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus essent in domibus suis: & Adoniram erat super huiuscemodi indictione.
15 'Fuerunt itaque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant: & octoginta millia latomorum in monte:
16 Absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium, & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus.
17 Præcepitque rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentū templi, & quadrarent eos:
18 Quos dolauerunt cæmentarii Salomonis, & cæmentarii Hiram: porrò Giblii præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

D

'Fuerúntque

CAP. VI.

Fabrica & forma templi. Salomonem non deseruturus Deus, ambulantem in præceptis ipsius. Oraculum. Sanctum sanctorum.

1 FActum est ergo quadringēntesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terra-AEgypti, in anno quarto (mense Zio, ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum Domino.
2 Domus autem quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine.
3 Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.
4 Fecitque in templo fenestras obliquas.
5 Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu.
6 Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, vt non hærerent muris templi.
7 Domus autem cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur.
8 Ostium lateris medii in pariete erat domus dextræ: & per cochleam ascendebant in medium cœnaculū, & à medio in tertium.
9 Et ædificauit domum, & consummauit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis.
10 Et ædificauit tabulatū super omnem domum quinq; cubitis altitudinis, & operuit

'potuerit

'Dominus

2. Reg. 7. 3. Par. 22. 6. 10.

'Dominus

'parte

B

domum lignis cedrinis.
11 Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens,
12 Domus hæc quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo sermonē meum tibi, quem locutus sum ad Dauid patrē tuum.
13 Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meum Israel.
14 Igitur ædificauit Salomon domū, & consummauit eam.
15 Et ædificauit parietes domus intrinsecus, tabulatis cedrinis: à pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & vsque ad laquearia, & operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimentum domus tabulis abiegnis.
16 AEdificauitque viginti cubitorum ad posteriorem partem tem[illegible] tabulata cedrina, à pauimento vsque ad superiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum.
17 Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi.
18 Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, & iuncturas suas fabrefactas, & cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.
19 Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis Domini.
20 Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. sed & altare vestiuit cedro.
21 Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis.
22 Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro.
23 Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum, decē cubitorum altitudinis.
24 Quinque cubitorum ala cherub vna, & quinque cubitorum ala cherub altera: id est decem cubitos habentes, à summitate alæ vnius vsque ad alæ alterius summitatem.
25 Decem quoque cubitorum erat cherub secundus: in mensura pari, & opus vnum erat in duobus cherubim,
26 Id est altitudinem habebat vnus cherub decem cubitorum, & similiter cherub secundus.
27 Posuitque cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub secūdi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se inuicem contingebant.
28 Texit quoque cherubim auro.
29 Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis & torno: & fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominētes de pariete, & egredientes.
30 Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus.
31 Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum, postésque angulorū quinque.
32 Et duo ostia de lignis oliuarū: & sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm palmas, & cætera auro.
33 Fecitque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos:
34 Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: & vtrunque ostium duplex erat, & se inuicem tenens aperiebatur.
35 Et sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.
36 Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri.
37 Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio.
38 Et in anno vndecimo, mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilib⁹ suis: ædificauitque eam annis septem.

TEMPLVM SINE TECTO.



Templum ea de causa absque tecto, & muro à fronte tuis oculis subiecimus, vt ordo seriesque rerum quæ intus erant appareat.

A B *Longitudo, 60 cubitorum.*
A C *Latitudo, 20. cubitorum, nempe intrinsecus absque murorum crassitudine.*
C D *Altitudo, 30. cubitorum.*
G H *Longitudo porticus fronti templi obiecta, eiusdem latitudinis cum templo, A C. Hæc porticus 10. erat cubitorum latitudinis, A G, & C H.*
I *Fenestræ templi obliquæ, siue laxiores in trinsecus, & extrinsecus arctæ.*
E F *Tabulata per gyrum tria, siue appendices, ad Meridiem, Occidentem, & Aquilonem, quarū ima quinque cubitos latitudinis habebat. K: media sex, L: suprema, septem, M: singulæ altitudinis 5. cubitorum.*
N O P *Retractationes, siue reductiones in muro templi, quibus innitebantur capita trabium quę tabulatum ab altero distrahebant. Ad Meridiem erat cochleæ, per quam ad tabulata ascendebatur: quam ideo non expressit pictor, ne reliquæ picturæ officeret. Huiusmodi hodie extant in monasteriis ad dormitorium ascendendum.*
Q *Templum, siue Sanctum, in quo candelabra decem, quinque ex latere vno, & quinque ex altero. T.*
V *Mensæ decem, duplicibus ordinibus dispositæ, ad reponendos panes propositionis.*
X *Altare thymiamatis.*
R *Sanctum sanctorum, siue Oraculum in quo arca fœderis.*
S *Ostiola, siue valuę in introitu Oraculi.*

TEMPLVM TECTVM, CVM PORTICV SVA, atrio sacerdotum, & atrio populi.



Hoc schema exteriorem partem templi, am'asque columnas quæ ante templum intra porticum collocabantur exprimit.

A *Atrii sacerdotii, quod & atrij interioris dicitur, quoniã propinquius erat Tẽplo quã illis à populi.*
B *Altare holocausti, quod longè illo Moysi maius erat. nam 20. cubitos longitudinis, totidémque latitudinis, & 10. altitudinis habebat.*
C *Decem labra, siue lauacra, 2. Par. 4. b. 6. & 6. b. 13.* D *Mare, 2. Par. 4. a. 2.*
E *Atrium populi, quod basilica, siue basilica grandis, 2. Par. 4. c. 9. & 6. b. 13. dicitur & Act. 3. b. 11. & 5. c. 12. porticus Salomonis. Hoc atrium nomine Tẽpli sæpe intelligitur in Nouo Testamento, vt Mat. 21. a 4. & Act. 3. a 1. quod in populus plerã non progrediebatur, sed in illo adorabat. In hoc atrio concionabatur Christus, & ex eo vendentes & ementes eiecit.*
F *Basis ænea, siue suggestum, in quo stabat Salomon, vt magis conspiceretur, & orante à populo audiretur. quod erat longitudinis & latitudinis 5. cubitorum, & altitudinis trium, 2. Par. 6. b. 13.*
G *Porta Orientalis, quæ porta Sur aut Sciri, 4. Reg. 11. b. 6. & porta fundamenti. 2. Par. 23. a. 5. dicitur. Hanc nonnulli putant eam esse quæ Act. 3. a. 2. b. 10. dicitur Porta speciosa, quòd omnium portarum Orientalis esset pulcherrima: atque etiã quod per illam populus atrium non ingrederetur, sed tantùmodo Princeps, vt extat in Ezechiele 44. a. 3. Populus autẽ per Meridianã & Aquilonã vẽ portã ingrediebatur atrium, vt ex ipsa schemate cognosci potest, & ex cap. 46. c. 9. Ezechielis.*

CAP. VII.

Domus Salomonis in saltu. Domus filiæ Pharaonis. Hiram fundit columnas, mare fusile, bases æneas, lauateres.

1 DOmum autem suam ædificauit Salomon * tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit.

Infra 9. 10.

2 Ædificauit quoque domũ saltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorũ altitudinis: & quatuor ordines columnarum cedrinarum: ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

3 Et tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur.

4 Vnus autẽ ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem positas,

Et ere

5 Et eregione se respicientes, æquali spatio inter colũnas, & super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.

6 Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticũ in facie maioris porticus: & columnas, & epistylia super columnas fecit.

7 Porticum quoque solii: in qua tribunal est, fecit: & texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatem.

8 Et domuncula in qua [a] sedebatur ad iudicandum, erat in media porticu simili opere. [a] sedebatur

9 Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant à fundamento vsque ad summitatem parietum, & [b] intrinsecus vsque ad atrium maius. [b] extrinsecus.

10 Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis [c] decem siue octo cubitorum.

11 Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, simili ẽrq; de cedro.

Sup. 3. 1.

domum quoque fecit filiæ Pharaonis, (quã vxorem duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum.

PRIMVM SCHEMA DOMVS SALTVS LIBANI, SIVE domus columnarum, siue regiæ rusticæ, sublato ante pariete.



Multis modis allucinati sunt qui huic domui duas contulerunt mansiones, cùm Scriptura non tradat. quique superiorem mansionem fenestris carentem in modum hypogei expresserunt: ac etiam qui cochleam superiorem mansionem ascendendi causa non exhibuerunt. postèaque qui porticum, vt conueniebat, ante domum non collocarunt.

A E *Longitudo* 100. *cubitorum.*
B C *Latitudo* 50. *cubitorum.*
B D *Altitudo* 30. *cubitorum.*
E F G H *Quatuor deambulatoria, siue potius quatuor ordines columnarum cedrinarum, quarum primum tantùm ordinem ereximus: reliquos verò tres ordines paruulis quadris dessignauimus, vt magis vltimæ ædes conspicuæ fierẽt.*
I *Capita trabium, quæ columnis innitebantur.*
K *Fenestræ triplicibus ordinibus dispositæ.*
L *Porticus columnarum, siue porticus domus columnarum, aut porticus seu vestibulum domus saltus Libani. 50. cubitorum longitudini,* M N, *& latitudini 30.* M O, *& N O.

SECVNDVM SCHEMA DOMVS SALTVS LIBANI.



Hoc secundum schema sub exp. simus, vt domus saltus Libani à nostris rectius intelligi a caso-

quam.

quaris. Nam primum schema tuis oculis subiecimus sublato muro à fronte, vt series rerum quæ intus erãt appareret, sed in hoc secundo exprimimus domum extrinsecus cum porticu sua innixa columnis, quas illis adiecimus vt structura constaret: neutrum nobis visum fuit, quoniam earum ordinem Scriptura non exprimit. Quæ autem intelligendum, Salomonem ædificasse hanc regiam propè Ierusalem, in loco amœno qui appellabatur saltus Libani: quòd cum ipso Libano, qui erat in Syria, certare videretur. in illaque per ætatem agebat, itaque sortita est tam copiosum fenestrarum numerum, vt illa esset opportunior ventis hinc inde excipiendis, quemadmodum ex ipso schemate apparet. Porticum solii seu tribunalis, id est porticum in qua ius reddebat populo Salomon, in altero schemate non expressimus, propterea quòd illius situationem Scriptura non designat. Tamen illic exitisse vnam dubitandum non est, vt etiam exprimit Scriptura. Absit dictum enim esset (vt quibusdam placet) dicere Salomonem ibi non habuisse tribunalis porticum, iudicandi causa. quoniam negotium magnum illi fuisset omnibus horis adire illam in Ierusalem, vt vnicuique ius redderet, quòd verisimile non est, sed etiam in regia illa porticum solii habuisse, in qua dum in ea ageret, ius populo reddebat, quemadmodum in Ierusalem, vt infrà videre licet, cap. 10. v. 19. Ideoque porticus quæ ante domum erat, habebat contignationem vnam deambulationis causa. Quando dicitur Salomonẽ domum ad illã regiã maximè accedentem filia Pharaonis, quæ erat ei vxor, ædificasse, ex eo apparet, illum comitatus sui partem conducere, cùm illuc iter haberet, itaque diu commorari. Idcirco illi porticum tribunalem illic habere opus erat, ad hæc quoque quòd circum essent aliæ domus, ad eius comitatum hospitio excipiendum.

ALTERA COLVMNARVM ænearum vestibvli templi.

Duæ columnæ fronti templi obiiciebantur, ambæ eiusdem formæ, nempe altæ 18. cubitos.

A B Rotunditas columnæ 12. cubitos cæplebat. Posita super columnam capitellum 5. cubitorum altitudinis, factum ex duobus hemisphæriis, cancello reticulo, E D. In singulis columnæ hemisphæriis erant singuli ordines malogranatorum sculptorum in ipsis maculis & intertextilis reticuli, E. Reliqua verò hemisphæriorũ portio erat sparsa liliis. A vertice autem capitelli dependebant septem funiculi.

C C Lineæ, siue filum ambiens.

1 Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, & vnius ordinis de dolata cedro: necnon & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus.

2 Misit quoque rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro,

14 Filiũ mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificẽ ærariũ, & plenũ sapientia & intelligentia, & doctrina ad faciendũ omne opus ex ære. Qui cùm venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus eius.

15 Et finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnã vnã: & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtranque.

16 Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum. C

17 Et quasi in modum retis, & catenarum sibi inuicẽ miro opere contextarũ: vtrunque capitellum columnarum fusile erat: septena versum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero.

18 Et perfecit columnas, & duos ordines (per circuitum retiaculorum singulorum, vt tegerent capitella quæ erant super summitatem) malogranatorum: eodem modo fecit & capitello secundo.

19 Capitella autẽ quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erãt in porticu, quatuor cubitorum,

20 Et rursum alia capitella in summitate colũnarum désuper iuxta mensurã colũnæ cõtra retiacula: malogranatorũ autẽ ducẽti ordines erãt in circuitu capitelli secũdi.

21 Et statuit duas colũnas in porticu templi: cùmq; statuisset colũnã dexterã, vocauit eã nomine Iachin: similiter erexit colũnam secundam, & vocauit nomen eius Booz.

22 Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit: perfectúmque est opus columnarum.

23 Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio vsque ad labium, rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo eius, & resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. D

24 Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum * histriatarum erant fusiles.

25 Et " stabant super duodecim bones, è quibus tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem: & mare super eos désuper erat: quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabant.

* Striatarũ

" stabat

DES-

DESCRIPTIO MARIS, ID EST VASIS continentis aquæ vim maximam.

A B Decem cubiti a labio vno vsque ad alterum: hoc est in diametro, qui erat tertia pars eius circunferentiæ, quæ 30. habebat cubitos E F.

C D Altitudo, quinque cubitorum.

G Cinctus duę ornatæ tuberculis trecentis, instar cucurbitarum, in quibus deformatæ erant capita boum, 2. Par. 4. a. 3. In capitibus autem illius boum erant fistulæ ad educendã aquam.

26 Grossitudo autem lutêris, trium vnciarum erat: labiúmque eius, quasi labium calicis, & foliam repandi lilii: duo millia batos capiebat, & tria millia metretas.

27 Et fecit decem bases æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis.

28 Et ipsum opus basium, interrasile erat: & sculpturæ inter iunsturas.

29 Et inter coronulas & plectis, leones & boues & cherubim: & in iuncturis similiter désuper: & subter leones & boues quasi flora ex ære dependentia.

30 Et quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei: & per quatuor partes quasi humeruli subter lutêrem fusiles, contra se inuicem respectantes.

31 Os quoque lutêris intriusecus erat in capitis summitate: & quod forinsecus apparebat, vnius cubiti erat, torũ rotundum, paritérque habebat vnum cubitum & dimidium: in angulis autem columnarum variæ cæsaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata, non rotunda.

32 Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, coãrebant sibi subter basim: vna rota habebat altitudinis cubitum & semis.

33 Tales autem rotæ erant quales soleant in curru fieri: & axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fusilia.

34 Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant.

35 In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnius & dimidii cubiti, ita fabrefacta, vt luter désuper posset impani, habens cælaturas suas, variásque sculpturas ex semetipsa.

36 Sculpsit quoque in tabulatis illis quæ erant ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, vt non cælata: sed appositè per circuitum viderentur.

a Alii vbique legunt scalpturæ & scalpsit.

b inter iuncturas

LVTERIS, SIVE CONCHAE
vnius è decem forma.

Basis super quam luteres stabant, & cuiusvis longitudinis A B. & eiusd. latitudinis B C. altitudinisque vtrius A D. Columella in formam capitelli, latitudinis cuiusli, & dimidii altitudinis, in qua calatuæ cherubim, leonum, & palmarum, vt ostendi schema. illaque calatuæ circundatæ erant super-subiitque simbriæ vna, quam lora ex ære dependentia appellat F. Quatuor rotæ, altitudinis cubiti & semis G. Humeruli siue sustentacula H.

F 37 In hunc modum fecit decẽ bases, fusura vna, & mensura, sculpturaque consimili.

38 Fecit quoque decem lutéres æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, erátq; quatuor cubitorum: singulos quoque luteres per singulas, id est decẽ bases, posuit.

39 Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partẽ templi, & quinque ad sinistram: Mare autem posuit ad dexteram partem templi cõtra Orientem ad Meridiem.

*quoque *lebetas* 40 Fecit ergo Hiram *lebetes, & scutras, & amulas, & perfecit omne opus regi Salomonis in templo Domini.

41 Columnas duas, & funiculos capitellorũ super capitella columnarum duos: & retacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum,

42 Et malogranata quadringenta in duob* retiaculis: duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarum.

43 Et bases decem, & luteres decem super bases.

44 Et mare vnum, & boues duodecim subter mare.

G 45 Et lebetes, & scutras, & amulas. omnia vasa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant.

46 In cãpestri regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Sochoth & Sarthã.

47 Et posuit Salomo omnia vasa in domo Domini: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris.

48 Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini: altare aureum, & mensam super quã ponerẽtur panes propositionis, aureã:

49 Et candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram contra oraculum ex auro *puro: & quasi lilii flores, & lu* primo: cernas désuper aureas: & forcipes aureos,

50 Et hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo: Et cardines ostiorum domus interioris Sancti sanctorum, & ostiorum domus templi, ex auro erant.

51 Et perfecit omne opus quod faciebat* Salomon in domo Domini, & intulit quæ sanctificauerat David pater suus, argẽtum, & aurum, & vasa, reposuitque in thesauris domus Domini. *rex 2. Par. 5. 1.

CAP. VIII.

Collocata in templo arca impletur templum caligine. Salomon gratias Deo actis orat vt exaudiantur qui in templo orauerint. Corda soluit Deus nouit. Omnes peccatores. Multatis victimis dedicatur templum.

1 TVnc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israel ad regem Salomonem in Ierusalem: vt deferrent arcam fœderis Domini, de ciuitate Dauid, id est de Sion.

2 Conuenitque ad regem Salomonem vniuersus Israel in mense* Bethanim, in solenni die, ipse est mensis septimus. *Ethanim,

3 Veneruntque cuncti senes de Israel, Et tule

4 Et tulerunt arcam sacerdotes, & portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa sanctuarii quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ.

5 Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israel quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues absq; æstimatione & numero.

6 Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum subter alas cherubim.

7 Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, & protegebant arcam, & vectes eius désuper.

8 Cúmque eminerent vectes, & apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà exterioribus, qui & fuerunt ibi vsque in præsentem diem.

Heb. 9.4. 9 In arca autem non erat aliud, *nisi duæ tabulæ lapideæ* quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel, cum egrederentur de Terra Aegypti.

Exo. 34. v. 27.

B 10 Factum est autem cùm exissent sacerdotes de sanctuario, *nebula implebat domum Domini.

Exod. 40. 34. num. 9. 15.

11 Et non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini.

2. Par. 6. 1.

12 *Tunc ait Salomon, Dominus dixit vt habitaret in nebula.

*in

13 AEdificans ædificaui domum* & habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum.

14 Conuertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel: omnis enim ecclesia Israel stabat.

15 Et ait Salomon, Benedictus Dominus Deus Israel, qui locut* est ore suo ad David patrem meum, & in* manibus eius perfecit, dicens,

*manu

16 A die qua eduxi populum meum Israel de AEgypto, nõ elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt ædificaretur domus, & esset nomen meum ibi: sed elegi David, vt esset super populum meum Israel.

2. Reg. 7. 6.

17 * Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel:

18 Et ait Dominus ad David patrẽ meum, Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans:

19 Veruntamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

20 Confirmauit Dominus sermonem suum, quem locutus est: & stetique pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel.

21 Et constitui ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini est, quod percussit cum patribus nostris quando egressi sunt de Terra AEgypti.

22 Stetit autem Salomon ante altare Domini coram in conspectu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cælum, & ait,

23 *Domine Deus Israel, non est similis tui 2. Macha. Deus in cælo désuper, & super terram deor 2. 8. 2. sum: qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo.

24 Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei: ore locutus es, & manibus perfecisti, vt hæc dies probat.

25 Nunc igitur Domine Deus Israel, conserua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens, *Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronũ Israel: ita tamen si custodierint filii tui viã suam, vt ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo. 2. Reg. 7. 16. 3. Reg. 2. 4. 6. 12.

26 Et nunc Domine Deus Israel firmentur verba tua, quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo.

27 Ergòne putandum est quòd vere Deus habitet super terram? si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui?

28 Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: audi hymnum & orationẽ quam seruus tuus orat coram te hodie,

29 Vt sint oculi tui aperti super domum hãc nocte ac die: super domum de qua dixisti, *Erit nomẽ meũ ibi: vt exaudias orationẽ, Deut. 12. quam orat in loco isto ad te seruus tuus, b. 11.

30 Vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, quodcunque orauerint in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cælo: & cũ exaudieris, propitius eris.

31 Si peccauerit homo in proximum suum, D & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus: & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuã,

32 Tu exaudies in cælo: & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius, iustificánsque iustum, & retribuens ei secundum iustitiam suam.

33 Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccauerũt est tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac:

34 Exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum.

35 Si clausum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam:

36 Exaudi eos in cælo, & dimitte peccata seruorum tuorum, & populi tui Israel: & ostende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam super terrã* quam dedisti populo tuo in possessionem. *tuam

37 Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuer-

sa infirmitas.

38 Cuncta denoratio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel: siquis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac,

39 Tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum)

40 Vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris.

41 Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum.

42 (Audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique) cum venerit ergo, & oranerit in hoc loco,

43 Tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discãt vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & vrobent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui.

44 Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quocunque miseris eos, orabunt te contra viam ciuitatis quam elegisti, & contra domum quam ædificaui nomini tuo,

45 Et exaudies in cælo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum.

2. Par. 6. f. 36. ioã. 10. d. 8. eccles. 7. c. 21.

46 Quod si peccauerit tibi (*non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longè vel propè,

47 Et egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes, Peccauimus, iniquè egimus, impiè gessimus:

48 Et reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorum suorum, ad quam captiui ducti fuerint: & oranerint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificaui nomini tuo: exaudies in cælo,

F 49 In firmamento solii tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum:

50 Et propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis.

51 Populus enim tuus est, & hæreditas tua, quos eduxisti de Terra-AEgypti, de medio fornacis ferreæ.

52 Vt sint oculi tui aperti ad deprecationẽ serui tui, & populi tui Israel, & exaudias eos in vniuersis pro quibus inuocauerint te.

53 Tu enim separasti eos tibi in hæreditatẽ de vniuersis populis terræ, sicut locutus es per Moysen seruum tuum, quando eduxisti patres nostros de AEgypto Domine Deus.

54 Factum est autem, cùm complesset Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini: vtrumque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum.

55 Stetit ergo, & benedixit omni ecclesiæ Israel voce magna, dicens,

56 Benedictus Dominus qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia quæ locutus est: non cecidit ne vnus quidem sermo ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen seruum suum.

57 Sit Dominus Deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque proiiciens.

58 Sed incliner corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis viis eius, & custodiamus G mandata eius, & cæremonias eius, & iudicia quæcunque mandauit patribus nostris.

59 Et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, vt faciat iudicium seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies:

60 *Et sciant omnes populi terræ quia Dominus ipse est Deus, & non est vltrà absque eo.

*vt

61 Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodie.

62 Igitur rex & omnis Israel cum eo, immolabant victimas coram Domino.

63 Mactauitque Salomon hostias pacificas quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia: & dedicauerunt templum Domini rex &*filii Israel.

*omnes

64 In die illa sanctificauit rex medium atrii quod erat ante domũ Domini: fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum: quoniam altare æreum quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum.

*rex

65 Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vsque ad Riuum-AEgypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus & septem diebus, id est quatuordecim diebus.

66 Et in die octaua dimisit populos: qui benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua lætantes, & alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat Dominus David seruo suo, & Israel populo suo.

C *quoque

CAP. IX.

Deus secundò apparet Salomoni. Dat Salomon oppida regi Hiram. AEdificat ciuitates. Facit Chananæos tributarios. Mittit classem pro auro.

1 *FActum est autem cùm perfecisset Salomon ædificium domus Domini, & ædificium regis, & omne quod optauerat & voluerat facere,

*2. Para. 7. c. 11.

2 Apparuit ei Dominus secundò sicut apparuerat ei in Gabaon:

*sup. 3 d. 5.

3 Dixitque Dominus ad eum, Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuã, quam deprecatus es coram me: sanctificaui domum hanc quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

4 Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit *pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ precepi tibi, & legitima mea & iudicia mea seruaueris:

*Dauid

5 Ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, *sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens, Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel.

2 Reg. 7. b. 12. 3. c. 2. 3. para. 22. b. 10.

6 Si autem auersione auerti fueritis vos & filii vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea & cæremonias quas proposui vobis, sed abieritis & coluerit is deos alienos, & adorauerit is eos:

B 7 Auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis, & templum quod sanctificaui nomini meo proiiciam à conspectu meo, eritque Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis.

8 Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit per eam, stupebit & sibilabit, & dicet, *Quare fecit Dominus sic terræ huic & domui huic?

Deut. 29. d. 24. Ierem. 22. b. 8.

9 Et respondebunt, Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de Terra-AEgypti, & secuti sunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.

10 *Expletis autem annis viginti postquam ædificauerat Salomon duas domos, id est domum Domini, & domum regis,

*2. Para. 8. c. 1.

11 (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat) tunc dedit Salomo Hirã viginti oppida in Terra-Galilææ.

12 Et egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei, & ait,

13 Hæcine sunt ciuitates quas dedisti mihi, frater? & appellauit eas Terram-Chabul, vsque in diem hanc.

C 14 Misit ergo Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri.

15 Hæc est summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini & domũ suam, & Mello, & murum Ierusalem, & Heser, & Mageddo, & Gazer.

16 (Pharao rex AEgypti ascẽdit, & cepit Gazer, succenditque eam igni: & Chananæum qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotẽ filiæ suæ vxori Salomonis.

17 AEdificauit ergo Salomon Gazer, & Bethoron inferiorem,

18 Et Baalath & Palmiram in terra solitudinis.

19 Et omnes vicos qui ad se pertinebant, & erant absque muro, munitæ, & ciuitates curruũ & ciuitates equitum, & quodcunque ei placuit vt ædificaret in Ierusalem, & in Libano, & in omni terra potestatis suæ.)

20 Vniuersum populum qui remanserat de Ammorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non sunt de filiis Israel:

21 Horum filios, qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filii Israel exterminare: fecit Salomon tributarios, vsque in diem hanc.

22 De filiis autem Israel non constituit Salomon seruire quenquam, sed erant viri bellatores, & ministri eius & principes & duces, & præfecti curruum & equorum. D

23 Erant autem principes super omnia opera Salomonis præpositi, quingenti quinquaginta qui habebant subiectum populum, & statutis operibus imperabant.

24 *Filia autem Pharaonis ascendit de Ciuitate-Dauid in domum suam quam ædificauerat ei Salomon: tunc ædificauit Mello.

*2. Para. 8. c. 11.

25 Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta, & pacifica victimas super altare quod ædificauerat Domino, & adolebat thymiana coram Domino, perfectúmque est templum.

26 Classem quoque fecit rex Salomon in Asion-gáber, quæ est iuxta Ailath, in litore Maris-rubri, in Terra-Idumææ.

27 Misitque Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris, cum seruis Salomonis:

28 Qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorũ viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

CAP. X.

Regina Saba. Census Salomonis annuus. Throni, vasa aurea, currus, equites. Argenti abundantia.

1 *SEd & regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus.

*2. Par. 9. a. 1. mat. 12. d. 42. luc. 11. d. 31.

2 Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo.

3 Et docuit eam Salomon omnia verba quæ *proposuit: non fuit sermo qui regem posset latêre, & non responderet ei.

*proposuerat

4 Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos mensæ eius,

5 Et habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestésque eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo Domini, non habebat vltrà spiritum.

6 Dixitque ad regem, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua:

7 Et non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nuntiata non fuerit: maior est sapientia, & opera tua, quàm rumor quem audiui.

8 Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. E

9 Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel, eo quod dilexerit Dominus Israel in sempiternum, & constituit te regem, vt faceres iudicium & iustitiam.

10 Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas; non sunt allata vltrà aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

11 (Sed & classis Hiram quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas,

12 Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini & domus regiæ, & citharas Iyrásque cantoribus: non sunt allata huiusmodi ligna thyina, neque visa vsque in præsentem diem.)

13 Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his quæ vltrò obtulerat ei munere regio.

14 Quæ reuersa est, & abiit in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri C
quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri: offerebatur

15 Excepto eo quod afferebant viri, qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersique scruta vendentes, & omnes reges Arabiæ, ducésque terræ.

16 Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius.

17 Et trecentas peltas ex auro probato, trecentæque minæ auri vnam peltem vestiebant: posuitque eas rex in domo saltus Libani.

18 Fecit etiã Rex Salomon thronũ de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis.

19 Qui habebat sex gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atque inde tenẽtes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas:

SOLIVM EBVRNEVM.

20 Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in vniuersis regnis.

21 Sed & omnia vasa, de quibus potabat rex Salomon, erant aurea: & vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alicuius pretii putabatur in diebus Salomonis,

22 Quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum & dentes elephantorum, & simias, & pauos.

D 23 Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ diuitiis & sapientia.

24 Et vniuersa terra desyderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius quam dederat Deus in corde eius.

25 Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoque, & equos, & mulos, per annos singulos.

26 Congregauitq; Salomon currus & equites, & fuĩ sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim milia equitum: & disposuit eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ierusalem.

27 Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudinem quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus

Et educe-

28 Et educebantur equi Salomoni de AEgypto & de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, & statuto pretio perducebant.

29 Egrediebatur autem quadriga ex AEgypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.

CAP. XI.

Salomoni colenti idola regnum diuidendum predicitur. Astarthen, Chamos, Moloch. Adad Aduersarius Salomoni. Razon. Ieroboam vt belli dux Ahias decem tribus Israel. Salomone mortuo regnat Roboam.

Deuteron. 17. c. 17. REX autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas:

2 De gentibus super quibus dixit Dominus
Exod. 34. filiis Israel, *Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.

3 Fuerúntque ei vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ: & auerterunt mulieres cor eius.

4 Cúmque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectũ cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius.

5 Sed colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Moloch idõlum Ammonitarum.

B 6 Fecítque Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimpleuit vt sequeretur Dominũ, sicut Dauid pater eius.

7 Tunc ædificauit Salomon phanum Chamos idõlo Moab, in monte qui est contra Ierusalẽ, & Moloch idõlo filiorũ Ammon.

8 Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant diis suis.

9 Igitur iratus est Dominus Salomoni, quod auersa esset mens eius à Domino
Sup. 6. b. 11. 9. 4. 2. Deo Israel, *qui apparuerat ei secundo,

10 Et præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, & non custodiuit quæ mandauit ei Dominus.

11 Dixit itaque Dominus Salomoni, Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, dissrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo.

12 Veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum: de manu filii tui scindam illud, nec totum regnum auferam,

C 13 Sed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & Ierusalem quam elegi.

14 Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom.

2. Reg. 8. 14. 15 *Cum enim esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa,

16 (Sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa)

17 Fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur AEgyptum: erat autem Adad puer paruulus.

18 Cúmque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tulerúntque secum viros de Pharan, & introierunt AEgyptum ad Pharaonem regem AEgypti, qui dedit ei domũ, & cibos constituit, & terrã delegauit.

19 Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, intantum vt daret ei vxorem, so- D
rorẽ vxoris suæ germanã Taphnes reginæ.

20 Genuítque ei soror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eum Taphnes in domo Pharaonis: erátque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis eius.

21 Cúmque audisset Adad in AEgypto, dormisse Dauid cum patribus suis, & mortuum esse Ioab principem militiæ, dixit Pharaoni, Dimitte me, vt vadam in terram meam.

22 Dixítque ei Pharao, Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille respondit, Nulla: sed obsecro te vt dimittas me.

23 Suscitauit quoque ei Deus aduersarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba dominum suum:

24 Et congregauit contra eum viros, & factus est princeps latronum cum interficeret eos Dauid: abiérúntque Damascum, & habitauerunt ibi, & constituerunt eum regem in Damasco,

25 Erátque aduersarius Israeli cunctis die- B
bus Salomonis: & hoc est malum Adad, & odium contra Israel, regnauítque in Syria.

26 Ieroboam quoque filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda, seruus Salomonis (cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua) leuauit manum contra regem.

27 Et hæc est causa rebellionis aduersus eũ, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui.

28 Erat autem Ieroboam, vir fortis & potens: vidénsque Salomon adolescentem bonæ indolis & industrium, constituerat eum præfectum super tributa vniuersæ domus Ioseph.

29 Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta, in via, opertus pallio nouo: erant autem duo tantùm in agro.

30 Apprehendénsque Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat, scidit in duo- F
decim partes.

31 Et ait ad Ieroboam, Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus Israel, "Ego scindam regnum de manu Salo- "Ecce
monis, & dabo tibi decem tribus.

32 Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus Israel.

33 Et quòd dereliquerit me, & adorauerit Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos

deum Moab, & Moloch deum filiorum Ammon: & non ambulauerit in viis meis, vt faceret iustitiam coram me, & præcepta mea, & iudicia sicut Dauid pater eius.

34 Nec auferam omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mandata mea & præcepta mea.

35 Auferam autem regnum de manu filii eius, & dabo tibi decem tribus:

36 Filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem ciuitate quam elegi vt esset nomen meum ibi.

G 37 Te autem assumam, & regnabis super omnia quæ desyderat anima tua, eritque rex super Israel.

38 Si igitur audieris omnia quæcunque præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid domum, & tradam tibi Israel:

39 Et affligam semen Dauid super hoc, verumtamen non cunctis diebus.

40 Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui surrexit & aufugit in AEgyptum ad Sesac regem AEgypti, & fuit in AEgypto vsque ad mortem Salomonis.

41 Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius: ecce vniuersa scripta sunt in Libro verborum dierum Salomonis.

42 Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt.

43 Dormiuitq; Salomon cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauid patris sui, regnauitque Roboam filius eius pro eo.

CAP. XII.

Roboam consilium iuuenum secutus, super duas tantum tribus regnat. Aduram Lapidatur. Ieroboam regnat super decem tribus Israel. Roboam debortatur Deut ne bellet contra fratres suos. Ieroboam facit vitulos aureos.

2. Paral. 10. a. 1 VEnit autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis populus Israel ad constituendum eum regem.

2 At vero Ieroboam filius Nabat, cùm adhuc esset in AEgypto profugus à facie regis Salomonis, audita morte eius, reuersus est de AEgypto.

3 Miserunt[que], & vocauerunt eum: venit ergo Ieroboã, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes,

4 Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi.

5 Qui ait eis, Ite vsque ad tertium diem, & reuertimini ad me.

6 Cúmque abiisset populus, iniit consilium rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre eius, cùm adhuc viueret, & ait, Quod datis mihi consilium, vt respondeam populo huic?

7 Qui dixerunt ei, Si hodie obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorum cesseris, locutúsque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus.

8 Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, & adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo, & assistebant illi, dixitque ad eos,

9 Quod mihi datis consilium, vt respondeam populo huic qui dixerunt mihi, Leuius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos?

10 Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo, Sic loquere populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu releua nos: sic loquéris ad eos, Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Ecclesiast 47. d. 28.

11 Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. C

12 Venit ergo Ieroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia sicut locutus fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die tertia.

13 Respondítque rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant.

14 Et locutus est eis secundum consilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

15 Et non acquieuit rex populo: quoniam auersatus fuerat eum Dominus, vt susciD taret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboam filium Nabat. Sup. 11. 6. 11.

16 Videns itaque populus quòd noluisset eos audire rex, respondit ei, dicens, Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Iaai? Vade in tabernacula tua Israel. nunc vide domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua.

17 Super filios autem Israel, quicunque habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam.

18 Misit ergo rex Roboam Aduram qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. porro rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Ierusalem,

19 Recessítque Israel à domo Dauid, vsque E in præsentem diem.

20 Factum est autem, cùm audisset omne Israel quòd reuersus esset Ieroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec secutus est quispiam domum Dauid præter tribum Iuda solam.

21 Venit autem Roboam Ierusalem, & congregauit vniuersam domum Iuda, & tribum Beniamin, centum octoginta millia electorum virorum, & bellatorum, vt pugnarent contra domum Israel, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis.

Factus

2. Paral. 11. a. 1. *Dei

22 *Factus est autem sermo *Domini ad Semeiam virum Dei, dicens,

F 23 Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicens,

24 Hæc dicit Dominus, Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel: reuertatur vir in domum suam, à me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, & reuersi sunt de itinere sicut eis præceperat Dominus.

25 AEdificauit autem Ieroboam Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi: & egressus inde ædificauit Phanuel.

Supra 11. 3. 37. 26 Dixítque Ieroboam in corde suo, *Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid,

27 Si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem: & conuertetur cor populi huius ad dominũ suũ Roboam regem Iuda, interficiétque me, & reuertentur ad eum.

28 Et excogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltrà ascendere in Ierusalem, *ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de Terra AEgypti.

Exod. 32. 4. 8.

G 29 Posúitque vnum in Beth-el, & alterum in Dan:

30 Et factum est verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum vsque in Dan.

3. Paral. 11. b. 9. *sacerdotes

31 Et fecit phana in excelsis, *& sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui.

32 Constitúitque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ *celebratur in Iuda. Et ascendens, altare similiter fecit in Beth-el; vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: constitúitque in Beth-el sacerdotes excelsorum quæ fecerat. *celebratur

33 Et ascendit super altare quod extruxerat in Beth-el, quintadecima die mensis octaui, quem finxerat de corde suo, & fecit solennitatem filiis Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incensum.

CAP. XIII.

Ieroboam sacrificans vitulis, corripitur à propheta, quem vult occidere. Aresiata manus eius sanatur, orante propheta. Propheta verbo Dei inobediens occiditur a leone. Ieroboam impias pecunia constituit sacerdotes.

1 ET ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Beth-el, Ieroboam stante super altare, & thus iaciente.

2 Et exclamauit contra altare in sermone Domini, & ait, Altare, altare, hæc dicit Dominus, *Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominũ super te incendet. 4. Reg. 23. d. 17.

3 Deditque in illa die signum, dicens, Hoc erit signum quod locutus est Dominus, Ecce altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est.

4 Cúmque audisset rex sermonem hominis Dei quem inclamauerat contra altare in Beth-el, extendit manum suam de altari, dicens, Apprehendite eum. & exaruit manus

5 Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone Domini.

6 Et ait rex ad virum Dei, Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me vt resti tuatur manus mea mihi. Orauit vir Dei faciem Domini, & reuersa est manus regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. Orauitque

7 Locutus est autem rex ad virum Dei, Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera.

8 Respondítque vir Dei ad regem, Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto:

9 Sic enim mandatum est mihi in sermone C Domini præcipientis, Non comedes panem, neque bibes aquã, nec reuerteris per viam qua veni.

10 Abiit ergo per aliam viam, & non est reuersus per iter quo venerat in Beth-el.

11 Propheres autem quidam senex habitabat in Beth-el, ad quem *venerunt filii sui, & narrauerunt ei omnia opera quæ fecerat vir Dei illa die in Beth-el, & verba quæ locutus fuerat ad regem, & narrauerunt patri suo. *venit filius suus, & narrauit

12 Et dixit eis pater eorum, Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filii sui viã per quam abierat vir Dei qui venerat de Iuda. Et

13 Et ait filiis suis, Sternite mihi asinum. qui cùm strauissent, ascendit,

14 Et abiit post virum Dei, & inuenit eum sedẽtem subtus terebinthũ, & ait illi, Tune es vir Dei qui venisti de Iuda? Respondit ille, Ego sum.

15 *Dixítque ad eum, Veni mecum domum, D vt comedas panem. *Dixit.

16 Qui ait, Non possum reuerti, neque venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto:

17 Quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicẽs, Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuerteris per viam qua ieris.

18 Qui ait illi, Et ego propheta sum similis tui: & Angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens, Reduc eum tecũ in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. fefellit eum,

19 Et reduxit secum: comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam.

20 Cùmq; sederẽt ad mẽsam, factũ est sermo Domini ad prophetã qui reduxerat eum.

21 Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens, Hæc dicit Dominus, Quia non obedíens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus:

22 Et reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. E

23 Cúmque comedisset & bibisset, strauit asinum suum *propheta quem reduxerat. *propheticdatis

24 Qui cùm abiisset,inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer.

25 Et ecce, viri transeuntes viderunt cadauer proiectum in via, & leonem stantem iuxta cadauer. Et venerunt,& diuulgauerũt in ciuitatem in qua prophetes ille senex habitabat.

F 26 Quod cùm audisset propheta ille qui reduxerat eum de via,ait,Vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni,& confregit eum,& occidit iuxta verbum Domini quod locutus est ei.

27 Dixitque ad filios suos, Sternite mihi asinum.

28 Qui cùm strauissent, & ille abiisset, inuenit cadauer eius proiectum in via,& asinum & leonem stantes iuxta cadauer:non comedit leo de cadauere:nec læsit asinum.

29 Tulit ergo propheta cadauer viri Dei,& posuit illud super asinum,& reuersus intulit in ciuitatem *prophetæ senis,vt plangerent eum.

*prophetes senex,

30 Et posuit cadauer eius in sepulchro suo: & planxerunt eum,Heu,heu mi frater.

G 31 Cùmque planxissent eum,dixit ad filios suos, Cùm mortuus fuero , sepelite me in sepulchro in quo vir Dei sepultus est:iuxta ossa eius ponite ossa mea.

32 Profectò enim veniet sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Beth-el, & contra omnia phana excelsorum quæ sunt in vrbibus Samariæ.

33 Post verba hæc non est reuersus Ieroboã de via sua pessima , sed econtrario fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum: quicũque volebat,implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum.

34 Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ.

CAP. XIIII.

Vxor Ieroboam consulit Abiam de morbo Abiæ filii. Ieroboam eradicandus propter idololatriam.Moritur Abia & Ieroboam pater. Nadab regnat.Idololatria Iudæ.Sesac diripit domum Dei.

1 IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam.

2 Dixitque Ieroboam vxori suæ, Surge, & commuta habitum,ne cognoscaris quod sis vxor Ieroboam:& vade in Silo , vbi est Ahias propheta *qui locutus est mihi quod regnaturus essem super populum hunc.

Supra 11. f. 31.

3 Tolle quoque in manu tua decem panes, & crustulã,& vas melliis, & vade ad illum: Ipse enim indicabit tibi quid eueniturum sit puero huic.

4 Fecit vt dixerat vxor Ieroboam: & cõsurgens abiit in Silo,& venit in domum Ahiæ: at ille non poterat videre,quia caligauerãt oculi eius præ senectute.

5 Dixit autem Dominus ad Ahiam , Ecce vxor Ieroboam ingreditur , vt consulat te super filio suo qui ægrotat : hæc & hæc loquêris ei.

G 6 Cùm ergo illa intraret, & dissimularet se esse quæ erat,audiuit Ahias sonitũ pedum eius introeuntis per ostium,& ait, Ingredere vxor Ieroboam . quare aliam te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus nuntius.

7 Vade,& dic Ieroboam, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quia exaltaui te de medio populi , & dedi te ducem super populum meum Israel:

8 Et scidi regnum domus Dauid,& dedi illud tibi,& non fuisti sicut seruus meus Dauid,qui custodiuit mandata mea,& secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo:

9 Sed operatus es malè super omnes qui fuerunt ante te , & fecisti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares,me autẽ proiecisti post corpus tuum:

10 Idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam,& percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem,& clausum,& nouissimum in Israel , & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mũdari solet sumus vsque ad purum.

11 Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate,comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro,vorabunt eos aues cæli: quia Dominus locutus est.

12 Tu igitur surge,& vade in domum tuam: & in ipso introitu pedum tuorũ in vrbem, morietur puer.

13 Et plangent eum omnis Israel, & sepelient: iste enim solus inferetur de Ieroboã in sepulchrum, quia inuẽtus est super eo sermo bonus*à Domino Deo Israel , in domo Ieroboam.

*ad Dominum Deum

14 Constituet autem sibi Dominus regem super Israel,qui percutiet domum Ieroboam in hac die,& in hoc tempore:

15 Et percutiet Dominus Deus Israel,sicut moueri solet arundo in aqua:& euellet Israel de Terra bona hac, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen: quia fecerunt sibi lucos, vt irritarent Dominum.

16 Et tradet Dominus Deus Israel propter peccata Ieroboam,qui peccauit, & peccare fecit Israel.

17 Surrexit itaque vxor Ieroboam,& abiit, & venit in Thersa:cùmque illa ingrederetur limen domus,puer mortuus est,& sepelierunt eum.

18 Et plãxit eum omnis Israel iuxta sermonem Domini,quem locutus est in manu serui sui Ahiæ prophetæ.

19 Reliqua autem verborum Ieroboã, quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel.

20 Dies autem quibus regnauit Ieroboam, viginti duo anni sunt : & dormiuit Ieroboã cum patribus suis:regnauitque Nadab filius eius pro eo.

21 *Porro Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda: quadraginta & vnius anni erat Roboam cum regnare cœpisset : decem & septem annos regnauit in Ierusalem: ciuitate,quam elegit Dominus vt poneret nomen suum ibi, ex omnibus tribubus Israel. Nomen autem matris eius Naama Ammanitis.

2.Par.12. f.13.

F 22 Et fecit Iudas malum coram Domino,& irritauerunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quæ peccauerunt.

23 AEdificauerunt enim & ipsi sibi aras , & statuas , & lucos super omnem collem excelsum,& subter omnẽ arborẽ frondosam.

24 Sed & effœminati fuerunt in terra, fecerũntque omnes abominationes Gentium, quas attriuit Dominus ante faciem filiorum Israel.

25 In quinto autem anno regni Roboam, ascendit Sesac rex AEgypti in Ierusalem,

26 Et tulit thesauros domus Domini,& thesauros regios,& vniuersa diripuit:

G 27 Scuta quoque aurea *quæ fecerat Salomon : pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, & tradidit ea in manum ducum scutariorum,& eorum qui excubabant ante ostium domus regis.

Supra 10.

28 Cúmque ingrederetur rex in domũ Domini,portabant ea qui præcundi habebant officiũ:& postea reportabant ad armamentarium scutariorum.

29 Reliqua autem sermonum Roboam,& omnia quæ fecit,ecce scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda.

30 Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus.

31 Dormiuitq; Roboam cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid: nomen autem matris eius Naama Ammanitis:& regnauit Abiam filius eius pro eo.

CAP. XV.

Abiam regnat super Iudam.Moritur.Asa succedit.Baasa.Rama.Ben-adad.Gabaa.Ieroboam.Maspha.Iosaphat succedit Asæ. Nadab occiditur.Domus Ieroboam destruitur.

2.Par. 11. f. 21.

1 *IGitur in octauodecimo anno regni Ieroboam filii Nabat, regnauit Abiam super Iudam.

2 Tribus annis regnauit in Ierusalem : nomen matris eius Maacha filia Abessalom.

3 Ambulauitque in omnibus peccatis patris sui,quæ fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo,sicut cor Dauid patris eius.

4 Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Ierusalem,vt suscitaret filium eius post eum , & statueret Ierusalem:

E 5 Eo quod fecisset Dauid rectum in oculis Domini,& non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei,cunctis diebus vitæ suæ, *excepto sermone Vriæ Hethæi.

3.Reg. 12. *Roboã

6 Attamen bellum fuit inter *Abiam & Ieroboam omni tempore vitæ eius.

7 Reliqua autem sermonum Abiam , & omnia quæ fecit,nonne hæc scripta sunt*in Libro verborum dierum regum Iudæ? Fuitq; prælium inter Abiam & Ieroboam.

2.Par. 13. a. 1.

8 Et dormiuit Abiam cum patribus suis,& sepelierũt eum in Ciuitate Dauid: *regnauitque Asa filius eius pro eo.

2.Par. 14. a. 1.

9 In anno ergo vicesimo Ieroboam regis Israel regnauit Asa rex Iudæ:

10 Et quadraginta & vno anno regnauit in Ierusalem.nomen matris eius Maacha,filia Abessalom.

11 Et fecit Asa rectum ante cõspectum Domini,sicut Dauid pater eius:

12 Et abstulit effœminatos de terra, purgauitque vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius.

13 Insuper & Maacham matrem suam amouit,ne esset princeps in sacris Priapi,& in luco eius quem consecrauerat: subuertitque specum eius,& confregit simulachrum turpissimum,& combussit in Torrẽte cedron:

14 Excelsa autem non abstulit. Veruntamen cor Asa perfectum erat cum Domino Deo suo cunctis diebus suis.

15 Et intulit ea quæ sanctificauerat pater suus,& vouerat,in domum Domini, argentum & aurum & vasa.

16 Bellum autem erat inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum.

17 Ascendit quoque Baasa rex Israel in Iudam,& ædificauit Rama,vt non posset quispiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Iudæ.

18 Tollens itaque Asa omne argentum & aurum quod remanserat in thesauris domus Domini,& in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus seruorum suorum : & misit ad Ben-adad filium Tabremon filii Hezion, regem Syriæ,qui habitabat in Damasco,dicens,

19 Fœdus est inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum: ideo misi tibi munera,argentum & aurum:& peto vt venias,& irritum facias fœdus quod habes cum Baasa rege Israel,& recedat à me.

20 Acquieuitq; Ben-adad regi Asa, misitque principes exercitus sui in ciuitates Israel,& percusserunt Ahion & Dan & Abel-domum-maacha, & vniuersam Cenneroth , omnemq; terram-Nephthali.

21 Quod cùm audisset Baasa,intermisit ædificare Rama,& reuersus est in Thersa.

22 Rex autem Asa nuntium misit in omnem Iudam,dicens,Nemo sit excusatus. Et tulerunt lapides de Rama, & ligna eius, quibus ædificauerat Baasa,& extruxit de eis rex Asa,Gabaa-Ben-iamin,& Maspha.

23 Reliqua autem omnium sermonum Asa, & vniuersæ fortitudines eius, & cuncta quæ fecit,& ciuitates quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iudæ? Verumtamen in tempore senectutis suæ doluit pedes.

*fortitudinis

24 Et dormiuit*cum patribus suis, & sepultus est cũ eis in Ciuitate Dauid patris sui. regnauitque Iosaphat filius eius pro eo.

*Asa

25 Nadab vero filius Ieroboam regnauit super Israel anno secundo Asa regis Iudæ:regnauitque super Israel duobus annis.

26 Et fecit quod malum est in cõspectu Domini , & ambulauit in viis patris sui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israel.

27 Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Issachar,& percussit eum in Gebberthon,quæ est vrbs Philistinorum,siquis

dem Nadab, & omnis Israel obsidebant Gebbethon.

28 Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Iuda, & regnauit pro eo.

29 Cumque regnasset, percussit omnem domum Ieroboam: non dimisit ne vnam quidem animam de semine eius, donec deleret eum iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu serui sui Ahiæ Silonitis,

30 Propter peccata Ieroboam quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Israel: & propter delictum quo irritauerat Dominum Deum Israel.

31 Reliqua autem sermonum Nadab, & omnia quæ operatus est: nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel?

32 Fuitq; bellum inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum.

33 Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahiæ, super omnem Israel in Thersa viginti quatuor annis.

34 Et fecit malum coram Domino, ambulauitque in viis Ieroboam, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israel.

CAP. XVI.

Baasa mortuo succedit Ela. Zambri occidit Ela, & succedit. Amri mortuo succedit Achab. Thebni. Samariæ mons. Iezabel vxor Achab. Reædificatur Iericho.

1 FActus est autem sermo Domini ad Iehu filium Hanani contra Baasa, dicens,

2 Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & posui te ducem super populum meum Israel, tu autem ambulasti in via Ieroboã, & peccare fecisti populum meum Israel, vt me irritares in peccatis eorum:

3 Ecce, ego demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius: & faciam domum tuam sicut domum Ieroboam filii Nabat.

Supra 15. f. 29.

4 Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cæli

5 Reliqua autem sermonum Baasa, & quæcunque fecit, & præclia eius: nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel?

2. Par. 16. cap.

6 Dormiuit ergo Baasa cum patribus suis, sepultúsque est in Thersa: & regnauit Ela filius eius pro eo.

7 Cum autem in manu Iehu filii Hanani prophetæ, verbum Domini factũ esset contra Baasa, & contra domum eius, & contra omne malum quod fecerat coram Domino ad irritandum eum in operibus manuum suarum, vt fieret sicut domus Ieroboam: ob hanc causam occidit eum, hoc est Iehu filium Hanani, prophetam.

8 Anno vicesimosexto Asa regis Iuda regnauit Ela filius Baasa super Israel in Thersa duobus annis.

9 Et rebellauit cõtra eum seruus suus Zambri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Thersa bibens, & temulentus in domo Arsa præfecti Thersa.

4. Reg. 2. Esd. 1.

10 Irruens ergo Zambri percussit, & occidit eum anno vicesimoseptimo Asa regis Iuda, & regnauit pro eo.

11 Cumq; regnasset, & sedisset super solium eius, percussit omnem domum Baasa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propinquos & amicos eius.

12 Deleuitq; Zambri omnem domum Baasa, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat ad Baasa in manu Iehu prophetæ,

13 Propter vniuersa peccata Baasa, & peccata Ela filii eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Israel, prouocãres Dominũ Deum Israel in vanitatibus suis.

14 Reliqua autem sermonum Ela, & omnia quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel?

15 Anno vicesimoseptimo Aza regis Iuda, regnauit Zambri septem diebus in Thersa: porrò exercitus obsidebat Gebbethon vrbem Philisthinorum.

16 Cúmque audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat princeps militiæ super Israel in die illa, in castris.

17 Ascendit ergo Amri, & omnis Israel cum eo de Gebbethon, & obsidebant Thersa.

18 Videns autem Zambri quòd expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia:

19 Et mortuus est in peccatis suis quæ peccauerat faciens malum coram Domino, & ambulans in via Ieroboam, & in peccato eius quo fecit peccare Israel.

20 Reliqua autem sermonum Zambri, & insidiarum eius, & tyrannidis, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel?

21 Tuno diuisus est populus Israel in duas partes: media pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, vt constitueret eum regem: & media pars Amri.

22 Præualuit autem populus qui erat cum Amri, populo qui sequebatur Thebni filiũ Gineth: mortuúsque est Thebni, & regnauit Amri.

23 Anno tricesimoprimo Asa regis Iuda regnauit Amri super Israel duodecim annis: in Thersa regnauit sex annis.

24 Emitq; montem Samariæ à Somer duobus talentis argẽti: & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis, quam extruxerat, nomine Semer domini montis Samariæ.

25 Fecit autem Amri malum in conspectu Domini, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum.

26 Ambulauitque in omni via Ieroboam filii Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Israel: vt irritaret Dominum Deum Israel in vanitatibus suis.

27 Reliqua autem sermonum Amri, & prælia eius quæ gessit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel?

28 Dormiuitque Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria: regnauitq; Achab filius eius pro eo.

29 Achab vero filius Amri, regnauit super Israel anno tricesimo octauo Asa regis Iuda.

30 Et regnauit Achab filius Amri super Israel in

el in Samaria viginti & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini super omnes qui fuerũt ante eum.

31 Nec sufficit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filii Nabat: insuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum: & abiit, & seruiuit Baal, & adorauit eum.

32 Et posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum:

33 Et addidit Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israel super omnes reges Israel qui fuerunt ante eum.

Ios. 6. d. 26.

34 In diebus eius ædificauit Hiel de Bethel, Iericho in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Iosuæ filii Nun.

CAP. XVII.

Elias pascitur à coruis. Fugit ad Sarephtanam mulierem. Oratione eius suscitatur filius hospitæ sui.

Ecclesiast. 48. d. 1. hac. 5. d. 16

1 ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad, ad Achab, Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.

2 Et factum est verbum Domini ad eum, dicens,

3 Recede hinc, & vade contra Orientem, & absconde in Torrente-earith, qui est contra Iordanem,

4 Et ibi de torrente bibes: coruisque præcepi vt pascant te ibi.

5 Abiit ergo, & fecit iuxta verbum Domini: eúmq; abiisset, sedit in Torrente-carith, qui est contra Iordanem.

6 Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente.

7 Post dies autem aliquantos siccatus est torrens: non enim pluerat super terram.

8 Factus est ergo sermo Domini ad eum, dicens,

Luc. 4. d. 25.

9 Surge, & vade in Sareptha Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te.

10 Surrexit, & abiit in Sareptha Sidoniorũ. Cúmque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna, & vocauit eam, dixitque ei, Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam.

11 Cúmque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius, dicens, Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua.

12 Quæ respõdit, Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest faring in hydria, & paululũ olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur.

13 Ad quã Elias ait, Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti tibi: ũrumẽ mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea.

14 Hæc autẽ dicit Dominus Deus Israel, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque ad diem in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ.

15 Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipse, & illa, & domus eius:

16 Et ex illa die hydria farinæ non defecit & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ.

17 Factum est autem post verba hæc, ægrotauit filius mulieris matrisfamiliãs, & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. "eius,

18 Dixit ergo ad Eliã, Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarẽtur iniquitates meæ, & interficeres filiũ meum?

19 Et ait ad eam Elias, Da mihi filiũ tuum. Tulitque eum de sinu eius, & portauit in cœnaculum in quo ipse manebat, & posuit super lectulum suum.

20 Et clamauit ad Dominum, & dixit, Domine Deus meus, etiámne viduam apud quã ego vrcunque sustentor, afflixisti, vt interficeres filium eius?

21 Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum, & ait, Domine Deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius.

22 Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit.

23 Tulitque Elias puerum, & depositi eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, & ait illi, En viuit filius tuus.

24 Dixitque mulier ad Eliam, Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

CAP. XVIII.

Elias mittit à Deo, arguit Achab, Abdias pius. Elias ostendit sacerdotibus Baal, Deum Israel esse verum Deum, Deo id testificãte per ignem consumentem holocaustum Eliæ. Interficiuntur sacerdotes Baal.

1 POst dies multos factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio, dicens, Vade & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ.

2 Iuit ergo Elias vt ostenderet se Achab: erat autem fames vehemens in Samaria.

3 Vocauitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ. (Abdias autem timebat Dominum Deum valde.

4 Nam cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in spelũcis, & pauit eos pane & aqua.)

5 Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terram ad vniuersos fontes aquarũ, & in cunctas valles: si forte possimus inuenire herbam, & saluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereant.

6 Diuiserũtq; sibi regiones, vt circuirent eas: Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram seorsum.

7 Cúmq; eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cùm cognouiſſet eum, cecidit ſuper faciem ſuam, & ait, Non tu es, domine mi, Elias?
8 Cui ille reſpondit, Ego. Et dixit, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias.
9 Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam tradis me ſeruum tuum in manu Achab, vt interficiat me?
10 Viuit Dominus Deus tuus, quia non eſt gens aut regnũ in quo nõ miſerit dominus meus te requirens: & reſpondentibus cunctis, Non eſt hic: adiurauit regna ſingula & gentes, eo quòd minimè reperireris.
11 Et nunc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias.
12 Cúmque receſſero à te, Spiritus Domini aſportabit te in locum quem ego ignoro: & ingreſſus nuntiabo Achab, & non inuenions te, interficiet me: ſeruus autem tuus timet Dominum ab infantia ſua.
13 Nunquid non indicatum eſt tibi domino meo quid fecerim cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, quod abſconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauerim eos pane & aqua?
14 Et nunc tu dicis, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias: vt interficiat me.
15 Et dixit Elias, Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum ſto, quia hodie apparebo ei.
16 Abiit ergo Abdias in occurſum Achab, & indicauit ei: venitque Achab in occurſum Eliæ.
17 Et cùm vidiſſet eum, ait, Túne es ille qui conturbas Iſrael?
18 Et ille ait, Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim.
19 Veruntamen nunc mitte, & congrega ad me vniuerſum Iſrael in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetiſque lucorum quadringentos, qui comedunt de menſa Iezabel.
20 Miſit Achab ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in monte Carmeli.
21 Accedens autem Elias ad omnem populum Iſrael, ait, Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Et non reſpondit ei populus verbum.
22 Et ait rurſus Elias ad populum, Ego remanſi propheta Domini ſolus: prophetæ autem Baal, quadringenti & quinquaginta, prophetæque lucorum quadringenti viri ſunt.
23 Dentur nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cædentes ponant ſuper ligna, ignem autem non ſupponant: & ego faciam bouem alterum, & imponam ſuper ligna, ignem autem non ſuppo nam.
24 Domini Inuocate nomina deorum veſtrorum, & ego inuocabo nomen Dei mei: & Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. reſpondens omnis populus ait,
Optima propoſitio quam locutus eſt Elias. Dixit ergo Elias prophetis Baal, Eligite vobis bouem vnũ, & facite primi, quia vos plures eſtis: & inuocate nomina deorũ veſtrorum, ignémq; non ſupponatis.
26 Qui cùm tuliſſent bouem quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de mane vſque ad meridiem, dicentes, Baal exaudi nos. & non erat vox, nec qui reſponderet: tranſiliebántque altare quod fecerant.
27 Cúmque eſſet iam meridies, illudebat illis Elias, dicens, Clamate voce maiore: deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in tinere, aut certè dormit, vt excitetur.
28 Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine.
29 Poſtquam autem tranſiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebatur vox, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes:
30 Dixit Elias omni populo, Venite ad me, & accedente ad ſe populo, curauit altare Domini quod deſtructum fuerat.
31 Et tulit duodecim lapides iuxta numerũ tribuum filiorum Iacob, ad quem factus eſt ſermo Domini, dicens, Iſrael erit nomen tuum. *Geneſ. 32. f. 28. & 35. f. 10.*
32 Et ædificauit de lapidibus altare in nomine Domini: fecitque aquæductum, quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris.
33 Et compoſuit ligna: diuiſitque per membra bouem, & poſuit ſuper ligna, & ait,
34 Implete quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna. rurſumq; dixit, etiam ſecundò hoc facite. qui cùm feciſſent ſecundò, ait, Etiam tertiò idipſum facite, fecerúntque tertiò.
35 Et currebant aquæ circum altare, & foſſa aquæductus repleta eſt.
36 Cúmque iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtum, accedẽs Elias propheta, ait, Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.
37 Exaudi me Domine, exaudi me: vt diſcat populus iſte quia tu es Dominus Deus, & tu conuertiſti cor eorum iterum.
38 Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam quæ erat in aquæductu lambens.
39 Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in facie ſua, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.
40 Dixitque Elias ad eos, Apprehẽdite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elias ad Torrentem-ciſon, & interfecit eos ibi.
41 Et ait Elias ad Achab, Aſcende, comede, & bibe, quia ſonus multæ pluuiæ eſt.
42 Aſcendit Achab, vt comederet & biberet: Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua.
43 Et dixit ad puerum ſuũ, Aſcende, & proſpice contra mare. qui cùm aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait, Non eſt quicquam. & rurſum ait illi, Reuertere ſeptẽ vicibus.
44 In ſeptima autem vice, Ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. qui ait, Aſcende, & dic Achab, Iunge currum tuum & deſcende, ne occupet te pluuia.
45 Cúmque ſe verteret huc atque illuc, ecce cæli contenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluuia grãdis. Aſcendens itaque Achab abiit in Iezrahel,
46 Et manus Domini facta eſt ſuper Eliam, accinctiſque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

CAP. XIX.

Elias fugiens Iezabelẽ paſcitur ab Angelo. Tentatur, & peſſime exaſperatur cum Deus ne timeat. Hazael Iehu reges vnngi. Eliſeus agricola vocatur. Miniſtrat Eliæ.

1 NVntiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas Baal gladio.
2 Miſit que Iezabel nuntium ad Eliam, dicens, Hæc mihi faciant dii, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam vnius ex illis.
3 Timuit ergo Elias, & ſurgens abiit quocunque eum ferebat voluntas: venitque in Berſabee Iudæ, & dimiſit ibi puerum ſuum.
4 Et perrexit in deſertum viam vnius diei. Cúmque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim melior ſum quàm patres mei.
5 Proiecitque ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi. & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, Surge, & comede.
6 Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ. Et
7 Comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſúſque eſt Angelus Domini ſecundo, & tetigit eum, dixitque illi, Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via.
8 Qui cùm ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb.
9 Cúmque veniſſet illuc, manſit in ſpeluncã: & ecce ſermo Domini ad eum, dixitque illi, Quid hic agis Elia?
10 At ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filii Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam vt auferant eam. *Reg. 11. 14. Zelum*
11 Et ait ei, Egredere, & ſta in monte coram Dominо: & ecce Dominus tranſiit, & ſpiritus grandis, & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in ſpiritu Dominus. & poſt ſpiritum commotio: non in commotione Dominus. *Tranſit*
12 Et poſt commotionem ignis: non in ig

Dominus. & poſt ignẽ ſibilus auræ tenuis.
13 Quod cùm audiſſet Elias, operuit vultum ſuum pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ. & ecce vox ad eum, dicens, Quid hic agis Elia?
14 Et ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam vt auferant eam.
15 Et ait Dominus ad eum, Vade, & reuertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum. cúmque peruenieris illuc, vnges Hazael regem ſuper Syriam.
16 Et Iehu filium Namſi vnges regem ſuper Iſrael: Eliſeum autem filium Saphat, qui eſt de Abel-meula, vnges prophetã pro te.
17 *Et erit, quicunque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu: & quicunque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliſeus. *4. Reg. 9. a. 1.*
18 *Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem milia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum oſculans manum. *Reg. 11. a. 4. viuctiſ rum.*
19 Profectus ergo inde Elias, reperit Eliſeũ filium Saphat, arantem in duodecim iugis boum, & ipſe in duodecim iugis boum arantibus vnus erat: cúmque veniſſet Elias ad eum, miſit pallium ſuum ſuper illum.
20 Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, & ait, Oſculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te. dixitque ei, Vade, & reuertere: quod enim meum erat, feci tibi.
21 Reuerſus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud: & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: conſurgẽnſque abiit, & ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei.

CAP. XX.

Achab victis regem Syriæ obſidentem Samariam. Ben adad exercitum ſuperatur ob blaſphemiam. Achab, trafcitur Deus ob reſeruatum Ben-adad.

1 PORrò Ben-adad rex Syriæ, congregauit omnem exercitum ſuum, & triginta duos reges ſecum, & equos, & currus: & aſcendens pugnabat contra Samariam, & obſidebat eam. *obſidebat
2 Mittẽſque nuntios ad Achab regem Iſrael in ciuitatem, ait, *obſedit
3 Hæc dicit Ben-adad, Argẽtum tuum & aurum tuum meum eſt: & vxores tuæ, & filii tui optimi, mei ſunt.
4 Reſpondítque rex Iſrael, Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus ſum ego, & omnia mea.
5 Reuertentéſque nuntii, dixerunt, Hæc dicit Ben-adad, qui miſit nos ad te, Argentũ tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi.
6 Cras igitur hac eadem hora mittam ſeruos meos ad te, & ſcrutabuntur domum tuam, & domum ſeruorũ tuorum: & omne quod eis placuerit, ponẽt in manibus ſuis, & auferent.
7 Vocauit autem rex Iſrael omnes ſeniores

terræ,& ait,Animaduertite,& videte quoniam insidietur nobis. Misit enim ad me pro vxoribus meis,& filiis, & pro argento & auro: & non abnui.

8 Dixeruntque omnes maiores natu,& vniuersus populus ad eum, Non audias,neq; acquiescas illi.

Respondit itaque. 9 *Respondit igitur nuntiis Ben-adad, Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio,faciam:hanc autem rem facere non possum. reuersique nuntii retulerunt ei.

10 Qui remisit,& ait, Hæc faciant mihi dii,& hæc addãt,si sufficerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me.

11 Et respondens rex Israel, ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æquè vt discinctus.

12 Factum est autem cùm audisset Ben-adad verbum istud,bibebat ipse & reges in vmbraculis, & ait seruis suis, Circundate ciuitatem. Et circumdederunt eã.

C 13 Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Israel,ait ei, Hæc dicit Dominus, Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce ego tradam eam in manu tuam hodie: vt scias quia ego sum Dominus.

14 Et ait Achab,Per quem? dixitque ei,Hæc dicit Dominus, Per pedisequos principum prouinciarum. Et ait,Quis incipiet prælium? & ille dixit,Tu.

15 Recensuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum:& recensuit post eos populum,omnes filios Israel,septẽ millia.

16 Et egressi sunt meridie. Ben-adad autem bibebat temulentus in vmbraculo suo, & reges triginta duo cum eo,qui ad auxilium eius venerant.

17 Egressi sunt autem pueri principum prouinciarum in primo fronte. Misit itaque Ben-adad. Qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egressi sunt de Samaria.

18 At ille ait,Siue pro pace veniunt,apprehendite eos viuos:siue vt prælientur,viuos eos capite.

19 Egressi sunt ergo pueri principũ prouinciarũ, ac reliquus exercitus sequebatur:

eos: D 20 Et percussit vnusquisq; virum qui contra se veniebat: fugerũtque Syri, & persecutus est eos Israel. fugit quoque Ben-adad rex Syriæ in equo cũ equitibus suis.

21 Necnon egressus rex Israel percussit equos & currus:& percussit Syriam plaga magna nimis.

22 (Accedens autem propheta ad regem Israel,dixit ei,Vade,& confortare,& scito,& vide quid facias: sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te.)

23 Serui vero regis Syriæ dixerunt ei, Dii montium sunt dii eorum, ideo superauerunt nos:sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus,& obtinebimus eos.

vero 24 Tu * ergo verbum hoc fac,Amoue reges singulos ab exercitu tuo,& pone principes pro eis:

25 Et instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus quos antè habuisti,& pugnabimus contra eos in campestribus & videbis quòd obtinebimus eos. credidit consilio eorum,& fecit ita.

B 26 Igitur postquam annus transierat,recensuit Ben-adad Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israel.

27 Porrò filii Israel recẽsiti sunt,& acceptis cibariis profecti ex aduerso,castrãq; metati sunt contra eos, quasi duo parui greges caprarum:Syri autem repleuerunt terram.

28 (Et accedens vnus vir Dei,dixit ad regẽ Israel,Hæc dicit Dominus, quia dixerunt Syri,Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium:dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus.)

29 Dirigebãtque septem diebus ex aduerso hi,atque illi acies: septima autem die commissum est bellum, percussertũtque filii Israel de Syris centum millia peditũ in die vna.

30 Fugerunt autem Syri qui * remanserunt in Aphec,in ciuitatem:& cecidit murus super viginti septem millia hominum qui remanserant. Porrò Ben-adad fugiens ingressus est ciuitatẽ, in cubiculum quod erat intra cubiculum.

* remanse rant

31 Dixerũntq; ei serui sui, Ecce, audiuimus quòd reges domus Israel clementes sint. ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel:forsitan saluabit animas nostras.

32 Accinxerunt saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis: venerũntque ad regem Israel,& dixerunt ei, Seruus tuus Ben-adad dicit, Viuat, oro te, anima mea. & ille ait, Si adhuc viuit? frater meus est. F

33 Quod acceperunt viri pro omine: & festinantes rapuerunt verbum ex ore eius,atq; dixerunt, Frater tuus Ben-adad viuit. Et dixit eis, Ite,& adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Ben-adad,& leuauit eũ in currum suum. Qui dixit ei,

34 Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo,reddã: & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria,& ego fœderatus recedam à te. pepigit ergo fœdus,& dimisit eum.

35 Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini, Percute me. at ille noluit percutere.

36 Cui ait, Quia noluisti audire vocem Domini,ecce recedes à me,& percutiet te leo. Cùmq; paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo,atque percussit.

37 Sed & alterũ inueniens virũ, dixit ad eũ, Percute me. qui percussit eũ,& vulnerauit. G

38 Abiit ergo propheta, & occurrit regi in via,& mutauit aspersione pulueris os & oculos suos.

39 Cùmq; rex transisset,clamauit ad regem, & ait, Seruus tuus egressus est ad prælianduꝫ cominus: cùmq; fugisset vir vnus,adduxit eũ quidam ad me,& ait, Custodi virũ istũ: qui si lapsus fuerit,erit anima tua pro anima eius,

ma eius,aut talentum argenti appendes.

40 Dum autem ego turbatus huc illucq; me verterem,subito nõ comparuit. Et ait rex Israel ad eum,Hoc est iudicium tuũ, quod ipse decreuisti.

41 At ille statim abstersit puluerem de facie sua,& cognouit eum rex Israel quòd esset de prophetis.

Iosa f.22. 42 Qui ait ad eũ, Hæc dicit Dominus, *Quia dimisisti virũ dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.

43 Reuersus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

CAP. XXI.

Naboth ob denegatam regi Achab vineam,falsis testibus lapidati subet Iezabel. Achab increpatus ab Elia,agit pœnitentiam. Mors Iezabelis prædicitur.

1 POst verba autem hæc,tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ, *qui erat in Iezrahel,iuxta palatium Achab regis Samariæ.

*qux(scilicet vinea

2 Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens,Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi ortum olerum, quia vicina est,& prope domum meam,daboque tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas,argenti pretium quantum digna est.

3 Cui respondit Naboth, Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.

4 Venit ergo Achab in domum suam indignans,& frendens super verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites,dicens, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proiiciens se in lectulũ suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem.

B 5 Ingressa sit autẽ ad eũ Iezabel vxor sua, dixitque ei, Quid est hoc,vnde anima tua contristata est? & quare nõ comedis panẽ?

6 Qui respondit ei, Locutus sum Naboth Iezrahelitæ,& dixi ei, Da mihi vineã tuã, accepta pecunia: aut si tibi placet,dabo tibi vineam meliorem pro ea. & ille ait, Non dabo tibi vineam meam.

7 Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius, Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel: surge, & comede panem, & ad quo animo eris, ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ.

C 8 Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu,& optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth.

9 Literarum autem hæc erat sententia. Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi,

10 Et submittite duos viros filios belial cõtra eum,& falsum testimonium dicant,Benedixit Deum & regem. & educite eum, & lapidate,sicque moriatur.

11 Fecerunt ergo ciues eius maiores natu & optimates qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos.

12 Prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi.

13 Et adductis duobus viris filiis diaboli,fecerunt eos sedere contra eum: at illi, scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine, Benedixit Naboth Deum & regem. quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. D

14 Miserũntque ad Iezabel, dicentes, Lapidatus est Naboth,& mortuus est.

15 Factum est autem, cùm audisset Iezabel lapidatum Naboth,& mortuum,locuta est ad Achab, Surge, "posside vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam accepta pecunia:non enim viuit Naboth,sed mortuus est. "&

16 Quod cum audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit,& descendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ, vt possideret eam.

17 Factus est igitur sermo Domini ad Eliã Thesbiten,dicens,

18 Surge,& descende in occursum Achab regis Israel,qui est in Samaria: ecce ad vineã Naboth descendit,vt possideat eam: E

19 Et loquêris ad eum,dicens,Hæc dicit Dominus Deus,Occidisti,insuper & possedisti. & post hæc addes,Hæc dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth,lambent quoque sanguinem tuum.

20 Et ait Achab ad Eliam, Num inuenisti me "inimicum tibi? qui dixit", Inueni, eo quòd venũdatus sis,vt faceres malum in conspectu Domini. "inimico mi "ei

21 Hæc dicit Dominus, Ecce ego inducã super te malum,& demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem,& clausum & vltimum in Israel. F

22 Et dabo domum tuam *sicut domum Ieroboam filii Nabat,* & sicut domum Baasa filii Ahiæ:quia egisti vt me ad iracundiam prouocares,& peccare fecisti Israel. *Supra 15. f.29. *Supra 16. 4.3.

23 *Sed & de Iezabel locutus est Dominus, dicens, Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. *4. Reg.9. 3.33.

24 Si mortuus fuerit Achab in ciuitate,comedent eum canes:si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli.

25 Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venũdatus est vt faceret malum in conspectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor sua.

26 Et abominabilis factus est, intantum vt sequeretur idola quę fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel.

27 Itaque cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieunauitque, & dormiuit in sacco, & "ambulauit demisso capite. G "ambulabat.

28 Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens,

29 Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in

diebus eius, sed in diebus filii sui inferam malum domui eius.

CAP. XXII.

Achab & Iosaphat contra Ramoth-Galaad. Quadringenti falsi prophetæ. Micheas vaticinatur Dei prophetæ prædicit Achab occidendum in prælio. Percutitur. Incarceratur. Achab occiditur. Succedit Ochozias. Iosaphat mortuo succedit Ioram.

2.Par.18. 1 Manserũt igitur tres anni absque bello inter Syriam & Israel.

2 In anno autem tertio, descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel.

3 (Dixitq; rex Israel ad seruos suos, Ignoratis quòd nostra sit Ramoth-Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ?)

4 Et ait ad Iosaphat, Venies ne mecum ad præliandum in Ramoth-Galaad? dixitque Iosaphat ad regem Israel, Sicut ego sum, ita & tu: populus meus, & populus tuus sunt: & equites mei, equites tui.

*& sicut populus meus, & 5 populus tuus: & sicut equi mei, ita & equi tui.

Dixitque Iosaphat ad regem Israel, 6 Quære, oro te, hodie sermonem Domini. Congregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos, Ire debeo in Ramoth-Galaad ad bellandũ, an quiescere? Qui responderunt, Ascende, & dabit eam Dominus in manu regis.

7 Dixit autem Iosaphat, Non est hic propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum?

B 8 Et ait rex Israel ad Iosaphat, Remansit vir vnus, per quem possumus interrogare Dominum: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. cui Iosaphat ait, Ne loquaris ita rex.

9 Vocauit ergo rex Israel eunuchum quendam, & dixit ei, Festina adducere Michæam filium Iemla.

10 Rex autẽ Israel, & Iosaphat rex Iuda sedebant vnusquisque in solio suo vestiti cultu regio, in area iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabant in conspectu eorum.

11 Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dixit Dominus, His ventilabis Syriam, donec deleas eam.

12 Omnésque prophetæ similiter prophetabant, dicentes, Ascende in Ramoth-Galaad, & vade prosperè, & tradet eam Dominus in manus regis.

13 Nuntius verò qui ierat vt vocaret Michæam, locutus est ad eum dicẽs, Ecce sermones prophetarum ore vno regi bona prædicant: sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona.

14 Cui Michæas ait, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.

C 15 Venit itaque ad regem, & ait ei rex, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad præliandum, an cessare? cui ille respondit, Ascende, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis.

16 Dixit autem rex ad eum, Iterum atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini.

17 Et ille ait, Vidi cunctũ Israel dispersum in montibus quasi oues non habentes pastorem: & ait Dominus, Non habent isti dominum: reuertatur vnusquisq; in domum suam in pace.

18 Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat, Nunquid non dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?

19 Ille verò addens, ait, Propterea audi sermonem Domini, Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris.

20 Et ait Dominus, Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascẽdat, & cadat in Ramoth-Galaad? & dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter.

21 Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiam illum. cui locutus est Dominus, In quo?

22 Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus, Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. D

23 Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritũ mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est contra te malum.

24 Accessit autẽ Sedecias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit, Mene ergo dimisit spiritus Domini, & locutus est tibi?

25 Et ait Michæas, Visurus es in die illa quãdo ingrediẽris in cubiculum intra cubiculum, vt abscondaris.

26 Et ait rex Israel, Tollite Michæam, & mittite apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium *Amélech, & dicite eis,

*Appellatiuum nomen est. non proprium, sicut amelechsid est filium regis.

27 Hæc dicit rex, Mittite virum istum in carcerem, & sustẽtate eum pane tribulationis & aqua angustiæ, donec reuertar in pace.

28 Dixitque Michæas, Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait, Audite populi omnes.

29 Ascendit itaque rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth-Galaad.

30 Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat, Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis. porrò rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum.

31 Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens, Non pugnabitis contra minorem & maiorem quempiam, nisi cõtra regem Israel solum. E

32 Cum ergo vidissent principes curruum Iosaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel, & impetu facto pugnabant contra eum: & exclamauit Iosaphat.

33 Intellexerũntque principes curruũ quòd non esset rex Israel, & cessauerunt ab eo.

34 Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel inter pulmonem & stomachum. At ille dixit aurigæ suo, Verte manũ tuam, & educe me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum.

Commissum est ergo prælium in die illa,

& rex Israel stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere: fluebat autẽ sanguis plagæ in sinum currus,

36 Et præco insonuit in vniuerso exercitu antequam sol occumberet, dicens, Vnusquisque reuertatur in ciuitatem *suam, & in terram suam.

37 Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariã. sepelierũntq; regem in Samaria.

F 38 Et lauerunt currum eius in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius, & lauerunt meretrices iuxta verbum Domini quod locutus fuerat.

*Supra 21. *21.

39 Reliqua autem sermonum Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, cunctarúmque vrbium quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

40 Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo.

41 Iosaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudam anno quarto Achab regis Israel.

42 Triginta quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & viginti quinque annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Azuba filia Salai.

43 Et ambulauit in omni via Asa patris sui, & non declinauit ex ea: fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.

44 Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.

45 Pacémque habuit Iosaphat cum rege Israel.

46 Reliqua autem verborum Iosaphat, & opera eius quæ gessit, & prælia, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? G

47 Sed & reliquias effœminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra.

48 Nec erat tunc rex constitutus in Edom.

49 Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari, quæ nauigarent in Ophir propter aurum: & ire non poterant, quia confractæ sunt in Asion-gaber.

50 Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat, Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. & noluit Iosaphat.

51 Dormiuitque Iosaphat cũ patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid patris sui: regnauitq; Ioram filius eius pro eo.

52 Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria, anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitque super Israel duobus annis.

53 Et fecit malum in conspectu Domini, & ambulauit in via patris sui & matris suæ, & in via Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel.

54 Seruiuit quoque Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

QVARTVS REGVM LIBER: secundum Hebræos, Melachim secundus.

CAP. I.

Ochozias ægrotans, & consulens Beelzebub corripitur ab Elia. Quinquagenarii ad Eliam missi igne consumuntur. Ochozias moritur. Ioram succedit.

2 Rebellauerat autẽ Moab in Israel, postquã mortuus est Achab.

* Cecidítque Ochozias per cãcellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit: misítq; nuntios, dicens ad eos, Ite, cõsulite Beel-zebub deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac.

3 Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens, Surge, & ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ, & dices ad eos, Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beel-zebub deum Accaron?

4 Quam ob rem hæc dicit Dominus, De lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. & abiit Elias.

5 Reuersíq; sunt nuntii ad Ochoziam. qui dixit eis, Quare reuersi estis? At illi responderunt ei,

6 Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, reuertimini ad regem qui misit vos, & dicetis ei, Hæc dicit Dominus, Nunquid quia non erat Deus in Israel, mittis vt consulatur Beel-zebub Deus Accaron? Idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. *&

7 Qui dixit eis, Cuius figuræ & habitus est vir ille qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc?

8 At illi dixerunt, Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. qui ait, Elias Thesbites est.

9 Misítque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis, ait, Homo Dei, rex præcepit vt descendas.

10 Respondénsq; Elias, dixit quinquagenario, Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. *ego

Descendit itaq; ignis de cælo, & deuorauit eum & quinquaginta qui erant cum eo.

11 Rursúmq; misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cũ eo. Qui locutus est illi, Homo Dei, hæc dicit rex, Festina, descende. C

12 Respondens Elias, ait, Si homo Dei ego

sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descēdit ergo ignis" de cælo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius.

13 Iterum misit principem quinquagenarium tertium & quinquaginta qui erat cum eo. Qui cum venisset, curuauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait, Homo Dei, noli despicere animam meam & animas seruorum tuorum qui mecum sunt.

14 Ecce descendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant: sed nūc obsecro vt misereatis animæ meę.

15 Locutus est autē Angelus Domini ad Eliam, dicens, Descende cum eo, ne timeas. Surrexit" igitur, & descendit cum eo ad regem,

16 Et locutus est ei, Hęc dicit Dominꝰ, Quia misisti nuntios ad cōsulendum Beel-zebub deum Accaron, quasi non esset deus in Israel à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

17 Mortuus est autem iuxta sermonem Domini quem locutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram filii Iosaphat regis Iudæ: non enim habebat filium.

18 Rēliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus est, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?

CAP. II.

Eliseus comes Eliæ. Elias diuidit aquas pallio. Raptus in cœlum, non inuenitur. Eliseus diuidit aquas pallio Eliæ. Aquæ mortiferæ dulcescunt. Eliseum irridentes pueri, lacerantur ab vrsis.

1 FActum est autem: cùm leuare vellet Dominus Eliam per turbinem in cælum, ibant Elias & Eliseus de Galgalis.

2 Dixitque Elias ad Eliseum, Sede hic, quia Dominus misit me vsque in Beth-el. Cui ait Eliseus, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te.

3 Cùmque descendissent Beth-el, egressi sunt filii prophetarum, qui erāt in Beth-el, ad Eliseum, & dixerunt ei, Nunquid nosti quia hodie Dominus tollet dominū tuum a te? qui respondit, Et ego noui, silete.

4 Dixit autem Elias ad Eliseum, Sede hīc: quia Dominus misit me in Iericho: & ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te.

5 Cùmque venissent Iericho, accesserunt filii prophetarum qui erant in Iericho, ad Eliseum, & dixerunt ei, Nūquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuum a te? & ait, Et ego noui: silete.

6 Dixit autem ei Elias, Sede hīc, quia Dominus misit me vsque ad Iordanem, qui ait, Viuit Dominꝰ, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter,

7 Et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui & steterunt contra, longe: illi autem ambo stabant super Iordanem.

8 Tulitque Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtranque partem, & transierunt ambo per siccum.

9 Cúmque transissent, Elias dixit ad Eliseum, Postula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Eliseus, Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus.

10 Qui respondit, Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.

11 Cúmque pergerent, & incedentes sermocinarētur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque: & ascendit Elias per turbinem in cælum,

12 Eliseus autem videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Et non vidit eum amplius: apprehenditque vestimenta sua, & scidit illa in duas partes.

13 Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei:

14 Reuersúsque steterit super ripam Iordanis, & pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ: & dixit, Vbi est Deus Eliæ, etiam nunc percussit? aquas. & diuisæ sunt huc atque illuc, & transiit Eliseus.

15 Videntes autem" filii prophetarum qui erant in Iericho e contra, dixerunt,

16 Requieuit spiritus Eliæ super Eliseum. Et venientes in occursum eius, adorauerūt eum proni in terram, dixerūntque illi, Ecce, cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quærere dominū tuum, ne forte tulerit eum Spiritus Domini, & projecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. qui ait, Nolite mittere.

17 Coegerúntque eum donec acquiesceret, & dicerent, Mittite. Et miserunt quinquaginta viros: qui cùm quæsissent tribus diebus, non inuenerunt.

18 Et reuersi sunt ad eum: at ille habitabat in Iericho, & dixit eis, Nunquid non dixi vobis, Nolite" mittere?

19 Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliseum, Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tuipse domine prospicis: sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis.

20 At ille ait, Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal:

21 Quod cùm attulissent, egressus ad fontē aquarum, misit in illum sal, & ait, Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque sterilitas.

22 Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diem hanc, iuxta verbum Elisei quod locutus est.

23 Ascendit autem inde Eliseus in Beth-el: cùmque ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes, Ascende calue, ascende calue.

24 Qui cùm respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini. egressíque sunt duo vrsi de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta

quadraginta duos pueros.

25 Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

CAP. III.

Ioram filius Achab regnat. Regibus Iudæ, Israel, & Edom, aquas imperat Eliseus à Deo. Vincuntur Moabitæ. Rex eorum sacrificat filium suum.

1 IOram verò filius Achab regnauit super Israel in Samaria anno decimooctauo Iosaphat regis Iudæ. regnauitque duodecim annis.

2 Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus & mater: tulit enim statuas Baal quas fecerat pater eius.

3 Verumamen in peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis.

4 Porrò Mesa rex Moab, nutriebat pecora multa, & soluebat regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis.

5 Cùmque mortuus fuisset Achab, prævaricatus est fœdus quod habebat cum rege Israel.

6 Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recensuit vniuersum Israel.

7 Misítque ad Iosaphat regem Iuda, dicens, Rex Moab recessit à me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit, Ascendam: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui.

8 Dixítque, Per quam viam ascendemus? at ille respondit, Per desertum Idumææ.

9 Perrexerunt igitur rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom, & circuierunt per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis quæ sequebantur eos.

10 Dixítque rex Israel, Hen heu heu, congregauit nos Dominus tres reges, vt traderet in manu Moab.

11 Et ait Iosaphat, Estne hīc propheta Domini, vt deprecemur Dominum per eum? Et respondit vnus de seruis regis Israel, Est hīc Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ.

12 Et ait Iosaphat, Est apud eum sermo Domini. descenditque ad eum rex Israel, & Iosaphat rex Iudæ, & rex Edom.

13 Dixit autem Eliseus ad regem Israel, Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. & ait illi rex Israel, Quare congregauit Dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab?

14 Dixítque ad eum Eliseus, Viuit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quòd si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.

15 Nunc autem adducite mihi psaltem. Cúmque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini.

16 Et ait, Hæc dicit Dominus, Facite alueo torrentis huius fossas & fossas. Hæc enim dicit Dominus,

17 Non videbitis ventum, neque pluuiam: & riueus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ, vestræ & iumenta vestra.

18 Parúmque est hoc in conspectu Domini: insuper tradet etiā Moab in manus vestras.

19 Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, & vniuersum lignum fructiferum succidetis, cunctósque fontes aquarum obturabitis, & omnē agrum egregium operietis lapidibus.

20 Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, & ecce, aquæ venichant per viam Edom, & replera est terra aquis.

21 Vniuersi autem Moabitæ audientes quòd descendissent tres reges vt pugnarent aduersum eos, conuocauerunt omnes qui accincti erant balthco desuper, & steterunt in terminis.

22 Primóque mane surgentes, & orto iam sole ex aduerso aquarum, viderunt Moabitæ econtra aquas rubras, quasi sanguinem.

23 Dixérúntque, Sanguis gladii est: pugnauerunt reges contra se, & cæsi sunt mutuò: nunc perge ad prædam Moab.

24 Perrexerúntque in castra Israel: porrò consurgens Israel, percussit Moab: at illi fugerunt coram eis. venerunt igitur qui vicerant, & percusserunt Moab,

25 Et ciuitates destruxerunt: & omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleuerunt: & vniuersos fontes aquarum obturauerunt: & omnia ligna fructiferæ succiderunt, ita vt muri tantùm fictiles remanerent: & circundata est ciuitas à fundibulariis, & magna ex parte percussa.

26 Quod cùm vidisset rex Moab, prævaluisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladios, vt irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt.

27 Arripiénsque filium suū primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel, statímque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

CAP. IIII.

Paupercule vidūæ dat Deus oleum per Eliseum. Hospitæ suæ diuitī & sterili impetrat Eliseus filium, quem mortuum orando suscitat. Amarum pulmentum reddit dulce. Multiplicat panes.

1 MVlier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Deum: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi.

2 Cui dixit Eliseus, Quid vis vt faciam tibi? dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit, Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo vngar.

3 Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca.

4 Et ingredere, & claude ostium tuum, cùm intrinsecus fueris tu & filii tui: & mitte inde in omnia vasa hæc: & cùm plena fuerint tolles.

5 Iuit itaque mulier, & clausit ostium super se & super filios suos: illi offerebant va

fo, & illa infundebat.
6 Cumque plena fuissent vasa, dixit ad
filium suum, Affer mihi adhuc vas. Et ille
respondit, Non habeo. Stetitque oleum.
B 7 Venit autem illa, & indicauit homini Dei.
& ille, Vade, inquit, vende oleum, & redde
creditori tuo: tu autem & filii tui viuite
de reliquo.
8 Facta est autem quædam dies, & transibat
Eliseus per Sunam ciuitatem: erat autem
ibi mulier magna quæ tenuit eum vt co-
mederet panem: cumque frequenter inde
transiret, diuertebat ad eam vt comederet
panem.
9 Quæ dixit ad virum suum, Animaduerto
quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per
nos frequenter.
10 Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, &
ponamus ei in eo lectulum, & mensam, &
sellam, & candelabrum: vt cùm venerit ad
nos, maneat ibi.
11 Facta est ergo dies quædam, & veniens
diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi.
12 Dixitque ad Giezi puerum suum, Voca
Sunamitidem istam. Qui cùm vocasset eam,
& illa stetisset coram eo, dixit ad puerum
suum,
C 13 Loquere ad eam, Ecce, sedulò in omnibus
ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi?
nunquid habes negotium, & vis vt loquar
regi, siue principi militiæ? quæ respondit,
In medio populi mei habito.
14 Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? di-
xitque Giezi, Ne quæras: filium enim non
habet: & vir eius senex est.
15 Præcepit itaque vt vocaret eam: quæ
cùm vocata fuisset, & stetisset ante ostium,
dixit ad eam,
16 In tempore isto, in hac eadem hora, si vi-
ta comes fuerit, habebis in vtero filium. at
illa respondit, Noli, quæso domine mi vir
Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.
17 Et concepit mulier, & peperit filium in
"ei tempore, & in hora eadem qua dixerat"
Eliseus.
18 Creuit autem puer, & cùm esset quæ dam
dies, & egressus esset ad patrem suum, ad
messores, ait patri suo,
19 Caput meum doleo, caput meum doleo.
At ille dixit puero, Tolle, duc eum ad ma-
trem suam.
20 Qui cùm tulisset, & duxisset eum ad ma-
trem suam, posuit eum illa super genua
sua vsque ad meridiem, & mortuus est.
D 21 Ascendit autem, & collocauit eum super
lectulum hominis Dei, & clausit ostium: &
egressa vocauit virum suum, & ait,
22 Mitte mecum, obsecro vnum de pueris,
& asinam, vt excutram vsque ad hominem
Dei, & reuertar.
23 Qui ait illi, Quam ob causam vadis ad
eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sab-
batum, quæ respondit, Vadam.
24 Strauitque asinam, & præcepit puero,
Mina, & properas, ne mihi moram faciás in
eundo, & hoc age quod præcipio tibi.
25 Profecta est igitur, & venit ad virum Dei
in montem Carmeli: cumque vidisset eam
vir Dei e contra, ait ad Giezi puerum
suum, Ecce Sunamitis illa.
26 Vade ergo in occursum eius, & dic ei, Re-
ctène agitur circa te, & circa virum tuum,
& circa filium tuum? Quæ respondit, Recté.
27 Cumque venisset ad virum Dei in mon-
tem, apprehendit pedes eius: & accessit
Giezi vt amoueret eam. & ait homo Dei,
Dimitte illam: anima enim eius in amа-
ritudine est, & Dominus celauit à me, &
non indicauit mihi.
28 Quæ dixit illi, Nunquid petiui filium à E
domino meo? nunquid non dixi tibi, Ne il-
ludas mihi? Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos: & tolle baculum meum in manu tua, & vade.
29 Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non re-
spondeas illi: & pones baculum meum su-
per faciem pueri.
30 Porrò mater pueri ait, Viuit Dominus, &
vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit
ergo, & secutus est eam,
31 Giezi autem præcesserat ante eos, & po-
suerat baculum super faciem pueri: & non
erat vox, neque sensus: reuersúsque est in
occursum eius, & nuntiauit ei, dicens, Non
surrexit puer.
32 Ingressus est ergo Eliseus domum, & ec-
ce puer mortuus iacebat in lectulo eius:
33 Ingressúsque clausit ostium super se, &
super puerum: & orauit ad Dominum.
34 Et ascendit & incubuit super puerum: F
posuitque os suum super os eius, & ocu-
los suos super oculos eius, manus suas su-
per manus eius: & incuruauit se super eum,
& calefacta est caro pueri.
35 At ille reuersus, deambulabat in domo,
semel huc atque illuc: & ascendit, & incu-
buit super eum: & oscitauit puer septies,
aperuitque oculos.
36 Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Su-
namitidem hanc. quæ vocata, ingressa est
ad eum, qui ait, Tolle filium tuum.
37 Venit illa, & corruit ad pedes eius, &
adorauit super terram: tulitque filium
suum, & egressa est, & Eliseus reuersus est
in Galgala.
38 Erat autem fames in terra, & filii pro-
phetarum habitabant coram eo, dixitque
vni de pueris suis, Pone ollam grandem, &
coque pulmentum filiis prophetarum.
39 Et egressus est vnus in agrum vt colligе- G
ret herbas agrestes: inuenítque quasi vi-
tem syluestrem, & collegit ex ea colocyn-
tidas agri, & implenit pallium suum, & re-
uersus conscidit in ollam pulmentum: nesciе-
bat enim quid esset.
40 Infuderunt ergo sociis, vt comederent: cumque gustassent de coctione, clamauе-
runt, dicentes, Mors in olla vir Dei. Et non
potuerunt comedere.
41 At ille, Afferte, inquit, farinam. cumque "& misit
tulissent, misit in ollam, & ait, Infunde tur-
bæ, vt comedant. & non fuit amplius quic-
quam amaritudinis in olla.
42 Vir autem quidam venit de Baal-salisa
deferens viro Dei panes primitiarum, & viginti

viginti panes hordeaceos, & frumentum
nouum in pera sua. at ille dixit, Da popu-
lo, vt comedat.
43 Respondítque ei minister eius, Quantum
est hoc, vt apponam coram centum viris?
rursum ille ait, Da populo vt comedat: hæc
enim dicit Dominus, Comedét, & supererit.
44 Posuit itaque coram eis, qui comede-
runt, & superfuit iuxta verbum Domini.

CAP. V.

Naaman Syrus per Eliseum curatur à lepra, ad gloriam Dei. Munera accipit Giezi mendax à Naaman, & lepra percutitur.

Reutem 1 NAaman princeps militiæ regis Syriæ,
erat vir magnus apud dominum suum,
& honoratus: per illum enim dedit Domi-
nus salutem Syriæ: erat autem vir fortis &
dives, sed leprosus.
2 Porrò de Syria egressi fuerant latrunculi,
& captiuam duxerant de Terra Israel
puellam paruulam, quæ erat in obsequio
vxoris Naaman.
3 Quæ ait ad dominam suam, Vtinam esset
Dominus meus ad prophetam qui est in
Samaria: profectò curasset eum à lepra
quam habet.
4 Ingressus est itaque Naaman ad domi-
num suum, & nuntiauit ei, dicens, Sic & sic
locuta est puella de Terra Israel.
R 5 Dixitque ei rex Syriæ, Vade, & mittam
literas ad regem Israel. qui cùm profectus
esset, & tulisset secum decem talenta argen-
ti, & sex millia aureos, & decem mutatoria
vestimentorum:
6 Detulit literas ad regem Israel, in hæc
verba, Cùm acceperis epistolam hanc, sci-
to quòd miserim ad te Naaman seruum
meum, vt cures eum à lepra sua.
7 Cumque legisset rex Israel literas, scidit
vestimenta sua, & ait, Nunquid Deus ego
sum, vt occidere possim, & viuificare, quia
iste misit ad me, vt curem hominem à le-
pra sua? animaduertite, & videte quòd oc-
casiones quærat aduersum me.
C 8 Quod cùm audisset Eliseus vir Dei, scidi-
sse videlicet regem Israel vestimenta
sua, misit ad eum, dicens, Quare scidisti
vestimenta tua? veniat ad me, & sciat esse
prophetam in Israel.
9 Venit ergo Naaman cum equis & curri-
bus, & stetit ad ostium domus Elisei.
10 Misítque ad eum Eliseus nuntium, dicens,
Vade, & lauare septies in Iordane, & reci-
piet sanitatem caro tua, atq; mundaberis.
11 Iratus Naaman recedebat, dicens, Puta-
bam quòd egrederetur ad me, & stans in-
uocaret nomen Domini Dei sui, & tange-
ret manu sua locum lepræ, & curaret me.
D 12 Nunquid non meliores sunt Abana &
Pharphar fluuii Damasci omnibus aquis
Israel, vt lauer in eis & mundèr? Cùm er-
go verrisset se, & abiret indignans, acceſſe-
runt ad eum serui sui,
13 Et locuti sunt ei, Pater, & si rem gran-
dem dixisset tibi propheta, certè facere
debueras: quanto magis quia nunc dixit
tibi, Lauare, & mundaberis?
14 Descendit, & lauit in Iordane septies
iuxta sermonem viri Dei, & restituta est
caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mun-
datus est.
15 Reuersúsque ad virum Dei cum vniuer-
so comitatu suo, venit, & stetit coram eo,
& ait, Vere scio quòd non sit alius Deus
in vniuersa terra, nisi tantùm in Israel. Ob-
secro itaque vt accipias benedictionem à
seruo tuo.
16 At ille respondit, Viuit Dominus ante
quem sto, quia non accipiam. cumque vim E
faceret, penitus non acquieuit.
17 Dixitque Naaman, Vt vis: sed, obsecro,
concede mihi seruo tuo, vt tollam onus
duorum burdonum de terra: non enim fa-
ciet vltrà seruus tuus holocaustum, aut
victimam diis alienis, nisi Domino.
18 Hoc autem solum est de quo depreceris
Dominum pro seruo tuo, Quando ingredie
tur dominus templum Remmon vt adoret
& illo innitente super manum meam, si
adorauero in templo Remmon, adorante
eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Domi-
nus seruo tuo pro hac re.
19 Qui dixit ei, Vade in pace. abiit ergo ab F
eo electo" tempore. "terræ
20 Dixítque Giezi puer viri Dei, Pepercit
dominus meus Naaman Syro isti, vt non
acciperet ab eo quæ attulit: viuit Domi-
nus, quia curram post eum, & accipiam ab
eo aliquid.
21 Et secutus est Giezi post tergum Naa-
man: quem cùm vidisset ille currentem ad
se, desiliit de curru in occursum eius, & ait,
Rectène sunt omnia?
22 Et ille ait, Recté: dominus meus misit me
ad te, dicens, Modò venerunt duo adole-
scentes de monte Ephraim, ex filiis pro-
phetarum: da eis talentum argenti, & vestes
mutatorias duplices.
23 Dixítque Naaman, Melius est vt accipias
duo talenta, & cogit eum, ligatúque duo
talenta argenti in duobus saccis, & duplicia
vestimenta, & imposuit duobus pueris
suis, qui & portauerunt coram eo.
24 Cumque venisset iam vesperi, tulit de G
manu eorum, & reposuit in domo, dimi-
sítque viros, & abierunt.
25 Ipse autem ingressus, stetit coram domi-
no suo. & dixit Eliseus, Vnde venis Giezi?
Qui respondit, Non iuit seruus tuus quò-
quam.
26 At ille ait, Nónne cor meum in præsenti
erat, quando reuersus est homo de curru
suo in occursum tui? nunc igitur accepisti
argentum, & accepisti vestes, vt emas oliue-
ta, & vineas & oues & boues & seruos &
ancillas.
27 Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, &
semini tuo, vsque in sempiternum. & egres-
sus est ab eo "quasi nix leprosus. "leprosus quasi ni
Iud.4.c.

CAP. VI.

Eliseus ferrum natare facit. Syri inuadunt Israelitas. Syros obcæcatos Eliseus ducit in medium Samariæ, quos pascit rex. Mulieres in Samaria, fame vrgente comedentes filios.

1 DIxerunt autem filii prophetarum ad Eliseum, Ecce, locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis.
2 Eamus vsque ad Iordanem, & *tollant singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. qui dixit, Ite.
3 Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum seruis tuis. respondit, Ego veniam.
4 Et abiit cum eis. cumque venissent ad Iordanem, cædebant ligna.
5 Accidit autem, vt cùm vnus materiam succidisset, caderet ferrũ securis in aquam: exclamauitque ille, & ait; *Heu heu heu domine mi, & hoc ipsum mutuò acceperam.
B 6 Dixit autem homo Dei, Vbi cecidit? at ille monstrauit ei locum. præcidit ergo lignum, & misit illuc: natauitque ferrum.
7 Et ait, Tolle. qui extendit manum, & tulit illud.
8 Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel, consiliumque iniit cum seruis suis, dicens, In loco illo & illo ponamus insidias.
9 Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicens, Caue ne transeas in locum illum: quia ibi Syri in insidiis sunt.
C 10 Misit itaque rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obseruauit sibi non semel neque bis.
11 Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re: & conuocatis seruis suis, ait, Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israel?
12 Dixitque vnus seruorum eius, Nequaquam domine mi rex, sed Eliseus propheta qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcunque locutus fueris in conclaui tuo.
13 Dixitque eis, Ite, & videte vbi sit: vt mittam, & capiam eum. *annuntiauerunt ei, dicentes; Ecce in Dothaim.
14 Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cùm venissent nocte, circumdederunt ciuitatem.
15 Consurgens autem diluculo minister viri Dei, egressus est, vidit que exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauitque ei, dicens, *Heu heu heu domine mi, quid faciemus?
16 At ille respondit, Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.
D 17 Cumque orasset Eliseus, ait, Domine, aperi oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisei.
18 Hostes vero descenderunt ad eum: porrò Eliseus orauit ad Dominum, dicens, Percute, obsecro, gentem hanc excitate. percussit que Dominus, ne viderent, iuxta verbum Elisei.
19 Dixit autem ad eos Eliseus, Non est hæc via, neque ista est ciuitas: sequimini me, & ostendam vobis virum quem quæritis. duxit ergo eos in Samariam.
20 Cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus, Domine aperi oculos istorum, vt videant. aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ.
21 Dixitque rex Israel ad Eliseum, cùm vidisset eos, Nunquid percutiam eos pater mi?
22 Et ille ait, Non percuties: neque enim E cepisti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: sed pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad Dominum suum.
23 Appositáque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suum: & vltrà non venerunt latrones Syriæ in Terram Israel.
24 Factum est autem post hæc, congregauit Ben-adad rex Syriæ, vniuersum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam.
25 Factáque est fames magna in Samaria: & tandiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum, quinque argenteis.
26 Cúmque rex Israel transiret per murum, F mulier quædam exclamauit ad eum, dicens, Salua me domine mi rex.
27 Qui ait, Non te saluet Dominus: vnde te possim saluare de area, vel de torculari?
28 Dixitque ad eam rex, Quid tibi vis? quæ respondit, Mulier ista dixit mihi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras.
29 Coximus ergo filium meum, & comedimus. dixitque ei die altera, Da filium tuum vt comedamus eum. quæ abscondit filium suum.
30 Quod cùm audisset rex, scidit vestimenta sua, (& transibat per murum: viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.)
31 Et ait rex, Hæc mihi faciat Deus, & hæc G addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie.
32 (Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo.) præmisit itaque virum: & antequam veniret nuntius ille, dixit ad senes, Nunquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meum? videte ergo cùm venerit nuntius, claudite ostium, & non finatis eum introire. ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est.
33 Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce tantum malum à Domino est: quid amplius expectabo à Domino?

CAP. VII.

Sine hominum manu liberat Deus Israelitas à bello & fame. Desperantes leprosi annuntiant prouidentiam Dei Israelitis. Dux incredulus conculcatur à turba.

1 DIxit autem Eliseus, Audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus, In tempore hoc cras modius similæ vno statêre erit, & duo modii hordei statêre vno, in porta Samariæ,

Respondens

2 Respondens vnus de ducibus, super cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait, Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes.
3 Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ: qui dixerũt adinuicẽ, Quid hic esse volumus donec moriamur?
4 Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame morietur, siue manserimus hic, morièdum nobis est: venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ. si pepercerint nobis viuemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur.
B 5 Surrexerunt ergo vesperi vt venirent ad castra Syriæ, cúmque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem reperierunt.
*audire factiuum 6 (Siquidem Dominus sonitum *audiri fecerat in castris Syriæ, curruum, & equorum, & exercitus plurimi: dixerúntque adinuicem, Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges *Gethæorum, & AEgyptiorum, & venerunt super nos.
7 Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugerúntque, animas tantùm suas saluare cupientes.)
8 Igitur cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tulerúntque inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderunt: & rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt.
C 9 Dixerúntque ad inuicem, Non rectè facimus: hæc enim dies boni nũtii est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vsque manè, sceleris arguemur: venite, eamus, & nuntiemus in aula regis.
10 Cúmque venissent ad portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes, Iuimus ad castra Syriæ: & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria.
11 Ierunt ergo portarii, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus.
12 Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes, Cum egressi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus.
13 Respõdit autem vnus seruorum eius, Tol lamus quinque equos, qui remanserunt in vrbe (quia ipsi tãtum sunt in vniuersa multitudine Israel, alii enim consumpti sunt) & mittentes, explorare poterimus.
14 Adduxerunt ergo duos equos: misitque rex in castra Syriorum, dicens, Ite, & videte.
D 15 Qui abierũt post eos vsque ad Iordanem: Ecce autem omnis via plena erat vestibus & vasis, quæ proiecerant Syri cùm turbarentur: reuersíque nuntii indicauerunt regi.
16 Et egressus populus diripuit castra Syriæ: factúsq; est modius similæ statêre vno, & duo modii hordei statêre vno, iuxta verbum Domini.
17 Porrò rex ducem illum, in cuius manu *incubuerat constituit ad portam: quẽ conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta *quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum. *incumbebat *verbum
18 Factúmque est secundum sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait, Duo modii hordei statêre vno erunt, & modius similæ statêre vno,
19 Hoc eodem tempore erat in porta Samariæ: quando respõderat dux ille viro Dei, Et dixerat, Etiam si Dominus fecerit cataractas in cælo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis, & inde non comedes.
20 Euenit ergo ei sicut prædictum erat, & conculcauit eum populus in porta, & mortuus est.

CAP. VIII.

Famem septem annorum fugit Sunamitis. Hazael, suffocato Ben-adad, regnat in Syria.

1 ELiseus autem locutus est ad mulierem *cuius viuere fecerat filium, dicens, Surge, vade, tu & domus tua, & peregrinare vbicunque repereris: *vocabit enim Dominus famem, & veniet super terram septem annis. *Sup. 4. f. 35. *vocauit
2 Quæ surrexit, & fecit iuxta verbum hominis Dei: & vadens cum domo sua, peregrinata est in terra Philisthiim diebus multis.
3 Cúmque finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra Philisthiim: & egressa est vt interpellaret regem pro domo sua & pro agris suis.
4 Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens, Narra mihi omnia magnalia, quæ fecit Eliseus.
5 Cúmque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua, & pro agris suis: dixitque Giezi, Domine mi rex, Hæc est mulier, & hic est filius eius quem suscitauit Eliseus. B
6 Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei vera esse. Dedítque ei rex eunuchum vnum, dicens, Restitue ei omnia, quæ sua sunt, & vniuersos reditus agrorum à die qua reliquit terram, vsque ad præsens.
7 Venit quoque Eliseus Damascum, & Ben-adad rex Syriæ ægrotabat: nuntiauerúntq; ei dicentes, Venit vir Dei huc. C
8 Et ait rex ad Hazael, Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum dicens, Si euadere potero de infirmitate mea hac?
9 Iuit igitur Hazael in occursum ei habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. cúmque stetisset coram eo, ait, Filius tuus Ben-adad rex Syriæ, misit me ad te, dicens, Si sanari potero de infirmitate mea hac?
10 Dixítque ei Eliseus, Vade, die ei, Sanabe-

si.

rls:porrò ostēdit mihi Dominus,quia morte morietur.
D 11 Stetitque cum eo,& cōturbatus est vsque ad suffusionem vultus:fleuitque vir Dei.
12 Cui Hazael ait, Quare dominꝰ meus flet? at ille dixit, Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala, Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides.
13 Dixitque Hazael, Quid enim sum seruus tuus canis,vt faciam rem istam magnam?& ait Eliseus, Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore.
14 Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit,Dixit mihi, recipies sanitatem.
E 15 Cumque venisset dies altera,tulit stragulum,& infudit aquam,& expꝫssit super faciem eius: quo mortuo regnauit Hazael pro eo.
2.Par.21. d.4. 16 *Anno quinto Ioram filii Achab regis Israel, ꝓregnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda.
ꝓ& Iosaphat regis Iuda 17 Triginta duorum annorum erat cùm regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem.
18 Ambulauitque in viis regum Israel,sicut ambulauerat domus Achab: filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malum est in conspectu Domini.
19 Noluit autē Dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei,vt daret illi lucernam, & filiis eius cunctis diebus.
2.Reg.7. 6.15.
F 20 In diebus illis recessit Edom,ne esset sub Iuda,& constituit sibi regem.
ꝓomnes; currus 21 Venitque Ioram Seira, & ꝓomnis exercitus cum eo: & surrexit nocte, percussitque Idumæos qui eum circumdederant, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua.
22 Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda,vsque ad diem hanc,tunc recessit & Lobna in tempore illo.
23 Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa quæ fecit, nōnne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iudæ?
24 Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultúsque est cum eis in Ciuitate Dauid, *& regnauit Ochozias filius eius pro eo.
2.Par.22. d.1. 25 Anno duodecimo Ioram filii Achab regis Israel regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ.
G 26 Viginti duorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset,& vno anno regnauit in Ierusalem,nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israel.
27 Et ambulauit in viis domus Achab: & fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit.
28 Abiit quoque cum Ioram filio Achab, ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad, & vulneraueruntꝰ Syri Ioram.
29 Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: quia ꝓvulnerauerunt eum Syri in ꝓRamoth præliantem cōtra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iudæ, descendit inuisere Ioram filium Achab, in Iezrahel,quia ægrotabat ibi.
ꝓvulnerauerant ꝓRama

CAP. IX.

Iehu ungitur in regem Israel.Interficit Ioram & Ochoziam Præcipitata Iezabel comeditur à canibus.

1 ELiseus autem prophetes vocauit vnum de filiis prophetarum, & ait illi, *Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth-Galaad. *3.Reg.19. d.17.
2 Cúmque veneris illuc,videbis Iehu filium Iosaphat filii Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum,& introduces in interius cubiculum.
3 Tenémsque lenticulam olei, fundes super caput eius, & dices, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel, aperiéisque ostium,& fugies,& non ibi subsistes.
4 Abiit ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth-Galaad.
5 Et ingressus est illuc: ecce autem principes exercitus sedebant,& ait,Verbum mihi ad te ō princeps. Dixitque Iehu, Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit, Ad te ō
H principes.
6 Et surrexit,& ingressus est cubiculum:at ille fudit oleū super caput eius,& ait, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vnxi te regem super populum Domini Israel,
7 Et percuties domum Achab domini tui.& vlciscar sanguinem seruorum meorū prophetarum, & sanguiné omnium seruorum Domini ꝓde manu Iezabel.
ꝓ3.Reg.21. f.21.
8 Perdámque omnem domum Achab: & interficiam de domo Achab mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel.
9 Et dabo domum Achab, *sicut domum Ieroboam filii Nabat,*& sicut domum Baasa filii Ahia. *3.Reg.15. 3.16. 3.Reg.16.
10 Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel,nec erit qui sepeliat eam,aperuitque ostium,& fugit.
11 Iehu autem ꝓingressus est ad seruos domini sui:qui dixerunt ei,Recténe sunt omnia? Quid venit insanus iste ad te?qui ait eis, Nostis hominem,& quid locutus sit.
ꝓegressus
12 At illi respōderunt, Falsum est,sed magis narra nobis.qui ait eis,Hęc & hæc locutus est mihi:& ait,Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel.
13 Festinauerunt itaque,& vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius,in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba,atque dixerunt,Regnauit Iehu.
14 Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filii Namsi contra Ioram: porrò Ioram obsederat Ramoth Galaad,ipse & omnis Israel contra Hazael regem Syriæ:
15 Et reuersus fuerat vt curaretur in Iezrahel,propter vulnera,quia percusserāt eū Syri præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Iehu, Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuntiet

& nuntiet in Iezrahel.
16 Et ascendit, & profectus est in Iezrahel: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iudæ descenderat ad visitandum Ioram.
D 17 Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrael, vidit globum Iehu venientis, & ait,Video ego globum, dixitque Ioram, Tolle currum,& mitte in occursum eorum, & dicat vadens.Recténe sunt omnia?
18 Abiit ergo qui ascenderat currum, in occursum eius,& ait,Hæc dicit rex, Pacatáne sunt omnia?Dixitque Iehu, Quid tibi & pacitransi,& sequere me. Nuntiauit quoque speculator,dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur.
19 Misit etiam currum equorum secundum: venítque ad eos,& ait,Hæc dicit rex, Nunquid pax est?Et ait Iehu, Quid tibi & pacitransi,& sequere me.
20 Nuntiauit autem speculator, dicens, Venit vsque ad eos,& non reuertitur: est autem incessus quasi incessus Iehu filii Namsi præceps enim graditur.
ꝓIunge ꝓiunxerunt
E 21 Et ait Ioram, ꝓIungite currum, ꝓiunxerúntque currum eius, & egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iudæ, singuli in curribus suis. egressíque sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iesrahelitæ.
22 Cúmque vidisset Ioram Iehu, dixit, Pax est Iehu?at ille respondit,Quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent.
23 Conuertit autem Ioram manum suam,& fugiens ait ad Ochoziam,Insidiæ Ochozia.
24 Porrò Iehu tetendit arcum manu,& percussit Ioram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius,statúmque corruit in curru suo.
25 Dixitque Iehu ad Badacer ducem,Tolle, proiice eum in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim (quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patré huius,) quòd Dominus onus hoc leuauerit super
F eum,dicens,
1.Reg.21. d.19. 26 *Si non pro sanguine Naboth,& pro sanguine filiorum eius,quem vidi heri,ait Dominus,reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & proiice eum in agrum iuxta verbum Domini.
27 Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horti: persecutúsque est eum Iehu,& ait,Etiam hunc percutite in curru suo, & percusserunt eum in ascensu ꝓGaber qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo,& mortuus est ibi.
ꝓCurrus Iudæ
28 Et imposuerūt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Ierusalem: sepelierúntque eum in sepulchro cum patribus suis in Ciuitate Dauid.
29 Anno vndecimo Ioram filii Achab regis Israel,regnauit Ochozias super Iudam.
30 Venitque Iehu in Iezrahel. Porro Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio,& ornauit caput suum,& respexit per
1.Reg.15. d.10. fenestram ingredientem Iehu per portam.
31 Et ait,Nunquid pax poterit esse Zambri, *qui interfecit dominum suum.
32 Leuauítq; Iehu faciem suā ad fenestram, G & ait, Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo,vel tres eunuchi,& dixerunt,
33 Hæc est illa Iezabel. At ille dixit eis,Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam, aspersúsque est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam.
34 Cúmque introgressus esset,vt comederet, biberétque,ait,Ite,& videte maledictam illam,& sepelite eam:quia filia regis est.
35 Cúmque issent vt sepelirent eam,non inuenerunt, nisi caluariam, & pedes, & summas manus.
36 Reuersúque nuntiauerunt ei, & ait Iehu, Sermo Domini est,quē locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens, In agro Iezrahel comedēt canes carnes Iezabel,
37 Et erit carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes non dicant,Hæccine est illa Iezabel?

CAP. X.

Iehu occidit septuaginta filios Achab, & quadraginta fratres eiusdem. Omnibus sacerdotibus Baal interfectis, ex eius templo cloacas facit.Israel percutitur ab Hazael. Iehu mortuo succedit Ioachaz.

1 ERant autem Achab septuaginta filii in Samaria:scripsit ergo Iehu literas,& misit in Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu,& ad nutritios Achab, dicens,
2 Statim vt acceperetis literas has(qui habetis filios Domini vestri, & currus, & equos & ciuitates firmas,& arma,)
3 Eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri,& eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri.
4 Timuerunt illi vehementer, & dixerunt, Ecce,duo reges non potuerunt stare coram eo,& quomodo nos valebimus resistere?
5 Miserunt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritii ad Iehu, dicētes Serui tui sumus, quæcunque iusseris faciemus, nec constituemus nobis regem. Quæcunque tibi placent,fac.
6 Rescripsit autem eis literas secundo, dicens,Si mei estis,& obeditis mihi,tollite capita filiorum domini vestri,& venite ad me hac eadem hora cras,in Iezrael. (porrò filii regis,septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutrisebantur.)
7 Cúmque venissent literæ ad eos, tulerunt filios regis,& occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Iesrahel.
8 Venit autem nuntius ad eum, & indicauit ei,dicens, Attulerunt capita filiorum regis. qui respondit, Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsque mane
9 Cúmque diluxisset,egressus est,& stans dixit ad omnem populum, Iusti estis, si ego coniurauí contra Dominum meum, & interfeci eum,quis percussit omnes hos?
10 Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, &

Dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Eliæ.

11 Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrael & vniuersos optimates eius, & notos & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.

12 Et surrexit, & venit in Samariam: cumque venisset ad Cameram-pastorum, in via inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, dixitque ad eos.

13 Quinam estis vos? Qui responderunt, Fratres Ochoziæ regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ.

14 Qui ait, Comprehendite eos viuos. Quos cùm comprehendissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta Cameram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quenquam.

D 15 Cúmque abisset inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occursum sibi: & benedixit ei. Et ait Iehu ad eũ, Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo? & ait Ionadab, Est: Si est, inquit: da mihi manum tuam. qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum.

16 Dixitque ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et imposuerunt in curru suo,

17 Duxit in Samariam: & percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsque ad vnum, iuxta verbũ Domini, quod locutus est per Eliam.

3.Reg.16. 18 *Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos, Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius.

19 Nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal: quicunque defuerit, non viuet. (porrò Iehu faciebat hoc insidiose, vt disperderet cultores Baal.)

E 20 Et dixit, Sanctificate diem solẽnem Baal, vocauitque,

21 Et misit in vniuersos terminos Israel, & venerunt cũcti serui Baal: non fuit residuus ne vnus quidem qui non veniret, & ingressi sunt templum Baal: & repleta est domus Baal, à summo vsque ad summum.

*erant 22 Dixitque his qui *præerant super vestes, Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal. Et protulerunt eis vestes.

23 Ingressusque Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal. Perquirite, & videte ne quis forte vobiscũ sit de seruis Domini, sed vt sint serui Baal soli.

24 Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta: Iehu autem præparauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro anima illius.

F 25 Factum est autem cùm completum esset holocaustum, præcepit Iehu militibus & ducibus suis, Ingredimini, & percutite eos, nullus exeat. Percusserũntque eos in ore gladii, & proiecerunt milites & duces: & ierũt in ciuitatem templi Baal,

26 Et protulerunt statuam de phano Baal, & combusserunt, & comminuerunt eam.

27 Destruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas, vsque in diem hanc.

28 Deleuit itaque Iehu Baal de Israel:

29 Verũtamen à peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Bethel, & in Dan.

30 Dixit autem Dominus ad Iehu, Quia studiosè egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: *filii Ios.15. tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. 4.12.

31 Porro Iehu non custodiuit vt ambularet G in lege Domini Dei Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboã, qui peccare fecerat Israel.

32 In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel: percussitque eos Hazael in vniuersis finibus Israel,

33 A Iordane contra Orientalem plagam, omnem Terram-Galaad & Gad & Ruben & Manasse, ab Aroer quæ est super Torrentem-Arnon, & Galaad & Basan.

34 Reliqua autem verborum Iehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel.

35 Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelierũntque eum in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo.

36 Dies autem quos regnauit Iehu super Israel, viginti & octo anni sunt, in Samaria.

CAP. XI.

Athalia interficit omne semen regium. Ioas absconsus tandem rex constituitur, occisa Athalia. Fœdus inter Deum, & Ioas, & populum. Nathan interficitur.

1 * Athalia verò mater Ochoziæ, videns 2.Par.22. mortuum filium suum, surrexit, & in- d.10. terfecit omne semen regium.

2 Tollens autem Iosaba filia regis Ioram, soror Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur & nutricem eius, de triclinio: & abscondit eum à facie Athaliæ, vt non interficeretur.

3 Erátque cum ea sex annis clàm in domo Domini: porrò Athalia regnauit super terram septem annis.

4 *Anno autem septimo misit Ioiada, & as- 2.Par.23. sumens centuriones, & milites introduxit a.1. ad se in templum Domini: pepigitque cum eis fœdus, & adiurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis,

5 Et præcepit illi, dicens, Iste est sermo quẽ facere debetis, Tertia pars vestrũ introeat sabbatho, & obseruet excubias domus regis.

6 Tertia autem pars sit ad portam Seir: & B *Sur. tertia pars sit ad portam quæ est post habitaculum scutariorum: & custodietis excubias domus, messa.

7 Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes

tes sabbatho, custodiant excubias domus Domini circa regem.

8 Et vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris: siquis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur: eritisque cum rege introeunte & egrediente.

9 Et fecerũt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada sacerdos: & assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur *sabbathum, cum his qui egrediebantur, è sabbatho, venerunt ad Ioiadam sacerdotem. *sabbatho.

10 Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini.

11 Et steterunt singuli habentes arma in manu sua à parte templi dextera, vsque ad partem sinistram altaris, & ædis, circum regem. C

12 Produxitque filium regis, & posuit super eum diadema & testimonium: fecerũntque eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu dixerunt, Viuat rex.

13 Audiuit autem Athalia vocem populi currentis: & ingressa ad turbas in templum Domini.

14 Vidit regem stantem super tribunal, iuxta morem, & cantores & *turbas prope eum, omnémque populum terræ lætantem, & canentem tubis: & scidit vestimenta sua, clamauitque, Coniuratio, Coniuratio. *cubas

15 Præcepit autem Ioiada "centurionibus, qui erant super exercitum, & ait eis, Educite eam extra septa templi, & quicunque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos, Non occidatur in templo domini. "sacerdos

16 D Imposuerũntque ei manus, & impegerũt eam per viam introitus equorum, iuxta palatium", & interfecta est ibi. "regis, Dominũ

17 Pepigit ergo Ioiada fœdus inter "Deum & regẽ, & inter populum, vt esset populus Domini, & inter regem & populum.

18 Ingressũque est omnis populus terræ tẽplum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt valide: Mathan quoque sacerdotem Baal, occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini.

19 Tulitque centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxerũque regem de domo Domini, & venerunt per viã portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronũ regum. B

20 Lætatúsque est omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis.

21 Septémque annorum erat Ioas, cùm regnare cœpisset.

CAP. XII.

Ioas sacerdotibus non instaurantibus templum, auferri pecuniam, & in vsus templi expendit. Hazael recedit ab Ierusalem. Ioa interfecto à seruis succedit Amasias.

1 ANno septimo Iehu regnauit Ioas: quadraginta annis regnauit in Ierusalẽ. Nomẽ matris eius Sebia, de Bersabee.

2 Fecitque Ioas rectum coram Domino, cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada sacerdos.

3 Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populum immolabat, & adolebat in excelsis incensum.

4 Dixitque Ioas ad sacerdotes, Omnem pecuniam sanctorum quæ illata fuerit in tẽplum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini.

5 Accipiant illam sacerdotes iuxta ordinẽ suum, & instaurent sarta tecta domus, siquid necessarium viderint instauratione.

6 Igitur vsque ad vicesimumtertium annum regis Ioas, non instauauerunt sacerdotes B sarta tecta templi.

7 Vocauitque rex Ioas Ioiadam pontificem & sacerdotes, dicens eis, Quare sarta tecta non instauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam.

8 Prohibitúque sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & instaurare sartatecta "domus. "templi

9 Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum, aperuitque foramen désuper, & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini: mittebántque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia, omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum Domini.

10 Cúmque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis & pontifex, effundebántque, & numerabant pecuniam, quæ inueniebatur in domo Domini:

11 Et dabant eam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum, qui præerant exmentariis Domus Domini, qui impendebant eam in fabris lignorum, & in exmentariis iis qui operabantur in domo Domini.

12 Et sarta tecta faciebant: & in iis qui exC debant saxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: ita vt impleretur instauratio domus Domini in vniuersis quæ indigebant expensa ad munien- dam domum.

13 Verantamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuscinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureum & argenteum, de pecunia quæ inferebatur in templum Domini.

14 Iis enim qui faciebant opus dabatur, vt instauretur "templum Domini: "ex ea

15 Et non fiebat ratio iis hominibus, qui accipiebãt, pecuniam vt distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam.

16 Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat.

17 Tunc ascendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat cõtra Geth, cepítque eam & direxit faciem suam vt ascenderet in Ierusalem.

18 Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia D

sanctificata, quæ *consecrauerat Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & vniuersum *argentum quod inueniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio regis: misitq; Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Ierusalē.

19 Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

20 Surrexerunt autem serui eius, & coniurauerunt inter se, percusseruntque Ioas in Domo-mello in descensu Sella.

21 Iosachar nanque filius Semaath, & Iozabad filius Somer serui eius, percusserunt eum, & mortuus est: & sepelierunt eum cū patribus suis in Ciuitate-Dauid, regnauitque Amasias filius eius pro eo.

CAP. XIII.

Ioachaz traditur in manus Syrorum cum populo. Oratione liberatur. Mortuo Ioachaz succedit Ioas. Eliseus moritur. Propter promissiones miseretur Deus. Hazael moritur.

1 ANno vicesimotertio Ioas filii Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria, decem & septem annis.

2 Et fecit malum coram Domino, secutúsque est peccata Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, & non declinauit ab eis.

3 Iratúsque est furor Domini cōtra Israel, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Ben-adad filii Hazael, cunctis diebus.

4 Deprecatus est autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim angustiam Israel, quia attriuerat eos rex Syriæ:

5 (Et dedit Dominus saluatorem Israeli, & liberatus est de manu regis Syriæ: habitauerúntque filii Israel in tabernaculis suis sicut heri & nudiustertius.

6 Veruntamen non recesserunt à peccatis domus Ieroboam qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerunt: siquidem & lucus permansit in Samaria.)

7 Et non sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerim in tritura areæ.

8 Reliqua autem sermonum Ioachaz, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonū dierum regum Israel?

9 Dormiuitque Ioachaz cum patribus suis & sepelierunt eum in Samaria: regnauitq; Ioas filius eius pro eo.

10 Anno tricesimoseptimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria sedecim annis.

11 Et fecit quod malum est in conspectu Domini: non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel: sed in ipsis ambulauit.

12 Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amasiam regem Iuda, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel.

13 Et dormiuit Ioas cum patribus suis: Ieroboam autem sedit super solium eius. Porrò Ioas sepultus est in Samaria cum regibus Israel.

14 Eliseus autē ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descenditque ad eum Ioas rex Israel, & flebat coram eo, dicebátque. Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius.

15 Et ait illi Eliseus, Affer arcum & sagittas.

16 Cúmque attulisset ad eum arcum & sagittas, dixit ad regem Israel. Pone manum tuam super arcum. & cùm posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis, Et ait,

17 Aperi fenestram Orientalem. Cúmque aperuisset, dixit Eliseus, Iace sagittam. Et iecit. Et ait Eliseus, Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiésque Syriam in Aphec, donec consumas eam.

18 Et ait, Tolle sagittas. Qui cùm tulisset, rursum dixit ei, percute iaculo terram. & cùm percussisset tribus vicibus, & stetisset,

19 Iratus est vir Dei contra eum, & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad cōsummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam.

20 Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum, latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno.

21 Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt, cadauer in sepulchro Elisei. *quod cùm tetigisset ossa Elisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos.

22 Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz:

23 Et misertus est Dominus eorum, & reuersus est ad eos propter pactum suum quod habebat cum Abraham & Isaac & Iacob: & noluit disperdere eos, neque proicere penitus, vsque in præsens tempus.

24 Mortuus est autem Hazael rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius eius pro eo.

25 Porrò Ioas filius Ioachaz, tulit vrbes de manu Ben-adad filii Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælii: tribus vicibus percussit eum Ioas, & reddidit ciuitates Israel.

CAP. XIIII.

Amasias occidit occisores patris. Percutit Edom. Capitur à Ioa. Ioas direpto templo Del, moritur eique Ieroboam succedit. Amasias occiditur. Succedit Azarias. Ieroboam mortuo succedit Zacharias.

1 *IN anno secundo Ioasfilii Ioachaz regis Israel regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda.

2 Vigintiquinque annorum erat cùm regnare cœpisset: viginti autē & nouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Ioadam, de Ierusalem.

3 Et fecit, rectum coram Domino, veruntamen non vt Dauid pater eius. Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater suus fecit.

4 Nisi hoc tantùm quod excelsa non abstulit adhuc enim populus *adolebat & immolabat incensum in excelsis.

5 Cúmque obtinuisset regnum, percussit seruos suos, qui interfecerant regem patrem suum:

6 Filios autem eorum qui occiderant, non occidit, iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus, dicés, *Non morientur patres pro filiis, neq; filii *pro patribus: sed vnusquisque in peccato suo morietur.

7 Ipse percussit Edom in Valle Salinarum, decem milia, & apprehendit Petram in prælio, vocauitque nomen eius *Iezechel, vsque in præsentem diem.

8 Tunc misit Amasias nuntios ad Ioas filiū Ioachaz, filii Iehu regis Israel, dicens, Veni, & videamus nos.

9 Remisitque Ioas rex Israel ad Amasiam regem Iuda, dicens, Carduus Libani misit ad cedrum, quę est in Libano, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem. Transierúntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & conculcauerunt carduum.

10 Percutiens inualuisti super Edom, & subleuauit te cor tuum: contentus esto gloria & sede in domo tua: quare prouocas malum, vt cadas tu & Iuda tecum?

11 Et non acquieuit Amasias: ascenditque Ioas rex Israel, & viderunt se, ipse & Amasias rex Iuda in Beth-sames oppido Iudæ.

12 Percussúsque est Iuda coram Israel, & fugerunt vnusquisque in tabernacula sua.

13 Amasiam verò regem iuda filium Ioas filii Ochoziæ, cepit Ioas rex Israel in Beth-sames, & adduxit eum in Ierusalem: & interrupit murum Ierusalē, à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

14 Tulitq; omne aurum & argentum, & vniuersa vasa quæ inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariam.

15 Reliqua autem verborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit contra Amasiam regem Iuda, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonū dierū regum Israel?

16 Dormiuitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israel: & regnauit Ieroboā filius eius pro eo.

17 Vixit autē Amasias, filius Ioas, rex Iuda. Postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel vigintiquinque annis.

18 Reliqua autem sermonum Amasiæ, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda?

19 Factáque est contra eum coniuratio in Ierusalem: at ille fugit in Lachis, miserúntque post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi.

20 Et asportauerunt in equis, sepultúsq; est in Ierusalem cum patribus suis in Ciuitate-Dauid.

21 Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim, & constituerunt eum regem pro patre eius Amasia.

22 Ipse ædificauit *Ailam, & restituit eam Iudæ: postquam dormiuit rex cum patribus suis.

23 Anno quintodecimo Amasiæ filii Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria, quadraginta & vno anno:

24 Et fecit quod malum est coram Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboā filii Nabat, qui peccare fecit Israel.

25 Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath, vsque ad Mare-solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi *prophetam qui erat de Geth quæ est in *Opher.

26 Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quòd consumpti essent vsque ad clausos *carceris & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israeli.

27 Nec locutus est Dominus vt deleret nomen Israel de sub cælo, sed saluauit eos in manu Ieroboam filii Ioas.

28 Reliqua autem sermonum Ieroboam, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius qua præliatus est, & quomodo restituit Damascum, & Emath Iudæ in Israel: nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

29 Dormiitque Ieroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

CAP. XV.

Azarias rex leprosus moritur. Succedit Ioathan. Ioa interfecto succedit Zacharias: quo interfecto succedit Sellum, Manahen, Phaceia, Phacee, Osee. Mortuo Ioatham succedit Achaz.

1 ANno vicesimoseptimo Ieroboam regis Israel regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda.

2 Sedecim annorum erat, cùm regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Iechelia, de Ierusalem.

3 Fecitque quod erat placitum coram Domino, iuxta omnia, quæ fecit Amasias pater eius.

4 Veruntamen excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.

5 *Percussit autem Dominus regem, & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum: Ioatham verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ.

6 Reliqua autem sermonum Azariæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

7 Et dormiuit Azarias cum patribus suis sepelierúntque eum cum maioribus suis in ciuitate-Dauid, & regnauit Ioatham filius eius pro eo.

8 Anno tricesimooctauo Azariæ regis Iudæ filii.

regnauit,Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria,sex mensibus.
9 Et fecit quod malum est coram Domino, sicut fecerant patres eius:nō recessit à peccatis Ieroboam filii Nabat,qui peccare fecit Israel.
10 Coniurauit autem contra eum Sellum filius Iabes : percussitque eum palàm , & interfecit,regnauitque pro eo.
11 Reliqua autem verborū Zacharię, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel:
Supra. f.36. 12 *Iste est sermo Domini quem locutus est ad Iehu,dicens,Filii tui vsque ad quartam generationem sedebunt de te super thronum Israel.Factúmque est ita.
13 Sellū filius Iabes regnauit tricesimonono anno Azariæ regis Iudæ:regnauit autē vno mense in Samaria.
14 Et ascendit Manahē filius Gadi de Thersa:Veniítque in Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria , & interfecit eum,regnauitque pro eo.
15 Reliqua autem verborum Sellum,& coniuratio eus per quam tetendit insidias: nónne hæc scripta sunt in Libro sermonū dierum regum Israel.
16 Tunc percussit Manahen Thapsam,& omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa,noluerant enim aperire ei:* interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas.
17 Anno tricesimonono Azariæ regis Iudæ regnauit Manahen filius Gadi super Israel decem annis in Samaria.
18 Fecitque quod erat malum coram Domino:non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabat,qui peccare fecit Israel cunctis diebus eius.
19 Veniebat Phul rex Assyriorum in*Thersam,& dabat Manahen Phul mille talenta argenti,vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius.
20 Indixitque Manahen argentum super Israel cunctis potentibus & diuitibus, vt daret regi Assyriorum , quinquaginta siclos argenti per singulos : reuersusque est rex Assyriorum,& non est moratus in*Thersa.
21 Reliqua autem sermonum Manahem, & vniuersa quæ fecit,nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?
22 Et dormiuit Manahen cum patribus suis regnauitque Phaceia filius eius pro eo.
23 Anno quinquagesimo Azariæ regis Iudæ regnauit Phaceia filius Manahen super Israel in Samaria,biennio.
24 Et fecit quod erat malum coram Domino : non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabat,qui peccare fecit Israel.
25 Coniurauit autem aduersus eum Phacee filius Romeliæ,dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob,& iuxta*Ariph:& cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum,regnauitque pro eo.
26 Reliqua autē sermonum Phaceia,& vniuersa quæfecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?
27 Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Iudæ,regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria,viginti annis.
28 Et fecit quod erat malum coram Domino:non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabat,qui peccare fecit Israel.
29 In diebus Phacee regis Israel venit Theglath-phalasar rex Assur,& cepit Aion , & Abel domum-Maacha,& Ianoe,& Cedes,& Asor,& Galaad,& Galilæam, & vniuersam terram Nephtali : & transtulit eos in Assyrios.
30 Coniurauit autem , & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ,& percussit eum , & interfecit: regnauitque pro eo vicesimo anno Ioatham filii Oziæ.
31 Reliqua autē sermonū Phacee,& vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?
32 *Anno secundo Phacee filii Romeliæ regis Israel,regnauit Ioatham filius Oziæ regis Iuda. 2.Par.27 a.1.
33 Viginti quinque annorum erat, cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem:nomen matris eius,Ieruſa filia Sadoc.
34 Fecitque quod erat placitum coram Domino : iuxta omnia quæ fecit Ozias pater suus operatus est.
35 Veruntamen excelsa non abstulit; adhuc populus immolabat , & adolebat incensum in excelsis : ipse ædificauit portam domus Domini sublimissimam.
36 Reliqua autem sermonum Ioatham , & vniuersa quæ fecit , nónne hæc scripta sunt in Libro verborū dierum regū Iudæ?
37 (In diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ.)
38 Et dormiuit Ioatham cum patribus suis, sepultúsque est eum eis in Ciuitate Dauid patris sui,& regnauit Achaz filius eius pro eo.

CAP. XVI.

Achaz conscerat filium per ignem. Ierusalem obsessa , petit auxilium à rege Assyriorum Damascus vastatur. Rasin interficitur. Achaz idolis sacrificat. Moritur. Succedit Ezechias.

1 *Anno decimo septimo Phacee filii Romeliæ:regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. 2.Par.28 a.1.
2 Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut Dauid pater eius.
3 Sed ambulauit in via regum Israel : insuper & filium suum consecrauit , transferens' per ignem secundum idōla Gentium,quæ dissipauit Dominus coram filiis Israel.
4 Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus , & sub omni ligno frondoso.
5 Tunc ascendit Rasin rex Syriæ , & Phacee filius Romeliæ rex Israel ad præliandum in Ierusalem : cúmque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum.
6 In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila : & Idumæi & Syri venerunt in Ailam,& habitauerunt ibi vsque in diem hanc.
7 Misit autem Achaz nuntios ad Theglath-phalasar regem Assyriorum,dicens,Seruus tuus , & filius tuus ego sum : ascende , & saluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel: qui consurrexerunt aduersum me.
Achaz 8 Et cùm collegisset'argentum & aurum quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis , misit regi Assyriorum munera.
9 Qui & acquieuit voluntati eius: ascendit enim rex Assyriorum in Damascum,& vastauit eam : & transtulit habitatores eius Cyrenen,Rasin autem interfecit.
10 Perrexítque rex Achaz in occursum Theglath-phalasar regi Assyriorum in Damascum.Cúmque vidisset altare Damasci,misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius , & similitudinem iuxta omne opus eius.
11 Extruxítque Vrias sacerdos altare,iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz , de Damasco,ita fecit sacerdos Vrias donec veniret rex Achaz de Damasco.
12 Cúmque venisset rex de Damasco , vidit altare,& veneratus est illud : ascenditque,
13 Et immolauit holocaustū, & sacrificium suum,& libauit libamina , & fudit sanguinem pacificorum , quæ obtulerat super altare.
14 Porro altare æreum , quod erat coram Domino transtulit de facie templi , & de loco altaris,& de loco templi Domini:posuítque illud ex latere altaris ad Aquilonem.
15 Præcepit quoque rex Achaz Uriæ sacerdoti, dicens , Super altare maius offer holocaustum maturinum , & sacrificium vespertinum,& holocaustum regis, & sacrificium eius, & holocaustum vniuersi populi terræ,& sacrificia eorum , & libamina eorum : & omnem sanguinem holocausti , & vniuersum sanguinem victimæ super illud effundes: altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam.
16 Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz.
17 Tulit autem rex Achaz cælatas bases, & luterem, qui erat désuper : & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud , & posuit super pauimentum stratum lapide.
18 Musach quoque sabbathi , quod ædificauerat in templo : & ingressum regis exterius conuertit in templum Domini propter regem Assyriorum.
19 Reliqua autem verborum Achaz & omnia quæ fecit , nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iudæ?
20 Dormiuitq; Achaz cum patribus suis,& sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XVII.

Osee transfertur in Assyrios. Samaria capitur. Causa captiuitatis Israel. Dii gentiū. Deus timendus & adorandus. Pacti dei memores simus.

1 ANno duodecimo Achaz regis Iudæ, regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis.
2 Fecítque malum coram Domino:sed non sicut reges Israel,qui ante eum fuerunt.
3 Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum , & factus est ei Osee seruus, reddebátque illi tributa.
4 Cúmque deprehendisset rex Assyriorum Osee , quòd rebellare nitens, misisset nuntios ad Sua regem AEgypti , ne præstaret tributa regi Assyriorum sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum , & vinctum misit in carcerem.
5 Perut[illegible]sque est omnem terram : & ascendens Samariam , obsedit eam tribus annis.
6 *Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam , & transtulit Israel in Assyrios : posuítque eos in"Hailan , & in "Hala, Habor iuxta fluuium Gozan,in ciuitatibus Medorum. Infrà 18.
7 Factum est enim , cum peccassent filii Israel Domino Deo suo , qui eduxerat eos de Terra-AEgypti,de manu Pharaonis regis AEgypti,coluerunt deos alienos.
8 Et ambulauerunt iuxta ritum Gentium quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, & regum Israel:quia similiter fecerant.
9 Et'irritauerunt filii Israel verbis non rectis Dominum Deum suum : & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis à Turre-custodum vsque ad Ciuitatem munitam. 'operuerunt.
10 Fecerúntq; sibi statuas & lucos in omni colle sublimi , & subter omne lignum nemorosum:
11 Et adolebant ibi incensum super aras in morem Gentium quas transtulerat Dominus à facie eorum:fecerúntque verba pessima irritantes Dominum.
12 Et coluerunt immūditias de quibus'præcepit eis Dominus ne facerent verbū hoc. 'præceperat
13 Et testificatus est Dominus in Israel & in Iuda per manum omnium prophetarū & videntium dicens*, Reuertimini à viis vestris pessimis,& custodite præcepta mea & cæremonias,iuxta omnem legem quā præcepi patribus vestris:& sicut misi ad vos in manu seruorum meorum prophetarum. Iere.25.45
14 Qui non audierunt,sed indurauerūt ceruicem suam iuxta ceruicem patrū suorum qui noluerunt obedire Domino Deo suo.
15 Et abiecerunt legitima eius , & pactum quod pepigit cum patribus eorum & testificationes quibus'contestatus est eos : secutique sunt vanitates , & vanè egerunt: & secuti sunt Gentes quæ erant per circuitum eorum,super quibus præceperat Dominus eis vt non facerent sicuti & illæ faciebant. 'testificatus

16 Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: fecerúntque sibi cõflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam cæli: seruieruntque Baal,
17 Et cõsecrauerunt filios suos, & filias suas per ignem: & *diuinationi inseruiebant & auguriis: & tradiderunt se vt facerent malum coram Domino, vt irritarent eum.
18 Iratúsq; est Dominus vehemẽter Israeli & abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda tantummodo.
19 Sed nec ipse Iuda custodiuit mãdata Domini Dei sui: *veruntamen ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat.
20 Proiecitq; Dominus omne semen Israel & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripiẽtium, donec proiecceret eos à facie sua:
21 *Et eo iam tẽpore, quo scissus est Israel à Domo Dauid, & constituerunt sibi regem Ieroboã filium Nabat: separauit enim Ieroboam Israel à Domino, & fecit eos peccatum magnum.
22 Et ambulauerunt filii Israel in vniuersis peccatis Ieroboam quæ fecerat, & non recesserunt ab eis,
23 Vsquequò Dominus auferret Israel, à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium seruorum suorũ prophetarum: translatúsque est Israel de terra sua in Assyrios, vsque in diem hanc.
24 Adduxit autem rex Assyriorum viros de Babylone: & de Cutha, & de *Ahaiad, & de Emath, & de Sepharuáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel: qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius.
25 Cúmque ibi habitare cœpissent, non timebant Dominum: & immisit *eis Dominus leones qui interficiebant eos.
26 Nuntiatúmque est regi Assyriorum, & dictum, Gentes quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones: & ecce, interficiunt eos, eò quòd ignorent ritum Dei terræ.
27 Præcepit autem rex Assyriorum, dicens, Ducite illuc vnum de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxisti, *vt vadat & habitet cum eis: & doceat eos legitima Dei terræ.
28 Igitur cùm venisset vnus de sacerdotibus his qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Beth-el, & docebat eos quomodo colerent Dominum.
29 Et vnaqueque gens fabricata est deum suum: posuerunteque eos in phanis excelsis quæ fecerant Samaritæ, gens & gens in vrbibus suis in quibus habitabant.
30 Viri enim Babilonii fecerunt Socoth-benoth: viri autem Cuthæi fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt Asima.
31 Porro Heuæi fecerunt Nebahaz & Tarthac. Hi autem qui erant de Sepharuáim, comburebant filios suos igni, Adramélech & Anamélech diis Sepharuáim.
32 Et nihilominus colebant Dominum: fecerunt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in phanis sublimibus.
33 Et cùm Dominum colerent, diis quoque suis seruiebant iuxta consuetudinem Gentium, de quibus translati fuerant Samariam.
34 Vsque in præsentem diem morem sequuntur antiquum: non timẽt Dominum, neque custodiunt ceremonias eius atque iudicia & legem & mandatum quod præceperat Dominus filiis Iacob, *quem cognominauit Israel.
35 Et percusserat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis.
36 Sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de Terra AEgypti in fortitudine magna, & in brachio extento: ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate.
37 Cæremonias quoque, & iudicia, legem & mandatum quod scripsit vobis, custodite, vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos.
38 Et pactum quod percussit vobiscum, nolite obliuisci: nec colatis deos alienos,
39 Sed Dominum Deũ vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum.
40 Illi vero non audierunt, sed iuxta consuetudinẽ suam pristinam perpetrabant.
41 Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idõlis suis seruientes: nam *filii eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsque in præsentem diem.

CAP. XVIII.

Ezechias confringit serpentem æneum: laudatur. Salanázar transfert Israelem in Assyrios. Senacherib blasphemat Deum.

1 * ANno tertio Osee filii Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz rex Iuda.
2 Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset: & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius *Abisa filia Zachariæ.
3 Fecitque quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.
4 Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æneum, *quem fecerat Moyses: siquidem vsque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum: vocauitque nomen eius *Nohestan.
5 Et in Domino Deo Israel sperauit: itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt:
6 Et adhæsit Domino, & non recessit à vestigiis eius, fecitque mãdata eius quæ præceperat Dominus Moysi.
7 Vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei.

Ipse

8 Ipse percussit Philistæos vsque ad Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre custodum vsque ad Ciuitatem munitam.
9 Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filii Ela regis Israel, ascendit Salmanásar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, & cepit.
10 *Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Israel capta est Samaria:
11 Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitque eos in *Haila, & in Habor fluuiis Gozam in ciuitatibus Medorum:
12 Quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius: omnia quæ præceperat Moyses seruus Domini, non audierunt, neque fecerunt.
13 *Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum, ad vniuersas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas.
14 Tunc misit Ezechias rex Iuda, nũtios, ad regem Assyriorum in Lachis, dicens, Peccaui, recede à me: & omne quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ, trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.
15 Dedítque Ezechias omne argentũ, quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis.
16 In tempore illo confregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas auri, quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum.
17 Misit autem rex Assyriorum Tharthan & Rab-saris, & Rab-sacem de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida, Ierusalem: qui cùm ascendissent, venerunt Ierusalem, & steterunt iuxta aquæductum piscinę superioris, quę est í via Agrifullonis.
18 Vocauerúntque regem: egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph, à commentariis.
19 Dixítque ad eos Rab-saces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum,
20 Quæ est ista fiducia qua niteris? Forsitan inísti consilium, vt præpares te ad prælium. In quo confidis, vt audeas rebellare?
21 An speras in baculo arundineo, aq; confracto, AEgypto, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius & perforabit eam? Sic est Pharao rex AEgypti, omnibus qui confidunt in se.
22 Quòd si dixeritis mihi, In Domino Deo nostro habemus fiduciam: nónne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria: & præcepit Iudæ & Ierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Ierusalem?
23 Nunc igitur transite ad dominum meum regẽm Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte an habeęre valeatis ascensores eorum.
24 Et quomodo potestis resistere ante vnum *satrapam, de seruis domini mei minimis? An fiduciam habes in AEgypto propter currus & equites?
25 Nunquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, vt demolirer eum? Dominus dixit mihi, Ascende ad terram hanc, & demolire eam.
26 Dixerunt autẽ Eliacim filius Helciæ, & Sobna scriba & Ioahe, Rab-saci, Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriace: siquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Iudaice audiente populo qui est super murum.
27 Respondítque ei Rab-saces, dicens, Nunquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones hos, & non potiùs ad viros, qui sedent super murum, vt comedant stercora sua, & bibãt vrinam suam vobiscum?
28 Stetit itaq; Rab-saces, & exclamauit voce magna Iudaice, & ait, Audite verba regis magni, regis Assyriorum. Hæc dicit rex,
29 Non vos seducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea.
30 Neque fiduciam vobis tribuat super Dominum: dicens, Eruens liberauit nos Dominus, & non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum.
31 Nolite audire Ezechiam: Hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum quod vobis est vtile, & egredimini ad me: & comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua: & bibetis aquas de cisternis vestris,
32 Donec veniam, & transferam vos in terram quæ similis est terrę vestræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis & vinearum, terram oliuarum, & olei ac mellis: & viuetis, & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens, Dominus liberabit nos.
33 Nunquid liberauerunt dii Gentium terram suam de manu regis Assyriorum?
34 Vbi est Deus Emath & Arphad? vbi est deus Sepharuáim, Ana & Aua? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea?
35 Quinam illi sunt in vniuersis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea?
36 Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam: siquidem præceptum regis acceperant vt non responderent ei.
37 Veníque Eliacim filius Helciæ, præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph, à commentariis, ad Ezechiam scissis vestib*, & nuntiauerũt ei verba Rab-sacis.

CAP. XIX.

Ezechiæ promisit Deus victoriam. Orantem Ezechiam consolatur Esaias. Propter se & promissiones saluat Deus. Sennacherib occidunt a filiis: exercitus autem ab angelo.

1 * QVæ cùm audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & operuit se sacco, ingressúsq; est domum Domini.
2 Et misit Eliacim præpositum domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad Esaiam prophetam filium Amos.

Universidad de Deusto Biblioteca

3 Qui dixerunt*, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste: venerunt filii vsque ad partum, & vires non habet parturiens.
4 Si fortè audiat Dominus Deus tuus vniuersa verba Rab-sacis, quem misit rex Assyriorũ dominus suus, vt exprobraret Deũ viuentem, & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus, & fac orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt.
5 Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Esaiam.
6 Dixitque eis Esaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Noli timere à facie sermonum quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me.
7 Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram suam, & deiiciam eum gladio in terra sua.
8 Reuersus est ergo Rab-saces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem (iam audierat enim quòd recessisset de Lachis
9 Cùmq; audisset de Tharaca rege Aethiopiæ, dicentes, Ecce, egressus est vt pugnet aduersum te: & iret contra eum: misit nuntios ad Ezechiam, dicens,
10 Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda, Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas, Non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorum.
11 Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum vniuersis terris, quomodo vastauerunt eas: num ergo solus poteris liberari?
12 Nunquid liberauerunt dii Gentium singulos, quos vastauerũt patres mei, Gozan videlicet, & Harã, & Reseph, & filios Edẽ, qui erant in Thelassar?
13 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Ana & Aua?
14 Itaque cum accepisset Ezechias literas de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino,
15 Et orauit in conspectu eius, dicens, Domine Deus Israel, qui sedes super cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cælum & terram.
16 Inclina aurem tuam & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret nobis Deum viuentem.
17 Verè Domine dissipauerunt reges Assyriorum Gentes, & terras omnium.
18 Et miserunt deos eorum in ignem: non enim erant dii, sed opera manum hominum ex ligno & lapide, & perdiderũt eos.
19 Nunc igitur Domine Deus noster, saluos nos fac de manu eorum, vt sciant omnia regna terræ, quia tu es Dominus Deus solus.
20 Misit autem Esaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege assyriorum, audiui.
21 Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo, Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post tergum tuum caput mouit, filia Ierusalem.
22 Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra Sanctum Israel.
23 Per manum seruorum tuorum exprobrasti Dominum, & dixisti. In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium, in summitate Libani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingressus sum vsque ad terminos eius, & saltum Carmelli eius ergo succidi.
24 Et bibi aquas alienas, & siccaui vestigiis pedum meorum omnes aquas clausas.
25 Nunquid non audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui illud, & nunc adduxi: erunt que in ruinam collium compugnantium ciuitates munitæ.
26 Et qui sedent in eis, humiles manu, contremuerent & confusi sunt, facti sunt velut fœnum agri & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem.
27 Habitaculum tuum, & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego præscii, & furorem tuum contra me.
28 Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam venisti.
29 Tibi autem Ezechia hoc erit signum, Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno quæ sponte nascuntur: porro in tertio anno seminate & metite, plantate vineas, & comedite fructum earum.
30 Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum.
31 De Ierusalem quippe egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion, zelus Domini exercituum faciet hoc.
32 Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio.
33 Per viam qua venit, reuertetur: & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.
34 Protegámque vrbẽ hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruũ meũ.
35 *Factum est igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Cùmque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum.
36 Et recedens abiit, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Ninive.
37 Cúmque adoraret in templo Nesroch Deum suum, Adramèlech & Sarasar, filii eius percusserũt eum gladio, fugerúntque in terram Armentorum, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

CAP. XX.

Ægrotauit Ezechias accepit signum sanitatis in horologio. Recipit munera a rege Merodach. Increpatur ob ostentatos thesauros. Moritur. Succedit Manasses.

2.Par.32. f.24. Esa. 38.a.1. recessisti. 4.Reg. d.46.

1* IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: & venit ad eum Esaias filius Amos, propheta, dixitque ei, Hæc dicit Dominus Deus, præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non viues.
2 Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum, dicens,
3 Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. fleuit itaque Ezechias fletu magno.
4 Et antequam egrederetur Esaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens,
5 Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, vidi lachrymam tuam: & ecce sanaui te, die tertio ascendes templum Domini,
6 Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam urbem istam propter me, & propter Dauid seruum meum.
7 Dixitque Esaias, Afferte massam ficorum. Quam cùm attulissent, & posuissent super hulcus eius, curatus est.
8 *Dixerat autem Ezechias ad Esaiam, Quod erit signum quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum Domini.
9 Cui ait Esaias, Hoc erit signum à Domino, quòd factурus sit Dominus sermonem quem locutus est: vis vt ascendat vmbra decem lineis, aut vt reuertatur totidem gradibus?
10 Et ait Ezechias, Facile est vmbram crescere decem lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrosum decem gradibus.
11 Inuocauit itaque Esaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrosum decem gradibus.
12 *In tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum, literas & munera ad Ezechiam, audierat enim quòd ægrotasset Ezechias.
13 Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias, & ostendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoque, & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis: Non fuit quod non monstrasset eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.
14 Venit autem Esaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei, Quid dixerunt viri isti? aut vnde venerunt ad te? ait Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.
15 At ille respondit, Quid viderunt in domo tua? ait Ezechias, Omnia quæcunque sunt in domo mea viderũt, nihil est enim quod non monstrauerim eis in thesauris meis.
16 Dixit itaque Esaias Ezechiæ, Audi sermonem Domini,
17 Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diẽ hanc, in Babilonem: non remanebit quicquam, ait Dominus.
18 Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.
19 Dixit Ezechias ad Esaiam, Bonus sermo Domini quem locutus es: sit tantum pax & veritas in diebus meis.
20 Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam, & aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatem, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iudæ?
21 Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

CAP. XXI.

Manasses impius instaurat idola. Moritur. Suscitat Amonitem perfidum occisis, succedit Iosias pius.

1* DVodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset, & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Haphsiba. 2. Paralip. 33.a.1.
2 Fecitque malum in conspectu Domini iuxta idola Gentium, quas deleuit Dominus à facie filiorum Israel.
3 Conuersúsque est, & ædificauit excelsa quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israel: & adorauit omnem militiam cæli: & coluit eam.
4 Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, *In Ierusalem ponam nomen meum. 2. Reg.7.b.10.
5 Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atriis templi Domini,
6 Et traduxit filium suum per ignem, & ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicauit, vt faceret malũ coram Domino, & irritaret eum.
7 Posuit quoque idolum luci quem fecerat, in templo Domini, *super quo locutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, in templo hoc & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel ponam nomen meum in sempiternum. 2. Reg.7.b.10.13.reg.8.b.16.& 9.a.3.
8 Et vltrà non faciam commoueri pedem Israel de terra quam dedi patribus eorum si custodierint opera omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legem quam mandauit eis seruus meus Moyses.
9 Illi verò non audierunt: sed seducti sunt à Manasse, vt facerent malum super gentes quas contriuit Dominus à facie filiorum Israel.
10 Locutúsque est dominus in manu seruorum prophetarum, dicens,
11 *Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Iuda in immunditiis suis: Ierem.15.a.4.
12 Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel, Ecce ego inducam mala super Ierusalem, & Iudam: vt quicunque audierit, tiniant ambæ aures eius.
13 Et extendam super Ierusalem funiculum

Samariæ,& pôdus domus Achab,& delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ: delès vertam, & duoam crebrius stylum super faciem eius.

14 Dimittam verò reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius,erúntque in vastitátem,& in rapinam cunctis aduersariis suis:

15 Eo quòd fecerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorum ex AEgypto,vsque ad hanc diem.

16 Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis,donec impleretur Ierusalem vsque ad os: absque peccatis suis quibus peccare fecit Iudam,vt faceret malum coram Domino.

17 Reliqua autem sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit,& peccatum eius quod peccauit: nónne hæc scripta sunt super Libro sermonum dierum Iudæ?

18 Dormiuitq; Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ,in horto Oza:& regnauit Amõ filius eius pro eo:

D 19 Viginti duorum annorum erat Amon, cum regnare cœpisset: duobus quoque annis regnauit in Ierusalem, nomen matris eius Messalémeth filia Harus de Ieteba.

Yateba

20 Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius.

21 Et ambulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius: seruiuitque immunditiis,quibus seruiebat pater eius, & adorauit eas.

22 Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, & non ambulauit in via Domini.

23 Tetenderúntque ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua.

24 Percussit autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon: & constituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo.

25 Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit,nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iudæ?

26 Sepelierúntque eum in sepulchro suo, in horto Oza: & regnauit Iosias filius eius pro eo.

CAP. XXII.

Iosias inuento libro Deuteronomii, consuluit Dominum per Holdam prophetissam.

A 1 *OCto annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset, & triginta vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Idida, filia Phadaia de Besecath.

2. Paral. 34. a. 1. *Adaia

2 Fecitque quod placitum erat coram Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui:non declinauit ad dexteram, siue ad sinistram.

3 Anno autem octauodecimo regis Iosiæ, misit rex, Saphan filium Asia, filii Massulam scribam templi Domini, dicens ei,

4 Vade ad Helciam sacerdotem magnum, vt confletur pecunia quæ illata est in templum Domini,quam collegerunt ianitores templi à populo.

5 Detúrque fabris per præpositos domus Domini: qui & distribuant eam his qui operantur in templo Domini ad instaurandā sartatecta templi: in domo

E 6 Lignariis videlicet & cementariis, & iis qui interrupta componunt: & vt emantur ligna,& lapides de lapicidinis ad instaurādum templum Domini.

7 Veruntamen non supputetur eis argentum,quod accipiunt, sed in potestate habeant,& in fide.

8 Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam,Librum legis reperi in domo Domini. Dedítque Helcias volumen Saphan scribæ, qui & legit illud.

9 Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renuntiauit ei quod præceperat, & ait, Confluauerunt serui tui pecuniam, quæ reperta est in domo Domini: & dederunt vt distribueretur fabris ac præfectis operum templi Domini. à præfectis

10 Narrauit quoque Saphan scriba regi,dicens,Librum dedit mihi Helcias sacerdos.

11 Quem cùm legisset Saphan coram rege, & audisset rex verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua.

C 12 Et præcepit Helciæ sacerdoti,& Ahicam filio Saphan,& Achobor filio Dichi,& Saphan scribæ & Asaiæ seruo regis, dicens, Micha-ia.

13 Ite & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius quod inuentum est: magna enim ira Domini succensa est contra nos: quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis.

14 Ierunt itaque Helcias sacerdos, & Ahigam,& Achabor,& Saphan & Asaia ad Holdam prophetidem vxorem Sellum filii Thecuæ filii Areas custodis vestium, quæ habitabat in Ierusalem, in Secunda: locutíque sunt ad eam.

15 Et illa respondit eis, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Dicite viro qui misit vos ad me,

16 Hæc dicit Dominus, Ecce ego adducam mala super locum istum,& super habitatores eius, omnia verba legis quæ legit rex Iuda:

D 17 Quia dereliquerunt me,& sacrificauerunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum: & succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur.

18 Regi autem Iuda qui misit vos vt consuleretis Dominum,sic dicetis,Hæc dicit Dominus Deus Israel,

19 Pro eo quòd audisti verba voluminis, & perterritum est cor tuum,& humiliatus es coram Domino, audita sermonibus contra locum istum, & habitatores eius,quòd videlicet fierent in stuporem & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me,& ego audiui,ait Dominus:

20 Idcirco colligam te ad patres tuos,& colligêris ad sepulchrum tuum in pace: vt non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum super locum istum.

CAP.

CAP. XXIII.

Iosias legit Deuteronomium coram populo. Demolitur idola. Celebrat Phasc. Occiditur Iosias. Succedit Ioachaz. Capitur à Pharaone. Substituitur Eliacim, siue Iudcim.

2. Par. 4. 1. & 34. f. 20. 1 ET renuntiauerunt regi quod dixerat. Qui misit: & congregati sunt ad eum omnes senes Iuda & Ierusalem.

2 Ascenditque rex templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuersíque qui habitabant in Ierusalem cũ eo sacerdotes & prophetæ,& omnis populus à paruo vsque ad magnum: legítque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis,qui inuentus est in domo domini.

3 Stetítque rex super gradum:& fœdus percussit coram Domino: vt ambularent post Dominum & custodirent præcepta eius, & testimonia,& ceremonias in omni corde,& in tota anima,& suscitarent verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo:acquieuitque populus pacto.

Ecclesiast. 49. a. 2. B 4 Et præcepit rex Helciæ pontifici,& sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus vt proicerent de templo Domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal, & in luco,& vniuersæ militiæ cæli: & combussit ea foris Ierusalem in Conualle-cedron,& tulit puluerem eorum in Beth-el.

5 Et deleuit aruspices quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda,& in circuitu Ierusalem: & eos qui adolebant incensum Baal, & Soli & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli.

6 Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Ierusalem in Conualle-cedron: & combussit eum ibi, & redegit in puluerem & proiecit super sepulchra vulgi,

7 Destruxit quoque ædiculas effœminatorum,quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.

8 Congregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa: vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Ber-sabee: & destruxit aras portarum in introitu ostii Iosue principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis.

9 Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Ierusalem: sed tantùm comedebant azyma in medio fratrum suorum.

C 10 Contaminauit quoque Thophet, quod est in Conualle filii Ennom, vt nemo conseraret filium suum aut filiam per ignem, Móloch.

11 Abstulit quoque equos quos dederant reges Iudæ,Soli,in introitu templi Domini iuxta exedram Nathan-melech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem Solis combussit igni.

12 Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz,quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex: & cucurrit inde & dispersit cinerem eorum in Torrentem cedron.

13 Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem Montis offensionis quæ ædificauerat Salomon rex Israel Astaroth idôlo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchan abominationi filiorum Ammon, polluit rex. 3. Reg. 11. 6. 7. Astoreth heb.

14 Et contriuit statuas, & succidit lucos: repleuítque loca eorum ossibus mortuorum.

D 15 Insuper & altare quod erat in Beth-el, & excelsum quod fecerat Ieroboam filius Nabat qui peccare fecit Israel: & altare illud excelsum destruxit, atque combussit, & comminuit in puluerem, succenditque etiam lucum. 3. Reg. 12. f. 28.

16 Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misítque, & tulit ossa de sepulchris,& combussit ea super altare & polluit illud iuxta verbum Domini quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc.

17 Et ait, Quis est titulus ille quem video? respondérúntque ei ciues vrbis illius, Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda,& prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Beth-el. 3. Reg. 13. a. 2.

18 Et ait,Dimittite eum,nemo commoueat ossa eius. & intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ,qui venerat de Samaria.

19 Insuper & omnia phana excelsorum,quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum abstulit Iosias,& fecit eis secundum omnia quæ fecerat in Beth-el. opera.

E 20 Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum,qui erant ibi super altaria:& combussit ossa humana super ea: reuersúsque est Ierusalem.

21 Et præcepit omni populo, dicens, Facite Phasc Domino Deo vestro,secundum quod scriptum est in libro fœderis huius. 2. Par. 35. a. 1. 3. 4. 18. a. 1.

22 Nec enim factum est Phasc tale à diebus iudicum qui iudicauerũt Israel,& omnium dierum regum Israel, & regum Iuda.

23 Sicut in octauodecimo anno regis Iosiæ factum est Phasc istud Domino, in Ierusalem.

24 Sed & pythones & ariolos,& figuras idolorum,& immunditias, & abominationes quæ fuerant in terra Iuda,& Ierusalem,abstulit Iosias vt statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro, quem inuenit Helcias sacerdos in templo Domini.

25 Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo,& in tota anima sua,& in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi.

F 26 Veruntamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam, propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses. Prædictur hic

27 Dixit quoque Dominus, Etiam Iudam auertam à facie mea,sicut abstuli Israel: & proiciam ciuitatem hanc quam elegi, Ierusalem,& domũ de qua dixi, Erit nomen qua infrà 24. a.

meum ibi.

28 Reliqua autem sermonum Iosiæ,& vniuersa quæ fecit,nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda?

2.P.æ.35. c.20. *Nacho 29 *In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex AEgypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphráten: & abiit Iosias rex Iuda in occursum eius & occisus est in Mageddo cum vidisset eum.

30 Et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo: *Tulitque populus terræ Ioachaz filium Iosię: & vnxerunt eum,& constituerunt eum regem pro patre suo.

2.P.æ.36. c.1. G 31 Viginturim annorum erat Ioachas cùm regnare cœpisset,& tribus mensibus regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Amital,filia Ieremiæ de Lobna.

32 Et fecit malum coram Dom' iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

*Rebla 33 Vinxitque eum Pharao Nechao in *Reblata,quæ est in terra Emath,ne regnaret in Ierusalem : & imposuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri.

34 Regémque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Iosiæ, pro Iosia patre eius, vertitque nomem eius Ioacim: porro Ioachas tulit & duxit in AEgyptum.

35 Argentum autem,& aurum dedit Ioacim Pharaoni, cùm indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharonis : & vnusquisque iuxta vires suas, exegit:tam argentum quàm aurum de populo terræ,vt daret Pharaoni Nechao.

36 Viginti quinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset:& vndecim annis regnauit in Ierusalem : nomen matris eius *Zebida filia Phadaia de Ruma

*Zebuda 37 Et fecit malum coram Domino iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

CAP. XXIIII.

Ioacim moritur. Succedit Ioachin : Transfertur cum populo Ierusalem in Babylonem. Substituitur Mathanias,qui & Sedecias.

1 IN diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioacim seruus tribus annis: & rursum rebellauit contra eum.

2 Immisitq; ei Dominus latrunculos Chaldæorum & latruuculos Syriæ,& latrunculos Moab,& latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam, vt disperderent eum iuxta verbum Domini quod locutus fuerat per seruos suos prophetas.

3 Factum est autem hoc per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum coram se propter peccata Manasse vniuersa, quæ fecit:

4 Et propter sanguinem innoxium quem effudit,& impleuit Ierusalem cruore innocentium : & ob hanc rem noluit Dominus propitiari.

5 Reliqua autem sermonum Ioacim,& vniuersa quæ fecit nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda?

6 Et dormiuit Ioachim cum patribus suis: &regnauit Ioachin filius eius pro eo.

7 Et vltrà non addidit rex AEgypti vt egrè deretur de terra sua:tulerat enim rex Babylonis à riuo AEgypti, vsque ad flumium Euphráten, omnia quæ fuerant regis AEgypti.

8 Decem & octo annorum erat Ioachin cùm regnare cœpisset : & tribus mensibus regnauit in Ierusalem:nomen matris eius *Nohestha filia Elnathan de Ierusalem.

*Nehusta

9 Et fecit malum coram Domino,iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

*Dan.1. c.1. 10 *In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & circundata est vrbs munitionibus,

C *quum serui eius oppugnarent

11 Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem *eum seruis suis vt oppugnarent eam.

12 Egressúsque est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunnchi eius, & susceptt eum rex Babylonis anno octauo regni sui.

13 Et protulit inde omnes thesauros domus Domini,Et thesauros domus regiæ:& concidit vniuersa vasa aurea quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini iuxta verbum Domini.

14 Et transtulit omnem Ierusalem,& vniuersos principes, & omnes fortes exercitus, decem milia, in captiuitatem, & omnem artificem & inclusorem:nihilque relictum est,exceptis pauperibus populi terræ.

15 *Transtulit quoque Ioachin in Babylonem & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos *regis:& iudices terræ duxit in captiuitatem,de Ierusalem in Babylonem.

*Esth.2. c.6. *regis D

16 Et omnes viros robustos,septem millia, & artifices & inclusores mille, omnes viros fortes & bellatores : duxitque eos rex Babylonis captiuos in Babylonem.

17 *Et constituit *Mathaniam patruum eius pro eo : imposuitque nomen ei Sedeciam.

*Ier.37.& 52. *Matha-niam

18 Vicesimum & primum annum ætatis habebat Sedecias cùm regnare cepisset,& vndecim annis regnauit in Ierusalem:nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna.

19 Et fecit malum coram Domino,iuxta omnia quæ fecerat Ioacim

20 Irascebatur enim Dominus contra Ierusalem & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua:recessitque Sedecias à rege Babylonis.

CAP. XXV.

Sedecias rebellis capitur à Nabuchodonosor. Vrbs & templum succenduntur.Sedecias occisis filiis excoecatur. Godolias occiditur. Exaltatur Ioachin.

1* FActum est autem anno nono regni eius, mense decimo,decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem,& circumdederunt eam : & extruxerunt in circuitu eius munitiones,

*Iere.39. c.4. & 52.

2 Et clausa est ciuitas atque vallata, vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ,

Nona

3 Nona die mensis, præualuitque fames in ciuitate,nec erat panis populo terræ.

4 Et interrupta est ciuitas : & omnes viri bellatores nocte. fugerunt per viam portę, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis(porro Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias per viam quæ ducit ad Campestria solitudinis.

B 5 Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Iericho : & omnes bellatores qui erat cum eo,dispersi sunt,& reliquerunt eum.

6 Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblátha: qui locutus est cum eo iudicium.

7 Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit: vinxitque eum catenis,& abduxit in Babylonem.

8 Mense quinto,septima die mensis,(ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis) venit Nabuzardam princeps exercitus seruus *regis Babylonis in Ierusalem.

*nomen Magna

9 Et succendit domum Domini, & domum regis:& *domos Ierusalem, omnémque domum combusit igni.

C 10 Et muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum.

11 Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui trásfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzardem princeps militiæ.

12 Et de pauperibus terrę reliquit vinitores & agricolas.

Ierem.27. c.19. 13 *Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & bases, & mare æreum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi,& transtulerunt æs omne in Babylonem.

14 Ollas quoque æreas,& trullas, & tridentes,& scyphos,& morrariola,& omnia vasa ærea,in quibus ministrabant,tulerunt.

D 15 Necoon & thuribula,& phialas: quæ aurea,aurea:& quæ argentea,argentea.

16 Tulit princeps militiæ : id est columnas duas,mare vnum, & bases quas fecerat rex Salomon in templo Domini,non erat pondus æris omnium vasorum.

3.Reg.7. b.15.16. 17. 18.21.22. par.3.d.15 17 *Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna : & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum: & reticulum , & malogranata super capitellum columnæ:omnia ærea,similem & columna secunda habebat ornatum.

18 Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdorem primum , & Sophoniam sacerdotem secundum,& tres ianitores,

19 Et de ciuitate eunuchum vnum qui erat E præfectus super bellatores viros: & quinq; viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in ciuitate:& Sophet principem exercitus, qui probat tyrones de populo terræ,& sex viros e vulgo, qui inuenti fuerãt in ciuitate. *sexagin-ta

20 Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regẽ Babylonis in Reblátha.

21 Percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblátha in terra Emath : & transtatus est Iuda de terra sua.

Iere.40. b.5. 22 *Populo autem qui relictus erat in terra Iuda,quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filii Saphan.

23 Quod cùm audissent omnes duces militum, F & viri qui erant cum eis. videlicet quòd constituisset rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maspha , Ismahel filius Nathaniæ & Iohanam filius Carèe, & Saraia filius Thanehumeth Netophatites,& Iezonias filius Maachathi,ipsi & socii eorum.

24 Iuramitque Godolias ipsis & sociis eorũ, dicens,Nolite timere seruire Chaldæis.manete in terra,& seruite regi Babylonis,& bene erit vobis.

25 Factum est autem in mẽse septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filii Elisama de semine regio,& decem viri cum eo: percusserúntque Godoliam,qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maspha.

26 Consurgénsque omnis populus à paruo vsque ad magnum,& principes militum venerunt in AEgyptum timentes Chaldæos. G

27 Factum est verò in anno tricesimoseptimo, transmigrationis Ioachin regis Iudæ, mẽse duodecimo, vicesimaseptima die mensis: subleuauit Euil-merodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.

28 Et locutus est ei benigne, & posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone.

29 Et mutauit vestes eius,quas habuerat in carcere,& comedebat panẽ semper in conspectu eius cunctis diebus vitæ suæ.

30 Annonam quoque constituit ei sine intermissione quæ & dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

B.Hieronymi in librum Paralipomenon Præfatio.

SI septuaginta interpretum, pura,& vt ab eis in Græcum versa est,editio permaneret, superfluere me, Chromati episcoporum sanctissime atque doctissime , impelleres vt Hebræa tibi volumina Latino sermone transferrem Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis ecclesiæ roborauerat fidem:iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc verò cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria,& germana illa,antiquáque translatio corrupta sit,atque violata: nostri arbitrii. putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere condere,illudentibúsque Iudæis,cornicum(vt dicitur) oculos configere. Alexandria & AEgyptus in septuaginta suis Hesychium laudat authorem. Constantinopolis vsque Anthiochiam,Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has pro-

t.i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trahar. Vbicunque ergo asteriscos, id est stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi verò obelus, transuersa scilicet virga præposita est, illic signatur quid septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti authoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

LIBER PARALIPOMENON, primus: Hebraicè, Dibre haiamim.

CAP. I.

Breuis repetitio totius genealogiæ Adam vsque ad filios Esau, & Iacob.

1 Adam, Seth, Enos,
2 Cainan, Malaleel, Iared,
3 Henoch, Mathusale, Lamech
4 Noe, Sem, Cham, & Iapheth.
5 *Filii Iapheth: Gomer & Magog & Madai & Iauan, Thubal, Mosoch, Thiras.
6 Porrò filii Gomer: Ascenez & Riphath & Thogorma.
7 Filii autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim.
8 Filii Cham: Chus & Mesraim & Phut & Chanaan.
9 Filii autem Chus: Saba & Heuila, Sabatha & Regma & Sabathaca. Porrò filii Regma: Saba & Dadan.
10 *Chus autem genuit Nemrod: iste cœpit esse potens in terra.
11 Mesraim verò genuit Ludim & Anamim & Laabim & Nephtuim,
12 Phetrusim quoque & Casluim: de quibus egressi sunt Philisthiim & Caphtorim.
13 Chanaan verò genuit Sidonem primogenitum suum,
14 Hetheum quoque, & Iebuseum & Amorrhæum & Gergeseum,
15 Heuæumque, & Araceum, & *Asinæum,
16 Aradium quoque & Samareum, & *Hemathæum.
17 *Filii Sem: Aelam & Assur & Arphaxad & Lud & Aram. Filii Aram: Hus & Hul & Gether & *Mes.
18 Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber.
19 Porrò Heber nati sunt duo filii, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra: & nomen fratris eius Iectan.
20 Iectan autem genuit Elmodad & Saleph & Asarmoth & Iare,
21 Adoram quoque & Vzal & Decla,
22 Hebal etiam & Abimael & Saba,
23 Necnon & Ophir & Heuila & Iobab. Omnes isti filii Iectan.
24 Sem, Arphaxad, Sale,
25 Heber, Phaleg, Ragau,
26 Serug, Nachor, Thare,
27 Abram, iste est Abraham.
28 Filii autem Abraham, Isaac & Ismahel.
29 Hæ generationes eorum, Primogenitus Ismahelis, Nabaioth & Cedar & Adoeel & Mabsam,
30 Et Masma & Duma, Massa, Hadad & Thema, *Itachur, Naphis, Cedma. Hi sunt filii Ismaelis.
31 Filii autem Ceruræ concubinæ Abraham, quos genuit: Zamram, Iecsan, Madam, Madian, Iesboc, & Sue.
32 Porrò filii Iecsan: Saba, & Dadan. Filii autem Dadan: Assurim & Latusim & Laomim.
33 *Filii autem Madian: Epha & Epher & Enoch & Abida & Eldaa. Omnes hi filii Ceruræ.
34 Genuit autem Abraham Isaac: cuius fuerunt filii Esau & Israel.
35 *Filii Esau: Eliphaz, Rahuel, Iehus, Ihelom & Core.
36 Filii Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalec,
37 Filii Rahuel: Nahath, Zara, Samma, Meza.
38 Filii Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Aua, Dison, Eser, Disan.
39 Filii Lotan: Hori, *Ahohimam, Soror autem Lotan fuit Thamna.
40 Filii Sobal: Alian, & Manahath, & Ebal, Sephi & Onam. Filii Sebeon: Aia & Ana.
41 Filii Ana Dison: filii Dison, Namram, & Eseban & Iethran & Charan.
42 Filii Eser: Balaan & Zauan & Iacan. Filii Disan: Hus & Aran.
43 Isti sunt reges qui imperauerunt in Terra Edom, antequam esset rex super Israel. *Bale filius Beor: & nomen ciuitatis eius, Denuba.
44 Mortuus est autem Bale, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra.
45 Cumque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de Terra-Themanorum.
46 Obiit quoque & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in Terra-Moab: & nomen ciuitatis eius Auith.
47 Cumque & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca.
48 Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta omnem sita est.
49 Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo Balanan filius Achobor.
50 Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit *Phau, & appellata est vxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab.
51 Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth,
52 Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,
53 Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

t.ii.

54 Dux Magdiel', dux Hiram. Hi duces Edom.

CAP. II.

Filii Iacob & Iudæ, Hesron, Isai. Iesse, Saruiæ, Iair, Ierameel, Caleb.

Gen.29. d.32.30. e.5.

1 FIlii autem Israel, *Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, & Zabulon,

2 Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad & Aser.

*Chananitide

3 Filii Iuda: Her, Onan & Sela, Hi tres nati sunt ei de filia Sue *Chananitidis. Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus coram Domino, & occidit eum.

4 Thamar autē nurus eius peperit ei Phares & Zara. Omnes ergo filii Iuda, quinque.

5 Filii autem Phares: Hesron & Hamul.

6 Filii quoque Zarę: Zamri & Ethan & Eman, *Chalchal quoque, & *Dara, simul quinque.

*Chalchol, Hebraice *Dara

Ios.7.a.1. B

7 Filii Charmi: Achar, *qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis.

8 Filii Ethan: Azarias.

9 Filii autem Hesron qui nati sunt ei: Ierameel & Ram & *Calubi.

*Calubai Hebraice

Ruth 4. d.19.

10 *Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahasson principem filiorum Iuda.

11 Nahasson quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz.

12 Booz verò genuit Obeb, qui & ipse genuit Isai.

1.Reg.16. b.10.

13 *Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundum *Aminadab, tertium Simmaa.

*Abinadab

14 Quartum Nathanael, quintum Raddai.

15 Sextum Azom, septimum Dauid.

16 Quorum sorores fuerunt Saruia & Abigail. Filii Saruiæ: Abisai, Ioab & Asael, tres.

17 Abigail autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismaelites.

C 18 Caleb verò filius Hesron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fuerūntque filii eius Iaser & Solab & Ardon.

19 Cumque mortua fuisset Azuba, accepit vxorē Caleb, Ephratā quæ peperit ei Hur.

20 Porro Hur genuit Uri: & Uri genuit Beseleel.

21 Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam cum esset annorum sexaginta: quæ peperit ei Segub.

22 Sed & Segub genuit Iair, & possedit viginti tres ciuitates in Terra-Galaad.

23 Cepitque Gessur & Aram oppida Iaīr, & Canath & viculos eius sexaginta ciuitatū. omnes isti, filii Machir patris Galaad.

24 Cūm autem mortuus esset Hesron, ingressus est Caleb ad Ephrata. Habuit quoque Hesron vxorem Abia, quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ.

D 25 Nati sunt autem filii Ierameel primogeniti Hesron. Ram primogenitus eius, & Buna & Aram, & Asom & Achia.

26 Duxit quoque vxorē alteram Ierameel, nomine Araia, quæ fuit mater Onam.

27 Sed & filii Ram primogeniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin & Acar.

28 Onam autem habuit filios Semei & *Iadan. Filii autem Semei: Nadab & Abisur.

*Iada

29 Nomen vero vxoris Abisur, Abihail, quæ peperit *Ahobban, & Molid.

*ei

30 Filii autem Nadab fuerunt Saled, & Apháim. Mortuus est autem Saled absque liberis.

31 Filius verò Apháim, Iesi: qui Iesi, genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Oholai:

32 Filii autem *Iadæ fratris Semei: Iether & Ionathan: sed & Iether mortuus est absq; liberis.

*Iada

33 Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. Isti fuerūt filii Ierameel primogeniti Esrō. B

34 Sesan autem non habuit filios, sed filias: 35 Et seruum AEgyptium, nomine Iarę. Dedítque ei filiam suam vxorem: quæ peperit ei Ethei.

36 Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad,

37 Zabad quoque genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed.

38 Obe genuit Iehu, Iehu genuit Azariam.

39 Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elasa,

40 Elasa genuit Sisamoi, Sisamoi genuit Sellum,

41 Sellum genuit *Itamiam *Itamia autem genuit Elisama.

*eamiā *Icamia

42 Filii autem Caleb fratris Ierameel: Mesa primogenitus eius, ipse est pater Ziph: & filii Maresa patris Hebron.

43 Porrò filii Hebron, Core & Taphua & Recem & Samma.u

44 Samma autem genuit Raham patrem Iercaam, & Recem genuit Sammai, F

45 Filius *Sammai, Maon: & Maon pater Beth-sur.

*autem

46 Epha autem concubina Caleb peperit Haran & Mosa & Gerez. Porrò Haran genuit Gezez.

47 Filii autem Iahaddái: Regom & Ioatham & Gesan & Phalet & Epha & Saaph.

48 Concubina Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana.

49 Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achsa.

50 Hi erant filii Caleb, filii Hur primogeniti Ephratha, Sobal pater Cariath-iarim. G

51 Salma pater Beth-léhem, Hariph pater Beth-gader.

52 Fuerūt autem filii Sobal patris Cariath-iárim, qui videbat dimidiū Requietionum.

53 Et de cognatione Cariath-iárim, Iethrei & Aphuthei & Semathei & Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ & Esthaolitæ.

*phuteū Hebr.

54 Filii Salma: Beth-léhem, & Netophati, Coronæ domus Ioab, & dimidium Requietionis Sarai.

55 Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, Canentes atque Resonantes, & In-tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

CAP. III.

Filii Dauidis. Reges Iuda à Salomone vsque ad Sedeciam. Filii Iosiæ.

1 DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron: primogenitū Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: secundum Daniel de Abigáil Carmelitidę,

2 Tertium Absalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, quartum Adoniam filium Aggith.

3 Quintum Saphatiam ex Abital, sextum Ieth-raham de Egla vxore sua.

4 Sex ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit septem annis & sex mensibus, triginta autē & tribus annis regnauit in Ierusalē

2.Reg.5.a. 14. *Bethsua *Elisama

5 *Porro in Ierusalem nati sunt ei filii Simmaa & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de Beth-sabee filia Ammiel.

6 Iebaar quoque & *Elisua.

B 7 Et Elphalet & Noge & Nepheg & Taphia,

8 Necnon Elisama & Eliada & Eliphelet, nouem.

9 Omnes hi filii Dauid, absq; filiis concubinarum: habuerūntque sororem Thamar.

10 Filius autem Salomonis: Roboam: cuius Abia filius, genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosaphat pater Ioram:

11 Qui Ioram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Ioas:

C 12 Et huius Amasias filius, genuit Azariam. Porrò Azariæ filius Ioatha,

13 Procreauit Achaz patrē Ezechiæ, de quo natus est Manasses.

14 Sed & Manasses genuit Amō patrē Iosiæ.

15 Filii autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Iohanan secūdus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum.

Matth.1.b 11.

16 *De Ioacim nat* est Iechonias & Sedecias

17 Filii Iechoniæ fuerunt: Asir, Salathiel,

18 Melchirā, Phadaia, Senneser & Iecemia. *Hosama, Hebr. *Sama & Nadabia.

D 19 De phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum.

20 Hasabam quoque & Ohol & Barachiam & Hasadiam, Iosabēsed, quinque.

21 Filius autem Hananiæ Phaltias pater Iesiæ, cuius filius Raphaia, huius quoque filius Arnam, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias.

22 Filius Sechenię, Semeia, cuius filii Hattus & Iegaal & Baria & Naaria & Saphat, & Sex, sex numero. Filius Naariæ, Elioenāi & Ezechias & Ezricam, tres.

23 Filius Elioenai, Oduia & Eliasub & Phelelia & Accub & Iohanan & Dalaia & Anani, septem.

CAP. IIII.

Genealogia Iuda. Assur. Iabes, & eius oratio. Caleb. Filii Sela. Genealogia Simeon. Cham stirps deleta, & Amalecita.

Sup.2.a.4 Genes.38.g. 2.p.& 46. b.12. Recognationes.

1 *FIlii Iuda: Phares, Hesron & Carmi & Hur & Sobal.

2 Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai & Laap. Hæ "generationes Sarathi.

3 Ista quoque stirps Etam: Iezrahel & Iesema & Iedebos. Nomen quoque sororum earum, Asalelphuni.

4 Phanuel autem pater Gedor, & Eser, & pater Hosa, isti sunt filii Hur primogeniti Ephrata patris Beth-léem.

5 Assur verò patri Thecuæ erant duæ vxores, Halaa & Naara.

6 Peperit autem ei Naara, Oozam & Hepher & Themani & Aasthari, isti sunt filii Naara.

7 Porrò filii Halaa: Sereth, & Sahar & Ethnam. E

8 Cos autem genuit Anob & Soboba, & cognationem Aharehel filii Arum.

9 Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens, Quia peperi eum in dolore.

10 Inuocauit verò Iabes Deum Israel, dicēs Si benedicēs benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præstitit Deus quæ precatus est.

11 Caleb autem frater Sua, genuit Mahir, qui fuit pater Esthon.

12 Porro Esthon genuit Beth-rapha & Phesse & Theinna patrem vrbis Naas. Hi sunt viri Recha.

13 Filii autē Cenez: Othoniel & Saraia. Porrò filii Othoniel, Hatath & Maonathi. C

14 Maonathi genuit Ophra. Saraia autem genuit Ioab patrem Vallis-artificū: ibi quippe artifices erant.

15 Filii vero Caleb filii Iephone: Hir & Ela & Naham. *Filii quoque Ela: Genez.

*Filiique

16 Filii quoque Ialeleel: Ziph & Zipha, Thiria & Asrael.

17 Et filii Ezra: Iether & Mered & Epher & Ialon, genuitque Mariam & Sammai & Iesbo patrem Esthamo.

18 Vxor quoq; eius Iudæa, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrē Socho, & Ichuthiel patrem Zanoe. Hi autem filii Bithiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered.

19 Et filii vxoris Odaiæ sororis Naham patris Ceila, Garmi, & Esthamo qui fuit de Machathi. D

20 Filii quoque Simon: *Amon & Rimma filius Hanan, & Thilon. Et filii Iesi: Zoheth & Benzoheth. *Ammon & Rinna

21 *Filii Sela filii Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Maresa: & cognationes domus operantium byssum in Domo-Iuramenti, Ge.38.a.5.

22 Et Qui stare fecit solem, viriq; Mendacii, & Securus & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & * Qui reuersæ sunt in-Lahem. Hæc autem verba vetera. *reuersi

23 Hi sunt figuli habitantes in Plantationibus & in Sepibus, apud regem in operibus eius, commorantque sunt ibi.

24 *Filii Simeon. Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul. Gene. 46. b.10.

25 Sellum filius eius, Mabsam filius eius Masma filius eius.

26 Filii Masma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius.

27 Semei filius eius. Filii Semei sedecim, & filiæ sex: fratres autem non habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda.

28 Habitauerunt autem in Bersabee & Molada & Hasar-sual.

29 Et in Bala, & in Asom, & in Tholad,
30 Et in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg,
31 Et in Beth-marchaboth, & in Hasarsusim, & in Beth-berai, & in Saarim. Hæ ciuitates eorum vsque ad regem Dauid.
32 Villæ quoque eorum: Etam & Aen-Remmon & Thochen & Asan, ciuitates quinq;
F 33 Et vniuersi viculi eorum per circuitum ciuitatum istarum vsque ad Baal. hæc est habitatio eorum & sedium distributio.
34 Mosabab quoque & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ.
35 Et Ioel " Iehu filius Iosabiæ filii Saraiæ filii Asiel,
36 Et Elioenai & Iacoba & Isuhaia & Asaia & Adiel & Ismiel & Banaia.
37 Zixa quoque filius Sephei filii Allon filii Idia filii Semri filii Samaia.
38 Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.
39 Et profecti sunt vt ingrederentur in Gador vsque ad Orientem vallis & vt quærerent pascua gregibus suis.
G 40 Inuenerúntque pascuas huberes & valde bonas, & terram latissimam & quietam & fertilem, in qua antè habitauerunt de stirpe Cham.
41 Hi ergo venerunt, quos suprà descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vsque in præsentem diem: habitauerúntque pro eis, quoniam huberrimas pascuas ibidem repererunt.
42 De filiis quoque Simeō abierūt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Iesi.
43 Et percusserūt reliquias quæ euadere potuerant Amalecitarum, & habitauerūt ibi pro eis vsque in diem hanc.

CAP. V.

Genealogia Rubēn, Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Fide sua, oratione iuuāti, vincunt Agarenos.

Gene. 35. & 48. & 49.
1 FIlii quoq; Ruben primogeniti Israel *(ipse quippe fuit primogenitus ejus: sed cùm violasset torum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filij Israel. & non est ille reputatus in primogenitum.
2 Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph.)
Gene. 46. & 49. exod. 6. c. 14. nu. 26 & 1.
3 *Filii ergo Ruben primogeniti Israel: Enoch & Phallu, Esron & Charmi.
4 Filii Ioel: Samaia filius eius, Gog filius eius Semei filius eius,
5 Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius.
6 Beera filius eius, quem captiuum duxit Thelgath-phalnasar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben.
7 Fratres autem eius, & vniuersa cognatio eius quādo numerabātur per familias suas habuerunt principes Iehiel & Zachariam.
8 Porrò Bala filius Azaz, filii Samma: filii B Ioel, ipse habitauit in Aroer vsque ad Nebo & Beelmeon.
9 Contrà Orientalem quoque plagam habitauit vsque ad introitum eremi & flumē Euphrāten. Multum quippe iumentorum numerum possidebat in Terra-Galaad.
10 In diebus autē Saul præliati sunt contra Agarenos, & interfecerunt illos, habitauerūntq; pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga quæ respexit ad Orientem Galaad.
11 Filii vero Gad eregione eorū habitauerunt in Terra-Besan vsque Selcha:
12 Ioel in capite, & Sapham secundus: Ianai autem & Saphat in Basan.
13 Fratres vero eorū secundū domos cognationū suarū. Michael & Mosollā & Sebe & Iorai & Iachan & Zid & Heber, septem.
14 Hi filii Abigail, filii Huri, filii Iara, filii Galaad, filii Michael, filii Iesesi, filii Ieddo, filii Buz,
15 "Fratres quoque filii Abdiel, filii Guni, 'principes domus in familiis suis. 'Ahi filius Hebraicè princeps
16 Et habitauerunt in Galaad & in Basan & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, vsque ad terminos. C
17 Omnes hi numerati sunt in diebus Ioatham regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel.
18 Filii Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse viri bellatores, scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum, eruditiq; ad prælia, quadraginta quatuor millia, & septingenti sexaginta procedentes ad pugnam.
19 Dimicauerunt contra Agarenos: Ituræi verò, & Naphis, & Nodab præbuerunt eis auxilium.
20 Traditiq; sunt in manus eorū Agareni, & vniuersi qui fuerant cum eis. quia Deum inuocauerunt cùm præliarentur: & exaudiuit eos, eo quod credidissent in eum.
21 Ceperúntq; omnia quæ possederāt, camelorum quinquaginta millia, & ouiū ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia:
22 Vulnerati autem multi corruerunt. Fuit enim bellum 'Domini: habitauerúntq; pro eis vsque ad transmigrationem D 'Dei
23 Filii quoque dimidiæ tribus Manasse possederunt terram à finibus Basan vsque Baal, Hermon & Sanir, & montem Hermon. Ingens quippe numerus erat.
24 Et hi "fuerāt principes domus cognationis eorum, Epher "Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familiis suis. 'fuerunt & &
25 Reliquerunt autem Deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Deus coram eis.
26 Et suscitauit Deus Israel spiritū Phul regis Assyriorum, & spiritū Thelgath-phalnasar regis Assur: & trāstulit Ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan vsque ad diem hanc.

CAP. VI.

Genealogia filiorum Leui & Aaron, cum habitaculis, Cantores, Heman, Asaph, Ethan. Vrbes refugii.

Gene. 46. & infrà 23. 8. 6.
1 FIlii Leui: * Gerson, Caath, & Merari.
2 Filii Caath: Amram: Isaar, Hebron, & Oziel.
3 Filii Amrā: Aaron: Moyses & Maria. Filii Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar
4 Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue.
5 Abisue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi.
6 Ozi genuit Zaraim. Et Zaraias genuit Meraioth.
7 Porrò Meraioth genuit Amariā, & Amarias genuit Achitob.
8 Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas.
9 Achimaas genuit Azariā, Azarias genuit Iohanan.
10 Iohanan genuit Azariam: ipse est qui sacerdotio sanctus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem.
11 Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob.
12 Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum.
B 13 Sellum genuit Helciā, & Helcias genuit Azariam.
14 Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec.
15 Porrò Iosedec egressus est, quando transtulit Dominus Iudam & Ierusalē per manus Nabuchodonosor.
Reud. 6. d 17.
16 Filii ergo Leui: "Gerson, Caath, & Merari
17 Et hæc nomina filiorum Gerson: Lobni, & Semei.
18 Filii Caath: Amran: & Isaar, & Hebron, & Oziel.
"cognationes.
19 Filii Merari: Moholi & Musi. Hæ autē "generationes Leui secundū familias eorum.
20 Gerson, Lobni filius eius, Iaath filius eius. Zamma filius eius.
21 Ioath filius eius. Addo filius eius, Zara filius eius, Iethra filius eius.
22 Filii Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius.
23 Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius. Thahath filius eius.
24 Vriel filius eius. Ozias filius eius, Saul filius eius.
25 Filii Elcana, Amasai, & Achimoth, & Elcana
26 Filii Elcana Sophai filius eius, Nahath filius eius.
27 Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius.
28 Filii Samuel: primogenit' Vasseni, & Abia
29 Filii autem Merari, Moholi: Lobni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius,
30 Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius.
C 31 Isti sunt quos cōstituit Dauid super cantores domus Domini, ex quo collocata est area.
32 Et ministrabant coram tabernaculo testimonii, canentes donec ædificaret Salomon domum Domini in Ierusalem: stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio.
33 Hi verò sunt qui assistebant cum filiis suis: de filiis Caath, Heman cantor filius Ioel, filii Samuel.
34 Filii Elcana, filii Ieroham, filii Eliel, filii Thohu.
35 Filii Suph, filii Elcana, filii Ioel, filii Mahath, filii Amasai,
36 Filii Elcana, filii Ioel, filii Azoriæ, filii Sophonix.
37 Filii Thathat, filii Asir, filii Abiasaph, filii Core,
38 Filii Isaar, filii Caath, filii Leui, filii Israel.
39 Et frater eius Asaph, qui stabat à dextris eius, Asaph filius Barachiæ, filii Samaa.
40 Filii Michael, filii Basaiæ, filii Melchiæ.
41 Filii Athanai, filii Zara, filii Adaia,
42 Filii Ethan, filii Zamma, filii Semei. D
43 Filii Ieth, filii Gerson, filii Leui.
44 Filii autē Merari fratres eorū, ad sinistrā: Ethan filius Cusi, filii Abdi, filii Maloch.
45 Filii Hasabiæ, filii Amasiæ, filii Helciæ,
46 Filii Amasai, filii Boni, filii Somer.
47 Filii Moholi, filii Musi, filii Merari filii Leui.
48 Fratres quoq; eorū Leuitæ, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus 'Domini. 'Dei
49 Aaron verò, & filii eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus Sancti sanctorū, & vt precarentur pro Israel iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus Dei.
50 Hi sunt autem filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisue filius eius.
51 Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarabia filius eius.
52 Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius.
53 Sadoc filius eius, Achimaas filius eius.
54 Et hæc habitacula eorum per vicos atq; confinia, filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarum: ipsis enim sorte contigerant.
55 Dederūt igitur eis Hebrō in terra Iuda,
56 Et suburbana eius per circuitū: agros autē ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone.
57 Porro filiis Aaron dederunt ciuitates ad confugiendum, Hebron, & Lobna, & suburbana eius,
58 Iether quoque & Esthemo cum suburbanis suis, sed & Helon & Dabir cū suburbanis suis.
59 Asan quoque & Bethsemes & suburbana earum.
60 De tribu autē Beniamin: Gabee & suburbana eius, & Almath cum suburbanis suis, Anatoth quoque cum suburbanis suis. Omnes ciuitates, tredecim, cum suburbanis suis, per cognationes suas.
61 Filius autem Caath residuis de cognatione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem vrbes decem.
62 Porrò filiis Gerson per cognationes suas de tribu Isachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, vrbes tredecim.
63 Filiis autē Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulō, dederūt sorte ciuitates duodecim

64 Dederunt quoque filii Israel, Leuitis ciuitates, & suburbana earum:
65 Dederúntque per sortem, ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorũ Beniamin, vrbes has, quas vocauerunt nominibus suis,
66 Et his qui erant de cognatione filiorum Caath. (fuerúntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim.)
67 Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim: & Gazer cum suburbanis suis
68 Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Beth-horon similiter,
69 Necnon & *Helon cum suburbanis suis, & Geth-remmon in eundem modum.
70 Porro ex dimidia tribu Manasse, Aner & suburbana eius, & Balaam & suburbana eius: his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant.
71 Filiis autem Gersom de co[illegible]one dimidiæ tribus Manasse, Gaulon in Basan, & suburbana eius, & Astaroch cum suburbanis sui,
72 De tribu Issachar, Cedes & suburbana eius, & Dabereth cum suburbanis suis.
73 Ramoth quoque, & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis.
74 De tribu vero Aser, Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter,
75 *Asach quoque & suburbana eius, & Rohob cum suburbanis suis.
76 Porro de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa & suburbana eius, Hamnon cũ suburbanis suis, & Cariathaim, & suburbana eius.
77 Filiis autem Merari residuis de tribu Zabulo, Remmono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis.
78 Trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho contra Orientẽ Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis,
79 Cademoth quoque & suburbana eius, & Mephaath cum suburbanis suis.
80 Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Manaim cũ suburbanis suis,
81 Sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis.

CAP. VII.

Genealogia filiorum Issachar. Beniamin, Nephtali, Machir, Ephraim filii occisi, Beria, Genealogia filiorum Aser.

1 PORro filii Issachar: Thola, & Phua, Iasub & Simeron, quatuor.
2 Filii Thola: Ozi & Raphaia, & Ieriel, & Iemai, & Iebsem, & Samuel, principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid, viginti duo millia sexcenti.
3 Filii Ozi: Izrahia, de quo nati sunt Michael, & Obadia, & Ioel, & Iesia, quinq; omnes principes.
4 *Cum eis per familias, & populos suos, accincti ad prælium, viri fortissimi, triginta sex millia: multas enim habuerunt vxores & filios.
5 Fratres quoque eorum per omnem cognationem Issachar, robustissimi ad pugnã & dum, octoginta septẽ millia numerati sunt
6 Filii Beniamin: Bela, & Bechor, & Iadihel, tres. Filii Bela:
7 Esbon & Ozi & Oziel & Ierimoth & *Irai *Vrai, quinque principes familiarum, & ad pugnandum robustissimi: numerus autem eorum, viginti duo millia & triginta quatuor.
8 Porro filii Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elioenai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almath. Omnes hi filii Bechor.
9 Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum ad Bella fortissimi, viginti millia & ducenti.
10 Porro filii Iadihel: Balan. Filii autem Balan: Iehus, & Beniamin, & Aod, & Chanaana, & Zethami, & Tharsis, Abisahar,
11 Omnes hi, filii Iadihel, principes cognationum suarum, viri fortissimi, decem & septem millia, & ducenti ad prælium procedentes.
12 Sepham quoque & Hapham filii Hir: & Hasim filii Aher.
13 Filii autem Nephtali: Iasiel, & Guni, & Iesер, & Sellum, filii Bala.
14 Porro filius Manasse, Esriel: concubinaq; *filii eius Syra peperit Machir patrem Galaad.
15 Machir autem accepit vxorem filiis suis Happhim & Sapham, & habuit sororem nomine Maacha: nomen autem secundi, Salphaad, natæq; sunt Salphaad filiæ.
16 Et peperit Maacha vxor Machis filium vocauitque nomen eius Phares: porro nomen fratris eius, Sares: & filii eius, Vlam, & Recem.
17 Filius autem Vlam, Badan. Hi sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manasse.
18 Soror autem eius Regina peperit virumdecorum, & Abiezer, Mohola.
19 Erant autem filii Semida: Abin & Sechem, & Leci, & Aniam. Filii autem Ephraim: Suthala, Bared filius eius, Thahath filius eius,
20 Elada filius eius, Thahath filius eius.
21 Et huius filius Zabad, & huius filius Suthala, & huius filius Ezer & Elad: occiderunt autẽ eos viri Geth indigenæ, quia descenderãt vt inuaderẽt possessiones eorum.
22 Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerunt fratres eius vt consolarentur eum.
23 Ingressúsque est ad vxorẽ suam quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Beria, eo quod in malis domus eius ortus esset.
24 Filia autem eius fuit Sara, quæ ædificauit Beth-horon inferiorem & superiorem & Ozen-sara.
25 Porro filius eius Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est Thaan,
26 Qui genuit Laadan: huius quoque filius Ammiud, qui genuit Elisama.
27 De quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue.
28 Possessio autem eorum & habitatio, Beth-el cum

el cum filiabus suis, & contra Orientem Noran ad Occidentalem plagam Gazer & filiæ eius, Sichem quoq; cum filiabus suis, vsque ad *Asa cum filiabus eius.
29 Iuxta filios quoq; Manasse Beth-san & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias eius in his habitauerunt filii Ioseph, filii Israel.
30 Filii Aser: Iemna, & Iesua, & Iessui, & Baria, & Sara Soror eorum.
31 Filii autem Baria: Heber, & Melchiel, ipse est pater Bersaith.
32 Heber autem genuit Iephal, & Somer, & Hotham, & Suaa sororem eorum.
33 Filii Iephlat: Phosech, & *Chamaal, & Asoth: hi filii Iephlat.
34 Porro filii Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram.
35 Filii autem Helem fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal.
36 Filii Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iamra,
37 Bosor, & Hod, & Samma, & Salusa, & Ithran, & Bera.
38 Filii Iether: Iephone, & Phaspha, & Ara.
39 Filii autem Ulla: Aree, & Haniel, & Resia
40 Omnes hi filii Aser, principes cognationum, electi atque fortissimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis, quæ apta esset ad bellum, viginti sex millia,

CAP. VIII.

Genealogia filiorum Beniamin. Nomina generis Saul.

1 BEniamin autem genuit Bale primogenitum suum, Asbel secundum, Ahara tertium,
2 Nohaa quartum, & Rapha quintum.
3 Fuerúntque filii *Bale: Addar, & Gera, & Aliud,
4 Abisue quoque, & Naaman, & Ahoe,
5 Sed & Gera, & Sephuphan, & Huram.
6 Hi sunt filii Ahod, principes cognationũ habitantium in Gabaa, qui transtati sunt in Manahath,
7 Naamã autẽ & Achia, & Gera ipse transtulit eos, & genuit Oza & Ahihud.
8 Porro Saharaim genuit in regione Moab, postquã dimisit Husim & Bara vxores suas
9 Genuit autem de Hodes vxore sua Iobab, & Sebia, & Mosa, & Molcum.
10 Iehus quoq; & Sechia, & Marma. Hi sunt filii eius principes in familiis suis.
11 Mehusim vero genuit *Achitob, & Elphaal.
12 Porro filii Elphaal: Heber, & Misaam, & Samad: hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius,
13 Baria autem & Sama principes cognationum habitantium in Aiolon: hi fugauerũt habitatores Geth.
14 Et Ahio, & Sesac, & Ierimoth.
15 Et Zabadia, & Arod,
16 Et Heder, Michael quoque & Iespha, & Ioha filii Baria.
17 Et Zabadia, & Mosollam, Et Hezeci, & Heber,
18 Et Iesamari, & Iezlia, & Iobab filii El-

19 Et Iacim, & Zechri, & Zabdi,
20 Et Elioenai, & Selethai, & Eliel,
21 Et Adaia, & Baraia, & Samarath filii Semei.
22 Et Iesphan, & Heber, & Eliel,
23 Et Abdon, & Zechri, & Hanan,
24 Et Hananias, & Aelam, & Anathothias,
25 Et Iephdaia, & Phanuel filii Sesac.
26 Et Samsari, & Soboria, & Otholia,
27 Et Iersia, & Elia & Zechri, filii Ieroam.
28 Hi patriarchæ, & cognationum principes, qui habitauerunt in Ierusalem.
29 In Gabaon autem habitauerunt Abi-gabaon, & nomen vxoris eius Machab.
30 Filiúsque eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab,
31 Gedor quoque & Ahio, & Zacher, & Macelloth:
32 Et Macelloth genuit Samaa: habitauerũt ex aduerso fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis.
33 Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul: porro Saul genuit Ionathã, & Melchi-sua, & Abinadab, & Esbaal.
34 Filius autem Ionathan, Merib-baal: & Meribbaal genuit Micha.
35 Filii Micha, Phithon, & Melech, Tharaa, & Ahaz.
36 Et Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porro Zamri genuit Mosa,
37 Et Mosa genuit Banaa, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel
38 Porro Asel sex filii fuerunt, his nominibus, Ezricam, Bochru, Ismael, Saria, Obdia, & Hanan: omnes hi filii Asel.
39 Filii autẽ Esec fratres eius, Vlã primogenitus, & Iehus secundus, Eliphalet tertius.
40 Fuerunt que filii Vlam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes, vsque ad centum quinquaginta milia. Omnes hi filii Beniamin.

CAP. IX.

De sacerdotibus, Leuitisque, & officiis eorum. Panes propositionis. Familia Saulis.

1 VNiuersas ergo Israel dinumeratas est & summa eorum scripta est in Libro rum Israel, & Iudæ translatique sunt in Babylonem propter delictum suum.
2 Qui autem habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis: Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi.
3 Commemorati sunt in Ierusalem de filiis Iuda, & de filiis Beniamin, de filiis quoque Ephraim, & Manasse.
4 Othei filius Ammiud, *filius Amri, filii Omrai, filii Boani, de filiis Phares filii Iuda.
5 Et de Siloni: Asaia primogenitus, & filii eius.
6 De filiis autem Zara: Iehuel: & fratres eorum, sexcenti nonaginta.
7 Porrò de filii Beniamin: Salo filius Mosollam, filii Oduia, filii Asana.
8 Et Iobania filius Ieroham: & Esa filius Ozi, filii Mochori: & Mosollam filius Sa-

phatiæ,filii Rahuel,filii Iebaniæ.
§ Et fratres eorum per familias suas nō-
genti quinquagintasex. Omnes hi,principes
cognationum per domos patrum suorum.
30 De sacerdotibus autem:Iedaia , Ioiarib,
& Iachin:
21 Azarias quoque filius Helcię,filii Mosol-
lam,filii Sadoc,filii Metaioth,filii Achitob
pontifex domus Dei,
22 Porro Adaias filius Ieroḥā, filii Phassur,
Melchiæ:& Maasai filius Adiel,filii Iezra,fi-
lii Mosollā,filii Mosollamith,filii Emmer.
23 Fratres quoque eorum principes per fa-
milias,suas,mille septingenti sexaginta,for-
tissimi robore ad faciendum opus ministe-
rii in domo Dei.
24 De Leuitis autē:Semeia filius Assub fili
Ezricam,filii Hasebia de filiis Merari.
25 Bachacar quoque carpentarius,& Galal,
& Mathania filius Micha, filii Zech- , filii
Asaph.
26 Et Obdia filius Semeiæ filii Galal, filii
Idithun: & Barachia filius Asa,filii Elcana
qui habitauit in atriis Netophati.
27 Ianitores autem:Sellum,& Accub.& Tel
mon, & Ahiman:& frater eorum Sellum
princeps.
28 Vsque ad illud tempus,in porta regis ad
Orientem , obseruabant per vices suas de
filiis Leui.
D 29 Sellum verò filius Core filii Abiasaph,
filii Core,cum fratribus suis, & domo pa-
tris sui,hi suæ Coritæ super opera minis-
rii, custodes vestibulorum tabernaculi : &
familiæ eorum per vices castrorum Domi
ni custodientes introitum.
30 Phinees autem filius Eleazari , erat dux
eorum coram Domino.
31 Porrò Zacharias filius Mosollamia , ian-
itor portæ tabernaculi testimonii.
32 Omnes hi electi in ostiarios per portas,
ducenti duodecim : & descripti in villis
proprijs.
33 Quos constituerunt Dauid,& Samuel vi-
den. in fide sua tam ipsos , quàm filios eo-
rum in cstiis domus Domini,& in tabera-
culo victibus suis.
34 Per quatuor ventos erant ostiarii : id est
ad Orientem,& ad Occidentem,& ad Aqui
lonem,& ad Austrum.
35 Fratres autē eorum in vinculis morabā-
tur,& veniebant in sabbatkis suis de tem-
pore vsque ad tempus.
E 36 His quatuor Leuitis credibus erat omnis
numerus ianitorum,& erāt super exedras,
& thesauros domus Domini.
37 Per gyrum quoque tēpli Domini mora-
bantur in custodiis suis : vt cùm tempus
fuisset, ipsi manè aperirent fores.
38 De horum grege erant & super vasa mi-
nisterii : ad numerum enim & inferebān-
tur vasa & efferebantur.
39 De ipsis & qui credita habebant vtensilia
sanctuarij,prærant similæ,& vino,& oleo,
& thuri,& aromatibus.
30 Filii autem sacerdotum vnguenta ex aro
matibus conficiebant.
31 Et Mathathias Leuites primogenitus Sel
lum Coritæ , præfectus erat eorum quę in
in sartagine frigebantur
32 Porro de filiis Caath fratribus eorum,su F
per panes erant propositionis , vt semper
nouos per singula sabbatha præpararent.
33 Hi sunt principes cantorum per familias
Leuitarum, qui in exedris morabantur, vt
die ac nocte in guter suo ministerio deser-
uirent.
34 Capita Leuitarum,per familias suas prin
cipes,manserunt in Ierusalem.
35 *In Gabaon autem commorati sunt pa- Supra 8.
ter Gabaon Iehiel , & nomen vxoris eius, c.29.
Maacha.
36 Filius primogenitus eius Abdon, &Sur
& Cis,& Baal,& Ner,& Nadab,
37 Gedor quoque,& Ahio, & Zacharias, &
Macelloth.
38 Porro Macelloth genuit Samaam:isti ha- G
bitauerunt regione fratrum suorum in Ie-
rusalem,cum fratribus suis.
39 *Ner autē genuit Cis:& Cis genuit Saul: Supra 8.
& Saul genuit Ionathan , & Melchisua , & d.33.
Abinādab,& Esbāal.
40 Filius autem Ionathan,Meribbāal:& Me
ribbāal genuit Micha.
41 Porrò filii Micha , Phiton & Melech , &
Tharaa,& Ahaz.
42 Ahaz autem genuit Iara : & Iara genuit
Alāmath.& Azmoth,& Zamri.Zamri autē
genuit Mosa:
43 Mosa verò genuit Banaa:cuius filius Ra-
phaia genuit Elasa : de quo ortus est Asel.
Porrò Asel sex filios habuit his nomini-
bus,Ezricam,Bochru,Ismael,Saria,Obdia,
Hanan.Hi sunt filii Asel.

CAP. X.

*Saul cum filiis occiditur à Philisthæis:quos Ga
laaditæ sepeliunt.Saul quare occisus à Deo.*

1 * PHilisthiim autem pugnabant contra 1. Reg.31.
Israel, fugerúntque viri Israel Palæ- a.1.
sthinos , & ceciderunt vulnerati in monte
Gelboe.
2 Cúmque appropinquassent Philisthæi
persequentes Saul & filios eius , percus-
serunt Ionathan,& *Aminadab,& Melchi-sua *Abina-
filios Saul. dab,
3 Et aggrauatum est prælium contra Saul,
inuenerúntque eum sagittarii,& vulnera-
uerunt iaculis.
4 Et dixit Saul ad armigerum suum, Eua- B
gina gladium tuum , & interfice me:ne for
te veniant incircuncisi isti , & illudant mi-
hi.Noluit autem armiger eius hoc facere
timore perterritus : arripuit ergo Saul en-
sem,& irruit in eum
5 Quod cum vidisset armiger eius,videlicet
mortuum esse Saul , irruit etiam ipse in
gladium suum,& mortuus est.
6 Interiit ergo Saul,& tres filii eius,& om-
nis domus illius pariter concidit.
7 Quod cum vidissent viri Israel qui habi-
tabant in campestribus , fugerunt: & Saul
ac filiis eius mortuis,dereliquerunt vrbes
suas,& hoc illúcq; dispersi sunt:venerúnt-
que Philisthiim, & habitauerunt in eis.
8 Die igitur altero detrahētes Philisthiim C
spolia

spolia cæsorum, inuenerunt Saul , & filios
eius iacentes in monte Gelboe.
9 Cúmque spoliassent eum, & amputassent
caput,armisque nudassent,miserunt in ter
ram suam,vt circunferretur,& ostenderē-
tur idolorum templis & populis:
10 Arma autem eius consecrauerunt in pha
'caput no dei sui, & corpus affixerunt in templo
Dagon.
11 Hoc cùm audissent viri Iabes-Galaad,o-
mnia scilicet quæ Philisthiim fecerant su-
per Saul,
D 12 Consurrexerunt singuli virorum fortiū,
& tulerunt cadauera Saul & filiorum eius:
attulerúntque ea in Iabes , & sepelierunt
ossa eorum subter quercum , quæ erat in
Iabes,& ieiunauerunt septem diebus.
1.Reg.15. 13 Mortuus est ergo Saul propter iniquita-
cit. tes suas, eo quod prævaricatus sit *mandā-
tum Domini quod præceperat,& non cu-
1.Reg.28. stodierit illud : sed insuper etiam *pytho-
12. nissam consuluerit,
14 Nec sperauerit in Domino,propter quod
interfecit eum , & transtulit regnum eius
ad Dauid filium Isai.

CAP. XI.

*Vngitur Dauid in regem Iebus-Arx Sion. Ciui-
tas Dauid.Catalogus fortium Dauidis.*

1.Reg.5.a.1 1 COngregatus est igitur omnis Israel ad
Dauid in Hebron,dicens, Os tuum su-
mus & caro tua.
2 Heri quoque & nudiustertius cùm adhuc
regnaret Saul , tu eras qui educebas & in-
troducebas Israel:Tibi enim dixit Dominus
Deus tuus, tu pasces populū meum Israel,
& tu eris princeps super eum,
3 Venerūt ergo omnes maiores natu Israel
ad regem in Hebron,& iniit Dauid cum eis
fœdus coram Domino : vnxerúntque eum
regem super Israel,iuxta sermonem Domi
ni,quem locutus est in manu Samuel.
4 Abiit quoque Dauid , & omnis Israel in
Ierusalem,hæc est Iebus,vbi erant Iebusæi
habitatores terræ.
B 5 Dixerúntque qui habitabant in Iebus ad
Dauid , Non ingredieris huc:porrò Dauid
cœpit arcem Sion , quæ est ciuitas Dauid
dixísque.
6 Omnis qui percusserit Iebusæum in pri-
mis,erit princeps & dux.Ascēdit igitur pri
mus Ioab filius Saruiæ,& factus est princeps
7 Habitauit autem Dauid in arce, & ideir-
co appellata est Ciuitas-Dauid.
8 Aedificauitque vrbem in circuitu à Mel-
lo,vsque ad gyrum : Ioab autem reliqua
vrbis exstruxit,
9 Proficiebatque Dauid vadēs & crescens,
C & Dominus exercituum erat cum eo,
2.Reg.23. 10 *Hi principes virorum fortium Dauid,
c.8. qui adiuuerunt eum vt rex fieret super o-
mnem Israel,iuxta verbum Domini,quod
locutus est ad Israel.
11 Et iste numerus robustorum Dauid : Ies-
baam filius Hachamoni princeps inter tri-
ginta:iste leuauit hastam suam super tre-
centos vulneratos vna vice.
22 Et post eum Eleazar filius patrui eius
Ahohites, qui erat inter tres potentes:
iste fuit cum Dauid in Phesdomim,quan-
do Philisthiim congregati sunt ad locum
illum in prælium . & erat ager regionis il-
lius plenus hordeo,fugerátque populus à
facie Philistinorum.
14 Hi steterunt in medio agri,& defenderūt
eumcumqi percussissent Philisthæos , de-
dit Dominus salutem magnā populo suo, D
15 Descēderunt autē tres de triginta princi-
pibus ad petram, in qua erat Dauid , ad
speluncam Odollam , quando Philisthiim
fuerant castrametati in Valle-raphaim.
16 Porrò Dauid erat in præsidio , & statio
Philisthinorum in Beth-lehem.
17 Desiderauit igitur Dauid aquam , & di-
xit, O si quis daret mihi aquam de cisterna
Bethlehem,quæ est in porta.
18 Tres ergo isti per media castra Philisthi-
norum perrexerunt, & hauserunt aquā de
cisterna Bethlehem , quæ erat in porta,
& tulerunt ad Dauid vt biberet: qui no-
luit,sed magis libauit illā Domino,dicens,
19 Absit vt in conspectu Dei mei hoc faciā,
& sanguinem istorum virorum bibā : quia
in periculo animarum suarum attulerunt
mihi aquam.Et ob hanc causam noluit bi-
bere.Hæc fecerunt tres robustissimi.
20 Abisai quoque frater Ioab ipse erat prin- E
ceps trium ,& ipse leuauit hastam suā con-
tra trecentos vulneratos,& ipse erat inter
tres nominatissimus,
21 Et inter tres secundus inclytus , & prin-
ceps eorum: verumtamen vsq; ad tres pri-
mos non peruenerat. *vir robu
22 Banaias filius Ioiadæ *viri robustissimi stissimus
qui multa opera perpetrarat , de Cabseel
ipse percussit duos ariel Moab : & ipse de-
scendit,& interfecit leonē in media cistēr-
na tempore niuis.
23 Et ipse percussit virum AEgyptium, cu-
ius statura erat quinque cubitorum,& ha-
bebat lanceam vt licitatorium texentium:
descendit igitur ad eum cum virga , & ra-
puit hastam quam tenebat manu,& interfe
cit eum hasta sua.
24 Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ,qui erat F
inter tres robustos nominatissimus,
25 Inter triginta primus , verumtamen ad
tres vsque non peruenerat : posuit autem
eum Dauid ad auriculam suam.
26 Porrò fortissimi viri in exercitu, Asahel
frater Ioab,& Elchanan filius Patrui eius
de Beth-lehem.
27 Sammoth Arorites,Helles Phalonites.
28 Ira filius Acces Thecuites,Abiēzer Ana-
thothites
29 Sobbochai Husathites,Ilai Ahohites,
30 Maharai Netophatites,Heled filius Baa-
na Netophatites.
31 Ethai filius Ribai de Gabaat filiorum
Beniamin,Banaia Pharathonites.
32 Hurai de Torrente-Caas, Abiel Arba-
thites
33 Armoth Bauramites, Eliaba Salbonites.
34 Filii Assem Gezonites,Ionathan filius Sa
ge Ararites. G
35 Ahiam filius Sachar Ararites, Eliphal
filius Vr,

36 Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites.
37 Hesro Carmelites, Naarai filius Azbai.
38 Ioel frater Nathã, Mibabar filius Agarai.
39 Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioab filii Seruiæ.
40 Ira Iethræus, Gareb Iethræus.
41 Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi.
42 Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta.
43 Hanam filius Maacha, & Iosaphat Mathanites.
44 Ozia Astarothites, Samma & Iehiel filii Hotham Aroritis.
45 Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thosaites.
46 Eliel Mahumites, & Ieribai & Iosaia filii Elnaen, & Iethma Moabites.
47 Eliel & Oobed, & Iasiel de Masobia.

CAP. XII.

Qui transierint ad Dauidem, cùm adhuc fugeret Saulem, & numerus eorum. Adiutor Dauidis Deus.

1 HI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc fugeret Saul filium Cis, Qui erant fortissimi & egregi pugnatores,
2 Tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas: de fratribus Saul ex tribu Beniamin.
3 Princeps Ahiezer, & Ioas filii Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phalet filii Azmoth, & Baracha & Iehu Anathotites.
4 Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta, & super triginta, Ieremias, & Iecheziel & Iohanan & Iezabad Gaderothites.
5 Et Eluzai & Ierimuth, & Baalia, & Samaria & Sapharia Haruphites.
6 Elcana & Iesia & Azareel & Ioezer & Iesbaam de Carehim:
7 Ioela quoque & Zabadia filii Ieroham de Gedor.
8 Sed & de Gaddi trãsfugerunt ad Dauid, cum lateret in Deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenêtes clypeum & hastam: facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in montibus.
9 Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius,
10 Masmana quartus, Ieremias quintus,
11 Ethi sextus, Eliel septimus,
12 Iohanan octauus, Elzebad nonus,
13 Ieremias decimus, machbanai vndecimus.
14 Hi de filiis Gad principes exercitus: nouissimus, centũ militibus præerat, & maximus mille.
15 Isti sunt qui transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas: & omnes fugauerũt, qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam, & Occidentalem.
16 Venerũt autem & de Ben-iamin & de Iuda ad præsidium, in quo morabatur Dauid.
17 Egressusque est Dauid obuiam eis, & ait, Si pacifice veniãtis ad me vt auxiliemini, mihi, cor meum iungatur vobis. Si autem insidiamini mihi pro aduersariis meis, cùm ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet.
18 Spiritus vero Domini induit Amasai principem inter triginta, & ait, Tui sumus ô Dauid, & tecum fili Isai, Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis, Te enim adiuuat Deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, & cõstituit principes turmæ.
19 Porrò de Manasse transfugerunt ad Dauid, quando veniebat cum Philisthiim aduersus Saul, vt pugnaret: & non dimicauit cum eis, *quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthiim, dicentes, Periculo capitis nostri reuerteretur ad dominum suum Saul. *1. Reg. 29. 4.
20 Quando igitur reuersus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas & Iezabad, & Iedihel, & Michael & Ednas & Iozabad, & Eliu, & Salathi, principes *millium in Manasse. *millium
21 Hi præbuerũt auxilium Dauid aduersus latrunculos: omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu.
22 Sed & per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vsque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei.
23 Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad Dauid, cum esset in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbum Domini.
24 Filii Iuda portantes clypeum & hastam, sex milia octingenti expediti ad prælium.
25 De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum.
26 De filiis Leui, quatuor millia sexcenti.
27 Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria millia septingenti.
28 Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris, principes viginti duo.
29 De filiis autem Ben-iamin fratribus Saul tria millia: magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul.
30 Porrò de filiis Ephraim viginti millia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis.
31 Et ex dimidia tribu Manasse, decẽ & octo milia singuli per nomina sua venerunt vt constituerent regem Dauid.
32 De filiis quoque Issachar viri eruditi qui nouerãt singula tempora, ad præcipeandum quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus, eorum consilium sequebatur.
33 Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici.
34 Et de Nephtali, principes mille: & cum eis instructi clypeo & hasta, triginta & septem millia.
35 De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia sexcenti.
36 Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie pronocantes quadraginta millia.
37 Trans-Iordanem autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse instructi armis bellicis, centum viginti millia.

millia.
38 Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, vt constituerent regem Dauid super vniuersum Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, vno corde erant vt regem faceret Dauid.
39 Fuerũntque ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes, præparauerant enim eis fratres sui.
40 Sed & qui iuxta eos erant, vsque ad Issachar & Zabulon & Nephtali, afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum: farinam, palathas, vnam passam, vinum, oleum, boues, arietes ad omnem copiam. Gaudium quippe erat in Israel.

CAP. XIII.

Reducitur arca de Cariath-iarim. Oza occiditur à Deo quòd arcã non portaret à Leuitis.

1 INiit autem consilium Dauid cum tribunis & centurionibus, & vniuersis principibus.
2 Et ait ad omnem cœtum Israel, Si placet vobis, & à Domino Deo nostro *egredietur sermo quem loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & Leuitas qui habitant in suburbanis vrbium, vt congregentur ad nos,
3 Et reducamus arcam Dei nostri ad nos: nõ enim requisiuimus eam in diebus Saul.
4 Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret: placuerat enim sermo omni populo.
5 Congregauit ergo Dauid cunctum Israel à Sihor AEgypti vsque dum ingrediaris Emath, *vt adduceret arcam Dei de Cariath-iarim. *1. Reg. 6. 21.
6 Et ascendit Dauid & omnis vir Israel ad collem Cariath-iarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam Domini Dei sedentis super cherubim, vbi inuocatum est nomen eius.
7 Imposuerũntque arcam Dei super plaustrum nouum, de domo "Aminadab: Oza autem & frater eius minabant plaustrum. *Abinadab, Hebraice
8 Porrò Dauid & vniuersus Israel, ludebant coram Deo omni virtute, in canticis, & in citharis, & psalteriis, & tympanis, & cymbalis, & tubis.
9 Cum autem peruenissent ad Aream Chidon, tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam: bos quippe lasciuiens, paululum inclinauerat eam.
10 Iratus est itaque Dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quòd tetigisset arcam: & mortuus est ibi coram Deo.
11 Contristatúsque est Dauid, *eo quòd diuisisset Dominus Oza: vocauitque locum illũ, Diuisio Oza, vsque in præsentẽ diem. *Num. 4. 15. "Dauid
12 Et timuit "Deum tunc temporis, dicens, Quomodo possum ad me introducere arcam Dei?
13 Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est in ciuitatem Dauid, sed auertit in domum Obed-edom Gethæi.
14 Mansit ergo arca Dei in domo Obed-edom tribus mensibus: & benedixit Dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

CAP. XIIII.

Hiram mittit ligna & artifices, filii Dauidis. Bina Dauidis victoria contra Philistæos.

1 MIsit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum lignorúmque, vt ædificarent ei domum.
2 Cognouit que Dauid eo quòd confirmasset eum Dominus in regem super Israel, & subleuatum est regnum suum super populum eius Israel.
3 Accepit quoque Dauid alias vxores in Ierusalem: genuitque filios & filias.
4 Et hæc nomina eorum qui nati sunt "in Ierusalem: Samua & Sobab, Nathan & Salomon, "ei
5 Iebahar, & Elisua, & Eliphalet,
6 Noga quoque, & Napheg, & Iaphia,
7 Elisama, & Baal-iada, & Eliphalet.
8 Audientes autem Philisthiim eo quòd vnctus esset Dauid in regem super vniuersum Israel ascenderunt omnes vt quærerent eum: quod cùm audisset Dauid egressus est obuiam eis.
9 (Porrò Philisthiim venientes, diffusi sunt in Valle-raphaim.)
10 Consuluitque Dauid Dominum, dicens, Si ascendam ad Philisthæos? & si trades eos in manu mea? & dixit ei Dominus, Ascende, & tradam eos in manu tua.
11 Cúmque illi ascendissent in Baal-pharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit, Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ. & idcirco vocatum est nomen illius loci, Baal-pharasim.
12 Dereliquerúntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri.
13 Aha autem vice Philisthiim irruerunt, & diffusi sunt in valle,
14 Consuluitque rursum Dauid Deum, & dixit ei Deus, Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorum.
15 Cúmque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthiim.
16 Fecit ergo Dauid sicut præceperat ei Deus & percussit castra Philisthinorum, de Gabaon vsque Gazera.
17 Diuulgatúmque est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

CAP. XV.

Arca reducitur à Leuitis cum canticis. Saltat Dauid irridente à Michol.

1 FEcit quoque sibi domos in Ciuitate Dauid: & ædificauit locum arcæ Dei, & tetenditque ei tabernaculum.
2 Tunc dixit Dauid, Illicitum est vt à quocunque portetur arca Dei, nisi à Leuitis, quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi vsque in æternum.
3 Congregauitque vniuersum Israel in Ierusalem, vt afferretur arca "Dei in locum suum quem præparauerat ei. "Domini

4 Necnon & filios Aaron, & Leuitas.
5 De filiis Caath, Vriel princeps fuit: & fratres eius centum viginti.
6 De filiis Merari, Asaia princeps: & fratres eius ducenti viginti.
7 De filiis Gersom, Ioel princeps: & fratres eius centum triginta.
8 De filiis Elisaphan, Semeias princeps: & fratres eius ducenti.
9 De filiis Hebron, Eliel princeps: & fratres eius octoginta.
B 10 De filiis Oziel, Aminadab princeps: & fratres eius centum duodecim.
11 Vocauitque Dauid Sadoc & Abiathar sacerdotes, & Leuitas, vriel, Asaiam, Ioel, Semeiam, Eliel, & Aminadab:
12 Et dixit ad eos, Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & asserte arcam Domini Dei Israel ad locum qui ei præparauimus est,
Sup. 13. 8. 10. 13 Ne vt à principio, quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus: sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus.
14 Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitæ, vt portarēt arcam Domini Dei Israel.
15 Et tulerunt filii Leui arcam Dei, sicut præceperat Moyses iuxta verbum Domini humeris suis, in vectibus.
16 Dixitque Dauid principibus Leuitarum, vt constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet, & lyris & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus letitiæ.
C 17 Constituerúntque Leuitas: Heman filium Ioel, & de fratribus eius Asaph filium Barachiæ. De filiis verò Merari, fratribus eorū: Ethan filium Casaiæ.
18 Et cum eis fratres eorum, in secundo ordine, Zachariam & Cen & Iaziel & Semiramoth, & Iahiel, & anni, Eliab & Banaiam & maasiam & mathathiam & Eliphalu & Maceniam & Obed-edom & Iechiel, ianitores.
19 Porrò cantores: Hemam, Asaph, & Ethan: in cymbalis æneis concrepantes.
20 Zacharias autem & Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maasias & Banaias in nablis arcana cantabant,
21 Porrò Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obed-edom & Iehiel & Ozazin: in citharis pro octaua canebant epinicion.
22 Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, & ad præcinend am melodiam: erat quippe valdè sapiens,
23 Et Barachias & Elcana: ianitores arcæ.
24 Porrò Sebenias & Iosaphat & Nathanael & Amasai & Zacharias Banaias & Eliezer sacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei. & Obed-edom & Iehias erant ianitores arcæ.
25 Igitur Dauid & omnes maiores natu Israel, & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obed-edom cum lætitia.
26 Cúmque adiuuisset Deus Leuitas qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri & septem arietes.
27 Porrò Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi Leuitæ qui portabant aream, cătoréſque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid autem "indutus erat ephod lineo. "etiam
28 Vniuersúsque Israel deducebant aream fœderis Domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis concrepantes.
29 Cúmque peruenisset arca fœderis Domini vsque ad Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

CAP. XVI.

Allata arca Dauid constituit ministros, in gratias Deo agit. Laudandus & quærendus Deus. Populus Dei Israel. Promissiones. Inclus Dei populus. Laudandus Deus bonus, misericors: & grandis.

1 * ATtulerunt igitur aream Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocausta & pacifica coram Deo. 2. Reg. 6. d. 18.
2 Cúmque complesset Dauid offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini.
3 Et diuisit vniuersis per singulos, à viro vsque ad mulierem tortā panis, & partem assæ carnis bubalæ, & frixā oleo similam.
4 Constituitque coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent: & recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Israel.
5 Asaph principem, & secundum eius Zachariam. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam & Eliab & Banaiam & Obed-edom, & Iehiel super organa psalterii & lyras: Asaph autem, vt cymbalis personaret.
6 Banaiam verò & Iaziel sacerdotes, cancre tuba iugiter coram arca fœderis *Domini. *Dei
7 In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph, & fratres eius.
8 *Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius. Psal. 104. a. 1. 15. a. 4.
9 Cantate ei, & psallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.
10 Laudate nomen sanctum eius: lætetur cor quærentium Dominum.
11 Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius semper.
12 Recordamini mirabilium eius quæ fecit: signorum illius, & iudiciorum oris eius.
13 Semen Israel serui eius: filii Iacob electi eius.
14 Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.
15 Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis quem præcepit, in mille generationes.
16 Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Isaac,
17 Et constituit illud Iacob in præceptum: & Israel in pactum sempiternum,
18 Dicens, Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.

Cùm.

19 Cùm essent pauci numero, parui, & coloni eius.
20 Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.
21 Non dimisit quenquam calumniari eos: sed increpauit pro eis reges,
C 22 Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
23 Cantate Domino omnis terra: annuntiate ex die in diem salutare eius:
24 Narrate in Gentibus gloriam eius: & in cunctis populis mirabilia eius.
25 Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis super omnes deos.
26 Omnes enim dii populorum, idola: Dominus autem cælos fecit.
27 Confessio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudium in loco eius.
28 Afferte Domino familiæ populorum, afferte Domino gloriam & imperium.
29 Date Domino gloriam nomini eius, leuate sacrificium, & venite in conspectu eius: & adorate Dominum in decore sancto.
30 Commoueatur à facie eius omnis terra: ipse enim fundauit orbem immobilem.
31 Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit.
32 Tonet mare & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis sunt.
33 Tunc laudabunt ligna saltus coram Domino: quia venit iudicare terram.
34 Confitemini Domino: quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius,
D 35 Et dicite, Salua nos Deus saluator noster: & congrega nos, & erue de Gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis.
36 Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno vsque in æternum: & dicat omnis populus, Amen, & hymnum *Deo. *Domino
37 Dereliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini Asaph & fratres eius: vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies, & vices suas.
38 Porrò Obed-edom, & fratres eius sexaginta octo: & Obed-edom filium Idithun, & Hosa constituit ianitores:
39 Sadoc autem sacerdotem, & fratres eius sacerdotes coram tabernaculo Domini in excelso quod erat in Gabaon:
40 Vt offerrent holocausta Domino super altare holocaustomatis iugiter, manè & vespere, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli.
41 Et post eum Heman & Idithun, & reliquos electos, vnumquenque vocabulo suo, ad confitendum Domino, Quoniam in æternum misericordia eius.
42 Heman quoque & Idithun canentes tuba, & quarientes cymbala: & omnia musicorum organa ad canendum *Domino: filios autem Idithun fecit esse portarios. *Deo
43 Reuersúsque est omnis populus in domum suam, & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.

CAP. XVII.

Prohibetur Dauid domum ædificare Deo, Deus omnia: nihil à nobis accipit. Christus ædificaturus Ecclesiā. Laudat Dauid Deū. Misericordia Dei. Promissiones. Benedictio Dei.

1 CVm autem habitaret Dauid in domo sua dixit ad Nathan prophetam, Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub pellibus est,
2 Et ait Nathan ad Dauid, Omnia quæ in corde tuo sunt fac: Deus enim tecum est.
3 Igitur nocte illa factus est sermo *Domini ad Nathan, dicens, Vade & loquere Dauid seruo meo, Hæc dicit Dominus, Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. *Dei
5 Neque enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israel de terra Ægypti vsque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum omni Israel,
6 Nunquid locutus sum saltem vni iudicum Israel, quibus præceperam, vt pascerent populum meum, & dixi, Quare non ædificatis mihi domum cedrinam?
7 Nunc itaque sic loqueris ad seruum meum Dauid, Hæc dixit Dominus exercituum, Ego tuli te, cùm in pascuis sequereris gregem vt esses dux populi mei Israel,
B 8 Et fui tecum quocunque perrexisti: & interfeci omnes inimicos tuos coram te, fecique tibi nomen, quasi vnius magnorum qui celebrantur in terra.
9 Et dedi locum populo meo Israel: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà non commouebitur: nec filii iniquitatis atterrent eos, sicut à principio,
10 Ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel, & humiliaui vniuersos inimicos tuos: annuntio ergo tibi, quod ædificaturus sit tibi Dominus domum.
11 Cúmque impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis: & stabiliam regnum eius.
12 Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsque in æternum. Promittitur IESVS CHRISTVS.
13 EGO ERO EI IN PATREM, & ipse erit mihi in filium: & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo, qui ante te fuit.
14 Et statuam eum in domo mea, & in regno meo vsque in sempiternum: & thronus eius erit firmissimus in perpetuum.
15 Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. C
16 Cúmque venisset rex Dauid, & sedisset coram Domino, dixit, Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia?
17 Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo, ideóque locutus es super domum serui tui etiam in futurū: & fecisti me spectabilem super omnes homines Domine Deus.
18 Quid vltrà addere potest Dauid, cùm ita glorificaueris seruum tuum, & cognoueris eum?
19 Domine propter famulum tuum iuxta cor tuū fecisti omnē magnificentiam hanc & nota esse voluisti vniuersa magnalia.

20 Domine non est similis tui: & non est alius Deus absque te, ex omnibus quos audiuimus auribus nostris:

*autem D 21 Quis enim est alius, vt populus tuus Israel, gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua, atque terroribus eiiceret nationes à facie eius, quem de Aegypto liberârat?

22 Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum vsque in æternum, & tu Domine factus es Deus eius.

23 Nunc igitur Domine, sermo quem locutus es famulo tuo, & super domum eius, confirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es.

24 Permaneátque, & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum: & dicatur, Dominus exercituũ Deus Israel, & domus Dauid serui eius permanens coram eo.

25 Tu enim Domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui: vt ædificares ei domum: & ideirco inuenit seruus tuus fiduciam vt oret coram te.

26 Nunc ergo Domine tu es Deus: & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia.

27 Et cœpisti benedicere domui serui tui, C vt sit semper coram te: te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

CAP. XVIII.

Philisthæi victi. Moabite tributarii. Adarézer victus. Syria seruit uaria. Adimor Dauidis Deus. Thou petit pacem, Idumæa seruit Dauid. Constituti officiales.

1 FActum est autem post hæc, vt percuteret Dauid Philisthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth & filias eius de manu Philisthiim:

2 Percuterétque Moab, & fierent Moabitæ serui Dauid, offerentes ei munera.

3 Eo tempore percussit Dauid etiam Adarézer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperium suum vsque ad flumen Euphráten.

4 Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum: subnerauitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis quas reseruauit sibi.

B 5 Superuenit autem & Syrus Darmascenus, vt auxilium præberet Adarézer regi Soba: sed & huius percussit Dauid viginti duo millia virorum.

6 Et posuit milites in Darmásco, vt Syria quoque seruiret sibi, & offerret munera, adiuuitque eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat.

7 Tulit quoque Dauid phareras aureas, quas habuerant serui Adarézer: & attulit eas in Ierusalem.

C 8 Necnon de Tebath & Chun vrbibus Adarézer æris plurimũ, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vasa ænea.

9 Quod cum audisset Thou rex Hemath, percussisse videlicet Dauid omnem exercitum Adarézer regis Soba,

10 Misit Adoram filium suum ad regem Dauid, vt postularet ab eo pacem, & congratularetur ei quod percussisset, & expugnasset Adarézer: aduersarius quippe erat Thou Adarézer.

11 Sed & omnia vasa aurea, & argentea, & ænea consecrauit Dauid rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & filiis Ammon, quam de Philisthiim & Amelec.

12 Abisai, ero filius Saruiæ percussit Idom D in Valle salinarum, decem & octo millia:

13 Et constituit in Edom præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid: saluauit que Dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat.

14 Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israel, & faciebat iudicium atque iustitiam cuncto populo suo.

15 Porro Ioab filius Saruiæ erat super exercitum, & Iosaphat filius Ahilud à commentariis.

16 Sadoc autem filius Achitob, & *Achimé- *Ablim-
lech filius Abiathar, sacerdotes, & Susa, lech
scriba,

17 Banaias quoque filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Plelethi: porrò filii Dauid primi ad manum regis.

CAP. XIX.

Hanon ignominiâ affectos Dauidis seruos remittit. Ammonitæ, & Syri vincuntur à Dauide. Sophac occiditur.

1 ACcidit autem vt moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro eo.

2 Dixitque Dauid Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, præstitit enim mihi pater eius gratiam. Misitque Dauid nuntios ad consolandum eum super morte patris sui. qui cum peruenissent in terram filiorum Ammon, vt consolarentur Hanon,

3 Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon, Tu forsitan putas quod Dauid honoris causa in patrem tuum, miserit qui consolarentur te, nec animaduertis quod vt explorent, & inuestigent, & scrutentur terram tuam venerint ad te serui eius.

4 Igitur Hanon pueros Dauid decaluauit & rasit, & præcidit tunicas eorum à natibus vsque ad pedes. & dimisit eos.

5 Qui cum abissent, & hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorum (grandem enim contumeliam sustinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho, donec cresceret barba eorum, & tunc reuerterentur.

6 Videntes autem filii Ammon quod iniuriam fecissent Dauid, tam Hanon, quam reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, vt conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria-Maacha, & de Soba currus & equites.

7 Conduxerúntque triginta duo millia curruum, & regem Maacha cum populo eius. Qui cum venissent, castrametati sunt ex regione Medaba. filii quoque Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum.

8 Quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnem

omnem exercitum virorum fortium.

C 9 Egressique filii Ammon, direxerunt aciẽ iuxta portam ciuitatis: reges autem qui ad auxiliũ eius venerant, separatim in agro steterunt.

10 Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerso, & post tergũ contra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit cõtra Syrum.

11 Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui: & perrexerunt contra filios Ammon.

12 Dixitque, Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: si autem superauerint te filii Ammon, ero tibi in præsidium.

13 Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri: Dominus autem quod in conspectu suo bonum *faciet. est *faciat.

14 Perrexit ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugauit eos.

D 15 Porrò filii Ammon videntes quod fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ciuitatem, reuersusque est etiam Ioab in Ierusalem.

16 Videns autem Syrus quòd cecidisset coram Israel, misit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans flumium: Sophac autẽ princeps militiæ Adarézer, erat dux eorum.

17 Quod cum annuntiatum esset Dauid, congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem, irruitque in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis contra pugnantibus.

18 Fugit autem Syrus Israel: & interfecit Dauid de Syris septem millia curruũ, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem.

19 Videntes autem serui Adarézer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad Dauid, & fœderunt cum eo: luitque vltrà Syria auxilium præbere filiis Ammon.

CAP. XX.

Rabba destruitur, Ammonitæ affliguntur, Vincuntur Philisthæi. Gigas senos habens digitos.

1 FActum est autem post anni circulum, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & vastauit terram filiorum Ammon: perrexitque, & obsedit Rabba: porrò Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam.

B 2 Tulit autem Dauid coronam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum: & pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema:

3 Manubias quoq; vrbis plurimas tulit. Populum autem qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur & cõtererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon: & reuersus est cum C omni populo suo in Ierusalem.

4 Post hæc, initum est bellum in Gazer aduersum Philisthæos: in quo percussit Sobochai Husathithes, Saphai de genere raphaim & humiliauit eos.

5 Aliud quoque bellum gestum est aduersus Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius saltus Beth-lehemites fratrem Lehemi-Goliath Gethæi cuius hastæ lignum erat tem. quasi liciatorium texentium.

6 Sed & aliud bellum accidit in Geth, in D quo fuit homo longissimus, senos habens digitos, id est simul viginti quatuor: qui & ipse de Rapha fuerat stirpe generatus.

7 Hic blasphemauit Israel: & percussit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi sunt filii Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & seruorum eius.

CAP. XXI.

Ob numeratum à Dauide populum, peste intereunt septuaginta millia hominum. Satan. Angelus. Cessat pestis, oblato holocausto.

1 COnsurrexit autem Satan contra Israel: & incitauit Dauid vt numeraret Israel.

2 Dixitque Dauid ad Ioab, & ad principes populi, Ite, & numerate Israel à Ber-sabee, vsque Dan: & afferte mihi numerum, vt sciam.

3 Responditque Ioab, Augeat Dominus populum suum centuplum, quàm sunt: nonne domine mi rex, omnes serui tui sunt? quare hoc quærit dominus meus, quòd in peccatum reputetur Israeli?

4 Sed sermo regis magis præualuit: egressusq; est Ioab, & circuiuit vniuersum Israel: & reuersus est Ierusalem.

5 Dedítque Dauidi numerum eorum, quos circuierat: & inuentus est omnis numerus Israel, mille millia, & centum millia virorum educentium gladium: de Iuda autem quadringẽta septuaginta millia bellatorũ.

6 Nam Leui & Beniamin non numerauit: eo quod Ioab inuitus exequeretur regis imperium.

7 Displicuit autem Deo, quod iussum erat: & percussit Israel.

8 Dixitque Dauid ad Deum, Peccaui nimis, vt hoc facerem: obsecro auser iniquitatem serui tui, quia insipienter egi.

9 Et locutus est Dominus ad Gad videntem Dauidis, dicens,

10 Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei. Hæc dicit Dominus, Trium tibi optionem do: vnum quod volueris elige, & faciam tibi.

11 Cúmque venisset Gad ad Dauid, dixit ei, 12 Hæc dicit Dominus, Elige quod volueris: Aut tribus annis pestilentiam: aut tribus *famis. mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum nõ posse euadere: aut tribus diebus gladium Domini, & mortem versari in terra, & Angelum Domini interficere in vniuersis finibus Israel: nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me.

13 Et dixit Dauid ad Gad, Ex omni parte me angustiæ premunt: sed melius mihi est vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius: quàm in manus hominum.

14 Misit ergo Dominus pestilentiã in Israel: & ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum.

25 Misit quoque Angelum in Ierusalem, vt percuteret eam: cumque percuteretur, vidit Dominus, & misertus est super magnitudine mali. Et imperauit Angelo, qui percutiebat, Sufficit, iam cesset manus tua. Porrò Angelus Domini stabat iuxta aream Ornan Iebusæi.

C 16 Leuánsque Dauid oculos suos, vidit Angelum Domini stantem inter cælum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum contra Ierusalem, & ceciderunt tam ipse, quàm maiores natu vestiti ciliciis, proni in terram.

17 Dixitque Dauid ad Deũ, Nónne ego sum, qui iussi vt numerareturpopulus? Ego qui peccaui, ego qui malum feci: iste grex quid commeruit? Domine Deus meus vertatur obsecro manus tua in me, & domum patris mei: populus autem tuus non percutiatur.

18 Angelus autem Domini præcepit Gad vt diceret Dauidi, vt ascenderet, extrueréque altare Domino Deo in aréa Ornan Iebusæi.

19 Ascendit ergo Dauid iuxta sermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini

20 Porrò Ornan cùm suspexisset, & vidisset Angelum, quatuórque filii eius cum eo, abscondérunt se: nam eo tempore terebat in area triticum.

21 Igitur cùm veniret Dauid ad Ornan, conspexit eum Ornan, & processit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram.

22 Dixitque ei Dauid, Da mihi locum aréæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quantum valet argenti accipias, & cesset plaga à populo.

23 Dixit autem Ornã ad Dauid, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcunque ei placet: sed & boues do in holocaustum, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium, omnia libens præbebo.

24 Dixitque ei rex Dauid, Nequaquam ita fiet, sed argẽtum dabo quantũ valet: neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita.

25 Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, siclos auri iustissimi ponderis sexcentos.

26 Et ædificauit ibi altare Domino, obtulítque holocausta, & pacifica: & inuocauit Dominum, & exaudiuit eum in igne de cælo super altare holocausti.

27 Præcepitque Dominus Angelo: & conuertit gladium suum in vaginam.

28 Protinus ergo Dauid, videns quòd exaudisset eum Dominus in area Ornan Iebusæi, immolauit ibi victimas.

29 Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum, ea tempestate erat in excelso Gabaon.

30 Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium Angeli Domini.

CAP. XXII.

Dauid præparauit necessaria, iubet Salomoni vt ædificet domum Dei. Quare ipse non potuit ædificare. Salomon quare sic dictus. Corde quærendus Deus.

1 Dixítque Dauid, Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel.

2 Et præcepit vt congregarentur omnes proselyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei.

3 Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commissuras atque iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile.

4 Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonii & Tyrii *deportauerunt ad Dauid. *deportauerant

5 Et dixit Dauid, Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus: domus autẽ quã ædificare volo Domino, talis esse debet, vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei necessaria, & ob hanc causam, ante mortẽ suã omnes præparauit impẽsas.

6 Vocauítque Salomonem, filium suum: & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Israel.

7 Dixítque Dauid ad Salomonem, Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini Domini Dei mei.

8 Sed factus est sermo Domini ad me, dicens, Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.

9 Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam Pacificus vocabitur: & pacem, & otium dabo in Israel cunctis diebus eius

10 *Ipse ædificabit domum nomini meo: & IPSE ERIT MIHI IN FILIVM, & ego ero illi in patrẽ: firmabóque solium regni eius super Israel in æternum. *2.Reg.7.c.13. b.23. 1.a.5.23. reg.5.a.5.

11 Nunc ergo fili mi, sit Dominus tecum, & prosperare, & ædifica domũ Domino Deo tuo, sicut locutus est de te. C

12 "Détque tibi Dominus prudentiã & sensum, vt regere possis Israel & custodire legem Domini Dei tui. "Det quæ

13 Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus Moysi, vt doceret Israel: confortare, & viriliter age, ne timeas neque panneas.

14 Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò & ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuersa impendia.

15 Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificésque lignorũ,

16 Et omnium artium, ad faciendum opus prudentissimos in auro & argento & ære & ferro, cuius non est numerus. Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum. D

17 Præcepit quoq; Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarẽt Salomonẽ filiũ suũ:

Cernitis

18 Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscũ sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, & subiecta sit terra coram Domino, & coram populo eius.

19 Præbete igitur corda vestra & animas vestras vt quæratis Dominum Deũ vestrum: & consurgite, & ædificate sanctuarium Domino Deo: vt introducatur arca fœderis Domini, & vasa *Domino consecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini. *Deo

CAP. XXIII.

Dauid senex regem constituit Salomonem. Leuitæ officia assignat.

1 IGitur Dauid senex & plenus dierum, regem constituit Salomonem filium suum super Israel.

2 Et congregauit omnes principes Israel, & sacerdotes atque Leuitas.

*viginti 3 Numeratique sunt Leuitæ à *vigintiannis, & supra: & inuenta sunt triginta octo millia virorum.

4 Ex his electi sunt, & distributi in ministeriũ domus Domini vigintiquatuor millia: præpositorum autẽ & iudicum, sex millia.

5 Porrò quatuor millia ianitores: & totidẽ psaltes canentes Domino in organis, quæ fecerat ad canendum.

exp.5.a.1. 6 *Et distribuit eos Dauid per vices filiorũ Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari,

7 Filii Gerson: Leedam, & Semei.

8 Filii Leedam princeps Iahiel & Zethan, & Ioel, tres.

B 9 Filii Semei: Salomith & Haziel & Aran, tres isti principes familiarum Leedam.

Phicheth, Hebr. יחיאל Iehiel, Hebr. זיזה Ziza, Hebr. יעוש Iehus, Hebr.

10 Porrò filii Semei: "Leheth, & *Ziza, & Iaus, & Baria: isti filii Semei, quatuor.

11 Erat autem Leheth prior, Ziza secundus: porrò Iaus & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia, vnáque domo computati sunt.

12 Filii Caath: Amram & Isaar, Hebron & Oziel, quatuor.

Exod.2.a. 4.c.20. Leui.10.a.1. 13 *Filii Amram, Aarõ & Moyses. separatúsque est Aaron, vt miniãret in Sancto sanctorum, ipse & filii eius in sempiternum, & adoleret incensum Domino secundum ritum suum, ac benediceret nomini eius in perpetuum.

14 Moysi quoq; hominis Dei filii annumerati sunt in tribu Leui.

Exod.2.a.22 15 *Filii Moysi Gersom & Eliézer.

16 Filii Gersom: Subuel primus.

17 Fuerunt autem filii Eliézer Rohobia primus: & non erant Eliézer filii alii, porrò filii Rohobia multiplicati sunt nimis.

18 Filii Isaar: Salomith primus.

C 19 Filii Hebrõ: Ieriau primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecinaam quartus.

20 Filii Oziel: Micha primus, Iesia secundus.

21 Filii Merari: Moholi & Musi. filii Moholi: Eleázar & Cis.

22 Mortuus est autem Eleázar, & non habuit filios, sed filias: acceperúntque eas filii Cis fratres earum.

23 Filii Musi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres.

24 Hi filii Leui in cognationibus & familiis suis, principes per vices, & numerum capitum singulorũ qui faciebant opera ministerii domus Domini à viginti annis & suprà.

25 Dixit enim Dauid, Requiẽ dedit Dominus Deus Israel populo suo, & habitatione Ierusalem vsque in æternum.

26 Nec erit officii Leuitarum vt vltrà portẽt tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum.

27 Iuxta præcepta quoq; Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis, & suprà.

28 Et erũt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerii templ Domini. D

29 Sacerdotes autem, super panes propositionũ & ad similæ sacrificiũ, & ad lagana, & azyma, & sartaginem, & ad "torrendũ & super omne pondus atque mensuram. *Dei "ferueré similam

30 Leuitæ verò vt stent manè ad confitendum, & canendum Domino: similitérque ad vesperam,

31 Tã in oblatione holocaustorũ Domini, quàm in Sabbathis, & Calendis, & solennitatibus reliquis iuxta numerum, & ceremonias vniuscuiusque rei iugiter, coram Domino.

32 Et custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarii, & obseruationem filiorũ Aaron fratrum suorum, vt ministrent in domo Domini.

CAP. XXIIII.

Assignat Dauid officia filiis Aaron. Sors.

1 PORrò filiis Aaron hæ partitiones erant. Filii Aaron: Nadab & Abiu & Eleázar & Ithamar.

2 Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum absque liberis: sacerdotioque functus est Eleázar & Ithamar.

3 Et diuisit eos Dauid, "id est Sadoc de filiis Eleazari, & Ahimélech de filiis Ithamar secundum vices suas & ministerium. "ex

4 Inuentique sunt multo plures filii Eleázar in principibus viris, quàm filii Ithamar. Diuisit autẽ eis, hoc est filiis Eleazar principes per familias sedecim: & filiis Ithamar per familias, & domos suas octo.

5 Porrò diuisit vtrasque inter se familias sortibus: erãt enim principes sanctuarii, & principes domus Dei tam de filiis Eleázar, quàm de filiis Ithamar. E

6 Descripsítque eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites, coram rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Ahimélech filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium & Leuiticarum: vnam domũ quæ exteris præerat, Eleazar: & alterã domũ, quæ sub se habebat exteros, Ithamar.

7 Exiuit autem sors prima Ioiarib: secunda Iedei,

8 Tertia Harim, quarta Seorim,

9 Quinta Melchia, sexta Maimam,

10 Septima Accos, octaua Abia,

u.ti.

11 Nona Iesua, decima Sechenia,
12 Vndecima Eliasib, duodecima Iacim,
13 Tredecima Hoppha, 'decimaquarta Isbaab,
C 14 Decimaquinta Belga, decimasexta Emmer,
15 Decimaseptima Hezir, decimaoctaua Aphses,
'Phetheia, 16 Decimanona 'Apheceia, vicesima Hezeciel,
17 Vicesimaprima Iachin, vicesimasecunda Gamul,
18 Vicesimatertia Dalaiân, vicesimaquarta Maaziâu.
19 Hæ vices eorum secûdum ministeria sua, vt ingrediatur domum Domini, & iuxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum: sicut præceperat Dominus Deus Israel.
20 Porrò filiorum Leui, qui reliqui fuerant, de filiis Amram erat Subael: & de filiis Subael, Iehedeia.
21 De filiis quoq; Rohobiæ princeps Iesias.
22 Isari verò filius Salemoth: filiúsque Salemoth Iahath,
23 Filiúsque eius Ierião primus, Amarias secûdus, Iehaziel tertius, Iecmâam quartus.
D 24 Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir.
25 Frater Micha, Iesia: filiúsque Iesiæ, Zacharias.
26 Filii Merari: Moholi & Musi, filius Oziâu:
Benno,
27 Filius quoque Merari: Oziâu Soam & Zacchur, & Hebri.
28 Porrò Moholi filius: Eleâzar, qui non habebat liberos.
29 Filius verò Cis, Ierameel.
30 Filii Musi: Moholi, Eder & Ierimoth. Isti filii Leui secundum domos familiarum suarum.
31 Miserûntque & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Ahimelech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quam minores, omnes sors æqualiter diuidebat.

CAP. XXV.

Ordinantur cantores: eorumque vices, & sortes.

1 IGitur Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun: qui prophetarent in citharis & psalteriis, & cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes.
2 De filiis Asaph Saccur & Ioseph & Nathania & Asarela: filii Asaph, sub manu Asaph 'prophetantes iuxta regem.
'Prophetauit.
3 Porrò Idithun: filii Idithun, Godolias Sori, Iesaias, & Hasabias, & Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithun, qui in cithara prophetabat super confitentes & laudantes Dominum.
4 Heman quoque: filii Heman, Boccîas, Mathaniân, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romemthi-ézer, & Icsbacasa, Mellóthi, Othir, Mahazioth.
B
"videntis 5 Omnes isti filii Heman "videntes regis in sermonibus Dei, vt exaltaret cornu: dedit-

que Deo Heman filios quatuordecim, & filias tres.
6 Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erant, in cymbalis, & psalteriis, & citharis, in ministeria domus 'Domini iuxta regem: Asaph videlicet, & Idithun & Heman.
'Dei
7 Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis, qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores, ducenti octoginta.
8 Miserúntque sortes per vices suas, ex æquo tam maior, quàm minor, doctus pariter & indoctus.
9 Egressáque est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. Secunda Godoliæ, ipsi & filiis eius, & fratribus eius duodecim.
C
10 Tertia Sacchur, filiis & fratribus eius duodecim.
11 Quarta Isari, filiis & fratribus eius duodecim.
12 Quinta Nathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim.
13 Sexta Bocciâu, filiis & fratribus eius duodecim.
14 Septima Isracela, filiis & fratribus eius duodecim.
15 Octaua Iesaiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
16 Nona Mathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim.
17 Decima Semeiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
18 Vndecima Azareel, filiis & fratribus eius duodecim.
19 Duodecima Hasabiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
20 Tertiadecima Subael, filiis & fratribus eius duodecim.
21 Quartadecima Mathathiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
D
22 Quintadecima Ierimoth, filiis & fratribus eius duodecim.
23 Sextadecima Hananiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
24 Septimadecima Iesbacasæ, filiis & fratribus eius duodecim.
25 Octauadecima Hanani, filiis & fratribus eius duodecim.
26 Nonadecima Mellóthi, filiis & fratribus eius duodecim.
27 Vicesima Eliatha, filiis & fratribus eius duodecim.
28 Vicesimaprima Othir, filiis & fratribus eius duodecim.
29 Vicesimasecunda Geddelthi, filiis & fratribus eius duodecim.
30 Vicesimatertia Mahazioth, filiis & fratribus eius duodecim.
31 Vicesimaquarta Romemthi-ézer, filiis & fratribus eius duodecim.

CAP. XXVI.

Ordinantur ianitores templi. Præfecti thesaurorum.

1 DIuisiones autem ianitorum, de Corîtis Meselemia, filius Core, de filiis Asaph.
2 Filii Meselemiæ: Zacharias primogenitus,

Iadiel

Iadiel secûdus, Zabadias tertius, Iathanael quartus.
3 AElam quintus, Iohanan sextus, Elioenai septimus.
4 Filii autem Obed-edom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus.
5 Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi 'Dominus.
'Deus
6 Semeiæ autem filio eius nati sunt filii, præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi.
7 Filii ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi: Eliu quoque & Samachias.
8 Omnes hi, de filiis Obed-edom: ipsi & filii, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum sexagintaduo de Obed-edom,
9 Porrò Meselemiæ filii & fratres eorum robustissimi, decem & octo.
B
10 De Hosa autem, id est de filiis Merari: Semri princeps, (non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater eius in principem.)
11 Helcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filii, & fratres Hosa tredecim.
12 Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum, sicut & fratres eorum ministrarent in domo Domini.
'autem 13 Missæ sunt 'ergo sortes ex æquo, & parnus & magnus per familias suas in vnamquamque portarum.
14 Cecidit ergo sors Orientalis Selemiæ: porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo & erudito, sortito obrigit plaga Septentrionalis.
15 Obed-edom verò & filiis eius, ad Austrum: in qua parte domus, erat seniorum concilium,
16 Sephim, & Hosa ad Occidentem, iuxta portam quæ ducit ad viam ascensionis: custodia contra custodiam.
17 Ad Orientem verò, Leuitæ sex: & ad Aquilonem, quatuor per diem: atque ad Meridiem similiter in die, quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini.
C 18 In cellulis quoque ianitorum ad Occidentem quatuor in via: binique per cellulas.
19 Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core, & Merari.
20 Porrò Achias erat super thesauros domus Dei, & vasa sanctorum.
21 Filii quoque Ledan, filii Gersonni de Ledan principes familiarum, Ledan & Gersonni, Iehieli.
'fuerat
22 Filii Iehieli, Zatham, & Ioel 'fratres eius super thesauros domus Domini.
23 Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis & Ozielitis.
24 Subael autem filius Gersom filii Moysi, præpositus thesauris.
'Et fratres 25 'Frater quoque eius Eliézer, cuius filius Rahabia, & huius filius Esaias, & huius filius Ioram, huius quoque filius Zechri, & huius filius Selemith.
D 26 Ipse Selemith, & fratres eius super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex,

& principes familiarum, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus.
27 De bellis & manubiis præliorum, quæ cõsecrauerant ad instaurationem & supellectilem templi Domini.
28 Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: "omnésque sanctificauerant ea per manum Selemith, & fratrum eius.
"omnes qui
29 Isaaritis verò præerat Chonneias, & filiis eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum & iudicandum eos.
30 Porrò de Hebronitis Hasabias, & fratres eius viri fortissimi, mille septingenti præerant Israeli trans Iordanem contra Occidentem, in cunctis operibus Domini, & in ministerium regis.
31 Hebronitarum autem princeps fuit Ieriæ secundum familias & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt: & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad,
32 Fratrésque eius robustioris ætatis, duo millia septingenti principes familiarum: præposuit autem eos Dauid rex Rubenitis, & Gaditis & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei & regis.

CAP. XXVII.

Præfecti & principes Dauidi ministrantes. Præfecti substantiæ, & officiarii.

1 FIlii autem Israel secundum numerum suum, principes familiarum, tribuni & centuriones & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes & egredientes per singulos menses in anno viginti quatuor millibus singuli præerant.
2 Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel: & sub eo viginti quatuor millia.
3 De filiis Phares, princeps cunctorum principum "in exercitu mense primo.
"exercitu
4 Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus viginti quatuor "milliam.
"millia.
5 Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio erat Banaias filius Ioiadæ "sacerdos: & in diuisione sua viginti quatuor millia.
"sacerdotis:
6 Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. Præerat autem turmæ ipsius Amisabad filius eius.
7 Quartus, mense quarto, Azael frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum: & in turma eius viginti quatuor millia.
8 Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius viginti quatuor millia.
9 Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma eius viginti quatuor millia.
10 Septimus, mense septimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim: & in turma eius viginti quatuor millia.
11 Octauus, mense octauo, Sobochai Hosathites de stirpe Zarathi: & in turma eius viginti quatuor millia.

12 Nonus, mense nono, Abiezer, Anathothi
tes de filiis Iemini: & in turma eius vigin
tiquatuor millia.
13 Decimus, mense decimo, Marai, & ipse
Nethophathites de stirpe Zarahi: & in tur
ma eius vigintiquatuor millia.
14 Vndecimus, mense vndecimo, Banaias
Pharathonites de filiis Ephraim: & in tur
ma eius vigintiquatuor millia.
15 Duodecimus, mense duodecimo, Holdai
Nerophathites de stirpe Gothoniel: & in
turma eius vigintiquatuor millia.
16 Porrò tribubus præerant in Israel, Rube
nitis, dux Eliezer filius Zechri, Simeonitis,
dux Saphatias filius Maacha.
17 Leuitis, Hasabias filius Camuel: Aaroni
tis, Sadoc.
18 Iuda, Eliu frater Dauid: Issachar, Amri fi
lius Michael.
19 Zabulonitis, Iesmaia, filius Abdiæ: Neph
thalitibus, Ierimoth filius Oziel.
20 Filiis Ephraim, Osee filius Ozaziæ: dimi
diæ tribui Manasse, Ioel filius Phadaiæ:
21 Et dimidiæ tribui Manasse in Galaad,
Iaddo filius Zachariæ: Beniamin autem, Ia
siel filius Abner.
22 Dan verò, Ezriel filius Ieroham. Hi prin
cipes fuerunt tribuum Israel.
23 Noluit autem Dauid numerare eos à vi
ginti annis, inferius: quia dixerat Dominus
vt multiplicaret Israel quasi stellas cæli.
24 Ioab filius Saruiæ cœperat numerare,
nec compleuit: quia super hoc ira Dei in
ruerat in Israel: & idcirco numerus eorum
qui fuerant recensiti nũ est relatus in fa
stos regis Dauid.
25 Super thesauros autẽ regis fuit Azmoth
filius Adiel. His autem thesauris qui erant
in vrbibus, & in vicis & in turribus præfi
D debat Ionathan filius Oziæ.
26 Operi autẽ rustico, & agricolis, qui exer
cebant terram, præerat Ezri filius Chelub,
"Ramathi 27 Vineárúmque cultoribus, Semeias "Ro
tes: mathites: collis autem vinariis, Zabdias
Saphonites. Aphonites.
mites (Hebraice) 28 Nam super olliueta & ficeta, quæ erant
in campestribus, Balanan Gederites: super
apothecas autem olei, Ioas.
29 Porrò armentis quæ pascebantur: in Sa
ron, præpositus fuit Setrai Saronites: & su
per boues in vallibus, Saphat filius Adli.
30 Super camelos verò, Vbil Ismaelites, &
super asinos, Iadias Meronathites.
31 Super oues quoque Iazis Agarenus. Om
nes hi, principes substantiæ regis Dauid.
32 Ionathan autem patruus Dauid, consilia
rius, vir prudens & litteratus: ipse & Iahiel
filius Hachamoni, erant cum filiis regis.
33 Achitophel etiam consiliarius regis, &
Chusai Arachites amicus regis.
34 Post Achitophel fuit Ioiada filius Ba
naiæ, & Abiathar: princeps autem exercitus regis erat Ioab.

CAP. XXVIII.

Dauid hortatur populum & Salomonem ad ædificationem templi. Corde Deo seruiendum. Cordis Deus scrutator. Quærere Deum. De scriptis templi, & omnia accessaria.

1 COnuocauit igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum, & præpositos turmarum, qui ministrabãt regi: tribunos quoque & centuriones, & qui præerãt substantiæ, & possessionibus regis: filiosq; suos cum eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem.
2 Cùmq; surrexisset rex, & stetisset, ait. Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitaui vt ædificarem domũ in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Domini Dei nostri: & ad ædificandum omnia præparaui.
3 Deus autem dixit mihi, Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis.
4 Sed elegit Dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essem rex super Israel in sempiternum. De Iuda enim elegit principes: porrò de domo Iuda domum patris mei: & de filiis patris mei: placuit ei vt me eligeret regem super cunctum Israel.
5 Sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni Domini super Israel.
6 Dixitque mihi, Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atria mea: ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem.
7 Et firmabo regnũ eius vsq; in æternum, si perseuerauerit facere præcepta mea & iudicia, sicut & hodie.
8 Nunc ergo coram vniuerso cœtu Israel audiente Deo nostro, custodite & perquirite cuncta mandata Domini Dei nostri: "vestri vt possideatis Terram bonam, & relinquatis eam filiis vestris post vos vsque in sempiternum.
9 Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum.
10 Nũc ergo quia elegit te Dominus vt ædi C
ficares domum sanctuarii, confortare &
perficere.
11 Dedit autem Dauid Salomoni filio suo
descriptionem porticus, & templi, & cella
riorum, & cœnaculi, & cubiculorũ in ady
tis, & domus propitiationis.
12 Nécnon & omniũ quæ cogitauerat atriorũ & excedrarum per circuitum in thesau- "Dei
ros dom" Domini & in thesauros sanctorũ:
13 Diuisionúmque sacerdotalium & Leuiti
carum, in omnia opera domus Domini, &
in vniuersa vasa ministerii templi Do
mini.
14 Aurum in pondere per singula vasa mi- "ad opus
nisterii: argenti quoque pondus pro vaso
rum" & operum diuersitate.
15 Sed & in candelabra aurea, & ad lucer
nas eorum, aurum pro mensura vniuscuiusque candelabri & lucernarum: similiter & in candelabra argentea, & in lucernas eorum,

eorum, pro diuersitate mensuræ, pondus argenti tradidit.
16 Aurum quoque dedit in mensis propositionis pro diuersitate mensarum: similiter
D & argentum in alias mensas argenteas.
17 Ad fuscinulas quoque, & phialas, & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus distribuit, in leunculum & leunculum. similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit.
18 Altari autem in quo adoletur incensum aurum purissimum dedit: & vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim extendentium alas, & velantium arcam fœderis Domini.
19 Omnia (inquit) venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris.
20 Dixit quoque Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age, & confortare, & facine timeas & ne paueas. Dominus enim Deus meus tecum erit: & non dimittet te, nec derelinquet donec perficias omne opus ministerii domus Domini.
"Dei 21 Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarũ, in omne ministerium domus" Domini assistunt tibi, & parati sunt, & nouerunt tam
"facere principes, quàm populus" omnia præcepta tua.

CAP. XXIX.

Quæ Dauid eiusque principes obtulerunt in ædificationem templi. Dauidis gratiarum actio. Cor rectum aspicit Deus. Orat Dauid cor populi trahi à Deo. Hortatur ad laudem Dei. Mortuus Dauidi succedit Salomon.

"Deus 1 LOcutúsque est Dauid rex ad omnem ecclesiam, Salomonem filium meũ vnum elegit "Dominus, adhuc puerum & tenellum: opus enim grande est: neqs enim homini præparatur habitatio, sed "Deo.
"Domino "autem 2 Ego "enim totis viribus meis præparaui impensas domus Domini Dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: & lapides onychinos, & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnémque pretiosum lapidem, & marmor parium abundantissimè.
3 Et super hæc quæ obtuli in domum Dei
B mei, de peculio meo aurum & argentum do in templum Dei mei, exceptis his quæ præparaui in ædem sanctam.
4 Tria millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi: ad deaurandos parietes templi.
"vt 5 "Et vbicunque opus est aurum, & aurum, & vbicunque opus est argentum de argento, opera fiant per manus artificum: & si quis sponte offert, impleat manum suam hodie, & offerat quod voluerit Domino.
6 Polliciti sunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Israel, tribuni quo
"Dei que & centuriones, & præcipes principum
7 possessionum regis.
Dederúntque in opera domus" Domini auri talenta quinque millia, & solidos decem millia: argenti talenta decem millia, & æris talenta decem & octo millia: ferri quo C
que centum millia talentorum.
8 Et apud quencunque inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus Domini, per manum Iehiel Gersonitis.
9 Lætatúsque est populus, cùm vota "sponte "sua
promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino:
10 Sed & Dauid rex lætatus est gaudio magno. Et benedixit Domino coram vniuersa multitudine: & ait, Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri ab æterno
in æternum.
11 Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus: cuncta enim quæ in cælo sunt, & in terra, tua sunt, tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes.
12 Tuæ [illegible]itiæ, & tua est gloria: tu dominaris omnium: in manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperium omnium.
13 Nunc igitur Deus noster confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum.
14 Quis ego, & quis populus meus, vt possimus hæc tibi vniuersa promittere? tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi.
15 Peregrini enim sumus coram te & aduenæ: sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terrã, & nulla est mora.
16 Domine Deus noster, omnis hæc copia quam parauimus vt ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia.
17 Scio Deus meus quòd probes corda, & simplicitatem diligas, vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc: & populũ tuum, qui hic repertus est vidi cũ ingenti gaudio tibi offerre donaria.
18 Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel B
patrum nostrorum, custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista permaneat.
19 Salomoni quoqi filio meo da cor perfectum, vt custodiat mandata tua, testimonia tua, & cæremonias tuas, & faciat vniuersa: & ædificet ædem, cuius impensas parauí.
20 Præcepit autem Dauid vniuersæ Eccle- "vestro.
siæ, Benedicite Domino Deo "nostro. Et benedixit omnis Ecclesia Domino Deo patrum suorum: & inclinauerunt se, & ado- "Domino
rauerunt" Deum, & deinde regem.
21 Immolauerúntque victimas Domino: & obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, & vniuersa riru abundantissimè in omnem Israel.
22 Et comederunt, & biberunt coram Domino in die illo cũ grandi lætitia. Et vnxerunt secundo Salomonem filium Dauid. B
Vnxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem.
23 Sedítque Salomon super solium Domini in regnum pro Dauid patre suo, & cunctis placuit: & parue illi omnis Israel.
24 Sed & vniuersi principes & p[illegible]tentes, &
ut filii.

eunctí filii regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi.
25 Magnificauit ergo Dominus Salomonem super omnem Israel: & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel.
C 26 Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel.
27 Et dies quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnauit septem annis, & in Ierusalem annis triginta tribus.
28 Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitiis, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo.
29 Gesta autem Dauid regis priora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad videntis: vniuersique regni eius & fortitudinis, & temporum quæ transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

SECVNDVS LIBER PARALIPOMENON, Hebraicè Dibre haiamim.

CAP. I.

Oblatio Salomonis in Gabaon. Salomon, oblato Dei, petit ab ipso sapientiam. Numerus curruum & equitum eius.

1 CONfortatus est ergo Salomon filius Dauid in regno suo
a Deus eius & a Dominus erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum.
2 Præcepitque Salomon vniuerso Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel & principibus familiarum.
3 Et abiit cum vniuersa multitudine in excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis a Domini, quod fecit Moyses famulus b Dei, in solitudine.
a Dei, b Domini
4 Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariath-iârim in locum quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est in Ierusalem.
B 5 Altare quoque æreum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filii Hur, ibi erat coràm tabernaculo Domini: quod & requisiuit Salomon, & omnis Ecclesia.
6 Ascendítque Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias.
7 Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens, Postula quod vis, vt dem tibi.
8 Dixítque Salomon Deo, Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam, & constituisti me regem pro eo.
9 Nunc ergo Domine Deus impleatur sermo tuus, quem pollicitus es Dauid patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quàm pulvis terræ.
10 Dà mihi sapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuum digne, qui tam grandis est, iudicare?
C 11 Dixit autem Deus ad Salomonem, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam & scientiam, vt iudicare possis populum meum, super quem constitui te regem,
12 Sapientia & scientia data sunt tibi: diuitias autem, & substantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in regibus nec ante te, nec post te fuerit similis tui.
13 Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon D in Ierusalem coram tabernaculo fœderis, & regnauit super Israel.
14 Congregauítque sibi currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitũ: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarũ, & cũ rege in Ierusalẽ.
15 Præbúitque rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna.
16 Adducebátur autem ei equi de AEgypto a & de Coa à negotiatoribus regis.
17 Qui ibant, & emebant pretio, quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta: similiter de vniuersis regnis Cethæorum, & à regibus Syriæ orum emptio celebrabatur.
a Heb. de Mizraim

CAP. II.

Artifices Salomonis. Mittit ad Hiram pro lignis. Templum ad quid ædificatum. Regem sapientem constituit Deus populo sibi dilecto. Numerus artificum.

1 DEcreuit autẽ Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatiũ sibi.
2 Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris, & octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpositósque eorum tria millia sexcentos.
3 Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens, Sicut egisti cum Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum, in qua & habitauit.
4 Sic fac mecum vt ædificẽ domum nomini Domini Dei mei, vt consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad holocaustomata mane, & vespere, sabbatis quoque, & neomeniis, & solennitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli.

Domus

5 Domus enim quam ædificare cupio, magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos.
6 Quis ergo poterit præualere vt ædificet ei dignam domum? si cælum, & cæli cælorum capere eum nequeunt: quantus ego sum, vt possim ædificare ei domum? sed ad hoc tantum, vt adoleatur incensum coram illo.
7 Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui sciat sculpere cælaturas cum his artificibus quos mecum habeo in Iudæa & Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus.
8 Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arcenthina, & pinea de Libano: scio enim quod serui tui nouerint cædere ligna de Libano, & erunt serui mei cum seruis tuis.
9 Vt parentur mihi ligna plurima: Domus enim quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta.
C 10 Præterea operariis qui cæsuri sunt ligna seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, a olei quoque sata viginti millia.
a Vini viginti millia me tretas
11 Dixit autem Hiram rex Tyri per literas, quas miserat Salomoni, Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum.
12 Et addidit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cælum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem & eruditum & sensatum atque prudentẽ, vt ædificaret domum Domino, & palatium sibi.
13 Misi ergo tibi virum prudentem & sciẽtissimum Hiram patrem meum,
14 Filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho, & byisso & coccino: & qui sciat cælare omnẽ sculpturam, & adinuenire prudenter quodcunque in opere necessarium cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei D Dauid patris tui.
15 Triticum ergo, & hordeum, & oleum, & vinum: quæ pollicitus es, domine mitte seruis tuis.
16 Nos autẽ cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe: tuum autem erit transferre ea in Ierusalem.
17 Numerauit igitur Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuenti sunt centũ quinquaginta tria millia & sexcenti.
18 Fecítque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent: tria autem millia, & sexcentos præpositos operum populi.

CAP. III.

Templum ædificatur.

1 ET cœpit Salomon ædificare domũ Domini in Ierusalem, in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco, quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi.
2 Cœpit autem ædificare mense secundo, anno quarto regni sui.
3 Et hæc sunt fundamenta quæ iecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta, latitudinis cubitos viginti:
4 Porticum vero ante frontem, quę tẽdebatur in longum iuxta mensuram latitudinis domus cubitorum viginti: porro altitudo centum viginti cubitorum erat: & deauravit eam intrinsecus auro mundissimo. B
5 Domum quoque maiorem texit tabulis ligneis, abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum: sculpsítque in ea palmas, & quasi catenulas se inuicem complectentes.
6 Strauit quoque pauimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo.
7 Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia: & cælauit cherubim in parietibus.
8 Fecit quoque domum Sancti sanctorum: longitudinem iuxta latitudinem domus, cubitorum viginti: & latitudinem similiter viginti cubitorum: & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis.
9 Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui sicli quinquagenos appenderent: cœnacula quoque texit auro.
10 Fecit etiam in domo Sancti sanctorum C cherubim duos, opere statuario: & texit eos auro.
11 Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub.
12 Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat.
13 Igitur alæ vtriusque cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum.
14 Fecit quoque velum ex hiacintho, purpura, cocco, & byisso: & intexuit ei cherubim. D
15 Ante fores etiam templi duas columnas, quę triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porro capita eorum, quinque cubitorum.
16 Nectron & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eis capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit.
17 Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, vnam à dextris, & alteram à sinistris: eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin; & quæ ad leuam, vocauit Booz.

CAP. IIII.

Fabricatio altaris, maris, boum, cymbarum, candelabrorum, mensarum, phialarum, & aulæ.

ALTARE AENEVM.



A B Longitudo 20. cubitorum.
B C Totidemque latitudinis.
A D Et decem altitudinis.

1 FEcit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis.

2 Mare etiam æneum fusile decem cubitis à labio vsque ad labium, rotundum per circuitū: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius,

3 Similitudo quoque boum erat subter illud: & decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ, quasi duobus versibus labium maris circuibant: boues autē erant fusiles. *alium*

4 Et ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad Aquilonem, & alii tres ad Occidentem: porro tres alii Meridiem, & tres qui reliqui erant, Orientem, habentes mare superpositum: posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari.

B 5 Porro vastitas eius habebat mensuram palmi, & labium illius erat, quasi labium calicis, vel repandi lilii: capiebátque tria millia metretas.

6 Fecit quoque conchas decem: & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant: porro in mari sacerdotes lauabantur.

7 Fecit autē & candelabra aurea decem, secundum speciem quæ iusserat fieri: & posuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. *missa erant*

8 Necnon & mensas decem: & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. phialas quoque aureas centum.

C 9 Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicā grandem: & ostia in basilica quæ texit ære.

10 Porro mare posuit in latere dextro contrà Orientem ad Meridiem.

11 Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & complcuit omne opus regis in domo Dei:

12 Hoc est, columnas duas: & epistylia, & capita, & quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia.

13 Malogranata quoque quadringenta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistylia, & capita columnarū.

14 Bases etiam fecit & conchas, quas superposuit basibus.

15 Mare vnum, boues quoque duodecim sub mari.

16 Et lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex ære mundissimo. D

17 In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Sochot, & Saredatha.

18 Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris.

19 Fecitque Salomon omnia vasa domus Dei, & altare aureum: & mensas, & super eas panes propositionis.

20 Candelabra quoque cum lucernis suis, vt lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro purissimo:

21 Et florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt.

22 Thymiamateria quoque & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo. Et ostia cælauit templi interioris, id est, in Sanctasanctorū: & ostia templi forinsecus aurea. Sicque complerum est omne opus quod fecit Salomon in domo Domini. *Thimiateria* *Sanctorum* *Sanctorū in domū*

CAP. V.

Salomon infert quæ dicauerat pater in templū Dei, & arcam. Quid in arca. Gloria Domini. Bonus & misericors Deus.

1 INtulit igitur Salomon omnia quæ voluerat Dauid pater suus, argentum & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus Dei.

2 Post quę cōgregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filiis Israel, in Ierusalem: vt adducerent arcam fœderis Domini de Ciuitate Dauid, quæ est in Sion.

3 *Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in die solenni mensis septimi. *3. Reg. 7. 8. 51. & 8.*

4 Cumque venissent cuncti seniorū Israel, portauerunt Leuitæ arcam, & intulerunt eam, & omnem paraturam tabernaculi.

5 Porrò vasa sanctuarii, quę erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cū Leuitis.

Rex autem Salomon, & vniuersus cœtus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes & boues absque vllo numero: tanta enim erat multitudo victimarum.

7 Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, id est ad oraculum templi, in Sanctasanctorum subter alas cherubim:

8 Ita vt cherubim expanderent alas suas super locū in quo posita erat arca, & iplā arcam tegerent cum vectibus suis.

9 Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum: sī verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. C

10 Fuit itaque arca ibi vsque in præsentem diem. Nihilque erat aliud in arca nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filiis Israel egredientibus ex Aegypto.

11 Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat:)

12 Tam Leuitæ, quàm cantores, id est & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, filii, & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & psalteriis, & citharis concrepabant, stantes ad Orientalem plagam altaris, & cum eis centum viginti canentes tubis. D *Cecido-ter.*

13 Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longè sonit' audiebatur: sita vt cū Dominū laudare cœpissent, & dicere,

14 Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius: impleretur domus Dei nube, ne possent sacerdotes stare & ministrare propter caligi nem, compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

CAP. VI.

Salomon benedicit congregationi. Gratias agit & implerat promissiones Dauidi factas. Orat vt exaudiamur orantes in templo. Promissiones & misericordia Dei. Dolor Dei. Corda solus Deus nouit. Peccatores omnes. Confessio. Salus. Misericordia.

1 *3. Reg. 8. 12.* TVnc Salomon ait, Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine:

2 Ego autem ædificaui domū nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum.

3 Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta) Et ait,

4 Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens.

5 A die qua eduxi populum meum de Terra Aegypti, nō elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quenquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel.

6 Sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt constitueretur ens super populum meum Israel.

7 Cumque fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini Domini Dei Israel,

8 Dixit Dominus ad eum, Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, B

9 Benè quidem fecisti huiusmodi habere voluntatem: sed non tu ædificabis mihi domum, veruntamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

10 Compleuit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronū Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Israel.

11 Et posui in ea arcam, in qua est pactum Domini, quod pepigit cum filiis Israel.

12 Stetit ergo coram altari Domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas,

13 (Siquidem fecerat Salomō basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & tres cubitos altitudinis:) stetit: que super eam: & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel & palmis in cælum leuatis, ait, *cubitos*

14 Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo & in terra: qui custodis pactū & misericordiam cum seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. *2. Mac. 2. b. 10.* C

15 Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere compleuisti, sicut & præsens tempus probat.

16 Nunc ergo Domine Deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, dicens, Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamē si custodierint filii tui vias meas, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. *viā suā*

17 Et nunc Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus, quem locutus es seruo tuo Dauid.

18 Ergòne credibile est vt habitet Deus cū hominibus super terram? Si cælum & cæli cælorum non te capiunt: quanto magis domus ista quam ædificaui?

19 Sed ad hoc tantum facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius Domine Deus meus: & audias preces quas fudit famulus tuus coram te: *effundit* D

20 Vt aperias oculos tuos super domum istā diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es vt inuocetur nomen tuum: & exaudires orationem, quam seruus tuus orat in eo. *Inuocet retur*

21 Et exaudias preces famuli tui, & populi tui Israel. Quicunque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est de cælis, & propitiare.

22 Si peccauerit quispiam in proximum

suum, & iurare contra eum paratus venerit, seq; maledicto constrinxerit coram altari in domo ista,
23 Tu audies de cælo, & facies iudicium seruorum tuorum: Ita vt reddas iniquo viã suã in caput proprium, & vlciscaris iustum, retribuens ei secundum iustitiam suam.
24 Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati in loco isto,
25 Tu exaudies de cælo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram quam dedisti eis, & patribus eorum.
R 26 Si clauso cælo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, cum eos afflixeris,
27 Exaudi de cælo Domine, & dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viam bonam per quam ingrediantur, & da pluuiam terræ quam dedisti populo tuo ad possidendum.
Infrà 20. b.9. 28 * Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, grugo & aurugo, & locusta, & bruchus: & hostes vastatis regionibus, portas obsederint ciuitatis, omnisque plaga, & infirmitas pressèrit:
29 Si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus cognoscens plagam, & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac:
30 Tu exaudies de cælo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuique secundum vias suas quas nosti eum habere in corde suo: (tu enim solus nosti corda filiorum hominum.)
F 31 Vt timeant, & ambulent in viis tuis cunctis diebus, quibus viuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris.
32 Externum quoque qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium tuum extentum, & adorauerit in loco isto:
33 Tu exaudies de cælo firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus invocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam ædificaui nomini tuo.
34 Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est quam elegisti, & domus quam ædificaui nomini tuo:
35 *Vt exaudias de cælo preces eorum, & obsecrationem, & vlciscaris.
*Tu exaudies.
36 Si autem peccauerint tibi (neque enim est homo qui non peccet) & iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos duxerint eos in terram longinquam, vel certè quæ iuxtà est:
G 3. Reg. 8. c. 46. Eccles. 7. c. 21. Iacob. 3. c. 2.
37 Et conuersi in corde suo in terra ad quã captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiã, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicentes, Peccauimus, iniquè fecimus iniustè egimus:
38 Et reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & vrbis quam elegisti, & domus quam ædificaui nomini tuo.
*Tu exaudies.
39 *Vt exaudias de cælo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo, quamuis peccatori.
40 Tu es enim Deus meus, apperiatur quæso oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto.
Psal. 131. b.8. 41 *Nunc igitur consurge Domine Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ: sacerdotes tui Domine Deus induãtur salutem, & sancti tui lætentur in bonis.
*auertas
42 Domine Deus meus ne *auerseris faciem christi tui: memento misericordiarum Dauid serui tui.

CAP. VII.

Ignis deuorat sacrificium in dedicatione. Ecous & vniuersorum Deus. Exauditur Salomon.

1 CVmque complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cælo, & deuorauit holocausta & victimas: & maiestas Domini impleuit domum.
2 Nec poterãt sacerdotes ingredi templum Domini, eo quòd implesset maiestas Domini templum Domini.
3 Sed & omnes filii Israel videbant descendentem ignem, & gloriam Domini super domum: & corruentes proni in terrã super pauimentum stratum lapide, adorauerunt: & laudauerunt Dominum: Quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
4 Rex autem, & omnis populus immolabant victimas coram Domino.
5 Mactauit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: & dedicauit domum Dei rex & vniuersus populus.
6 Sacerdotes autem stabant in officiis suis: & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid rex ad laudandum Dominum, quoniam in æternum misericordia eius, hymno Dauid canentes per manus suas: porrò sacerdotes canebant tubis ante eos cunctúsque Israel stabat.
7 Sanctificauit quoque Salomon medium atrii ante templũ Domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorum: quia altare æneum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes pacificorum.
8 Fecit ergo Salomon solẽnitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cũ eo, Ecclesia magna valdè, ab introitu Emath vsque ad Torrentem AEgypti.
9 Fecitque die octauo collectam, eo quòd dedicasset altare septem diebus, & solennitatem celebrasset diebus septem.
10 Igitur in die vicesimotertio mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes

tantes atque gaudentes super bono quod fecerat Dominus Dauidi, & Salomoni, & Israeli populo suo.
11 Complevitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo vt faceret in Domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est.
12 Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait, Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii.
13 Si clausero cælum, & pluuia non fluxerit & mandauero & præcepero locustæ vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum:
14 Conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciẽ meam, & egerit pœnitentiam à viis suis pessimis: & ego exaudiam de cælo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum.
15 Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit.
16 Elegi enim, & sanctificaui locũ istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.
17 Tu quoque si ambulaueris coram me: sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia, quæ præcepi tibi, & iustitias meas, iudiciaque seruaueris:
D 18 Suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens, Non auferetur de stirpe tua vir, qui non sit princeps in Israel.
19 Si autem auersi fueritis, & de reliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui vobis, & abeuntes seruieritis diis alienis, & adorauerit is eos:
20 Euellam vos de terra mea quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.
21 Et domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus: & dicent stupentes, Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic?
22 Respondebũntque, Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de Terra AEgypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt: ideirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

CAP. VIII.

Ciuitates ædificat Salomon. Populi tributarii. Dauid homo Dei. Mittit Salomon in Ophir.

2. Reg. 9. b.10. 1 EXpletis autem viginti annis postquam ædificauit Salomon domum Domini & domum suam:
2 Ciuitates, quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Israel.
3 Abiit quoque in Emath Suba, & obtinuit eam.
4 Et ædificauit Palmiram in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath.
5 Extruxitque Beth-horon superiorem, & Beth-horon inferiorem, ciuitates muratas habentes portas & vectes & seras:
6 Balaath etiam & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerant Salomonis, cunctásque vrbes quadrigarum, & vrbes equitum, omnia *quæcunque voluit fecit rex Salomon atque disposuit: ædificauit in Ierusalẽ & in Libano & in vniuersa terra potestatis suæ. *quæ B
7 Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis, & Ammorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel:
8 De filiis eorum, & de posteris quos non interfecerant filii Israel, subiugauit Salomon in tributarios, vsque in diem hanc.
9 Porro de filiis Israel non posuit vt seruirent operibus regis, ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi & principes quadrigarum & equitum eius.
10 Hi autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.
11 Filiam vero Pharaonis transtulit de Ciuitate Dauid in domum, quam ædificauerat ei. Dixit enim rex, Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca Domini. C
12 Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum,
13 Vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moysi, in sabbathis, & in Calendis, & in festis diebus ter per annum, id est in Solennitate azymorum, & Solennitate hebdomadarum, & in Solennitate tabernaculorum.
14 Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis: & Leuitas in ordine suo, vt laudarent, & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei: & ianitores in diuisionibus suis per portam & portam: sic enim præceperat Dauid homo Dei. D
15 Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes, quam Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat, & in custodiis thesaurorũ.
16 Omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domum Domini vsque in diem quo perfecit eam.
17 Tunc abiit Salomon in Asion-gaber & in Aliath ad oram Maris rubri, quæ est in Terra Edom.
18 Misit ergo ei Hiram per manus seruorum *autem suorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir: tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerant ad regem Salomonem.

CAP. IX.

Regina Saba inuisit Salomonem. Rex sapiens datur populo à Deo delitiis. Crassus Salomonis annuus. Vasa aurea. Equi & equites. Argentum nullius pretii. Salomone mortuo succedit Roboam.

3. Reg. 10. a. 13. d. 25. 1* REgina quoque Saba cum audisset famam Salomonis, venit, vt tentaret In 2. d. 31.

cum in ænigmatibus, in Ierusalem cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimum, gemmasque pretiosas. Cumque venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcunque erant in corde suo.
2 Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat: nec quicquam fuit quod non perspicuum ei fecerit.
3 Quæ postquam vidit, sapientiam scilicet Salomonis, & domum quam ædificauerat,
4 Nécnon & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoque & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo Domini, non erat præ stupore vltrà in ea spiritus, dixitque ad regem,
B 5 Verus est sermo quem audieram in terra mea de virtutibus & Sapientia tua.
6 Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei: & probassem vix medietatem sapientiæ tuæ: mihi fuisse narratam: vicisti famam virtutibus tuis.
7 Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui assistunt coram te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam.
8 Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum regem Domini Dei tui, quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum: idcirco posuit te super eum regem, vt facias iudicia atque iustitiam.
C 9 Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosissimas: non fuerunt aromata alia, vt hæc quæ dedit regina Saba regi Salomoni.
10 Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thyina, & gemmas pretiosissimas.
11 De quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo Domini & in domo regia: citharas quoque & psalteria cantoribus: nunquam visa sunt in terra Iuda ligna talia.
12 Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, & quæ postulauit, & multo plura quàm attulerat ad eum: quæ reuersa, abiit in terram suam cum seruis suis.
D 13 Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri:
14 Excepta ea summa quam legati diuersarum Gentium, & negotiatores afferre consueuerant, omnésque reges Arabiæ, & satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salomoni.
15 Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur.
16 Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum quibus tegebantur singula scuta: posuitque ea rex in armamentario, quod erat constructum nemore.
17 Fecit quoque rex solium eburneum grande: & vestiuit illud auro mundissimo.
E 18 Sex quoque gradus, quibus ascendebatur ad solium: & scabellum aureum, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola.
19 Sed & alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex vtraque parte, non fuit tale solium in vniuersis regnis.
20 Omnia quoque vasa conuiuii regis erant aurea: & vasa domus saltus Libani ex auro purissimo, argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur.
21 Siquidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus: & deferebant inde aurum & argentum, & ebur, & simias, & pauos.
F 22 Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ diuitiis & gloria.
23 Omnésque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis: vt audirent sapientiam quã dederat Deus in corde eius.
24 Et deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, & vestes, & arma, & aromata, & equos & mulos, per singulos annos.
25 Habuit quoque Salomon quadragintà millia equorum in stabulis: & currum, & quitúmque duodecim millia: constituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Ierusalem.
26 Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrãte vsque ad terram Philistinorum, & vsque ad terminos AEgypti.
27 Tantámque copiam præbuit argenti in G Ierusalem quasi lapidum, & cedrorum tantam multitudinem velut sycomorum quæ gignuntur in campestribus.
28 Adducebantur autem ei equi de AEgypto, cunctíque regionibus.
29 Reliqua autem operã Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo videntis, contra Ieroboam filium Nabat.
30 Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta annis,
31 Dormiuitque cum patribus suis: & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: regnauitque Roboam filius eius pro eo.

CAP. X.

Roboam consilium iuuenum secutus, super Duas tantùm tribus regnat. Aduram Lapidatur.

1 PRofectus est autẽ Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Israel conuenerat, vt constituerent eum regem.
2 Quod cum audisset Ieroboam filius Nabat, qui erat in AEgypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) statim reuersus est.
3 Vocauerúntque eum, & venit cum vniuerso Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes,
4 Pater tuus durissimo iugo nos pressit: tu leuiora impera patre tuo, qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua vt seruiamus tibi.
5 Qui ait, Post tres dies reuertimini ad me. cumque abiisset populus,
6 Iniit consilium cum senibus qui steterant coram patre eius Salomone, dum adhuc viueret, dicens, Quid datis consilii, vt respondeam populo?
7 Qui dixerunt ei, Si placueris populo huic, & linieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore.
8 At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius.
9 Dixítque ad eos, Quid vobis videtur? vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi, Subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus?
10 At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt, Sic loquêris populo qui dixit tibi, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu subleua: & sic respondebis ei, Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.
C 11 Pater meus imposuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponam: pater meus cæcidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.
12 Venit ergo Ieroboã, & vniuersus populus ad Roboã die tertio, sicut præceperat eis.
13 Respondítque rex dura, derelicto consilio seniorum,
14 Locutúsque est iuxta iuuenum voluntatem, pater meus graue vobis imposuit iugum, quod grauius faciam: pater meus cæcidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.
15 Et non acquieuit populi precibus: erat enim voluntatis Dei, vt compleretur sermo eius, quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabat.
D 16 Populus autem vniuersus rege duriora dicente, sic locutus est ad eum, Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel, tu autem pasce domum tuam Dauid & abiit Israel in tabernacula sua.
17 Super filios autem Israel, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam.
18 Misítque rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, & lapidauerunt eum filii Israel, & mortuus est: porro rex Roboam currum festinauit ascendere, & fugit in Ierusalem.
19 Recessítque Israel à domo Dauid vsque ad diem hanc.

CAP. XI.

Roboam prohibetur pugnare contra Ieroboam. AEdificat ciuitates. Voluntate Dei diuisum regnum Roboam. Ieroboam sacerdotes vitulis constituit. Vxores Roboam, & filii

1 FActum est autem, quum audisset omnis Israel quod reuertisus esset Ieroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu: & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec secutus est quispiam domum Dauid præter tribum Iuda solam.
2 Venit autem Roboam in Ierusalem, & conuocauit vniuersam domum Iuda & Beniamin, centum octoginta millia electorum, atque bellantium, vt dimicarent contra Israel, & conuerterent ad se regnum suum.
3 Factúmque est sermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens, Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad vniuersum Israel qui est in Iuda & Beniamin.
4 Hæc dicit Dominus, Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros: reuertatur vnusquisque in domũ suam, quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cùm audissent sermonem Domini, reuersi sunt, nec perrexerunt contra Ieroboam.
5 Habitauit autem Roboam in Ierusalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda.
6 Extruxítque Beth-léhem, & Etham, & Thecue.
7 Beth-sur quoque, & Socho, & Odollam,
8 Nécnon & Geth, & maresa, & Ziph:
9 Sed & Aduram, & Lachis, & Azeca.
10 Saraa quoque, & Aialon, & Hebron, quæ erant in Iuda & Beniamin, ciuitates munitissimas.
11 Cúmque clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborúmque horrea, hoc est olei & [illegible]
12 Seu & in singulis vrbibus fecit armamentaria scutorum & hastarum: firmauítque eas summa diligentia, & imperauit super Iudam, & Beniamin.
13 Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant in vniuerso Israel, venerunt ad eum de cunctis sedibus suis,
14 Relinquentes suburbana, & possessiones suas, & transeuntes ad Iudam, & Ierusalem: eo quòd abiecisset eos Ieroboam, & posteri eius, ne sacerdotio Domini fungerentur.
15 Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum, & dæmoniorũ, vitulorúmque quos fecerat
16 Sed & de cunctis tribubus Israel: quicunque dederant cor suum vt quærerent Dominum Deum Israel, venerunt in Ierusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum.
17 Et roborauerunt regnum Iuda: & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulauerunt enim in viis Dauid & Salomonis, annis tantùm tribus.
18 Duxit autem Roboam vxorem Mahalath: filiam Ierimoth filii Dauid: Abihaíl quoque filium Eliab filii Isai.
19 Quæ peperit ei filios Ieus, & Somoriam, & Zoon.
20 Post hanc quoque accepit Maacha filiam Absalon, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith.
21 Amauit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes vxores suas, & concubinas: nam vxores decem & octo duxerat, concubinas autem sexaginta: & genuit viginti octo filios, & sexaginta filias.
22 Constituit vero in capite, Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius, & in cunctis gẽtibus Iuda, & Beniamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis: præbuitque eis escas plurimas, & multas petiuit vxores.

CAP. XII.

Iudas traditur in manus Sesac: & quatre Admonitus peccati populus, conuertitur ad

CAP. XII.

Deum. Sesac diripit domum Dei. Roboam mortuo succedit Abia.

1 CVmque roboratum fuisset regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo.
2 Anno autem quinto regni Roboam ascendit Sesac rex AEgypti in Ierusalem (quia peccauerant Domino.)
3 Cum mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex AEgypto, Libyes scilicet, & Troglodytæ, & AEthiopes.
4 Cepitque ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsque in Ierusalem.
5 Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem, fugientes Sesac, dixitque ad eos, Hæc dicit Dominus, Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac.
B 6 Consternatique principes Israel, & rex, dixerunt, Iustus est Dominus.
7 Cúmque vidisset Dominus quòd humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens, Quia humiliati sunt, non disperdam eos: dabóque eis pauxillum auxilii, & non fullabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac.
8 Veruntamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum.
9 Recessit itaque Sesac rex AEgypti ab Ierusalem sublatis thesauris domus Domini, & domus regis, omniáque secum tulit: & clypeos aureos quos fecerat Salomon,
C 10 Pro quibus fecit rex æneos, & tradidit illos principibus scitariorum qui custodiebant vestibulum palatii.
'Domini 11 Cúmque introiret rex Domũ 'Dei veniebant scutarii, & tollebant eos: iterémque referebant eos ad armamentarium suum.
12 Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt penitus: siquidem in Iuda sunt opera bona inuenta.
13 Confortatus est ergo rex Roboam in Ierusalem, atqi regnauit: quadraginta autem & vnius anni erat cùm reguare cœpisset: & decem & septem annis regnauit in Ierusalem, vrbe quam elegit Dominus, vt confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel: nomen autem matris eius Naama Ammanitis.
'Fecit autem 14 'Fecitque malum, & non præparauit cor suum Vt quæreret Dominum.
15 Opera verò Roboam prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis, & diligenter expósita: pugnauerúntque aduersùm se Roboam & Ieroboam cunctis diebus.
16 Et dormiuit Roboam cum patribus suis: sepultúsque est in Ciuitate-Dauid. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

CAP. XIII.

Abia pugnans in Domino, & orans, occidit Ieroboam. Abia vxores, filii & filiæ.

1 ANno octauodecimo regis Ieroboam, regnauit Abia super Iudam.
2 Tribus annis regnauit in Ierusalem: nomẽque matris eius Michaia, (filia Vriel de Gabas) & erat bellum inter Abiam, & Ieroboam.
3 *Cúmque inisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum 'quadraginta millia: Ieroboam constituit econtrà aciem 'octoginta millia virorum, qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. *3. Reg. 15. a. 7. 'quadringenta 'instruxit 'octingenta
4 Sterit ego Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait, Audi Ieroboam, & omnis Israel.
5 Num ignoratis quòd Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum, ipsi & filiis eius in pactum salis?
6 Et surrexit Ieroboam filius Nabat, seruus Salomonis filii Dauid: & rebellauit contra dominum suum. 3. Reg. 11. v. 26
7 Congregatique sunt ad eum viri vanissimi, & filii Belial: & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis: porrò Roboam erat rudis, & corde pauído, nec potuit resistere eis,
8 Nunc ergo vos dicitis quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios Dauid: habeúsque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos quos fecit vobis Ieroboam in deos. B
9 *Et eiecistis sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Leuitas: & fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum: quicunque venerit, & initiauerit manum suam in tauro de bobus, & arietibus septem, sit Iacerdos eorum qui non sunt dii. 3. Reg. 12. v. 31.
10 Noster autem Dominus Deus est, quem non reliquimus: sacerdotésque ministrant Domino de filiis Aaron: & Leuitæ sunt in ordine suo.
11 Holocausta quoque offerunt Domino per singulos dies manè & vespere: & thymiama iuxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in mensa mundissima: estque apud nos candelábrum aureum, & lucernæ eius, vt accendantur semper ad vesperam: nos quippe custodimus præcepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis. C
12 Ergo in exercitu nostro dux: Deus est, & sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos: filii Israel nolite pugnare contra dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit.
13 Hæc illo loquente, Ieroboam retro moliebatur insidias. Cúmque ex aduerso hostium staret, ignorantem Iudam suo ambiebat exercitu,
14 Respiciénsque Iudas, vidit instare bellum ex aduerso & post tergum, & clamauit ad Dominum, ac sacerdotes tubis canere cœperunt
15 Omnésque viri Iuda vociferati sunt: & cece, illis clamantibus perterruit Deus Ieroboam, & omnem Israel qui stabat ex aduerso Abia & Iuda. D
16 Fugerúntque filii Israel Iudam, & tradidit

dit eos Deus in manu eorum.
17 Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel 'quinquaginta millia virorũ fortium. 'quingenta
18 Humiliatique sunt filii Israel in tempore illo: & vehementissimè confortati filii Iuda, eo quòd speraſſent in Domino Deo patrum suorum.
19 Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam, & cepit ciuitates eius, Beth-el & filias eius: & Iesana cum filiabus suis: Ephron quoque & filias eius.
20 Nec valuit vltrà resistere Ieroboam in diebus Abia: quem percussit Dominus, & mortuus est.
21 Igitur Abia confortato imperio suo, accepit vxores quatuordecim: procreauitque viginti duos filos, & sedecim filias.
22 Reliqua autem sermonum Abia, viarúmque & operum eius, scripta sunt diligentissimè in libro Addo prophetæ.

CAP. XIIII.

Abia mortuo succedit Asa, qui adhortatur populum vt quærat Deum. Pax. Quingenta & octoginta millia in exercitu Asa. Otiens Asa in fide vincit AEthiopes.

3. Reg. 15. v. 8. DOrmiuit autẽ Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate-Dauid: regnauitque Asa filius eius pro eo, in cuius diebus quieuit terra annis decem.
'autem 'Domini 2 Fecit 'ergo Asa quod bonum & placitum erat in conspectu 'Dei sui,
3 Et subuertit altaria peregrini cultus, & excelsa, & confregit statuas, lucósque succidit.
4 Et præcepit Iudæ vt quæreret Dominum Deum patrum suorum, & faceret legem, & vniuersa mandata.
5 Et abstulit de cunctis vrbibus Iuda aras & phana, & regnauit in pace.
6 AEdificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella surrexerant, pacem Domino largiente.
B 7 Dixit autem Iudæ, AEdificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & seris, donec à bellis quieta sint omnia, eo quòd quæsierimus Dominum Deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. AEdificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit.
8 Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas, de Iuda trecenta millia, de Beniamin verò scutariorum & sagittariorum, ducenta octoginta millia: omnésque isti viri fortissimi.
'Omnes isti C 9 Egressus est autem contra eos Zara AEthiops cũ exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis: & venit vsque Maresa.
10 Porrò Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in Valle Sephata, quæ est iuxta Maresa.
3. Reg. 14. v. 6. 11 Et inuocauit Dominum Deum, & ait, *Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus: adiuua nos Domine Deus noster, in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domine, Deus noster tu es, non præualeat contra te homo.
12 Exterruit itaque Dominus AEthiopes coram Asa & Iuda: fugerúntque AEthiopes.
13 Et persecutus est eos Asa, & populus qui cum eo erat, vsque Gerara: & ruerunt AEthiopes vsque ad internecionem, quia Domino cædente contriti sunt, & exercitu illius præliante: tulerunt ergo spolia multa. D
14 Et percusserunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ: grãdis quippe cunctos terror inuaserat: & diripuerunt vrbes, & multam prædam asportauerunt.
15 Sed & caulas ouium destruentes, tulerũt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum: reuerſíque sunt in Ierusalem.

CAP. XV.

Spiritus Israel diu sine Deo, sacerdote, doctore, & lege. Bella non quieuisse Deum. Ad Asem confugium multi quærentes Deum. Iuxtat Deo. Maacham matrem, Asa priuat imperio.

'Oded 1 AZarias autem filius 'Obed, facto in se Spiritu Dei,
2 Egressus est in occursum Asa, & dixit ei, Audite me Asa, & omnis Iuda & Beniamin Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis 'derelinquet vos. 'eum
3 Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, absque doctore, & absque lege.
4 Cúmque reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad Dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum.
5 In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti: sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum.
6 Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia.
7 Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro. B
8 Quod cum audisset Asa, verba scilicet & prophetiam Azariæ filii Obed prophetæ, cõfortatus est, & abstulit idóla de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus quas ceperat, montis Ephraim, & dedicauit altare Domini quod erat ante porticum Domini.
9 Congregauitque vniuersum Iudã & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephraim, & de Manasse, & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quòd Dominus Deus illius esset cum eo. C
10 Cúmque veniſſent in Ierusalem mense tertio, anno decimoquinto regni Asa,
11 immolauerũt Domino in die illa de manubiis & præda quam adduxerant, boues septingentos & arietes septem millia.
12 Et intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent Dominum Deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua.

13 Siquis autem, inquit, non quæsierit Dominum Deum Israel, moriatur, a minimo vsque ad maximum, a viro vsque ad mulierem.

D 14 Iurauerúntque Domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum omnes qui erant in Iuda, cum execratione:

15 In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quæsierunt eum, & inuenerũt: præstitítque eis Dominus requiem per circuitum.

16 Sed & Maacham matrem Asa regis ex augusto depositt imperio, eo quòd fecisset in luco simulachrũ Priapi: quod omne contriuit, & in frusta comminuens combussit in Torrente cedron.

17 Excelsa autem derelicta sunt in Israel: attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius.

18 Eáque quæ vouerat pater suus, ipse, intulit in domum Domini: argentum, & aurum, vasorúmque diuersam supellectilem.

Vicesimũ quintum. 19 Bellum vero non fuit vsque ad a tricesimum annum regni Asa.

CAP. XVI.

Asa, inito cum Ben-adad fœdere, corripitur a Deo. Confidit postea credere. Asa fidens regi Syriæ, & medicis, non Deo, moritur.

1 ANno autem tricesimosexto regni eius ascendit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circũdabat Ramam, vt nullus tutè posset egredi & ingredi de regno Asa.

2 Protulit autem Asa argentum & aurum de thesauris domus Domini, & de thesauris regis: misítque ad Ben-adad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens,

3 Fœdus inter me & te est, pater quoque meus & pater tuus habuere concordiam: quamobrem misi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes cum Baasa rege Israel, facias eum a me recedere.

4 Quo comperto Ben-adad misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel: qui percusserunt Ahion, & Dan, & Abel-maim, B & vniuersas vrbes Nephthali muratas.

5 Quod cum audisset Baasa, desiit ædificare Ramam, & intermisit opus suum.

6 Porrò Asa rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi parauerat Baasa: ædificauítque ex eis Gabaa, & Maspha.

7 In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda, & dixit ei, Quia habuisti fiduciã in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo: idcirco euasit Syriæ regis exercitus de manu tua.

*Supra 14. 8 c. 9. * Nonne Æthiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine nimia: quos cum in Domino credidisses, tradidit in manu tua?

C 9 Oculi enim Domini contemplantur vniuersam terram, & præbet fortitudinem his *Iacob. 7. 5. 32. qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egisti, & propter hoc etiam ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent.

10 Iratúsque Asa aduersus videntem insilit eum misit in neruum: valde quippe super hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tempore illo plurimos.

11 Opera autẽ Asa prima & nouissima scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel.

12 AEgrotauit etiam Asa anno tricesimonono regni sui, dolore pedum vehementissimo, D & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.

13 Dormiítque cum patribus suis: & mortuus est anno quadragesimoprimo regni sui.

14 Et sepelierũt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in Ciuitate Dauid.

15 Posuerúntque eum super lectum suum plenum aromatibus & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia.

CAP. XVII.

Iosaphat Deo fidenti diuitiæ adsunt & gloria. Mittit prædicatores per vniuersum Iudam.

1 REgnauit autẽ Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel.

2 Constituítque militum numeros in cunctis vrbibus Iuda, quæ erãt vallatæ muris: præsidiáque disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim, quas ceperat Asa pater eius.

3 Et fuit Dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in viis Dauid patris sui primis: & non sperauit in baalim,

4 Sed in Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel.

5 Confirmauítque Dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factæque sunt ei inmensæ diuitiæ, & multa gloria.

6 Cúmque sumpsisset cor eius audaciã propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. E

7 Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Ben-hail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerẽt in ciuitatibus Iuda:

8 Et cùm eis Leuitas, Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam: Asahel quoque & Semiramoth, & Ionathan, Adoniámque & Tobiam & Thob-adoniam Leuitas & cum eis Elisama & Ioram sacerdotes.

9 Docebántque populum in Iuda, habẽtes librum legis Domini: & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum. C

10 Itaque factus est pauor Domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iudæ: nec audebant bellare cõtra Iosaphat.

11 Sed & Philisthæi, Iosaphat munera deferebant, & vectigal argenti. Arabes quoque adducebant pecora arietum, septem millia septingentos, & hircos totidem.

12 Creuit ergo Iosaphat, & magnificatus est vsque in sublime: atque ædificauit in Iuda domos admirandæ turrium, vrbésque muratas.

13 Et multa opera *patrauit in vrbibus Iu- *parauit dæ: viri quoque bellatores, & robusti erant in Ierusalem,

14 Quorum iste numerus per domos atque D familias

*principes robustissimi familias singulorũ. In Iuda *princeps exercitus, Ednas dux, & cum eo robustissimorum viri trecenta millia.

15 Post hunc Iohanan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia.

16 Post illum quoque Amasias filius Zechri, consecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium.

17 Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada, & cum eo tenentium arcum & clypeum ducenta millia.

18 Post istum etiam, Iozabad, & cum eo centum octoginta millia expeditorũ militum.

19 Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis quos posuerat in vrbibus muratis, in vniuerso Iuda.

CAP. XVIII.

Iosaphat iunctus impio Achab, præliaturus contra verbum Dei. Michæas accersitus, quadringentis pseudoprophetis resistit, propheta Achab occidendum: percutitur, & incarceratur. Iosaphat clamat ad Deum in prælio. Achab interficitur.

1 REg. 22. 1. 2 Vit ergo Iosaphat diues, & inclytus multum, & affinitate coniunctus est Achab.

2 *Descenditque post annos ad eum in Samariam: ad cuius aduentum macrauit Achab arietes, & boues plurimos ipsi & populo, qui venerant cum eo, persuasítque illi, vt ascenderet in Ramoth-Galaad.

3 Dixítque Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda, Veni mecum in Ramoth-Galaad, cui ille respõdit, Vt ego, & tu: sicut populus tuus, sic & populus meus: tecúmque erimus in bello.

B 4 Dixit Iosaphat ad regem Israel, Consule obsecro impræsentiarũ sermonem Domini.

5 Congregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos, In Ramoth-Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi, Ascende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis.

6 Dixítque Iosaphat, Nunquid non est hîc prophetes Domini, vt ab illo etiam requiramus?

7 Et ait rex Israel ad Iosaphat, Est vir vnus à quo possumus quærere Domini voluntatem: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum: sed malum omni tempore: est autem Michæas filius Iemla. Dixítque Iosaphat, Ne loquaris rex hoc modo.

8 Vocauit ergo rex Israel vnũ de eunuchis, & dixit ei, Voca cito Michæam filium Iemla.

9 Porrò rex Israel, & Iosaphat rex Iuda vterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio. Sedebãt autem in area iuxta portam C Samariæ, omnésque prophetæ vaticinabantur coram eis.

10 Sedecias verò filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, Iis ventilabis Syriam, donec conteras eam.

11 Omnésque prophetæ similiter prophetabant, atque dicebant, Ascende in Ramoth-Galaad, & prosperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis.

12 Nuntius autem qui ierat ad vocandum * Michæam, ait illi, Eo, verba omniũ prophetarum vno ore bona regi annuntiant: quæso ergo te, vt & sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarísque prospera.

13 Cui respondit Michæas, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad regem.

14 Cui rex ait, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quiescere? D cui ille respondit, Ascendite: cuncta enim prospera euenient, & tradentur hostes in manus vestras.

15 Dixítque rex, Iterum, atque iterũ te adiuro, vt mihi non loquaris, nisi quod verum est in nomine Domini.

16 At ille ait, Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus, sicut oues absque pastore: & dixit Dominus, Non habent isti dominũ. Reuertatur vnusquisque in domum suam in pace.

17 Et ait rex Israel ad Iosaphat, Nónne dixi tibi quod non prophetaret iste mihi quicquam boni, sed ea quæ mala sunt?

18 At ille, idcirco, ait, audite verbum Domini, vidi Dominum sedentem in solio suo, & omnem exercitum cæli assistẽtem ei à dextris & à sinistris.

19 Et dixit Dominus, Quis decipiet Achab E regem Israel, vt ascendat, & corruat in Ramoth-Galaad? Cúmque diceret vnus hoc modo, & alter alio:

20 Processit spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiã eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies?

21 At ille respõdit, Egrediar, & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarum eius, dixítque Dominus, Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita.

22 Nũc igitur, ecce Dominus dedit spiritum mendacii in ore omnium prophetarũ tuorum: & Dominus locutus est de te mala.

23 Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michææ maxillam, & ait, Per quam viam transiit spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi?

24 Dixítque Michæas, Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de F cubiculo, vt abscondaris.

25 Præcepit autem rex Israel, dicens, Tollite Michæam, & ducite eũ ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium *Amélech. *Hămĕlech.

26 Et dicetis, Hæc dicit rex, Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum & aquæ pauxillum, donec reuertar in pace. 1. regis

27 Dixítque Michæas, Si reuersus fueris in pace, non est locutus Dominus in me, & ait, Audite omnes populi.

28 Igitur ascenderunt rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth-Galaad.

29 Dixítque rex Israel ad Iosaphat, Mutabo habitum, & sic ad pugnam vadam: tu autem induere vestibus tuis. Mutatóque rex Israel habitu, venit ad bellum.

30 Rex autem Syriæ præceperat ducibus e quitatus sui, dicens, Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum regem Israel. G

Universidad de Deusto Biblioteca

31 Itaque cum vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerunt, Rex Israel est iste, & circundederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo.
32 Cū enim vidissent duces equitatus quòd non esset rex Israel, reliquerunt eum.
33 Accidit autem vt vnus è populo sagittā in incertum iaceret, & percuteret regem Israel inter cerucem & scapulas: at ille auriga suo ait, Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum.
34 Et finita est pugna in die illo: porrò rex Israel stabat in curru suo contra Syros, vsque ad vesperam, & mortuus est occidente sole.

CAP. XIX.

Iosaphat corripitur ob præstitū impio Achab auxilium. Fides & opera. Horiatur Iosaphat in dices & Leuitas.

1 REuersus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè, in Ierusalem:
2 Cui occurrit Iehu filius Hanani videns, & ait ad eum, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris: & ideirco iram quidem Domini merebaris.
3 Sed bona opera inuēta sunt in te, eo quòd abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Dominum Deum patrum tuorum.
4 Habitauit ergo Iosaphat in Ierusalem: rursumque egressus est ad populum de Bersabee vsque ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum patrum suorum.
5 Constituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per singula loca,
6 Et præcipiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit.
7 Sit timor Domini vobiscum: & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, *nec personarum acceptio, nec cupido munerum.
8 In Ierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, vt iudicium & causam Domini iudicarent habitatoribus eius.
9 Præcepitque eis, dicens, Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto.
10 Omnem causam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in vrbibus suis, inter cognationem & cognationem, vbicunque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus: ostendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos, & super fratres vestros: sic ergo agentes, non peccabitis.
11 Amarias autem sacerdos & pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit; porrò Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit quæ ad regis officium pertinent, habetisque magistros Leuitas coram vobis, confortamini, & agite diligenter: Et erit Dominus 'vobiscum in bonis.

Deut. 10. d. 17, vo. 2. b. 11, gal. 2. b. 6.

'cū bonis

CAP. XX.

Oratione iuncta ieiunio, & soli Deo fidens Iosaphat, vincit Ammonitas & Moabitas. Laudant Deum in prælio. Dei promissionibus fidendum. Gratiarum actio de victoria. Iosaphat reprehenditur quòd Ochoziæ iungatur.

1 POst hæc congregati sunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum.
2 Venerūntque nuntii, & indicauerunt Iosaphat, dicentes, Venit contra te multitudo magna de his locis quæ trans mare sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asason-thamar, quæ est En-gaddi.
3 Iosaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum: & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda.
4 Congregatúsque est Iudas ad deprecandum Dominum: sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum.
5 Cúmque stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ, & Ierusalem, in domo Domini ante atrium nouum, ait,
6 Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis Gentium: in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere.
7 Nónne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum?
8 Habitauerúntque in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes,
9 *Si irruerint super nos mala, gladius iudicii, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, saluósque facies.
10 Nunc igitur ecce filii Ammon, & Moab, & mons Seir, per quos non concessisti Israel, vt transirent quādo egrediebantur de AEgypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos:
11 Econtrario agunt, & nituntur eiicere nos de possessione quam tradidisti nobis.
12 Deus noster, ergo nō iudicabis eos? in nobis quidem non est tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos.
13 Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.
14 Omnis verò Iuda stabat coram Domino cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis.
15 Erat autem Iahaziel filius Zacharix, filii Banaix, filii Iehiel, filii Mathānix, Leuites de filiis Asaph, super quem factus est spiritus Domini in medio turbæ, Et ait,
16 Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalem, & tu rex Iosaphat: hæc dicit Dominus vobis, Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem: non est enim vestra pugna, sed Dei.
17 Cras descendetis contra eos: ascensuri enim sunt per eliuum nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Ieruel.
18 Non enim eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Iuda, & Ierusalem: nolite timere, nec paueatis: cras 'egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum.
19 Iosaphat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Ierusalem ceciderunt proni in terram coram Domino, & adorauerunt eum.
20 Porrò Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Core laudabant Dominum Deum Israel voce magna, in excelsum.
21 Cúmque manè surrexissent, egressi sunt per desertum Thecua: profectúsque eis, stās Iosaphat in medio eorum, dixit: audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera.
22 Deditque consilium populo, & statuit cātores Domini, vt laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum: ac voce consona dicerent, Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia eius
23 Cúmque cœpissent laudes canere, vertit Dominus Insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percussi sunt.
24 Nanque filii Ammon, & Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent, & delerent eos: cúmque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidēre vulneribus.
25 Porrò Iuda cum venisset ad 'speluncam quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus, nec superesse quenquam qui necem potuisset euadere.
26 Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inuenerúntque inter cadauera variam supellectilem, vestes quoque & vasa pretiosissima: & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine.
27 Die autem quarto congregati sunt in Valle-benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocauerunt locum illum Vallis-benedictionis, vsque in præsentem diem,
28 Reuersúsque est omnis vir Iuda, & habitatores Ierusalem, & Iosaphat ante eos in Ierusalem, cum lætitia magna, eo quòd dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis.
29 Ingressíque sunt in Ierusalem cum psalteriis, & citharis, & tubis in domū Domini.
30 Irruit autem pauor 'Domini super vniuersa regna terrarum, cùm audissent quòd pugnasset Dominus cōtra inimicos Israel,
31 Quieuitque regnum Iosaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum.
32 Regnauit igitur Iosaphat super Iudam, & erat triginta quinque annorum cùm regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Azuba filia Selahi.
33 Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant coram Domino.
34 Veruntamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suū ad Dominum Deum patrum suorum.
35 Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Iehu filii Hanani, quæ digessit in libro regum Israel.
36 Post hæc iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerunt impiissima.
37 Et participeps fuit, vt faceret naues quæ irent in Tharsis: fecerúntque classem in Asion-gaber.
38 Prophetauit autem Elieser filius Dodau de Maresa ad Iosaphat, dicens, Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

CAP. XXI.

Iosaphat mortuo succedit Ioram: qui fratres suos occidit, & abducitur ad idola. Edō percutitur. Lobna. Elias præcipit interitum regi Ioram. Philisthæi contra Ioram. Ioram moritur.

1 DOrmiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate-Dauid: regnauitque Ioram filius eius ero eo.
2 Qui habuit fratres filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiam: omnes hi, filii Iosaphat regis Iuda.
3 Deditque eis pater suus multa munera argenti, & auri, & "pensationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnum autem tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus.
4 Surrexit autem Ioram super regnum patris sui, cúmque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus "Iuda.
5 Triginta duorum annorum erat Ioram cū regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem,
6 Ambulauitque in viis regum Israel, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius: & fecit malum in conspectu Domini.
7 *Noluit autem Dominus disperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat vt daret ei lucernam, & filiis eius omni tempore.
8 In diebus illius rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regem.
9 Cúmque "transiret Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secū, surrexit nocte & percussit Edom, qui se circumdederat, & omnes duces equitatus eius.
10 Attamen rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iuda, vsq; ad hanc diem: eo tempore & Lobna recessit, ne esset sub manu illius.
11 Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum, insuper & excelsa fabricatus

'egredieminī cum, perat.

'Dei

'speculā

"pensirationes

"Israel

2. Reg. 7. 3. 6. 12.

"trāsiit

est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudam.

12 Allatæ sunt autem ei literæ ab Elia propheta, in quibus scriptum erat, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Quoniam nō ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa regis Iuda.

13 Sed incessisti pariter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationē domus Achab: insuper & fratres tuos, domus patris tui, meliores te, occidisti.

14 Ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuersaque substantia tua.

15 Tu autem ægrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies.

16 Suscitauit ergo Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabum, qui confines sunt Aethiopibus.

17 Et ascenderunt in terram Iuda, & irruentes vastauerunt eam: diripuerūntque cunctam substantiam quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, & vxores: nec remansit ei filius, nisi Ioachaz, qui minimus natu erat.

18 Et super hæc omnia percussit eum Dominus aliquo languore insanabili.

19 Cumque dies succederet dies, & temporum spatia volucrentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, ita vt egereret etiā viscera sua, languore pariter, & vita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima, & non fecit ei populus, secundum morem combustionis, exequias, sicut fecerat maioribus eius.

20 Triginta duorum annorum fuit cùm regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque non recte, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: verūtamen non in sepulchro regum.

CAP. XXII.

Ochozias impius pugnat contra Hazael. Occiditur à Iehu. Ioas filius eius absconditur.

4. Reg. 8. f. 24. 1 * CONstituerunt autem habitatores Ierusalem Ochoziam filium eius minimum regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda.

2 Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri.

3 Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impie ageret.

4 Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab: ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui, in interitum eius.

5 Ambulauitque in consiliis eorum: & perrexit cum Ioram filio Achab rege Israel, in bellum contra Hazael regem Syriæ, in Ramoth-Galaad: vulneraueruntque Syri Ioram.

6 Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem.

7 Voluntatis quippe fuit Dei aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: & cùm venisset, & egrederetur cum eo aduersum Iehu filium Namsi, quem vnxit Dominus, vt deleret domum Achab.

8 Cùm ergo exerceret Iehu domum Achab inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos.

9 Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductumque ad se, occidit: & sepelierunt eū, eo quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat Dominū in toto corde suo. nec erat vltrà spes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ.

10 *Siquidem Athalia mater eius videns quòd 4. Reg. 11. mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram. a. 1. Iuda

11 Porro Iosabeth filia regis tulit Ioas filii Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum regis, cùm interficerentur: absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Iosabeth autem quæ absconderat eū, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia non interfecit eum.

12 Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

CAP. XXIII.

Ioas vngitur in regem. Athalia interficitur. Domus Baal destruitur.

1 * ANno autem septimo confortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Ieroboham, & Ismahel filium Iohanan, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elizaphat filium Zechri: & iniit cum eis fœdus. 4. Reg. 11. a. 4. Ierobel

2 Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel: veneruntque in Ierusalem.

3 Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege. dixitque ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus super filios Dauid.

4 Iste est sermo quem facietis, Tertia pars vestrum qui veniunt ad sabbathum, sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis. ergo

5 Tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portam quæ appellatur Fundamenti: omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus Domini.

6 Nec quispiam alius ingrediatur domum Domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: ipsi tantummodo ingrediantur quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias Domini.

7 Leuitæ autem circundent regem, habentes singuli arma sua: (& si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur,) sintque cum rege & intrante & egrediente.

CAP. XXIIII.

Ioas tempore Ioiadæ seruat legem. instaurat templum. Ioiada mortuo declinat ad idola. Occidit Zachariam à Deo missum. Interficitur à seruis.

1 * SEptem annorum erat Ioas cùm regnare cœpisset: & quadraginta annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Sebia de Ber-sabee. 4. Reg. 12. a. 1.

2 Fecitque quod bonum est coram Domino cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis.

3 Accepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias.

4 Post quæ placuit Ioas vt instauraret domum Domini.

5 Congregauitque sacerdotes & Leuitas & dixit eis, Egredimini ad ciuitates Iuda, & collligite de vniuerso Israel pecuniam ad sarta tecta templi Dei nostri, per singulos annos, festinatóq; hoc facite: porro Leuitæ egere negligentius. vestri

6 Vocauitq; rex Ioiadam principem, & dixit ei, Quare tibi non fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ierusalē pecuniam quæ constituta est à Moyse seruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonii. R

7 Athalia enim impiissima, & filii eius destruxerūt domum Dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerāt in templo Domini, ornauerunt phanum Baalim. destruxerant ornauerunt

8 Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam: posuerūntque eam iuxta portam Domini foris secus. domus

9 Et prædicatum est, in Iuda & Ierusalem vt deferrent singuli pretiū Domino quod constituit Moyses seruus Dei super omnē Israel in deserto. Exod. 30. b. 11. C

10 Lætatique sunt cuncti principes, & omnis populus: & ingressi contulerunt in arcam Domini, atque miserunt, ita vt impleretur.

11 Cumque tempus esset vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur scriba regis, & quem primus sacerdos constituerat, effundebantque pecuniam quæ erat in arca: porro arcam reportabant ad locum suum: sicque faciebant per singulos dies, & congregata est infinita pecunia.

12 Quam dederūt rex & Ioiada his qui præerant operibus domus Domini: at illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domū Domini: fabros quoque ferri & aris: vt quod cadere cœperat, fulciretur. D

13 Egerūntque hi qui operabantur industriè, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum: ac susceperunt domum Domini in statum pristinū, & firmiter eam stare fecerunt. Dei

14 Cumque complessent omnia opera, detulerunt coram rege & Ioiada reliquā partem pecuniæ de qua facta sunt vasa templi in ministeriū ad holocausta, phialæ quoque & cætera vasa aurea & argentea: & offerebatur holocausta in domo Domini iugi-

ter cunctis diebus Ioiadæ.

E 15 Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus est cùm esset centum triginta annorum.

16 Sepelierúntque eum in Ciuitate Dauid cum regibus, eo quòd fecisset bonum cum Israel, & cum domo eius

17 Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerut regẽ, qui delinitus obsequiis eorum, acquieuit eis.

18 Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, seruierúntq; lucis & sculptilibus: & facta est ira Domini contra Iudam & Ierusalem propter hoc peccatum.

19 Mittebátque eis prophetas, vt reuerterẽtur ad Dominum: quos protestantes, illi audire nolebant.

20 Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem: & stetit in conspectu populi, & dixit eis, Hæc dicit Dominus Deus, Quare transgredimini præcepta Domini, quod vobis non proderit: & dereliquistis Dominum, vt derelinqueret vos?

F 21 Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperium, in atrio domus Domini.

22 Et nõ est recordatus Ioas rex, misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secum
Mat.23.d. 35. sed interfecit filium eius. Qui cùm moreretur, ait, Videat Dominus & requirat.

23 Cúmque euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ: venitque in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi in Damascum.

G 24 Et certè cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinẽ: eo quòd dereliquissent Dominum Deum patrum suorum: in Ioas quoque iguominiosa exercuere iudicia.

25 Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis: surrexerunt autem contra eum serui sui, in vltionem sanguinis Zachariæ filii Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est: sepelierúntque eum in Ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regum.

26 Insidiati vero sunt ei Zabad filius Semaath Ammonitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis.

27 Porro filii eius, ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in Libro regum: & regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

CAP. XXV.

Amasias occidit interfectorum patris sui. Monetur ne viribus humanis fidat. Petuit Idumæorum deos adorans corripitur: traditurque in manus inimicorum, & occiditur.

4.Reg.14. a.1. 1 VIgintiquinque annorum erat Amasias cum regnare cœpisset, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Ioiadan de Ierusalem.

2 Fecitque bonum in conspectu Domini, veruntamen non in corde perfecto.

3 Cúmque roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suum.

4 Sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in Libro legis Moysi, vbi præcepit Dominus, dicens, Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis: sed vnusquisque in suo peccato morietur. Deuteron 24.c.16. 4.Reg.14.b. 6.ex.vltim. 2.Par.25.b.

5 Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias, tribunósque & centuriones in vniuerso Iuda & Beniamin. E & recensuit à viginti annis sursum, inuenítque triginta millia iuuenum qui egrederentur ad pugnam, & tenerent hastam & clypeum.

6 Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti.

7 Venit autem homo Dei ad illum, & ait, O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel: non est enim Dominus cum Israel & cunctis filiis Ephraim.

8 Quod si putas in robore exercitus bella cõsistere, superari te faciet Deus ab hostibus, Dei quippe est & adiuuare, & in fugã conuertere.

9 Dixitq; Amasias ad hominem Dei, Quid C ergo fiet de centum talentis quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei, Habet Dominus vnde tibi dare possit multo his plura.

10 Separauit itaq; Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locum suum: at illi contra Iudam vehementer irati, reuersi sunt in regionem suam.

11 Porro Amasias confidenter eduxit populum suum, & abiit in Vallem-salinarũ, percussítque filios Seir, decem millia. D

12 Et alia decem millia virorũ ceperunt filii Iuda, & adduxerunt ad præruptũ cuiusdã petræ, præcipitauerúntque eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt.

13 At ille exercitus, quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in ciuitatibus Iuda, à Samaria vsque ad Beth-horon, & interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnam.

14 Amasias quoque post cædem Idumæorũ & allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incensum.

15 Quam ob rem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam, qui diceret ei, Cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suum de manu tua?

16 Cúmq; hæc ille loqueretur, respondit ei E Num consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te. Discedénsq; propheta, Scio inquit, quòd cogitauerit Deus occidere te, qui & fecisti hoc malũ, & insuper non acquieuisti consilio meo.

17 Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio, misit ad Ioas filium Ioachaz filii Iehu regem Israel, dicens, Veni, videamus nos mutuo.

18 At ille remisit nuntios, dicẽs, Cardous qui est in Libano misit ad cedrũ Libani, dicẽs: Da filiam

Da filiã tuam filio meo vxorem: & ecce, bestiæ quæ erant in sylua Libani transierunt & conculcauerunt carduum. Dixisti,

F 19 Percussi Edom: & ideirco erigitur cor tuum in superbiam, sede in domo tua, cur malum aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Iudas tecum?

autem 20 Noluit audire Amasias, eo quòd Domini esset voluntas vt traderetur in manus hostium propter deos Edom.

21 Ascendit igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus: Amasias autem rex Iuda erat in Beth-sames Iudæ.

22 Corruitque Iudas coram Israel, & fugit in tabernacula sua.

23 Porro Amasiam regem Iuda filium Ioas filii Ioachaz, cepit Ioas rex Israel in Beth-sames, & adduxit in Ierusalem: destruxitq; murum eius à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

G 24 Omne quoque aurum, & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed-edom, in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidum reduxit in Samariam.

25 Vixit autẽ Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel, quindecim annis,

26 Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum & nouissimorum scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel.

27 Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cúmque fugisset in Lachis, miserunt & interfecerunt eum ibi.

in 28 Reportantésque super equos, sepelierũt eum cum patribus suis in Ciuitate Dauid.

CAP. XXVI.

Ozias quæris Deum, & viuit Philisthæos. Agriculturæ deditus est, Vsurpans sacerdotum officium, percutitur lepra. Ioatham regit domum. Ozias moritur.

4.Reg.14. f.21. 1 * OMnis autem populus Iuda, filiũ eius Oziam annorum sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo.

2 Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis.

3 Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Iechelia de Ierusalem.

4 Fecitque quod erat rectum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius.

Deum 5 Et exquisiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligẽtis & videtis Deũ: cúmque requireret Dominũ, direxit eum in omnibus.

6 Deniq; egressus est, & pugnauit contra Philisthiim, & destruxit murũ Getin, & murum Iabniæ, murúmque Azoti: ædificauit quoque oppida in Azoto, & Philisthiim.

in 7 Et adiuuit eum Deus contra Philisthæum, contra Arabes qui habitabãt in Gur-baal, & contra Ammonitas.

8 Appẽdebántq; Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum est nomen eius vsque ad introitum Aegypti, propter crebras victorias.

9 Aedificauit quoque Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portã vallis, & reliquas, in eodem muri latere, firmauítque eas. Aedificauitque

10 Extruxit etiam turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas: eo quòd haberet multa pecora tam in campestribus, quàm in eremi vastitate: vineas quoque habuit & vinitores in montibus, & in carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus.

11 Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæque doctoris, & sub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis.

12 Omnisque numerus principum per familias, virorum fortium, duorum millium sexcentorum.

13 Et sub eis vniuersus exercitus trecentorum septem millium quingentorum: qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduersarios dimicabant.

14 Præparauit quoq; eis Ozias, id est cuncto C exercitui clypeos & hastas & galeas & loricas, arcúsq; & fundas ad iaciendos lapides.

15 Et fecit in Ierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent sagittas, & saxa grandia: egressúmque est nomẽ eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset illum.

16 Sed cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum: ingressúsque, templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis.

17 Statimque ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixerunt,

18 Non est tui officii Ozia, vt adoleas incensum Domino: sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministeriũ: egredere de sanctuario, ne cõtempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.

in 19 Iratúsque Ozias, & tenens in manu thuribulum vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus: statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus, in domo Domini super altare thymiamatis.

20 Cúmq; respexisset eũ Azarias põtifex, & omnes reliqui sacerdotes: viderũt lepram in fronte eius, & festinatò expulerũt eum: sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quod sensisset illico plagam Domini. 4.Reg. 15.5.

21 * Fuit igitur Ozias rex leprosus vsque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini. Porro Ioatham filius eius rexit domam regis, & iudicauit populum terræ. iudicabat

22 Reliqua autem sermonũ Oziæ priorum & nouissimorum scripsit Esaias filius Amos, propheta.

23 Dormiuitque Ozias cum patribus suis, & sepelierunt eum in agro regalii sepulchro

rum, eo quòd esset leprosus: regnauitque Ioatham filius pro eo.

CAP. XXVII.

Ioatham pius vincit Ammonitas. Deum sequitur. Eo mortuo succedit Achaz.

4.Reg.15. 2.Par.33. 1 * VIginti quinq; annorum erat Ioatham cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Ierusa filia Sadoc.

2 Feciteque quod rectum erat coram Domino iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus: excepto quòd non est ingressus templum Domini: & adhuc populus delinquebat.

B 3 Ipse ædificauit portam domus Domini excelsam: & in muro Ophel multa construxit.

4 Vrbes quoque ædificauit in montibus Iudæ: & in saltibus castella, & turres.

5 Ipse pugnauit cõtra regem filiorum Ammon, & vicit eos: dederũntque ei filii C mon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filii Ammon in anno secundo & tertio.

6 Correboratúsque est Ioatham, eo quòd direxisset vias suas corã Domino Deo suo.

7 Reliqua autem sermonum Ioatham, & o- D mnes pugnæ eius, & opera, scripta sunt in Libro regum Israel & Iuda.

8 Viginti quinque annorum erat cùm regnare cepisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem.

9 Dormiuitque Ioatham cum patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

CAP. XXVIII.

Achaz impius traditur Syris, Israelitæ aruinat. crudelitatis in Iudam. Iuda affligitur ab Idumæis & Philistæis. Achaz seruit idolis. Moritur, & succedit Ezechias.

4.Reg.16. 2.Par.28. 1 * VIginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: non fecit rectum in conspectu Domini sicut Dauid pater eius.

2 Sed ambulauit in viis regum Israel, insuper & flatuas fudit Baalim.

3 Ipse est qui adoleuit incensum in Valloben-ennon: & lustrauit filios suos in igne iuxta ritum Gentium, quas interfecit Dominus in aduentu filiorum Israel.

4 Sacrificabat quoque, & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso.

5 Tradíditque eum Dominus Deus eius in manus regis Syriæ, qui percussit eum, magnámque prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damascum: manibus quoq; regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi.

6 Occidítque Phacee filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eo quòd reliquissent Dominum Deum patrum suorum.

7 Eodem tempore occidit Zechri vir potẽs ex Ephraim, Maasiam filium regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanã quoque secundum à rege.

8 Ceperũntque filii Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam: pertulerúntque eam in Samariam. E

9 Ea tempestate erat ibi propheta Domini, nomine Oded: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis, Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cælum pertingeret vestra crudelitas.

10 Insuper filios Iuda, & Ierusalem vultis vobis subiicere in seruos, & ancillas, quod nequaquam facto opus est: peccatis enim super hoc Domino Deo vestro.

11 Sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris: quia magnus furor Domini imminet vobis.

12 Steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Iohanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellem, & 'Amassas filius Hadali, contra eos qui veniebant de prælio, 'Amasia

13 Et dixerunt eis, Nõ introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino: quare vultis adiicere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum est, & ira furoris Domini imminet super Israel.

14 Dimiseruntque viri Israel bellatores prædam & vniuersa quæ ceperant coram principibus & omni multitudine.

15 Steterúntque viri quos suprà memorauimus: & apprehendentes captiuos, omnésq; qui nudi erant, vestierunt de spoliis: cũmque vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissentque propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt Iericho Ciuitatem palmarum ad fratres eorum, ipsíque reuersi sunt in Samariam. eos

16 Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium.

17 Venerũntq; Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & ceperunt prædam magnam.

18 Philisthiim quoq; diffusi sunt per vrbes campestres, & ad Meridiem Iudæ: ceperúntque Beth-sames, & Aialõ, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnan, & Gamzo cum viculis suis: & habitauerunt in eis.

19 Humiliauerat enim Dominus Iudã propter Achaz regem Iuda, eo quòd nudasset eũ auxilio, & contẽptui habuisset Dominũ. D

20 Adduxítque contra eum Thelgath-phalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eũ, & nullo reſistente vastauit.

21 Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo regum ac principum, dedit regi Assyriórũ munera: & tamen nihil ei profuit.

22 Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se rex Achaz.

23 Immolauit diis Darmasci victimas, per- cussio

cussoribus suis, & dixit, Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi, cum econtrario ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israel.

24 Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque confractis, clausit ianuas templi Dei: & fecit sibi altaria in vniuersis Angulis Ierusalem. Domini

25 In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum patrum suorum.

26 Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum, & nouissimorum scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel.

27 Dormiuitq; Achaz cum patribus suis: & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israel. Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XXIX.

Ezechias instaurat templum Dei. Oratio Ezechiæ ad sacerdotes & Leuitas. Mundant templum. Ezechias cum principibus sacrificat in templo, & canunt laudes. Hymni Dauidis, & Asaph.

4.Reg.18. 2.Par.29. 1 * IGitur Ezechias regnare cœpit, cùm viginti quinque esset annorum, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: Nomen matris eius Abia, filia Zacharix.

2 Feciteque quod erat placitum in conspectu Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipse

3 *Ipso anno & mense primo regni sui aperuit valuas domus Domini, & instauravit eas.

4 Adduxítque sacerdotes, atque Leuitas, & congregauit eos in plateam Orientalem,

5 Dixítque ad eos, audite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum nostrorum, & auferte omnẽ immunditiam de sanctuario. vestro-rum.

6 Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, & reliquentes eum: auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum.

B 7 Clausérunt ostia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incensúmq; non adoleuerunt & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel

8 Concitatus est itaque furor Domini super Iudam & Ierusalem: tradidítque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilũ, sicut ipsi cernitis oculis vestris.

9 Ecce corruerunt patres nostri gladiis: filii nostri, & filiæ nostræ, & coniuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus.

10 Nunc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cum Domino Deo Israel, & auertet à nobis furorem iræ suæ.

11 Filii mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt stetis corã eo, & ministretis illi, colatísque eum, & cremetis ei incensum.

12 Surrexerunt ergo Leuitæ: Mahath filius Amasai, & Ioel filiꝰ Azariæ, de filiis Caath: porro de filiis Merari, Cis filiꝰ Abdi, & Azarias filius Ialaleel: de filiis autem Gerson, Ioath filius Zemma, & Eden filius Ioab: C,

13 At verò de filiis Elisaphan, Samri & Iahiel de filiis quoque Asaph, Zacharias & Mathanias:

14 Nécnon de filiis Heman, Iahiel & Semei: sed & de filiis Idithun, Semeias & Oziel.

15 Congregauerũntque fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mandatum regis & imperium Domini, vt expiarent domum Dei.

16 Sacerdotes quoque ingressi templum Domini, vt sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intro repererant in vestibulo domus Domini: quam tulerunt Leuitæ, & asportauerunt ad Torrentem-cedron foras.

17 Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, & in die octauo eiusdem mensis ingressi sunt porticum domus templi Domini: expiauerúntque templum diebus octo, & in die sextadecima mẽsis eiusdem, quod cœperant impleuerunt. D

18 Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei, Sanctificauimus omnẽ domum Domini, & altare holocausti, vasáque eius, nécnon & mensam propositionis cum omnibus vasis suis.

19 Cunctámque templi supellectilem, quam polluerat rex Achaz in regno suo, postquã prævaricatus est: & ecce exposita sunt omnia coram altari Domini.

20 Consurgénsque diluculo Ezechias rex, aduocauit omnes principes ciuitatis, & ascendit in domum Domini:

21 Obtulerúntque simul tauros septem, & arietes septem, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda: dixítque sacerdotibus filiis Aaron, vt offerrent super altare Domini. E

22 Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare: mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt: immolauerunt agnos, & fuderunt super altare sanguinem: immola nerũtq;

23 Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine: imposuerũtque manus suas super eos:

24 Et immolauerunt illos sacerdotes, & aspersérunt sanguine eorũ coram altari pro piaculo vniuersi Israelis: pro omni quippe Israel præceperat rex vt holocaustum fieret, & pro peccato.

25 Constituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis & psalteriis, & citharis secundum dispositionem Dauid regis, & Gad videntis, & Nathan prophetæ: siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum eius. F

26 Steterúntque Leuitæ tenentes organa Dauid, & sacerdotes tubas.

27 Et iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare: cúmq; offerrẽtur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis, quæ Dauid rex Israel reperterat, cõcrepare.

22 Omni autem turba adorante, cantores, & ii qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec compleretur holocaustum.

29 Cúmque finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt.

30 Præcepitque Ezechias, & principes Leuiti, vt laudarẽt Dominum sermonibus Dauid & Asaph videntis: qui laudauerunt *Deum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt.

31 Ezechias autem etiam hæc addidit, Implestis manus vestras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente deuota.

32 Porrò numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros *sexaginta, arietes centum, agnos ducentos.

33 Sanctificauerúntque Domino boues sexcentos, & oues tria millia.

34 Sacerdotes vero pauci erant, nec *poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarẽtur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm sacerdotes.

35 Fuerunt ergo holocausta plurima: adipes pacificorum, & libamina holocaustorũ: & completus est cultus domus Domini.

36 Lætatúsque est Ezechias, & omnis populus, eo quòd ministerium *Domini esset expletum. Derepente quippe hoc fieri placuerat.

CAP. XXX.

Ezechiæ iussa celebratur Phasę. Exhortatio vt reuertatur Israel ad Deum. Cor conuertit Deus. Ezechias erat pro populo. Benedicunt Leuitæ populo.

1 MIsit quoque Ezechias ad omnẽ Israel & Iudam scripsitque epistolas ad Ephraim & Manassen, vt venirent ad domum Domini in Ierusalem, & facerent phasę Domino Deo Israel.

2 Initoergo consilio regis, & principum, & vniuersi cœtus Ierusalem, decreuerunt vt facerent phasę mense secundo.

3 Non enim occurrerant facere in tempore suo: quia sacerdotes qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus *nondum congregatus fuerat in Ierusalem.

*Nec dum erat congregatus

4 Placuitque sermo regi & omni multitudini.

5 Et decreuerunt vt mitterent nuntios in vniuersum Israel de Ber-sabee vsque Dã, vt venirẽt & facerent phasę Domino Deo Israel in Ierusalem: multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est.

6 Perrexerúntque cursores cum epistolis ex regis imperio, & principum eius, in vniuersum Israel & Iudam iuxta id quod rex iusserat prædicantes, Filii Israel reuertimini ad Dominũ Deum Abrahã, & Isaac, & Israel: & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorum.

B 7 Nolite fieri sicut patres vestri & fratres, qui recesserunt a Domino Deo patrũ suorum, & tradidit eos in interitum, vt ipsi cernitis.

8 Nolite indurare cervices vestras, sicut patres vestri, tradite manus vestras Domino, & venite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in æternum: seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris eius.

9 Si enim vos reuersi fueritis ad Dominũ, fratres vestri, & filii habebunt misericordiam coram dominis suis, qui illos duxerunt captiuos, & reuertentur in terrã hanc: pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum.

10 Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Manasse, vsque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos.

11 Attamen quidam viri ex Aser & Manasse & Zabulon acquiescentes consilio, venerunt Ierusalem.

12 In Inda vero facta est manus *Domini, vt daret eis cor vnum vt facerent iuxta præceptũ regis & principum, verbũ Domini.

*Dei

13 Congregatique sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent Solennitatem azymorum in mense secundo. C

14 Et surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Ierusalem: atque vniuersa, in quibus idolis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in Torrentem cedron.

15 Immolauerunt autem phasę quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Leuitæ tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini.

16 Steterũntque in ordine suo iuxta dispositionem & legem Moysi hominis Dei: sacerdotes vero suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum.

17 Eo quòd multa turba sanctificata non esset: & ideirco immolarent Leuitæ phasę his qui non occurrerant sanctificari Domino.

18 Magna etiam pars populi de Ephraim & Manasse & Issachar & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comẽdit Phasę, nõ iuxta quod scriptum est: & orauit pro eis Ezechias, dicens,

19 Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum: & non imputabit eis quòd minus sanctificati sunt.

20 Quem exaudiuit Dominus, & placatus est populo. D

21 Fecerũntque filii Israel, qui inuenti sunt in Ierusalem, Solennitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per singulos dies, Leuitæ quoque & sacerdotes per organa, quæ suo officio congruebant.

22 Et locutus est Ezechias ad cor omnium Leuitarum qui habebant intelligentiam bonam super Domino: & comederunt septem diebus Solennitatis immolantes victimas pacificorum, & laudantes Dominum Deum patrum suorum.

23 Placuitque vniuersæ multitudini vt celebrarent

*enim brarent etiam alios dies septem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio.

24 Ezechias autem rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, & septem millia ouium, principes verò dederant populo tauros mille, & oues decem millia: sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo.

25 Et hilaritate perfusa omnis turba Iuda tam sacerdotum & Leuitarum, quàm vniuersæ frequentia quæ venerat ex Israel: proselytorum quoque de terra Israel, & habitantium in Iuda.

26 Factáque est grandis celebritas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filii Dauid regis Israel in ea vrbe non fuerat.

27 Surrexerunt autem sacerdotes atque Leuitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorum, peruenítque oratio in habitaculum sanctum cæli.

CAP. XXXI.

Populus simulachra & lucos demolitur. Ezechias sacerdotes & Leuitas constituit, qui decimas dari eis iubet, vt verbo Dei liberius vacent. Ezechias toto corde quæris Deum.

1 CVmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel, qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt simulachra, succiderúntque lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt: non solùm de vniuerso Iuda & Beniamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent: reuersíque sunt omnes filii Israel in possessiones & ciuitates suas.

2 Ezechias autem constituit turmas sacerdotales, & Leuiticas per diuisiones suas: vnumquenque in officio proprio, tam sacerdotum videlicet, quàm Leuitarum, ad holocausta & pacifica, vt ministrarent & confiterentur, canerẽntque in portis castrorum Domini.

3 Pars autem regis eorum erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum manè semper & vespere, Sabbathis quoque, & Calendis, & solennitatibus cæteris, sicut *Domini scriptum est in lege *Moysi.

B 4 Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi Domini.

5 Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filii Israel frumenti, vini, & olei, mellis quoque: & omnium quæ gignit humus decimas obtulerunt.

6 Sed & filii Israel & Iuda, qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas boum & ouium, decimásque sanctorum, quæ vouerant Domino Deo suo: atque vniuersa portantes, fecerunt aceruos plurimos.

7 Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta, & mense septimo complecuerunt eos.

8 Cúmque ingressi fuissent Ezechias & principes eius, viderunt aceruos, & benedixerunt Domino ac populo Israel.

9 Interrogauitque Ezechias sacerdotes & Leuitas cur ita iacérent acerui.

C 10 Respondit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, dicens, Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima: eo quòd benedixerit Dominus populo suo: reliquiarum autem copia est ista, quam cernis.

11 Præcepit igitur Ezechias vt præpararent horrea in domo Domini.

12 Quod cum fecissent, intulerunt tam primitias quàm decimas, & quæcunque vouerant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius, secundus.

13 Post quem Iahiel, & Azazias, & Nahath, & Asael, & Ierimoth, Iosabad quoq; & Eliel, & Ismachias, & Mahath, & Banaias, præpositi sub manibus Chonenię & Semei fratris eius, ex imperio Ezechię regis & Azariæ pontificis domus Dei, ad quos omnia referebantur.

14 Core verò filius Iemna Leuites, & ianitor Orientalis portæ, præpositus erat iis quæ sponte offerebantur *Domino, primitiísque & consecratis in Sanctasanctorum. *Deo,

15 Et sub cura eius Eden & Beniamin, Iesue & Semeias, Amarias quoque & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus: D

16 Exceptis maribus ab annis tribus & suprà, cunctis qui ingrediebantur templum Domini, & quicquid per singulos dies *conducebant in ministerio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas: *conducebat

17 Sacerdotibus per familias, & Leuitis à vicesimo anno & suprà, per ordines & turmas suas.

18 Vniuersæque multitudini tam vxoribus quàm liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi de his, quæ sanctificata fuerant præbebantur:

19 Sed & filiorum Aaron per agros, & suburbana vrbium singularum dispositi erant viri, qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus & Leuitis. *Fecit

20 Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Inda: operatúsque est bonum & rectum, & verum coram Domino Deo suo. *Dei

21 In vniuersa cultura ministerii domus *Domini, iuxta legem & cæremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque, & prosperatus est.

CAP. XXXII.

Sennacherib blasphemus inuadit Iudam. Ezechias hortatur populum ad fiduciam in Deum. Orante Ezechia angelus percutit Assyrios. Sennacherib occiditur à filiis. Ezechias ægrotat, ingratus in Deum: quare à Deo derelictus & tentatus. Moritur. Succedit Manasses.

1 POst quæ & huiusce modi veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorum: & ingressus Iudam, obsedit ciuitates munitas, volens eas capere. 4. Reg. 18. ex 3. 17. ad 36. &c.

2 Quod cum vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Ierusalem,

3 Inito cum principibus consilio, virisque

fortissimis, vt obturarent capita fontium qui erant extra vrbem, & hoc omnium decernente sententia,
4 Congregauit plurimam multitudinem, & obturauerunt cunctos fontes & riuum qui *fluebant in medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam.
5 AEdificauit quoque agens industriè omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & foris secus alterum murum: instauratque Mello in Ciuitate-Dauid, & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos.
B 6 Constituitque principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens.
7 Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo.
8 Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster qui auxiliator est noster, pugnántque pro nobis. Confortatúsque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda.
9 Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos in Ierusalem (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum, qui erat in vrbe dicens,
C 10 Hæc dicit Sennacherib rex assyriorum. In quo habentes fiduciam, sedetis obsessi in Ierusalem?
11 Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, assirmans quòd Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum?
12 Nunquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius, & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens, Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum?
13 An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? nunquid prævaluerunt dii gentium, omniúmque terrarum liberare regionem suã de manu mea?
14 Quis est de vniuersis diis gentium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt possit etiã Deus vester eruere vos de hac manu?
D 15 Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarũ Gentium atque *regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de hac manu mea.
16 Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra Dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius.
17 Epistolas quoque scripsit, plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, & locutus est aduersum eum, Sicut dii gentium exterarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum de manu ista.
18 Insuper & clamore magno, lingua Iudaica, contra populum qui sedebat in muris Ierusalem personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem.
19 Locutúsque est contra Deum Israel, sicut aduersum deos populorum terræ, opera manuum hominum. *Ierusalem
20 Orauerunt igitur Ezechias rex, & Esaias filius Amos prophetes, aduersum hanc blasphemiam, ac vociferati sunt vsque in cælum. E
21 Et misit Dominus angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. Reuersúsque est cum ignominia in terram suam. Cúmque ingressus esset domum dei sui, filii qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio.
22 Saluauítque Dominus Ezechiam, & habitatores Ierusalem, de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit ei quietem per circuitum.
23 Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus.
24 *In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, & orauit Dominum: exaudiuítque eum, & dedit ei signum. *4.Reg.20. a.12 ſ.
25 Sed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia elevatum est cor eius: & facta est contra eum ira, & contra Iudam & Ierusalem. 38.a.1.
26 Humiliatúsque est postea, eo quòd exaltatum fuisset cor eius, tam ipse quàm habitatores Ierusalem: & idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ.
27 Fuit autem Ezechias diues, & inclytus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit argẽti & auri & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & G vasorum magni pretii.
28 Apothécas quoque frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulásque pecorum, & vrbes sex ædificauit sibi.
29 Habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles, eo quòd dedisset ei *Dominus substantiam multam nimis. *Deus
30 Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad Occidentem Vrbis-Dauid: in omnibus operibus suis fecit prospere quæ voluit.
31 Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod accideratsuper terram, dereliquit eum Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius.
32 Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & misericordiarum eius scripta sunt in visione Esaiæ filii Amos, prophetæ, & in Libro regum Iuda & Israel.
33 Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eũ super sepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: regnauítque Manasses filius eius pro eo.

CAP. XXXIII.

Manasses instaurat excelsa. Ducitur captiuus in Babylonem. Afflictus, continuò orat, exauditur. Immolat victimas & laudes, præcepitque vt Deo seruiant. Moritur. Succedit Amon.

4.Reg.21. a.1. 1 DVodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset: & quinquaginta-quinque annis regnauit in Ierusalem.
2 Fecit autem malum coram Domino, iuxta abominationes Gentium quas subuertit Dominus coram filiis Israel.
3 Et conuersus instaurauit excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius: construxítque aras Baalim, & fecit lucos: & adorauit omnẽ militiã cæli, & coluit eam.
4.Reg.7. a.10. 4 AEdificauit quoque altaria in domo Domini, de qua dixerat Dominus, *in Ierusalem erit nomen meum in æternum.
5 AEdificauit autem ea cuncta exercitui cælis in duobus atriis domus Domini.
6 Transíréque fecit filios suos per ignem, in Valle-ben-ennon: obseruabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat: habebat secum magos & incantatores: multáque mala operatus est coram Domino, vt irritaret eum.
*Del 4.Reg.7. a.10. E 7 Sculptile quoque, & conflatile signum posuit in domo *Domini, *de qua locutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, dicens, In domo hac, & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel ponam nomen meum in sempiternum.
8 Et mouere non faciam pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorum: ita dumtaxat si custodierint facere, quæ præcepi eis, cunctámque legem, & cæremonias atque iudicia quæ mandaui per manum Moysi.
9 Igitur Manasses seduxit Iudam & habitatores Ierusalem, vt facerent malum super omnes Gentes quas subuerterat Dominus à facie filiorum Israel.
10 Locutúsque est Dominus ad eum, & ad populum illius: & attendere noluerunt.
11 Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum: ceperúntque Manassen, & vinctum catenis, atque compedibus duxerunt in Babylonem.
12 Qui postquam coangustatus est, orauit Dominum Deum suum: & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum.
C 13 Deprecatúsque est eum, & obsecrauit intentè: & exaudíuit orationem eius, reduxítque eum Ierusalem, in regnum suum. & cognouit Manasses quod Dominus ipse esset Deus.
14 Post hæc ædificauit murum extra Ciuitatem-Dauid ad occidentem Gihon, in conualle: ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Ophel, & exaltauit illum vehementer: constituítque principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis.
15 Et abstulit deos alienos, & simulachrum de domo Domini, aras quoque quas fecerat in monte domus Domini, & in Ierusalem: & proiecit omnia extra vrbem.
16 Porro instauravit altare Domini, & immolauit supr illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepitque Iudæ vt seruiret Domino Deo Israel.
17 Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo.
18 Reliqua autem gestorum Manasse, & obsecratio eius ad Deum suum: verba quoque videntium qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel.
19 Oratio quoque eius & exauditio, & cunD ſta peccata, atque contemptus, loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas, antequam ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozái.
20 Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua: regnáuitque pro eo filius eius Amon.
21 Viginti duorum annorum erat *cùm regnare cœpisset: & duobus annis regnauit in Ierusalem. *Amon
22 Fecitque malum in conspectu Dómini, sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis idólis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit.
23 Et non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multo maiora deliquit.
24 Cúmque coniurassent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua.
25 Porro reliqua populi multitudo, cæsis iis qui Amon percusserant, constituit regem Iosiam filium eius pro eo.

CAP. XXXIIII.

Iosias subuertit idola. Iubet instaurari templum. Deuteronomium inuentum adfertur ei. Lecto eo terrore concussus, consulit Deum per prophetissam. Fletlegit illud coram omni populo. Percutit fœdus coram Deo.

4.Reg.22. a.1. 1 OCto annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset, & triginta & vno anno regnauit in Ierusaleu.
2 Feceríque quod erat rectum in conspectu Domini & ambulauit in viis Dauid patris sui: non declinauit neque ad dexteram, neque ad sinistram.
3 Octauo autem anno regni sui, cùm adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid: & duodecimo anno postquam regnare cœperat, mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulachrisque, & sculptilibus.
4 Destruxerúntque coram eo aras Baalim: g & simulachra quæ superpósita fuerant, demoliti sunt lucos etiam, & sculptilia succidit atque comminuit: & super *cumulos eorum qui eis immolare consueuerant, fragmenta dispersit. *rumulos
5 Ossa præterea sacerdotum combusit in g altaribus idolorum, mundaríque Iudam & Ierusalem.
6 Sed & in vrbibus Manasse, & Ephraim, & Simeon vsque Nephthali cuncta subuertit.
7 Cúmq; altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contrivisset in frusta, cunctáque ido-

Universidad de Deusto Biblioteca

lubra demolitus esset de vniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalem.

8 Igitur anno octauodecimo regni sui, mundata iam terra, & templo Domini, misit Saphan filium Eseliæ, & Maasiam principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz, à commentariis: vt instaurarent domum Domini Dei sui.

9 Qui venerunt ad Helciam sacerdotem magnum: acceptáque ab eo pecunia, quæ illata fuerat in domum Domini, & quam congregauerant Leuitæ, & ianitores de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquiis Israel, ab omni quoque Iuda, & Beniamin, & habitatoribus Ierusalem.

10 Tradiderunt in manibus eorum qui præerant operariis in domo Domini, vt instaurarent templum, & infirma quæque sarcirent.

11 At illi dederunt eam artificibus, & cementariis: vt emerent lapides de pidibus, & ligna ad commissuras ædificij, & ad contignationem domorum, quas destruxerant reges Iuda.

12 Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpositi operantium, Iahath & Abdias de filiis Merari: Zacharias & Mosollam de filiis Caath, qui vrgebant opus: omnes Leuitæ scientes organis canere.

13 Super eos verò, qui ad diuersos vsus onera portabant, erant scribæ, & magistri de Leuitis ianitores.

14 Cumque efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos librum legis Domini, qui datus fuerat per manum Moysi.

15 Et ait ad Saphan scribam, Librum legis inueni in domo Domini: & tradidit ei.

16 At ille intulit volumen ad regem, & nuntiauit ei, dicens, Omnia quæ dedisti in manu seruorum tuorum, ecce complentur.

17 Argentum, quod repertum est in domo Domini, conflauerunt: datúmque est præfectis artificum, & diuersa opera fabricantium.

18 Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librum.

19 Quem cùm rege præsente recitasset, audisseque ille verba legis scidit vestimenta sua:

20 Et præcepit Helciæ, & Ahicam filio Saphan, & abdom filio Micha, Saphan quoque scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicens.

21 Ite, & orate Dominum pro me, & pro reliquiis Israel & Iuda, super vniuersis sermonibus libri istius qui repertus est: magnus enim furor Domini stilauit super nos eo, quod non custodierint patres nostri verba Domini, vt facerent omnia quæ scripta sunt in isto voluminе.

22 Abiit ergo Helcias, & hi qui simul à rege missi fuerant, ad Oldam prophetidem vxorem Sellum filii Thecuat, filii Hasra custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem in Secunda: & locuti sunt ei verba quę suprà narrauimus.

23 At illa respondit eis, Hæc dcit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me,

24 Hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius, cunctáque maledicta quæ scripta sunt in libro hoc quem legerunt coram rege Iuda.

25 Quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum: idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur.

26 Ad regem autem Iuda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini ei, Hæc dicit Dominus Deus Israel,

27 Quoniam audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Domini super his quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Ierusalem, reueritúsque faciem meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: ego quoque exaudiui te, dicit Dominus.

28 Iam enim colligam te ad patres tuos, & inferèris in sepulchrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat.

29 At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem,

30 Ascendit in domum Domini, vnáque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo vsque ad maximum, quibus audientibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis.

31 Et stans in tribunali suo percussit fœdus coram Domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, facerétque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat.

32 Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Beniamin: & fecerunt habitatores Ierusalem iuxta pactum Domini Dei patrum suorum.

33 Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire Domino Deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum.

CAP. XXXV.

Iosias celebrat Phasε. Vulneratus interit. Luget à populo.

1 FEcit autem Iosias in Ierusalem Phasε Domino: quod immolatum est quartadecima die mensis primi.

2 Et constituit sacerdotes in officiis suis: hortatúsque est eos vt ministrarent in domo Domini.

3 Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est, Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificauit Salomon filius Dauid rex Israel: nequaquam enim eam vltrà portabitis, nunc ergo ministrate Domino Deo vestro, & populo eius Israel:

4 Et præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomon filius eius:

5 Et ministrate in sanctuario eius per familias turmásque Leuiticas,

6 Et sanctificati immolate Phasε: fratres etiam vestros, vt possint iuxta verba quæ locutus est Dominus in manu Moysi facere, præparate.

7 Dedit præterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuentus in solennitate Phasε, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia: hæc de regis vniuersa substantia.

8 Duces quoque eius sponte quod vouerant, obtulerunt tam populo, quàm sacerdotibus & Leuitis. Porro Helcias & Zacharias & Iahiel principes domus Domini, dederunt sacerdotibus ad faciendum Phasε, pecora commixtim duo millia sexcenta, & boues trecentos.

9 Chonenias autem, & Semeias etiam, & Nathanael fratres eius: necnon Hasabias, & Iehiel, & Iosabad principes Leuitarum, dederunt exteris Leuitis ad celebrandum Phasε quinque millia pecorum, & boues quingentos.

10 Præparatúmque est ministerium, & steterunt sacerdotes in officio suo: Leuitæ quoque in turmis iuxta regis imperium.

11 Et immolatum est Phasε: aspersérúntque sacerdotes manu sua sanguinem: & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum.

12 Et separauerunt ea vt darent per domos & familias singulorum, & offerrentur Domino, sicut scriptum est in libro Moysi, de bobus quoque fecerunt similiter.

13 Et assauerunt Phasε super ignem, iuxta quod in lege scriptum est, pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: & festinato distribuerunt vniuersæ plebi.

14 Sibi autem, & sacerdotibus postea parauerunt, nam in oblatione holocaustorum & adipum, vsque ad noctem sacerdotes fuerùt occupati: vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filiis Aaron parauerunt nouissimis.

15 Porro cantores filii Asaph stabant in ordine suo, iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Heman, & Idithun prophetarum regis Dauid. Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt nec puncto quidem discederent à ministerio, quamobrem & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos.

16 Omnis igitur cultura Domini rite completa est in die illa, vt facerent Phasε, & offerrent holocausta super altare Domini, iuxta præceptum regis Iosiæ.

17 Fecerúntque filii Israel, qui reperti fuerant ibi, Phasε in tempore illo, & Solennitatem Azymorum septem diebus.

18 Non fuit Phasε simile huic in Israel, à diebus Samuelis prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phasε sicut Iosias, sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitatibus in Ierusalem.

19 Octauodecimo anno regni Iosiæ, hoc

Phasε celebratum est.

20 Postquam instaurauerat Iosias templum, ascendit Nechao rex AEgypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphratẽ: & processit in occursum eius Iosias.

21 At ille missis ad eum nuntiis, air, Quid mihi & tibi est rex Iuda? non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinato ire præcepit: desine aduersum Deum facere: qui mecum est, ne interficiat te.

22 Noluit Iosias reuerti, sed præparauit cõtra eum bellum: nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei, verum perrexit vt dimicaret in campo Mageddo.

23 Ibique vulneratus à sagittariis, dixit pueris suis, Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus sum.

24 Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum qui sequebatur eum more regio: & asportauerunt eum in Ierusalẽ, mortuúsque est: & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum,

25 Ieremias maximè: cuius omnes cantores atque cantatrices, vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiã replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus.

26 Reliqua autem sermonum Iosiæ & misericordiarum eius, quæ lege præcepta sunt Domini, opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel.

CAP. XXXVI.

Ioachaz ducitur in AEgyptum. Substituitur Eliacim qui & Ioachim abducitur in Babylonẽ. Surrogatur Sedechias. Populus contemnit Deum monentem. Ierusalem destructa, abducitur populus in Babylonem. Cyrus remittit populum in Ierusalem.

1 TVlit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosiæ: & constituit regem pro patre suo in Ierusalem.

2 Viginti trium annorum erat Ioachaz cùm regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem.

3 Amouit autem eum rex AEgypti cùm venisset in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri.

4 Constituítque pro eo regem Eliacim fratrem eius, super Iudam & Ierusalem: & vertit nomẽ eius Ioacim. Ipsum verò Ioachaz tulit secum & abduxit in AEgyptum.

5 Viginti quinque annorum erat Ioacim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecitque malum coram Domino Deo suo.

6 Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum: & vinctum catenis duxit in Babylonem.

7 Ad quam & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo.

8 Reliqua autem verborum Ioacim, & abominationum eius quas operatus est, & quæ

Inuentæ 'inuenta sunt in eo, continentur in libro regum Iuda & Israel. Regnauit autē Ioachin filius eius pro eo.

9 Octo annorum erat Ioachin, cùm regnare cœpisset: & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem, fecitque malum in conspectu Domini.

10 Cúmque anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex nuntios, qui & adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini. *Regem vero constituit Sedeciam *patruum eius super Iudam & Ierusalem.

4.Reg.24. d.15.ierc. 37.a.1. *fratrem

11 Viginti & vnius anni erat Sedecias, cùm regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem.

Ierem.42. a.1.

12 *Fecitque malum in oculis Domini Dei sui: nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad se ex ore Domini.

C 13 A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per Deum: & iurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Israel.

14 Sed & vniuersi principes sacerdotum & populus, prænaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes Gentium: & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem.

15 Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos, per manum nuntiorū suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quòd parceret populo, & habitaculo suo.

16 At illi subsannabant nuntios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudebántque prophetis: donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.

17 Adduxit enim super eos regē Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarii sui: non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidē: sed omnes tradidit in manibus eius.

18 Vniuersaque vasa domus Domini, tam D maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis, & principem transtulit in Babylonem.

19 Incenderunt hostes domum Dei destruxérúntque murum Ierusalem: vniuersas turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.

20 Siquis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi & filiis eius, donec imperaret rex Persarum.

21 *Et compleretur sermo Domini ex ore *Vt Ieremiæ: & celebraret terra sabbatha sua: cunctis enim diebus desolationis, egit sabbathum, vsque dum complerentur septuaginta anni.

22 *Anno autē primo Cyri regis Persarum, *Iere. 25.d.11. ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: qui fecit. 2.Par. 36. d. 22. Esdr. 1.a.1. fecit. fecit. fecit

B. Hieronymus ad Domnionem & Rogatianum, in Esdram & Nehemiam præfatio.

VTRVM difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, necdum statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit, vt antè sub fasce ruendum sit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorũ stuces

deret ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem.
6 Vniuersique qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substãtia & iumentis, in supellectili, exceptis his quæ sponte obtulerant.
7 Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui.
D 8 Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis filii Gazabar, & annumerauit ea Sassabasar principi Iudæ.
9 Et hic est numerus eorum. Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti nouem,
10 Scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi, quadringenti decem: vasa alia mille.
11 Omnia vasa aurea & argentea, quinque millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

CAP. II.

Numerus reuertentium è captiuitate.

2. Esdr. 7. 6. 13. 1. Esdr. 5. 6. 9. Iudam
1 * HI sunt autem prouinciæ filii, qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem & Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam.
2 Qui venerunt cum Zorobabel, Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Begai, Rehum, Baana.
3 Numerus virorum populi Israel: Filii Pharos, duo millia centum septuaginta duo.
4 Filii Sephatia, trecenti septuaginta duo.
5 Filii Area, septingenti septuaginta quinq.
6 Filii Phahath moab, filiorum Iosue Ioab duo millia octingenti duodecim.
7 Filii Aelam, mille ducenti quinquaginta quatuor.
8 Filii Zethua, nongẽti quadraginta quinq.
9 Filii Zachai, septingenti sexaginta.
10 Filii Bani, sexcenti quadraginta duo.
11 Filii Bebai, sexcenti viginti tres.
12 Filii Azgad, mille ducenti viginti duo.
13 Filii Adonicam, sexcenti sexaginta sex.
14 Filii Beguai, duo millia quinquaginta sex.
15 Filii Adin, quadringenti quinquaginta quatuor.
16 Filii Ater, qui erant ex Ezechia, nonaginta octo.
17 Filii Besai, trecenti viginti tres.
18 Filii Iora, centum duodecim.
19 Filii Hasum, ducenti viginti tres.
20 Filii Gebbar, nongenti quinque.
E 21 Filii Bethelehem, centum viginti tres.
nonagin ta quinqi 22 Viri Neruphi, quinquaginta sex.
23 Viri Anathoth, centum viginti octo.
24 Filii Azmaueth, quadraginta duo.
25 Filii Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadraginta tres.
26 Filii Rama & Gabaa, sexcenti viginti vnus.
27 Viri Machmas, centum viginti duo.
28 Viri Beth-el & Hai, ducenti viginti tres.
29 Filii Nebo, quinquaginta duo.
30 Filii Megbis, centum quinquaginta sex.
31 Filii Aelam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor.
32 Filii Harim trecenti viginti.
33 Filii Lod hadid & Ono, septingenti viginti quinque.
34 Filii Iericho, trecẽti quadraginta quinq.
35 Filii Senaa, tria millia sexcenti triginta.
36 Sacerdotes: Filii Iadaia in domo Iesue, nongenti septuaginta tres.
37 Filii Emmer, mille quinquaginta duo.
38 Filii Phesbur, mille ducenti quadraginta septem
39 Filii Harim, mille decem & septem.
40 Leuitæ: Filii Iesue & Cedmiel filiorum Odouiæ septuaginta quatuor.
41 Cantores: Filii Asaph, centum vigintiocto.
42 Filii Ianitorum: filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: vniuersi centum triginta nouem.
43 Nathinæi: filii Siha, filii Hasupha, filii Tabbaoth,
44 Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon,
45 Filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub,
46 Filii Hagab, filii Semlai, filii Hanan,
47 Filii Gaddel, Filii Gaher, filii Raaia,
48 Filii Rasin, filii Necoda, filii Gazan,
49 Filii Aza, filii Phasea, filii Besee.
50 Filii Asena, filii Munim, Filii Nephusim,
51 Filii Bacbuc filii Hacupha, Filii Hathur,
52 Filii Besluth, filii Mahida, filii Harsa,
53 Filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,
54 Filii Nasia, filii Hathipha.
55 Filii seruorum Salomonis, filii Sotai, filii Sophereth, filii Pharuda,
56 Filii Iala, filii Dercon,
57 Filii Geddel, filii Saphathia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erant de Asebaim filii Ami.
58 Omnes Nathinæi, & filii seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo.
59 Et hi qui ascenderũt de Thel-mela, Thelharsa, Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel essent.
60 Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quinquaginta duo.
61 Et de filiis sacerdotum: Filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus est nomine eorum.
62 Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. D
63 Et dixit Athersatha eis, Vt non comederent de Sanctosanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus.
64 Omnis multitudo quasi vir vnus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta:
65 Exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem: & in ipsis Cantores atque cantatrices ducenti.
66 Equi eorum sexcenti triginta sex, muli septiẽgenta eorum, ducenti quadraginta quinque.
67 Cameli eorum, quadringenti triginta quinque, asini eorum, sex millia septingenti viginti.
68 Et de principibus patrum cùm ingrederentur templum Domini quod est in Ierusalem,

salem, sponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo.
septaginta 69 Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos septuaginta millia & mille, argenti minas quinque millia, & vestes sacerdotales centum.
70 Habitauerunt ergo sacerdotes & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in vrbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.

CAP. III.

Iosue & Zorobabel ædificant altare. Solemnitas tabernaculorum. Fundato templo laudant Deum, & gratias agunt.

1. Esdr. 5. 1 & 4. 47.
1 * IAmque venerat mensis septimus, & erant filii Israel in ciuitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalem.
2 Et surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Israel, vt offerrent in eo holocaustomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei.
3 Collocauerunt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, & obtulerũt super illud holocaustum Domino mane & vespere.
4 Fecerũntque Solennitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, & holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum, opus diei in die suo.
5 Et post hæc holocaustum iuge, tam in Calendis, quã in vniuersis solẽnitatibus Domini, quæ erãt cõsecratæ, & in omnibus in quibus vitro offerebatur munus Domino.
Domini 6 A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino: porro templum Dei nondum fundarum erat.
7 Dederunt autem pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potum, & oleũ Sidoniis, Tyriisque vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen, iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.
C 2 Anno autem secundo aduentus eorum ad templum Dei in Ierusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: & cõstituerunt Leuitas à viginti annis, & suprà, vt vrgerent opus Domini.
9 Stetitque Iosue & filii eius & fratres eius, Cedmiel & filii eius & filii Iuda, quasi vir vnus, vt instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei: filii Henadad, & filii eorum, & fratres eorum Leuitæ.
10 Fundato igitur à cæmentariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Leuitæ filii Asaph in cymbalis vt laudarent Deum per manus Dauid regis Israel.
D 11 Et concinebant: in hymnis, & confessione Domino, Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quòd fundatum esset templum Domini.
12 Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis & principes patrum, & seniores qui viderant templum prius cùm fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem.
13 Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

CAP. IIII.

Impedimenta ædificatio templi.

3. Esdr. 5. g. 66.
1 * AVdierunt autem hostes Iudæ & Beniamin, quia filii captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Israel.
2 Et accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis, AEdificemus vobiscum, quia ita vt vos quærimus Deum vestrum: & nos immolauimus victimas à diebus Asorhaddam regis Assur, qui adduxit nos huc. & nos sacrificauimus
3 Et dixit eis Zorobabel, & Iosue, & reliqui principes patrum Israel, Non est vobis & nobis vt ædificemus domum Deo nostro: sed nos ipsi soli ædificabimus Deo nostro, Domino sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum.
4 Factum est igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando.
5 Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum Darii regis Persarum.
6 In regno autem Assueri, ipse est Artaxerxes, in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem. E
7 Et in diebus Artaxerxis scripsit Beselam Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum. Epistola autem accusationis scripta erat Syriacè: & legebatur sermone Syro.
8 Reum Beel-teem, & Samsai scriba scripserunt epistolam vnam de Ierusalem Artaxerxi regi, huiusce modi.
9 REVM BEEL-TEEM, & Samsai scriba, & reliqui cõsiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonii, Susanechæi, Dieui, & AElamitæ:
10 Et cæteri de gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus, & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans flumen in pace:
11 (Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi, serui tui, viri qui sunt trans fluuium, salutem dicunt.
12 Notum sit regi quia Iudæi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam: quam ædificant extruentes muros eius, & parietes componentes.
13 Nunc igitur notum sit regi quia si ciuitas C illa ædificata fuerit, & muri eius instau-

rati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & vsque ad reges hæc noxa perueniet.

24 Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus: & quia læsiones regis videre nefas ducimus: idcirco misimus & nunciauimus regi,

25 Vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & inuenies scriptum in commentariis: & scies quoniam, vrbs illa vrbs rebellis est, & nocens regibus & prouinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rem & ciuitas ipsa destructa est.

26 Nuntiamus nos regi quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans fluuiū non habebis.

27 Verbum misit rex ad Reum Beel-teem, & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ cæteris trans fluuium, salutem dicens, & pacem.

D
28 "ACCVSATIONEM, quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me.

29 Et à me præceptum est, & recensuerunt, inuenerūntq; quoniam ciuitas illa diebus antiquis aduersum reges rebellat, & seditiones & prælia concitantur in ea.

30 Nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem: qui & dominati sunt omni regioni quæ trans fluuium est. Tributum quoque, & vectigal, & reditus accipiebant.

31 Nunc ergo audite sententiam, Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa non ædificetur, donec si forte à me iussum fuerit.

32 Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges.

33 Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beel-teem & Samsai scriba, & consiliariis eorum: & abierunt festini in Ierusalē ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore.

Dei,
34 Tunc intermissum est opus domus "Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundū regni Darii regis Persarū.

CAP. V.

Adhortatione Aggæi & Zachariæ reædificatur templum quod tribibere frustra dux Thathanæus conatur. Oculus Dei.

1 PRophetauerunt autem Aggæus prophe ta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudæos qui erant in Iuda & Ierusalem, in nomine Dei Israel.

2 Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec: & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos,

3 In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai qui erat dux trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliarii eorum: sicque dixerūt eis, Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis.

4 Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum authorum ædificationis illius.

B 5 Oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitque, vt res ad Darium referretur, & tunc satisfacerent aduersus accusationem illam.

6 Exemplar epistolæ quam misit Thathanai dux regionis trans flumen, & Stharbuzanāi, & consiliatores eius Arphasachæi qui erant trans flumen, ad Darium regem.

7 Sermo, quē miserant ei, sic scriptus erat, DARIO REGI pax omnis.

8 Notum sit regi isse nos ad Iudæam prouinciam, ad domum Dei magni: quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum.

9 Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis, Quis dedit vobis potestatem vt domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis?

10 Sed & nomina eorū quæsiuimus ab eis, C vt nuntiaremus tibi: scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis.

11 Huiusce modi autem sermonem responderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Dei cæli, & terræ, & ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat.

12 Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: domum quoque hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem.

13 Anno autem primo Cyri regis Babylonis Cyrus rex proposuit edictum vt domus Dei ædificaretur.

14 Nam & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem constituit. D

15 Dixitque ei, Hæc vasa tolle, & vade: & pone ea in templo, quod est in Ierusalem: & domus Dei ædificetur in loco suo.

16 Tunc itaque Sassabasar ille venit, & posuit fundamenta templi Dei in Ierusalem, & ex eo tempore vsque nunc ædificatur, & necdum completum est.

17 Nunc ergo si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, vtrūnam à Cyro rege iussum fuerit vt ædificaretur domus Dei in Ierusalem, & voluntatem regis, super hac re mittat ad nos.

CAP. VI.

Darius ipse iubet templum extrui. Absoluitur Dedicatur. Celebratur pascha. Cor Darii conuersum à Deo.

1 TVnc Darius rex præcepit: & recensiē runt in bibliotheca librorum, qui erāt repositi in Babylone:

2 Et inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, talisque scriptus erat in eo commentarius.

3 ANNO PRIMO Cyri regis, Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolant hostias: & vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta.

Immolēt Cōst. tēp.

4 Ordines de lapidibus impolitis tres, & ordines de lignis nouis: sumptus autem de domo regis dabuntur.

5 Sed & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum in Ierusalem in locum suum, quæ posita sunt in templo Dei.

B 6 Nunc ergo Thathanai dux regionis quæ est trans flumen, Stharbuzanai, & consiliarii vestri Apharsachæi, qui estis trans flumen, procul recedite ab illis,

7 Et dimittite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum & à senioribus eorum, & "domus Dei illa ædificetur in loco suo.

"domum Dei illam ædificent

8 Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ædificetur domus Dei, scilicet vt de arca regis, id est, de tributis quæ dantur de regione trans flumen, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus.

9 Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum Deo cæli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secundum ritum sacerdotum qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies: ne sit in aliquo quærimonia.

10 Et offerant oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis, & filiorum eius.

11 A me ergo positum est decretum, Vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionem tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo: domus autem eius publicetur.

C 12 Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extenderit manum suam vt repugnet, & dissipet domum Dei illam, quæ est in Ierusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo.

13 Igitur Thathanāi dux regionis trans flumen, & Stharbuzanāi, & consiliarii eius, secundum quod præceperat Darius rex, sic diligenter exequi sunt.

14 Seniores autem Iudæorum ædificabant, & prosperabantur iuxta propheriam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo: & ædificauerunt & construxerunt, iubente Deo Israel, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Persarum.

15 Et compleuerunt domum Dei istam, vsque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii regis.

16 Fecerunt autem filii Israel sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio.

D 17 Et obtulerūt in dedicatione domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel, duodecim, iuxta numerum tribuum Israel.

18 Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in vicibus suis super opera Dei in Ierusalem, sicut scriptum est in libro Moysi.

19 Fecerunt autem filii Israel trāsmigrationis Pascha, quartadecima die mēsis primi.

20 Purificati enim fuerant sacerdotes & Leuitæ quasi vnus: omnes mundi ad immolandum Pascha vniuersis filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi.

21 Et comederunt filii Israel qui reuersi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separauerant à coinquinatione Gentium terræ ad eos, vt quærerēt Dominum Deum Israel.

22 Et fecerunt solennitatem azymorum septem diebus in lætitia: quoniam lætificauerat eos Dominus, & conuerterat cor regis Assur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.

CAP. VII.

Esdras doctor legis, sumptis comitibus ascendit Ierusalem, cum edicto Artaxerxis, Gratias agit Deo.

1 POst hæc autem verba in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ.

2 Filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob,

3 Filii Amariæ, filii Azariæ, filii Maraioth,

4 Filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio.

5 Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel: & dedit ei rex secundum manum Domini Dei eius super eū omnem petitionem eius.

6 Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis sacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis in Ierusalem anno septimo Artaxerxis regis.

7 Et venerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis. Quia in primo die mensis primi cœperat ascendere de Babylone,

8 Et in primo die mensis quinti venit in Ierusalem, iuxta manum Dei sui bonam super se.

9 Esdras autem parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium.

10 Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, E quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribe erudito in sermonibus & præceptis Domini, & exemplis eius in Israel.

11 ARTAXERXES rex regū Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cæli doctissimo, salutem.

12 A me decretum est, vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ierusalem, tecum vadat.

13 A facie enim regis, & septem consiliatorum eius missus es, vt visites Iudæam & Ie

rusalē in lege Dei tui, quæ est in manu tua:
24 Et vt feras argentum & aurum quod rex & consiliatores eius sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculum est,
25 Et omne argentum & aurum quodcunq; inueneris in vniuersa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de sacerdotibus qui sponte obtulerint domui Dei sui quæ est in Ierusalem, liberè accipe,
C 26 Et studiosè eme de hac pecunia vitulos arietes, agnos, & sacrificia & libamina eorum, & offer ea super altare templi Dei vestri quod est in Ierusalem.
27 Sed & si quid tibi & fratribus tibi placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta voluntatem Dei vestri facite.
28 Vasa quoque quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Ierusalem.
29 Sed & cætera quibus opus fuerit in domum Dei tui quantumcunque necesse est vt expendas, dabis de thesauro, & de fisco regis, & à me.
30 Ego Artaxerces rex statui atque decreui omnibus custodibus areæ publicæ, qui sunt trans flumen, vt quodcunque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cæli, absque mora detis,
31 Vsque ad argenti talenta centum, & vsq; ad frumenti coros centum, & vsque ad vini batos centum, & vsque ad batos olei centum, sal vero absque mensura.
32 Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli: ne forte irascatur cōtra regnum regis, & filiorum eius.
33 Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, &
D ianitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.
34 Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue iudices & præfides, vt iudicent omni populo qui est trans flumen, his videlicet qui nouerunt legem Dei tui: sed & imperitos docete libere.
35 Et omnis qui non fecerit legem Dei tui & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certe in carcerem.
36 Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hocin corde regis vt glorificaret domum Domini, quæ est in Ierusalem,
37 Et in me inclinauit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & vniuersis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, congregaui de Israel principes qui ascenderent mecum.

CAP. VIII.

Qui cum Esdra ascenderint Ierosolymam. Prædicato ieiunio, orant à Deo dirigi viam suam. Dius dux itineris Esdræ.

1 HI sunt ergo principes familiarum & genealogia eorum qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis, de Babylone. 1. Esd. 8. a. 1
2 De filiis Phinees, Gersom, De filiis Ithamar, Daniel. De filiis Dauid, Hattus.
3 De filiis Secheniæ, & de filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta.
4 De filiis Phahath-moab, Elioenai filius Zareche: & cum eo ducenti viri.
5 De filiis Secheniæ, filius Ezechiel: & cum eo trecenti viri.
6 De filiis Adan, Abed filius Ionathan: & cum eo quinquaginta viri.
7 De filiis Alam, Esaias filius Athaliæ: & cū eo septuaginta viri.
E 8 De filiis Sapharia, Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta viri.
9 De filiis Ioab, Obeida filius Iahiel: & cum eo ducenti decem & octo viri.
10 De filiis Selomith, filius Iosphiæ: & cum eo centum sexaginta viri.
11 De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo viginti octo viri.
12 De filiis Azgad, Iohanan filius Eccetan: & cum eo centum & decem viri.
13 De filiis Adonicam, qui erant nouissimi, & hæc nomina eorum, Eliphelet, & Iehiel, & Samaias: & cum eis sexaginta viri.
14 De filiis Begui, Vthai, & Zachur: & cū eis septuaginta viri.
15 Congregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus: quæsiuique in populo, & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi.
C 16 Itaque misi Eliézer: & Semeiam, & Ariel, Elnathan, & Iarib, & alterū Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Mosollam principes & Ioiarib, & Elnathan sapientes.
17 Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco: & posui in ore eorum verba quæ loquerētur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos in loco Chasphiæ, vt adducerent nobis ministros domus Dei nostri.
18 Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virū doctissimum de filiis Moholi filii Leui, filii Israel, & Sarabiam & filios eius, & fratres eius decem & octo:
19 Et Hasabiam, & cum eo Esaiam de filiis Merari fratresque eius, & filios eius viginti.
D 20 Et de Nathinæis quos dederat Dauid & principes ad ministeria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur.
21 Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostræ.
22 Erubui enim petere à rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via. Quia dixeramus regi, Manus Dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum.

Ieiunauimus

23 Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum nostrum pro hoc, & euenit nobis prosperè.
24 Et separaui de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam & Hasabiam, & cum eis de fratribus eorum decem,
25 Appendique eis argentum & aurum, & vasa cōsecrata dom⁹ Dei nostri, quæ obtulerat rex & consiliatores eius, & principes eius, vniuersusque Israel eorum qui inuenti fuerant.
26 Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centum talenta: & crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos: & vasa æris fulgētis optimi duo, pulchra vt aurum.
F 27 Et dixi eis, Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argēntum & aurum quod sponte oblatum est Domino Deo patrū nostrorum:
*vestrorum: 28 Vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Leuitarū & ducibus familiarum Israel in Ierusalem, in *Thesaurum domus Domini.
*thesauria 29 Susceperunt autem sacerdotes & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, vt deferrent Ierusalem in domum Dei nostri.
30 Promouim⁹ ergo à flumine Ahaua, duodecimo die mensis primi, vt pergeremus Ierusalem: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici & insidiatoris in via.
31 Et venimus Ierusalem, & mansimus ibi tribus diebus.
G 32 Die autem quarta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Vriæ sacerdotis: & cum eo Eleazar filius Phinees: cumque eis Iozabed filius Iosue, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ.
33 Iuxta numerum & pondus omnium. *descripsimusque est omne pondus in tempore illo.
*descripsimus est 34 Sed & qui venerant de captiuitate filii transmigrationis, obtulerunt holocaustomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim: Omnia in holocaustum Domino.
35 Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, & ducibus trans flumen, & elcuauerunt populum & domum Dei.

CAP. IX.

Dolet Esdras populum cum gentibus commiscū. Confitetur Deo peccatum populi, & suum, orans pro omnibus.

3. Esd. 8. a. 1. 1 POstquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes, Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Iebusæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Ammorrhæorum.
2 Tulerunt enim de filiabus eorum sibi, & filiis suis: & commiscuerunt, semē sanctum cum populis terrarum. Manus etiam principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima.
3 Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens.
4 Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum qui de captiuitate veneraut: & ego sedebam tristis, vsque ad sacrificium vespertinum.
5 Et in sacrificio vespertino surrexi de affl. B ictione mea, & scisso pallio & tunica, curuauī genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum, & dixi,
6 Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum, à diebus patrum nostrorum.
7 Sed & nos ipsi peccauimus grauiter vsque *pro ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi & reges nostri & sacerdotes nostri in manum regum terrarum, & in gladium, & in captiuitatem, & in rapinā, & in confusionem vultus, sicut & die hac.
8 Et nunc quasi parum & ad momentum *ad facta est deprecatio nostra apud Dominū C Deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis *pax illius in loco *pax illus sancto eius, & illuminaret oculos nostros Deus noster: & daret nobis vitam modicā *in seruitutem nostram: *in seruitute
9 Quia serui sumus, & in seruitute nostra tute non dereliquit nos Deus noster: & inclinauit super nos misericordiam coram rege Persarū, vt daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri: & extrueret solitudines eius, & daret nobis *spem in Iuda & Ierusalem. *spem
10 Et nunc quid dicemus Domine Deus noster post hæc? Quia derelinquimus mandata tua,
11 Quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens, * Terra ad quam Deu. 7. a. 3 vos ingredimini vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum, et terarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os in coinquinatione sua.
12 Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis vestris: & non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum: vt confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios vestros vsque in seculum.
13 Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie,
14 Vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationū istarum: Nunquid iratus es nobis vsque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem?

25 Domine Deus Israel iustus es tu: quoniã dereliqui sumus, qui saluaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. nõ enim stari potest corã te super hoc.

CAP. X.

Populum peccasi pœnites, & vxores alienigenas à se abiicit,

3.Esdr. 2. & 3.92. 1* SIc ergo orante Esdra, & implorante Deum, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grãdis nimis virorũ & mulierum & puerorum: & fleuit populus fletu multo.

2 Et respondit Sechenias filius Iehiel de filiis Aelem, & dixit Esdræ. Nos præuaricati sumus in Deum nostrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc si est pœnitentia in Israel super hoc,

3 Percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, vt proiiciamus vniuersas vxores, eos qui de his nati sunt, iuxta voluntatem Domini, & eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri: secundum legem fiat.

timeant

4 Surge, tuum est discernere, nõsque erimus tecum: confortare, & fac.

5 Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotum & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc: & iurauerunt.

3.Esdræ 9. 6.1. 6 *Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohanan filii Eliasib, & ingressus est illuc: panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum qui venerant de captiuitate.

B 7 Et missa est vox in Iuda & Ierusalem omnibus filiis transmigrationis, vt congregarentur in Ierusalem:

8 Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum & seniorũ, auferetur vniuersa substantia eius, & ipse abiicietur de cœtu transmigrationis.

9 Conuenerunt igitur omnes viri Iuda & Ben-iamin in Ierusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus, vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato & pluuiis.

10 Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos. Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas, vt adderetis super delictum Israel.

11 Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius: & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis.

12 Et respondit vniuersa multitudo, dixitq; voce magna. Iuxta verbum tuum ad nos, sic fiat.

13 Veruntamen quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est dies vnius vel duorum (vehementer quippe peccauimus in sermone isto)

14 Constituantur principes in vniuersa multitudine: & omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum his seniores per ciuitatem & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira mei nostri à nobis super peccato hoc. C

15 Igitur Ionathan filius Azael, & Iaazia filius Thecuæ steterunt super hoc, & Mesollam & Sebethai Leuites adiuuerunt eos: fecerũntque sic filii transmigrationis.

16 Et abierunt Esdras sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrũ suorum, & omnes per nomina sua: & sederunt in die primo mensis decimi, vt quærerẽt rem. duxerãt

17 Et consummati sunt omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas, vsque ad diem primam mensis primi.

18 Et inuenti sunt, de filiis sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. De filiis Iosue filii Iosedec, & fratres eius, Maasia & Eliéser & Iarib & Godolia:

19 Et dederunt manus suas vt eiicerent vxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrent.

20 Et de filiis Emmer, Hanani & Zebedia.

21 Et de filiis Harim, Maasia & Elia & Semeia & Iehiel & Ozias

22 Et de filiis Pheshur, Elioenai, Maasias, Ismahel. Nathanael, Iozabed & Eliasa.

23 Et de filiis Leuitarum, Iozabed & Semei & Celaia, (ipse est Calita) Phataia, Iuda & Eliézer.

24 Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellum & Tellem & Vri. D

25 Et ex Israel, de filiis Pharos, Remeia, & Iezia & Melchia & Miamin & Eliezer & Melchia & Banea.

26 Et de filiis AElem, Mathania, Zacharias & Iehiel & Abdi & Ierimoth & Elia.

27 Et de filiis Zethua. Elioenai, Eliasib, Mathania & Ierimuth & Zabad & Aziza.

28 Et de filiis Bebai, Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai.

29 Et de filiis Bani, Mosollam & Melluch & Adaia, Iasub & Saal & Ramoth.

30 Et de filiis Phahath-moab, Edna & Chalal, Bananias & Masias, Mathanias, Beseleel, Bennui & manasse.

31 Et de filiis Herẽ, Eliézer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeon.

32 Ben-iamin, Maloch, Samarias.

33 Et de filiis Hasom, Mathanai, Mathatha, Zadad, Eliphelet, Ieremai, Manasse, Semei.

34 De filiis Bani, Maddi, Amram & Vel

35 Baneas & Badaias, Chelhau,

36 Vania, Marimuth & Eliasib,

37 Mathanias, Mathanai, & Iasi.

38 Et Bani & Bennui, Semei,

39 Et Salmias & Nathan & Adaias,

40 Et Mechnedebai, Sisai, Sarai,

41 Ezrel, & Selemiau, Semeria,

42 Sellum, Amaria, Ioseph.

43 De filiis Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad Zabina, Ieddu, & Ioal, & Banaia.

44 Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

LIBER

LIBER NEHEMIAE, QVI & Esdræ secundus dicitur.

CAP. I.

Nehemias pro populo Israel orat. Promissio misso dicentibus præcepta. Peccata agnoscentium misereatur Deus.

1 VErba Nehemiæ filii Hechaliæ. Et factum est in mense Casleu, anno vicesimo, & ego eram in Susis castrõ.

2 Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse, & viri Iuda: & interrogaui eos de Iudæis qui remanserant, & supererant de captiuitate, & Ierusalem.

B 3 Et dixerunt mihi, Qui remanserunt, & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni.

4 Cumque audissem verba huiusce modi, sedi & flebam, & luxi diebus multis: & ieiunabam, & orabã ante faciẽ Dei cæli. Et dixi,

Deut. 9. 44 5 *Quæso Domine Deus cæli fortis, magne atque terribilis, qui custodis pactum, & misericordiam cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua,

C 6 Fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationẽ serui tui, quam ego oro coram te hodie nocte & die pro filiis Israel seruis tuis: & confiteor pro peccatis filiorũ Israel, quibus peccauerunt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus.

7 Vanitate seducti sumus, & non custodiumus mandatum tuum, & cæremonias, & iudicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo.

8 Memento verbi quod mandasti Moysi seruo tuo, dicens, Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos. adiſ. ergã D

9 Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea, etiam si abducti fueritis ad extrema cæli, inde cõgregabo vos, & reducam in locum quem elegi, vt habitaret nomen meum ibi.

10 Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida.

11 Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum qui volunt timere nomen tuum: & dirige seruum tuum hodie: & da ei misericordiam ante virum hunc. ego enim eram pincerna regis.

CAP. II.

Nehemias impetratis literis ab Artaxerxe, venit Ierosolimam. Orantis, AEdificant muri Ierusalem.

1 FActum est autem in mense Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis, & vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciẽ eius.

2 Dixitque mihi rex, Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? nõ est hoc frustra: sed malum nescio quod in cor de tuo est, & timui valdè, ac nimis.

3 Et dixi regi, Rex in æternum viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni?

4 Et ait mihi rex, Pro qua re postulas? & oraui Deum cæli:

5 Et dixi ad regem, Si videtur regi bonũ, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam.

6 Dixitque mihi rex, & regina quæ sedebat iuxta eum, Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placuit ante vultum regis, & misit me: & constitui ei tempus. B

7 Et dixi regi, Si regi videtur bonum, epistolas detur mihi ad duces regionis trans flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam:

8 Et epistolam ad Asaph custodem saltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas templi, turres domus, & muros ciuitatis, & domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum.

9 Et veni ad duces regionis trans flumen, dedique eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum, & equites.

10 Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammonites, & contristati sunt afflictione magna, quod veniisset homo qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. C

11 Et veni Ierusalem, & eram ibi tribus diebus:

12 Et surrexi nocte ego, & viri pauci mecũ, & non indicaui cuiquam quid Deus meus dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalem: & iumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam. Deus meus

13 Et ingressus sum per portam vallis, nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris: & considerabam murum Ierusalẽ dissipatum, & portas eius consumptas igni.

14 Et, transiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis, & non erat locus iumento cui sedebam, vt transiret.

15 Et ascendi per torrentem nocte, & cõsyderabam murum: & reuersus veni ad portam vallis, & redii,

16 Magistratus autem nesciebant quò abiissem, aut quid ego facerem: sed & Iudæis & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus, vsque ad id loci nihil indicaueram.

17 Et dixi eis, Vos nostis afflictionẽ in qua sumus, quia Ierusalem deserta est, & portæ eius consumptæ sunt igni: venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non simus vltrà opprobrium.

18 Et indicaui eis manum Dei mei quod

esset bona mecum, & verba regis quæ locutus esset mihi, & aio, Surgamus, & ædificemus, & confortatæ sunt manus eorum in bono.

19 Audierunt autem Sanaballat Horonites & Tobias seruus Ammonites, & Gosem Arabs: & subsannauerũt nos, & despexerũt, dixerũtq; nobis, Quæ est hæc res quam facitis? nunquid contra regem vos rebellatis?

20 Et reddidi eis sermonem, dixique adeos, Deus cæli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus: surgamus, & ædificemus: vobis autem non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalem.

CAP. III.

Catalogus eorum qui muros ædificauerunt.

1 ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes: & ædificauerũt portam gregis, ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius & vsque ad turrem centum cubitorum sanctificauerunt eam, vsque ad turrim Hananeel.

2 Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho, & iuxta eos ædificauit Zachur filius Amri.

3 Portam autem piscium ædificauerunt filii Asnaa: ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes.

4 Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Uriæ, filii Accus, & iuxta eum ædificauit Mosollam filius Barachiæ, filii Mesezebel: & iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baanæ.

5 Et iuxta eos ædificauerunt Thecuenii: optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini Dei sui.

6 Et portam veterem ædificauerunt Ioiada filius Phaseæ, & Mosollã filius Besodiæ: ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras & vectes.

7 Et iuxta eos ædificauerunt Meltias Gabaonites, & Iadon Meronathites, viri de Gabaon & Maspha, pro duce qui erat in regione trans flumen.

8 Et iuxta eũ ædificauit Eziel filius Araia aurifex: & iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarii: & dimiserunt Ierusalem vsque ad murum plateæ latioris.

9 Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Hur, princeps vici Ierusalem.

10 Et iuxta eũ ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domum suam: & iuxta eum ædificauit Hattus filius Hasebonix.

11 Mediam partem vici ædificauit Melchias filius Herẽ, & Hasub filius Phahath-moab, & turrim furnorum.

12 Et iuxta eos ædificauit Sellum filius Alohes princeps medię partis vici Ierusalem, ipse & filiæ eius.

13 Et portam vallis ædificauit Hanum, & habitatores Zanoe: ipsi ædificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras & vectes, & mille cubitos in muro, vsque ad portã sterquilinii.

14 Et portam sterquilinii ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacharam: ipse ædificauit eam, & statuit valuas eius, & seras & vectes.

15 Et portam fontis ædificauit Sellum, filius Chol-hoza, princeps pagi Maspha: ipse ædificauit eã, & texit & statuit valuas eius, & seras, & vectes, & muros piscinæ Siloe in hortum regis, & vsque ad gradus qui descendunt de Ciuitate Dauid.

16 Post eum ædificauit Nehemias filius Azboe princeps dimidiæ partis vici Bethsur, vsque contra sepulchrum Dauid, & vsque ad piscinam, quæ grandi opere constructa est, & vsque ad domum fortium.

17 Post eum ædificauerunt Leuitæ, Rehum filius Benni: post eos ædificauit Hasebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico suo.

18 Post eum ædificauerũt fratres eorum Banai filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ.

19 Et ædificauit iuxta eum Azer filius Iosue, princeps Maspha mensuram secũdam, contra ascensum firmissimi anguli.

20 Post eum in monte ædificauit Baruch filius Zachai mensuram secundam, ab angulo vsque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni.

21 Post eum ædificauit Merimuth filius Urię filii Hatrus mensuram secundam, à porta domus Eliasib, donec extẽderetur domus Eliasib.

22 Et post eum ad ficauerunt sacerdotes viri de campestribus Iordanis.

23 Post eos ædificauit Ben-iamin & Hasub contra domum suam, & post eos ædificauit Azarias filius Maasiæ filii Amaniæ contra domum suam.

24 Post eum ædificauit Bennui filius Henadad mensuram secundam, à domo Azariæ vsque ad flexuram, & vsque ad angulum.

25 Post eum ædificauit Phalel filius Ozi cõtra flexuram, & turrim quæ eminet de domo regis excelsa, id est in atrio carceris: post eum Phadaia filius Pharos.

26 Nathinæi autem habitabant in Ophel, vsque contra portam aquarum, ad Orientem, & turrim quæ prominebat.

27 Post eos ædificauerunt Thecueni mensuram secundam eregione, à turre magna & eminenti vsque ad murum templi.

28 Sursum autem ad portam equorum ædificauerunt sacerdotes, vnusquisque contra domum suam.

29 Post eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domum suam. Et post eum ædificauit Semeia filius Secheniæ, custos portæ Orientalis.

30 Post eum ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanum filius Seleph sextus mensuram secundam: post eum ædificauit Mesollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum.

31 Post eum ædificauit Melchias filius aurificis, vsque ad domum Nathinæorum, & scuta vendentium contra portam iudiciale, & vsque ad cœnaculum anguli.

32 Et inter cœnaculum anguli in porta gregis ædificarunt negotiatores.

CAP. IIII.

Sanaballat & Thobias murorum ædificationem prohibent. Oratis Nehemiæ contra inimicos. Armati ædificant strenuè.

1 FActum est autem, cum audisset Sanaballat quòd ædificaremus murum, iratus est valdè: & motus nimis subsannauit Iudæos.

2 Et dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum, Quid Iudæi faciunt imbecilles? num dimittent eos gentes? num sacrificabunt, & complebunt in vna die? nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt?

3 Sed & Tobias Ammanites proximus eius, ait, Ædificent: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum:

4 Et dixit Nehemias, Audi Deus noster, quia facti sumus despectui: conuerte opprobrium super caput eorum & da eos in despectionem in terra captiuitatis.

5 Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur: quia irriserunt ædificantes.

6 Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vsque ad partem dimidiam: & pœnouocatũ est cor populi ad operandũ.

7 Factum est autem, cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammanitæ, & Azorii, quod obducta esset cicatrix muri Ierusalem, & quòd cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis.

8 Et congregati sunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent contra Ierusalem, & molirentur insidias.

9 Et orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos,

10 Dixit autem Iudas, debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est, & nos non poterimus ædificare murum.

11 Et dixerũt hostes nostri, Nesciant & ignorent, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & cessare faciamus opus.

12 Factum est autem venientibus Iudæis qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos,

13 Statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, & lanceis, & arcubus.

14 Et perspexi atque surrexi: & aio ad optimates & magistratus, & ad reliquam partem vulgi, Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis memeniote, & pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, & filiabus vestris, & vxoribus vestris, & domibus vestris.

15 Factum est autem cum audissent inimici nostri nuntiatum esse nobis: dissipauit Deus consilium eorum: & reuersi sumus omnes ad muros, vnusquisque ad opus suum.

16 Et factum est à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum: & lanceæ, & scuta, & arcus, & loricæ, & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium muros,

17 Et portantium onera, & imponentium: vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium.

18 Ædificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus renes, & ædificabant, & clangebat buccina iuxta me.

19 Et dixi ad optimates, & ad magistratus, & ad reliquam partem vulgi, Opus grande est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero.

20 In loco quocunque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos.

21 Deus noster pugnabit pro nobis, Et nos ipsi faciamus opus: & media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ, donec egredientur astra.

22 In tempore quoque illo dixi populo, vnusquisque cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint vobis vices per noctem, & diem, ad operandum.

23 Ego autem & fratres mei & pueri mei, & custodes qui erãt post me, non deponebamus vestimenta nostra, vnusquisque tantum nudabatur ad baptismum.

CAP. V.

Populo fame laboranti Nehemias prohibet vsuras: quas autem non habentibus largitur.

1 ET factus est clamor populi, & vxorum eius magnus aduersus fratres suos Iudæos.

2 Et erant qui dicerent. Filii nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus & viuamus.

3 Et erant qui dicerent, Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus: & accipiamus frumentum in fame.

4 Et alii dicebant, Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demũ vsque agros nostros & vineas:

5 Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filii eorum, ita & filii nostri, ecce nos subiugamus filios nostros, & filias nostras in seruitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros & vineas nostras alii possident.

6 Et iratus sum nimis, cum audissem clamorem eorum secundum verba hæc.

7 Cogitauitque cor meum, & increpaui optimates & magistratus, & dixi eis, Vsuras vnusquisque fratribus vestris exigitis? & congregaui aduersum eos concionem magnam, & dixi eis,

8 Nos, vt scitis, redemimus fratres nostros Iudæos qui vendi fuerant Gentibus, secundum possibilitatem nostram: & vos figitur vendite fratres nostros, & redemimus eos? & siluerunt, nec inuenerunt quid responderent.

9 Dixique ad eos, Non est bona res quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à Gentibus inimicis nostris?

10 Et ego & fratres mei, & pueri mei commodauimus plurimis pecuniam & frumentum: non repetamus in commune istud, res alienum concedamus quod debetur nobis.

11 Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas, & olliueta sua, & domos suas: quin po-

tius & centesimam pecuniæ, frumenti, vini & olei quam exigere soleris ab eis, date pro illis.

C 12 Et dixerunt, Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicque faciemus vt loqueris. Et vocaui sacerdotes, & adiurauí eos vt facerent iuxta quod dixeram.

13 Insuper excussi sinum meum, & dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleuerit verbum istud de domo sua & de laboribus suis: sic excutiatur, & vacuus fiat. & dixit vniuersa multitudo, Amen: & laudauerunt *Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum.

*Dominum

14 A die autem illa qua præceperat rex mihi vt essem dux in terra Iudæ, ab anno vicesimo vsque ad annum tricesimum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus.

*fuerant D 15 Duces autem primi, qui *fuerunt ante me grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane & vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta: sed & ministri eorum depressérat populum. Ego autem non feci ita, propter timorem Dei:

16 Quin potius in opere muri ædificaui, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant.

17 Iudæi quoque & magistratus cœtum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de Gentibus, quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant.

18 Parabatur autem mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus: & inter dies decem vina diuersa, & alia multa tribuebam: insuper & annonas ducatus mei non quæsiui. Valde enim attenuatus erat populus.

19 Memento mei Deus meus in bonum secundum omnia quæ feci populo huic.

CAP. VI.

Rursus impeditur ædificatio. Epistola Sanaballat ad Nehemiam. Nehemias non deterretur ab opere propter pseudoprophetas.

1 FACTŪ est autē, cum audisset Sannaballat, & Tobias, & Gossem Arabs, & cæteri inimici nostri, quòd ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio (vsque ad tempus autem illud valuas non posueram in portis)

2 Miserunt Sanaballat, & Gossem Arabs ad me, dicētes, Veni, & percutiamus fœdus pariter in *viculis in Campo-Ono. Ipsi autem cogitabant vt facerent mihi malum.

*vi culis

3 Misi ergo ad eos nuntios, dicens, Opus grande ego facio, & non possum descendere: ne forte negligatur, cùm venero, & descendero ad vos.

4 Miserunt autem ad me secundum verbum hoc per quatuor vices: & respondi eis iuxta sermonem priorem.

5 Et Misit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo,

E 6 IN GENTIBVS auditum est, & Gossem dixit, quod tu & Iudæi cogitetis rebellare: & propterea ædifices murum, & leuare te velis super eos regem:

7 Propter quam causam & prophetas posueris qui prædicent te in Ierusalem, dicentes, Rex in Iudæa est: auditurus est rex verba hæc, idcirco nunc veni, vt ineamus consilium pariter.

8 Et misi ad eos, dicens, Non est factum secundum verba hæc, quæ tu loqueris: de corde enim tuo componis hæc.

9 Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, & quiescerem⁹, quam ob causam magis confortaui manus meas:

10 Et ingressus sum domum Semaiæ filii Dolaiæ filii Metabeel recreto. Qui ait, Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia venturi sunt vt interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. C

11 Et dixi, Num quisquam similis mei fugiet? & quis vt ego, ingredietur templum, & viuet? non ingrediar.

12 Et intellexi quòd Deus non misisset eum: sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias & Sanaballat conduxissent eum.

13 Acceperat enim pretium, vt territus facerem, & peccarem, & haberent malum quod exprobrarent mihi.

14 Memento mei Domine pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorum talia: sed & Noadię prophetę, & cæterorum prophetarum qui terrebant me. *Deus D

15 Completus est autem murus vicesimo quinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus.

16 Factum est ergo cùm audissent omnes inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes quæ erant in circuitu nostro, & conciderent intra semetipsos, & scirent quod a Domino factum esset opus hoc. *Deo

17 Sed in diebus illis multæ optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos.

18 Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius, quia gener erat Secheniæ filii Area: & Iohanan filius eius acceperat filiam Mosollam filii Barachiæ.

19 Sed & laudabant eum coram me, & verba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat epistolas vt terreret me.

CAP. VII.

Exstructo muro applicantur custodes per Nehemiam. Numeratur populus à captiuitate reuersus.

Ecclesiast 49. 15. 1 POstquam autem ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & cantores, & Leuitas:

2 Præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Ierusalem (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur)

3 Et dixi eis, Non aperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem solis. Cúmque adhuc astiterent, clausæ portæ sunt, & oppilatę: & posui custodes de habitatoribus Ierusalem

lem, singulos per vices suas, & vnumquemque contra domum suam.

4 Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ.

5 Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus, & vulgus, vt recenserem eos, & inueni librum census eorum, qui ascenderant primùm, & inuentum est scriptum in eo.

C 6 Isti filii prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem, & in Iudeam, vnusquisque in ciuitatem suam.

*Venerunt 7 Qui *venerant cum Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsam, Mespharath, Beguai, Nahum, Baana, Numerus virorū populi Israel:

8 Filii Pharos, duo millia centum septuaginta duo.

9 Filii Saphatia, trecenti septuaginta duo,

10 Filii Area, sexcenti quinquaginta duo.

11 Filii Phahath-moab filiorum Iosue & Ioab, duo millia octingenti decem & octo.

*ducenti 12 Filii A Elam, mille *octingenti quinquaginta quatuor.

*octingenti 13 Filii Zethua *nongenti quadraginta quinque.

14 Filii Zachai, septingenti sexaginta.

15 Filii Bannui, sexcenti quadraginta octo,

16 Filii Bebai, sexcenti viginti octo.

17 Filii Azgad, duo millia trecenti viginti duo.

18 Filii Adonicā, sexcenti sexaginta septem.

19 Filii Beguai, duo millia sexaginta septem.

*Nonaginta 20 Filii Adin, sexcenti quinquaginta quinq.

*Nonaginta 21 Filii Ater, filii Hezeciæ, *nonaginta octo.

22 Filii Asem, trecenti viginti octo.

23 Filii Besai, trecenti viginti quatuor.

24 Filii Hareph, centum duodecim.

25 Filii Gabaon, nonaginta quinque.

26 Filii Beth-lehem & Netupha, centum octoginta octo.

27 Viri Anathoth, centum viginti octo.

28 Viri Beth-azmoth, quadraginta duo.

29 Viri Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadraginta tres.

*Beroth. Heb.

30 Viri Rama, & *Nebo, sexcenti viginti vnus.

31 Viri Machmas, centum viginti duo.

D 32 Viri Beth-el & Hai centum viginti tres.

33 Viri Nebo alterius, quinquaginta duo:

34 Viri A Elam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor.

35 Filii Harem, trecenti viginti.

36 Filii Iericho, trecenti quadraginta quinque.

37 Filii Lod-hadid & Ono, septingenti viginti vnus.

38 Filii Senaa, tria millia nongenti triginta.

39 Sacerdotes: Filii Idaia in domo Iesua, nōgenti septuaginta tres.

40 Filii Emmer, mille quinquaginta duo.

41 Filii Phashur, mille ducenti quadraginta septem.

42 Filii Aren, mille decem & septem.

43 Leuitæ: Filii Iosue & Cedmiel filiorum, Oduiæ, septuagintaquatuor.

44

45 Cantores: Filii Asaph centum quadraginta octo.

46 Ianitores: Filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, Filii Accub, filii Hatita, filii Sobai centum triginta octo.

47 Nathinæi: filii Soha: filii Hasupha, filii Tebbaoth,

48 Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon,

49 Filii Lobana, filii Hagaba, filii Salmai,

50 Filii Hanan, filii Gaddel, Gaher,

51 Filii Raaia, filii Rasin, filii Necoda,

52 Filii Gezem, filii Aza, filii Phasea,

53 Filii Besai, filii Munim, filii Nephusim,

54 Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,

55 Filii Besloth, filii Mahida, filii Harsa,

56 Filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,

57 Filii Naia, filii Hatipha,

57 Filii seruorum Salomonis, filii Sotai, filii Sopheret, filii Pharida,

59 Filii Iahala, filii Darcon, filii Ieddel, filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim filio Amon.

Omnes Nathinæi, & filii seruorum Salomonis, trecenti nonaginta duo.

61 Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmela, Thel-harsa, Cherub, Addon, & Hemmer, & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel essent,

62 Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda sexcenti quadraginta duo. F

63 Et de sacerdotibus, filii Habia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus est nomine eorum.

64 Hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio.

65 Dixitque Atherſatha eis vt non manducarent de Sanctis sanctorum, donec staret sacerdos doctus eruditus.

66 Omnis multitudo quasi vir vnus quadra- *trecenti ginta duo millia *sexcenti sexaginta:

67 Absque seruis & ancillis eorum, qui erant septem millia trecenti tringinta septem: & inter eos cantores, & cantatrices, ducenti quadraginta quinque.

68 Equi eorum, septingenti triginta sex: muli eorum, ducenti quadraginta quinque.

69 Cameli eorum quadringenti triginta quinq; asini sex millia septingenti viginti.

¶ *Hucusque refertur quid in commentario scriptum fuerit: sexto Nehemiæ historiæ texitur.*

70 Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus, Atherſatha dedit in thesaurum, auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. G

71 Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia ducentas.

72 Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia, & tunicas sacerdotales sexaginta septem.

73 Habitauerunt autem sacerdotes & Leuitæ, & ianitores & cantores, & reliquum vul

gus,& Nathinæi, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

CAP. VIII.

Populum audita lege contristatum consolatur Nehemias. Letitia in Israel coepta Dei voluntate. Festum tabernaculorum. Legitur liber legis

1 ET venerat mensis septimus: filii autem Israel erant in ciuitatibus suis.
2 Congregatúsque est omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarum: & dixerunt Esdræ scribæ vt afferret librum legis Moysi quem præceperat Dominus Israeli.
3 Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi.
4 Et legit in eo aperte in platea, quæ erat ante portam aquarum, de mane vsque mediam diem, in conspectu virorum, & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum.
B 5 Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: & steterunt iuxta eum Mathathias, & Semeja, & Ania, & Vria, & Helcia, & Maasia ad dexteram eius: & ad sinistram Phadaia, Misael, & Melchia, & Hasum, & Hasbadan, Zacharia, & Mosollam.
6 Et aperit Esdras librum coram omni populo: super vniuersum quippe populum eminebat: & cum aperuisset eum, stetit omnis populus.
"magno 7 Et benedixit Esdras Dominо Deo" voce magna: & respondit omnis populus, Amen, Amen: eleuans manus suas. & incuruati sunt, & adorauerũt 'Deum pronі in terram.
'Dominum 8 Porro Iosue, & Bani & Serebia, Iamin, Accub, Sebthai, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Iozabed, Hanam, Phalaia, Leuitæ, silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo.
9 Et legerunt in libro legis Dei distinctè, & aperte ad intelligendum: & intellexerunt cum legeretur.
10 Dixit autem Nehemias (ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo, Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus, cùm audiret verba legis.
C 11 Et dixit eis, Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari: gaudium etenim Domini est, fortitudo "nostra.
"vestro
"ei qui non præparauit "vestra
12 Leuitæ autem silentium faciebant in omni populo dicentes, Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere.
13 Abiit itaque omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnam: quia intellexerant verba quæ docuerat eos.
14 Et in die secundo congregati sunt principes familiarum vniuersi populi, sacerdotes & Leuitæ ad Esdram scribam, vt interpretaretur eis verba legis.
15 Et inuenerunt scriptum in lege, præceD pisse Dominum in manu Moysi, vt habitent filii Israel in tabernaculis, in die solenni, mense septimo: & vt prædicent,
16 Et diuulgent vocem in vniuersis vrbibus suis, & in Ierusalem, dicentes, Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula, sicut scriptum est.
17 Et egressus est omnis populus, & attulerunt. Fecerúntque sibi tabernacula vnusquisque in domate suo, & in atriis suis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim.
18 Fecit ergo vniuersa ecclesia eorum, qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Iosue filii Nun taliter filii Israel, vsque ad diem illum: & fuit lætitia magna nimis.
19 Legit autem Esdras in libro legis Dei per dies singulos, à die primo vsque ad diem nouissimum, & fecerunt solennitatem septem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum.

CAP. IX.

Populus vxores alienigenas abiicit. Confessio precati. Laudat Nehemias Deum. Beneficia Dei erga Ierusalem, singulatim, & peccatum populi. Misericordia Dei, & benefica in populum suum. Spiritus Dei doctor. Iustus, & verax Deus. Confessio, Percutit foedus cum Deo populus.

1 IN die autem vicesimoquarto mensis huius conuenerunt filii Israel in ieiunio, & in sacco, & humus super eos.
2 Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena: & steterunt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum.
3 Et consurrexerunt ad standum: & legerunt in volumine legis Domini Dei sui quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum.
4 Surrexerunt autem super gradum Leuitarum Iosue, & Bani, & Cedmiel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanani: & clamauerunt voce magna ad Dominum Deum suum,
5 Dixerunt Leuitæ Iosue, & Cedmiel, Bonni, Hasebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia, Surgite, benedicite Dominо Deo nostro ab æterno vsque in æternum: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelso in omni benedictione & laude.
6 Tu ipse Domine, solus tu fecisti cælum, & cælum cælorum, & omnem exercitum eorum, terram, & vniuersa quæ in ea sunt: maria, & omnia quæ in eis sunt: & tu viuificas omnia hæc, & exercitus cæli te adorat.
7 Et dixit Esdras Tu ipse Domine Deus, qui elegisti Abram, & eduxisti eum de Igne-Chaldæorum: & posuisti nomen eius Abraham:

8 Et inuenisti cor eius fidele coram te, & percussisti cum eo fœdus, vt dares ei terrã Chananæi, Hethæi, & Heuæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebuzæi & Gergesæi, vt dares semini eius: & implesti verba tua, quoniam iustus es.
9 Et vidisti afflictionem patrũ nostrorum in AEgypto: clamorémque eorum audisti super Mare-rubrum.
10 Et dedisti signa atque portenta in Pharaone, & in vniuersis seruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouisti enim quia superbè egerant contra eos: & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die.
11 Et mare diuisisti ante eos, & transierunt per medium maris in sicco: persecutores autẽ eorum proiecisti in profundum, quasi lapidem in aquas validas.
C 12 Et in columna nubis ductor eorum fuisti per diem, & in columna ignis per noctem: vt appareret eis via per quam ingrediebantur.
13 Ad montem quoque Sinai descendisti, & locutus es cum eis de cælo: & dedisti eis iudicia recta, & legem veritatis, ceremonias, & præcepta bona.
14 Et sabbathum sanctificarum tuum ostendisti eis, & mãdata, & ceremonias, & legem præcepisti eis in manu Moysi serui tui.
15 Panem quoque de cælo dedisti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxisti eis sitientibus: & dixisti eis vt ingrederentur & possiderent terram super quam leuasti manum tuam vt traderes eis.
16 Ipsi verò, & patres nostri superbè egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & non audierunt mandata tua.
17 Et noluerunt audire: & non sunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis: & indurauerunt ceruices suas, & dederunt caput vt conuerterentur ad seruitutem suam, quasi per contentionem: tu autẽ Deus propitius, clemens, & misericors, longanimis, & multæ miserationis non dereliquisti eos.
D 18 Et quidẽ cum fecissent sibi vitulum conflatilem, & dixissent, Iste est deus tuus, qui eduxit te de AEgypto: fecerúntque blasphemias magnas.
19 Tu autẽ in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto: columna nubis non recessit ab eis per diem, vt duceret eos in viam: & columna ignis per noctem, vt ostenderet eis iter per quod ingrederentur.
20 Et spiritum tuum bonum dedisti, qui doceret eos, & mannа tuum non prohibuisti ab ore eorum, & aquam dedisti eis in siti.
21 Quadraginta annis pauisti eos in deserto, nihilque eis defuit: vestimenta eorum non inueterauerunt, & pedes eorum non sunt attriti.
22 Et dedisti eis regna & populos, & partitus es eis sortes: & possederunt terram Sehon: & terram regis Hesebon, & terram Og regis Basan.
23 Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cæli, & adduxisti eos ad terrã, de qua dixeras patribus eorum vt ingrederentur, & possiderent.
24 Et venerunt filii, & possederunt terram: E & humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerẽt eis sicut placebat illis.
25 Ceperunt itaq; vrbes munitas & humum pinguem, & possederũt domos plenas cunctis bonis: cisternas ab eis fabricatas, vineas, & oliueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerunt deliciis in bonitate tua magna. 'alias
26 Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & recesserunt à te, & proiecerunt legem tuam post terga sua: & prophetas tuos occiderunt, qui contestabantur eos vt reuerterentur ad te: fecerúntq; blasphemias grandes.
27 Et dedisti eos in manu hostium suorum, & afflixerunt eos: & in tempore tribulationis suæ clamauerũt ad te, & tu de cælo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum.
28 Cúmque requieuissent, reuersi sunt vt F facerent malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. Conuersique sunt, & clamauerũt ad te: & tu autem de cælo exaudisti, & liberasti eos in misericordiis tuis, multis temporibus.
29 Et contestatus es eos vt reuerterẽtur ad legem tuã: ipsi verò superbè egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerum recedentem, & ceruicem suam indurauerũt, nec audierunt.
30 Et protraxisti super eos annos multos, & cõtestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarum tuorum, & non audierunt, & tradidisti eos in manum populorum terrarum.
31 In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in cõsumptionem, nec dereliquisti eos, quoniam Deus miserationum, & clemens es tu.
32 Nunc itaque Deus noster magne, fortis & terribilis, custodiens pactum & misericordiam, ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos, reges nostros & principes nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas nostros, & patres nostros, & omnem G populum tuum à diebus regis Assur, vsque in diem hanc.
33 Et tu iustus es in omnibus quæ venerunt super nos: quia veritatem fecisti nobis, nos autem impie egimus.
34 Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & testimonia tua quæ testificatus es in eis.
35 Et ipsi in regnis suis bonis, & in bonitate tua multa quã dederas eis, & in terra latissima & pingui quã tradideras in conspectu eorum, non seruierunt tibi, nec reuersi sunt à studiis suis pessimis.
36 Ecce nosipsi hodie serui sumus: & terra

quam dedisti patribus nostris vt comederent panem eius, & quæ bona sunt eius, & nosipsi serui sumus in ea.

37 Et fruges eius multiplicentur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris secundum voluntatem suam, & in tribulatione magna sumus.

38 Super omnibus ergo his nosipsi percutimus fœdus, & scribimus, & signant principes nostri, Leuitæ nostri, & sacerdotes nostri.

CAP. X.

Signatores fœderis. Quid populus in fœdere Deo promiserit.

1 Signatores autem fuerunt, Nehemias, Atharsatha filius Hachelai, & Sedechias.

2 Saraias, Azarias, Ieremias,
3 Phesshur, Amarias, Melchias,
4 Hattus, Sebenia, Melluch,
5 Harem, Merimuth, Obdias,
6 Daniel, Genthon, Baruc,
7 Mosollam, Abia, Miamin,
8 Maazia, Beilgai, Semaia: hi sacerdotes,
9 Porro Leuitæ, Iosue filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cedmiel:
10 Et fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan,
11 Micha, Rohob, Hasebia,
12 Zachur, Serebia, Sabania,
13 Odaia, Bani, Beninu.
14 Capita populi, Pharos, Phahath-moab, AElam, Zethu, Bani,
15 Bonni, Azgad, Bebai,
16 Adonia, Begoai, Adin,
17 Ater, Hezecia, Azur,
18 Odaia, Hasum, Besai,
19 Hareph, Anathoth, Nobai,
20 Megphias, Mosollam, Hezir,
21 Mesizabel, Sadoc, Ieddua,
22 Phelteia, Hanan, Anaia,
23 Osee, Hanania, Hasub,
24 Alohes, Phalea, Sobec,
25 Rehum, Hasebna, Maasia,
26 Echaia, Hanan, Anan,
27 Melluch, Haram, Baana:

28 Et reliqui de populo, sacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui se separauerunt de populis terrarum ad legem Dei, vxores eorum, filii eorum, & filiæ eorum,

29 "Omnes qui poterant sapere, spondentes pro fratribus suis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendū & iurādum vt ambularent in lege Domini, quam dederat in manu Moysi serui Dei, vt facerent & custodirent vniuersa mandata Domini Dei nostri, & iudicia eius, & cæremonias eius.

30 Et vt non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris.

31 Populi quoque terræ, qui important venalia, & omnia ad vsum, per diem Sabbathi vt vendant, non accipiemus ab eis in sabbatho, & in die sanctificato. Et dimittemus annum septimum, & exactionem vniuersæ manus.

32 Et statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri,

33 Ad panes propositionis, & ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternum in sabbathis, in calendis, in solennitatibus & in sanctificatis, & pro peccatoribus vt exoretur pro Israel, & in omnem vsum domus Dei nostri.

34 Sortes ergo misimus super oblationem lignorum inter sacerdotes, & Leuitas, & populum vt inferrentur in domū Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora à temporibus anni vsque ad annum: vt arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi.

35 Et vt afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni ab anno in annum in domo Domini.

36 Et primitiua filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege, & primitiua boum nostrorum, & ouium nostrarum, vt offerantur in domo Dei nostri, sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri.

37 Et primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque, & olei, afferemus sacerdotibus ad gazophylacium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Leuitis: ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum.

38 Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domo thesauri.

39 Ad gazophylacium enim deportabunt filii Israel, & filii Leui primitias frumenti, vini, & olei: & ibi erunt vasa Domini sanctificata, & sacerdotes, & cantores, & ianitores, & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri.

CAP. XI.

Qui inhabitauerint Ierusalem, habitauerint in ea.

1 Habitauerūt autem principes populi in Ierusalē: reliqua vero plebs misit sortem, vt tolleret vnā partem de decem, qui habitaturi essent in Ierusalem ciuitate sancta: nonem vero partes in ciuitatibus.

2 Benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerant, vt habitarent in Ierusalem.

3 Hi sunt itaque principes prouinciæ, qui habitauerunt in Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda. Habitauit autem vnusquisque in possessione sua, in vrbibus suis: Israel, sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filii seruorum Salomonis.

4 Et in Ierusalem habitauerunt de filiis Iuda, & de filiis Beniamin. De filiis Iuda, Athaias filius Aziam, filii Zachariæ, filii Amariæ, filii Saphatiæ, filii Malaleel. De filiis Phares,

5 Maasia filius Baruch, filius Chol-hoza, filius Hazaia, filius Adaia, filius Ioiarib, filius Zachariæ, filius Silonitis.

Omnes

6 Omnes hi filii Phares, qui habitauerunt in Ierusalem, quadringēti sexaginta nouem viri fortes.

7 Hi sunt autem filii Beniamin: Sellu filius Mosollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius Ethecel, filius Esaia,

8 Et post eum Gebbai, Sellai: nongenti viginti octo.

9 Et Ioel filius Zechri præpositus eorum, & Iudas filius Senua super ciuitate secundus.

10 Et de sacerdotibus, Idaia filius Ioarib, Iachin,

11 Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob principes domus Dei.

12 Et fratres eorum facientes opera templi: octingenti viginti duo: & Adaia filius Ieroham, filius Phaleha, filius Amsi, filius Zachariæ, filius Pheshur, filius Melchiæ,

13 Et fratres eius principes patrum: ducenti quadraginta duo. Et Amassai filius Azrael, filius Ahazi, filius Mosolla-moth, filius Emmer.

14 Et fratres eorum potentes nimis: centum viginti octo, & præpositus eorum Zabdiel filius potentium.

15 Et de Leuitis Semeia filius Hasub, filius Azaricam, filius Hasabia, filius Boni:

16 Et Sabbathāi, & Iozabed, super omnia opera quæ erant foris ecus in domo Dei, à principibus Leuitarum.

17 Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph princeps ad laudādū, & ad confitendum in oratione, & Becbecia secundus de fratribus eius, & Abda filius Sammua, filius Galal, filius Idithun.

18 Omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducenti octoginta quattuor.

19 Et ianitores, Accub, Telmon & fratres eorum, qui custodiebant ostia: centum septuaginta duo.

20 Et reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in possessione sua.

21 Et Nathinæi qui habitabant in Ophei, & Siha, & Gaspha de Nathinæis.

22 Et episcopus Leuitarum in Ierusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph, cantores in ministerio domus Dei.

23 Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos.

24 Et Phathahia filius Mesezebel de filiis Zara filii Iuda in manu regis, iuxta omne verbum populi.

25 Et in domibus per omnes regiones eorum, de filiis Iuda habitauerunt in Cariatharbe, & in filiabus eius, & in Dibon & in filiabus eius, & in Cabseel & in viculis eius.

26 Et in Iesue, & in Molada, & in Bethphalet,

27 Et in Hasersual, & in Ber-sabee, & in filiabus eius:

28 Et in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus eius:

29 Et in Remmon, & in Saraa, & in Ierimuth,

30 Zanoa, Odollam, & in villis earum, Lachis & in regionibus eius, Azeca & in filiabus eius. Et manserunt in Ber-sabee vsque ad Vallem-Ennom.

31 Filii autem Beniamin, à Geba, Mechmas, & Hai, & Bethel, & filiabus eius:

32 Anathoth, Nob, Anania,
33 Asor, Rama, Gethaim,
34 Hadid, Seboim, & Neballat,
35 Et Ono, valle artificum.
36 Et de Leuitis portiones Iudæ & Beniamin.

CAP. XII.

Numerantur sacerdotes & Leuitæ, qui cum Zorobabel venerunt Ierusalem. Dedicant muros. Custodes thesaurorum.

1 Hi sunt autem sacerdotes & Leuitæ qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras,
2 Amaria, Melluch, Hattus,
3 Sebenias, Rehum, Merimuth,
4 Addo, Genthon, Abia,
5 Miamin, Madia, Belga,
6 Semeia, & Ioiarib, Idaia,
7 Sellu, Amoc, Helcias, Idaia. Isti principes sacerdotū, & fratres eorū in diebus Iosue.
8 Porro Leuitæ, Iesua, Bennui, Cedmiel, Sarebia, Iuda, Mathanias, super hymnos, ipsi & fratres eorum:
9 Et Becbecia atque Hanni, & fratres eorum vnusquisque in officio suo.
10 Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada,
11 Et Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Ieddoa.
12 In diebus autem Ioacim erāt sacerdotes & principes familiarum: Saraiæ, Maraia: Ieremiæ, Hananiæ:
13 Esdræ, Mosollam: Amariæ, Iohanan:
14 Melicho, Ionathan: Sebemiæ, Ioseph:
15 Haran, Edna: Maraioth, Helci:
16 Adaiæ, Zacharia: Genthon, Mosollam:
17 Abiæ, Zechri: Miamin & Moadiæ, Phelti:
18 Belgæ, Sammuæ: Semaiæ, Ionathan:
19 Ioiarib, Mathanai: Iodaiæ, Azzi:
20 Selai, Celai: Amoc, Heber:
21 Helciæ, Hasebia: Idaiæ, Nathanael:
22 Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanan, & Ieddoa scripti principes familiarum, & sacerdotes in regno Darii Persæ.
23 Filii Leui principes familiarum, scripti in libro Verborum dierū, & vsque ad dies Ionathan filii Eliasib.
24 Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia & Iesue filius Cedmiel: & fratres eorum per vices suas, vt laudarent & cōfiterentur iuxta præceptum Dauid viri Dei, & obseruarent æquè per ordinem.
25 Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & vestibulorum ante portas.
26 Hi in diebus Ioacim filii Iosue, filii Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque.
27 In dedicatione autem muri Ierusalem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos in Ierusalem, & facerēt dedicationem & lætitiam in actione gratiā-

rum, & cantico, & in cymbalis, psalteriis, & citharis.
28 Congregati sunt autem filii cantorum, de campestribus circa Ierusalem, & de villis Netophati,
29 Et de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaueth: quoniam villas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem.
30 Et mundati sunt sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum.
C 31 Ascendere autem feci principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudãtium: & ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinii.
32 Et iuit post eos Osaias, & media pars principum Iuda,
33 Et Azarias, Esdras, & Mosollam, Iuda, & Beniamin, & Semeia, & Ieremias.
34 Et de filiis sacerdotũ in tubis Zacharis filius Ionathan, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph,
35 Et fratres eius Semeia & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iuda, & Hanani, in vasis cantici Dauid viri Dei: & Esdras scriba ante eos in porta fontis.
36 Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascẽsu muri super domum Dauid, & vsque ad portam aquarum ad Orientem.
37 Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, & ego post eum, & media pars populi super murum, & super turrim furnorum, & vsque ad murum latissimum,
38 Et super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium, & turrim Hananeel, & turrim Emath, & vsq; ad portam gregis: & steterunt in porta custodiæ:
D 39 Steterũntque duo chori laudantium in domo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuum mecum.
40 Et sacerdotes, Eliacim, Maasia, Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis.
41 Et Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Iohanan, & Melchia, & AElam, & Ezer. Et clarè cecinerũt cantores, & Iezraia præpositus:
42 Et immolauerũt in die illa victimas magnas, & lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna: sed & vxores eorum & liberi gauisi sunt, & audita est lætitia Ierusalem procul.
43 Recensuerunt quoque in die illa viros super gazophylacia thesauri, ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, vt introferrent per eos principes ciuitatis in decõre gratiarum actiones, sacerdotes & Leuitas: quia lætificatus est Iuda, in sacerdotibus, & Leuitis astantibus.
44 Et custodierunt obseruationem Dei sui, & obseruationem expiationis, & cantores, & ianitores iuxta præceptum Dauid, & Salomonis filii eius.
45 Quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum in carmine laudantium, & confitentium Deo.
46 Et omnis Israel in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus & ianitoribus per dies singulos, & sanctificabant Leuitas: & Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

CAP. XIII.

Separantur alienigenæ. Danctus Leuitis partes. Sabbathi transgressores reprehenduntur, & alienigenæ accipientes in vxores.

1 IN die autem illo lectum est in volumine Moysi, audiente populo: & inuentum est scriptum in eo, quod non deberent introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei vsque in æternum: *Deut. 23.*
2 Eo quòd non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua, & conduxerint aduersum eos Balaam ad maledicendum eis: & conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem.
3 Factum est autem, cùm audissent legem, separauerunt omnem alienigenã ab Israel.
4 Et super hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat præpositus in gazophylacio domus Dei nostri, & proximus Tobiæ.
5 Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini & olei, partes Leuitarum, & cantorum, & ianitorum, & primitias sacerdotales.
6 In omnibus autem his non fui in Ierusalem: quia anno tricesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem: & in fine dierum rogaui regem.
7 Et veni in Ierusalem, & intellexi malum, quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei.
8 Et malũ mihi visum est valde, & proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio.
9 Præcepique, & emundauerunt gazophylacium: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium & thus.
10 Et cognoui quod partes Leuitarum non fuissent datæ: & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis, & cantoribus, & de his, qui ministrabant:
11 Et egi causam aduersum magistratus, & dixi, Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci stare in stationibus suis.
12 Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea.
13 Et constituimus super horrea Selemiam sacerdotem, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniã fideles comprobati sunt, & ipsis creditę sunt partes fratrum su rum.
14 Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas quas feci in domo Dei mei, & in ceremoniis eius.
15 In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in Sabbatho, portantes aceruos, & C onerantes super asinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus, & inferẽtes in Ierusalem die Sabbathi, & contestatus sum vt in die, qua vendere liceret, venderent.
16 Et Tyrii habitauerunt in ea, inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in sabbathis filiis Iuda & Ierusalem.
17 Et obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis, Quæ est hæc res mala quam vos facitis, & prophanatis diem Sabbathi?
18 Nunquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatẽ hanc? & vos additis iracundiam super Israel violando Sabbathum.
19 Factum est autem, cum quieuissent portæ Ierusalem in die Sabbathi, dixi: & clauserunt ianuas, & præcepi vt non aperirent eas vsq; post Sabbathum: & de pueris meis constitui super portas, vt nullus inferret onus in die Sabbathi.
20 Et manserunt negotiatores, & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalẽ semel, & bis,
21 Et contestatus sum eos, & dixi eis, Quare manetis ex aduerso muri? si secundo hoc feceritis, manum mittam in vos, itaque ex tempore illo non venerunt in Sabbatho.
Dixi quoque 22 Dixique Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem Sabbathi. Et pro hoc ergo memento mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum.
D 23 Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas,
24 Et filii eorum ex media parte loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Iudaice, & loquebantur iuxta linguam populi, & populi.
25 Et obiurgaui eos, & maledixi & cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiurani in Deo, vt non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis suis, & sibimetipsis, dicens,
26 Nunquid non in huiusmodi re peccauit Salomon rex Israel? & certè in gentibus multis non erat rex similis ei: & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel: & ipsum ergo duxerunt ad peccarum mulieres alienigenæ.
27 Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deo nostro, & adducamus vxores peregrinas?
28 De filiis autem Ioiada filii Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me.
29 Recordare Domine Deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotium, iusque sacerdotale & leuiticum.
30 Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis: & constitui ordines sacerdotum, & Leuitarum, vnumquenq; in ministerio suo: & in oblatione lignorũ in temporibus constitutis, & in primitiis: memẽto mei Deus meus in bonum, Amen.

LIBER ESDRAE TERTIVS, qui inter Apochrypha ponitur.

CAP. I.

1 ET fecit Iosias Pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit phase quartadecima luna primi mensis.
2 Statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in templo Domini.
3 Et dixit Leuitis sacris seruis Israel vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid rex,
4 Non erit vobis tollere super humeros eam, & nunc deservite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus vestras,
5 Secundum scripturam Dauid regis Israel, & secundum magnificentiam Salomonis filii eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram eorum, qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel.
6 Immolate pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundũ præceptum Domini, quod datum est Moysi.
7 Et Donauit Iosias in plebem quæ inuenta est, ouium, agnorum, & hœdorum & caprarum triginta millia, vitulos tria millia.
8 Hæc de regalibus data sunt secundũ promissionẽ populo: & sacerdotibus in pascha, oues numero duo millia, ac vituli centum.
9 Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Hasabias, & Oziel, & Coraba in phase, oues quinque millia, vitulos quingentos.
10 Et hæc cùm fierent eleganter, steterunt sacerdotes & Leuitæ, habentes azyma per tribus.
11 Et secundum partes principatus patrum, in conspectu populi offerebant Domino, secundũ ea quæ in libro Moysi scripta sunt.
12 Et assauerunt phase igni prout oportebat: & hostias coxerunt in ahenis, & in ollis cum beneuolentia:
13 Et attulerũt omnibus qui erãt ex plebe: & post hæc parauerunt sibi & sacerdotibus
14 Sacerdotes enim offerebant adipes, vsq; dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratribus suis filiis Aaron.
15 Et sacri cãtores filii Asaph erãt per ordinem secundũ præceptũ Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddimus, qui erat à rege. C
16 Et ostiarii per singulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam: fratres enim illorum parauerunt illis.

27 Et consummata sunt quæ pertinebant ad
sacrificium Domini.
28 In illa die egerunt phase, & offerebãt hostias super Domini sacrificium, secundum
præceptum regis Iosiæ.
29 Et egerunt filii Israel, qui inuenti sunt in
tempore illo, phase: & diem festum azymorum per dies septem:
30 Et non est celebratũ phase tale in Israel
à temporibus Samuel prophetæ:
31 Et omnes reges Israel non celebrauerunt
tale pascha, quale egit Iosias & sacerdotes,
& Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuenti sunt in cõmemoratione Ierosolymis.
32 Octauodecimo anno, regnante Iosia, celebratum est phase.
33 Et directa sunt opera Iosiæ in conspectu
Domini sal in corde pleno meruentis.
34 Et quæ circa illum quidem conscripta
sunt in pristinis temporibus de eis qui peccauerunt, quique irreligiosi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæsierunt verba Domini super Israel.
D 35 Et post omnem actum hunc Iosiæ ascendit Pharao rex AEgypti, veniens in Charcamis ab itinere super Euphratẽ, & exiit
obuiam illi Iosias.
36 Et misit rex AEgypti ad Iosiam, dicens,
Quid mihi & tibi est rex Iudæ?
37 Non sum missus à Domino vt pugnem
contra te: super Euphratẽ enim bellum
meum est, festinans descende.
38 Et non est reuersus Iosias super currum
sed expugnare eum conabatur, non attendens verbum prophetæ ex ore Domini:
39 Sed constituit ad eum bellum in campo
Mageddo. Et descenderunt principes ad
regem Iosiam.
30 Et dixit rex pueris suis, Amouete me à
prælio: infirmatus sum enim valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie.
31 Et ascendit super currũ secundariũ suum:
& perueniens Ierosolymam, vita functus
est: & sepultus est in paterno sepulchro.
32 Et in tot Iudæa lugebant Iosiam: & qui
præsidebant, cum vxoribus lamentabantur
eum vsq; in hunc diem. Et datum est hoc
fieri semper in omne genus Israel.
E 33 Hæc autem præscripta sunt in libro historiarum regum Iudæ: & singula gesta actus
Iosiæ, & eius gloria, & intellectus eius in
lege Domini: quæq; gesta sunt ab eo, & quæ
non scripta sunt in libro regum Israel
& Iudæ.
34 Et assumentes, qui erant ex gente, Iechoniam filium Iosiæ, constituerũt regem pro
Iosia patre suo, cùm esset annorum trigintatrium.
F 35 Et regnauit super Israel mẽsibus tribus.
Et amouit eum rex AEgypti, ne regnaret
in Ierosolymis:
36 Et multauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum.
37 Et constituit rex AEgypti Ioachin fratrem ipsius, regem Iudæ & Ierusalem:
38 Et alligauit magistratus Ioacim, & Zaracelem fratrem suum, & apprehendens re-
E duxit in AEgyptum.
39 Annorum erat Ioacim viginti quinque
cùm regnare cœpisset in terra Iuda, & Ierusalem: & fecit malũ in cõspectu Domini.
40 Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in ære
vinculo, perduxit in Babyloniam:
41 Et sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo
suo in Babylonia.
42 Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptũ est in libro temporum regum.
43 Et regnauit Ioachin filius eius pro eo.
Cùm autem constitutus esset rex, erat an- D
norum decem & octo.
44 Regnauit autem mẽses tres, & dies decem in Ierusalem, & fecit malum in conspectu Domini:
45 Et post annum mittens Nabuchodonosor, transmigrauit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Domini.
46 Et constituit Sedeciam regem Iuda, & Ierusalem, cùm esset annorum viginti vnius.
Regnauit autem annis vndecim.
47 Et fecit malum in conspectu Domini, &
non est veritus à verbis quæ dicta sunt ab
Ieremia propheta ex ore Domini:
48 Et adiuratus à rege Nabuchodonosor,
periurãs discessit: & indurata ceruice sua,
& corde suo, transgressus est legitima Domini Dei Israel.
49 Et duces populi Domini multa iniquè
gesserunt, & impiè egerũt super omnes immunditias Gentium: & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Ierosolymis.
50 Et misit Deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo suo.
51 Ipsi verò subsannabant in angelis suis: &
qua die locutus est Dominus, erant illudẽ- G
tes prophetis eius.
52 Qui vsque ad iracundiam concitatus est
super gentem suam, propter irreligiositatẽ
suam, & præcepit ascendere reges Chaldæorum.
53 Hi occiderunt iuuenes eorũ in gladio, in
circuitu sancti templi eorũ, & non pepercerũt iuueni, & seni, & virgini, & adolescenti.
54 Sed omnes traditi sunt in manus ipsorũ:
& omnia sacra vasa Domini, & regalia apostolicas resumentes, tulerunt in Babyloniam:
55 Et incẽderunt domum Domini, & demolierunt muros Ierusalem: & turres eius incenderuut igne.
56 Et consummauerunt omnia honorifica
eius, & ad nihilum redegerunt, & reliquos
à gladio duxerunt in Babylonem.
57 Et erant serui illius vsque dum regnarẽt
Persæ in repletione verbi Domini in ore
Ieremiæ:
58 Quousque benignè ageret terra sabbatha
sua, omni tempore desertionis suæ sabbathizauit in applicatione annorum septuaginta septem.

CAP. II.

1 REgnante Cyro rege Persarum in consummatione verbi Domini in ore
Ieremiæ

Ieremiæ,
2 Suscitauit Dominus spiritum Cyri regis
persarum, & prædicauit in toto regno suo
simul per scripturam, dicens,
3 Hæc dicit Cyrus rex persarum, Me constituit regem orbi terrarum Dominus Israel,
Dominus excelsus,
4 Et significauit mihi ædificare domum sibi
in Ierusalem, quæ est in Iudæa.
5 Si quis est ex genere vestro, Dominus
ipsius ascendat cum eo in Ierusalem.
6 Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui sunt in loco ipso.
7 In auro & argẽto, in dationibus cũ equis
& iumentis, cumque aliis quæ secundum
vota apponuntur in ædem Domini quæ
est in Ierusalem.
8 Et stantes principes tribuum, pagorum
& Iudææ ex tribu Beniamin, & sacerdotes,
& Leuitæ, quos excitauit Dominus ascendere, & ædificare domum Domini, quæ est
in Ierusalẽ, & qui erant in circuitu eorum.
9 Adiuuerunt in omni auro & argẽto eius,
& iumentis, & vocis compluribus multi
quorum sensus excitatus, est.
B 10 Et Cyrus rex protulit vasa sacra Domini, quæ transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalẽ, & consecrauit ea idolo suo.
11 Et proferens ea Cyrus rex Persarum, tradidit Mithridato, qui erat super thesauros ipsius.
12 Per hunc autem tradita sunt Salmanasaro præsidi Iudææ.
13 Horum autem hic numerus. Libatoria argentea duo millia quadringenta, athiseæ argenteæ triginta, phialæ aureæ triginta,
item argenteæ duo millia quadringentæ,
& alia vasa mille.
14 Omnia autem vasa aurea & argentea,
quinque millia octingenta sexaginta.
15 Et enumerata sunt Salmanasaro simul
cum his qui ex captiuitate Babylonis venerant in Ierosolymam.
16 In Artaxerxis autem regis Persarum temporibus scripserunt ei de his qui habitabant in Iudæa & Ierusalem, Balsamus, &
Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Bal
themus, Samelius scriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis, subiectam
epistolam regi Artaxerxi.
C 17 Domine, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba, & reliqui curiæ
tuæ iudices in Cœlesyria & Phœnice.
18 Et nunc notum sit domino regi quoniam
Iudæi qui ascenderunt à vobis ad nos, venientes in Ierusalem ciuitatem refugam
& pessimam, ædificant furnos eius, & statuunt muros, & templum suscitant.
19 Quòd si ciuitas ista, & muri consummati
fuerint, non tantùm tributa non sustinebunt pendere, sed etiam regibus resistent.
20 Et quia id agitur circa templum, rectè
haberi arbitrati sumus non despicere hoc
ipsum.
21 Sed notum facere domino regi, vt si videbitur, rex, quæratur in Libris patrum
tuorum.
22 Et, inuenies in admonitionibus scripta
de his, & scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, & reges & ciuitates concutiens.
23 Et Iudæi, refugæ, & prælia committentes
in ea ab æterno: ob quam causam ciuitas
ista deserta est.
24 Nunc ergo notum facimus, domine rex,
quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, &
huius muri erecti fuerint, descensus tibi non
erit in Cœlesyriam & Phœnicem.
25 Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat
accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ,
& cæteris constitutis, & habitantibus in
Syria & Phœnice, ea quæ subiecta sunt:
26 LEGI epistolam quã misistis mihi præ
cepi ergo inquiri, & inuentum est quoniã
ciuitas illa est ab æuo regibus resistens.
27 Et homines refugæ, & prælia in ea efficientes, & reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes, & tributa exigentes à
Cœlesyria & Phœnice.
28 Nunc ergo præcepi prohibere homines
illos ædificare ciuitatem, & prohibere ne-
quid vltra hæc fiat: sed nec procedant in
plurimum.
29 Ex quo sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur,
30 Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe
scripta fuerant, Rathimus & Sabellius scriba, & qui cum his constituti erant iungentes festinanter venerunt in Ierusalem cum
equitatu, & turba, & agmine:
31 Cœperũntque ædificantes prohibere: &
vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem vsque secundo anno regni Darii regis Persarum.

CAP. III.

1 REx Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis.
2 Et omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus,
& consulibus, & præfectis sub illo ab India
vsque Aethiopiam, centum viginti septem
prouinciis.
3 Et cùm mãducassent & bibissent, & satiati reuerterẽtur, tunc Darius rex ascendit in
cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est.
4 Tunc illi tres iuuenes corporis custodes,
qui custodiebant corpus regis, dixerunt B
alter alteri.
5 Dicamus vnusquisque nostrum sermonem
qui præcellat: & cuiuscunque apparuerit
sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna.
6 Purpura cooperiri, & in auro bibere, &
super aurũ dormire, & currũ aureo fræno,
& cydarim byssinã, & torquẽ circa collum.
7 Et secundo loco sedebit à Dario propter
sapiẽtiam suã, & cognatus Darii vocabitur.
8 Tunc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical
Darii regis, & dixerunt,
9 Cùmq; surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra: & quodcunq; iudicauerit rex è
tribus, & magistratus Persidis, quoniã vic-

bum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est.
10 Vnus scripsit, Forte est vinum.
11 Alius scripsit Fortior est rex.
12 Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas.
13 Et cum surrexisset rex, acceperūt scripta sua, & dederunt illi, & legit.
14 Et mittens vocauit omnes magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos:
15 Et sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis.
16 Et dixit, Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt.
17 Et dixit illis, Iudicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, & dixit,
18 Viri, quàm præualet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud:
19 Seducit mentem. Itémque regis & orphani facit mentem vanam: item serui ac liberi, pauperis ac diuitis,
20 Et omnem mentem conuertit in securitatem & incunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum,
21 Et omnia præcordia facit honesta, & non meminit regem, nec magistratum, & omnia per talenta loqui facit.
22 Et non meminerunt, cùm biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios:
23 Et cùm à vino mersérint & surrexerint, non memincrunt quæ gesserunt.
24 O viri, num præcellit vinum? quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IIII.

1 ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis:
2 O viri, num præcellunt homines qui terram, & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt.
3 Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunque dixerit illis, faciunt.
4 Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliunt montes, & muros, & turres.
5 Iugulantur, & iugulant, & regis verbum non prætereunt. Nam si vicerint, afferunt regi omnia quæcunque prædati fuerint.
6 Similiter & alii omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram: rursum cùm fuerint metentes, afferunt tributa regi: & ipse vnus solus si dixerit,
7 Occidite, occidunt: dixerit, Remittite, remittunt: dixerit, Percutite, percutiunt:
8 Dixerit, Exterminate, exterminant: dixerit, Ædificate, ædificant:
9 Dixerit, Excidite, excidunt: dixerit, Plantate, plantant:
10 Et omnis plebs, & virtutes eũ obaudiũt, & super hoc ipse recũbit, & bibit, & dormit.
11 Hi autem custodiunt in circuitu eum, & nō possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei.
12 Viri, quomodo non præcellit rex, qui sic diffamatur? Et tacuit.
13 Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, (hic est Zorobabel) cœpit loqui.
14 Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit.
15 Qui est ergo, qui dominatur eorũ? Nónne mulieres genuerunt regem, & omnem populum qui dominatur mari & terræ?
16 Et ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos, qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit?
17 Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus,
18 Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnam bono habitu & bona specie,
19 Omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, & omnem rem pretiosam.
20 Homo patrem suum relinquit qui enutrit illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit.
21 Et cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem neq; regionem.
22 Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri.
23 Nónne doletis? Et accipit homo gladium suum: & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare nauigare & flumina,
24 Et leonem videt, & in tenebris ingreditur: & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert:
25 Et iterum, diligit homo vxorem suã magis quàm patrem aut matrem.
26 Et multi demẽtes facti sunt propter vxores suas: & serui facti sunt propter illas.
27 Et multi perierũt & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres.
28 Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum.
29 Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram,
30 Et auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cæd̃ba. regem de sinistra manu.
31 Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si arriserit ei, ridet. Nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.
32 O viri, cur non sunt fortiores mulieres?
33 Magna est terra, & excelsum est cælum: quis ista agit? Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate.
34 O viri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: & velox cursus solis conuertit in gyro cælum in locum suum in vna die.
35 Nónne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus?
36 Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt eam, & non est cum eâ quicquam iniquum.
37 Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua illorum omnia opera, & nō est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt:
38 Et veritas manet, & inualescit in æternũ, & viuit, & obtinet in secula seculorum.
39 Nec est apud eam accipere personas, neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius.
40 Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum, Benedictus Deus veritatis.
41 Et desiit loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt, Magna est veritas, & præualet.
42 Tunc rex ait illi, Pete, siquid vis amplius, quàm quæ scripta sunt, & dabo tibi, secundum quod inuentus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis.
43 Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem,
44 In die qua regnum accepisti: & omnia vasa quæ accepta sunt Ierusalem, remittere, quæ separauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi.
45 Et tu vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Caldæis.
46 Et nunc hoc est quod postulo domine, & quod peto, hoc est maiestas quod à te postulo, vt facias votum quod vouisti regi cæli ex ore tuo.
47 Tunc surgẽs Darius rex, osculatus est illum: & scripsit epistolam ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalem.
48 Et omnibus præfectis qui erãt in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem.
49 Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum,
50 Et omnem regionem quam obtinuerant immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudæorum,
51 Et in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum perædificaretur:
52 Et super sacrarium holocaustomata vsturare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decem offerre per singulos annos,
53 Et omnibus qui procedunt à Babylonia cõdere ciuitatẽ: vt esset libertas tam ipsis quàm filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt.
54 Scripsit autem & quantitatem, & sacram stolam iussit dari in qua deseruirent:
55 Et Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua consummabitur domus & Ierusalem extruetur: & omnibus custodientibus ciuitatem,
56 Scripsit dari ei sortes & stipendia.
57 Et d̃misit omnia vasa quæcunque separauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcunque dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem.
58 Et cum processisset ille adolescens, eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regem cæli, & dixit,
59 Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas, & ego seruus tuus sum.
60 Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiã, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorum.
61 Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia:
62 Et benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium,
63 Vt ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in ipso: & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

CAP. V.

1 POst hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes pagorum per domos, & tribus suas, & vxores illorum, & filii & filiæ eorum, & serui, & ancillæ ipsorum, & pecora eorum.
2 Et Darius rex misit vnà cum eis equites mille donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis, & cum tympanis & tibiis:
3 Et omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cum eis.
4 Et hæc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in tribus, Et in partem principatus ipsorum.
5 Sacerdotes: Filii Phinees, filii Aaron, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel filii Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda,
6 Qui locutus est sub Dario rege Persarũ sermones mirificos in secundo anno regni ipsius mense Nisan primo.
7 Sunt autem hi, qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos trãsmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonẽ, & reuersus est in Ierusalem.
8 Et requisiuit partem Iudææ vnusquisq; in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nehemia, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelsuro, Mechpharochor, Olioro, Emoaia vnus de principibus eorum.
9 Et numerus à gentilibus eorum, ex præpositis eorum, Filii Phares, duo millia centum septuagintaduo.
10 Filii Ares, tria millia centum quinquagintaseptem.
11 Filii Phœmo, centum quadragintaduo.
12 In filiis Iesu & Ioabes, mille trecẽtiduo.
13 Filii Deum, duo millia quadringenti septuagintæ.
14 Filii Choraba, ducentiquinque.

15 Filii Banica, centum sexaginta octo,
16 Filii Bebeci, quadringentitres.
17 Filii Archad, quadringenti vigintiseptẽ.
18 Filii Chan, trigintaseptem.
19 Filii Zoroar, duo millia sexagintaseptẽ.
20 Filii Adin, quadringenti sexagintavnus.
21 Filii Adarecis, centumocto.
22 Filii Clasō & Zelas, centum septem.
23 Filii Azoroc, quadringenti trigintanouẽ.
24 Filii Icdarbone, centum trigintaduo.
25 Filii Ananiæ, centum triginta.
26 Filii Asoni, nonaginta.
27 Filii Masar, quadringenti vigintiduo.
28 Filii Zabarus, nonaginta quinque.
29 Filii Sepolemon, centum vigintitres.
30 Filii Nepopas, quinquaginta quinque.
31 Filii Hecanatus, cẽtũ quinquagintaocto.
32 Filii Cebethamus, centum trigintaduo.
33 Filii Crearpatros, qui Enocadies, & Modiæ, quadringenti vigintitres:
34 Qui ex Gramas & Gabea, cẽtum vigintivnus: qui ex Besselon, & Ceagge, sexaginta quinque: qui ex Hastaro, centũ vigintiduo.
35 Qui ex Bechnobes, quinquagintaquinqs.
36 Filii Liptis, centũ quinquagintaquinqs.
37 Filii Labonni, trecenti quiquagintaseptẽ.
38 Filii Sichem, trecenti septuaginta.
39 Filii Suadon, & Chomus, trecenti septuagintaocto.
C 40 Filii Ericus, duo millia centum quadragintaquinque.
41 Filiæ Anaas, trecenti septuaginta.
42 Sacerdotes, filii Ieddus, filii Euther, filii Eliasib, trecenti septuagintaduo.
43 Filii Emerus, ducenti quinquagintaduo.
44 Filii Phasurii, trecenti quiquagintaseptẽ.
45 Filii Carce, ducenti vigintiseptem.
46 Leuitæ: filii Iehu in Caduhel, & Banis, & Serebias, & Edias, septuagintaquatuor. Omnis numerus à duodecimo anno, trigintamillia quadringenti sexagintaduo.
47 Filii, & filiæ, & vxores, omnis cõputatio, quadraginta millia ducenti quadragintaduo.
48 Filii sacerdotum, qui psallebant in templo: Filii Asaph, centum vigintiocto.
49 Ostiarii vero: Filii Esmenni, Filii Azer, filii Amon, filii Accuba, Topa filii Tobi, omnes centum trigintanouem.
50 Sacerdotes seruientes in templo: Filii Sel, filii Hasapha, filii Toloch, filii Carię filii Su, filii Hellu, filii Labana, filii Armacha, filii Achub, filii Vtha, filii Cetha, filii Aggab, filii Obai, filii Anani, filii Canna, filii Geddu,
51 Filii Ani filii Radia, filii Desanou, filii Nachoba, filii Caseba, filii Gaze, filii Ozui, filii Sinone, filii Atrre, filii, Hasten, filii Asiana, filii Manei, filii Nasissim, filii Accusu, filii Agiita, filii Azui, filii Fauon, filii Phaselon,
52 Filii Meedda, filii Phusa, filii Carce, filii Barcus, filii Sarec, filii Cocs, filii Nasith, filii Agistr, filii Pedon.
53 Salomon filii eius filii Asophor, filii Phazida: filii Cæli, filii Dedon, filii Gaddahel, filii Sephegi,
54 Filii Aggia filii Sacharcth, filii Sabarhen, filii Caronerth, filii Masith, filii Amæ, filii Sasus, filii Addus, filii Suba, filii Euta, filii Rahotis, filii Phasphat, filii Malmon.
55 Omnes sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringenti octoginta duo.
56 Hi sunt filii qui ascẽderunt à Thel-mela, Thel-harsa: principes eorũ Carmellam, & Careth: & non poterant edicere ciuitates suas & progenies suas, quem admodum sint ex Israel. Filii Dalari, filii Tubal, filii Nechodaici.
57 Ex sacerdotibus, qui sungebantur sacerdotio, & non sunt inuenti filii Obia, filii Achisos, filii Addin, qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu: & vocati sunt nomine eius, & horum quæsita est generis scriptura in prædatura, & non est inuenta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi.
58 Et dixit illis Nehemias & Athatharas, Ne participentur sancta, donec exurgat pontifex doctus in ostensionem & veritatem.
59 Omnis autem Israel erat, exceptis seruis & ancillis, quadragintaduo millia trecenti quadraginta.
60 Seruorum & ancillæ septem millia trecenti triginta septem.
61 Cantores & cantatrices, ducenti sexaginta quinque.
62 Cameli, quadringenti trigintaquinque.
63 Equi, septem millia trigintasex.
64 Muli ducenta millia quadragintaquinqs.
65 Subiugalia, quinqs millia vigintiquinqs.
66 Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirent in templum Dei, quod erat in Ierusalem, innouare & suscitare templum in loco suo, secundum suam virtutem: & dari in templum thesaurum operum sacrum auri mnas duodecim millia, & mnas argẽti quique millia, & stolas sacerdotales centum.
67 Et habitauerunt sacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ierusalem & in regione, & sacri cantores, & ostiarii, & omnis Israel in regionibus suis.
67 Instante autem septimo mense, cũmque essent filii Israel vnusquisqs in suis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium, quod erat ante ianuam Orientalem.
69 Et stantes Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare, vt offerrent super illud holocaustomata, secundum quæ in libro Moysi hominis Dei scripta sunt.
70 Et conuenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ: & offerebant hostias, & holocaustomata Domino matutina.
71 Et egerunt scenopegiam, & diem solennem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat: & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbathiorum, & neomeniarũ, & dierum solennium omnium sanctificatorum.
72 Et quotquot vouebant Domino à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatum.
73 Et dederunt pecuniam lapidariis & fabris, potum, & pabula cum gaudio.
74 Et dederunt carra Sidonii & Tyrii, vt transucherent

transucherẽt illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe portu, secundum decretum quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum.
75 Et in secundo anno venientes in templum Dei in Ierusalem, mense secundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorum, & sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem, & fundauerunt templũ Dei nouilunio secundi mẽsis secundi anni, cum venissent in Iudæam & Ierusalem.
76 Et statuerunt Leuitas à viginti annis, super opera Domini: & stetit Iesus & filius eius, & fratres omnes Leuitæ cõspirantes, & executores legis, facientes opera in domo Domini:
77 Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis: & Leuitæ filii Asaph habentes cymbala, collaudantes Dominum, & benedicentes secundum Dauid regem Israel.
G 78 Et cantabant canticum Domino, quoniam dulcedo eius, & honor in secula super omnem Israel.
79 Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes Dominum in suscitatione domus Domini.
80 Et venerunt ex sacerdotibus & Leuitis, & præsidentibus secundum pagos seniorib⁹, qui viderant pristinam domum: & ad huius ædificationem eam cum clamore & plãctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: intantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi.
81 Turba enim erat tubis canens magnifice, ita vt longe audiretur.
82 Et audierũt inimici tribus Iudæ & Beniamin: & venerunt scire, quæ esset vox tubarum.
83 Et cognouerunt, quoniam qui erant ex captiuitate ædificant templum Domino Deo Israel.
84 Et accedentes ad Zorobabel & Iesum, præpositos pagorum, dixerunt eis, A Edificabimus vna vobiscum: similiter enim audiumus Dominum vestrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Assyriorum, qui transmigrauit nos huc.
85 Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, & principes pagorum Israel, Non est nobis & vobis ædificare domũ Dei nostri. Nos enim soli ædificabimus Domino Israel secundũ ea quæ præcipit nobis Cyrus rex Persarũ.
86 Gentes autẽ terræ incumbentes his qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis & insidias, & populos adducentes, prohibebant eos ædificare, & aggressuras exercentes impedierunt, ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per biennium, vsque ad Darii regnum.

CAP. VI.

IN secundo autem anno regni Darii prophetauit Aggeus, & Zacharias filius Addinprpphetę apud Iudæam & Ierusalem in nomine Dei Israel super eos.
2 Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerunt ędificare domum Domini, quę est in Ierusalem: cum adessent eis prophetæ Domini, & adiuuarent eos.
3 In ipso tempore venit ad illos Sisennes subregulus Syrię, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius, & dixerunt eis,
4 Quo precipiẽte vobis domum hanc, ędificatis, & tectum istud, & alia omnia perficitis? & qui sunt structores qui hęc ędificãt?
5 Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos, qui erant ex captiuitate à Domino seniores Iudęorum,
6 Et non sunt impediti ędificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur.
7 Exemplum epistolę quam miserunt Dario: SISENNES subregulus Syrię, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius in Syria & Phœnice presides, regi Dario salutem.
8 Omnia nota sint domo tegi, quòd cùm venissemus in regionem Iudææ, & introissemus in Ierusalem, inuenimus ędificantes domum Dei magnam:
9 Et templum ex lapidibus politis, & magnis & pretiosis materiis in parietibus:
10 Et opera illa instanter fieri, & sustragare & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria quàm diligentissimè perfici.
11 Tunc interrogauimus seniores, dicentes, Quo permittente vobis ędificatis domum istam, & opera hęc fundatis?
12 Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines & prępositos: & nominum scripturam prępositorum postulauimus illos,
13 At illi responderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Domini, qui fecit cælum & terram,
14 Et ędificabatur hæc domus ante annos istos multos à rege Israel magno & fortissimo, & consummata est. 1. Reg. 6. a. 1.
15 Et quoniam patres nostri exacerbantes erant, & peccauerunt in Deum Israel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonię, regis Chaldæorum:
16 Et domum istam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylonem. 1. Esdr. 5. c. 13.
17 In primo anno regnante Cyro rege Babylonię scripsit Cyrus rex domum hanc ędificare:
18 Et illa sacra vasa aurea & argentea quæ extulerat Nabuchodonosor de domo quę est in Ierusalẽ, & conseruauerat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita C sunt Zorobabel, Salmanasaro subregulo:
19 Et præceptũ est eis vt offerent hæc vasa, & reponerent in templo: quod erat in Ierusalem, & ipsum templum Dei ædificare in loco suo.
20 Tunc Salmanasarus subiecit fundamenta domus Domini, quæ est in Ierusalem: & exinde vsque nunc ædificatur, & non ac-

cepit consummationem.
21 Nunc ergo si iudicatur á te ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis quæ sunt in Babylonia,
22 Et inuentum fuerit consilio Cyri regis cœptam esse structuram domus Domini, quæ est in Ierusalem, & iudicatur à domino rege nostro, scribat de his nobis.
2. Esdr. 5. 4. 23 *Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus est in Ecbathanis oppido, quod est in Media regione, locus vnus in quo scripta erant ista,
B 24 ANNO PRIMO regnante Cyro rex Cyrus præcepit domum Domini quæ est in Ierusalem ædificare, vbi incendebãt igni assiduo:
25 Cuius altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiusdem regionis, & meniano vno nouo: & impendia dari de domo Cyri regis:
D 26 Et sacra vasa domus Domini tam aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodonosor in domo Domini, quæ est in Ierusalem, vbi erant posita, vt ponantur illic.
27 Et præcepit curam agere Sisennem subregulum Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanem, & sodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præsides, vt abstinerent se ab eodem loco.
28 Et ego quoque præcepi in totum ædificare: & prospexi, vt adiuuent eos qui sunt ex captiuitate Iudæorum, donec consummetur templum ædis Domini:
29 Et à vexatione tributorũ Cœlesyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificia Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos:
30 Similiter autem & frumentum, & sal, & vinum, & oleum iussimus per singulos annos, prout sacerdotes, qui sunt in Ierusalem, dictauerunt consumi quotidie sine vlla dilatione,
31 Vt offerantur libationes summo Deo pro rege & pueris eius, & orent pro ipsorum vita:
32 Et denuntietur, vt quicunque transgressi fuerint aliquid ex his quæ scripta sunt, aut spreuerint, acciptatur lignum de suis propriis, & suspendantur, & bona ipsorum regi ascribantur.
33 Propteres, & Dominus, cuius nomen inuocatum est ibi, exterminet omnem regem & gentem, qui manum suam extenderit prohibere, aut male tractare domum Domini illam quæ est in Ierusalem.
34 Ego Darius rex decreui quàm diligentissime secundum hæc fieri.

CAP. VII.

1. Esdr. 6. 2. 13. 1* TVnc Sisennes subregulus Cœlesyriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales obsecuti his, quæ a Dario rege erant decreta,
2 Insistebant sacrosanctis operibus diligentissime cooperãtes cum senioribus Iudæorum principibus Syriæ.
3 Et prosperata sunt sacrosancta opera, prophetantibus Aggæo & Zachariæ prophetis.
4 Et consummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darii, & Artaxerxis regis Persarum.
5 Et consummata est domus nostra vsq; ad tertiam & vicesimam diem mẽsis Adar, sexto anno Darii regis.
6 Et fecerunt filii Israel, & sacerdotes & Leuitæ, & exteri qui erant ex captiuitate, qui appositi sunt secundum ea quæ scripta sunt in libro Moysi,
7 Et obtulerunt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos.
8 Et hœdos pro peccatis vniuersi Israel duodecim, secundum numerum tribuum Israel.
9 Et steterunt sacerdotes & Leuitæ amicti G stolis per tribus super omnia opera Domini Dei Israel secundum librum Moysi, & ostiarii per singulas ianuas.
10 Et egerunt filii Israel cum his qui erant ex captiuitate illud phase quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ.
11 Omnes filii captiuitatis non sunt simul sanctificati,
12 Quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt. Et immolauerunt phase vniuersi filii captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis.
13 Et manducauerunt filii Israel, qui erant ex captiuitate omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus gentium terræ quærentes Dominum,
14 Et celebrauerunt diem festum azymorũ septem diebus epulantes in conspectu Domini,
15 Quoniam conuertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

CAP. VIII.

1* ET post hunc regnante Artaxerxe Persarum rege accessit Esdras filius Azariæ, filii Helciæ, filii Solome. 1. Esdr. 8. a. 1.
2 Filii Sadoc, filii Achitob, filii Ameri, filii Azahel, filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazari, filii Aaron primi sacerdotis:
3 Hic Esdras ascendit de Babylonia, cùm esset scriba, & ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à Domino Deo Israel docere & facere.
4 Et dedit ei rex gloriam, quòd inuenisset gratiam in omni dignitate & desyderio in conspectu eius.
5 Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus templi, & ostiariis, & seruis templi in Ierusalem.
6 Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mense (hic annus septimus est regni,) exeuntes de Babylonia nonilunio quinti mensis,
7 Venerunt Ierosolimam iuxta præceptum illius secundum prosperitatem itineris à Domino ipsorum datam eis.

In his

8 In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum, quæ essent ex lege Domini & præceptis, & docendo vniuersum Israel omnem iustitiam & iudicium.
9 Accedentes autem, qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderũt scriptum quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdram sacerdotem, & lectorem legis Domini, cuius exemplum subiectum est.
10 REX Artaxerxes Esdræ sacerdoti & lectori legis Domini salutem.
11 Humanior ego iudicãs in beneficiis, præcepi eis qui desyderant ex gente Iudæorum sua sponte, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem.
12 Siqui ergo cupiunt ire tecum, conueniant & proficiscantur sicut placuit mihi & septem amicis meis consiliariis,
B 13 Vt visitent ea quæ aguntur secundum Iudæam & Ierusalem,
14 Obseruantes sicut habes in lege Domini,
15 Et ferant munera Domino Deo Israel, quæ vouí ego & amici Ierusalem, & omne aurum & argentum, quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Ierusalem cum illo,
16 Quod est donatum pro ipsa gente in templum Domini eorum quod est in Ierusalem: vt colligatur hoc aurum & argentum ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia,
17 Vt offerant hostias Domino super altare Domini ipsorum quod est in Ierusalem.
18 Et omnia quæcunque volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua secundum præceptum Domini Dei tui.
19 Et sacrosancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ est in Ierusalem:
20 Et cætera quæcunque tibi subuenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio.
21 Cum volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice secundum voluntatem Domini.
22 Et ego quidem rex Artaxerxes, præcepi custodibus thesaurorum Syriæ & phœnicis, vt quæcunque scripserit Esdras sacerdos, & lector legis Domini, diligenter detur ei.
23 Vsque ad argenti talenta centum, similiter & auri: & vsque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcunque abundant sine taxatione.
24 Omnia secundum legem Dei fiant Deo altissimo, ne forte exurgat ira in regno regis, & filii, & filiorum eius.
25 Vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius,
26 Nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obiicere eis quicquam.
27 Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei constitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes, qui legem Dei tui non nouerunt, doce:
28 Vt quotquot trãsgressi fuerint legem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiam pecuniæ multatione vel abductione.
29 Et dixi Esdras scriba, Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum suam quæ est in Ierusalem,
30 Et me honorificauit in conspectu regis, & consiliariorum, & amicorum, & purpuratorum eius:
31 Et ego confortatus animo factus sum secundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecum.
32 Et hi sunt præpositi secundum suas patrias, & principatus portionales eorum qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis.
33 Et ex filiis Phares, Gersomus: ex filiis Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Acchus filius Sceciliæ:
34 Ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centum quinquaginta:
35 Ex filiis ductoris Moabilionis Zaraei, & cum ipso viri ducenti quinquaginta:
36 Ex filiis Zachues: Iechonias Zechoeli, & cum ipso viri ducenti quinquaginta:
37 Ex filiis Sala, Maasias Gotholiæ, & cum ipso viri septuaginta:
38 Ex filiis Saphatiæ, Zarias Michelli, & cum ipso viri octoginta.
39 Ex filiis Iob, Abdias Iceli, & cum ipso viri ducenti duodecim:
40 Ex filiis Raniæ, Salimoth, filius Iosaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta:
41 Ex filiis Beet, Zacharias Bebei, & cum ipso decentiocto:
42 Ex filiis Ezead, Iohannes Eccetan, & cum ipso viri centumdecem:
43 Ex filiis Adonicam ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorũ, Eliphalan filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta.
44 Et congregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati fuimus illic triduo, & recognoui eos.
45 Et ex filiis sacerdotum & Leuitarum non inueni illic.
46 Et misi ad Eleazarum, & Ecceelon, & D Masinan, & Maloban, & Enaathan, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagan, Zachariam, & Mosolamum ipsos ductores & peritos:
47 Et dixi eis vt venirent ad Loddeum, qui erat apud locum gazophylacii.
48 Et mandaui eis vt dicerent Loddeo & fratribus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt mitterẽt nobis eos qui sacerdotio fungerẽtur in domo Domini Dei nostri:
49 Et adduxerunt nobis secundum manum validam Domini Dei nostri viros peritos: ex filiis Moholi, filii Leui, filii Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant decem & octo:
50 Asbiam & Amin ex filiis filiorum Chanaxi, & filii eorum viri viginti,

51 Et ex his qui templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationem Leuitis templo seruientium cucenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis.

52 Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu Dei, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filiis, & pecoribus propter insidias.

53 Erubui enim petere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia contra aduersarios nostros.

54 Diximus enim regi, quoniam virtus Domini erit cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu.

55 Et iterum deprecati sumus Dominum Deum nostrum secundum hæc: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro.

56 Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus templi viros duodecim, & Sechiam, & Asannam, & cum eis ex fratribus eorum viros decem.

57 Et appendi eis aurum & argentum & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donauerat rex, & consiliarii eius, & principes, & omnis Israel.

58 Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorũ centũ, & auri talenta centũ,

59 Et vasorum aureorum scyphi viginti, & vasa ærea de bono æramento splendentia, duodecim, auri speciem reddentia:

60 Et dixi eis, Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta, & aurum, & argentum votum est Domino Deo patrum nostrorum.

E 61 Vigilate & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus, & Leuitis, & principibus ciuitatum Israel in Ierusalem, in pastophorio domus Dei nostri.

62 Et hi qui susceperunt sacerdotes & Leuitæ aurum & argentum & vasa, intulerunt in Ierusalem in templum Domini.

63 Et promouimus a fluuio Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem.

64 Et eum factus fuisset tertius dies, quarta autem ponderatum aurum, & argentum traditum est in domo Domini Dei nostri Marimoth filio Iori sacerdoti.

65 Et eum ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ ad numerum, & ad pondus vniuersa.

66 Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora.

67 Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificium Domino Deo Israel, tauros duodecim pro omni Israel, arietes octoginta sex.

68 Agnos septuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Domini.

69 Et relegerunt præcepta regis regalibus dispensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: & honorificauerunt gentem, & templum Domini.

70 Et consummatis his, accesserunt ad me præpositi dicentes,

71 Non segregauerunt genus Israel, & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, & alienigenæ gentes, & nationes terræ immunditias suas à Chananæis & Hethæis & Pherezæis, & Iebuzeis & Moabitis & Aegyptiis & Idumeis?

72 Coniuncti enim sunt filiabus eorum ipsi, & filii eorum: & mistum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ, & participes erant præpositi, & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni.

73 Et mox vt audiui ista, conscidi vestimenta & sacram tunicam: & lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens & mœstus.

74 Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo Domini Dei Israel ad me lugentem super iniquitatem istam: & sedebam tristis vsq; ad sacrificium vespertinum.

75 Et consurgens à ieiunio, conscissa habens vestimenta & sacram tunicam, ingeniculans & extendens manus ad Dominũ, dicebam.

76 Domine confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam.

77 Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsque ad cœlum:

78 Quoniam à temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato vsque ad diem hunc.

79 Et propter peccata nostra, & patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris regibus terræ in gladium & captiuitatem, & depræ-dationem cum confusione vsque in hodiernum diem.

80 Et nunc quantum est hoc quod contigit nobis misericordia abs te Domine Deus, & reliquæ nobis radicem, & nomen in locum sanctificationis tuæ,

81 Detegere luminare nostrum in domo Domini Dei nostri, & dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ,

82 Et cum seruiremus, non fuimus derelicti à Domino Deo nostro, sed constituit nos in gratia, ponens nobis reges Persarum dare cibum,

83 Et clarificare templum Domini Dei nostri, & ædificare desertã Sion, dare nobis stabilitatem in Iudæa & Ierusalem.

84 Et nunc quid dicimus Domine habentes hæc? transgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarum, dicens,

85 Quoniam terra, in quam introistis possidere hæreditatem eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleuerunt eam totam immunditia sua.

86 Et nunc filias vestras non coniungetis filiis eorum, & filias eorum non accipietis filiis vestris:

87 Et non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore, vt inualescentes manducetis optima terræ, & hæreditatem distribuatis filiis vestris vsque in æuum.

88 Et quæ contingunt nobis, omnia sunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra.

Et dedisti

89 Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reuersi sumus transgredi legitima tua, vti commisceremur immunditiæ alienigenarum gentium terræ huius.

90 Nonne irascêris nobis perdere nos, quoad vsque non relinquatur radix & nomen nostrum.

91 Domine Deus Israel verax es: derelicta est enim radix vsque ad hodiernum diem.

92 Ecce, nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris non est enim adhuc stare ante te in his.

93 Et cùm adorando confiteretur Esdras flens humi prostratus ante templum, congregati sunt ante eum ex Ierusalem turba magna valdè, viri & mulieres & iuuenes & iuuenculæ: fletus enim erat magnus in ipsa multitudine.

94 Et cùm clamasset, Iechonias Icheli ex filiis Israel, dixit Esdræ, Nos in Dominum peccauimus, quod collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ.

95 Et nunc es super omnem Israel. In his ergo sit iusiurandum à Domino expellere omnes vxores nostras quæ ex alienigenis sunt cum filiis earum.

96 Sicut tibi decretum est à maioribus secundum legem Domini exurgens explica.

97 Ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus: viriliter fac.

98 Et exurgens Esdras ad iurauit principes sacerdotum & Leuitas, & omnem Israel facere secundum hæc: & iurauerunt.

CAP. IX.

1 ET exurgens Esdras ab ante atrium templi, ablit in pastophorium Ionatæ filii Nasabi.

2 Et hospitarus illic non gustauit panem, nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis.

3 Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati,

4 Vt quicunque non occurrerit biduo vel triduo diei secundum iudicium assidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis.

5 Et congregati sunt omnes, qui erant ex tribu Iuda, & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem. hic mensis est nonus, dies impensis vicesimus.

6 Et sedit omnis multitudo in area templi tremendes propter hyemem præsentem.

7 Et exurgens Esdras dixit illis, Vos iniquè fecistis, collocantes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt addoceretis ad peccata Israel.

8 Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum:

9 Et perficite voluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis.

10 Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna, Sicut dixisti, faciemus.

11 Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hybernum, & non possumus insabbatari stare: & hoc opus non est nobis vnius diei, neque bidui: multum enim in his peccauimus:

12 Stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscum inhabitant, & quotquot habent vxores apud se alienigenas.

13 Et assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices vsquequo soluant iram Domini negotii huius.

14 Ionathas autẽ filius Ezeli, & Ozias Thecam suceperunt secundum hæc: & Bosorzmus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis.

15 Et fecerunt secundum hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate.

16 Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum secundum nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud.

Et determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsque ad neomeniam primi mensis:

18 Et inuenti sunt ex sacerdotibus permissi qui habebant alienigenas vxores.

19 Ex filiis Iesu filii Iosedec, & fratribus eius, Maseas, & Eliezerus, & Ioribus, & Ioadeus:

22 Et iniecerunt manus vt expellerent vxores suas, & ad liandum in exortationem arietem pro ignorantia sua.

21 Et ex filiis Semmeri, Maseas & Esses & Seelecli Azarias.

22 Et ex filiis Fosere, Limosias, Hismaenis: & Nathanee, Iusio, Reddus, & Talsas.

23 Et ex Leuitis, Iozabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas.

24 Et ex sacris cantoribꝰ, Eliasib, Zaccarus.

25 Et ex ostiariis, Salumus, & Tolbanes.

26 Et ex Israel, ex filiis Foro, Ozi, & Remias & Geddias & Melchias & Michelus, Eleazarus & Iemmebias & Bannas.

27 Et ex filiis Iolamam, Chamas & Zacharias & Iezrelus & Ioddius & Erimoth & Helias.

28 Et ex filiis Zathoim, Eliadas & Liasimus, Zochias & Larimoth, & Zabdis & Tebeddas.

29 Et ex filiis Zebee, Iohanes & Amanias & Zaddias & Emens.

30 Et ex filiis Banni, Olamus & Maluchus & Ieddeus & Iasub & Azabus, & Ierimoth.

31 Et ex filiis Addin, Naathus & Moosias & Caleus & Raanas, Maaseas, Mathathias & Beseel & Bonnus & Manasses.

32 Et ex filiis Nuas, Noneas & Afeas & Melchias & Sameas & Simon, Beniamin & Malchus & Marras,

33 Et ex filiis Asom, Carianeus, Mathathias & Bauus & Eliphalach & Manasses & Semei.

34 Et ex filiis Banni, Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel & Baneas & Pelias & Ionas & Marimoth & Eliasib & Mathaneus & Eliasis & Oziras & Dielus & Semedis & Zambris & Iosephus.

35 Et ex filiis Nobei, Idelꝰ & Mathathias & Sabadꝰ & Zecheda, Sedui & Iesel, Baneas.

36 Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filiis.

37 Et inhabitauerunt sacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Israel in Ierusalem, & in tota vna regione nouilunio mensis septimi. & erant filii Israel in commorationibus suis.

38 Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab Oriente portæ sacræ:

39 Et dixerunt Esdræ pontifici, & lectori, vt afferret legem Moysi, quæ tradita est à Domino Deo Israel.

40 Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorum à viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi.

41 Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, à prima luce vsque ad vesperam coram viris & mulieribus: & dederunt omnes sensum ad legem.

42 Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal, quod fabricatum erat.

43 Et steterũt ad eum Mathathias, & Samus, Annanias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram:

44 Et ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abustias, Sabus, Nabadias, & Zacharias.

45 Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: (præludebat enim in gloria in conspectu omnium.)

46 Et cum absoluisset legem, omnes erecti steterunt: & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem.

47 Et respondit omnis populus, Amen,

48 Et 'elcuaris sursum manibus procidentes in terram, adorauerunt Dominum.

49 Iesus & Banaeus & Sarebias & Iaddimus & Accubus & Sabathæus & Calithes & Azarias & Ioradus & Ananias & Philias Leuitæ, qui docebant legem Domini, & in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem:

50 Et dixit Atharathes Esdræ pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem, dicens,

51 Dies hic sanctus est Domino. & omnes flebant, cum audissent legem.

52 Et dixit Esdras. Digressi ergo manducate pinguissima quæque. & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his qui non habent.

53 Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos.

54 Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes, Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse.

55 Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his, qui non habebant, vt epularentur.

56 Magnificè enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum Domini Dei Israel.

LIBER ESDRAE QVARTUS, qui inter apocrypha ponitur.

CAP. I.

1 LIBER Esdræ prophetæ secundus. filii Sarei, filii Azarei, filii Helciæ, filii Sadaniæ, filii Saduch, filii Achitob,

Filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli, filii Amerix, filii Asiei, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziæ, filii Borith, filii Abisei filii Phinees, filii Eleazar,

3 Filii Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum.

4 Et factum est verbum Domini, ad me, dicens.

5 Vade, & nũtia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuntient filiis filiorum:

6 Quia peccata parentum ipsorum in illis creuerunt, Obliti enim mei sacrificauerunt diis alienis.

7 Nonne ego eduxi eos de Terra-AEgypti de domo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt.

8 Tu autem excute comam capitis tui, & proiice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi meæ: populus autem est indisciplinatus.

9 Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli?

10 Reges multos propter eos subuerti, Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussi.

11 Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci.

12 Tu verò loquere ad eos, dicens, Hæc dicit Dominus:

13 Nempe ego vos per mare transmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi Moysen, & Aaron sacerdotem.

14 Lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti estis, dicit Dominus.

15 Hæc dicit Dominus omnipotens: Cornix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis:

17 Et non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc huc nunc vsque murmurastis.

27 Vbi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nonne in deserto cùm esuiretis, proclamastis ad me, dicentes,

28 Vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat seruire AEgyptiis, quàm mori in deserto hoc.

C 19 Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam.

Exod. 16. 20 *Panem angelorum manducastis, *Nonne cum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? Propter æstus foliis arborum vos texi.

21 Diuisi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philisthæos à facie vestra proiecí. *quid faciam vobis adhuc? dicit Dominus.

Exod. 23. 22 Hæc dicit Dominus omnipotens, *In deserto cùm essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum,

23 Non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce fecí flumen.

Exod. 32. 24 Quid tibi faciam Iacob? *Noluisti obedire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, vt custodiant legitima mea:

25 Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me misericordiam, non miserebor.

Exod. 3. 26 *Quando inuocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus *vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad cõmittenda homicidia.

27 Non quasi me dereliquistis, sed vosipsos, dicit Dominus.

28 Hæc dicit Dominus omnipotens, Nonne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos suos,

29 Vt essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem?

Matth. 23. 30 *Ira vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas. Modo autem quid faciam vobis? Proiiciam vos à facie mea.

Exod. 32. D 31 *Oblationem enim mihi attuleritis, auertam faciem meam à vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias & circumcisiones repudiaui.

32 Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquirã, dicit Dominus.

33 Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus vestra deserta est. Proiiciam vos sicut ventus stipulam,

34 Et filii procreationem non facient: quoniam mãdatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me fecerunt.

35 Tradam domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus signa non ostendi, facient quæ præcepi.

36 Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatem eorum.

37 Testor populi venientis gratiã, cuius paruuli exultãt cũ lætitia, me non videtes oculis carnalibus, sed spiritu credẽtes quę dixi.

38 Et nunc frater aspice, quæ gloria: & vide populum venientem ab Oriente.

39 Quibus dabo ducatum Abraham, Isaac, & Iacob, & Osee, & Amos, & Micheæ, & Ioel & Abdiæ, & Ionæ,

40 Et Naum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggei, Zachariæ, & Malachiæ, qui & Angelus Domini vocatus est. *Malac. 3. a.1.

CAP. II.

1 HAEc dicit Dominus, Ego eduxi populum istum de seruitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea consilia.

2 *Mater quæ eos generauit, dicit illis, Ite filii, quia ego vidua sum & derelicta.

3 Educaui vos cũ lætitia, & amisi vos cum luctu & tristitia, quoniam peccastis coram Domino Deo vestro, & quod malum est coram eo fecistis.

4 Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua sum & derelicta: ite filii, & perite à Domino misericordiam.

5 Ego autem te pater testem inuoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamentum meum seruare.

6 Vt des eis cõfusionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat.

7 Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur à terra: quoniam spreuerunt sacramentum meum.

8 Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te, Gens mala memorare *quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ, Gen. 19. c.20.

9 Quorũ terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerum: sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens.

10 Hæc dicit Dominus ad Esdram, Nuntia populo meo quoniam dabo eis regnum Ierusalem, quod daturus eram Israel.

11 Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis.

12 Lignum vitæ erit illis in odore vnguẽti, & non laborabunt, neque fatigabuntur.

13 Ite & accipietis. Rogate vobis dies paucos, vt immorentur. Iam paratum est vobis regnum: vigilate.

14 Testare cælum & terram. Contriui enim malum, & creaui bonum, quia viuo ego dicit Dominus.

15 Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum quoniam te elegi dicit Dominus.

16 Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos: quoniam cognoui nomen meum Israel.

17 Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi dicit Dominus.

18 Mittam tibi adiutorium pueros meos Esaiam & Ieremiam, ad quorum consilium sanctificaui, & paraui tibi arbores duodecim grauatas variis fructibus:

19 *Et totidem fontes fluentes lac & mel: & montes immensos septem, habentes rosam & lilium, in quibus gaudio impiebo filios tuos. Exod. 33. d.27.

20 Viduam iustifica, pupillo iudica, egẽti da, orphanum tuere, nudum vesti.

21 Confractum & debilem cura, claudum ir
ridere noli, tutare mancum, & cæcum ad vi
sionem claritatis meæ admitte.
22 Senem & iuuenem intra muros tuos ser
ua.
Tob.1.d. 23 *Mortuos vbi inueneris signans commen
20. da sepulchro, & dabo ei primam sessionem
in resurrectione mea.
24 Pausa & quiesce populus meus, quia ve
nient requies tua.
25 Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pe
des eorum.
26 Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis inte
riet: ego enim eos requiram de numero
tuo.
C 27 Noli fatigari. Cū enim venerit dies pres
suræ & angustiæ, alii plorabunt & tristes e
runt: tu autem hilaris & copiosa eris.
28 Zelabunt gentes, & nil aduersus te pote
runt, dicit Dominus.
29 Manus meæ regent te, ne filii tui gehen
nam videant.
30 Iucundare mater cum filiis tuis, quia ego
te eripiam, dicit Dominus.
31 Filios tuos dormientes memorare, quo
niam ego eos educam de lateribus terræ, &
misericordiam cum illis faciam: quoniam
misericors sum, dicit Dominus omnipotens.
32 Amplectere natos tuos vsquedum venio,
& præstem illis misericordiam: quoniam
exuberāt fontes mei, & gratia mea non de
sicit.
33 Ego Esdras præceptum accepi à Domino
in monte Oreb, vt irem ad Israel: ad quos
cum venirem, reprobauerunt me, & respue
runt mandatum Domini.
34 Idcoque vobis dico gentes, quæ auditis
& intelligitis. Expectate pastorem vestrum,
requiem æternitatis dabit vobis: quoniam
in proximo est ille, qui in fine seculi adue
niet.
35 Parati estote ad præmia regni, quia lux
perpetua lucebit vobis per æternitatē tem
poris.
36 Fugite vmbram seculi huius: accipite iu
cunditatem gloriæ vestræ. Ego testor palam
saluatorem meum.
37 Commendatum donum accipite & iucun
damini, gratias agentes ei qui vos ad cæle
stia regna vocauit.
D 38 Surgite, & state, & videte numerū signa
torum in conuiuio Domini.
39 Qui se de vmbra seculi trāstulerunt, splē
didas tunicas à Domino acceperunt.
40 Recipe Sion numerum tuum, & conclude
candidatos tuos qui legem Domini comple
uerunt.
41 Filiorum tuorum quos optabas plenus
est numerus. Roga imperiū Domini, vt san
dificetur populus tuus, qui vocatus est ab
initio.
Apo.7. 42 *Ego Esdras vidi in monte Sion turbam
6.8. magnam, quam numerare non potui, & o
mnes canticis collaudabant Dominum.
43 Et in medio eorum erat iuuenis statura
celsus, eminentior omnibus illis, & singulis
eorū capitibꝰ imponebat coronas, & magis
exaltabatur, ego autem miraculo tenebar.
44 Tunc interrogaui Angelum, & dixi, Qui
sunt hi Domine?
45 Qui respondens, dixit mihi, Hi sunt qui
mortalem tunicam deposuerunt, & immor
talem sumpserunt, & confessi sunt nomen
Dei. Modo coronantur, & accipiunt pal
mas.
46 Et dixi Angelo, Ille iuuenis quis est, qui
eis coronas imponit, & palmas in manus
tradit?
47 Et respondens dixit mihi, Ipse est filius
Dei, quem in seculo cōfessi sunt: ego autem
magnificare eos cœpi, qui fortiter pro no
mine Domini steterunt.
48 Tunc dixit mihi Angelus, Vade, annun
tia populo meo, qualia & quanta mirabilia
Domini Dei vidisti.

CAP. III.

ANno tricesimo ruinæ ciuitatis eram
in Babylone, & conturbatus sum super
cubiculo meo recumbens, & cogitationes
meæ ascendebant super cor meum:
2 Quoniam vidi desertionem Sion, & abun
dantiam eorum qui habitabāt in Babylone,
3 Et ventilatus est spiritus meus valde, &
cœpi loqui ad Altissimum verba timorata,
& dixi,
4 O dominator Domine, tu dixisti ab initio, quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo,
5 Et dedisti Adam corpus mortuum: sed & Gen.2.b
ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est viuens coram te,
6 Et induxisti eum in paradiso, quē plātauerat dextera tua antequā terra aduēiaret,
7 Et huic mandasti diligere viam tuam, & præteriit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in nationibus eius, & natæ sunt gentes, & tribus, & populi, & cognationes quarum non est numerus.
8 *Et ambulauit vnaquæque gens in volū Gen.6. tate sua, & mira agebant coram te, & sper 8.11. nebant præcepta tua. B
9 *Iterum autem in tempore induxisti diluuium super inhabitantes seculum, & perdi Gen.7. disti eos. 6.10. B
10 Et factum est in vnoquoque eorum, sicut Adæ mori, sic his diluuium.
11 *Dereliquisti autē vnum ex his *Noe cum 1.Pet.3 domo sua, & ex eo iusti omnes. d.20.
12 Et factum est, cum cœpissent multiplicari, qui habitabant super terram, & multipli cauerunt filios, & populos, & gentes mul tas: & cœperunt iterato impietatem facere plus quam priores,
13 Et factum est, cùm iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his cui no men erat Abraham.
14 Et dilexisti eū, & demonstrasti ei soli vo luntatem tuam:
15 Et disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei vt non vnquam derelinqueres semen eius. Gen.15.b 17.7.b
16 Et dedisti ei *Isaac: & Isaac dedisti Iacob 25.26.b & Esau. *Et segregasti tibi Iacob, Esau au 27.29 tem separasti. & factus est Iacob in multi Gen.25 tudine magna. d.34

Et

Dan.4. 17 Et factum est cùm educeres semen eius
d.22. ex Aegypto, adduxisti super montem Sina.
18 Et inclinasti cœlos, & statuisti terram, &
commouisti orbem, & tremere fecisti abys
sos, & conturbasti seculum,
19 Et transiit gloria tua per quatuor por
tas & terræ motus, & spiritus, & gelu, vt da
res semini Iacob legem, & generationi Is
rael diligentiam.
C 20 Et non abstulisti ab eis cor malignum, vt
faceret lex tua in eis fructum.
21 Cor enim malignum habitans primus A
dam: trāsgressus & victus est, sed & omnes
qui de eo nati sunt.
22 Et facta est permanens infirmitas, & lex
cum corde populi, cum malignitate radicis:
& discessit quod bonum est, & mansit mali
gnum.
23 Et transierunt tempora, & finiti sunt an
ni: & suscitasti tibi seruum nomine Dauid,
24 Et dixisti ei ædificare ciuitatem nomini
tui, & offerre tibi in eadem thus & oblā
tiones.
25 Et factum est hoc annis multis, & dere
liquerunt qui habitabant ciuitatem,
26 Et omnibus facientes sicut fecit Adam, &
omnes generationes eius, vtebantur enim
& ipsi corde maligno.
27 Et tradidisti ciuitatem tuam in manibus
inimicorum tuorum.
28 Nunquid meliora facinnt, qui habitant
Babylonem: & propter hoc dominabitur
Sion?
D 29 Factū est, cum venissem huc, & vidissem
impietates, quarum non est numerus: & de
linquentes multos vidit anima mea hoc
tricesimo anno, & excesit cor meum:
30 Quoniam vidi quomodo sustines eos pec
cātes, & pepercisti impiis agentibus, & per
didisti populum tuum, & conseruasti inimi
cos tuos, & non significasti.
31 Nihil memini quomodo debeat derelin
qui via hæc. Nunquid meliora facit Baby
lon, quam Sion?
Ierem.10. 32 *Aut alia gēs cognouit te præter Israel?
d.25. aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis,
sicut Iacob?
33 Quarum merces non comparuit, neq; la
bor fructificauit. Pertransiens enim pertran
siui in gentibus, & vidi abundantes eas, &
non memorantes mandatorum tuorum.
34 Nunc ergo pondera in statera nostras ini
quitates, & eorum qui habitant in seculo:
& non inuenietur nomen tuū, nisi in Israel.
35 Aut quando non peccauerunt in conspe
ctu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens
sic obseruauit mandata tua?
36 Hos quidem per nomina inuenies seruas
se mādata tua: Gentes autem non inuenies.

CAP. IIII.

1 ET respondit ad me Angelus, qui missus est
ad me, cui nomen Vriel, & dixit mihi,
2 Excedens excessit cor tuum in seculo hoc,
& comprehendere cogitas viam Altissimi.
3 Et dixi, Ita Domine meus. Et respondit mi
hi, & dixit, Tres vias missus sum ostēdere ti
bi, & tres similitudines proponere corā te:
4 De quibus mihi si renuntiaueris vnam ex
his, & ego tibi demonstrabo viā quā desidera
ras videre, & docebo te vnde sit cor malig
num.
5 Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit
ad me, Vade, pōdera mihi ignis pondus, aut
mensura mihi flatum venti, aut revoca mi
hi diem quæ præterit.
6 Et respondi, & dixi, Quis natorum pote
rit facere, vt me interroges de his?
7 Et dixit ad me, Si essem interrogās te, di
cens, Quæ habitationes sunt in corde ma
ris, aut quantæ venæ sunt in principio abys
si, aut quantæ venæ sunt super firmamētum,
aut qui sunt exitus paradisi:
8 Diceres mihi fortassis, In abyssum non
descendi, neque in infernum adhuc, neque in
cœlum vnquam ascendi.
9 Nunc autem non interrogaui te, nisi de ig
ne, & vento, & die, per quem transisti, & à
quibus separari non potes: & non respondi
sti mihi de eis.
10 Et dixit mihi, Tu quæ tua sunt, tecū co
dolescentia, non potes cognōscere:
11 Et quomodo poterit vas tuum capere
Altissimi viam, & iam exterius corrupto
seculo intelligere corruptionem euidentem
in facie mea?
12 Et dixi illi, Melius erat nos non esse, quā
adhuc viuentes viuere in impietatibus, &
pati, & non intelligere de qua re.
13 Et respondit ad me, & dixit, Proficiscens Iudic.9.b
profectus sum ad syluam lignorum campi. 8,2. paral
14 Et cogitauerunt cogitatione, & dixerunt, 25.c.15.
Venite, & eamus, & faciamus ad mare bel B
lum, vt recedat coram nobis, & faciamus
nobis alias syluas:
15 Et similiter fluctus maris & ipsi cogita
uerunt cogitatione, & dixerunt, Venite ascē
dentes debellemus syluas campi, vt & ibi con
sumemus nobismetipsis aliam regionem.
16 Et factus est cogitatus syluæ in vanum,
Venit enim ignis, & consumpsit eam:
17 Similiter & cogitatus fluctuum maris.
Stetit enim arena, & prohibuit eos.
18 Si enim esses iudex horum, quem incipe
res iustificare, aut quem condemnare?
19 Et respondi, & dixi, Vtique vanam cogi
tationem cogitauerunt. Terra enim data est
syluæ, & mari locus portare fluctus suos.
20 Et respondit ad me, & dixit, Bene tu iu
dicasti: & quare non iudicasti tibimetipsi?
21 Quemadmodum enim terra syluæ data
est, & mare fluctibus suis: sic qui super ter
ram habitabant, quę sunt super terram intel
ligere solummodo possunt: & qui super ex
tos, quæ super altitudinem cælorum.
22 Et respondi, & dixi, Deprecor te Domine,
vt mihi dentur sensus intelligendi,
23 Non enim volui interrogare de superio
ribus tuis, sed de his quæ pertranseunt per
nos quotidie, propter quid Israel datus in
opprobrium Gentibus: quem dilexisti popu
lum, datus est tribubus impiis, & lex patrū
nostrorum in interitum deducta est, & di
spositiones scriptæ nusquam sunt:
24 Et pertransiuimus de seculo, vt locuste, C
& vita nostra sit pauor: & nec digni
sumus misericordiam consequi.

aa.iij.

25 Sed quid faciet nomini suo, quod inuocatum est super nos: Et de his interrogaui.
26 Et respondit ad me, & dixit, Si fueris plurimum scrutatus, frequẽter miraberis: quoniam festinans, festinat seculum pertrãsire.
27 Et non capit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitiæ est seculum hoc, & infirmitatibus.
28 De quibus autem interrogas, dicam: seminatum enim est malum, & necdum venit destructio ipsius.
29 Si ergo non inuersum fuerit quod seminatum est: & discesserit locus vbi seminatum est malum, non veniet vbi seminatum est bonum.
30 Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vsque nunc, & generat vsque cum veniat area?
31 Æstima autem apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generauit.
32 Quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, quam magnam aream incipient facere?
33 Et respondi, & dixi, Quomodo & quando hæc? Quare modici & mali anni nostri?
34 Et respondit ad me, & dixit mihi, Non festines tu super Altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum, nam excessus tuus multus.
35 Nonne de his interrogauerunt animæ iustorum in promptuariis suis, dicentes, Vsquequo spero sic? & quando veniet fructus aræ mercedis nostræ?
36 Et respondit ad ea Ieremiel archãgelus, & dixit, Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statera ponderauit seculum,
37 Et mensura mensurauit tempora, & numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitauit vsquedum impleatur prædicta mensura?
D 38 Et respondi, & dixi, O Dominator Domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate.
39 Et ne forte propter nos non impleantur iustorum aræ, propter peccata inhabitantium super terram.
40 Et respondit ad me, & dixit, Vade, & interroga prægnantem, siquando impleuerit nouem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa?
41 Et dixi, Non potest, Domine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt.
42 Quemadmodum enim illa festinat, quæ parit, effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea, quæ commendata sunt.
43 Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ concupiscis videre.
44 Et respondi, & dixi, Si inueni grãtiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum, demonstra mihi,
45 Si plusquam præteritum sit habet venire, aut plura pertransierunt supra quam futurum est.
46 Quid pertransiuit, scio: quid autem futurum sit, ignoro.
47 Et dixit ad me, Sta super dexteram partem, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis.
48 Et steti, & vidi: & ecce fornax ardens transiit coram me, & factum est, cùm transiret flamma, vidi: & ecce superauit fumus.
49 Post hæc transiit coram me nubes plena aquæ, & immisit pluuiam imperu multam, & cùm transisset impetus pluuiæ, superauerunt in ea guttæ.
50 Et dixit ad me, Cogita tibi: sicut crescit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus sic superabundauit quæ transiit mensura. Superauerunt autem guttæ, & fumus:
51 Et oraui, & dixi, Putas viuo vsque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis?
52 Respondit ad me, & dixit, De signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi: sed nescio.

CAP. V.

1 DE signis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur, qui inhabitãt terram in censu multo: & absconderur veritatis via: & sterilis erit à fide regio:
2 Et multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides, & super quam audisti olim:
3 Et erit impositio vestigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam desertam.
4 Si autem tibi dederit Altissimus viuere, videbis post tertiam tubam: & relucescet subitò sol noctu, & luna ter in die:
5 Et de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi commouebuntur:
6 Et regnabit, quem non sperant, qui inhabitant super terram, & volatilia commigrationem facient:
7 Et mare Sodomiticum pisces reiiciet, & dabit vocem noctu, quam non nouerant multi: omnes autem audient vocem eius,
8 Et chaos siet per loca multa, & ignis frequenter remittetur: & bestiæ agrestes trãsmigrabunt, & mulieres menstruatæ parient monstra,
9 Et in dulcibus aquis sallæ inuenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt: & absondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum:
10 Et quæretur à multis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinentia super terram.
11 Et interrogabit regio proximam suam, & dicet, Nunquid per te pertransiit iustitia iustum faciens? Et hoc negabit.
12 Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, & non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur viæ eorum.
13 Hæc signa dicere tibi permissum est mihi: & si orauerit iterum & ploraueris, sicut & nunc, & ieiunaueris septem diebus, audies iterato horum maiora.

Et

14 Et euigilaui, & corpus meum horruit valde: & anima mea laborauit, vt deficeret:
15 Et tenuit me qui venit Angelus, qui loquebatur in me, & confortauit me, & statuit me super pedes.
16 Et factum est in nocte secunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus tristis?
17 An nescis, quoniã tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum?
18 Exurge ergo, & gusta panem, & non derelinquas nos, sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum.
19 Et dixi ei, Vade à me, & non appropies ad me, Et audiuit, vt dixi, & recessit à me.
20 Et ego ieiunaui diebus septem vlulans & plorans, sicut mihi mãdauit Vriel angelus.
21 Et factum est post dies septem, & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde.
22 Et resumpsit anima mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui corã Altissimo sermones, & dixi.
23 Dominator Domine, ex omni sylua terræ, & omnibus arboribus eius, elegisti vineam vnicam:
24 Et ex omni terra orbis elegisti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi Lilium vnum.
25 Et ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum vnum: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipsi Sion:
26 Et ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbam vnam: & ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi ouem vnam:
27 Et ex omnibus multiplicatis populis, acquisiuisti tibi populum vnum: & ab omnibus probatam legem donasti huic, quem desyderasti populo.
28 Et nunc Domine, vt quid tradidisti vnum pluribus? Et præparasti super vnã radicem alias, & disperdidisti vnicum tuum in multis: & conculcauerunt eum,
C 29 Qui contradicebant sponsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebant.
30 Et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari.
31 Et factum est cùm locutus essem sermones: missus est Angelus ad me, qui antè venerat ad me præterita nocte, & dixit mihi.
32 Audi me, & instruam te: & intende mihi, & adiiciam coram te.
33 Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Valde, tu in excessu mentis factus es pro Israel: an plus dilexisti eum, quàm qui eum fecit?
34 Et dixi ad eum, Non domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem apprehendere semitam Altissimi, & inuestigare partem iudicii eius.
35 Et dixit ad me, Non potes. Et dici, Quare Domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrũ, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Israel.
36 Et dixit ad me. Numera mihi quæ necdũ venerant, & collige mihi dispersas guttas, & renirida mihi aridos flores,
37 Et aperi mihi clausa promptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus: demonstra mihi vocis imaginem, & tunc ostendam tibi laborem, quem rogas videre.
38 Et dixi, Dominator Domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet?
39 Ego autem insipiens, & quomodo potero dicere de his, quibus me interrogasti?
40 Et dixit ad me, Quo modo non potes facere vnum de his quæ dicta sunt: sic non poteris inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem, quam populo promisi.
41 Et dixi, sed ecce Domine, tu prope es his qui in finem sunt: & quid facient, qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos?
42 Et dixit ad me, Coronæ assimilabo iudicium meum. Sicut non nouissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas.
43 Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, in vnum, vt cesserius iudicium tuum ostendas?
44 Et respondit ad me & dixit. Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere seculum eos qui in eo creandi sunt, in vnum.
45 Et dixi, Quo modo dixisti seruo tuo, quoniam viuificans viuificasti à te creatã creaturam in vnum, & sustinebat creatura: poterit & nunc portare præsentes in vnum,
46 Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & dices ad eam, Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum. Et dixi,
47 Non vtique poterit, sed secundũ tempus.
48 Et dixit ad me. Et ego dedi matricem terræ his qui seminati sunt super eam per tempus.
49 Quemadmodum enim infans non parit ea quæ senum sunt: sic ego disposui à me creatum seculum.
50 Et interrogaui, & dixi, Cùm iam dederis mihi viam, loquar coram te: nam mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc iuuenis est: iam senectuti appropinquat,
51 Et respondit ad me, & dixit, interroga eam quæ parit, & dicet tibi.
52 Dices enim ei, Quare quos peperisti, nũc non sunt similes his qui ante te, sed minores statura.
53 Et dicet tibi & ipsa, Alii sunt qui in iuuentute virtutis nati sunt: & alii qui sub tempore senectutis deficiẽte matrice sunt nati.
54 Consydera ergo & tu, quoniam minori statura eritis præ his qui ante vos:
55 Et qui post vos, minori quàm vos quasi iam senescente creaturæ, & fortitudinem iuuentutis præcurrentes.
56 Et dixi, Rogo Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, demonstra seruo tuo per quem visites creaturam tuam.

CAP. VI.

1 ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequam starent exitus seculi, & an-

sequâ spirarent conuentiones verborum,
2 Et antequam sonarent voces tonitruum, & antequam splenderent nitores coruscationum, & antequam confirmarentur fundamenta paradisi,
3 Et antequam viderentur decori flores, & antequam consistarentur motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum,
4 Et antequam extollerentur altitudines aeris, & antequam nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuarent eamini in Sion,
5 Et antequam inuestigarentur præsentes anni, & antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant, adinuentiones, & consignati essent qui fidem thesaurizauerunt:
6 Tunc cogitaui, & facta sunt per me solum & non per alium: & finis per me, & non per alium.
7 Et respondi, & dixi, Quæ erit separatio temporum? aut quando prioris finis, & sequentis initium?
8 Et dixit ad me, Ab Abraham vsque ad Isaac: quando nati sunt ab eo Iacob & Esau, *manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau. Gen. 25. d. 26.
9 Finis enim eius seculi Esau, & principium sequentis Iacob.
10 Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud noli quærere Esdra.
11 Et respondi, & dixi, O Dominator Domine si inueni gratiam ante oculos tuos,
12 Oro vt demonstres seruo tuo finē signorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedenti.
13 Et respondit, & dixit ad me, Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus.
14 Et erit sicut commotio, nec commouebit tur locus, in quo stes super eum,
15 Ideo cùm loquitur, tu nō expaueas, quoniam de fine verbum & fundamenta terræ intelligitur:
B 16 Quoniam de ipsis sermo tremiscit & commouetur. Scit enim quoniam finem eorum oportet commutari.
17 Et factum est, cùm audissem, surrexi super pedes meos: & audiui, & ecce vox loquens, & sonus eius sicut sonus aquarum multarum, & dixit,
18 Ecce dies venient, & erit quando appropinquare incipiam, vt visitem habitantes in terra:
19 Et quādo inquirere incipiam ab eis qui iniuste nocuerunt iniustitia sua & quando suppleta fuerit humilitas Sion.
20 Et cum superfignabitur seculum, quod incipiet pertransire, hæc signa faciam: Libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul.
21 Et annicult infantes loquentur vocibus suis: & prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor mensium, & viuēt, & suscitabuntur.
22 Et subito apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subitò inuenientur vacua:
23 Et tuba canet cum sono, quā cùm omnes audierint, subitò expauescent.
24 Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici, & expauescet terra cum his: & venæ fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus.
25 Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi, ipse saluabitur, & videbit salutare meum, & finem seculi vestri.
26 Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium,
27 Defebitur enim malum, & extinguetur dolus.
28 Florebit autē fides, & vincetur corruptela, & ostenderur veritas, quæ sine fructu fuit diebus tantis.
29 Et factum est cùm loquerertur mihi, & ecce paulatim intuebar super eum ante quem stabam.
30 Et dixit ad me hæc, Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis.
31 Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horū maiora per diem quam audiui.
C 32 Audita est enim vox tua apud Altissimū, vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti:
33 Et propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere,
34 Et noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, vt non properes à nouissimis temporibus,
35 Et factum est post hæc, & fleui iterum: & similiter ieiunaui septē diebus, vt supplerē tres hebdomadas, quæ dictæ sunt mihi.
36 Et factum est in octaua nocte, & cor meū turbabatur iterato in me, & cœpi loqui coram Altissimo.
37 Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur,
38 Et dixi, O Domine, loquens loquutus es ab initio creaturæ in primo die, dicēs, Fiat Genesis cælū & terra: & tuum verbū opus perfectū.
39 Et erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat ab te.
40 Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuū.
41 Et die secundo creasti spiritū firmamenti, & imperasti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars vero deorsum maneret.
42 Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ. sex vero partes siccasti & conseruasti, vt ex his sint coram te ministrantia seminata à Deo, & culta.
43 Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat.
44 Processit enim subitò fructus multitudinis immensus, & cœuipiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odoret odoramenti inuestigabilis, & die tertia

tertia hæc facta sunt.
D 45 Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumen, stellarum dispositionem:
46 Et imperasti eis vt deseruirent futuro plasmato homini.
47 Quinto autem die dixisti septimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces:
48 Et ita: fiebat aqua mutata, & sine anima quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebāt, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent.
49 Et tunc conseruasti duas animas: nomen vni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leuiathan,
50 Et separasti eas ab alterutro. Non enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere eas.
51 Et dedisti Henoch vnam partem quæ siccata est tertio die, vt haberet in ea: vbi sunt montes mille.
52 Leuiathan autem dedisti septimam partem humidam, & seruasti eam, vt sit in deuorationem quibus vis, & quando vis.
53 Sexto autem die imperasti terræ, vt ex ea coram te iumenta, & bestias, & reptilia
54 Et super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quēmque elegisti populum.
55 Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos creasti seculum:
56 Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiam eorum.
57 Et nunc Domine ecce, istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt: cœperunt dominari nostri, & deuorare:
58 Nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum:
59 Et si propter nos creatum est seculum, quare non hereditatem possidemus cum seculo? Vsquequo hæc?

CAP. VII.

1 ET factum est, cùm finissem loqui verba hæc, missus est ad me angelus: qui missus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me,
2 Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te,
3 Et dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positum est in spatioso loco, vt esset altum & immensum:
4 Erit autem ei introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus.
5 Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari eius: si non transierit angustum, in latitudinem quomodo venire poterit?
6 Item aliud, Ciuitas est ædificata, & posita in loco campestri: est autem plena omnium bonorum:
7 Introitus eius angustus & in præcipiti positus, vt esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta:
8 Semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est inter ignē & aquā, vt non capiat semita, nisi solūmodo vestigium hominis.
9 Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, si nunquam ante positum periculum pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam?
10 Et dixi, Sic Domine. Et dixit ad me, Sic est & Israel pars.
11 Propter eos enim feci seculum: & quando transgressus est Adam constitutiones meas iudicatum est quod factum est.
12 Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolentes, & laborioſi: pauci autem & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti.
13 Nam maioris seculi introitus spatiosi & securi, & facientes immortalitatis fructum.
Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui viuunt, angusta & vana hæc non poterunt recipere quæ sunt reposita.
15 Nunc ergo quare tu conturbaris, cum sis corruptibilis? & quid moueris tu, cùm sis mortalis?
16 Et quare nō accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti?
17 Respondi, & Dixi, Dominator Domine, ecce dispositisti lege tua, quoniam iusti hæreditabunt hæc, impii autem peribunt:
18 Iusti autem ferent angusta, sperantes spatiosa. Qui enim impiè gesserint, & angusta passi sunt, & spatiosa non videbunt.
19 Et dixit ad me, Non est iudex super Deū B neque intelligens super Altissimum.
20 Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur, quæ anteposita est, Dei lex.
21 Mandans enim mandauit Deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viuerent, & quid obseruantes non punirentur.
22 Hi autem non sunt persuasi, & contradixerunt ei: & constituerunt sibi cogitamen vanitatis,
23 Et proposuerunt sibi circumuentiones deliciorum, & superdixerunt Altissimo non esse, & vias eius non cognouerunt,
24 Et legem eius spreuerunt, & sponsiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidem non habuerunt, & opera eius non perfecerunt:
25 Propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis.
26 Ecce tempus veniet, & erit quando venient signa quæ prædixi tibi, & apparebit sponsa, & apparescens ostenderur quæ nunc subducitur terra:
27 Et omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse videbit mirabilia mea.
28 Reuelabitur enim filius meus IESVS cum his, qui cum eo sunt: & incundabuntur qui relicti sunt in annis quadringentis.
29 Et erit post annos hos, & morietur filius meus CHRISTVS, & omnes qui spiritum habent homines.
30 Et conuertetur seculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus

iudiciis, ita vt nemo derelinquatur.
31 Et erit post dies septem, & excitabitur quod nondum vigilat seculum, & morietur corruptum.
32 Et terra reddet quæ in ea dormiunt: & puluis qui in eo silentio habitant, & promptuaria reddent quæ eis commendatæ sunt animæ.
33 Et reuelabitur Altissimus super sedem iudicii, & pertransibunt miseriæ, & longanimitas congregabitur.
34 Iudicium autem solum remanebit, veritas stabit, & fides conualescet,
35 Et opus subsequetur & merces ostendetur, & iustitiæ vigilabunt, & iniustitiæ non dominabuntur.
36 Et dixi, Primus Abraham propter Sodomitas orauit, & *Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt,
37 Et qui post eum pro Israel in diebus Achaz, & Samuelis,
38 *Et Dauid pro confractione, *& Salomon pro eis qui venerunt in sanctificationem,
39 *Et Elias pro his qui pluuiam acceperunt & pro mortuo vt viueret.
40 Et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis.
41 Si ergo modo quando corruptibile increuit, & iniustitia multiplicata est, & orauerunt iusti pro impiis: quare & nunc sic non erit?
42 Et respondit ad me, & dixit. Præsens seculum non est finis, gloria in eo frequens manet propter hoc orauerunt pro inualidis.
43 Dies enim iudicii erit finis temporis huius, & initium temporis futuræ immortalitatis, in quo transiuit corruptela:
44 Soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas: creuit autem iustitia, orta est veritas.
45 Tunc enim nemo poterit saluare eũ qui periit, neque demergere qui vicit.
46 Et respondi, & dixi, Hic est sermo meus primus & nouissimus, quòd melius erat non dare terram Adam, vel cum iam dedisset, coercere eum vt non peccaret.
47 Quid enim prodest hominibus in præsenti viuere in tristitia, & mortuos sperare putrionem.
48 O tu quid feciſti Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed & noster qui ex te aduenimus.
49 Quid enim prodest nobis si promissum est nobis immortale tempus: nos autem mortalia opera egimus.
50 Et quoniam prædicta est nobis perennis spes: nos verò pessimi vani facti sumus.
51 Et quoniam reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis: nos verò malè conuersati sumus.
52 Et quoniam reposita est gloria Altissimi protegere eos qui tarde conuersati sunt: nos autem pessimis viis ambulauimus.
53 Et quoniam ostendetur paradisus, cuius fructus incorruptus perseuerat, in quo est securitas & medela: nos verò non ingrediemur.
54 In ingratis enim locis conuersati sumus.
55 Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiam habuerunt? nostræ autem facies super tenebras nigræ.
59 Non enim cogitauimus viuentes quãdo iniquitatẽ faciebamus, quòd incipieremus post mortem pati.
57 Et respondit, & dixit, Hoc est cogitamentum certaminis, quod certabit qui super terram natus est homo,
58 Vt si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem vicerit, recipiet quod dico:
59 Quoniam hæc est vita quam Moyses dixit cum viueret, ad populum, dicens *Elige tibi vitam, vt viuas.
60 Non crediderunt autem ei, sed nec post eum prophetis:
61 Sed nec mihi qui locutus sum ad eos, quoniam non esset tristitia in perditionem eorum, sicut futurum est gaudium super eos quibus persuasa est salus.
Et respondi, & dixi, Scio Domine, quoniã vocatus es Altissimus misericors in eo, quòd misereatur his qui nondum in seculo aduenerunt.
63 Et quòd miseretur illis qui conuersionẽ faciunt in lege eius.
64 Et longanimis es: quoniam longanimitatem præstat his qui peccauerunt quasi suis operibus;
65 Et munificus es quoniam quidem dona re vult pro exigentiis,
66 Et mulcæ misericordiæ: quoniam multiplicat magis misericordias his qui præsentes sunt: & qui præterierunt, & qui futuri sunt.
67 Si enim non multiplicauerit misericordias suas, non viuificabitur seculum cum his qui inhæreditabant in eo.
68 Et donat: quoniam si non donauerit de bonitate sua, vt allenentur hi qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies millesima pars viuificari hominum.
69 Et iudex si non ignouerit his, qui curati sunt verbo eius, & delcuerit multitudinem contentionum:
70 Non fortasis derelinqueretur in innumerabili multitudine, nisi pauci valde.

CAP. VII I.

ET respondit ad me, & dixit, Hoc seculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos.
2 Dicam autem coram te similitudinem Esdra. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile, paruum autem pulueremvnde aurum fit: sic & actus præsentis seculi.
3 Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur.
4 Et respondi, & dixi, Absorbe ergo animasensum, & deuora quod sapir.
5 Conueniſti enim obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummodo viuere.
6 O Domine, si non permittes seruo tuo, vt oremus coram te, & des nobis semen cordi, &

di & sensui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere possit omnis corruptus, qui portabit locum hominis?
7 Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus manuum tuarum, sicut locutus es:
8 Et quomodo nunc in matrice plasmatũ est corpus, & præstas membra: conseruatur in igne & aqua tua creatio: & nouem mensibus patitur tua plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est:
9 Ipsum autem quod seruat, & quod seruatur, vtraq; seruabuntur: seruatáq; quãdoq; iterũ reddit matrix, quæ in ea creuerſit.
10 Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis præbere lac fructui mamillarum,
11 Vt nutriatur quod plasmatum, est vsque in tempus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ.
12 Enutriſti eum tua iustitia, & erudiſti eum
E in lege tua, & corripuiſti eũ tuo intellectu:
13 Et mortificabis eum, vt tuã creaturam & vinificabis eum, vt opus tuum.
14 Si ergo perderis eum qui tantis laboribus plasmatus est: tuo inſſu facile est ordinari, vt & id quod fiebat seruaretur.
15 Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis scis: de populo autem tuo, ob quem doleo:
16 Et de hæreditate tua, propter quã lugeo: & propter Israel, propter quem tristis sum: & de Iacob, propter quem doleo:
17 Ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis: quoniam video lapsus nostros qui inhabitamus terram.
18 Sed audiui celeritatem iudicis qui futurus est.
19 Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te. Initiũ verborum Esdræ priusquam assumeretur: & dixi,
20 Domine qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati in superna & aëre:
21 Et cuius thronus inæstimabilis, & gloria incomprehenſibilis: cui astant exercitus angelorum cum tremore,
22 Quorum seruitio in vento & igni conuertitur: cuius verbum verum, & dicta perseuerantia: cuius iussio fortis, & dispositio terribilis:
23 Cuius aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur:
24 Exaudi orationem serui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui.
25 Dum enim viuo, loquar: & dum sapio, respondebo.
26 Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate seruiunt,
27 Nec intendas impiis gentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt.
28 Nec cogites qui in conspectu tuo falsè conuersati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt.
29 Neque volueris perdere, qui pecudũ mores habuerunt: sed respicias eos qui legem tuam splendide docuerunt.
30 Nec indigneris eis qui bestiis peiores iudicati sunt: sed diligas eos qui semper in tua iustitia confidunt, & gloria.
31 Quoniã nos & patres nostri talibus morbis languemus: tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis.
32 Si enim desyderaueris vt nostri misereaC ris, tunc misericors vocaberis, nobis autẽ non habentibus opera iustitiæ,
33 Iusti enim, quibus sunt opera multa reposita, ex propriis operibus recipient mercedem.
34 Quid est enim homo, vt ei indigneris, aut gen⁹ corruptibile, vt ita amar⁹ sis de ipso?
35 *In veritate enim nemo de genitis est qui 3.Reg.8. non impie gesſit, & de constentibus qui c.46. 2.Par. non deliquit. 16.6 f.36
36 In hoc enim annuntiabitur iustitia tua, & bonitas tua Domine, cum misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum.
37 Et respondit ad me, & dixit, Recte locutus es aliqua: & iuxta sermones tuos sic & fiet.
38 Quoniam non vere cogitabo super plasma eorum qui peccauerunt ante mortem, aute iudicium, ante perditionem:
39 *Sed incundabor super iustorum figmẽ- Genes.4. tum, & memorabor peregrinationis quo- 4.4. que & saluationis, & mercedis receptionis.
40 Quo modo ergo locutus sum, sic & est.
41 Sicut enim agricola seris super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia, quæ seminata sunt, saluãtur: sed nec omnia quæ plantata sunt radicabun⁹: sic & qui in se- Mat.10. culo seminati, non omnes saluabuntur. b.16.
42 Et respondi, & dixi, Si inueni gratiam, loquar.
43 Quo modo semen agricol⁹ si non ascenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut in corruptum fuerit multidine pluuiæ:
44 Sic perit & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus: quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti, & similasti semini agricolæ.
45 Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ misereris
46 Et respondit ad me: & dixit, Quę sunt præsentia præsentibus, & quæ futura futuris.
47 Multum enim tibi restat, vt possis dilige- D re meam creaturam super me: tibi autem frequenter & ipsi proximani, iniustis autem nunquam.
48 Sed & in hoc mirabilis es coram Altissimo.
49 Quoniam humiliasti te sicut decet te, & non iudicasti te, vt inter iustos plurimum glorificeris.
50 Propter quod miseriæ multæ & miserabiles ſſt cientur eis qui habitant seculum in nouissimis: quia in multa superbia ambulauerunt.
51 Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam.
52 Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundantia, ædifica-

ta est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas & perfecta sapientia.
53 Radix mali signata est à vobis: infirmitas, & tinea à vobis absconsa est: & infernū fugit corruptio in obliuione.
54 Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis.
B 55 Noli ergo adiicere iniquirendo de multitudine eorum qui pereunt.
56 Nam & ipsi accipientes libertatem, sprenerunt Altissimum, & legem eius contemptserunt, & vias eius dereliquerunt.
57 Adhuc autē iustos eius conculcauerunt.
58 Et dixerunt in corde suo non esse Deum: & quidem scientes quoniam morientur.
59 Sicut enim vos suscipient quæ prædicta sunt: sic eos sitis & cruciatus, quæ præparata sunt: non enim voluit homine disperdi.
C 60 Sed & ipsi qui creati sunt, coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam.
61 Quapropter iudicium meum modo appropinquat.
62 Quæ non omnibus demonstraui, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respōdi, & dixi,
63 Ecce nunc Domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

CAP. IX.

ET respōdit ad me, & dixit, Metiens metire tempus in semetipso: & erit, cum videris, quando transierit pars quædam signorum quæ prædicta sunt,
2 Tunc intelliges quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet Altissimus visitare seculum quod ab eo factum est.
3 Et quando videbitur in seculo motio locorum, & populorum turbatio:
4 Tunc intelliges quoniam de his erat Altissimus locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio.
5 Sicut enim omne quod factum est in seculo initium habet, pariter & consummationem, & consummatio est manifesta:
6 Sic & Altissimi tempora initia habent manifesta in prodigiis & virtutibus, & consummationes in actu & in signis.
7 Et erit, omnis qui saluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua & per fidem in qua credidistis,
8 Relinquetur de prædictis periculis: & videbit salutare meū in terra mea, & in finibus meis, quoniā sanctificauī me à seculo,
9 Et nunc miserebuntur, qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas proiecerūt in contēptu.
10 Qui enim non cognouerunt me, viuentes beneficia consecuti:
11 Et qui fastidierunt legē meam, cùm adhuc erant habentes libertatem,
12 Et cùm adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus non intellexerunt: sed sprenerunt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere.
13 Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impii cruciabuntur: sed inquire quomodo iusti saluabuntur, & quorū seculum, & propter quos seculum, & quando.
14 Et respondi, & dixi*: Olim locutus sum, & nunc dico, & postea dicam: *Matth. 20 v. 16.
15 Quoniam plures sunt qui pereunt, quàm qui saluabuntur: sicut multiplicatur fluctus super guttam.
16 Et respondit ad me & dixit,
17 Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tinctura: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat seculi.
18 Et nunc cùm essem parans his qui nunc sunt, antequam fieret seculum, in quo habitarent: & nemo mihi contradixit,
19 Tunc enim quisque, & nunc creator in mundo hoc parato, & messe indeficienti, & lege inuestigabili corrupti sunt mores eorum.
20 Et consyderaui seculum, & ecce erat periculum propter cogitationes, quæ in eo aduenerunt.
21 Et vidi, & peperci ei valde: & seruaui mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa.
22 Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata est, & seruetur acinus meus, & plantatio mea: quia cū multo labore perfeci.
23 Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios, sed non iejunabis in eis:
24 Ibis in campum florū, vbi domus non est ædificata: & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo flores.
25 Deprecare Altissimum sine intermissione, & veniam, & loquar tecum.
26 Et profectus sum, sicut dixit mihi in campum qui vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus, & de herbis agri manducaui, & facta est esca earum mihi in saturitatem.
27 Et factum est post dies septem, & ego discumbebā supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur sicut ante.
28 Et aperuit os meum, & inchoaui dicere coram Altissimo, & dixi,
29 *O Domine te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur, & infrenuolo, quando erant exeuntes de Aegypto: & dicens dixisti, *Exod. 3. b. 9. 24. d. Deut. 4. b. 12.
30 Tu Israel audi me, & semen Iacob intende sermonibus meis.
31 Ecce enim ego semino in vobis legem meam, & faciet in vobis fructum, & gloriſi cabimini in eo per seculum.
32 Nam patres nostri accipientes legem, nō seruauerunt, & legitima tua non custodierunt, & factus est fructus legis non parens: nec enim poterat, quoniam tuus erat.
33 *Nam qui acceperunt, perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat. *Exod. 32. f. 28.
34 Et ecce consuetudo est, vt cùm acceperit terra semen, vel nauem mare, vel vas aliquod escam vel potum: cùm fuerit exterminatum id, in quo seminatum est, vel in quod missum est:
35 Simul id quod seminatum, vel missum est: vel quæ suscepta sunt, exterminantur, & susceptā iam non manent apud nos. Sed nobis

nobis sic non factum est.
D 36 Nos quidem qui legem accipimus peccantes perimimus: & cor nostrum quod suscepit eam:
Psa. 82. c. 1. 37 *Nam lex non periit, sed permansit in suo labore.
38 Et cùm loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierē in dextera parte. Et ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & vestimenta eius discissa, & cinis super caput eius.
39 Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & conuersus sum ad eam, & dixi ei,
40 Vt quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me,
41 Dimitte me domine meus, vt defleam me, & adiiciam dolorem: quoniam valde amaro sum animo, & humiliata sum valde.
42 Et dixi ei, Quid passa es? die mihi.
43 Et dixit ad me, Sterilis fui ego famulua, & non peperi, habens maritum annis triginta.
44 Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta deprecor Altissimum nocte ac die.
45 Et factum est, post triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuam, & vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: & incundata sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, & honorificabamus valde Fortem.
46 Et nutrui eum cum labore multo.
47 Et factum est, cùm creuisset: & venisset accipere vxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

ET factum est, cùm introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est:
2 Et euertimus omnes lumina, & surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me, & quieui vsque in alium diem vsque nocte.
3 Et factum est, cùm omnes quieuissent vt me consolarentur vt quiescerem: & surrexi nocte, & fugi: & veni sicut vides in hoc campo:
4 Et cogito iam non reuerti in ciuitatem, sed hic consistere: & neque mandūcare, neque bibere, sed sine intermissione lugere, & iejunare vsque dum moriar.
5 Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam, & dixi,
6 Stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum, & quæ nobis contingunt?
7 Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur, & humilitate humiliata est, & inget validissimè.
8 Et nunc quoniam omnes lugemus, & tristes sumus: quoniam contristati sumus: tu autem contristaris in vno filio:
9 Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium.
10 Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alii venient, & ecce, pene omnes in perditionem ambulant, & exterminium sic multitudo eorum.
11 Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu, quæ pro vno doles?
12 Si autem dicis mihi, Quoniam non est planctus meus similis terræ: quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui:
13 Terra autem secundum viam terræ, abitque in ea multitudo præsens, quo modo euenit
14 Et ego tibi dico, Sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam.
15 Nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt casus. B
16 Si enim iustificaueris terminum Dei, & consilium suum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis.
17 Ingrédere ergo in ciuitatem ad virum tuum.
18 Et dixit ad me, Non faciam, neque ingrediar ciuitatem, sed hic moriar.
19 Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi,
20 Noli facere hunc sermonem, sed consenti persuadenti, Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Ierusalem.
21 Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum nostrum destructum est,
22 Et psalterium nostrum humiliatum est, hymnus conticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumē candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra coinquinata sunt, & nomen quod inuocatum est super nos, pene prophanatum est: & liberi nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatem abierūt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt:
23 Et quod omnium maius, signaculū Sion, quoniam resignata est de gloria suainam & tradita est in manibus eorum, qui nos oderunt.
24 Tu ergo exeute ruam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, vt tibi repropitietur Fortis, & requiem faciet tibi Altissimus requietionem laborum.
25 Et factum est, cum loquebar ad eam faciles eius fulgebat subitò: & species, coruscus fiebat visus eius, vt essem pauens valde ad eam, & cogitarem quid esset hoc.
26 Et ecce, subito emisit sonitum vocis magnum timore plenum, vt commoueretur terra à mulieris sono.
27 Et vidi: & ecce, amplius mulier non comparebat mihi, sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis magnis: & timui, & clamaui voce magna, & dixi, G

9. Esdr. 4. 21. 28 Vbi est Vriel angelus qui à principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis huius, & factus est finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium.
29 Et cum haec loqueris ego haec, ecce venit ad me, & dixit me:
30 Et ecce erat mulier, vt mortuus: & intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortauit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi,
31 Quid tibi est? & quare conturbatus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? & quare conturbaris?
32 Et dixi, Quoniam dereliquisti me, & ego quidem feci secundum sermones tuos, & exiui in cãpum: & ecce vidi, & video quod non possum enarrare.
33 Et dixit ad me, Sta vt vir, & commonebo te. Et dixi,
34 Loquere Domine meus tu in me nolimi me derelinquere, vt non frustra moriar:
35 Quoniam vidi quae non sciebam, & audio quae non scio.
36 Aut nunquid sensus meus fallitur, & anima mea somniat?
37 Nunc ergo deprecor te, vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit,
38 Audi me, & doceam te, & dicam tibi de quibus times: quoniam Altissimus reuelauit tibi mysteria multa.
39 Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissionem contristabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion.
40 Hic ergo intellectus visionis quę tibi apparuit ante paululum.
41 Quam vidisti lugentem, inchoasti consolari eam.
42 Nunc autem iam speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas ædificari:
43 Et quoniam enarrabat tibi de casu filii sui, hæc absolutio est.
D 44 Hæc mulier quam vidisti, hæc est Sion: & quoniam dixi tibi quam & nunc conspicies, vt ciuitatem ædificatem.
45 Et quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis: propter quod erant anni scilicet triginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata.
46 Et factum est post annos triginta, ædificauit Salomon ciuitatem, & obtulit oblationes: tunc fuit quando peperit sterilis filium.
47 Et quod tibi dixit: quoniam nutriuit eum cum labore, hoc erat, habitatio in Ierusalem.
48 Et quoniam dixit tibi, quòd filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset, & contigisset ei casus, hoc erat, quæ facta est ruina Ierusalem.
49 Et ecce, vidisti similitudinem eius: & quoniam filium Ingeret, inchoasti consolari eam: & de his quæ contigerunt, hæc erant tibi apperienda.
50 Et nunc videt Altissimus, quoniam ex animo contristatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pulchritudinem decõris eius.
51 Propterea enim dixi tibi vt maneres in campo vbi domus non est ædificata.
52 Sciebam enim ego, quoniam altissimus incipiebat tibi ostendere hæc:
53 Propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi non est fundamentum ædificii.
54 Nec enim poterat opus ædificii hominis sustineri in loco, vbi incipiebatur Altissimi ciuitas ostendi.
55 Tu ergo noli timere, neq; expaueſcat cor tuum: sed ingredere, & vide splendorem, & magnitudinem ædificii, quantum capax est tibi visus oculorum videre:
56 Et post hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire.
57 Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud Altissimum, sicut & pauci.
58 Nocte autem quæ in crastinum futura est, manebis hic: & ostendet tibi altissimus eas visiones supremorũ, quæ faciet Altissimus his qui habitant super terram à nouissimis diebus? Et dormiui illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

CAP. XI.

1 ET vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria.
2 Et vidi, & ecce expandebat alas suas, in omnem terram, & omnes venti cæli insufflabant in eam, & colligebantur.
3 Et vidi, & de pennis eius nascebantur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis & modicis.
4 Nam capita eius erant quiescentia, & dimidium caput erat maius aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis.
5 Et vidi, & ecce aquila volauit in pennis suis, & regnauit super terram, & super eos qui habitant in ea.
6 Et vidi, quoniam subiecta erat ei omnia sub cælo, & nemo illi cõtradicebat, neque vnus de creatura quæ est super terram.
7 Et vidi, & ecce surrexit aquila super vngues suos, & misit vocẽ pennis suis, dicens,
8 Nolite omnes simul vigilare, dormire vnusquisque in loco suo, & per tempus vigilate.
9 Capita autem in nouissimo seruentur.
10 Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, sed de medietate corporis eius.
11 Et numerauí contrarias pennas eius, & ecce ipsæ erant octo.
12 Et vidi, & ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnauit super omne terrã.
13 Et factum est cum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: & sequens exurrexit, & regnabat. Ipsa multum tenuit tempus.
14 Et factum est cum regnaret, & veniebat B finis eius, & non appareret sicut prior.
15 Et ecce vox emissa est illi, dicens,
16 Audi tu qui tanto tempore tenuisti terram: hæc annuntio tibi antequam incipias non apparere.
17 Nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidium eius.
18 Et leuauit se tertia, & tenuit principatum sicut & priores, & nõ apparuit & ipsa.
19 Et sic contingebat omnibus aliis singulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere.
20 Et vidi, & ecce in tempore sequentes pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipsæ principatum: & ex his erant quæ tenebant, sed tamen statim non comparebant.
21 Nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum.
22 Et vidi post hæc, & ecce non comparuerunt duodecim penna, & duo pennacula:
23 Et nihil supererat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia & sex pennacula.
24 Et vidi, & ecce sex pennaculis diuisę sunt duæ, & mansertunt sub capite, quod est ad
C dexteram partem.
25 Nam quatuor manserunt in loco suo. vidi, & ecce subalares cogitabant se erigere, & tenere principatus.
26 Et vidi, & ecce vna erecta est, sed statim non comparuit.
27 Et secundæ velociùs, quàm priores non comparuerunt.
28 Et vidi, & ecce duæ, quæ superauerunt apud semetipsas cogitabant & ipsę regnare:
29 Et in eo cum cogitarent, ecce vnum quiescentium capitum quod erat medium, euigilabat, hoc enim erat duorum capitum maius.
30 Et vidi quoniam completa sunt duo capita secum:
31 Et ecce conuersum est caput cum his qui eum eo erant, & comedit duas subalares, quæ cogitabant regnare.
32 Hoc autem caput perconterruit omnem terram, & dominabatur in eà his qui habitant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quæ fuerunt.
33 Et vidi post hæc, & ecce medium caput subitò non comparuit, & hoc sicut alæ.
34 Superauerunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnauerunt super terram, & super eos qui habitant in ea.
35 Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à laua.
D 36 Et audiui vocem dicentem mihi, Conspice contra te, & consydera quod vides.
37 Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de sylua rugiens: & vidi quoniam emitebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens,
38 Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altissimus tibi,
39 Nõne tu es qui superasti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in seculo meo, & vt per eos veniret finis temporum eorum?
40 Et quartus veniens deuicit omnia animalia quæ transierunt, & potentatu tenuit seculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore pessimo, & inhabitauit tot temporibus orbẽ terrarum cum dolo.
41 Et iudicasti terram non cum veritate.
42 Tribulasti enim mãsuetos, & læsisti quiescentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorũ qui fructificabant, & humiliasti muros eorũ qui te non nocuerunt.
43 Et ascendit cõtumelia tua vsque ad Altissimum, & superbia tua ad Fortem.
44 Et respexit Altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera eius completa sunt.
45 Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna, & vngues tui pessimi, & omne corpus tuum vanum,
46 Vt refrigeretur omnis terra, & reuertatur libera de tua vi, & speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

CAP. XII.

1 ET factum est, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam, & vidi:
2 Et ecce quod superauerat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ, quæ ad eum transierunt, & erectæ sunt, vt regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum.
3 Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expaueſcebat terra valde, & ego à tumultu & excessu mentis, & à magno timore vigilaui, & dixi spiritui meo,
4 Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo, quòd scrutaris vias Altissimi.
5 Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo inualidus sum valde, & nec modica est in me virtus à multo timore, quam expaui nocte hac.
6 Nunc ergo orabo Altissimum, vt me confortet vsque in finem.
7 Et dixi, Dominator Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, & si iustificatus sum apud te præ multis, & si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam,
8 Conforta me, & ostende seruo tuo mihi interpretationem & distinctionem visus horribilis huius, vt plenissimè consoleris animam meam.
9 Dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum nouissima. Et dixit ad me,
10 Hæc est interpretatio visionis huius,
11 Aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo.
12 Sed non est illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor.
13 Ecce dies veniunt, & exurget regnum super terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante eum.
14 Regnabunt autem in ea reges duodecim, vnus post vnum. B
15 Nam secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tempus præ duodecim.
16 Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti.
17 Et quam audisti vocem quæ locuta est, non de capitibus eius exeuntem, sed de medio corporis eius. hæc est interpretatio,
18 Quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur vt cadat: & non cadet tunc, sed i-

Universidad de Deusto Biblioteca

rum constituetur in suum initium.
19 Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes aliis eius.
20 Hæc est interpretatio, Exurgent in ipso octo reges, quorum erunt tempora leuia, & anni citati, & duo quidem ex ipsis perient.
21 Appropinquante autem tempore medio, quatuor seruabuntur in tempore, cum incipiet appropinquare tempus eius vt linia tur: duæ vero in finem seruabuntur.
23 Et quoniam vidisti tria capita quiescentia,
23 Hæc est interpretatio. In nouissimis eius suscitabit Altissimus tria regna & renouabit in ea multa, & dominabuntur terræ:
24 Et qui habitant in ea, cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos: propter hoc ipsi vocati sunt, capita aquilæ.
25 Isti enim erūt qui recapitulabunt impietates eius, & qui perficient nouissima eius.
26 Et quoniam vidisti caput manus non apparens, hæc est interpretatio eius, quoniam vnus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cum tormentis.
27 Nam duo qui perseuerauerint, gladius eos comedet.
28 Vnius enim gladius comedet qui cum eo: sed tamen hic gladio in nouissimis cadet.
C 29 Et quoniam vidisti duas subalares trasicientes super caput, quod est in dextera parte,
30 Hæc est interpretatio, hi sunt quos conseruauit Altissimus in finem suum, hoc est regnum exile, & turbationis plenum,
31 Sicut vidisti & leonem, quem vidisti de silua euigilantem & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & iniustitias ipsius per omnes sermones eius sicut audisti:
32 Hic est ventus quem seruauit Altissimus in finem ad eos, & imperatores ipsorum, & arguet illos, & incutiet coram ipsis discerptiones eorum.
33 Statuet enim eos in iudicio viuos: & erit, cum arguerit eos, tunc corripiet eos.
34 Nam residuum populum meum liberabit cum miseria, qui saluati sunt super fines meos, & iucundabit eos quoadusque veniet finis dies iudicii, de quo locutus sum tibi ab initio.
35 Hoc somnium quod vidisti, & hæ interpretationes.
36 Tu ergo solus dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc.
37 Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti, & pone ea in loco abscondito:
38 Et docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda scis posse capere & seruare secreta hæc.
39 Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem, vt tibi ostendatur quicquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi.
40 Et profectus est à me. Et factum est, cùm audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies, & ego non fuissem reuersus in ciuitatem, & congregauit se omnis à minimo vsque ad maximū: & venit ad me, & dixerunt mihi dicentes,
41 Quid peccauimus tibi; & quid iniuste egimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc?
42 Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis, sicut botrus de vinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut portus & navis saluata à tempestate.
43 Aut non sufficiunt nobis mala, quæ contigerunt?
44 Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat melius si essemus succensi & nos cum incendio Sion.
45 Nec enim nos sumus meliores eorum, qui ibi mortui sunt, & plorauerunt voce magna. Et respondi ad eos, & dixi.
46 Confide Israel, & noli tristari tu domus Iacob.
47 Est enim memoria vestri coram Altissimo, & fortis non est oblitus vestri in tentatione.
48 Ego enim non dereliqui vos, neque excessi a vobis: sed veni in hunc locum, vt deprecarer pro desolatione Sion, vt quærerem misericordiam pro humiliatione sanctificationis vestræ.
49 Et nunc ite vnusquisque vestrum in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos.
50 Et profectus est populus, sicut dixi eis in ciuitatem.
51 Ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandauit, & manducabam de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

CAP. XIII.

1 ET factum est post dies septem, & somniaui somnium nocte.
2 Et ecce, de mari ventus exurgebat, vt conturbaret omnes fluctus eius.
3 Et vidi & ecce, conualescebat ille homo cum millibus cæli: & vbi vultum suum vertebat vt conspiceret, tremebant omnia quæ sub eo videbantur.
4 Et vbicunque exibat vox de ore eius, ardescebant omnes qui audiebant voces eius, sicut quiescit terra quando senserit ignem.
5 Et vidi post hæc, & ecce congregabatur multitudo hominum quorum non erat numerus de quatuor ventis cæli, vt debellarent hominem qui ascenderat de mari.
6 Et vidi, & ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum, & volauit super eum.
7 Ego autem quæsiui videre regionem, vel locū vnde sculptus esset mons, & nō potui.
8 Et post hæc vidi, & ecce omnes, qui congregati sunt ad eum, vt expugnarent eum, timebant valde: tamen audebant pugnare.
9 Et ecce, vt vidit impetum multitudinis venientis, non leuauit manum suam, neque phramæam tenebat.
10 Neque aliquod vas bellicosum, nisi solummodo vt vidi: quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis eius spiritus flammæ: & de lingua eius emittebat scintillas & tempestates,
11 Et commista sunt omnia simul, hic flatus ignis & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis: & concidit super multitudinem in impetu

in impetu, quæ præparata erat pugnare, & succendit omnes, vt subito nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodò pulueris, & fumi odor: & vidi, & exsimui.
12 Et post hæc vidi ipsum hominem descendentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam.
13 Et accedebat ad eum vultus hominum multorum, quorundam gaudentium, quorundam tristantium: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. & exterrefactus sum à multitudine pauoris, & expergefactus sum, & dixi,
14 Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti vt susciperes deprecationem meam:
15 Et nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnii huius.
16 Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis: & multo plus væ his, qui non sunt derelicti.
17 Qui enim non sunt derelicti, tristes erunt.
18 Intelligo nunc quæ sunt reposita in nouissimis diebus, & occurrent eis, sed & his, qui derelicti sunt.
19 Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc.
20 Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quàm pertransire, sicut nubem à seculo, & nunc videre quæ contingunt in nouissimo, sic respondit ad me, & dixit.
21 Et visionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es, adaperiam tibi.
22 Quoniam de his dixisti qui derelicti sunt, hæc est interpretatio.
23 Qui aufert periculum illo tempore, hic se custodiuit: qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habēt opera & fidē ad Fortissimū.
24 Scito ergo quoniam magis beatificati sunt qui derelicti, super eos qui mortui sunt.
25 Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virum ascendentem de corde maris,
26 Ipse est quem conseruat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam: & ipse disponet, qui derelicti sunt.
27 Et quoniam vidisti de ore eius exire, vt spiritum, & ignem, & tempestatem:
28 Et quoniam non tenebat phramæam, neque vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinem, quæ venerat expugnare eum, hæc est interpretatio.
C 29 Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos, qui super terram sunt:
30 Et veniet in excessu mentis super eos, qui inhabitant terram.
Mat. 24. 31 *Et alii alios cogitabunt debellare: ciuitas ciuitatem, & locus locum, & gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum.
32 Et erit cum sient hæc, & contingent signa, quæ ante ostendi tibi: & tunc reuelabitur filius meus, quē vidisti, vt virū ascendentē.
33 Et erit quando audierint omnes gentes vocem eius: & derelinquet vnusquisque in regione sua bellum suum, quod habent ad alterutrum.
34 Et colligetur in vnum multitudo innumerabilis, sicut volentes venire, & expugnare eum.
35 Ipse autem stabit super cacumen montis Sion.
36 Sion autem veniet, & ostendetur omnibus parata & ædificata, sicut vidisti montem sculpi sine manibus.
37 Ipse autem filius meus arguet quæ adhuc nerunt gentes, impietates eorum has, quæ tempestauit appropinquauerunt propter mala cogitamenta eorum & cruciamenta,
38 Quibus incipient cruciari, quę assimilatę sunt flammæ, & perdet eos sine labore per legem quæ igni assimilata est.
39 Et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam,
40 Hæ sunt decem tribus, quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee regis quē captiuum duxit Salmanasar rex Assyriorum: & transtulit eos trans flumen, & translati sunt in terram aliam. 4 Reg. 17.
41 Ipsi autem sibi dederunt consilium, hoc vt derelinquerent multitudinem gentium, & proficiscerentur in vlteriorem regionem, vbi nunquam inhabitauit genus humanum:
42 Vel vt ibi obseruarent legitima sua, quæ non fuerant seruantes in regione sua.
43 Per introitus autem angustos fluminis Euphratēn introierunt.
44 Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & D
statuit venas fluminis vsquequo trāsirent.
45 Per eam enim regionem erat via multa Exod. 14. c. 15. Iosue 3. d. 15.
itineris, anni vnius & dimidij: nam regio illa vocatur Arsareth.
46 Tunc inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tempore: & nunc iterum cum cœperint venire,
47 Iterum Altissimus statuet venas fluminis vt possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace.
48 Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniuntur intra terminum meum,
49 Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos, qui superauerunt populum.
50 Et tunc ostendet eis multa plurima portenta.
51 Et dixi, ego, Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris.
52 Et dixit mihi, Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire, quæ sunt in profundo maris: sic non poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos, qui cum eo sunt, nisi in tempore diei.
53 Hæc est interpretatio somnii quod vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus.
54 Dereliquisti enim tuam, & circa meam vacasti legem, & quæsisti.
55 Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem:
56 Et propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimum, erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia & mirabilia.
57 Et profectus sum, & transii in campum,

multùm glorificans & laudans altissimum de mirabilibus quæ per tempus faciebat:
58 Et quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata, & sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIIII.

1 ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. Et ecce, vox exiuit contra me de rubo, & dixit, Esdra, Esdra.
2 Et dixi, Ecce ego Domine, & surrexi super pedes meos.
Exod. 3. a. 2. 3 Et dixit ad me, Reuelans reuelatus sum *super rubum, & locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in AEgypto.
4 Et misi eum, & eduxi populum meum de AEgypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis.
5 Et enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem: & præcepi ei, dicens,
6 Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes.
7 Et nunc tibi dico,
8 Signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea.
9 Tu enim recipieris ab omnibus,
10 Conuerteris residuus cum consilio meo, & cum similibus tuis, vsquequo finiantur tempora.
11 Quoniam seculum perdidit iuuentutem suam, & tempora appropinquant senescere.
12 Duodecim enim partibus diuisum est seculum, & transierunt eius decima & dimidium decimæ partis: supersunt autem eius post medium decimæ partis.
B 13 Nunc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuntia iam corruptelæ,
14 Et dimitte abs te mortales cogitationes & proijce abs te pondera humana, & exue te iam infirmam naturam, & repone in vnam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à temporibus his:
15 Quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient.
Mat. 24. a. 7. 2. Ioan. 2. c. 18. 16 *Quantum enim inualidum fiet seculum à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala.
17 Prolongauit enim se magis veritas, & appropinquauit mendacium. Iam enim festinat venire, quam vidisti visionem.
18 Et respondi, & dixi coram te Domine,
19 Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam præsentem populum: qui autem iterum nati fuerint: quis commonebit?
20 Positum est ergo seculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine.
21 Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera.
22 Si enim inueni in te gratiam, immitte in me Spiritum sanctum, & scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitam: & qui voluerint viuere in nouissimis, viuant.
23 Et respondit ad me, & dixit, Vadens congrega populum, & dices ad eos vt non quærant te diebus quadraginta,
24 Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Ethanum, & Asiel,
25 Quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter: & venias huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies scribere.
26 Et tunc perfectis quædam palàm facies, quædam sapientibus absconse trades: in crastinum enim hac hora incipies scribere.
27 Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi,
28 Audi Israel verba hæc:
29 Peregrinati sunt *patres nostri ab initio in AEgypto, & liberati sunt inde: Gen. 47. a. 4.
30 *Et acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam & vos post eos transgressi estis: Act. 7. b. 53.
31 Et data est vobis terra in sortem, & terra Sion, & patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non seruastis vias quas præcepit vobis Altissimus:
32 Et iustus iudex cùm sit, abstulit à vobis in tempore quod donauerat.
33 Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrum sunt.
34 Si ergo imperauerit is sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, viui conseruati eritis, & post mortem misericordiam consequemini.
35 Iudicium enim post mortem venit, quando iterum reminiscemur: & tunc iustorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur.
D 36 Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me vsque dies quadraginta.
37 Et accepi quinque viros, sicut mandauit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi.
38 Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocauit me, dicens, Esdra aperi os tuum, & bibe quo te potauero.
39 Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem eius vt ignis similis.
40 Et accepi, & bibi: & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia: nam spiritus meus conseruabatur memoria.
41 Et apertum est os meum, & non est clausum amplius.
42 Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur excessione noctis quas non sciebant.
43 Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam.
44 Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducentiquatuor.
45 Et factum est cum compleuissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens.

Priora

Priora quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni & indigni:
46 Nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo,
47 In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV.

1 ECce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os tuum, dicit Dominus:
2 Et fac vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt.
3 Ne timeas à cogitationib⁹ aduersum te, nec turbent te incredulitates dicentium,
4 Quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur.
5 Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mortem, & interitum:
6 Propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera cuiua illorum.
7 Propterea dicit Dominus,
8 Iam non silebo de impietatibus eorum quæ irreligiose agunt, nec sustinebo in his quæ inique exercẽt ecce sanguis innoxius & iustus clamat ad me, & animæ iustorum clamant perseueranter.
Apoc. 6. c. 10. b. 2. 9 *Vindicans vindicabo illos dicit Dominus, & accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me.
10 Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam non patiar illum habitare in Terra-AEgypti:
11 Sed educã eum in manu potenti & brachio excelso, & percutiã plaga sicut prius, & corrumpam omnem terram eius.
12 Lugebit AEgyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & castigatione quas inducet ei Deus.
13 Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab vredine & grandine, & a sydere terribili.
14 Væ seculo, & qui habitant in eo:
15 Quia appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, & rhomphæa in manibus eorum.
16 Erit enim inconstabilitio hominibus, & alii aliis inualescẽtes non curabunt regem suum, & principes viæ gestorum suorum in potentia sua.
17 Concupiscet enim homo in ciuitatẽ ire, & non poterit. Propter superbiã enim eorum ciuitates turbabuntur,
B 18 Domus exterentur, homines metuent.
19 Non miserebitur homo proximũ suum ad irritum faciendum domos eorũ in gladium, ad diripiendas substantias eorũ propter famẽ panis & tribulationem multã.
20 Ecce ego conuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab Oriente, & ab Austro, ab Euro, & à Libano ad conuertendos in se, & reddere quæ dederunt illis.
21 Sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu eorum, Hæc dicit Dominus Deus,
22 Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhomphæa super effundentes sanguinem innoxium super terram.
23 Exiit ignis ab ira eius, & deuorauit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum.
24 Væ eis qui peccant, & non obseruant mandata mea: dicit Dominus.
25 Non parcam illis: Discedite filii à potestate, nolite contaminare sanctificationem meam,
26 Quoniã nouit Dominus omnes, qui delinquunt in illum, propterea tradidit eos in mortem & in occisionem.
27 Iam enim venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis: non enim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum.
28 Ecce visio horribilis, & facies illius ab Oriente.
29 Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus, eorum numerus fertur super terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient.
30 Carmonii insanientes in ira, & exient vt apri de syl ua, & aduenient in virtute magna, & conflabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum.
31 Et post hæc supernalescent dracones natiuitatis suæ memores, & conuertent se conspirates in virtute magna ad persequendos eos.
32 Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & conuertent pedes suos in fugam,
33 Et à territorio Assyriorũ subsessor obsidebit eos, & consumet vnum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & conrentio in reges ipsorum.
C
34 Ecce nubes ab Oriente, & à Septentrione vsque ad Meridianum, & facies earum horrida valdè, plena iræ & procellæ.
35 Et collident se inuicem, & collident sydus copiosum super terram, & sydus illorum, & erit sanguis à gladio viqi ad ventrem.
36 Et simus hominis vsque ad substramen cameli,
37 Et erit timor & tremor mult⁹ super terram, & horrebunt qui videbũt ram illam, & tremor apprehendet illos.
38 Et post hæc mouebuntur nymbi copiosi à Meridiano & Septentrione, & portio alia ab Occidente:
39 Et superinualescent venti ab Oriente, & recludent eam, & nubẽ quam fuscitauit in ira, & sydus ad faciẽdam exterritationem ad Orientalem ventum & Occidẽtem violabitur:
40 Et exaltabũtur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & sydus, vt exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sydus terribile,
41 Ignem & grandinem, & rhomphæas volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum.
42 Et demolientur ciuitates, & muros, &

montes, & colles, & ségna syluarum, & cæ-
num pratorum, & frumenta eorum.
43 Et transibunt constantes vsque Babylo-
nem, & exterent eam:
44 Conuenient ad ipsam, & circuibũt eam,
& effundent sydus & omnem iram super
eam, & subibit puluis & fumus vsque in
cælum, & omnes in circuitu lugebant eam:
45 Et qui sub ea remanserint, seruient his
qui exterruerunt.
46 Et tu Asia concors in spem Babylonis,
& gloria personæ eius:
47 Væ tibi misera propter quod assimilasti
ei, & ornasti filias tuas in fornicatione ad
placendum & gloriandum in amatoribus
tuis, qui tecũ cupierunt semper fornicari.
D 48 Odibilem imitata es in omnibus operi-
bus eius, & in adinuentionibus eius: pro-
pterea dicit Deus,
49 Immittam tibi mala, viduitatem, pau-
pertatem, & famem, & gladium, & pestem,
ad deuastandas domos tuas à violatione, &
morte, & gloria virtutis tuæ.
50 Sicut flos siccabitur, cùm exurget ardor
qui emissus est super te,
51 Infirmaberis vt pauperecula plagata, &
castigata à molieribus, vt non possint te su
scipere potentes & amatores.
52 Nunquid ego sic zelabor te, dicit Domi-
nus,
53 Nisi occidisses electos meos in omni tẽ-
pore, exaltans percussionem manuum, &
dicens super mortem eorũ, cùm inebriata
esses,
54 Exorna speciem vultus tui?
55 Merces fornicationis tuæ in sinu tuo,
propter hoc redditionem accipies.
56 Sicut facies electis meis, dicit Dominus:
sic faciet tibi Deus, & tradet te in malum.
57 Et nati tui fame interiẽt: & tu rhomphæa
cades, & ciuitates tuæ conterentur, & om-
nes tui in campo gladio cadent.
58 Et qui sunt in montibus, fame peribũt,
& manducabunt carnes suas, & sanguinem
bibent à fame panis, & siti aquæ.
59 Infœlix per maria venies, & rursum ac-
cipies mala.
60 Et in transitu assidebit ciuitatem occisum,
& exterent aliquam portionem terræ tuæ,
& partẽ gloriæ tuæ exterminabũt, rursum
reuertentes ad Babyloniam subuersam.
61 Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi
erunt tibi ignis:
62 Et deuorabunt te & ciuitates tuas, ter-
ram tuã & montes tuos, omnes syluas tuas,
& lignum fructiferum igni comburent.
63 Filios tuos captiuos ducent, & censum
tuum in prædam habebunt, & gloriam fa-
ciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

1 VAE tibi Babylon & Asia, væ tibi AE-
gypte & Syria.
2 Precingite vos saccis & cilicijs, & plangi-
te filios vestros, & dolete: quoniam appro-
pinquauit contritio vestra:
3 Immissus est vobis gladius, & quis est
qui auertat illum?
4 Immissus est in vobis ignis, & quis est
qui extinguat illum?
5 Immissa sunt vobis mala, & quis est qui
repellat ea?
6 Nunquid repellet aliquis leonem esu-
rientem in sylua, aut extinguet ignem in
stipula, mox quando cœperit ardere?
7 Nunquid repellet aliquis sagittam à sa-
gittario forti missam?
8 Dominus fortis immittit mala, & quis
est qui repellat ea?
9 Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est
qui extinguat eum?
10 Coruscabit, & quis non timebit? Tona-
bit, & quis non pauebit?
11 Dominus cõminabitur, & quis non fun-
ditus contereatur à facie ipsius?
12 Terra tremuit & fundamenta eius mare
fluctuat de profundo, & fluctus eius distur-
babuntur, & pisces eius à facie Domini, &
à gloria virtutis eius:
13 Quoniã fortis dextera eius quæ arcum
tendit: sagittæ eius acutæ quæ ab ipso mit-
tuntur, non deficient cum cœperint mitti in
fines terræ.
14 Ecce mittuntur mala, & non reuertẽtur,
donec veniant super terram.
15 Ignis succẽditur, & non extinguetur, do
nec consumat fundamenta terræ:
16 Quemadmodum non redit sagitta missa
à valido sagittario: sic non reuertentur
mala quæ missa fuerint in terram.
17 Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in
illis diebus?
18 Initium dolorum & multi gemitus, ini-
tium famis & multi interitus, initium bel-
lorum & formidabunt potestates, initium
malorum & trepidabunt omnes.
19 In his quid faciam cùm venerint mala?
20 Ecce fames & plaga & tribulatio & an-
gustia missa sunt flagella in emendatione.
21 Et in his omnibus se non conuertent ab
iniquitatibus suis, neque flagellorum me-
mores erunt semper.
22 Ecce, erit annonæ vilitas super terram,
sic vt putent sibi esse directam pacem, & hæc
germinabunt mala super terram, gladius,
fames, & magna confusio.
23 A fame enim plurimi qui inhabitant ter
ram interiẽt, & gladius perdet cæteros qui
superuenerint à fame,
24 Et mortui sicut stercora proiicientur, &
non erit qui cõsoletur eos. Derelinquetur
enim terra deserta, & ciuitates eius deici-
entur.
25 Non derelinquetur qui colat terram, &
qui seminet eam.
26 Ligna dabunt fructus, & quis vindemia-
bit illa?
27 Vua matura fiet, & quis calcabit illam?
Erit enim locis magna desertio.
28 Cupiet enim homo hominem videre, vel
vocem eius audire.
29 Relinquentur enim de ciuitate decem,
& duo de agro qui absconderint se in den-
sis nemoribus & scissuris petrarum.
30 Quemadmodum derelinquuntur in oli-
ueto & singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ.

Aut

31 Aut sicut in vinea vindemiata racemi re-
linquuntur ab his qui diligenter vineam
scrutantur:
32 Sic relinquentur in diebus illis tres: aut
quatuor ab scrutantibus domos eorum in
rhomphæa.
33 Et relinquetur terra deserta, & agri eius
inuererabunt, & viæ eius & omnes semitæ
eius germinabũt spinas, eo quod non tran-
sient homines per eam.
34 Lugebunt virgines non habentes spon-
sos, lugebunt mulieres non habẽtes viros,
lugebunt filiæ earum non habentes adiu-
trium.
35 Sponsi earum in bello consumentur, &
viri earum in fame exterentur.
36 Audite verò ista, & cognoscite ea serui
Domini.
37 Ecce verbum Domini, excipite illud: ne
diis credatis de quibus dicit Dominus,
C 38 Ecce appropinquãt mala, & non tardẽ
39 Quemadmodum prægnans cùm parit in
nono mense filium suum, appropinquante
hora partus eius ante horas duas vel tres,
dolores circumeunt ventrem eius, & pro-
deunte infante de ventre non tardabunt vno punctio:
40 Sic non morabuntur mala ad prodeun-
dum super terram, & seculum gemet, & dolores circumtenebunt illud.
41 Audite verbum, plebs mea: parate vos in
pugnam, & in malis sic estote, quasi adue-
næ terræ.
42 Qui vẽdit, quasi qui fugiat: & qui emit,
quasi qui perditurus.
43 Qui mercatur, quasi qui fructum non ca-
piat: & qui ædificat, quasi non habitaturus.
44 Qui seminat, quasi qui non metet: sic &
qui vineã putat, quasi non vindemiaturus.
45 Qui nubunt, sic quasi filios non facturi:
& qui non nubunt, sic quasi viduæ.
46 Propter quod qui laborant, sine causa la
borant.
47 Fructus enim illorum alienigenæ me-
tent, & substantiam illorum rapient, & do-
mos euertent, & filios eorum captiuabũt,
quia in captiuitate & fame generant natos
suos.
48 Et qui negotiantur in rapina, quantum
diu exornant ciuitates & domos suas, & pos-
sessiones & personas suas,
49 Tanto magis adzelabor eos super pecca-
ta sua, dicit Dominus.
50 Quomodo zelatur fornicaria mulierem
idoneam, & bonam valde,
51 Sic zelabitur iustitia iniquitatem cùm
exornat se, & accusat eam in facie, cum ve
nerit qui defendat exquirentem omne pec
catum super terram.
52 Propterea nolite similari ei, nec operi-
bus eius:
53 Quoniam adhuc pusillum, & tolletur ini-
quitas à terra, & iustitia regnabit in vos.
54 Non dicat peccator se non peccasse: quo-
niam carbones ignis ei burent super caput
eius qui dicit, Non peccaui coram Domino
Deo & gloria ipsius.
55 Ecce Dominus cognoscet omnia ope-
ra hominum, & adinuentiones illorum, &
cogitationes illorum, & corda illorum.
56 Dixit enim, Fiat terra, & facta est: fiat Gen. 1. d. 3.
cælum, & factum est.
57 Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt,
& nouit numerum stellarum. Psa. 146.
58 Qui scrutatur abyssum, & thesauros illa- d. 4.
rum: qui mensus est mare, & conceptũ eius.
59 Qui concluſit mare in medio aquarum,
& suspendit terram super aquas verbo suo,
60 Qui extendit cælum quasi cameram, su-
per aquas fundauit eum.
61 Qui posuit in deserto fontes aquarũ, & D
super verticem montium lacus ad emitten
dum flumina ab eminenti petra, vt potaret
terram.
62 Qui finxit hominem, & posuit cor suum
in medio corporis, & misit ei spiritum, vi-
tam & intellectum,
63 Et spiramen Dei omniporentis qui fe-
cit omnia, & scrutinat omnia absconsa in
abscensis terræ.
64 Hic nouit adinuentionem vestrã, & quæ
cogitatis in cordibus vestris, peccantes, &
volentes occultare peccata vestra.
65 Propter quod Dominus scrutinãdo scru
tinauit omnia operã vestra, & traducet
vos omnes,
66 Et vos confusi eritis cum processerint pec
cata vestra corã hominibus, & iniquitates
erunt, quæ accusatores vestri sunt in die illis.
67 Quid facietis? aut quomodo absconderis
peccata vestra coram Deo, & angelis eius?
68 Ecce iudex Deus, timete eum: Desinite
à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquita-
tes vestras iam agere eas in sempiternũ, &
Deus educet vos, & liberabit de omni tri-
bulatione.
69 Ecce enim incenditur ardor super vos
turbæ copiosæ, & rapient quosdam ex vo-
bis, & cibabunt idolis occisos:
70 Et qui consenserint eis, erunt illis in de-
risum, & in improperijs, & in execrationẽ.
71 Erit enim locis locus, & in vicinat ciui-
tates exurrectio multa super timentes Do-
minum.
72 Erunt quasi insani, nemini parcentes ad
diripiendum & deuastandum adhuc timen-
tes Dominum:
73 Quia deuastabũt & diripient substantias,
& de domibus suis eos eicient.
74 Tunc parebit probatio electorum meo-
rum, vt aurum quod probatur ab igne.
75 Audite dilecti mei, dicit Dominus: Ecce
adsunt dies tribulationis, & de his libera-
bo vos.
76 Ne timeatis, nec hæsitetis: quoniã Deus
dux vester est.
77 Et qui seruat mãdata & præcepta mea,
dicit Dominus Deus, ne præponderent vos
peccata vestra, ne superemineant se iniquita-
tes vestræ.
78 Væ qui constringũtur à peccatis suis, &
obtegũtur ab iniquitatibus suis, quemad-
modum ager conclusionis a sylua, & spi-
nis tegitur semita eius per quam non tran-
sit homo, & excluditur, & mittitur ad deso
rationem igni.

Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum in Tobiam præfatio.

MIRARI non desino exactionis vestræ instantiã. Exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum styhum trahamus, librum vtique Tobiæ: quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio, Arguût & nos Hebraorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, iustitia vt porui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum Joannem repericns, vnus diei laborẽ arripui: & quicquid ille mihi hæbraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latiuis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cùm gratum vobis didicero me, quod iubere estis dignati, cõplesse.

LIBER TOBIAE.

CAP. I.

Tobias captiuus, misericors fugis idola, ducit vxorem Annam. Tobiam generat, quem Deum docet. Succurrit Gabelo egenti. Fugit terrorem Sennacherib.

1 TOBIAS ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ est in superioribus Galileæ supra Naasson, post viam quæ ducit ad Occidẽtem, in sinistro habens ciuitatem Sephet:

2 *Cum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit,

3 Ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus qui erant ex eius genere, impertiret.

4 Cumque esset iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere.

5 Denique cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium:

6 Et pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens.

7 Ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem.

8 Hæc & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat.

9 Cùm verò factus iuisset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua: genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei,

10 Quem ab infamia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato.

11 Igitur cùm per captiuitatem deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatem Niniuen, cum omni tribu sua:

12 Et cùm omnes ederent ex cibis gentiliũ, iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum.

13 Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis.

14 Et dedit illi potestatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæcunque facere voluisset.

15 Pergebat ergo ad omnes qui erãt in captiuitate, & monita salutis dabat eis.

16 Cùm autem venisset Rages in ciuitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta argẽti.

17 Et cùm in multa turba generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.

18 Post multũ verò temporis mortuo Salmanasar rege, cùm regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo.

19 Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebátque vnicuique, prout poterat, de facultatibus suis.

20 Esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat.

21 *Denique cùm reuersus esset rex Sẽnacherib fugiens à Iudæa plagam, quam ei eam fecerat Deus propter blasphemiã suam, & iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum.

22 At vbi nũtiatum est regi, iussit eum occidi, & iulit omnem substantiam eius.

23 Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

24 Post dies verò quadraginta quinque *occiderunt regem filii ipsius, & reuersus est Tobias in domum suam, omnisque facultas eius restituta est ei.

CAP. II.

Tobias timentes Deum inuitat ad prandium: Sepelit mortuos. Fatum egenum pauperes inridẽt: ei præterea vxor elemosynas exprobrat.

1 POst hæc verò cùm esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timẽtes Deum, vt epulentur nobiscum.

2 Cùmque abiisset, reuersus nuntiauit ei vnum ex filiis Israel iugulatum iacẽre in platea.

3 Statimque exiliẽs de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: tollénsque illud portauit ad domum suam occultè, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum.

4 Cúmque occultasset corpus, manducauit panem cum luctu & tremore,

5 Memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos prophetam,

6 *Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum.

7 Cùm verò sol occubuisset, abiit, & sepeliuit eum.

8 Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes, Iam huius rei causa interfectus iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos?

9 Sed Tobias plus timens Deum quàm regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea.

10 Contigit autem, vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens in domum suam, iniecisset se iuxta parietem, & obdormisset:

11 Et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora incidérent super oculos eius, fierétque cæcus.

12 Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patiẽtiæ eius, sicut & sancti Iob.

13 Nam cùm ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.

14 Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes,

15 Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas?

16 Tobias verò increpabat eos, dicens,

17 Nolite ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus,

18 Quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

19 Anna verò vxore eius ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferebat.

20 Vnde factum est, vt hœdum caprarum acciperis detulisset domi.

21 Cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit, *Videte ne fortè furtiuus sit: reddite eum dominis suis, quia nõ licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.

22 Ad hæc vxor eius irata respondit, *Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modo apparuerunt. Atque hæc & aliis huiusce modi verbis exprobrabat eum.

CAP. III.

Oratio Toliæ. Sara filia Raguelis patitur improperium ab ancilla. Oratio Sara cum ieiunio, eius innocentia & castitas. Dei consilium. Exaudiuntur Tobias & Sara.

TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, dicens,

2 Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes viæ tuæ, misericordia veritas, & iudicium.

3 Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum.

4 Quoniam nõ obediuimus præceptis tuis, *ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulã, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.

5 Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus syncerè coram te.

6 Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere.

7 Eadem itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui,

8 Quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos mox vt ingressi fuissent ad eam.

9 Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens,

10 Amplius ex te non videamus filium, aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum.

11 Nunquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros?

12 Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: sed in oratione perstitens: cũ lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam.

13 Factum est autem die tertia, dum compleret orationẽ, benedicẽs Dominũ, dixit,

14 Benedictum est nomen tuum Deus patrũ nostrorum: qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te.

15 Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo.

16 Peto Domine, vt de vinculo improperii huius absoluas me, aut certè desuper terram eripias me.

17 Tu scis Domine quia nunquam cõcupiui virum & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.

18 Nunquàm cum ludentibus miscui me: neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me præbui.

19 Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere.

20 Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alii conseruasti me.

21 Non est enim in hominis potestate consilium tuum.

22 Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit.

23 Non enim delectaris in perditionibus nostris,

Universidad de Deusto Biblioteca

stris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationē & fletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in secula.

24 In illo tempore exaudita sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei:

25 Et missus est Angelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

CAP. IIII.

Præcepit quæ Tobias moriturus dat filio. Matret. Deus. Eleemosyna. Fornicatio, Superbia. Mercenarius. Esurientes. Sepultura. Consilium. Benedicendus Deus. Pecunia minùs data Gabelo. Paupertas.

1 IGitur ęs Tobias putauit orationem suam exaudiri vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum, dixitque ei,

2 Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe.

3 Cùm acceperit Deus animā meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius.

4 Memor enim esse debes quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo.

5 Cum autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me.

6 Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquādo peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.

D

Eccl. 14. c. 7 13. prou. 3. b. 9. eccl. 4. a. 1. & 24. b. 13. 2 Ec. 35. a. 4 7 *Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini.

8 *Quomodo potueris, ita esto misericors.

9 Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

10 Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis,

Eccleſiaſt. 29. c. 15. 11 *Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.

12 Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam.

C

2. Theſ. 4 4. 3. 13 *Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen discere.

14 Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: * in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.

Deu. 23. a. 5. Leui. 19. c. 13. Deu. 24. c. 14. Matt. 7. c. 12. Luc. 6. a. 15 *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedē restitue, & merces mercenarii tui apud te omnino nō remaneat.

16 *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

17 Panem tuum cum esurientibus & egenis comede: & de vestimentis tuis nudos rege.

18 Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.

19 Consilium semper à sapiente perquire.

20 Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.

21 Indico etiam tibi fili mi dedisse me decē talenta argēti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: & ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo suprà memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum suum.

22 Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

CAP. V.

Angelus Raphael proficiscitur cum Tobia in Rages ad Gabelum. Matrem flentem consolatur pater.

1 TVnc respondit Tobias patri suo, & dixit, Omnia quæcunque præcepisti mihi faciam pater.

2 Quomodò autem pecuniam hanc requiram, ignoro. Ille me nescit, & ego eū ignoro: quod signum dabo ei? Sed neque viam per quā pergatur illuc, aliquādo cognoui.

3 Tunc pater suus respondit illi, & dixit, Chirographum quidem illius apud me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet.

4 Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua dum adhuc viuo, vt recipias eam.

5 Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.

6 Et ignorans quòd Angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis?

7 At ille respondit, Ex filiis Israel.

E

8 Et Tobias dixit ei, Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum?

9 Cui respōdit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis.

10 Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo.

11 Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater rogauit vt introiret ad eum.

12 Ingressus itaque salutauit eum, & dixit, Gaudium tibi sit semper.

13 Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?

14 Cui ait iuuenis, Forti animo esto in proximo est vt à Deo curaris.

G

15 Dixit itaque illi Tobias, Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? & cùm redieris restituam tibi mercedem tuam.

16 Et dixit ei Angelus, Ego ducam, & reducam eum ad te.

17 Cui Tobias respondit, Rogo te, indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu?

18 Cui Raphael Angelus dixit, Genus quæris mercenarii: an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat?

19 Sed ne forte solicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

20 Et Tobias respondit, Ex magno genere es tu.

21 Sed peto ne irascaris quòd voluerim cognoscere genus tuum.

22 Dixit autem illi Angelus, Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum.

23 Respondens autem Tobias, ait, Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum.

D

24 Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul.

25 Cùmq; profecti essent cœpit mater eius flere, & dicere, Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis.

26 Nunquàm fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum.

27 Sufficiebat enim nobis paupertas nostra vt diuitias computaremus hoc quòd videbamus filium nostrum.

28 Dixitq; ei Tobias, Noli flere, saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum.

29 Credo enim quòd Angelus Dei bonus comitetur ei & bene disponat omnia, quæ circa eum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

CAP. VI.

Tobias liberatur à pisce per Angelum: tuitur monitu reseruas piscis cor, fel, & iecur. Raphael hortatur Tobiam ad coniugium Sarę. Dorci eum sanctis ritem nuptiarum.

1 PRofectus est autem Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mansione, iuxta fluuium Tigris,

2 Et exiuit vt lauaret pedes suos & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum.

3 Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dicens, Domine, inuadit me.

4 Et dixit ei Angelus, Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te.

5 Quod cùm fecisset, attraxit eum in siccum & palpitare cœpit ante pedes eius.

6 Tunc dixit ei Angelus, Exenterā hunc piscem: & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter.

7 Quod cùm fecisset, assauit carnes eius, & secum tulerunt in viā: cætera salierūt quæ sufficerent eis, quousq; peruenirent in Rages ciuitatem Medorum.

F

8 Tunc interrogauit Tobias Angelum: & dixit ei, Obsecro te Azaria frater vt dicas mihi, quod remedium habebunt ista quæ de pisce seruare iussisti?

9 Et respondens Angelus, dixit ei, Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltrà non accedat ad eos.

10 Et fel valet ad vngendos oculos in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.

11 Et dixit ei Tobias, Vbi vis vt maneamus?

12 Respondensque Angelus, ait, Ex hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum, neque fœminam vllam habet aliam præter eam.

13 Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem.

G

14 Pete ergo eam à patre eius. Et dabit tibi eam in vxorem.

15 Tunc respōdit Tobias, & dixit, Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt, sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos.

16 Timeo ergo, ne forte & mihi hæc eueniāt & cùm sim vnicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos.

17 Tunc Angelus Raphael dixit ei, Audi me & ostendam tibi qui sunt quibus præualere potest dæmonium.

18 Hi nanque qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos.

19 Tu autem cum acceperis eam, ingressus D cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea.

20 Ipsa autem nocte incenso iecore piscis, fugabitur dæmonium.

21 Secunda verò nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris.

22 Tertia autem nocte benedictionem consequeris, vt filii ex vobis procreentur incolumes.

23 Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, vt in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

CAP. VII.

Raguel Tobiam hospitio suscipit, filiamque eius ipsi desponsat. Benedictio coniugalis. Conuiuium nuptiale cum laude Dei.

1 INgressi sunt autem ad Raguelem, & susceperunt eos Raguel cum gaudio.

2 Intrōnsque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori suæ, Quàm similis est iuuenis iste cōsobrino meo.

3 Et cùm hæc dixisset, ait, Vnde estis iuuenes fratres nostri?

4 At illi dixerunt, Ex tribu Nephthali sumus, ex captiuitate Niniue.

5 Dixitque illis Raguel, Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt, Nouimus.

6 Cùmque multa bona loqueretur de eo, dixit Angelus ad Raguelem, Tobias, de qua interrogas, pater istius est.

7 Et misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus est eum, & ploratus supra collum eius dixit, Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es.

8 Et Anna vxor eius, & Sara ipsorum filia lachrymatæ sunt.

9 Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuium.

10 Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium, Tobias dixit, Hic ego hodie non

manducabo neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam.

21 Quo audito verbo Raguel, expauit sciens quid euenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eam: & timere cœpit ne forte & huic similiter contingeret.

22 Et cùm nutaret, & non daret petenti vllum responsum, dixit ei angelus, Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti C Deum debetur coniunx filia tua: propterea alius non potuit habere illam.

23 Tunc dixit Raguel, Non dubito quòd Deus preces & lachrymas meas in conspectu suo admiserit.

24 Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, vt ista* coniugeretur cognationi sue secundum legem Moysi: & nunc noli dubium gerere quòd tibi eam tradam. Num.36.6.

25 Et apprehendens dexteram filiæ suæ dextræ Tobiæ tradidit, dicens, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionem suam in vobis.

D 26 Et accepta chartâ fecerunt conscriptionem coniugii:

27 Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum.

28 Vocauitque Raguel ad se Annam vxorem suam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum.

29 Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lachrymata est.

30 Dixitque ei, Forti animo esto filia mea: Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

CAP. VIII.

Tobias dormiturus cum Sara, assatis partem iecoris piscis. Orat cum Sara, Dæmonium ligatur. Coniugium propter prolem. Saluo Tobia & Sara, gratias agit Raguel, datque ei patrem honorum, celebrato connubio.

POstquam verò cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam.

2 Recordatus itaq; Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili sio partē iecoris, posuitque eam super carbones viuos.

3 Tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris AEgypti.

4 Tunc horratus est virginem Tobias, dixitq; ei, Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio.

5 Filii quippe sanctorum sumus, & nō possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant Deum.

6 Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis.

B 7 Dixitque Tobias, Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cœli & terræ, mare, & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt.

Gen.2.24.7 8 *Tu fecisti Adam de limo terræ, dedisti q; ei adiutorium Heuam.

9 Et nunc Domine tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum.

10 Dixit itaque Sara, Miserere nobis Domine, miserere nobis, & cōsenescamus ambo pariter sani.

11 Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierūt cum eo pariter vt foderent sepulchrum.

12 Dicebat enim, Ne fortè simili modo euenerit ei, quo & cæteris illis septem viris qui sunt ingressi ad eam. C

13 Cùmque parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei,

14 Mitte vnam ex ancillis suis, & videat si mortuus est, vt sepeliam eum antequā illucescat dies.

15 At illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos saluos & incolumes, secum pariter dormientes.

16 Et reuersa, nuntiauit bonum nuntium: & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet & Anna vxor eius, & dixerunt,

17 Benedicimus te Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiā tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos.

18 Misertus es autem duobus vnicis. Fac eos D Domine plenius benedicere te: & sacrificium tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium quia tu es Deus solus in vniuersa terra.

19 Statimq; præcepit seruis suis Raguel, vt replerent terra fossam quā fecerat, priusquam eluceret.

20 Vxori autem suæ dixit, vt instrueret conuiuiū, & præpararet omnia, quæ in cibo erant iter agentibus necessaria.

21 Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis.

22 Et adiurauit Raguel Tobiā, vt duas hebdomadas moraretur apud se.

23 De omnibus autem, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hanc scripturam, vt pars dimidia quæ supererat post obitum eorum, Tobiæ domi nio deueniret.

CAP. IX.

Angelus reddito chyrographo recipit pecuniam à Gabelo, qui cū angelo venit ad nuptias Tobiæ.

1 TVnc vocauit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat dixitque ei, Azaria frater, peto vt auscultes verba mea.

2 Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ.

3 Tamen obsecro te vt assumas tibi animalia siue seruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddásque ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eū vt venire ad nuptias meas. B

4 Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: & si tardauero vna die plus, contristatur anima eius:

Et cer

5 Et certè vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum spernere nō possum.

6 Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, dedit ei chirographum suum, & recepit ab eo omnem pecuniam. C

7 Indicauitque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt: fecitque eum secum venire ad nuptias.

8 Cùmque ingressus esset domū Raguelis, inuenit Tobiam discumbētem: & exiliens, osculati sunt se inuicem: & flenit Gabelus, benedixitque Deum, & dixit, Benedicat te Deus Israel, quia filius es optimi viri, & iusti, & timentis Deum, & eleemosinas facientis: & dicatur benedictio super vxorem tuam, & super parentes vestros, & videatis filios vestros, & filios filiorum vestrorum, vsque in tertiā & quartam generationem: D & sit semen vestrum benedictum à Deo Israel, qui regnat in secula seculorum.

9 Cùmque omnes dixissent Amen, accesserūt ad conuiuium: sed & cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant.

CAP. X.

Tristantur parentes ex mora rediius filii. Dimittitur Tobias cum vxore & hoc i. Saram docent parentes officium vxoris probæ.

1 CVm verò moras faceret Tobias, causa nuptiarum, solicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi?

2 Putásne Gabelus mortuus est, & nemo redder illi pecuniam?

3 Cœpit autē contristari nimis ipse & Anna vxor eius cum eo: & cœperunt ambo simul flere, eo quòd die statuto minimè reuerteretur filius eorum ad eos.

4 Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat,

B 5 Heu heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ?

6 Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis.

7 Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari: sanus est filius noster: fatis fidelis est vir ille cum quo misimus eum.

8 Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circunspiciebat & circuibat vias omnes per quas spes remedii videbatur, vt procul videret eum, si fieri posset, venientem.

C 9 At vero Raguel dicebat ad generū suum, Mane hîc & ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum.

10 Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computant, & cruciatur spiritus eorum in ipsis.

11 Cùmq; verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa: & saluum atque gaudentē dimisit eum à se, dicens,

12 Angelus Domini sanctus sit in itinere ve- D stro, perducátque vos incolumes, & inueniatis omnia rectè circa parentes vestros, & videant oculi mei filios vestros priusquam moriar.

13 Et apprehendentes parentes filium suum osculati sunt eum, & dimiserūt ire: monentes eum honorare socerum, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere.

CAP. XI.

Tobias redit domum cum angelo. Patri reddit visum. Iugent bene gestarum rerum gaudium. Gratiarum actio.

1 CVmque reuerteretur, pernenerūt ad Charan, quæ est in medio itinere contra Niniuem, vndecimo die.

2 Dixitque Angelus, Tobia frater, scis quēadmodum reliquisti patrem tuum.

3 Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu insequatur iter nostrum familiæ simul cum coniuge tua, & cum animalibus.

4 Cùmque hoc placuisset vt irent, dixit Raphael ad Tobiam, Tolle tecum ex felle piscis: erit enim necessarium.

5 Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt.

6 Anna autem sedebat secus viā quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco specularetur aduentum eius, vidit a longe, & illico agnouit venientem filium suum: currénsque nuntiauit viro suo, dicens,

B 7 Ecce venit filius tuus. Dixitque Raphael ad Tobiam, At vbi introieris domū tuam, statim adora Dominum Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum.

8 Statimque lini super oculos eius ex felle isto piscis quod portas tecū. Scias enim quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aspectu tuo gaudebit.

9 Tunc præcurrit canis, qui simul fuerat in via: & quasi nuntius adueniens, blandimento suæ caudæ gaudebat.

10 Et consurgens cæcus pater eius, cœpit C offendens pedibus currere: & data manu puero occurrit obuiam filio suo.

11 Et suscipiens osculatus est eum cū vxore sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.

12 Cumque adorassent Deum, & gratias egissent, consederunt.

13 Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patris sui.

14 Et sustinuit quasi dimidiam ferè horam, & cœpit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui, egredi.

15 Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, statimque visum recepit.

16 Et glorificabant Deum, ipse videlicet & vxor eius, & omnes qui sciebant eum,

17 Dicebátq; Tobias, benedico te Domine Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me: & ecce, ego video Tobiam filium meum,

B Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filii eius, & omnis familia & pecora sana, & camelli, & pecunia multa uxoris, sed & illa pecunia quam receperat à Gabelo: & narrauit parentibus suis omnia beneficia Dei quæ fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat.

19 Venerunt que Achior & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat Deus,

20 Et per septem dies epulantes, omnes cũ gaudio magno gauisi sunt.

CAP. XII.

Tobias rursus offerendi dimidiam partem bonorum, Raphael aperti omnem gestæ rei, & conditionis suæ veritatem. Oratio. Ieiunium, Eleemosyna, Tentatio. Angelus, Pax.

1 TVne vocauit ad se Tobias filium suum, dixitque ei, Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?

2 Respondens Tobias, dixit patri suo, Pater quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis eius?

3 Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse cõpescuit,

4 Gaudium parentibus eius fecit, meipsum à denoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus

B per eum repleti sumus.

5 Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Sed peto te pater mi, ut roges eum, si forte dignabitur medietatem de omnibus quæ allata sunt, sibi assumere.

6 Et vocantes eum, pater scilicet & filius tulerunt eum in partem: & rogare cœperunt ut dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere.

7 Tunc dixit eis occultè, Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

8 Etenim sacramentum regis abscondere, bonum est: opera autem Dei reuelare & confiteri, honorificum est.

9 Bona est oratio cum ieiunio: & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere. Quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam.

10 Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.

C 11 Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonem.

12 Quãdo orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

13 Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.

14 Et nunc misit me Dominus vt curarem te, & Saram uxorem filii tui à dæmonio liberarem.

15 Ego enim sum Raphael angelus vnus ex septem, qui adstamus ante Dominum.

16 Cúmque hæc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam.

17 Dixitque eis angelus, Pax vobis, nolite G timere.

18 Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate illi.

19 *Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab omnibus videri non potest, vtor. *Genes. 18. 6. 8. 19. 43 Iudic. 13.

20 Tempus est ergo vt reuertar ad eum qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius. *c. 16.

21 Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & vltrà eum videre non potuerunt.

22 Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

CAP. XIII.

Tobias senior laudat Deum. Deus vnus. Peccatum. Misericordia conuertit. Tobiæ prophetia de reductione captiuitatis.

1 APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, & dixit,

2 Magnus es Domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum: quoniam tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam.

3 Confitemini Domino filii Israel, & in cõspectu gentiũ laudate eum: quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos quia non est alius Deus omnipotens præter eum.

4 Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.

5 Aspicite ergo quę fecit nobiscum, & cum E timore & tremore confitemini illi: regémque seculorũ exaltate in operibus vestris,

6 Ego autem in terra captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem.

7 Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Deo, credẽtes quod faciat vobiscum misericordiam suam.

8 Ego autẽ, & anima mea in eo lætabimur,

9 Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

10 Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. C

11 Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum seculorum, vt reædificet in te tabernaculum suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia secula seculorum.

12 Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te.

13 Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt. Nomen enim magnum inuocabunt in te.

14 Maledicti erunt qui contempserint te: & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint

uerint te; benedicãtque erunt qui ædificauerint te.

D 15 Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniã omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.

16 Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua.

17 Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius Dominus Deus noster.

18 Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem.

Apoc. 21. Isai. 54. 19 *Portæ Ierusalẽ ex sapphiro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius.

20 Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vicos eius hallelu-ia cantabitur.

21 Benedictus Dominus, qui exaltauit eam, vt sit regnum eius in secula seculorum super eam. Amen.

CAP. XIIII.

Tobias senior moriturus, prædicit filio Ninive destructionem, & restauration em Ierusalem. Adhortatur ad seruiendum Deo. Tobias filius reuertitur ad socerum, moritur.

1 ET consummati sunt sermones Tobiæ.

2 Et postquã illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum suorum.

3 Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorifice in Ninive.

4 Quinquaginta namque & sex annorum lumen oculorum amisit: sexagenarius vero recepit.

5 Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace

6 In hora autem mortis suæ vocauit ad se Tobiam filium suum, & septem iuuenes filios suos nepotes suos, dixitque eis, Propè E erit interitus Niniue. Non enim excidit verbum Domini, & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam.

7 Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa est, iterũ reædificabitur: ibique reuertentur omnes timentes Deum, & relinquent gentes idõla sua, & venient in Ierusalem, & inhabitabũt in ea: & gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes Regem Israel. *1. Esdr. 5. & 6.*

8 Audite ergo filii mei patrem vestrum: ser C uite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: & filiis vestris mandate vt faciant iustitias & eleemosynas, vt sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & tota virtute sua.

9 Nunc ergo filii audite me, & nolite manere hic: sed quacunque die sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressũ vestros, vt exeatis hinc

10 Videu enim quia iniquitas eius finem dabit ei.

11 Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Niniue cum uxore sua, & filiis, & filiorum filiis, & reuersus est ad soceros suos.

12 Inuenitque eos incolumes in senectute D bona: & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorum: & omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit: viditque quintam generationem, filios filiorum suorum.

13 Et completis annis nonaginta nouem in timore Domini cum gaudio sepelierũt eũ.

14 Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione permansit, ita vt accepti essent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

Hieronymi præfatio in librum Iudith.

APVD Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cui* authoritas ad roborãda illa quę in contentionẽ veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamẽ sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, imo exactioni. & sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic vnam luculbratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate: Hanc enim non solùm fœminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vincerer, & insuperabilem superaret.

LIBER IVDITH.

CAP. I.

Arphaxad ciuitas Nabuchodonosor pugnans, vincitur.

ARphaxad itaque rex Medorum subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatẽ potentissimã, quã appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius in altitudinem cubitorum triginta:

3 Turres verò eius posuit in altitudinem F cubitorum centum.

4 Per quadrum vero earum latus vtrunq; vicenorum pedum spatio tendebatur. Posuitque portas eius in altitudinem turrium.

5 Et gloriabatur quasi potens in potentia

exercitus sui, & in glória quadrigarum suarum.

6 Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive ciuitate magna, pugnauit contra C Arphaxad: & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphráten, & Tigrin, & Iadasón in campo Erioch regis Elicorum.

7 Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano:

8 Et ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon:

9 Et ad omnes qui erant in Samaria & trâs flumen Iordanem vsque ad Ierusalem, & D omnem terram Iesse, quoúsque perueniatur ad terminos Aethiopiæ.

10 Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum: qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt.

11 Túc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam, iurauit per thronum & regnum suum quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

CAP. II.

Nabuchodonosor totum orbem sibi subiicit per Holofernem mandat.

1 ANno terciodecimo Nabuchodonosor regis, vicesima & secunda die mensis primi, factum est verbũ in domo Nabuchodonosor regis assyriorum, vt defenderet se.

2 Vocauitque omnes maiores natu, omnesque duces, & bellatores suos,

3 Et habuit cum eis mysterium consilii sui. Dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio.

4 Quod dictum cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ & dixit ei,

5 Egredere aduersum omne regnum Occidentis: & contra eos præcipuè qui contempserunt imperium meum.

B 6 Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbẽ munitam subiugabis mihi.

7 Tunc Holofernes vocauit duces, & magistratus virtutes Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim millia.

8 Omnémque expeditionẽ suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cũ his quæ exercitibus sufficerent coplosè: boum quoque armenta, gregésque ouium quorum non erat numerus.

9 Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit.

C 10 Aurum vero & argentum de domo regis assumpsit multum nimis.

11 Et profectus est ipse & omnis exercitus, cũ quadrigis & equitibus, & sagittariis: qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustæ.

12 Cumque pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ: ascenditque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem.

13 Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi, prædauitque omnes filios Tharsis & filios Ismael, qui erant contra faciem deserti, & ad Austrum terræ Cellon.

14 Et transiuit Euphráten, & venit in Meso D potamiam: & fregit omnes ciuitates excelsas quæ erant ibi, à torrente Mambre, vsquequo perueniatur ad mare: & occupauit terminos eius à Cilicia vsque ad fines Iaphet, qui sunt ad Austrum.

15 Abduxitque omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnésque resistentes sibi occidit in ore gladii.

16 Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia tecta, omnésque arbores & vineas fecit incidi: & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

CAP. III.

Reges se vltro Holoferni dedunt: attamen cuiusdam regionum asus subuertit.

1 TVnc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium, ac prouinciarum reges ac principes, Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt. Desinat indignatio tua circa nos.

2 Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur.

3 B

4 Omnis ciuitas nostra, omnísque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregésque ouium & caprarum, equorúmque & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in conspectu tuo sũt. Sint omnia nostra sub lege tua. Cta tuo sũt. Sint omnia nostra sub lege tua.

5 Nos etiam & filii nostri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi.

6 Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem inhabitatam terram.

7 De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum. C

8 Tantúsque metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes, & honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, accipientes eum cum coronis, & lampadibus ducentes choros in tympanis & tibiis.

9 Nec ista tamen facientes, ferocitatẽ cordis mitigare potuerunt.

10 Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. D

11 Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terræ exterminaret, vt deberet vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subiugari.

12 Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apamenam, omnémque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa, accepitque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus aduanari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

CAP. IIII.

Filii Israel Holofernem timentes, hortatu Eliachim Dominum implorant, continuè orantes cum ieiunio. Oratione vltus Amalec.

1 TVnc audientes hæc filii Israel, qui habitabant in terra Iuda, timuerunt valde à facie eius.

2 Tremor etiam & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini, quod fecerat exteris ciuitatibus & templis earum.

3 Et miserunt in omnem Samariam per circuitum vsque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium.

4 Et muris circundederunt vicos suos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ.

5 Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem campi magni, iuxta Dothain, & vniuersos per quos viæ transitus esse poterat, vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent, vbi angustum iter esse poterat inter montes.

6 Et fecerunt filii Israel secundum quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim.

7 Et clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum.

8 Et induerunt se sacerdotes cilicijs, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio.

C 9 Et clamauerunt ad Dominum Deum Israel vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobrium gentibus.

10 Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus circuiuit omnem Israel, allocutúsque est eos, dicens,

11 Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiunijs & orationibus in conspectu Domini.

12 Memores estote Moysi serui Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnado, sed precibus sanctis orando deiecit.

13 Sic erunt vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in hoc opere quod cœpistis.

14 Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini, ita vt etiam hi qui offerebant Domino holocausta, præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis supra capita eorum. Et ex toto corde suo omnes orabant Deum, vt visitaret populum suum Israel.

CAP. V.

Holoferni interrogati de progenie Iudæorum, Achior narrat omnia, quæ fecerit Deus cũ eis.

1 NVntiatúmque est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quòd filii Israel præpararẽt se ad resistendum, ac montium itinera concluissent: & furore nimio exarsit in iracundia magna: vocauitque omnes principes Moab & duces Ammon, & dixit eis.

2 Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet, aut quæ & quales, & quantæ sint ciuitates eorum, quæ etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum, vel quis rex militiæ illorum: & quare præ omnibus qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt in obuiam nobis, vt susciperent nos cum pace.

3 *Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait. *Infrà 14. 6.7.*

4 Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo.

5 Populus iste ex progenie Chaldæorũ est:

6 *Hic prim in in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. *Gene. 11. 31.*

7 Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant, vnum Deum cæli coluerunt, qui & *præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charan. *Gene. 12.*

8 Cumque operuisset omnem terram fames, *descenderunt in AEgyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus. B *Gene. 46. 5.*

9 Cúmque grauaret eos rex AEgypti, atque in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Dominum suum, & percussit totam terram AEgypti plagis variis.

10 Cúmque eiecissent eos AEgyptii à se, & cessasset plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad suum seruitium reuocare, fugientibus his, Deus cæli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transierunt.

11 In quo loco, dum innumerabilis exercitus AEgyptiorum eos persequeretur, ita aquis cooperti sũt, vt non remaneret vel vnus qui factum posteris nuntiaret. *Exod. 13. 17.*

12 Egressus etiam mare rubrum, deserta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit.

13 Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cælo consecuti sunt.

14 Vbicúnque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit.

15 Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui.

26 Quotiescunque autem, præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.
27 Quotiescunque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi.
28 Denique Chananæum regem, & Iebusæum, & Pherezæum & Hethæum, & Heuæum, & Amorrhæum, & omnes potentes Hesebon prostrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipsi possederunt:
29 Et vsque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem.
30 Nam & ante hos annos cùm recessissent à via quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt præliis à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam.
D 31 Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt Sanctasanctorum.
32 Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, & ascendamus ad illos: queniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ.
33 Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.
34 Et factum est cùm cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:
35 Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor & exercitibus eius homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ.
36 Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascenda- us in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transuerberabitur: vt sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

CAP. VI.

Achior quia ea, quæ fecerat Deus Israel, tradit ei Iudith, ligatus ad arborem. Soluitur benignè suscipitur à Iudæis. Oratio Iudæorum ad aduersus Holofernem.

1 FActum est autem, cum cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior,
2 Quoniam prophetasti nobis, dicens, quòd gens Israel defendatur à Deo suo vt ostendam tibi quoniam non est deus, nisi Nabuchodonosor: cum percusserimus eos omnes sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet: & probabis, quoniam Nabuchodonosor dominus sit vniuersæ terræ.
3 Tunc que gladius militiæ meæ transiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Israel, & non respirabis vltrà, donec exterminêris cum illis.
4 Porrò autem si prophetiam tuam veram existimas, non confidat vultus tuus: & pallor, qui faciem tuam obtinet, absedat à te, si verba mea hæc putas impleri non posse.
5 Vt autem noueris quia simul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis: vt dum dignas mei gladii pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas.
6 Tunc Holofernes præcepit seruis suis vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Israel.
7 Et accipientes eum serui Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cùm appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularii.
8 Illi autem diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vinctum de restibus dimiserunt eum, & reuersi sunt ad dominũ suum.
9 Porrò filii Israel descendentes de Bethulia, venerunt ad eum: quem soluentes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum statuentes, percunctati sunt quid rerum esset quòd illum vinctum Assyrii reliquissent.
10 In diebus illis erant illic principes, Ozias C filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel.
11 In medio itaque seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum, & quemadmodum ipse Holofernes iratus iusserit eum Israelitis hac de causa tradi: vt dum vicerit filios Israel, tunc & ipsum Achior diuersis iubeat interire supplicijs, propter hoc quod dixisset,
12 Deus cœli defensor eorum est.
13 Cumque Achior vniuersa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas Domino effuderunt, dicentes: D
14 Domine Deus cœli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & iaciem sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias,
15 Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa, consolati sunt Achior, dicentes,
16 Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorum magis tu incertum videas.
17 Cùm verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatem seruis suis, sic & tecum Deus in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum,
18 Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnã magnam.
19 Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto iciunio refecerunt.

Postea

20 Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam orauerunt petentes auxilium à Deo Israel.

CAP. VII.

Holofernes Bethuliam obsideare, filii Israel orant Deum, qui eo sitim ciuitatem tradere cogitant. Oratio vehemens cum fletu, & confessione peccati. Differtur in quinque dies.

1 HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus suis vt ascenderent contra Bethuliam.
2 Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas, & abductî fuerant de prouinciis, & vrbibus vniuersæ iuuentutis.
3 Omnes paranerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinem montis vsque ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco, qui dicitur [illegible] ma vsque ad Chelmon, qui est contra Ezdrelon.
4 Filii autem Israel, vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes vt Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum.
5 Et assumentes arma sua bellica, fecerunt per loca quæ ad angusti itineris transitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die & nocte.
E 6 Porrò Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit quòd fons qui influebat, aquæ ductum illorum à parte Australi extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæ ductum illorum.
7 Erant tamen non longè à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius, quàm ad potandum,
8 Sed filii Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes,
9 Filii Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti.
10 Vt ergo sine congressione pugnæ positis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse.
F 11 Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrũ centenarios per singulos fontes.
12 Cumq; ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel vna die, quotiam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie.
13 Tunc ad Oziam cõgregati omnes viri, fœminæque, iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce dixerunt, Iudicet Deus inter nos & te quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacifice cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.
14 Et ideo non est qui adiuuet, cùm prosternamur ante oculos eorum in siti & perditione magnã:
15 Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis.
16 Melius est enim vt captiui benedicamus Deminum viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cùm viderimus vxores nostras & infantes nostros mori ante oculos nostros.
17 Contestamur hodie cælum & terram, & Deum patrum nostrum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt sit finis noster breuis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate suis,
18 Et cùm hæc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes,
19 Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus.
20 Tu quia pius es, miserere nostri: aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo qui ignorat te, vt non dicant inter gentes, vbi est Deus eorum.
21 Et cùm fatigati his clamoribus, & his fletibus iactati fuissent, exurgens Ozias, infusis lachrymis, dixit,
22 A quo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam,
23 Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo.
24 Si autem transacti quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba quæ locuti estis.

CAP. VIII.

Iudith reprehendit sacerdotes quòd misericordiã Dei terminum statuant. Eos hortatur vt populum animent ad patientiam, exemplo patrum. Eius consilium contra inimicos.

1 ET factum est, cùm audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filii Idox, filii Ioseph, filii Oziæ, filii Elai, filii Iamnor, filii Gedeon, filii Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben.
2 Et vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ.
3 Instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis.
4 Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex.
5 Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbatha, & neomenias, & festa domus Israel.
6 Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, & fami-

liam copiosam, ac possessiones armentis boum, & gregibus ouium plenas.
7 Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loquereiur de illa verbum malum.
8 Hæc itaque cum audisset, quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri & Charmi.
9 Et venerunt ad illam, & dixit illis Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium?
10 Et qui estis vos, qui tentaris Dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat.
11 Posuistis vos tempus miserationis Domini & in arbitrium vestrum diem constituistis ei?
12 Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus.
13 Non enim quasi homo, sic Deus comminabitur: neque, sicut filius hominis, ad iracundiam inflammabitur.
14 Et ideo humiliemus illi animas nostras: & in spiritu constituti humiliato, seruientes illis dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam fiat nobiscum citò misericordiam suam:
15 Vt sicut contubarum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt deos alienos: pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis.
16 Nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum.
17 Expectemus humiles consolationem eius, & exquirat sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum: & humiliabit omnes gentes, quascunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster.
18 Et nunc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur si vere colerent Deum suum.
19 Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est.
20 Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & omnes qui placuerùr Deo, per multas tribulationes transierunt fideles.
21 Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt.
22 Et nos ergo non vleiscamur nos pro his quæ patimur: sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus.
23 Et dixerunt illi Ozias & presbyteri, Omnia quæ locuta es vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.
24 Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum.
25 Et dixit illi Iudith, Scue quod potui loqui, Dei esse cognoscitis: ita quod facere disposui, probate si ex Deo est: & orate, & firmum faciat Deus consilium meum.
26 Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea: & orate: & sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel.
27 Vos autem nolo vt scrutemini actum meum: & vsque dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat: nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.
28 Et dixit ad eam Ozias princeps Iudæ, Vade in pace, & Dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. & reuertentes abierunt.

CAP. IX.

Iudith cubiculum ingressa, cilicio induta, & cinere conspersa orat, commemorans Deo beneficia sua & promissiones.

QVibus ascendentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum dicens,
2 Domine Deus patris mei Simeon qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extierunt in coinquinatione sua, & denudauerùt femur virginis in confusionem: & dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem: & omnem prædam in diuisionem seruis tuis qui zelauerùt zelum tuum: subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ.
3 Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti.
4 Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti.
5 Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es, quamdo post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum.
6 Sed aspexisti super castra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos.
7 Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos.
8 Sic fiant & isti Domine qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in saggitis suis, & in lanceis, gloriantur: & nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi.
9 Erige brachium tuum, sicut ab initio: & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deicere gladio suo cornu altaris tui.
10 Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur, capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis claritatis meæ.
11 Da mihi in animo constantiã, vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum.
12 Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus fœminæ deiecerit eum.
13 Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerùt tibi, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.
14 Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem.
15 Memento Domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat: & omnes gentes cognoscant quia tu es Deus, & non est alius præter te.

CAP. X.

Pulcherrima Iudith exornata dicitur ad Holofernem.

FActum est autem, cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum.
2 Vocauitque Abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ,
3 Et lauit corpus suum, & vnxit se myrro optimo, & discriminauit crinê capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ.
4 Induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se.
5 Cui etiam Dominus contulit gratiã decorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.
6 Imposuit itaque Abræ suæ ascopam vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caseum, & profecta est.
7 Cumque venissent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam, & presbyteros ciuitatis.
8 Qui cùm vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius.
9 Nihil tamen interrogantes eam dimiserunt trãsire, dicẽtes, Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sui virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuũ in numero sanctorum, & iustorum.
10 Et dixerunt hi qui illic erant, omnes vna voce: Fiat, fiat.
11 Iudith vero orans Dominum, transiuit per portas ipsa & Abra eius.
12 Factum est autem, cum descenderet montem, circa ortum diei, occurrerũt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes, Vnde venis: ne quò vadis?
13 Quæ respondit, Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui quod deuint vobis in depræ dationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vlrò tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro.
14 Hac de causa cogitaui mecũ, dicens, Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius.
15 Et cùm audissent viri illi verba eius, consyderabant faciem eius: & erat in oculis eorum mirabilis, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.
16 Et dixerunt ad eam, Cõfecisti animam tuam, eo quòd tale reperisti consilium, vt descenderes ad dominum nostrum.
17 Hoc autem scias, quoniam cùm steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius.
18 Duxerũntque illam ad tabernaculũ Holofernis annuntiantes eam.
19 Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.
20 Dixerũntq; ad eum satellites eius, Quis contemnat populum Hebræorum qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus?
21 Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum: & cum in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super terram, & eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo.

CAP. XI.

Holoferni imponit pulchra Iudith, astute causam itineris aperiens.

VNc Holofernes dixit ei, Ad quo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro qui voluit seruire Nabuchodonosor regi.
2 Populus autem tuus si non contempsisset me, non alleuassem lanceam meam super eum.
3 Nunc autem die mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos?
4 Et dixit illi Iudith, Sume verba ancillæ tuæ: quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.
5 Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & vinit virtus eius quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi.
6 Nuntiatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni seculo, quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur.
7 Nec hoc latet, quod locutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei iusseris eucnire.

8 Constat enim Deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos ad populũ, quòd tradat eum pro peccatis suis.

9 Et quoniam sciunt se offendisse Deum suũ filiũ Israel, tremor tuus super ipsos est.

10 Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.

11 Denique hoc ordinant, vt interficiãt pecora sua, & bibant sanguinem eorũ: & sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impẽdere, & volunt consumere quæ nec manibus debereat contingere. 12 Ergo quoniam hæc faciunt, certũ est quod in perditionem dabuntur.

13 Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus hęc ipsa nuntiare tibi.

13 Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi quãdo eis reddat peccatum suum, & veniens annuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei.

D 14 Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi.

15 Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum,

16 Non est talis mulier super terrã in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.

17 Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit Deus, qui misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris, & quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

CAP. XII.

Iudith introducta in locum thesaurorum, petit sibi licere nocte & ante lucem egredi, & orare: excusat fraudem Vagao, vt cum Holoferne habitet.

1 Tunc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo.

2 Cui respondit Iudith, & dixit, Nunc non potero manducare ex his quæ mihi præcepis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo.

3 Cui Holofernes ait, Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?

4 Et dixit Iudith, Viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quę cogitaui.

5 Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum quod præceperat.

B 6 Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte, & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.

7 Et præcepit cubicularijs suis, vt sicut pridie illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum per triduum.

8 Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ.

9 Et vt ascendebat, orabat Dominũ Deum Israel, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui.

10 Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in vespere.

11 Et factum est in quarto die, Holofernes C fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum, Vade, & suade Hebræam illã, vt sponte consentiat habitare mecum.

12 Prædum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum agendo, vt immunis ab eo transeat.

13 Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.

14 Cui Iudith respondit, Quæ ego sum, vt contradicam domino meo?

15 Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum, faciam.

16 Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.

17 Et surrexit, & ornauit se vestimẽto suo D & ingressa stetit ante faciem eius.

18 Cor autem Holofernis concussum est. Erat enim ardens in concupiscentia eius.

19 Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nunc & accumbe in iucunditate: quoniam inuenisti gratiam coram me.

20 Et dixit Iudith, Bibã, domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis.

21 Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quæ paranerat illi ancilla eius.

22 Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

CAP. XIII.

Holofernis ebrii caput decerpit Iudith ad tuendos quos hortatur ad gratiarum actionem & laudes Dei.

1 VT autem sero factum est, festinauerũt serui illius ad hospitia sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abiit.

2 Erant autem omnes fatigati à vino. Erãtque Iudith sola in cubiculo.

3 Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus.

4 Dixitque Iudith puellæ suę vt staret foris ante cubiculum & obseruaret.

5 Stetit ergo Iudith ante lectum, orans cum lacrymis, & labiorũ motu in silẽtio, dicẽs,

6 Confirma me Domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promisisti, Ierusalẽ ciuitatem tuam erigas: & hoc, quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam.

7 Et cũ hęc dixisset, accessit ad columnam, quę erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit.

Cumque

8 Cumque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait,

9 Confirma me Domine Deus in hac hora. Et percussit bis in cervicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopeum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum.

10 Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam.

B 11 Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem: & transierunt castra: & gyrantes vallem, venerũt ad portam ciuitatis.

12 Et dixit Iudith à longe custodibus murorum, Aperite portas quoniã nobiscũ est Deus qui fecit virtutem in Israel.

13 Et factum est, cum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis.

14 Et occurrerunt ad eam omnes à minimo vsque ad maximum: quòniam sperdũm eam iam non esse venturam.

15 Et accendentes luminaria cogyrauerunt circa eam vniuersi: illa autem ascendens in eminẽtiorem locum, iussit fieri silentium.

16 Cumque omnes tacuissent, dixit Iudith,

17 Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quã promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte.

18 Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens,

C 19 Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum & ecce conopeũ illius, in quo recumbebat in ebrietate sua: vbi per manum fœminæ percussit illũ Dominus Deus noster.

20 Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc cunctem, & ibi commorantem, & inde hùc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillã suam coinquinari, sed sine pollutione spectaculi reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra.

21 Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

22 Vniuersi autem adorãtes Dominũ, dixerunt ad eam, Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

23 Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eã, Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram:

24 Benedictus Dominus qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorũ, qui hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominũ qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ propter angustias, & tribulationem generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.

25 Et dixit omnis populus, Fiat, fiat,

26 Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Israel, cui tu testimonium dedisti, quòd vlciscatur de inimicis suis,

ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea.

27 Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens,

28 Cùm captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua.

29 Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciẽ suã super terram, & æstuauit anima eius.

30 Postea verò quàm resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit,

31 Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quòniam in omni gente, quæ audierit nomen tuũ, magnificabitur super te Deus Israel.

CAP. XIIII.

Holofernis caput suspensum in muro. Achior Deo credit. Iudæi Assyrios aggrediuntur, Vagao mortuum deprehendit Holofernem.

1 DIxit autem Iudith ad omnem populum, Audite me fratres,

2 Suspendite caput hoc super muros nostros: & erit, cum exierit sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu non vt descendatis deorsum: sed quasi impetum facientes.

3 Tunc exploratores nęcesse erit vt fugiãt ad principem suum excitandũ ad pugnam,

4 Cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis & inuenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor.

5 Cumq; cognoueritis fugere eos, ite post illos securi, quoniã Dominus conteret eos sub pedibus vestris.

6 Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circuncidit carnem præputii sui, & appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem.

7 Mox autẽ vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, acceptoque vnusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu.

8 Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. Porrò hi qui in tabernaculo erant venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte molichantur vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.

9 Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut intrando aperire.

10 Sed cùm venissent eius duces ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubicularijs,

11 Intrate, & excitate illum, quoniã egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium.

12 Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.

c.ii.

13 Sed cum nullum motum iacentis sensu
D aurium caperet, accessit proximàs ad cortinam, & eleuans eam, videnſque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua.

14 Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum, & dixit, Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.

15 Quod cum audissent principes virtutis Assyriorũ, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorũ valde.

16 Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

CAP. XV.

Assyrii fugiunt. Ipsorum spoliis ditantur Israelitæ. Benedicitur Iudith à pontifice & populo.

1 CVmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt,

2 Ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus, cuadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audierant fugiẽtes per vias camporum, & semitas collium.

3 Videntes itaque filii Israel fugientes, secuti sunt illos.

4 Descenderuntque clangentes tubis, & vlulantes post ipsos.

B 5 Et quoniam Assyrii non adunati, in fugam ibãt precipites, filii autem Israel vno agmine persequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuissent.

6 Misit itaque Ozias nuntios per omnes ciuitates & regiones Israel

7 Omnis itaque regio, omnisque vrbs, electam iuuentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladii, quousque peruenirẽt ad extremitatem finium suorum.

8 Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt, & onusti sunt valde.

honesta. 9 Hi vero qui victores reuersi sunt ad Bethuliam, omnia quę erant illorum abstulerunt secũ, ita vt non esset numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuersis mobilibus eorum, vt à minimo vsque ad maximũ omnes diuites fierent de prædationibus eorum.

10 Ioachim autem summus pontifex, de Ierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith.

11 Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes,

12 Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quòd castitatem amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideo & manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta D in æternum.

13 Et dixit omnis populus, Fiat, fiat.

14 Per dies autẽ triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israel.

15 Porro autem vniuersa quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni suppellectili, & tradita sunt omnia illi à populo.

16 Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

CAP. XVI.

Iudith laudem eanit Domino ob victoriã. Pręda Victoria venit omne populus in Ierusalem ad adorandum. Moritur Iudith.

1 TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens,

2 Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius.

3 Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.

4 Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

5 Venit Assur ex montibus ab Aquilone *Supra 9* in multitudine fortitudinis suę, cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum *c. 11.* cooperuerunt valles.

6 Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.

7 Dominus autẽ omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confodit eum.

8 Non enim ceciderunt potentes eorum à iuue- E nibus, nec filii Titan percusserunt eum, nec *Supra 10.* excelsi gigantes imposuerunt se illi, *sed* *c. 17.* Iudith filia Merari in specie faciei suę dissoluit eum,

9 Exuit enim se vestimento viduitatis, & indutus est vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel.

10 Vnxit faciem suam vngento, & colligauit crinibus suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.

11 Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animã eius, amputauit pugione ceruicem eius.

12 Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius.

13 Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.

14 Filii puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.

15 Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro.

16 Adonai Domine magnus es tu, & præ- C clarus in virtute tua, & quem superare no- *Gen. 14. 20. Psal. 4* mo potest.

17 Tibi seruiat omnis creatura tua: quia *3. 148. 5.* dixisti

dixisti, & facta sunt: misisti Spiritum tuum, C & creata sunt, & nõ est qui resistat voci tuæ

18 Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis petræ, sicut cera liquescent ante fa- *Psal. 67.* ciem tuam.

19 Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

20 Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicauit in eis, in die iudicii visitabit illos.

21 Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.

22 Et factũ est post hæc omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox vt purificati sunt obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas.

23 Porro Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis quæ dedit illi populus, & conopeum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, D tulit in anathema obliuionis:

24 Erat autem populus iucundus secundum facié sanctorum, & per tres menses gaudiũ huius victoriæ celebrarunt cum Iudith, 25 Post dies autem illos, vnusquisque rediit in domum suam, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersis terræ Israel.

26 Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt nõ cognosceret virũ omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius.

27 Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria.

28 Mansit autẽ in domo viri sui annis centum quinque, & dimisit Abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia.

29 *Luxitq; illã omnis populus diebus septẽ. *Gen. 52. 6.*

30 In omni autem spatio vitæ eius non fuit 6. 10 qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis,

31 Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

Hieronymi in librum Esther præfatio.

LIBRVM Esther varijs translatoribus constat esse vitiatum: quem ego de archiuis Hebræorum reuelatus, verbum è verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata laciniosis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis vel potuit, qui iniuriam passus est, vel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Eustochium quoniam, & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis tenentes Esther Hebraicum librum, per singula verba nostram translationem aspicite: vt possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur Historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expauescimus, Deo enim placere curantes mihi hominum penitus nolu tim emus: quoniam Deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere desiderant: & secundum Apostolum, qui eiusmodi sunt, serui CHRISTI esse non possunt. Rursum in libro Esther alphabetũ ex minio vsque ad Teth literam fecimus diuersis in locis, volentes scilicet septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta nostrum Hebraicum, ordinem prosequi, etiam in septuaginta editione mauimus.

LIBER ESTHER.

CAP. I.

Assuerus, celebrato conuiuio, potentiam & gloriam suam ostentat. Vasthi regina pulchra recusat venire ad eum, ipsam consilio sapientum repudiat. Viri dominentur vxoribus.

1 IN diebus Assueri, qui regnauit ab India vsque AEthiopiam super centum viginti septem prouincias:

2 Quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit.

3 Tertio igitur anno imperii sui * fecerat grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorũ inclytis, & præfectis prouinciarũ coram se,

4 Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus.

5 Cumque implerentur dies conuiuii, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susan à maximo vsq; ad minimũ: & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. B

6 Et pendebant ex omni parte tentoria ærei coloris, & carbasini ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atque purpureis: qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur.

7 Lecti quoque aurei & argentei, super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat.

8 Bibebant autem qui inuitati erat, aureis poculis, & aliis atque aliis vasis sibi inferebantur. Vinum quoque, vt maiestas regia dignum erat, abundans. Accipium

ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut rex statuerat, præpositos mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet.

9 Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere consueuerat.

10 Itaque die septimo, cùm rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mahuman & Bazatha, & Harbona & Bagatha & Abgatha & Zethar & Charcas, septem eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant.

C 11 Vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius. Erat enim pulchra valde.

12 Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire recusauit.

13 Vnde iratus rex, & nimio furore succensus interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei adhærebant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges ac iura maiorum:

14 (Erant autem primi & proximi, Charsena & Sethar & Admátha & Tharsis & Mares & Marsana & Mamuchan, septem duces Persarum, atque Medorũ, qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant.)

15 Cuiussententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset.

16 Respondit que Mamuchan, audiente rege, atque principibus, Non solùm regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri.

D 17 Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt cõtemnant viros suos, & dicãt, Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi introiret ad eum, & illa noluit.

18 Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorum, parùm pendent imperia maritorum. Vnde regis iusta est indignatio.

19 "Si tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera, quæ melior est illa, accipiat.

20 Et hoc in omne (quod latissimũ est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, & cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis suis honorem.

21 Placuit consilium eius regi & principibus: fecitque "iuxta consilium Mamuchan.

22 Et misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere poterat, diuersis linguis & literis, esse viros principes ac maiores in domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

CAP. II.

Esther pulchra adoptata à Mardochæo, seruatur cum cæteris puellis in domo regis. Illa regi, pra cæteris placens, regina efficitur. Bagathan & Thares suspenduntur.

1 His "itaq; gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, "recordata est Vasthi, "quæ fecisset, vel quæ passa esset:

2 Dixerúntque pueri regis, ac ministri eius,

3 Quærátur regi puellæ virgines ac speciosæ & mittantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines: & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domum fœminarum sub manu Egei eunuchi, qui est præpositus & custos mulierum regiarum: & accipiant mundum muliebrem, & cætera ad vsus necessaria,

4 Et quæcunque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi: & ita vt suggesserat, iussit fieri.

5 Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair, filii Semei, filii Cis, de stirpe Iemini.

6 Qui translatus fuerat de Ierusalem * eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat.

7 Qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ quæ altero nomine vocabatur Esther: & vtrunque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuisque patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam.

8 Cùmque percrebuisset regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Egeo tradentur eunucho: Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero fœminarum.

9 Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu Illius. Et præcepit eunucho vt accelleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quàm puellas eius ornaret atque excoleret.

10 Quæ noluit indicare ei populum & patriam suam. Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret:

11 Qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus, in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret.

12 Cùm autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant, mensis duodecimus vertebatur ita duntaxat, vt sex mensibus oleo vngerentur myrrino, & aliis sex quibusdam pigmentis & aromatibus vterentur.

13 Ingredientésque ad regem, quicquid pòstulassent ad ornatum pertinens, accipiebant, & vt eis placuerat, compositæ, de triclinio fœminarum ad regis cubiculum transibant.

14 Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ædes deducebatur quæ sub manu Sasagazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat: nec habebat potestatem ad regem vltrà redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire iussisset

iussisset ex nomine.

15 Euoluto autem tempore per ordinem, Instabat dies quo Esther filia Abiháil fratris Mardochæi, quam sibi adoptauerat in filiam deberet intrare ad regem. Quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcunque voluit Egeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit.

16 Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Ducta est itaqi ad cubiculum regis Assueri mense decimo qui vocatur Tebth, septimo anno regni eius.

17 Et adamauit eam rex plus, quàm omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius fecitque eam regnare in loco Vasthi.

D 18 Et iussit conuiuium præparari permagni ficum cũctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptiis Esther: & dedit quiẽ vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem.

19 Cúmque & secundo quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis:

20 Necdũ prodiderat Esther patriam & populum suum, iuxta mandatum eius, Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat vt eo tempore solita erat quo eam parvulã nutriebat.

21 Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad regis ianuam morabatur, irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis qui ianitores erant, & in primo palatii limine residebant: voluerúntque insurgere in regẽ, & occidere eum.

22 Quod Mardochæum nõ latuit: statimque nuntiauit reginæ Esther: & illa regi ex nomine Mardochæi qui ad se rem detulerat. Quæsitum est, & inuentum: & appensus est vterque eorum in patibulo. Et iussit rex vt in libro memoriali scriberetur, vt pro vita sua aliquid repensaret ei: mandatúmque est historiis, & annalibus traditum coram rege.

CAP. III.

Aman exaltatum à rege solus Mardochæus non adorat, propter quod Iudæorum interitum imperat ab Assuero.

1 Post hæc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi qui erat de stirpe Agag: & posuit solii eius super omnes principes suos quos habebat.

2 Cunctique serui regis qui in foribus palatii versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: sic enim præceperat eis imperator. Solus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum.

3 Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palatii residebant, Cur præter cæteros non obseruas mandatum regis?

4 Cúmque hoc crebrius dicerẽt, & ille nollet audire, nuntiauerunt Aman, scire cupientes vtrum perseueraret in sententia. Dixerat enim eis se esse Iudæum.

5 Quod cùm audisset Aman, & experimento probasset quòd Mardochæus nõ flecteret sibi genu: nec se adoraret, iratus est valde.

6 Et pro nihilo duxit in vnum Mardochæũ mittere manus suas. Audierat enim quod esset gentis Iudææ: magísque voluit omne Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem.

7 Mense primo (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, Missa est sors in vrnam, quæ Hebraice dicitur phur, coram Aman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit mensis duodecimus qui vocatur Adar.

8 Dixitque Aman regi Assuero, Est populus C per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuo separatus, nouis vtens legibus & cæremoniis, insuper & regis scita contemnens. Et optime nosti quod non expediat regno tuo vt insolescat per licentiam.

9 Si tibi placet, decerne vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ.

10 Tulit ergo rex annulum quo vtebatur de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudæorũ,

11 Dixitque ad eum, Argẽtum quod tu polliceris, tuum sit de populo "age quod tibi "autem placet.

12 Vocatíq; sunt scribæ regis mense primo, Nisan, tertiadecima die eiusdem mensis: & scriptum est, vt iusserat Aman, ad omnes satrapas regis, & iudices prouinciarum, diuersarúmque gentium, vt quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum, ex nomine regis Assueri: & literæ signatæ ipsius annulo,

13 Missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias vt occiderent atque delerẽt D omnes Iudæos, à puero vsque ad senẽ, parvulos & mulieres, vno die hoc est tertiodecimo mensis duodecimi, qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent,

14 Summa autem epistolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ scirent & pararent se ad prædictam diem.

15 Festinabant cursores qui missi erant regis imperium explere: statúmque in Susan pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis, qui in vrbe erant, ignorantibus.

CAP. IIII.

Mardochæus interrogatus ab Esthere causam luctus, suadet vt regem pro populo deprecetur. Esther ad regem ingressura, iubet pro se orari.

1 QVæ cùm audisset Mardochæus scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui,

2 Et hoc ciulatu vsque ad fores palatii gradiens. Non enim erat licitum, indutum sacco aulam regis intrare.

3 In omnibus quoque prouinciis, oppidis ac locis, ad quæ crudele regis dogma pervenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco & cinere

muleis pro strato vtentibus.

4 Ingressæ autem sunt puellæ Esther, & eunuchi, nuntiauerúntque ei: Quod audiens consternata est: & vestem misit, vt ablato sacro *indueret eam: quam accipere noluit,

induerēt eam.

5 Accitoque Athach eunucho, quem rex ministrum ei dederat præcepit ei vt iret ad Mardochæum, & disceret ab eo cur hoc faceret.

6 Egressúsque Athach, iuit ad Mardochæū & inuenit eum stantem in platea ciuitatis, ante ostium palatii,

7 Qui indicauit ei omnia quæ acciderant, quómodo Aman promisisset vt in thesauros regis pro Iudæorum nece inferret argentum.

8 Exemplar quoque edicti quod pendebat in Susan, dedit ei vt reginæ ostenderet, & moneret eam vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo.

9 Regressus Athach, nuntiauit Esther omnia quæ Mardochæus dixerat.

10 Quæ respondit ei, & iussit vt diceret Mardochæo,

C 11 Omnes serui regis, & cunctæ quæ sub. ditione eius sunt, norunt prouinciæ, quod siue vir, siue mulier non vocatus, interius atrium regis intrauerit, absque vlla cunctatione statim interficiatur: nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atq; ita possit viuere. Ego igitur quómodo ad regem intrare potero quæ triginta iam diebus non sum vocata ad eum?

12 Quod cum audisset Mardochæus, rursum mandauit Esther, dicens,

13 Ne putes quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis.

D 14 Si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrū ideirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris?

15 Rursúmque Esther hæc Mardochæo verba mandauit,

16 Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Susan repereris, & orate pro me. Non *comedetis, & non biberis tribus diebus, & tribus noctibus: ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti & periculo.

*ꝰ comedatis, & bibatis

17 Iuit itaque Mardochæus, & fecit omnia quæ ei Esther præceperat.

CAP. V.

Esther semel & iterum inuitat regem ad conuiuium. Aman parat Mardochæo patibulum.

1 Die autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius, contra basilicam regis: at ille sedebat super solium suum in consistorio palatii, contra ostium domus.

2 Cúmque vidisset Esther reginam stantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu: quæ accedēs, osculata est summitatē virgæ eius.

3 Dixitque ad eam rex, Quid vis Esther regina? quæ est petitio tua? etiam si dimidiā partem regni petieris, dabitur tibi.

4 At illa respondit, Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium quod parauī.

5 Statimque rex, Vocate inquit, citò Amā, vt Esther obediat voluntati. Venerunt itaq; rex & Aman ad conuiuium quod eis regina parauerat.

6 Dixitque ei rex, postquam vinum biberat abundanter, Quid petis vt detur tibi? & pro qua re postulas etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

7 Cui respondit Esther, Petitio mea, & preces sunt istæ: Si inueni in conspectu regis gratiam, & si regi placet vt det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem.

8 Veniat rex & Aman ad conuiuium quod parauī eis & cras aperiam regi voluntatem meam,

9 Egressus est itaque illo die Aman lætus & alacer. Cúmque vidisset Mardochæum sedentem ante fores palatii, & non solum nō assurexisse sibi, sed nec motum, quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde.

10 Et dissimulata ira reuersus in domum suam, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam.

11 Et exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorúmque turbam, & quanta eum gloria super omnes principes & seruos suos rex extulisset.

12 Et post hæc ait, Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege præter me, apud quam etiā cras cum rege pranditurus sum.

13 Et eum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias.

14 Respondérúntque ei Zares vxor eius, & cæteri amici, Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos: & dic mane regi vt appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad conuiuium. Placuit ei consilium, & *placuitque iussit excelsam præparari crucem.

*placuitque

CAP. VI.

Mardochæum fidelem sibi honorari iubet rex, quem ipse Aman honorat inuitis.

1 Noctem illam duxit rex insomnem, iussitque sibi afferri historias & annales priorum temporum.

2 Quæ cùm illo præsente legerentur, ventum est ad illum locum vbi scriptum erat quómodo nuntiasset Mardochæus insidias Bagathan & Thares eunuchorum, regem Assuerum ingulare cupientium.

3 Quod cum audisset rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac præmii Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri, Nihil omnino mercedis accepit.

4 Statimque rex, Quis est, inquit, in atrio? (Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, & iubere ret Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum.

5 Respondérunt pueri, Aman stat in atrio. Dixitque rex, Ingrediatur.

6 Cúmque esset ingressus, ait illi, Quid debet fieri viro, quē rex honorare desyderat?

7 Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans quod nullum alium rex, nisi se, vellet honorare, respondit,

8 Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis: & imponi super equū qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum,

C 9 Et primus de regis principibus ac tyrannis teneat equum eius: & per plateam ciuitatis incedens, clamet, & dicat, Sic honorabitur, quoncunque voluerit rex honorare.

10 Dixitque ei rex, Festina: & sumpta stola & equo, fac vt locutus es Mardochæo Iudæo qui sedet ante fores palatii. Cáue ne quicquam de his quæ locutus es prætermittas.

11 Tulit itaque Aman stolam & equum, indutúmque Mardochæum, in platea ciuitatis, & imposuit equo præcedebat, atque clamabat, Hoc honore condignus est, quem cunque rex voluerit honorare.

D 12 Reuersúsque est Mardochæus ad ianuam palatii: & Aman festinauit ire in domum suam, lugens & operto capite.

13 Narrauitque Zares vxori suę, & amicis omnia quæ euenissent sibi. Cui respondérunt sapientes quos habebat in consilio, & vxor eius, Si de semine Iudæorum est Mardochæus, ante quē cadere cœpisti, nō poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius.

14 Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuium, quod regina parauerat, pergere compulerunt.

CAP. VII.

Esther in conuiuio pro sua & populi sui vita orat. Aman iussu regis suspenditur.

1 Ingressus itaque rex & Aman, vt biberent cum regina. Dixitque ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat,

2 Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

3 Ad quem illa respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis, ô rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro.

B 4 Traditi enim sumus ego & populus meus vt conteramur, iugulemur, & pereamus: atque vtinam in seruos & famulas venderemur, esset tolerabile malum, & gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem.

5 Respondénsque rex Assuerus ait, Quis est iste? & cuius potestæ, vt hæc audeat facere?

6 Dixitque Esther, Hostis & inimicus noster possimus iste est Aman. Quod ille audiens, illico obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens.

C 7 Rex autem iratus surrexit, & de loco conuiuii intrauit in hortum arboribus consitum: Aman quoque surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua. Intellexit enim a rege sibi paratum malum.

8 Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & iratus esset conuiuii locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea? Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius.

9 Dixitq; Harbona, vnus de eunuchis, qui D stabant in ministerio regis: En lignū quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex, Appendite eum in eo.

10 Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

CAP. VIII.

Bona Aman tradantur reginæ Esther, quæ imperrat à rege vt literæ in necem Iudæorum scriptæ, reuocentur. Præcipit Iudæis rex vt suos inimicos interficiant. Exultant Iudæi.

1 De illo dedit rex Assuerus Esther regi- Dnæ domum Aman aduersarii Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciē regis. Confessa est enim ei Esther quod esset patruus suus.

2 Tulitque rex annulum quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo.

Esther autem constituit Mardochæum super domum suam. Nec his contenta, procidit ad pedes regis: fleuitque, & locuta ad eum orauit vt malitiam Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat cōtra Iudæos, iuberet irritas fieri.

4 At ille ex more sceptrum aureum prætendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur.

5 Illáq; consurgens stetit ante eum, & ait, Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro, vt nouis epistolis veteres Aman literæ insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cūctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur.

B 6 Quomodo enim potero sustinere necem & intersectionem populi mei?

7 Respondítque rex Assuerus Esther reginę, & Mardochæo Iudæo, Domum Aman concessi Esther reginæ, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos.

8 Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes literas annulo meo.

9 Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Accitíque scriois & librariis regis (erat autem tempus tertii mensis, qui appellabatur Siban) vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæus voluerat, ad Iudæos, & ad principes, procuratorésque & iudices, qui centum viginti septem prouinciis ab India vsque ad Æthiopiam præsidebant: prouinciæ atque prouinciæ, populo & populo iuxta linguas C

& literas suas, & Iudæis, prout legere poterant, & audire.
20 Ipsæq; epistolæ, quæ ex regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt & missæ per veredarios, qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nuntiis præuenirent.
21 Quibus imperauit rex, vt conuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum præciperent congregari, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerent atque delerent,
22 Et constituta est per omnes prouincias vna vicionis dies, id est tertiadecima die mensis duodecimi Adar.
23 Summáq; epistolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret paratos esse Iudæos ad capiendam vindictam de hostibus suis.
D 24 Egressique sunt veredarij celeres nuntia perferentes, & edictum regis pependit in Susan.
25 Mardochæus autem de palatio, & de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regijs, hyacinthinis videlicet & *gerinis coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo: omnisque ciuitas exultauit, atque lætata est.
26 Iudæis autem noua hæc oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium.
27 Apud omnes populos, vrbes atque prouincias, quocunque regis præcepta veniebant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies: intantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & cæremoniis iungerentur. Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.

CAP. IX.

Iudæi suos inimicos interficiunt. Decem filii Aman interfecti sunt. Dies celebris instituitur in memoriam.

1 IGitur duodecimi mensis, quem Adar vocari ante iam diximus, tertiadecima die quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersariis vindicare.
2 Congregatique sunt per singulas ciuitates & oppida & loca, vt extenderent manū contra inimicos, & persecutores suos: nullusque ausus est resistere, eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido *penetraret.
3 Nam & prouinciarum iudices, & duces & procuratores, omnisque dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebant Iudæos, timore Mardochæi:
E 4 Quem principem esse palatij, & plurimū posse cognouerant. Fama quoque nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat.
5 Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes ei quod sibi paranerāt facere:
6 In tantūm vt etiam in Susan quingentos viros interficerent.
7 Extra decem filios Aman Agagitæ hostis Iudæorum: quorū ista sunt nomina, Phasandatha, & Delphon, & Esphatha,
8 Et Pharatha, & Adalia, & Aridatha.
9 Et Phermesta, & Arisai & Aridai, & Vazatha:
10 Quos cum occidissent, prædas de substantiis eorum agere noluerunt.
11 Statimque numerus eorum, qui occisi erant in Susan, ad regem relatus est.
12 Qui dixit reginæ, In vrbes Susan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouinciis? Quid vltrà postulas, & quid vis vt fieri iubeam?
13 Cui illa respondit, Si regi placet, detur potestas Iudæis vt sicut fecerunt hodie in Susan, & sic eras faciant, & decem filii Aman in patibulis suspendantur.
14 Præcepitque rex vt ita fieret: statimque *Susan pependit edictum, & decem filii Aman suspensi sunt.
15 Congregatis Iudæis quartadecima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta substantia est.
16 Sed & per omnes prouincias quæ ditioni regis subiacebāt, pro animabus suis steterunt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantū vt septuagintaquinque millia occisorū implerentur, & nullus de substantiis eorū quicquam contingeret.
17 Dies autem tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cædere desierunt.
18 Quem constituerunt esse solennem, vt in D eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis. At hi qui in Vrbe Susan cædem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: quintodecimo autem die percutere desierunt.
19 Et idcirco eundem diem constituerunt solennem epularum atque lætitiæ. Hi verò Iudæi qui in opidis non muratis ac villis morabātur, quartumdecimum diem mēsis Adar conuiuiorum & gaudii decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi mutuo partes epularum & ciborum.
20 Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehensa misit ad Iudæos qui in omnibus regis prouinciis morabantur, tam in vicino positis, quam procul,
21 Vt quartamdecimam & quintādecimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni celebrarent honores:
22 Quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiūmque conuersi sunt, esséntque dies isti epularum atque lætitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur.
23 Susceperuntque Iudæi in solennē ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus literis faciendā mandauerat.
24 Aman enim filius Amadathi stirpis Agag hostis

hostis & aduersarius Iudæorum, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atque deleret: & misit phur, quod nostra lingua vertitur in sortem.
F 25 Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrās vt conatus eius literis regis irriti fierent: & malum quod contra Iudæos cogitauerat reuerteretur in caput eius: denique & ipsum & filios eius affixerunt cruci.
26 Atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est sortium: eo quòd phur, id est sors, in vrnam missa fuerit.
27 Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ id est libri huius volumine continentur, quæque sustinuerunt, & quæ deinceps immutata sunt, susceperunt Iudæi super se & semen suum, & super cunctos qui religioni eorū volyerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absq; solennitate tranſigere, quos scriptura testatur, & extera expetunt tempora annis sibi iugiter succedentibus.
C 28 Isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit oblivio: & per singulas generationes cunctæ in toro orbe prouinciæ celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua Dies phurim, id est sortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, quæ his cæremoniis obligata est.
29 Scripseruntque Esther regina filia Abihail, & Mardochæus Iudæus etiam secundam epistolam, vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum.
30 Et miserunt ad omnes Iudæos, qui in centum viginti septem prouinciis regis Assueri versabantur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem,
31 Obseruantes Dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut constituerant Mardochæus & Esther, & illi obseruāda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores & sortium dies.
32 Et omnia quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

CAP. X.

Somnii Mardochai enarratio.

1 REX verò Assuerus omnem terrā, & cunctas maris insulas fecit tributarias.
2 Cuius fortitudo & imperium, & dignitas atque sublimitas, qua exaltauit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum atque Persarum:
3 Et quomodo Mardochæus, Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit: & magnus *apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea, quæ ad pacem seminis sui pertinerent.
B ¶ *Quæ habentur in Hebræo, plena fide expressi. Hæc autem quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & literis cōtinentur: & interim posui finē libri hæc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo id est veru prænotauimus.*
4 Dixitque Mardochæus, A Deo facta sunt ista.
5 Recordatus sum somnii quod videram, hæc eadem significantis: nec eorum quicquam irritum fuit.
6 Parvus fons, qui crevit in fluuium, & in lucem, solémque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit, Esther est, quam rex accepit vxorem, & voluit esse reginam.
C 7 Duo autem dracones: ego sum, & Aman.
8 Gentes quæ conuenerant: hi sunt qui conati sunt delere nomen Iudæorum.
D 9 Gens autem mea Israel est, quæ clamauit ad Dominum, & saluum fecit Dominus populum liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit signa magna atque portenta inter gentes, & duas sortes esse præcepit: vnā populi Dei, & alteram cunctarum gētium,
10 Venitque vtraq; sors in statutum ex illo tempore diem coram Deo vniuersis gentibus: & recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hæreditatis suæ.
11 Et obseruabuntur dies isti in mense Adar quartadecima, & quintadecima die ejusdē mensis cum omni studio, & gaudio, in vnū cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Israel.

CAP. XI.

Somnium Mardochai.

1 ANno quarto regnantibus Ptolomæo & Cleopatra attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolomeus filius eius, hanc epistolā phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolomæi filiū in Ierusalem.

¶ *Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretem.*

2 Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo prima die mensis Nisan, vidit somniū Mardochæus, filius Iairi, filii Semei, filii Cis de tribu Ben. iamin: homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ,
C 3 Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iudæ: & hoc eius somnium fuit,
4 Apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio super terrā: & ecce duo dracones magni, paratique contra se in prælium,
5 Ac quorum clamorem cunctæ conciatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum.
6 Fuitque dies illa tenebrarum & diserliminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super terram,
D 7 Conturbatáque est gens iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem
8 Clamauerūntque ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus crevit in fluuium maximū, & in aquas plurimas redundauit.
9 Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos.
10 Quod cùm vidisset Mardochæus, & surrexisset de strato, cogitabat quid Deus facere vellet, & fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

CAP. XII.

Mardochæus secundò insidias Artaxersi structas denuntiat.

1 MOrabatur autem eo tempore in aula regis cum Bagathæ & Thara eunuchis regis qui ianitores erant palatii.
2 Cúmque intellexisset cogitationes eorú, & curas diligétius perquisisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nuntiauit super eo regi.
3 Qui de vtroque habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem.
4 Rex autem quod gestum erat scripsit in commentariis: sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.
5 Præcepitq; ei rex, vt in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus.
6 Aman verò filius Amadathi bugæus erat gloriosissimus coram rege, & voluit notere Mardochæo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucusque præamium.

¶ Quæ sequuntur, in eo loco posita erat, vbi scriptum est in volumine, Et dispersum bona, vel substantias eorum, quæ in sola vulgata editione reperiuntur.

Epistola autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

Exemplar epistolæ Artaxersis contra Iudæos. Oratio Mardochæi.

1 REx maximus Artaxerxes ab India vsq; AEthiopiam, centum viginti septem prouinciarum principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem.
2 Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.
3 Quærente autẽ me à cõsiliariis meis quo modo posset hoc impleri, vnus qui sapientia & fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, regum iussa contemneret, & vniuersarum concordiam nationum sua dissentione violaret.
4 Quod cum didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominũ genus peruersis vti legibus, nostrisque iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam: iussimus vt quoscunque Aman, qui omnibus prouinciis præpositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit: cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullúsque eorũ misereatur, quartadecima die duodecimi mensis Adar anni præsentis: vt nefarii homines vno die ad inferos descendentes reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant.

Hucusque exemplar epistolæ.

¶ Quæ sequuntur, post eum locum scripta repetitio ibi legitur, Pergèsque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen hæc habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

5 Mardochæus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operũ eius, & dixit,
6 Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel.
7 Tu fecisti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur:
8 Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ.
9 Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate feceram hoc, vt non adorarem Aman superbissimum, (libenter enim pro salute mea etiam vestigia pedum eius deoscula paratus essem) sed timui, ne honorẽ Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto Deo meo.
10 Et nunc Domine rex Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere.
11 Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de AEgypto.
12 Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomẽ tuum Domine, & ne claudas ora te canentium.
13 Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad Dominum, eo quod eis certa mors impenderet.

CAP. XIIII.

Oratio Esther pro liberatione populi sui.

1 ESther quoque regina confugit ad Dominum, pauens periculum quod imminebat.
2 Cúmque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis, omniaque loca in quibus ante lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit.
3 Et deprecabatur Dominum Deum Israel, dicens,
4 Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manibus tuis est.
5 Audiui à patre meo quòd tu Domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam, fecistique eis sicut locutus es.
6 Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: coluimus enim deos eorum: iustus es Domine.
7 Et nunc non ei sufficit quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui, vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum.
8 Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, & eum qui in nos cœpit sæuire, disperde.
9 Memento Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Domine rex deorum, & vniuersæ potestatis: tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & cæteri qui ei consentiunt.
10 Nos autem libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuam, nullum aliud auxilium habentem, nisi te Domine qui habes omnium scientiam, & nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum, & omnis alienigenæ.
11 Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebꝰ ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & nõ portem in diebus silentii mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham.
12 Deus fortis super omnes exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

¶ Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.

CAP. XV.

Quo pacto Esther ad regem ingressa sit, & ad eius aspectum territa fuerit.

Iosephus antiquit. lib. 11. c. 6.

1 ET mandauit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua.
2 Memorare (inquit) dierum humiliatis tuæ, quomodo nutrita fuis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem: & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

¶ Necnon & ista quæ subdita sunt.

3 Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua.
4 Cúmque regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas: & super vnam quidem innitebatur, quasi præ deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens: altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustinens.
5 Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore contractum.
6 Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auróq; fulgens & prætiosis lapidibus, eráque terribilis aspectu.
7 Cúmque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput.
8 Conuertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exiluit de solio sustentans eam vnus suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere, Non morieris: Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.
9 Accede igitur, & tange sceptrum.
10 Cúmque illa reticeret, tulit aureum virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, & ait, Cur mihi non loqueris?
11 Quæ respondit, Vidi te domine quasi angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.
12 Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum.
13 Cúmque loqueretur, rursus corruit, & pene exanimata est.
14 Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

CAP. XVI.

Exemplar epistolæ regis Artaxersis, quam pro Iudæis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

1 REx magnus Artaxerxes, ab India vsque AEthiopiam centum vigintiseptem prouinciarum, ducibus ac principibus, qui nostræ subsunt ditioni obediant, salutem dicit.
2 Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: & non solùm subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt, molimentur insidias.
3 Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam.
4 Et in tantum vesaniæ prorumpunt, vt eos qui credita sibi officia diligentes obseruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni sint, meritoriorum funiculis conentur subuertere, dum aures principum simplices & ex sua natura alios æstimares, callida fraude decipiunt.
5 Quæ res & ex veteribus probatur historiis, & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia depraueantur.
6 Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum.
7 Nec putare debetis, si diuersa subeamus, ex animi nostri venire iniquitate, sed pro

funiculis

qualitate & necessitate temporum, vt reipublicæ posset vtilitas, ferre sententiam.
8 Et vt manifestius quod dicimus intelligatis, Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pleraterum nostrum sua crudelitate commaculis, peregrinus à nobis susceptus est: & tantam in se expertus humanitatem vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus, post regem secundus: qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est, vt regno priuare nos niteretur & spirtu.
C 9 Nam Mardochæum, cujus fide & beneficiis vinimus, & consortem regni nostri Esther cum omni gente sua nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiit in mortem: hoc cogitans vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas.
D 10 Nos autem à pessimo mortalium, Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed econtrario iustis vtentes legibus, & filios Altissimi & maximi, semperque viuentis Dei, cujus beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur.
11 Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas.
12 Pro quo scelere ante portas huius vrbis id est Sulan, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio eius pender in patibulis: non nobis, sed Deo reddente ei, quod meruit.
13 Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis.
14 Quibus debetis esse adminiculo, vt eos qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium.
15 Vnde & vos inter cæteros festos dies, hic habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, vt & in posterum cognoscatur, omnes qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem inimicantur regno eorum, perire pro scelere.
16 Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit solennitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam bestiis inuia sit in sempiternum, pro exemplo contemptus & inobedientiæ.

HIERONYMI in librum Iob præfatio.

COGOR per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquilæ, Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroque commixtum, & mediæ temperatum genus translationis expresserint; & omnia Veteris instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit, probans defuisse, quod addirum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus suscepernnt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, vt quos plura intermisisse susceperint non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur; præcipue in Iob: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, substraxeris, pars maxima detruncabitur, & hoc duntaxat apud Græcos, Cæterum apud Latinos, ante eam translationem quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti fermè aut octingenti versus desunt, vt decurtatus, & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publice legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos torus liber sertur & lubricus, & quod Græci rhetores vocant, eschimatismenos, dum qui aliud loquitur aliud agit: vt si velis anguillam vel murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Lyddæum quendam præceptorum, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, nō paruis nūmis, emisse doctrina ejus aliquid profecerim; nescio: hoc vnus scio, non potuisse me interpretari, nisi quod ante intelexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porro à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo vsque ad eum locum, vbi ante finem voluminis scriptum est, Idcirco ipse me reprehendo, & agō pœnitentiam in fauilla & cinere: hexametri versus sunt, dactylo spondæoque currentes, & propter linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non eorundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis, quod metrici magis, quam simplex lector intelliguntAsuprascrito autem versu vsque ad finem libri, paruum comma quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alcei, & Sapphus, vel Psalterium vel lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermè scripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Iosephum, Originem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcireo me in hoc volumine laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderem sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certe scriptorum vitio depranata, manifestiora nostra interpretatione

pretatione fierent, & qui Hebræorum sermonem ex parte didicimus, & in Latino pene ab ipsis cunabulis inter grammaticos & rhetores & philosophos detriti sumus. Quod si apud Græcos post Septuaginta editionem, iam CHRISTI Euangelio cornscante, Iudæus Aquila & Symmachus ac Theodotio, Iudaizantes hæretici, sunt recepti, qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarūt, & tamen in exaplois habētur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris; quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillū crucis in mea fronte portans (cuius studium fuit omissa repetere, depranata corrigere, & sacramenta ecclesiæ puro & fideli aperire sermone) vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis, onera magis exarata, quām codices: dummodo mihi, meisque permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices quām emendatos. Vtraque autem editio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore trāslata est. Eligat vnusquisque quod vult: & studiosum me magis, quam maleuolum probet.

Alia Hieronymi in librum Iob præfatio.

SI AVT fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus solicita mente pertractarem, nullus, morderer, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam saluatoris volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisque purgare, error mihi geminus infligitur: corrector vitiorum, & falsarius dicor, & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim veritatis consuetudo, vt etiam confessa plerisque vitia placeant: dum magis pulchros habere volunt codices, quām emendatos. Quapropter ô fratres dilectissimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, sportellisque, munusculum monachorum, spiritalia hæc & mansura dona suscipite, ac beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & vermibus scatebat erroruin, integrum immaculatúmque gaudete. Quomodo enim post probationem atque victoriam, duplicia sunt ei vniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci cum habere, quæ amiserat. Igitur & vos, & vnumquemque lectorem solita præfatione commoneo, & in principiis librorum eadem semper annectens, rogo: vt vbicunque semper præcedentes virgulas videritis, sciatis ea quæ subiecta sunt, in Hebraicis voluminibus non haberi. Porro vbi stellæ imago præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. Nōnnon & illa quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant vt sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo ecclesiis CHRISTI venturum esse quam ex aliorum negotio.

Argumentum in librum Iob.

IN terra quidem habitasse Iob Hustidi, in finibus Idumææ & Arabiæ fertur, & erat ei antè nomen Iobab. Et accepit vxorem Arabissam: quæ genuit filium quem vocauit Ennon. Erat autem ipse filius quidem Zare, de Esau filiis filius: de matre verò Bosra: ita vt sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipse regnauit. Sed primus in ea regnauit Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eiusdem, Denaba. Post hunc autem Bela, Iobab, qui vocatur Iob. Post Iob autem Husum, qui erat dux ex Themanorum regione. Et post illum regnauit Adad filius Badad, qui excidit Madian in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Auith.

In hoc verò libro hæc quæstio tractatur, anne etiam probis à Deo malum accidat. Hic firmissime perstat Iob, quod Deus etiam sine causa solummodo in laudem suam puniat probos. Contra hoc opponunt se amici eius, & prolixis sermonibus volunt conuincere, Deum esse iustum, qui non corripiat vllum probum. Si verò corripiat, necessario consequi quòd ille peccauerit. Et sic tam carnaliter sentiunt de Deo & iustitia eius, ac si ipse esset omnino, quemadmodum homines sunt, & iudicia eius, sicut iudicia illorum. Quanquam etiam Iob, vt qui in angustiis mortis decumberet, ex humana fragilitate nimium contra Deum loquitur, & in afflictione peccat, & tamen perstat in eo, quod tales passiones non meritus sit, sicut etiam verum erat. Tandem Deus iudicat, quod quæ Iob in afflictione contra Deum locutus est, iniustè locutus sit: quòd verò contra inimicos suos de innocentia sua ante afflictionem tutatus est, rectè locutus sit. Sic liber iste solum Deum iustum prouuntiat, quamuis etiam homo homini iustus sit etiam coram Deo. In consolationem nostri scriptus est hic liber, quòd Deus sanctos suos permittit aliquando impingere in aduersitate: nam antequam Iob incidat in angustiam mortis, laudat Deum super depræ dationibus suorum & morte filiorum suorum. Dum verò obuertatur ob oculos mors, & subducit se Deus, indicant verba eius, quales

cogitationes fubeant hominem quantumuis etiam fanctum, contra Deum in anxietate mortis: videlicet homini videtur Deus non esse Deus, sed solum iudex & iracundus tyrannus, qui vim exerceat, & non curet cuiuspiam bonam vitam. Hunc librum intelligunt qui experiuntur & sentiunt quid sit pati iram Dei, & oculatam esse gratiam eius.

LIBER IOB.

CAP. I.

Sanctus Iob pro omnium filiis sacrificat. Satan, expetita a Deo facultate, nocet bobus Iob, asinis, ouibus, camelis, & pueris. Venerabilis Dei. Fides, & patientia Iob in aduersis.

1 VIr erat in Terra Hus nomine Iób: & erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.

2 Natique sunt ei septem filii & tres filiæ.

3 Et fuit possessio eius septẽ millia ouium, & tria millia camelorum, quingentæ quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.

4 Et ibant filii eius, & faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis.

5 Cúmque in orbem transissent dies conuiuii mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgénsque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim, Ne forte peccauerint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.

6 Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autem die, cùm venissent filii Dei vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.

7 Cui dixit Dominus, Vnde venis. Qui respondens ait, Circuiui terram, & perambulaui eam.

8 Dixitque Dominus ad eum, Nunquid consyderasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?

9 Cui respondens Satan, ait, Nunquid Iób frustra timet Deum?

10 Nónne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersámque substantiam eius per circuitum: operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra?

11 Sed extende paulùlum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet: nisi in faciem benedixerit tibi.

12 Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, vniuersa quæ habet in manu tua sunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam. Egressúsque est Satan à facie Domini.

13 Cùm autem quadam die filii & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti,

14 Nuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos:

15 Et irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia, & pueros percusserunt gladio: & euasi ego solus, vt nuntiarem tibi.

16 Cúmque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerósque comsumpsit: & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi.

17 Sed & illo adhuc loquente venit alius, & dixit, Chaldæi fecerunt tres turmas, & & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio: & ego fugi solus, vt nuntiarem tibi.

18 Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filiis tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti,

19 Repente ventus vehemẽs irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens opprehsit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi.

20 Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit, & dixit,

21 Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

22 In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est.

CAP. II.

Satan cum Deo colloquium. Expetita facultate a Deo percutit Iob vlcere. Tentatur Iob ab vxore. Amici tres consolantur eum. Prospera & aduersa a Deo.

1 FActum est autem quum quadam die venissent filii Dei, & starent coram Domino, venisset quoque Satan inter eos, & staret in conspectu eius.

2 Vt diceret Dominus ad Satan, vnde venis? Qui respondens ait, Circuiui terram, & perambulaui eam.

3 Et dixit Dominus ad Satan, Nunquid consyderasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem cómouisti me aduersus eum, vt afflígerem eum frustra.

4 Cui respondens Satan, ait, Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua:

5 Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & nunc videbis quòd in facie tua benedicat tibi.

6 Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua.

7 Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem eius,

8 Qui testa saniem radebat, sedens in sterquili

9 Dixit autem illi vxor sua, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, & morere.

10 Qui ait ad illam, Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.

11 Igitur audiẽtes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur.

12 Cúmque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum: & exclamantes plorauerunt, scissísque vestibus sparserũt pulverem super caput suum in cælum.

13 Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.

CAP. III.

Iob derelictus a Deo in tentatione ad tempus.

1 POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo,

2 Et locutus est,

3 Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo.

4 Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus désuper, & non illustretur lumine.

5 Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.

6 Noctem illam tenebrosus turbo possideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.

7 Sit nox illa solitaria, nec laude digna:

8 Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.

9 Obtenebrentur stellæ caligine eius, expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ,

10 Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.

11 Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perii?

12 Quare exceptus genibus? aut lactatus vberibus?

13 Nunc enim dormiens silerem, & somnio meo requiescerem,

14 Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines:

15 Aut cum principibus qui possident aurum, & replent domos suas argento:

16 Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.

17 Ibi impii cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.

18 Et quondã vincti pariter sine molestia, non audierunt vocem exactoris.

19 Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo.

20 Quare miséro data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt,

21 Qui expectant mortem, & non venit: quasi effodientes thesaurum,

22 Gaudéntque vehemẽter cùm inuenerint sepulchrum?

23 Viro cuius abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris?

24 Antequam comedã, suspiro: & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus:

25 Quia timor quem timebam, euenit mihi: & quod verebar, accidit.

26 Nónne dissimulani? nónne silui? nónne quieui? & venit super me indignatio.

CAP. IIII.

Eliphaz arguit Iob impatientiæ. Ex afflictionibus nititur probare eum esse impium, communi carnalium argumento. Item a iustitia Dei.

1 REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit,

2 Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies: sed conceptum sermonem tenere quis poterit?

3 Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti.

4 Vacillantes cófirmauerunt sermones tui, & genua tremẽtia confortasti.

5 Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es.

6 Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

7 Recordare obsecro te, quis vnquã innocens periit? aut quando recti deleti sunt?

8 Quin potiùs vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos,

9 Flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.

10 Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt.

11 Tigris periit, eo quòd non haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt.

12 Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius.

13 In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines,

14 Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.

15 Et cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.

16 Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ leuis audiui,

17 Nunquid homo, Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?

18 Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem.

19 Quanto magis hi qui habitant domos lateas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?

20 De mane vsque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit in æternum peribunt,

21 Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia.

CAP. V.

Perstat Eliphaz, nitens ostendere Iob impietatem, à stultorum impunitate, & stultorum perditione. Argumenta iustitiæ Dei. Commen-

datio crucia que hominem erudit & mortificat.

1 VOca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.
2 Verè virum stultum interficit iracundia, & parvulum occidit invidia.
3 Ego vidi stultum firma radice, & male dixi pulchritudini eius statim.
4 Longè sient filii eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.
5 Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes divitias eius,
6 Nihil in terra sine causa fit, & de humo non egredietur dolor.
7 Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.
8 Quamobrem ego deprecabor Dominũ, & Deum ponam eloquium meum.
9 Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absque numero.
10 Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa.
11 Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate.
12 Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant.
13 Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.
14 Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.
15 Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.
16 Et erit egeno spes, iniquitas autem conrahet os suum.
17 Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes:
18 Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.
19 In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.
20 In fame eruet te de morte: & in bello, de manu gladii.
21 A flagello linguæ absconderis: & non timebis calamitatem, cum venerit.
22 In vastitate & fame ridebis: & bestias terræ non formidabis.
23 Sed cũ lapidibus regionum pactum tuũ: & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi:
24 Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum: & visitans speciem tuam, non peccabis.
25 Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.
26 Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.
27 Ecce hoc vt inuestigauimus, ita est: quod audiuimus, mente pertracta.

CAP. VI.

Pœnam culpa sua maiorem dicit Iob. Humanæ patitur, optando sibi mortem. Cõqueritur se ab amicis relictũ, cum præter meritũ affligatur.

1 REspondens autem Iob dixit,
2 Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram meruí: & calamitas quam patior in statera.
3 Quasi arena maris hæc grauior apparet: vnde & verba mea dolore sunt plena,
4 Quia sagittæ Domini in me sunt: quarum indignatio cibibit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me.
5 Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam? aut mugiet bos, cùm ante præsepe plenum steterit?
6 Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem?
7 Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur: Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.
8 Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus:
9 Et qui cœpit, ipse me cõterat: soluat manum suam, & succidat me?
10 Et hæc mihi sit consolatio, vt affligẽs me dolore, non parcat: nec cõtradicam sermonibus Sancti.
11 Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam?
12 Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea ænea est.
13 Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me.
14 Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.
15 Fratres mei præterierunt me, sicut torrens qui raptim transit, in conuallibus.
16 Qui timent pruinã, irruet super eos nix.
17 Tempore quo fuerint dissipati, peribũt: & vt incaluerint, soluentur de loco suo.
18 Inuoluũtur semitæ gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.
19 Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper.
20 Cõfusi sunt, quia sperauit venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt.
21 Nunc venistis: & modo videntes plagam meam timeris.
22 Nunquid dixi, Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?
23 Vel, Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me?
24 Docete me, & ego tacebo: & siquid forte ignoraui, instruite me.
25 Quare detraxistis, sermonibus veritatis, cũ è vobis nullus sit qui possit arguere me?
26 Ad increpandum tantùm eloquia cõcinnatis, & in ventum verba profertis,
27 Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.
28 Veruntamen quod cœpistis explete: prębere aurem, & videte an mentiar.
29 Respondete obsecro absque cõtentione: & loquentes, id quod iustum est, iudicate:
30 Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

CAP. VII.

Vitam non esse, nisi laborem perpetuum Iob ostendit.

1 MIlitia, est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarii, dies eius.
2 Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui:
3 Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumerauí mihi.
4 Si dormiero, dicam, quando consurgam? & rursum expectabo vesperã, & replebor doloribus vsque ad tenebras.
5 Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris: cutis mea aruit, & contracta est.
6 Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe.
7 Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus, vt videat bona,
8 Nec aspiciet me visus hominis, oculi tui in me, & non subsistam.
9 Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet,
10 Nec reuertetur vltrà in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus eius.
11 Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ.
12 Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?
13 Si dixero, Cõsolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecũ in stratu meo:
14 Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties,
15 Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.
16 Desperaui, nequaquã vltrà iam viuam: parce mihi, nihil enim sunt dies mei.
17 Quid est homo, quia magnificas eũ? aut quid apponis erga eum cor tuum?
18 Visitas eum diluculo, & subitò probas illum: vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam salиuam meam?
19 Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis?
20 Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce, nunc in puluere dormiam: & si mane me quæsieris, non subsistam.

CAP. VIII.

Baldad conatur Iob ad confessionem peccatorum & respiscentiam reuocare, duobus argumentis, à respiscentium benedictione, & subitanea hypocritarum perditione.

1 REspondens autem Baldad Suhites, dixit,
2 Vsquequo loquêris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui?
3 Nunquid Deus supplantat iudicium? aut Omnipotens subuertit quod iustum est.
4 Etiam si filii tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ:
5 Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotẽtem fueris deprecatus:
6 Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacarum reddet habitaculum iustitiæ tuæ.
7 Intantum vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.
8 Interroga enim generationem priſtinam & diligenter inuestiga patrum memoriam.
9 (Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram)
10 Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.
11 Nunquid virere potest scipus absque humore: aut crescere carectum sine aqua?
12 Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit.
13 Sic viæ omniũ qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit:
14 Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius.
15 Inniretur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget.
16 Humectus videtur antequàm veniat sol, & in ortu suo germen eius egredietur.
17 Super aceruum petrarũ radices eius dẽsabuntur, & inter lapides commorabitur.
18 Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet, Non noui te.
19 Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alii germinentur.
20 Deus non proiiciet simplicem, nec porriget manum malignis,
21 Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.
22 Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum non subsistet.

CAP. IX.

Iob iustitiæ Dei cõparatione, hominis iustitiam nullam declarat. Rursum ostendit, iudicante Domino, neminem posse iustificari.

1 ET respondens Iob, ait,
2 Verè scio quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo compositus Deo.
3 Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille.
4 Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit?
5 Qui transtulit montes, & nescierunt hi, quos subuertit in furore suo.
6 Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur.
7 Qui præcipit soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo
8 Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris.
9 Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri.
10 Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus
11 Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam.
12 Si repente interroget, quis respondebit ei vel quis dicere potest, Cur ita facis?
13 Deus cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem.
14 Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?
15 Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.
16 Et cùm inuocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam.
17 In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.

18 Non concedit requiescere spiritū meum, & implet me amaritudinibus.
C 19 Si fortitudo quæritur, robustissimus est: si æquitas iudicii, nemo audet pro me testimonium dicere.
20 Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostēdero, prauum me comprobabit.
21 Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.
22 Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit.
23 Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.
24 Terra data est in manus impii, vultum iudicum eius operit, quòd si non ille est, quis ergo est?
25 Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum.
26 Pertransierunt quasi naves poma portantes, sicut Aquila volans ad escam.
D 27 Cum dixero, Nequaquā ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor.
28 Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.
29 Si autē & sic impius sum, quare frustra laboraui?
30 Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ:
31 Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.
32 Neque enim viro qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri.
33 Non est qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.
34 Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat:
35 Loquar, & non timebo eum: neque enim possum metuens respondere.

CAP. X.

Tædet Iob vitæ suæ. Collatione priorum beneficiorum, & præsentis afflictionis, nimiam seueritatem Dei in se vltendis. Parumlendi spatium quærit. Deseripitio mortis.

1 TÆdet animam meam vitæ meæ, dimittā aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.
2 Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita iudices.
3 Nunquid bonum tibi videtur, si calūnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues?
4 Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis?
5 Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora,
B 6 Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris?
7 Et scias quia nihil impium fecerim, cùm sit nemo, qui de manu tua possit eruere.
8 Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerūt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me?
9 Memento quæso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.
10 Nónne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti?
11 Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & nervis compegisti me.
12 Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.
13 Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris.
14 Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mūdum me esse non pateris?
15 Et si impius fuero, væ mihi est, & si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria.
16 Et propter superbiam quasi leænā capies me, reuersusque mirabiliter me crucias.
17 Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me.
18 Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam D consumptus essem, ne oculus me videret.
19 Essem, quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.
20 Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plāgam paululum dolorem meum,
21 Antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine,
22 Terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans.

CAP. XI.

Sophar iniuste Iob arguit. Incomprehensibilis Deus. Pœnitenti Deum misericordem promittit: simul pii viri felicitas describitur.

1 REspondens autem Sophar Naamathites, dixit:
2 Nunquid qui multa loquitur, non *audiet? aut vir verbosus iustificabitur:
3 Tibi soli tacebunt homines? & cùm cæteros irriseris, à nullo confunderis?
4 Dixisti enim, Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.
5 Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi:
6 Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & B quòd multiplex esset lex eius: & intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo, quàm mereatur iniquitas tua.
7 Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsq; ad perfectū Omnipotentem reperies?
8 Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?
9 Longior terra mēsura eius, & latior mari.
10 Si subuerterit omnia, vel in vnum conC gregauerit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, Cur ita facis?
11 Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nónne considerat?
12 Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullū onagri se liberū natum putat.
13 Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas.
14 Si iniquitatem quæ est in manu tua abfuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia,
15 Tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis.

Miseriæ

16 Miseriæ quoq; obliuiscēris, & quasi aquarum, quæ præterierunt recordaberis.
D 19 Et quasi meridianus fulgor cōsurget tibi ad vesperam: & cùm te consumptum putaueris, orieris vt lucifer.
28 Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies.
29 Requiesces, & non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.
20 Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ.

CAP. XII.

Iob quàm sit pariter ostendit, Creatoris potentiam ex creaturis docet. Mutantur status principum vt agnoscantur dona Dei.

1 REspondens autem Iob, dixit,
2 Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?
3 Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum: quis enim hæc quæ proposuistis ignorat.
4 *Qui deriderur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum: & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas.
5 Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.
6 Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum.
7 Nimirum interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi.
8 Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris.
9 Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit?
10 In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis.
11 Nónne auris verba diiudicat, & fauces edentis saporem?
12 In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.
C 13 Apud ipsum est sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.
14 *Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.
15 Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: "si emiserit eas, subuertent terram.
16 Apud ipsum est fortitudo & sapiētia: ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.
17 Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.
18 Baltheum regum dissoluit, & præcingit funes renes eorum.
19 Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat.
20 Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens.
21 Effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant releuans.
22 Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.
23 Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subuertas in integrum restituit.
24 Qui immutat cor principū populi terræ, & decipit eos, vt frustra incedant per inuiū.
25 Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

CAP. XIII.

Ex propriis ipsorum verbis. Iob amicos redarguit. Aguntibus peccata salus promittitur, hypocritis condemnatio.

1 ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula.
2 Secundum scientiam vestram & ego noui: nec inferior vestri sum.
3 Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio:
4 Prius vos ostendens fabricatores mendacii, & cultores peruersorum dogmatum.
5 Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.
6 Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite.
7 Nunquid Deus, indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?
8 Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?
9 Aut placebit ei quem celare nihil potest: aut decipietur, vt homo, vestris fraudulentiis.
10 Ipse vos arguet, quoniā in abscondito faciem eius accipitis.
11 Statim vt se commouerit, turbabit vos: & terror eius irruet super vos.
12 Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ.
13 Tacete paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens suggesserit.
14 Quare lacero carnes meas dentibus meis & animam meam porto in manibus meis?
15 Etiam si occiderit me in ipso sperabo: veruntamen vias meas in conspectu eius arguam.
16 Et ipse erit saluator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.
17 Audite sermonē meum, & ænigmata percipite auribus vestris.
18 Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar.
19 Quis est qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens consumor?
20 Duo tantùm ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar.
21 Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.
22 Voca me, & ego respondebo tibi: aut certè loquar, & tu responde mihi.
23 Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta? ostende mihi.
24 Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum.
25 Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.
26 Scribis enim cōtra me amaritudines & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ:
27 Posuisti neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti:
28 Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentū quod comeditur à tinea.

CAP. XIIII.

Miseriam vitæ humanæ describit Iob. Prophetat resurrectionem. Expectatio sustinet pios

donec impetretur quod speramus. Aeterna mortis pœna.

2 HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.
3 Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquàm in eodem statu permanet.
4 Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?
Psal. 50. 6. 7. 5 *Quis potest facere mundum de immũdo conceptum semine? nónne tu qui solus es?
6 Breues dies hominis sunt numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.
7 Recede paululũ ab eo vt quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies eius.
8 Lignũ habet spem: si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant.
B 9 Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius,
10 Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primùm plantatum est:
11 Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quæso est?
12 Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat:
13 Sic homo cùm dormierit non resurget, C donec atteratur cælum non euigilabit, nec consurget de somno suo.
14 Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscõdas me, donec pertrãseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei?
15 Putásne mortuus homo rursum viuet? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.
16 Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.
Prouer. 5. 21. 17 *Tu quidem gressus meos dinumerasti sed parces peccatis meis.
D 17 Signasti quasi in sæculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.
18 Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo,
19 Lapides excauant aquæ, & allunione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes.
20 Roborasti eum paululum, vt in perpetuũ transiret: immutabis faciem eius, & emittes eum.
21 Siue nobiles fuerint filii eius, siue ignobiles, non intelliget.
22 Attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

CAP. XV.

Eliphaz arguit Iob de sapientiæ & mundiciæ arrogantia. Describit impiorum maledictionem, quam falsò Iob innocenti tribuit.

1 REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
2 Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum:
3 Arguis verbis eum qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit.
4 Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo.
5 Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium.
6 Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi,
7 Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus.
8 Nunquid cõsilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?
9 Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus?
10 Et senes & antiqui sunt in nobis multò vetustiores, quàm patres tui.
11 Nunquid grande est vt cõsoletur te Deus, sed verba tua praua hoc prohibent.
12 Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos?
13 Quid tumet contra Deũ spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiusmodi sermones,
14 *Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?
Su. 4. Reg. 15 *Ecce inter sanctos eius, nemo immutabilis, & cæli nõ sunt mundi in cõspectu eius:
16 Quantò magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquã iniquitatem?
17 Ostendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi.
18 Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos,
19 Quibus solis data est terra, & nõ transiuit alienus per eos.
20 Cũctis diebus suis impius superbit, & numerus annorũ incertus est tyrannidis eius.
21 Sonitus terroris semper in auribus illius, G & cũ pax sit, ille semper insidias suspicatur.
22 Nõ credit quod reuerti possit de tenebris ad lucem, circunspectans vndiqs gladium.
23 Cum se mouerit ad quærendum panem, nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies.
24 Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem, qui præparatur ad prælium.
25 Tetendit enim aduersus Deũ manum suã & contra omnipotentem roboratus est.
26 Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.
27 Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. D
28 Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.
29 Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam.
30 Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui.
31 Non credet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit.
32 Antequam dies eius impleãtur, peribit: & manus eius *arescent. *& non arescet.
33 Lædetur quasi vinea, in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciẽs florẽ suũ,
34 Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorũ, qui munera libenter accipiunt. Esa. 59. 4. 10. psal. 7. d. 15.
35 *Concepit dolorem & peperit iniquitatẽ & vterus eius præparat dolos.

CAP. XVI.

Auersitate amicorum motus Iob, suam calamitatem enarrando, se citra iniquitatem pati ostendit.

1 REspondens autem Iob, dixit,
2 Audiui frequenter talia: consolatores onerosi omnes vos estis.
3 Nunquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Poteram & ego similia vestri loqui: atque vtinam esset anima vestra pro anima mea, Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos.
5 Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quasi parcens vobis.
B 6 Sed quid agam? Si locutus fuero, non *quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me.
7 Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus meos.
8 Rugæ meæ testimonium dicunt cõtra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.
9 Collegit furorem suum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.
10 Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.
C 11 Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.
12 Ego ille quondam opulentus repẽte contritus sum: tenuit ceruicem meã, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum.
13 Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, nõ pepercit, & effudit in terra viscera mea.
14 Conscidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.
15 Saccum cõsui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.
16 Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.
D 17 Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deũ preces.
18 Terra ne operias sanguinem meum, neq; inueniat in te locum latẽdi clamor meus.
19 Ecce enim in cælo testis meus, & cõscius meus in *excelsis.
20 Verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus meus.
21 Atque vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.
22 Ecce enim breues anni trãseunt: & semitam per quam non reuertar, ambulo.

CAP. XVII.

Conta: escendo se patienter præsolari dicit.

1 SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi supererit sepulchrum.
2 Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.
3 Libera me, & pone me iuxta te, & cui libet manus pugnet contra me.
4 Cor eorum lõgè fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. *& pro-
5 Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient. B
6 Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis.
7 Caligauit *ad indignationẽ oculus meus: & membra mea quasi in nihilũ redacta sunt. *ab indignatione
8 Stupebunt iusti super hoc, & innocẽs contra hypocritam suscitabitur.
9 Et tenebit iustus viam suam, & *mundis manibus addet fortitudinem. *mundus C
10 Igitur omnes vos conuertimini, & venite, nõ inueniã in vobis vllum sapientem.
11 Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum:
12 Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem.
13 Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum. D
14 Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & soror mea, vermibus.
15 Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat?
16 In profundissimum infernum descendent omnia mea: putásne saltem ibi erit requies mihi?

CAP. XVIII.

Baldad reprehendit Iob, quòd non audiat bene consulentes, & impii pœnas enarrat.

1 REspondens autẽ Baldad Suhites, dixit,
2 Vsq; ad quẽ finẽ verba iactabitis? intelligite prius, & sic loquamur.
3 Quare reputati sumus vt iumenta, & sordimus coram vobis.
4 *Quid perdis animã tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo? *Qui
5 Nonne lux impii extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius?
6 Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & lucerna quæ super eum est, extinguetur. E
7 Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum in consilium suum.
8 Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat.
9 Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis.
10 Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.
11 Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent *pedes eius. *eum
12 Attenuetur fame robur eius, & inedia *comedat costas illius? *eum
13 Deuoret pulchritudinẽ cutis eius, & consumat brachia illius primo genita mors.
14 Auellatur de tabernaculo suo fiducia ei*, & calcet super eum, quasi rex, interitus. *ei
15 Habitent in tabernaculo illius socii eius qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur.
16 Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. D
17 Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis.
18 Expellet eum de luce in tenebras, & de *vrbe transferet eum. *orbe
19 Non erit semen eius, neque progenies in

populo suo, nec vllæ reliquæ in regionibus eius.
20 In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror.
21 Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum.

CAP. XIX.

Iob flagella sua & miserias describit. Derelictius est à propinquis. Vaticinatur de generali resurrectione.

1 RESpondens autem Iob, dixit,
2 Vsquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?
3 En, decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me.
4 Nempe etsi ignoraui, mecum erit ignorantia mea.
5 At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis.
6 Saltem nunc intelligite quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me circuierit.
7 Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet. vociferabor, & non est qui iudicet.
8 Semitam meã circunsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.
9 Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.
10 Destruxit me vndiq; & pereo, & quasi *arboris eiulsæ arbori, abstulit spem meam.
11 Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum.
12 Simul venerunt latrones eius, & fecerũt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum.
13 Fratres meos longè facit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.
14 Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei.
C 15 Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerũt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.
16 Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum.
17 Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei.
18 Stulti quoque despiciebant me: & cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi.
19 Abominati sunt me quodã cõsiliarii mei: *aduersa & quẽ maximè diligebã, auersatus est me. tus est mi
20 Pelli meæ, consumptis carnibus, ad hæsit hi.
os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.
21 Miseremini mei, miseremini mei, saltẽ vos amici mei, quia manus *Domini tetigit me. *Dei
22 Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?
23 Quis mihi tribuat vt scribãtur sermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro.
24 Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel certe
D sculptantur in silice?
25 Scio enim quòd Redẽptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum:
26 Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum:
27 Quem visurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.
28 Quare ergo nunc dicitis, Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?
29 Fugite ergo à facie gladii, quoniam vltor *iniquitatis gladius est, & scitote esse iudicium. tis

CAP. XX.

Impii, hypocritæ, auari, & calumniatoris iniquitates breui finiendas, Sophar dicit,

1 RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit,
2 Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.
3 Doctrinam qua me arguis audiã, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.
4 Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram,
5 Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudiũ hypocritæ ad instar puncti.
6 [illegible] ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit:
7 Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum videbant dicent, Vbi est?
8 Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.
9 Oculus qui eum viderat, non videbit: neque vltrà intuebitur eum locus suus.
10 Filii eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum.
11 Ossa eius implebuntur vitiis adolescẽtiæ eius, & cum eo in puluere dormient.
12 Cùm enim dulce fuerit in ore eius malũ, *abscondet illud sub lingua sua: abscon
13 Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo. dit
14 Panis eius in vtero illius verteretur in fel aspidum intrinsecus,
15 Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.
16 Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ. C
17 Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis & butyri.
18 Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit:
19 Quoniam confringens nudauit *pauperes domum: *pauperes domum
20 Nec est satiatus vẽter eius: & cum habuerit quæ concupierat possidere nõ poterit.
21 Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius.
22 Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & D omnis dolor irruet super eum.
23 Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum.
24 Fugiet arma ferrea, & irruet in arcũ æreũ. *Gladius
25 *Eductus, & egredies de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent, & ve- eductus.
nient super eum horribiles.
26 Omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis eius, deuorabit eũ ignis qui non succenditur: affligetur reliꝗ in tabernaculo suo.
27 Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.
28 Apertum erit germen domus illius, detrahetur

hetur in die furoris Dei.
29 Hæc est pars hominis impii à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.

CAP. XXI.

Impiorum prosperitatem Iob enarrat. Eorundem repentinum interitum describit.

1 RESpondens autem Iob, dixit,
2 Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.
3 Sustinete me, vt & ego loquar: & post mea, si videbitur, verba ridete.
4 Nunquid contra hominẽ disputatio mea est, vt merito non debeam contristari?
5 Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro.
Item 12. 4. verbales 24. 6 Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor.
7 *Quare ergo impii viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis?
8 Semen eorum permanet coram eis propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum:
B 9 Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos.
10 Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.
11 Egrediuntur quasi greges paruuli eorũ, & infantes eorum exultant lusibus.
12 Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi.
13 Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.
14 Qui dixerunt Deo. Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.
*Quid 15 *Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei? & quid nobis prodest si orauerimus illum?
16 Veruntamen quia non sunt in manu eorũ bona sua, consiliũ impiorum longè sit à me
17 Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superuenient eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui?
C 18 Erunt sicut palex ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit.
19 Deus seruabit filiis illius dolorẽ patris, & cùm reddiderit, tunc sciet.
20 Videbunt oculi eius interfectionem suã, & de furore omnipotentis bibet.
21 Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? & si numerus mensiũ eius dimidietur?
22 Nunquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat?
23 Iste moritur robustus & sanus, diues & fœlix.
24 Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur:
25 Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ absque vllis opibus:
26 Et tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos.
27 Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.
28 Dicitis enim, Vbi est domus principis? & vbi tabernacula impiorum?
29 Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis,
30 Quia in diem perditionis seruatur malus & ad diem furoris ducetur.
31 Quis arguet coram eo viam eius? & quę fecit, quis reddet illi?
32 Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.
33 Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles.
34 Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

CAP. XXII.

Eliphaz arguit Iob immisericordiæ. Verba infidelium in Iob tamen minimè competentia. Pœnitenti bona promittuntur.

1 RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
2 Nunquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?
3 Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confert si immaculata fuerit via tua?
4 Nunquid timens, arguet te, & veniet tecum in iudicium,
5 Et non propter malitiam tuam plurimã, & infinitas iniquitates tuas?
6 Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus.
7 Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.
8 In fortitudine brachii tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam.
9 Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti.
10 Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido subita.
11 Et purabas te tenebras non visurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri?
"An non 12 "An cogitas quòd Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticem sublimetur?
13 Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat.
14 Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat.
15 Nunquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui,
C 16 Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum,
17 Qui dicebãt Deo, Recede à nobis: & quasi nihil possit facere omnipotens, æstimabant eum.
18 Cum ille implesset domos eorum bonis? quorum sententia procul sit à me.
19 Videbunt iusti & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.
20 Nonne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?
21 Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.
22 Suscipe ex ore illius legem, & pone ser- D mones eius in corde tuo.
23 Si reuersus fueris ad Omnipotẽtem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.
24 Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.
25 Eritque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum conceruabitur tibi.
26 Tunc super Omnipotentẽ deliciis affluens:

& eleuabis ad Deum faciem tuam,
27 Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.
28 Decernes rem, & veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen.
29 Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur.
30 Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum.

CAP. XXIII.

Asserit Iob se potentiam & sententiam iudicis vereri.

1 RESpondens autem Iob, ait,
2 Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum.
3 Quis mihi tribuat vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsque ad solū eius?
4 Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus.
B 5 Vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi.
6 Nolo multa fortitudine contendat mecū, nec magnitudinis suæ mole me premat.
7 Proponat æquitatem contra me, & perueniat ad victoriam iudicium meum.
8 Si ad orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum.
C 9 Si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram, non videbo illum.
10 Ipse verò scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit.
11 Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.
12 A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius.
D 13 Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit.
14 Cumque expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia præsto sunt ei.
15 Et idcirco à facie eius turbatus sum: & considerans eum, timore solicitor.
16 Deus mollinit cor meum, & Omnipotens conturbauit me.
17 Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

CAP. XXIIII.

Iob hominum iniquitates describit. Impiorum maledictio.

1 A B Omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.
2 Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos.
3 Asinum pupillorū abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ.
4 Subuerterunt pauperum viam, & oppressi sunt pariter mansueti terræ.
5 Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantésque ad prædam, præparant panem liberis.
vigilantes ad
6 Agrum non suum demetunt: & vineam eius, quem vi oppresserint, vindemiant.
7 Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore:
B 8 Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides.
9 Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt.
10 Nudis & incedentibus absque vestitu, & seruientibus tulerunt spicas.
11 Inter acervos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.
12 De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur.
13 Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius: nec reuersi sunt per semitas eius.
G
14 Mane primo consurget homicida, interficiet egenū & pauperem: per noctem verò erit quasi fur.
15 Oculus adulteri obseruat caliginem, dicēs: Non me videbit oculus: & operiet vultum suum.
16 Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.
17 Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant.
18 Leuis est super faciem aquæ: maledicta sit pars eius in terra: nec ambulet per viam vinearum.
D
19 Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius.
20 Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius, vermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.
21 Pauit enim sterilem & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.
22 Detraxit fortes in fortitudine sua: & cùm steterit, non credet vitæ suæ.
23 Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia: oculi autem eius sunt in viis illius.
24 Eleuati sunt ad modicum, & nō subsistēt, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarū cōterentur:
25 Quòd si nō est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

CAP. XXV.

Baldad probat coràm Deo neminē esse mundum.

1 RESpondens autē Baldad Suhites, dixit
2 Potestas & terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis.
3 Numquid est numerus militum eius? & super quem non surget lumen illius?
4 Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?
B
5 Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius:
6 Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

CAP. XXVI.

Nihil Deo adiutoris esse ab homine, Iob ostendit. Argumenta potentiæ Dei.

Respon

1 RESpondens autem Iob, dixit.
2 Cuius adiutor es? numquid imbecillis? & sustentas brachium eius qui non est fortis?
3 Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam.
B 4 Quem docere voluisti nónne eum qui scit spiramentum.
5 Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant eum eis.
6 Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni.
7 Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.
C 8 Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.
9 Qui tenet vultum solii sui, & expandit super illud nebulam suam.
10 Terminum circúndedit aquis vsque dum finiantur lux & tenebræ.
11 Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.
D
12 In fortitudine illius repentè maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum.
13 Spiritus eius ornauit cælos: & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus.
14 Ecce hæc ex parte dicta sunt, viarum eius: & cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

CAP. XXVII.

Ex insuperabili crucis onere Iob conqueritur. Innocens Iob. afflictio impiorum. Maledictionet impii.

1 ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit,
2 Viuit Deus, (qui abstulit iudicium meum, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam,)
3 Quia donec supererit halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis.
4 Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.
B 5 Absit à me vt iustos vos esse iudicē donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.
6 Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.
7 Sicut impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus.
8 Quæ est enim spes hypochritæ si auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius?
9 Nunquid Deus audiet clamorem eius, cùm venerit super eum angustia?
10 Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore?
C 11 Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abscondam.
12 Ecce, vos omnes nostis, & quid hæc sine causa vana loquimini?
13 Hæc est pars hominis impii apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient.
14 Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erunt, & nepotes eius nō saturabūtur pane.
15 Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.
16 Si congregauerit quasi terram argentū, & sicut lutum præparauerit vestimenta:
17 Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet.
18 AEdificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum.
D
19 Diues cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.
20 Apprehendet eum, quasi aqua, inopia, nocte opprimet eum tempestas.
21 Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo.
22 Et mittet super eum, & non parcet: de manu eius fugiens fugiet. Emittet.
23 Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum, intuens locum eius.

CAP. XXVIII.

Cùm omnia in rerum natura sint ab homine perscrutabilia, solam Dei sapientiam inscrutabilem ostendit. Sapientia. Intelligentia.

1 HAbet argentū, venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur.
2 Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore, in æs vertitur.
3 Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat, lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis.
4 Diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis & inuios. Diuidit
5 Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est,
6 Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.
7 Semitam ignorauit auis, nec intuitus est oculus vulturis. est eam oculus
8 Non calcauerunt eam filii institorum, nec pertransiuit per eam leæna.
B
9 Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes.
10 In petris riuos excidit, & omne pretiosum vidit oculus eius.
11 Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.
12 Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ?
13 Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.
14 Abyssus dicit, non est in me: & mare loquitur, Non est mecum.
C
15 Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argētum in cōmutatione eius. Sept. 7. A. B
16 Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro.
17 Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri
18 Excelsa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis.
19 Nō adæquabitur ei topazius de AEthiopia, nec tinctura mundissimo componetur.
20 Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ?

21 Abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet.
22 Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus, famam eius.
23 Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius.
24 Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quæ sub cælo sunt respicit.
25 Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura.
26 Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus:
27 Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit.
28 Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

CAP. XXIX.

Iob vitæ suæ anteactæ sollicitatem & pia gesta recenset: tacitè amicos calumniæ arguens, qui dicebant illum merito pati quæ patiebatur. Officium boni principis.

1 ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit,
2 Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me,
3 Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?
4 Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo?
5 Quòd erat omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei?
6 Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundabat mihi riuos olei?
7 Quando procedebam ad portã ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi?
8 Videbant me iuuenes, & abscondebantur: & senes assurgentes stabant.
9 Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.
10 Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.
11 Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi:
12 Eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor.
13 Benedictio parituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.
14 Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate, iudicio meo.
15 Oculus fui cæco, & Pes claudo.
16 Pater eram pauperum: & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam.
17 Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.
18 Dicebámque, in nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.
19 Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.
20 Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.
21 Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum,
22 Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.
23 Expectabant me sicut pluuiã, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.
24 Si quando ridebam ad eos, non credebãt: & lux vultus mei non cadebat in terram.
25 Si voluissem ire ad eos, sedebam primus: cúmque sederẽ quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

CAP. XXX.

Quanto contemptu ab hominibus trahatur, describit Iob. Mortẽ, domus omnium.

1 NVnc autem derident me iuniores tẽpore, quorũ non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei:
2 Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni.
3 Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squallentes calamitate & miseria,
4 Et mandebant herbas, & arborum corticcs, & radix iuniperorũ erat cibus eorum:
5 Qui de conuallibus ista rapientes, cùm sibi reperissent, ad ea cum clamore currebant.
6 In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream.
7 Qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant.
8 Filii stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.
9 Nunc in eorũ canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium.
10 Abominantur me, & longè fugiũt à me: & faciem meam conspuere non verentur.
11 Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, & frænum posuit in os meum.
12 Ad dexterã oriẽtis calamitatis meæ ilico surrexerũt: pedes meos subuerterunt, & oppresserunt quasi fluctibus, semitis suis.
13 Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & prævaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium.
14 Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt.
15 Redactus sum in nihilum: abstulisti quasi ventus desiderium meum: & velut nubes pertransiit salus mea.
16 Nunc autẽ in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.
17 Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.
18 In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio tunicæ sue cinxerunt me.
19 Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.
20 Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me.
21 Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.
22 Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè.
23 Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.
24 Veruntamen non ad consumptionem meam emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis.
25 Flebam quondam super eo qui afflictus erat, compatiebatur anima mea pauperi.
26 Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucẽ, & eruperunt tenebræ.
27 Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.
28 Mœrens incedebam, sine furore, consurgens, in turba clamaui.
29 Frater fui draconũ, & socius struthionũ.
30 Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate.
31 Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

CAP. XXXI.

Iob recenset vitæ suæ innocentiam, cuius scriptorem æternum sibi contingere optat.

1 PEpigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem quidem de virgine:
2 Quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hereditatem Omnipotens de excelsis?
3 Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam?
4 Nónne ipse consyderat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?
5 Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus:
6 Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.
7 Si declinauit gressus meus de via: & si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula:
8 Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur.
9 Si deceptum est cor meum super muliere: & si ad ostium amici mei insidiatus sum:
10 Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alii.
11 Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima:
12 Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.
13 Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea, cùm disceptarent aduersum me:
14 (Quid enim faciam cùm surrexerit ad iudicandum Deus: & cùm quæsierit, quid respondebo illi?)
15 Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est: & formauit me in vulua vnus?
16 Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci:
17 Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea:
18 (Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: & de vtero matris meæ egressa est mecum:)
19 Si despexi prætereuntem eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem:
20 Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearũ calefactus est,
21 Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta superiorem,
22 Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.
23 Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.
24 Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea:
25 Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea:
26 Si vidi solem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè:
27 Et lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo,
28 Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum Altissimum:
29 Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat: & exultaui, quod inuenisset eum malum:
30 Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius.
31 Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur?
32 Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.
33 Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam:
34 Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium.
35 Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens: & librum scribat ipse qui iudicat,
36 Vt in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi?
37 Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi principi offeram eum.
38 Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent,
39 Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi:
40 Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Finita sunt verba Iob.

CAP. XXXII.

Eliu tacentibus cæteris, arguit illos insipientiæ. Decet non ætatem, sed spiritum Dei dare prudentiam.

1 OMiserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quòd iustus sibi videretur.
2 Et iratus, indignatúsque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem aduersum Iob, eo quòd iustum se esse diceret coram Deo.
3 Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo quòd non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob.
4 Igitur Eliu expectauit Iob loquentem: eo quòd seniores essent, qui loquebantur.
5 Cùm autem vidisset quòd tres respondere non potuissent, iratus est vehementer.
6 Respondénsque Eliu filius Barachel Buzites, dixit, Iunior sum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam.
7 Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam.

8 Sed vt video, Spiritus est in hominibus,
& Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.
9 Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium,
10 Ideo dicam, audite me, ostendam vobis etiam ego meam [a]sapientiam.
11 Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiam vestram, donec disceptaremini sermonibus vestris:
12 Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed vt video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius.
13 Ne forte dicatis, Inuenimus sapientiam, Deus proiecit eum, non homo.
14 Nihil locutus est mihi, & ego secundum sermones vestros respondebo illi.
15 Extimuerunt, nec responderunt vltrà, abstulerúntque à se [a]eloquium.
16 Quoniam igitur expectaui, & non sunt loquti: steterunt, nec vltrà responderunt:
17 Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam.
18 Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei.
19 En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrúpit.
20 Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo.
21 Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo.
22 Nescio enim quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

CAP. XXXIII.

Ostendit Eliu in quo Iob peccauerit. Cum Deo non contendendum, nec eius opera scrutanda curiosius

1 AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.
2 Ecce, aperui os meum, [a]loquatur lingua mea in faucibus meis.
3 Simplici corde meo sermones mei, & [a]sententiam puram labia mea loquentur.
4 Spiritus Dei fecit me, & Spiraculum Omnipotentis viuificauit me.
5 Si potes, respúde mihi, & aduersus faciem meam consiste.
6 Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum.
7 Veruntamen miraculum meum non te terreat, & [a]eloquentia mea non sit tibi grauis.
8 Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui.
9 Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me.
10 Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi.
11 Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas.
12 Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Respondebo tibi, quia maior sit Deus homine.
13 Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia verba responderit tibi?
14 Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit.
15 Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo:
16 Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos iustruit disciplina,
17 Vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum de superbia:
18 Eruens animam eius à corruptione: & vitam illius, vt non transeat in gladium.
19 Increpat quoque per dolorem in lectulo & omnia ossa eius marcescere facit.
20 Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desyderabilis.
21 Tabescet caro eius, & ossa, quæ tecta fuerant nudabuntur.
22 [a]Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis.
23 Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de [a]similibus, vt annúntiet hominis æquitatem,
24 miserebitur eius, & dicet, Libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier.
25 Consumpta est caro eius à suplicijs, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.
26 Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam.
27 Respiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui: & vt eram dignus, non recepi.
28 Liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret.
29 Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos,
30 Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium.
31 Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor.
32 Si autem habes quod loquaris, responde mihi, loquere: volo enim te apparere iusti.
33 Quòd si non habes, audi me tace, & docebo te sapientiam.

CAP. XXXIIII.

Eliu probat Deum non esse iniquum iudicem, tum quòd sit mundi iudex, tum quòd omnium verum potens administrator sit. Ostendit ipsum Iob, etsi non merito suo, tamen iniustè non affligi, aut citra causam. Mutatio vestimenti opus est Dei. Malus magistratus malo populo datur.

1 PRonuntians itaque Eliu, etiam hæc locutus est.
2 Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me:
3 Auris enim verba probat, & guttur escas, gustu diiudicat.
4 Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius,
5 Quia dixit Iob, Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum.
6 In iudicando enim me, mendacium est: vio lenta sagitta mea absque vllo peccato.
7 Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam.
8 Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs?
9 Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit eum eo.
10 Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas.
11 Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis,
12 Verè enim Deus non condemnabit frustra nec Omnipotens subuertet iudicium.
13 Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est?
14 Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet:
15 Deficiet omnis caro simul, & homo in viuerem reuertetur.
16 Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta vocem eloquii mei.
17 Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest? & quomodo tu eum, qui iustus est, intantum condemnas,
18 Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios?
19 *Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cùm dilceptaret cõtra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi.
20 Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentum absque manu.
21 Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat.
22 Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.
23 Neque enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium.
24 Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.
25 Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur.
26 Quasi impios percussit eos in loco videntium.
27 Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt,
28 Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum.
29 Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum & super gentes & super omnes homines?
30 Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.
31 Quia ergo locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo.
32 Si erraui tu doce me: si iniquitatem loquutus sum, vltrà non addam.
33 Nunquid à te Deus experit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quòd si quid nosti melius, loquere,
34 Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me.
35 Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam.
36 Pater mi, probetur Iob vsque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis.
37 *Qui addidit super peccata sua blasphemiam: inter nos interim constringatur, & tunc [a]ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.

CAP. XXXV.

Non Deo, sed homini, vel nocet impietas, vel prodest pietas. Caro iudicat Deum sua non curare.

1 IGitur Eliu hæc rursum locutus est,
2 Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres, Iustior sum Deo?
3 Dixisti enim, Non tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero?
4 Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum.
5 Suspice cælum & intuere, & contempla re æthera quòd altior te sit.
6 Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?
7 Porrò si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?
8 Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua.
9 Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachii tyrannorum.
10 Et non dixit, Vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?
11 Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos.
12 Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum.
13 Non ergo frustra audiet Deus, & Omnipotens causas singulorum intuebitur.
14 Etiam cùm dixeris, Non considerat: iudicare coram illo, & expecta eum.
15 Nunc enim non iussit furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè.
16 Ergo Iob frustra aperit os suum, & absq; scientia verba multiplicat.

CAP. XXXVI.

Rursum declarat Eliu Dei iustitiam ab operibus eius. Quare Dominus corripiat aut flagellet. Hypocritarum iudicium, confusio & desperatio. Fideli homini cognita Dei opera.

1 ADdens quoque Eliu, hæc locutus est,
2 Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.
3 Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum.
4 Verè enim absque mendatio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi.
5 Deus [a]porentes non abiicit cùm & ipse sit potens.
6 Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus [a]tribuit.
7 Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illic erigunt ur:
8 Et si fuerint in catenis, & vinclantur funibus paupertatis,
9 Indicabit eis opera eorum & scelera eorum, quia violenti fuerunt,
10 Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate.
11 Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.

Universidad de Deusto Biblioteca

22 Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia.
23 Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cùm vincti fuerint.
24 Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos.
25 Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius.
26 Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentum subter se: requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine.
G 27 Causa tua quasi impii iudicata est, causam iudiciumque recipies.
28 Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te.
29 Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine.
30 Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis.
31 Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam.
32 Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.
33 Quis poterit scrutari vias eius? aut quis "audet ei dicere, Operatus es iniquitatem?
34 Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri.
D 35 Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul.
36 Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inæstimabilis.
37 Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum.
38 Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper.
39 Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum,
40 Et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet.
41 Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.
42 In manibus abscondit lucem, & præcepit ei vt rursus adueniat.
43 Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

CAP. XXXVII.

Ex aliis operibus probat Elihu sapientiam Dei, & iudicium eius imperuestigabile.

2 SVper hoc expauit cor meum, & emotum est de loco suo.
"Audite 3 "Audiet auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem.
4 Subter omnes cœlos ipse conspexerat, & lumen illius super terminos terræ.
5 Post eum rugiet sonitus, tonabit voce maiestatis suæ, & non inuestigabitur, cùm audita fuerit vox eius.
6 Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia.
7 Qui præcipit niui vt descendat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ.
E 8 Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.
9 Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur.
10 Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus.
11 Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimè fundūntur aquæ.
12 Frumentum desiderat nubes, & nubes spargūt lumen suum:
13 Quæ lustrant cuncta per circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quòd "præceperit illis super faciem orbis terrarum,
14 Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.
15 Ausculta hæc Iob: Sta, & consydera mirabilia Dei.
16 Nunquid scis, quando præcepit Deus pluuiis, vt ostenderent lucem nubium eius?
17 Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias?
18 Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, D qui solidissimi quasi ære fusi sunt.
19 Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris.
20 Quis narrabit ei quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur.
21 At nunc non vident lucem: subitò aër cogētur in nubes, & ventus trensiens fugabit eas.
22 Ab aquilone aurum venit, & ad Deum formidolosa laudatio.
23 Digne eum inuenire non possumus: magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest.
24 Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes.

CAP. XXXVIII.

Alloquitur Dominus Iob, ostendens ei suam inscitiam ex inscrutabilibus suis operibus.

1 RESpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit,
2 Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?
3 Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi.
4 Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi, si habes intelligentiam,
5 Quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam?
6 Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis "demisit lapidem angularem eius,
7 Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei?
8 Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens,
9 Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem?
10 Circūdedi illud terminis meis, & posui F vectem & ostia,
11 Et dixi, Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.

Et

12 Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum?
13 Et tenuisti concutiens extrema terræ, "excussisti impios ex ea?
"& excussisti 14 Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum.
15 Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur.
"profundo 16 Nunquid ingressus es "profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?
17 Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?
"latitudinem 18 Nunquid consyderasti "latitudinem terræ? indica mihi si nosti omnia,
19 In qua via lux habitet, & tenebrarū quis locus sit,
20 Vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas eius.
C 21 Sciebas tunc quòd nascituras esses? & numerum dierum tuorum noueras?
22 Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti,
23 Quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli?
24 Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram?
25 Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui,
26 Vt plueret super terram, absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur,
27 Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes?
28 Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas roris?
29 De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cælo quis genuit?
D 30 In similitudinem lapidis, aquæ durātur, & superficies abyssi constringitur.
31 Nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?
32 Nunquid producis Luciferum in tempore suo, & Vesperum super filios terræ consurgere faci?
33 Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?
"ad nebulam 34 Nunquid eleuabis "in nebula vocē tuam, & impetus aquarum operiet te?
35 Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adsumus?
36 Quis posuit in visceribus hominis sapiētiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?
37 Quis enarrabit cælorum rationē, & concentum cæli quis dormire faciet?
"fundabatur 38 Quando "fundabatur puluis in terra, & glebæ compingebantur?

CAP. XXXIX.

Pulli coruorum non docent fiduciam in Deum. Rursus ostendit Dominus mirabilia, quæ facit in animalibus.

1 NVnquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis,
2 Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur?
Psal. 146. 9. 3 Quis præparat coruo escam suam, quādo pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quòd non habeant cibos?
4 Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti?
5 Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum?
6 Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt
7 Separantur filiæ earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non "reuertentur ad eas.
"reuertatur
8 Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis solauit?
9 Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.
10 Contempsit multitudinem ciuitatis, clamo rem exactoris non audit.
11 Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit,
12 Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?
13 Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum, loro tuo, aut confringet glebas vallium post te?
14 Nūquid fiduciā habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos?
15 Nunquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congreget,
16 Penna "struthionis similis est pennis herodii, & accipitris.
"struthionum
17 Quando derelinquit oua sua in terra, tū forsitan in puluere calefacies ea?
18 Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.
C 19 "Indurat ad filios suos quasi non sint "Indurasui, frustra laborauit nullo timore cogēte: tur
20 Priuauit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.
21 Cùm tempus fuerit, in altum alas erigit; deridet equum & ascensorem eius.
22 Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?
23 Nunquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror.
24 Terram vngula fodit, exultat audacter; in occursum pergit armatis.
25 Contemnit pauorem, nec cedit gladio.
26 Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus.
27 Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem.
28 Vbi audierit buccinam, dicit, Vah. procul odoratur bellum, exhortationē ducum, & vlulatum exercitus.
29 Nunquid per sapiētiam tuam plumescit D accipiter, expandens alas suas ad Austrum?
30 Nūquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum?
31 In petris manet, "in prærupti silicibus "& commoratur, atque inaccessis rupibus.
32 Inde contemplatur escam, & delonge oculi eius prospiciunt.
33 Pulli eius lambunt sanguinem: & vbicunque cadauer fuerit statim adest.
34 Et adiecit Dominus, & locutus est ad Iob.
35 Nunquid qui contendit cum Deo, tam facilè conquiescit? vtique qui arguit Deum, debet respondere ei.
36 RESPONDENS autem Iob Domino, dixit.

ee.ii

37 Qui leuiter locutus fum, respõdere quid
possum? manum meam ponã super os meũ.
38 Vnum locutus sum, quod vtinã non di-
xissem, & alterũ, quibus vltrà non addam.

CAP. XL.

Collatio humanæ imbecillitatis cum diuina potentia. Behemoth, eiúsque malitia, potentia diaboli & vtr describitur.

1 REspondens autem Dominus Iob de tur
bine, dixit,
2 Accinge sicut vir lumbos tuos, interroga-
bo te, & indica mihi.
3 Nunquid irritum facies iudicium meum?
& condemnabis me, vt iustificeris?
4 Et si habes brachium sicut Deus? & si vo
ce simili tonas?
5 Circunda tibi decorem, & in sublime e-
rigere, & esto gloriosus, & speciosis indue-
re vestibus:
6 Disperge superbos in furore tuo, & con-
funde eos: & respiciens omnem arrogãtem
humilia.
7 Respice cunctos superbos, & confunde
eos, & contere impios in loco suo:
8 Absconde eos in puluere simul, & facies
eorum demerge in foueam:
9 Et ego confitebor quòd saluare te pos-
sit dextera tua.
10 Ecce, Behemoth, quẽ feci tecum, fœnum
quasi bos comedet:
11 Fortitudo eius, in lumbis eius, & virtus
illius in vmbilico ventris eius.
12 Stringit caudam suam quasi cedrum, ner-
ui testiculorum eius perplexi sunt.
13 Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago il-
lius quasi laminæ ferreæ.
14 Ipse est principium viarum Dei, qui fecit
eum, applicabit gladium eius.
15 Huic montes herbas ferunt: omnes be-
stiæ agri ludent ibi.
16 Sub vmbra dormit in secreto calami, in
locis humentibus?
17 Protegunt vmbræ vmbram eius, circun-
dabunt eum salices torrentis?
18 Ecce, absorbebit fluuium, & non mirabi-
tur: & habet fiduciam quod influat Iordanis
in os eius.
19 In oculis eius quasi hamo capiet eum, &
in fudibus perforabit nares eius.
20 An extrahere poteris Leuiathã hamo, &
funẽ ligabis linguam eius?
21 Nunquid pones circulũ in naribus eius,
aut armilla perforabis maxillam eius?
22 Nunquid multiplicabit ad te preces, aut
loquetur tibi mollia?
23 Nunquid feriet tecũ pactum, & accipies
eum seruum sempiternum?
24 Nunquid illudes ei quasi aui? aut ligabis
eum ancillis tuis?
25 Cõcident eum amici, diuident illum ne-
gotiatores?
26 Nunquid implebis sagenas pelle eius, &
gurgustium piscium capite illius?
27 'Pones super eum manum tuã: memento
belli, nec vltrà addas loqui.
28 Ecce, spes eius frustrabitur eum, & vi-
dentibus cunctis præcipitabitur.

CAP. XLI.

Reprehenditur malitia Satanæ sub nomine Behemoth.

1 NOn quasi crudelis suscitabo eum: quis
enim resistere potest vultui meo?
2 Et quis antè dedit mihi, vt reddam ei? o-
mnia quæ sub cælo sunt, mea sunt.
3 Non parcam ei, 'verbis potentibus, & ad
deprecandum compositis.
4 Quis reuelabit faciem indumenti eius? &
medium ori eius quis intrabit?
5 Portas vultus eius quis aperiet? per gy-
rum dentium eius formido.
6 Corpus illius quasi scuta fusilia, compa-
ctum squamis se prementibus:
7 Vna vni coniungitur, & ne spiraculum
quidem incedit per eas:
8 Vna alteri adhærebit, & tenentes se ne-
quaquam separabuntur.
9 'Sternutatio eius splendor ignis, & oculi
eius vt palpebræ diluculi.
10 De ore eius lampades procedũt sicut te-
dæ ignis accensę.
11 De naribus eius procedit fumus sicut ol-
læ succensæ, atque feruentis.
12 Halitus eius prunas ardere facit, & flam-
ma de ore eius egreditur.
13 In collo eius morabitur fortitudo, & fa-
ciem eius præcedit egestas.
14 Membra carnium eius cohærentia sibi:
mittet contra eum flumina, & ad locum a-
lium non ferentur.
15 Cor eius indurabitur tanquam apis, &
stringetur quasi malleatoris incus.
16 Cum sublatus fuerit, timebunt Angeli, &
territi purgabuntur.
17 Cùm apprehenderit eum gladius, subsi-
stere non poterit, neq; hasta, neq; thorax.
18 'Reputabit enim quasi paleas ferrum, &
& quasi lignum putridum, æs.
19 Non fugabit eum vir sagittarius, in stipu-
lam versi sunt ei lapides fundæ.
20 Quasi stipulam æstimabit malleum, & de-
ridebit vibrantem hastam.
21 Sub ipso erunt radii solis, & sternet sibi
aurum quasi lutum.
22 Feruescere faciet quasi ollam, profun-
dum: 'mare ponet quasi cum vnguenta bul-
liunt.
23 Post eum lucebit semita, æstimabit abys-
sum quasi senescentem.
24 Non est super terram potestas quę com-
paretur ei, qui factus est vt nullũ timeret.
25 Omne sublime videt, ipse est rex super v-
niuersos filios superbiæ.

CAP. XLII.

Iob pœnitet. Amici eius reprehenduntur à Deo. Orant Iob pro amicis duplicia restituuntur. Benedictio Dei. Diuitiæ Iob. Mortur.

1 REspondens autem Iob Domino, dixit:
2 Scio quia omnia potes, & nulla te la-
tet cogitatio.
3 Quis est iste qui celat consilium absque
scientia? ideò insipienter locutus sum, &
quæ vltra modũ excedẽt scientiã meam.
4 Audi,

4 Audi, & ego loquar: interrogabo te, & re-
spondebis mihi.
5 Auditu auris audiui te: nunc autem ocu-
lus meus videt te.
6 Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœni-
tentiam in fauilla & cinere.
7 Postquam autem locutus est Dominus
verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz The-
manitem. Iratus est furor meus in te, & in
duos amicos tuos, quoniam non estis lo-
cuti coram me rectum, sicut seruus meus
Iob.
8 Sumite ergo vobis septem tauros, & se-
ptem arietes, & ite ad seruum meum Iob,
& offerte holocaustũ pro vobis: Iob autem
seruus meus orabit pro vobis: faciem e-
ius suscipiã, vt non vobis imputetur stulti-
tia: neque enim locuti estis ad me recta si-
cut seruus meus Iob.
9 Abierunt ergo Eliphaz Themanites, &
Baldad Suhites, & Sophar Nahamathites:
& fecerũt sicut locutus fuerat Dominus ad
eos, & suscepit Dominus faciem Iob.
10 Dominus quoque conuersus est ad pœ-
nitentiam Iob, cùm oraret ille pro amicis
suis. Et addidit Dominus omnia quæcunq;
fuerant Iob, duplicia.
11 Venerũt autem ad eũ omnes fratres sui,
& vniuersæ sorores suæ, & cũcti qui nouerant eum priùs. & comederunt cum eo pa-
nem in domo eius: & mouerunt super eum
caput, & consolati sunt eũ super omni ma-
lo quod intulerat Dominus super eum.
12 Et dederunt ei vnusquisque ouem vnam,
& inaurem auream vnam. Dominus autem
benedixit nouissimis Iob magis quã prin-
cipio eius. Et facta sunt ei quatuordecim
millia ouium, & sex millia camelorum, &
mille iuga boum, & mille asinæ.
13 Et fuerunt ei septem filii, & tres filiæ.
14 Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen
secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornu-
stibii.
15 Non sunt autem inuentæ mulieres spe-
ciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra: de-
ditque eis pater suus hæreditatẽ inter fra-
tres earum.
16 Vixit autem Iob post flagella hæc, cẽtum
quadraginta annis, & vidit filios suos, & fi-
lios filiorum suorum, vsque ad quartam ge-
nerationem.
17 Et mortuus est senex, & plenus dierum.

Prologus B. Hieronymi in Psalterium, quod secundum Septuaginta editionem correxit.

Psalterium Romæ dudũ positus emendaram: & iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis ô Paula & Eustochium, scriptorum vitio deprauatum, plúsque antiquum errorem, quam nouam emendationem valere: me cogitis vt veluti quodam nouali, scissum iam aruum exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem, æquum esse dicentes, vt quod crebro malè pullulat, crebrius succidatur. Vnde consueta præfatione commoneo tam vos, quibus fortè labor iste desudat, quàm eos qui exemplaria ifiusmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendaui, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisque vel iacentem lineam, vel radiãta signa, id est obelos, vel asteriscos. Et vbicunque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsq; ad duo puncta quæ impressimus, sciat in Septuaginta translatoribus plus haberi. Vbi autem perspexerit stellæ similitudinem, de Hebræis voluminibus additum nouerit æquè vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem: qui simplicitate sermonis à Septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo & vobis & studioso cuique feciſſe me scienſ: non ambigo multos fore qui vel inuidia, vel supercilio malint contemnere videri præclara, quàm discere: & de turbulento magis riuo, quàm de purissimo fonte potare.

LIBER PSALMORVM, Hebraicè, Thehilim.

PSAL. I.

Beati viri descriptio. Impiorum & infidelium interitus.

1 BEATVS vir qui non a-
bijt in consilio impiorum, &
in via peccatorũ non stetit,
& in cathedra pestilẽtiæ non
sedit:
2 Sed in lege Domini voluntas
eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte,
3 *Et erit tanquam lignum quod planta- Ier.17.8.
tum est secus decursus aquarum: quod fru-
ctum suum dabit in tẽpore suo, Et folium
eius non defluet: & omnia quæcunque fa-
ciet, prosperabuntur:
4 Non sic impii, non sic: sed tanquam pul-
uis quem proiicit ventus à facie terræ.
5 Ideo non resurgunt impii in iudicio: ne-
que peccatores in consilio iustorum.
6 Quoniã nouit Dominus viam iustorum;

et iti.

& iter impiorum peribit.

PSAL. II.

Consilium Gentium contra Christum. Impiorum pœna. Rex Iudæorum & Gentium Christus, docet Euangelium. Exhortatio ad principes. Beati.

Act. 4. c. 25.

1 *QVare fremuerunt Gentes: & Populi meditati sunt inania?
2 Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.
3 Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.
4 Qui habitat in cælis irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.
5 Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos,
6 Ego autem cõstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.

Act. 13. c. 33. hebr. 1. 6. 5.

7 *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.
8 Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Apoc. 2. g. 24, 19. c. 15

9 *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.
10 Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram,
11 Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.
12 Apprehendite disciplinam: nequãdo irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.
13 Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

PSAL. III.

Christi aduersarii. Fides & spes in tribulatione. Mors & resurrectio Christi. Gratiarum actio. Salus. Benedictio.

Psalmus Dauid cùm fugeret à facie Absalon filii sui. 2. Reg. 15.

1 DOmine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me?
2 Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius.
3 Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.
4 Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo.
5 Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia Dominus *suscepit me.

*suscipiet

6 Non timebo millia populi circundantis me: exurge Domine, saluum me fac Deus meus.
7 Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti.
8 Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

PSAL. IIII.

Inuocandus Deus in tribulatione. Sancti, Iracundi. Sacrificium. Lumen Dei, Lætitia. Pax.

In finem in carminibus, Psalmus Dauid.

1 CVm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi:
2 Miserere mei, & exaudi orationem meam.
3 Filii hominum vsquequo, graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?
4 Et scitote quoniã mirificauit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me cùm clamauero ad eum.

Ephes. 4. in. f. 26.

5 *Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris, compungimini.
6 Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. multi dicunt, Quis ostendit nobis bona?
7 Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: Dedisti lætitiam in corde meo.
8 A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.
9 In pace in idipsum, dormiam & requiescam.
10 Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

PSAL. V.

Oratio fidelium contra persecutores. Misericordia. Lætitia in spe. Dilectio. Voluntas Dei.

In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur. Psalmus Dauid.

1 VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.
2 Intende voci orationis meæ, Rex meus & Deus meus,
3 Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam:
4 Manè astabo tibi & videbo: quoniã non Deus volens iniquitatem tu es:
5 Neque habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt insusti ante oculos tuos.
6 Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
7 Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.
8 Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
9 Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in cõspectu tuo meo viam meam.
10 Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
11 *Sepulchrum patens est guttur eorũ linguis suis dolosè agebãt, iudica illos Deus.
12 Decidant à cogitationibus suis, secũdum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.
13 Et lætentur omnes, qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.
14 Et gloriabuntur in te omnes, qui diligũt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
15 Domine: vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Ioel. 33. 55. rom. 3.

viam tuam.

b. 33.

PSAL. VI.

Oratio hominis horrores animæ experti. Lætitia ob exauditam orationem.

In finem, in carminibus, Psalmus Dauid pro octaua.

1 DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
2 Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.
3 Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo?
4 Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
5 Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?
6 Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.
7 Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Mat. 7. d. 8. Luc. 13. d. 27. Mat. 25. f. 27.

8 *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
9 Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.
10 Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

PSAL. VII.

Oratio fidelis calumniam patientis, Terret aduersarios vt resipiscant. Impii sibi sunt exitio. Gratiarum actio.

Psalmus Dauid quem cantauit Domino pro verbis Chusi filii Iemini. 1. Reg. 16. d

1 DOmine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.
2 Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.
3 Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis,
4 Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis:
5 Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulueren deducat.
6 Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.
7 Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorum circundabit te.
8 Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.
9 Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.
10 Consumetur nequitia peccatorum, & dirige iustum, *scrutãs corda & renes Deus.

3. Reg. 22. 2. Esdr. 1. 1. Par. 20. 17. 2. Par. 20. c. 3. Ezech. 21. c. 14. Ps. 63. c. 8. *vibrabit

11 Iustum adiutorium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde.
12 Deus iudex iustus, fortis, & patiens, num quid irascitur per singulos dies?
13 Nisi conuersi fueritis, gladium suum *vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum:
14 Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit:
15 *Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem: & peperit iniquitatem.

Esa. 59. d. 35. Iob 59. 4.

16 Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.
17 Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius, iniquitas eius descendet,
18 Confitebor Domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

PSAL. VIII.

Dei gloria per totum mundum, prædicato Euangelio. Christo facto homini omnia subiecta præter patrem.

In finem, pro torcularibus. Psalmus Dauid.

1 DOmine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?
2 Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos.

Mat. 21. b. 16.

3 *Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.
4 Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti:
5 Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?
6 Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum:

1. Cor. 15. d. 27.

7 *Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas: insuper & pecora campi,
8 Volucres cæli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.
9 Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?

PSAL. IX.

Gratiarum actio ob victoriam in aduersis. Impius. Refugium Dei, Spes, Liberator. Peccatores. Pauperes afflicti Deo curæ. Oratio pauperum Christianorum ab impiis afflictarum. Impii quales. Postulat spiritus Dei contra regnum Antichristi pro afflictis. Promissum Dei ad exaudiendum.

In finem, pro occultis filii. Psalmus Dauid.

1 CONfitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
2 Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime.
3 In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.
4 Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.
5 Increpasti Gentes, & periit impius: nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi.
6 Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti.
7 Perit memoria eorum cum sonitu, & Dominus in æternum permanet.
8 Parauit in iudicio thronum suum: & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.
9 Et factus est Dominus refugium pau-

es: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione?
20 Et sperant in te, qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.
21 Psallite Domino qui habitat in Sion: annuntiate inter Gentes studia eius:
22 Quoniam requirens sanguinem, eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.
23 Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis,
24 Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.
25 Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt Gentes in interitu quem fecerunt:
26 In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.
27 Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.
28 Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.
29 Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.
30 Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur Gentes in conspectu tuo.
31 Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant Gentes quoniam homines sunt.

Secundum Hebræos hic incipit decimus Psalmus.

1 Vt quid Domine recessisti longè, despicis in opportunitatibus in tribulatione?
2 Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.
3 Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur.
4 Exacerbauit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret.
5 Non est Deus in conspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.
6 Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.
7 Dixit enim in corde suo, Non mouebor à generatione in generationem, sine malo.
Iust. 13. a, 3 rom. 3. b. 14. 8 *Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor.
9 Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem:
10 Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.
11 Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.
12 In laqueo suo humiliabit eum, inclynabit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.
13 Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, auertit faciem suam ne videat in finem.
14 Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tuæ ne obliuiscaris pauperum.
15 Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, Non requiret.
16 Vides, quoniam tu laborem & dolorem consyderas, vt tradas eos in manus tuas.
17 Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
18 Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.
19 Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi: peribitis Gentes de terra illius.
20 Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua,
21 Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltrà magnificare se homo super terrã.

Heb. 10.

PSAL. X.

Reiicit ut amicus dissuadens amplectii Euangelium propter persecutiones. Iudex & Iustus Deus. Infidelium punitio.

In finem, Psalmus Dauid.

1 In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer?
2 Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.
3 Quoniam quæ perfeciſti destruxerunt: iustus autem quid fecit?
Mat. 24. 4 *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius:
5 Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.
6 Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.
7 Pluet super peccatores laqueos ignis: & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.
8 Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

PSAL. XI.

Fidelis petit liberari ab iniquitate regnante super terram. Auxilium à Deo. Promissiones Dei veracet. Fiducia in promissiones.

In finem pro octaua, Psalmus Dauid.

1 Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.
2 Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.
3 Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam.
4 Qui dixerunt, Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est?
5 Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.
6 Ponam in salutari: fiducialiter agã in eo.
7 Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.
8 Tu Domine seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternum.
9 In circuitu impii ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Psal

PSAL. XII.

Petit fidelis liberari à tentatione, & illuminari. Gratiarum actio de superata tentatione.

In finem, Psalmus Dauid.

1 Vsquequo Domine obliuiscēris me in finem? vsquequo auertis faciē tuam à me?
2 Quandiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?
3 Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus.
Pro mercurio. 4 Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte? nequando dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum.
5 Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.
6 Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

Rom. 14.

PSAL. XIII.

Impii quales. Spes afflictorum Deus.

In finem, Psalmus Dauid.

1 Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus.
2 Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
Rom. 3. d. 10 3 Dominus de cælo prospexit super filios hominum: * vt videat si est intelligens aut requirens Deum.
4 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
5 Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, venenũ aspidum sub labiis eorum.
6 Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.
7 Contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.
8 Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis?
Deum 9 Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.
10 Quoniam "Dominus in generatione iusta est: consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est.
11 Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

Heb. 25.

PSAL. XIIII.

Quales debent esse qui de Ecclesia Dei sunt.

Psalmus Dauid.

1 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?
2 Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam:
3 Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.
4 Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos:
3 Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat.
6 Qui iurat proximo suo, & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit:
7 Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

PSAL. XV.

Heb. 16.

Tutelam Dei patris orat fidelis. Reprobatio infidelium. Hæreditas Christi. Eruditor & adiutor fidelium Deus. Resurrectio Christi.

Tituli inscriptio ipsi Dauid.

1 Conserua me Domine, quoniam speraui in te. Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
2 Sanctis, qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.
3 Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acceleranerunt.
4 Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.
5 Dominus, pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.
6 Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.
7 Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.
Act. 2. d. 25 8 *Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.
9 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescit in spe.
Act. 2. c. 31 3. c. 35. 10 Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
11 Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

Heb. 17.

PSAL. XVI.

Ne persecutionibus succumbat, Orat Christus cum suis similiter afflictis.

Oratio Dauid.

1 Exaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. deprecationi meæ
2 Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.
3 De vultu tuo iudicium meum prodeat: æquitates. oculi tui videant æquitatem.
4 Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti & non est inuenta in me iniquitas.
5 Vt non loquatur os meum opera hominum, propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.
6 Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.

7 Ego clamaui, quoniã exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.
8 Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.
9 A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi.
10 Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum qui me afflixerunt.
11 Inimici mei animam meam circundederunt, adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam.
12 Proficientes me, nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
13 Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.
14 Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum, eripe animam meam ab impio, framea tuam ab inimicis manus tuæ.
15 Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum: & de absconditis tuis adimpletus est venter eorum,
16 Saturati sunt filiis: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.
17 Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.

PSAL. XVII.

Heb.18. *Gratias agit Christus patri, quòd eum de afflictionibus liberarit. Pœnitat Christi, qua & nos ira facta est, Misericors Deus cum sanctis: impios autem punit. Suam puritatem & liberationem patri tribuit Christus. Iudæorum abiectio, glorificato Christo. Gentium electio. Gratias agit Christus patri, quòd constituat se in caput Gentium, reiectis aduersariis.*

2.Reg.22. 1. *In finem puero Domini Dauid, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. Et dixit,
1 Diligam te Domine fortitudo mea:
2 Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.
Heb.2.c. 13. *Deus meus adiutor meus: & sperabo in eum:
3 Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.
4 Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero.
5 Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
6 Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.
7 In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui.
8 Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eius.
9 Commota est & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.
10 Ascendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
11 Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.
12 Et ascendit super cherubim & volauit: volauit super pennas ventorum.
13 Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris.
14 Præ fulgore in conspectu eius nubes trãsierunt, grando, & carbones ignis.
15 Et intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: grando & carbones ignis.
16 Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.
17 Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.
18 Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.
19 Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis,
20 eruit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
21 Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est Dominus protector meus.
22 Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.
23 Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi:
24 Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo.
25 Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli à me.
26 Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.
27 Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.
28 Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris,
29 Et cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.
30 Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis.
31 Quoniam tu illuminas lucernã meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.
32 Quoniam, in te eripiar à tentatione: & in Deo meo transgrediar murum.
33 Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.
34 Quoniam quis Deus præter Dominum? *aut quis Deus præter Deum nostrum?
35 Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.
36 *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: & super excelsa statuens me.
37 Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt areum æreum brachia mea:
38 Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dexteta tua suscepit me:
39 Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.
40 Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea:
41 Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiãt.
42 Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos
43 Et præcinxisti me virtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subtus me.
44 Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me diffidisti.
45 Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos.
46 Et comminuã eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum plateaꝝ delebo eos.
47 Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput Gentium:
48 Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.
49 Filii alienoꝝ mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.
5 Viuit Dominus, & benedictus Deus meus & exaltetur Deus salutis meæ.
51 Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.
52 Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.
53 Propterea confitebor tibi in Nationibus Domine: & nomini tuo psalmum dicam,
54 Magnificans salutes regis eus, & faciens misericordiam christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

Heb.19. PSAL. XVIII.

Peccatorum remissio annuntiata omnibus ab Apostolis. Lex Dei & Euangelium quale, & quid præstet. Orat fidelis à peccatis purgari & seruari, vt placeant, Deo quę faciet.

In finem, Psalmus Dauid.
1 CAEli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.
2 Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.
Rom.10. d.18. 3 Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.
4 * In omnem terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
5 In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo,
Luc.24. d.45. Exultauit. 6 * * Exultauit vt gigas ad currendã viam:
7 A summo cælo egressio eius,
Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.
8 Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Domini, fidele, sapientiã præstans paruulis.
9 Iustitiæ Domini, rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
10 Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata, in semetipsa.
11 Desiderabilia super aurum & lapidẽ pretiosum multum: & dulciora super mel & fauum.
12 Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.
13 Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo:
14 Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.
15 Et erunt vt complacent eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.
16 Domine adiutor meus & redẽptor meus.

PSAL. XIX. Heb.10.

Imprecantur fideles prosperа Christo. Sacrificium Christi pro peccatis nostris. A Deo speranda salus per Christum.

In finem, Psalmus Dauid.
1 EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.
2 Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te.
3 Memor sit omnis sacrificii tui: & holocaustum tuum pingue fiat.
4 Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.
5 Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.
6 Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus christum suum.
7 Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentatibus, salus, dexteræ eius.
8 Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus. Domini
9 Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autẽ surreximus & erecti sumus.
10 Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

PSAL. XX. Heb.21.

Triumphus Christi regis, per quem omnis benedictio. Vindicta in eos qui Christum odierint persequuntur.

In finem, Psalmus Dauid.
1 DOmine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.
2 Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntare labiorum eius non fraudasti eum.
3 Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.
4 Vitam petiit à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi.
5 Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorum impones super eum:
6 Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
7 Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia Altissimi: non commouebitur.
8 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
9 Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui:
10 Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
11 Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum.

22 Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.
23 Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.
24 Exaltare domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

PSAL. XXI.

Hebr.22. *Christus se derelictum clamat in cruce. Non cessat invocare, licet clamaueris se derelictum. Angustiæ Christi in cruce. Plaga Christi & testimonia diuina. Oratio & clamor vehemens in afflictione. Gentium vocatio. Ad timorem patris & fiduciam hortatur Christus. Vota quæ, & laudes, Prædicatio Euangelii. Conuersio peccatorum efficitur ad prædicationem Euangelii.*

In finem, pro susceptione matutina, Psalmus Dauid.

1 DEus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum.
2 Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.
3 Tu autem in sancto habitas, laus Israel.
4 In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.
5 Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.
6 Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & obiectio plebis.
7 Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput.
8 Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.
9 Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ, in te projectus sum ex vtero.
10 De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me:
11 Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet.
B 12 Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
13 Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.
14 Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.
15 Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.
16 Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.
17 Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.
18 Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea:
19 Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.
Matt. 27. d.35. Ioan 19.d.23. 20 Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice.
21 Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.
22 Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam.
23 Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.
24 Qui timetis Dominum laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum.
25 Timeat eum omne semen Israel: quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis.
26 Nec auertit faciem suam à me: & cùm clamarem ad eum, exaudiuit me.
27 Apud te laus mea in ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum
28 Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt Dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi:
29 Reminiscentur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ,
30 Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ Gentium:
31 Quoniam Domini est regnum: & ipse dominatur Gentium.
32 Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram.
33 Et anima mea illi viuet: Et semen meum seruiet ipsi
34 Annuntiabitur Domino generatio ventura: & annunciabunt cæli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus. Hebr.2.

PSAL. XXII.

De pastore Christo, & Christianis ouibus.

Psalmus Dauid.

Esai. 40. c.49.v.10. & 34.v.14. 1 DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit
2 Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
3 Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum.
4 Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.
5 Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.
6 Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.
7 Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est?
8 Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ:
9 Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

PSAL. XXIII. Hebr.24

Dei sunt omnia. Qui habitaturi cum Deo. Mandat spiritus, vt omnia Christo cedant, & pareant.

Psalmus Dauid prima Sabbathi.

1. Corint. 10. f.26. Psal 49.v.12. 1 DOmini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.
2 Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.
3 Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
4 Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.
5 Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.
6 Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei, Iacob.
7 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.
8 Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.
9 Attolite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.
Hebr. 25. 10 Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

PSAL. XXIIII.

Quis fidelis ne in afflictionibus discedat à veritate. Petit doceri à Deo. Misericordiam Dei orat. Doctor Deus. Misericordia. Veritas. Parcit Deus. Fruitur cognitione Dei. Fidelis petit liberari ab afflictionibus.

In finem, Psalmus Dauid. Aleph.

2 AD te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. Beth.
2 Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. Gimel.
3 Confundantur omnes iniqua agentes super vacuè. Daleth.
4 Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
5 Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die. Zain.
B 6 Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt. Heth.
7 Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.
8 Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine. Teth.
9 Dulcis & rectus Dominus propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Iod.
10 Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias tuas. Caph.
C 11 Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Lamed.
12 Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim. Mem.
13 Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via quam elegit. Nun.
14 Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram. Samech.
15 Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis. Ain.
16 Oculi mei semper ad Dominum: quoniam D ipse euellet de laqueo pedes meos. Pe.
17 Respice in me, & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego. Res.
18 Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me. Sade.
19 Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea. Res.
20 Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me. Sin. Ioann.15. 4.25.
21 Custodi animam meam, & erue me, non erubescam, quoniam speraui in te. Thau.
22 Innocentes & recti adhæserunt mihi, quia sustinui te. Pe.
23 Libera Deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis. Hebr.26.

PSAL. XXV.

Orat Christus vt defendatur ab iniuria aduersariorum, innocentiam suam obiiciens.

In finem, Psalmus Dauid.

1 IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor.
2 Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum.
3 Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua:
4 Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.
5 Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo.
6 Lauabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine.
7 Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuersa mirabilia tua.
8 Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.
9 Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam:
10 In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
11 Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.
12 Pes enim meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te Domine.

PSAL. XXVI. Hebr 27.

Christi plena in Deum fiducia. Optat Christus cum membris suis frui Dei consortio. Petit à patre ne derelinquatur in manibus aduersariorum. Exspectandus Deus.

Psalmus Dauid prius quàm liniretur.

1 DOminus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo?
2 Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?
3 Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas:
4 Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.
5 Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.
6 Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.
B 7 Vnam petii à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ,
8 Vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius. voluptatem
9 Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me abscondito tabernaculi sui:
10 In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos:
C

11 Circuiui,& immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis:cantabo & psalmũ dicam Domino.
12 Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te:miserere mei,& exaudi me.
13 Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.
14 Ne auertas faciem tuam à me,ne declines in ira à seruo tuo.
15 Adiutor meus esto : ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.
16 Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autẽ assumpsit me.
17 Legem pone mihi Domine in via tua : & dirige me in semita recta propter inimicos meos.
18 Ne tradideris me in animas tribulantium me : quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
19 Credo videre bona Domini in terra viuentium.
20 Expecta Dominum, viriliter age:& confortetur cor tuum,& sustine Dominum.

Hebr.12. PSAL. XXVII.

Petit fidelis ne pereat cum impiis.Gratias agit pro accepta consolatione salutis aternæ.

Huic Dauid.

1 AD te Domine clamabo,Deus meus ne sileas à me:nequando taceas à me , & assimilabor descendentibus in lacum,
2 Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te , dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
3 Ne simul 'tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem , ne perdas me.
4 Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.
5 Da illis secundum opera eorum,& secundum nequitiam adinuentionum ipsorum:
6 Secundum opera manuum eorum tribue illis:redde retributionem eorum ipsis:
7 Quoniam non intellexerunt opera Domini:& in opera manuum eius destrues illos,& non ædificabis eos,
8 Benedictus Dominus:quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.
9 Dominus adiutor meus , & protector meus:& in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.
10 Et refloruit caro mea: & voluntate mea confitebor ei.
11 Dominus fortitudo plebis suæ: & protector saluationum christi sui est.
12 Saluum fac populum tuum Domine , & benedic hæreditati tuæ:& rege eos, & extolle illos vsque in æternum.

Hebr.29. PSAL. XXVIII.

Exhortatio vt omnis potestas subdatur sub verbo Dei,& gloriam dei Deo omnipotenti,

Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi.

1 AFferte Domino filii Dei : afferte Domino filios arietum.
2 Afferte Domino gloriam & honorem,afferte Domino gloriam nomini eius:adorate Dominum in atrio sancto eius.
3 Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit:Dominus super aquas multas.
4 Vox Domini in virtute : vox Domini in magnificentia.
5 Vox Domini confringentis cedros:& cõfringet Dominus cedros Libani,
6 Et comminuet eas tanquam vitulum Libani:& dilectus quemadmodum filius vnicornium.
7 Vox Domini intercidentis flammã ignis: vox Domini concutientis desertum, & cõmouebit Dominus desertum Cades.
8 Vox Domini præparantis ceruos,& reuelabit condensa : & in templo eius omnes dicent gloriam.
9 Dominus diluuium inhabitare facit : & sedebit Dominus rex in æternum.
10 Dominus virtutem populo suo dabit:Dominus benedicet populo suo in pace.

Hebr.10c PSAL. XXIX.

Gratias agit Christus patri ob liberationem sui. Exhortatio eius ad laudandum patrem. Vita. Fletus, Letitia. Nunc prosperæ , nunc aduersæ,nunc afflictio , nunc consolatio.

Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

1 EXaltabo te Domine , quoniam suscepisti me:nec delectasti inimicos meos super me.
2 Domine Deus meus clamaui ad te : & sanasti me.
3 Domine eduxisti ab inferno animam meã: saluasti me à descendentibus in lacum.
4 Psallite Domino sancti eius : & confitemini memoriæ sanctitatis eius.
5 Quoniam ira in indignatione eius:& vita in voluntate eius.
6 Ad vesperum demorabitur fletus : & ad matutinum lætitia.
7 Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum.
8 (Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem)
9 Auertisti faciem tuam à me,& factus sum conturbatus.
10 Ad te Domine clamabo , & ad Deum meum deprecabor.
11 Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem?
12 Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?
13 Audiuit Dominus , & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.
14 Conuertisti planctum meum in gaudium mihi:concidisti saccum meum,& circundedisti me lætitia:
15 Vt cantet tibi gloria mea , & non compungar : Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

Hebr.50 PSAL. XXX.

Vox Christi & fidelium in afflictione sp Deo committitur. Dulcedo & bonitas Dei in afflictionibus. Exhortatio ad diligendũ Deum.

In finem, Psalmus Dauid pro extasi. In te

1 IN te Domine speraui , non confundar in æternum,in iustitia tua libera me.
2 Inclina ad me aurem tuam : accelera vt eruas me.
3 Esto mihi in Deum protectorem,& in domum refugii:vt saluum me facias.
4 Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu:& propter nomen tuum deduces me,& enutries me.
5 Educes me de laqueo hoc quem absconderũt mihi:quoniam tu es protector meus:
Luc.23. Psal.30. 6 *In manus tuas commendo spiritũ meum: redemisti me Domine Deus veritatis.
B 7 Audisti obseruãtes vanitates superuacuè.
8 Ego autem in Domino speraui : exultabo & lætabor in misericordia tua,
9 Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam:
10 Nec conclusisti me in manibus inimici mei : statuisti in loco spatioso pedes meos.
11 Miserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea,& venter meus:
12 Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus:
13 Infirmata est in pauperate virtus mea , & ossa mea conturbata sunt.
'& (vel etiam) 14 Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium 'vicinis meis valde , & timor notis meis.
C 15 Qui videbant me , foras fugerunt à me: obliuioni datus sum , tanquam mortuus à corde.
16 Factus sum tanquam vas perditum:quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu,
17 In eo dum conuenirent simul aduersum me , accipere animam meam consiliati sunt.
18 Ego autem in te speraui Domine : dixi, Deus meus es tu,in manib⁹ tuis sortes meæ.
19 Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me,
20 Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua:
21 Domine non confundar , quoniam inuocaui te.
22 Erubescant impii , & deducantur in infernum:muta fiant labia dolosa,
23 Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione.
24 Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te,
25 Perfecisti eis qui sperant in te,in conspectu filiorum hominum.
26 Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.
27 Proteges eos in tabernaculo à contradictione linguarum.
28 Benedictus Dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.
29 Ego autem dixi in excessu mentis meæ, Proiectus sum à facie oculorum tuorum.
30 Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.
31 Diligite Dominũ omnes sancti eius:quoniam veritatem requirit Dominus , & retribuet abundanter facientibus superbiam.
32 Viriliter agite,& confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

Psalmus XXXI. Heb.32.

Qui beati & insti. Peccator non agnoscens peccatum suum , afflictionibus cogitur fateri. Sanctus pro impietate sua transi, exauditur. & gratias agit. Dolor noster Deus viam docet, Dolor. Misericordia. Lætitia in Deo.

Ipsi Dauid intellectus.

1 *BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Roma.4. a.7.
2 Beatus vir cui non 'imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. 'imputabit
3 Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.
4 Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua : conuersus sum in ærumna mea,dum configitur spina.
5 Delictum meum cognitum tibi feci : & iniustitiam meam non abscondi.
6 *Dixi , Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Esa.55. d.24.
7 Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.
8 Veruntamen in diluuio aquarum multarum,ad eum non approximabunt.
9 Tu es refugium meum à tribulatione quę circundedit me : exultatio mea,& erue me à circundantibus me.
10 Intellectum tibi dabo , & instruam te in via hac qua gradieris : firmabo super te oculos meos,
11 Nolite fieri sicut equus & mulus : quibus non est intellectus.
D 12 In camo & fræno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te.
13 Multa flagella peccatoris , sperantem autem in Domino misericordia circundabit.
14 Lætamini in Domino & exultate iusti : & gloriamini omnes recti corde.

PSAL. XXXII. Heb.33.

Exhortatio ad lætitiam & laudem Dei , Iudicium & misericordia. Verbo Dei omnia facta. Ad timorem Dei exhortatio. Consilia hominum & consilia Dei. Qui populus beatus. Homo suis viribus non saluatur. Cura Dei erga sp tantes in eum , Exhortatio fidelium.

In finem, Psalmus Dauid.

1 EXultate iusti in Domino : rectos decet 'collaudatio. 'laudatio
2 Confitemini Domino in cithara : in psalterio decem chordarum psallite illi.
3 Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.
4 Quia rectum est verbum Domini , & omnia opera eius in fide.
5 Diligit misericordiam & iudicium : misericordia Domini plena est terra.
6 Verbo Domini cæli firmati sunt : & spiritu oris eius omnis virtus eorum:

Universidad de Deusto Biblioteca

7 Congregans, ſicut in vtre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos.
8 Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem:
9 *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.
10 Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, reprobat conſilia principum.
11 Conſillum autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.
12 Beata gens cuius eſt Dominus, Deus eius: populus, quem elegit in hereditatem ſibi.
13 De cælo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum.
14 De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes qui habitant in terram.
15 Qui finxit ſigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.
16 Non ſaluatur rex per multam virtutem: & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ.
17 Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur.
18 Ecce oculi Domini ſuper metuẽtes eum, & in eis qui ſperãt ſuper miſericordia eius.
19 Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.
20 Anima noſtra ſuſtinet Dominum, quoniam adiutor & protector noſter eſt.
21 Quia in eo lætabitur cor noſtrum: & in nomine ſancto eius ſperauimus.
22 Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.

PSAL. XXXIII.

Fidelis liberatur, gratias agit. Exhortatio ad laudandum Deum, & accedendum ad ipſum. Eripit Deus de afflictione. Bonus Deus. Spes in Deum. Diuites inopes. Quærentes Deum, Timor Dei lingua cuſtodia. Vox quærenda. Soliciudo Dei pro afflictis. Audit Deus clamorem afflictorum. Liberator Deus. Spes in Deo

Dauidis cùm immutauit vultum ſuum coram Abimélech, & dimiſit eum, & abiit. 1.Reg.21.d

1 BEnedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Beth.
2 In Domino laudabitur anima mea: audiãt manſueti, & lætentur Gimel.
3 Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipſum Daleth.
4 Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. He. Vau.
5 Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur. Zain.
6 Iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum. Heth.
7 Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos. Teth.
8 Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. beatus vir qui ſperat in eo. Iod.
9 Timete Dominũ omnes ſancti eius: quoniam non eſt inopia timẽtibus eum. Caph.
10 Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono: Lamed.
11 Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos. Mem.
12 Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Nun.
13 Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.
14 Diuerte à malo fac bonum: Inquire pacem, & perſequere eam. Ain.
15 *Oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum. Pe.
16 Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorũ. Sade.
17 Clamauerunt iuſti, & dominus exaudit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Coph.
18 Iuxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. Res.
19 Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Sin.
20 Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur. Thau.
21 Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtum delinquent.
22 Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum: & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

PSAL. XXXIIII.

Oratio contra veritatis aduerſarios. Exhortatio ad lætitiam, iuſtitia Dei.

Huic Dauid.

1 IVdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.
2 Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adiutorium mihi.
3 Effunde frameam, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me: dic animæ meæ. Salus tua ego ſum.
4 Confundantur & reuereantur quærentes animam meam.
5 Auertantur retrorſum & confundantur cogitantes mihi mala.
6 Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus Domini coarctans eos.
7 *Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum & angelus Domini perſequens eos.
8 Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui: ſuperuacuè exprobrauerunt animam meam.
9 Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abſcondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipſum.
10 Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.
11 Omnia oſſa mea dicent, Domine, quis ſimilis tibi.
12 Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum?
13 Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.
14 Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatem animæ meæ.
15 Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, indu-

duebar cilicio,
16 Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo conuertetur.
17 Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam: quaſi lugens & conſtriſtatus ſic humiliabar.
18 Et aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignorani.
19 Diſſipati ſunt nec compuncti, tentauerunt me, ſubſannauerunt ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.
20 Domine quando reſpicies? reſtitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam:
21 Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo graui laudabo te.
22 Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis & annuunt oculis.
23 Quoniam mihi quidem pacifica loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.
24 Et dilataũerunt ſuper me os ſuum: dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi noſtri.
25 Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas à me.
26 Exurge & intende iudicio meo: Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam.
27 Iudica me ſecundum iuſtitiam tuam Domine Deus meus: & non ſupergaudeant mihi.
28 Non dicant in cordibus ſuis, Euge euge animæ noſtræ: nec dicant, *Deuorabimus eum.
29 Erubeſcant & reuereantur ſimul qui gratulantur malis meis.
30 Induantur confuſione & reuerentia qui *maligna loquuntur ſuper me.
31 Exultent & lætentur, qui volunt iuſtitiam meam: & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſerui eius.
32 Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.

PSAL XXXV.

Impiorum cæcitas profunda. Miſericordia Dei abundantiſſima, quæ etiam beſtiis omnibus prouidet. Miſericordiam Dei & iuſtitiam petit.

In finem, ſeruo Domini Dauid.

1 DIxit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius:
2 Quoniam doloſe egit in conſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
3 Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere vt bene ageret.
4 Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit.
5 Domine in cælo miſericordia tua: & veritas tua vſque ad nubes.
6 Iuſtitia tua ſicut montes Dei: iudicia tua abyſſus multa.
7 Homines & iumenta ſaluabis Domine: (quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus.)
8 Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt.
9 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.
10 Quoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.
11 Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te, & iuſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde.
12 Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moueat me.
13 Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.

PSAL. XXXVI. Heb. 37.

Non imitandi mali & infideles. Fides & ſpes in Deum. Non imitandi quibus omnia proſperantur. Ira. Male agentes, & Deo fidentes. Manſueti. Quales infideles erga ſanctos. Fidelium & infidelium differentia. Deus dux & rector fidelium. Fideles non deteliquuntur à Deo. Exhortatio ad operã fidei. De impiorum interitu, & liberatione fidelium ab impiis per Deum.

Pſalmus ipſi Dauid. Aleph.

1 NOli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.
2 Quoniam tanquam fœnum velociter arefcent: & quemadmodum olera herbarum citò decident. Beth.
3 Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & paſceris in diuitiis eius.
4 Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. Gimel.
5 Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet.
6 Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: Daleth.
7 Subditus eſto Domino, & ora eum noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, in homine faciente iniuſtitias. He.
8 Deſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.
9 Quoniam qui malignantur, exterminabuntur, ſuſtinentes autem Dominum ipſi hæreditabunt terram. Vau.
10 Et adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.
11 *Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis, Zain.
12 Obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.
13 Dominus autem irridebit eum, quoniam proſpicit quòd veniet dies eius. Heth.
14 Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum ſuum,
15 Vt *decipiant pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.
16 Gladius eorum intret in corda ipſorum: & arcus eorum confringatur. Teth.
17 Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas.
18 Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iuſtos Dominus. Iod.
19 Nouit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.
20 Non confundantur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur: Caph.

quia peccatores peribunt.
C 21 Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus defficient. Lamed.
Mutuabitur 22 *Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur & tribuet.
23 Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt. Mem.
dirigentur 24 *Apud Dominum gressus hominis dirigitur & viam eius volet.
25 Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. Nun.
26 Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.
27 Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit. Samech.
28 Declina a malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi.
29 Quia Dominus amat iudicium: & non derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur.
30 Iniusti punientur: & semen impiorum peribit, Sade.
31 Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eã. Pe.
Esa. 55. 6. 7. 32 *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium,
D 33 Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Sade
34 Conſyderat peccator iustum: & quærit mortificare eum,
35 Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Coph.
36 Expecta Dominum, & custodi vias eius: & exaltabit te vt hæreditate capias terram: cum perierint peccatores videbis. Res.
37 Vidi, impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani.
38 Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Sin.
39 Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.
40 Iniusti autem disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt, Thau.
41 Salus autem iustorum a Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.
42 Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

PSAL. XXXVII.

Heb. 38.

Christus fatlos pro nobis peccatum & hostia pro peccato, confitetur animi angustiam & peccatum. Non refellit aduersarios, sed sperans in patre, orat.

Psalmus Dauid in rememoratione, die sabbathi.

1 Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.
2 Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.
3 Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
4 Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me.
5 Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ.
6 Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar:
7 Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea. B
8 Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
9 Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus.
10 Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.
11 Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt:
12 Et qui iuxta me erant, delonge steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam:
13 Et *inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur, C
14 Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.
15 Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.
16 Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me Domine Deus meus.
17 Quia dixi, Nequando super gaudeant mihi inimici mei: & dum *commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. *commoueretur
18 Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper:
19 Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.
20 Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.
21 Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem,
22 Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris a me.
23 Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.

PSAL. XXXVIII.

Heb. 39

Fidelis calumniatoribus respondens, Breuitas & vanitas vitæ humanæ. In Deo heret. Orat peccata condonari sibi.

In finem pro Idithun canticum Dauid.

1 Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.
2 Posui ori meo custodiam cùm consisteret peccator aduersum me.
3 Obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis: & dolor meus renouatus est.
4 Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.
5 Locutus sum in lingua mea, Notum fac mihi Domine finem meum,
6 Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi.
7 Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.
8 Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.
9 Veruntamen in imagine pertransit homo: sed

sed & frustra conturbatur.
10 Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
11 Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea apud te est.
12 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me:
13 Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue a me plagas tuas.
14 A fortitudine manus tuæ ego defeci: In increpationibus propter iniquitatem, corripuisti hominem.
15 Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo.
16 Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe: lacrymas meas
17 Ne sileas: quoniã aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.
18 Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.

PSAL. XXXIX.

Heb. 40.

Christi gratiarum actio pro sui liberatione. Christus hostia pro peccatis nostris. Iustitiam, quæ peccator iustificatur, & misericordiam prædicauit Christus. Orat contra aduersarios. Exhortatio ad Lætitiã. Solicitus pro suis Deus.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

1 Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.
2 Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
3 Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos.
4 Et immisit in os meum cãticum nouum, carmen Deo nostro.
5 Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in Domino.
6 Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas.
7 Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
8 Annuntiaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.
9 *Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.
10 Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio.
11 In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatẽ tuam, Deus meus: volui, & legem tuam in medio cordis mei.
12 Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.
13 Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuũ dixi.
14 Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam a concilio multo.
15 Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas a me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
16 Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.
17 Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
18 Complaceat tibi Domine, vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice.
19 Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam vt auferant eam. D
20 Conuertantur retrorsum, & reuereantur simul qui volunt mihi mala:
21 Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge euge.
22 Exultent, & lętẽtur super te omnes quærentes te: & dicãt semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
23 Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus solicitus est mei.
24 Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

PSAL. XL.

Heb. 41.

Beati qui soliciti sunt de afflictis Christus orat pro peccatis nostris tanquam suis. Iudæ perfidia. Resurrectio Christi.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

1 Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus,
2 Dominus conseruet eũ, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.
3 Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
4 Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.
5 Inimici mei dixerunt mala mihi, Quãdo morietur, & peribit nomen eius?
6 Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.
7 Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum,
8 Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
9 Verbum iniquum cõstituerunt aduersum me, Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?
10 *Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit supra me supplantationem. Io 13. 1. 18. Act. 1. c. 16.
11 Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.
12 In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
13 Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
14 Benedictus Dominus Deus Israel a seculo & vsque in seculum: fiat, fiat.

PSAL. XLI.

Heb. 42.

Christianus suspirat ad Deum in tribulatione. Consolatur se quòd sit vnus ex eis quos suscipit Deus.

In finem, intellectus filiis Core.

1 Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anif.i.

ma mea ad te Deus.
2 Sitiuit anima mea ad Deum "fontem viuum:quando veniam & apparebo ante faciem Dei?
3 Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte:dum dicitur mihi quotidie,Vbi est Deus tuus?
4 Hæc recordatus sum,& effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei,
5 In voce exultationis & cõfessionis,sonus epulantis.
6 Quare tristis es anima mea?& quare conturbas me?
7 Spera in Deo,quoniam adhuc confitebor illi:salutare vultus mei,& Deus meus.
8 Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis,& Hermonii,à monte modico.
9 Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.
10 Omnia excelsa tua , & fluctus tui super me transierunt.
11 In die mãdauit Dominus misericordiam suam,& nocte canticum eius.
12 Apud me, oratio Deo vitæ meæ : dicam Deo,Susceptor meus es:
13 Quare oblitus es mei,& quare contrista tus incedo,dum affligit me inimicus?
14 Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi,qui tribulãt me inimici mei:
15 Dum dicunt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus:quare tristis es anima mea?& quare conturbas me?
16 Spera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor illi:salutare vultus mei,& Deus meus.

PSAL. XLII.

Orat afflictus illuminari cor suum verbo & promissionibus Dei.

Psalmus Dauid.

1 IVdica me Deus , & discerne causam meã de gente non sancta, ab homine iniquo & dolioso erue me,
2 Quia tu es Deus fortitudo mea,quare me repulisti? & quare tristis incedo,dum affligit me inimicus?
3 Emitte lucem tuam , & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt,& adduxerunt in montem sanctum tuum,& in tabernacula tua.
4 Et introibo ad altare Dei,ad Deum qui lætificat iuuenturem meam.
5 Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus:quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
6 Spera in Deo,quoniam adhuc cõfitebor illi:salutare vultus mei,& Deus meus.

PSAL. XLIII.

Terræ promissionis ob solam Dei voluntatem data fidelibus. In solo Deo sperandum , qui solus saluat propter scipsum.In tribulationibus à Deo derelicti,etiam in Deo sperant.

In finem,pro filiis Core ad intellectum.

1 DEus auribus nostris audiuimus:patres nostri annuntiauerunt nobis
2 Opus quod operatus es in diebus eorum: & in diebus antiquis.
3 Manus tua gentes disperdidit,& plantasti eos:afflixisti populos,& expulisti eos.
4 Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos; 5 Sed dextera tua,& brachium tuum, & illuminatio vultus tui : quoniam complacui in eis.
6 Tu es ipse Rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob:
7 In te inimicos nostros ventilabimus cornu,& in nomine tuo spernemus insurgẽtes in nobis.
8 Non enim in arcu meo sperabo:& gladius meus non saluabit me.
9 Saluasti enim nos de affligẽtibus nos : & odientes nos confudisti.
10 In Deo laudabimur tota die : & in nomine tuo confitebimur,in seculo.
11 Nunc autem repulisti & confudisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris.
12 Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros:& qui oderunt nos,diripiebãt sibi.
13 Dedisti nos tanquam oues escarum,& in Gentibus dispersisti nos.
14 Vendidisti populum tuum sine pretio : & non fuit multitudo in commutationibus eorum.
15 Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro.
16 Posuisti nos in similitudinem Gentibus: commotionem capitis in populis.
17 Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.
18 A voce exprobrantis & obloquentis , à facie inimici & persequentis.
19 Hæc omnia venerunt super nos , nec obliti sumus te : & iniquè non egimus in testamento tuo,
20 Et non recessit retrò cor nostrum:& declinasti semitas nostras à via tua.
21 Quoniã humiliasti nos in loco afflictionis,& cooperuit nos vmbra mortis.
22 Si obliti sumus nomen Dei nostri , & si expandimus manus nostras ad deum alienum.
23 Nõnne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.
24 *Quoniam propter te mortificamur tota die:æstimati sumus sicut oues occisionis.
25 Exurge,quare obdormis Domine? exurge,& ne repellas in finem.
26 Quare faciem tuam auertis, obliuiscaris inopiæ nostræ,& tribulationis nostræ?
27 Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: cõglutinatus est in terra venter noster.
28 Exurge Domine, adiuua nos : & redime nos propter nomen tuum.

PSAL. XLIIII.

Præfatio epithalamii,Christus sponsus.Gladius verbi Euangelii. Euangelii verbum conterens corda impiorum. Christus vultus Spiritu sancto in regem & sacerdotem. Fidelis Sponsa , Sponsus fidem requirit à sponsa, & abnegationem

abnegationem sui. Sponsa seipsam & sua offert. Credentes omnes Iudæis gentes successerunt.Nomen Christi sanctificandum.

In finem,pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum,canticum pro dilecto.

1 ERuctauit cor meum verbum bonum:dico ego opera mea regi.
2 Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.
3 Speciosus forma præ filiis hominum,diffusa est gratia in labiis tuis , propterea benedixit te Deus in æternum.
4 Accingere gladio tuo super femur tuũ, potentissime,
5 Speciẽ tua & pulchritudine tua, intende prospere,procede,& regna,
6 Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam,& deducet te mirabiliter dextera tua.
7 Sagittæ tuæ acutæ,(populi sub te cadẽt) in corda inimicorum regis.
8 Sedes tua Deus in seculum seculi , virga directionis virga regni tui.
9 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus , Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.
10 Myrrha & gutta & casia à vestimẽtis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te,Filiæ regum in honore tuo.
11 Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato,circundata varietate.
12 Audi filia,& vide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere populum tuum , & domum patris tui.
13 Et concupiscet rex decorem tuum , quoniam ipse est Dominus Deus tuus,& adora bunt eam.
14 Et filiæ Tyri,in muneribus vultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
15 Omnis gloria filiæ regis abintus,in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.
16 Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi.
17 Afferentur in lætitia & exultatione,adducentur in templum regis.
18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filii,constitues eos principes super omnem terram.
19 "Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem.
20 Propterea populi confitebũtur tibi in æternum,& in seculum seculi.

PSAL. XLV.

Populi fidelis , qui ciuitas Dei est , fiducia in Deum. Aduersarii fidelium conturbati. Pax per Christum.Exhortatio ad cognoscenda opera Dei.

In finem,filiis Core pro arcanis.

1 DEus noster refugium & virtus : adiutor in tribulationibus,quæ inuenerũt nos nimis.
2 Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.
3 Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt mõtes in fortitudine eius.
4 Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculũ suum Altissimus.
5 Deus in medio eius,non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.
6 Conturbatæ sunt gentes,& inclinata sunt regna:dedit vocem suam,mota est terra.
7 Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster Deus Iacob.
8 Venite,& videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella vsque ad finem terræ.
9 Arcum conteret , & confringet arma : & scuta comburet igni.
10 Vacate & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus , & exaltabor in terra.
11 Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster Deus Iacob.

PSAL. XLVI.

Gentes pronocantur ad laudandum Deum , ob misericordiam eis factam.

In finem,pro filiis Core.

1 OMnes gentes plaudite manibus:iubilate Deo in voce exultationis:
2 Quoniam Dominus excelsus,terribilis, Rex magnus super omnem terram.
3 Subiecit populos nobis:& gentes sub pedibus nostris.
4 Elegit nobis hæreditatem suam,speciem Iacob "quam dilexit.
5 Ascendit Deus in iubilo , & Dominus in voce tubæ.
6 Psallite Deo nostro,psallite:psallite Regi nostro,psallite.
7 Quoniam Rex omnis terræ Deus:psallite sapienter. "Regnabit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.
8 Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahã: quoniam dii fortes terræ,vehementer eleuati sunt.

PSAL. XLVII.

Initium nascentis ecclesiæ in Ierusalem describitur.Commotio Regum in prædicatione Euangelii. Christus missus in ruinã promissionem patriis .Exhortatio ad lætitiam.

Psalmus cãtici,filii Core secunda sabbathi.

1 MAgnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.
2 Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion,latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.
3 Deus in domibus eius cognoscetur , cùm susceperit eam.
4 Quoniam ecce reges terræ cõgregati sunt, conuenerunt in vnum.
5 Ipsi videntes sic admirati sunt,conturbati sunt,commoti sunt,tremor apprehendit eos.
6 Ibi,dolores vt parturientis:in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.
7 Sicut audiuimus , sic vidimus in ciuitate Domini virtutum , in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.
8 Suscepimus Deus misericordiam tuam

in medio templi tui.
9 Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.
10 Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine.
11 Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius.
12 Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.
13 Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum & in seculum seculi: & ipse reget nos in secula.

Heb.49.

PSAL. XLVIII.

Christus vocat omnes ad audiendum verbum. In parabolis Christus locutus. Christus ab Iudæis impetitus. Diuitiæ. Christus solus redemptor. Diuites impii. Resurrectio Christi. Exhortatio ne pereamus cum obsidentibus in diuitiis.

In finem, filiis Core,

1 AVdite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem,
2 Quique terrigeni & filii hominum: simul in vnum diues & pauper.
3 Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.
4 Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionē meam.
5 Cur timebo in die malā: iniquitas calcanei mei circundabit me:
B 6 Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.
7 Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem suam,
8 Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.
9 Non videbit interitum, cùm viderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt.
10 Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum, domus illorum in æternum.
C 11 Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerūt nomina sua in terris suis.
12 Et homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est illis.
13 Hæc via illorum, scandalū ipsis: & posteà in ore suo complacebunt.
14 Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
15 (Et dominabuntur eorum iusti in matutino) & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.
D 16 Verumtamen Deus redimet animā meā de manu inferi, cùm acceperit me.
17 Ne timueris cùm diues factus fuerit homo: & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius.
18 Quoniam cùm interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius.
19 Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cùm benefeceris ei.
20 Introibit vsq; in progenies patrū suorum: & vsq; in æternū non videbit lumen.
21 Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

PSAL. XLIX.

Heb.50.

Iudicium exitiosum minatur propheta. Sacrificia veteris legis reiicit Deus. Vota, quæ & laudes. Inuocandus Deus. Ab impiis non vult Deus verbum suum annuntiari. Sacrificium laudis.

Psalmus Asaph.

1 DEus deorum Dominus locutus est: & vocauit terram.
2 A solis ortu vsque ad occasum: ex Sion species decoris eius.
3 Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit.
4 Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.
5 Aduocauit cælum désursum: & terram discernere populum suum. Aduocabit
6 Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia:
7 Et annūtiabunt cæli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est. B
8 Audi populus meus, & loquar: Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.
9 Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.
10 Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos:
11 Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarū, iumenta in montibus & boues.
12 Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agri mecum est.
13 Si esuriero non dicā tibi: meus est enim C orbis terræ, & plenitudo eius.
14 Nunquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo?
15 Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua.
16 Et inuoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me.
17 Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?
18 Tu verò odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum:
19 Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.
20 Os tuum abūdauit malitia: & lingua tua D concinnabat dolos.
21 Sedens, aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc feciti, & tacui.
22 Existimasti iniquè, quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.
23 Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat.
24 Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

Heb.51.

PSAL. L.

Per legem cognitio peccati, fidelia inuocas Dei misericordiam. Pax à peccatis per Christum. Cor & Spiritum suum sanctum petit. Laus

Dei. Sacrificium Dei Ecclesiam Dei. Prædicatione Euangelii ædificati erat. Vituli labiorum, laudes.

In finem, Psalmus Dauid cùm venit ad eū Nathan propheta, quando intrauit ad Bethsabee, 2.Reg.12.

1 MIserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.
2 Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.
3 Amplius lauā me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.
4 Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.
B 5 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.
6 Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.
7 Ecce enim veritatem dilexisti incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
8 Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super nivem dealbabor.
9 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.
10 Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
C 11 Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in visceribus meis.
12 Ne proijcias me à facie tua: & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.
13 Redde mihi lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirma me.
14 Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te conuertentur.
15 Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.
D 16 Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.
17 Quoniam si voluisses sacrificiū, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.
18 Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum, Deus non despicies.
19 Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ierusalem.
20 Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Hebr. 52.

PSAL. LI.

Impius deseribitur. Impiorum lapsus: eruditio est piis. Pii in misericordia Dei iuuat.

In finem, intellectus Dauid, cùm venit ad eum Doeg Idumæus, & annuntiauit Sauli & dixit. Venit Dauid in domū Abimelech.

Achimelech.

1 QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?
2 Tota die iustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
3 Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quàm loqui æquitatem.
4 Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa:
linguam dolosam.
5 Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.
6 Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt: & dicent, Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum,
7 Sed speranit in multitudine diuitiarum suarum: & prævaluit in vanitate sua.
8 Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi.
9 Confitebor tibi in seculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniā bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

PSAL. LII.

Hebr. 53.

Quales sunt infideles, vide Psal.13.

In finem, pro Amaleth intelligentia Dauid

d

1 DIxit insipiens in corde suo, Non est Deus.
2 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.
3 Deus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.
4 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
5 Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam vt cibum panis?
6 Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.
7 Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.
8 Quis dabit ex Sion salutare Israel? cùm conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

PSAL. LIII.

Hebr. 54

Inuocatio contra impios. Gratiarum actio.

In finem, in carminibus intellectus Dauid cum venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul, Nónne Dauid absconditus est apud nos?

1.Reg.23. c.19,26.d. 10.

1 DEus, in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.
2 Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
3 Quoniam alieni insurrexerunt aduersùm me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
4 Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.
5 Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.
6 Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est:
7 Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus,

PSAL. LIII.

Hebr. 55.

Christus petit liberari ab inimicis. Fugiens Iudæi, orat contra eos. Conquerunt de Iuda de-

mestitiæ prodiisse. Exauditur. Sollicitudo in Deum reiicienda. Impiorum interitus.

In finem, in carminibus intellectus Dauid.

1 EXaudi Deus orationem meam, & ne
despexeris deprecationem meã: intende
mihi, & exaudi me.
2 Contristatus sum in exercitatione mea: &
conturbatus sum à voce inimici, & à tribu
latione peccatoris.
*Iniquita tem, 3 Quoniam declinauerũt in me *iniquitates,
& in ira molesti erant mihi.
4 Cor meum conturbatum est in me: & for
mido mortis cecidit super me.
5 Timor & tremor venerunt super me: &
contexerunt me tenebræ:
6 Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut co
lumbæ, & volabo, & requiescam?
7 Ecce elongaui fugiens: & mansi in soli
tudine.
B 8 Expectabam eum qui saluum me fecit à
pusillanimitate spiritus, & tempestate.
*& 9 Præcipita Domine, "diuide linguas eorũ:
quoniam vidi iniquitatem & contradictio
nem in ciuitate,
10 Die ac nocte circundabit eam super mu
ros eius: iniquitas & labor in medio eius,
& iniustitia.
11 Et non defecit de plateis eius vsura &
dolus.
12 Quoniam si inimicus meus maledixisset
mihi, sustinuissem vtique.
13 Et si is qui oderat me, super me magna
locutus fuisset, abscondissem me forsitan
ab eo.
14 Tu verò homo vnanimis, dux meus &
notus meus,
15 Qui simul mecum dulces capiebas ci
bos: in domo Dei ambulauimus cum con
sensu.
C 16 Veniat mors super illos: & descendant in
infernum viuentes:
17 Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum
in medio eorum.
18 Ego autem ad Deum clamaui: & Domi
*saluauit nus *saluabit me.
19 Vespere, & mane, & meridie narrabo &
annunciabo, & exaudiet vocem meam.
20 Redimet in pace animam meam ab his
qui appropinquant mihi: quoniam inter
D multos erant mecum.
21 Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui
est ante secula.
22 Non enim est illis commutatio, & non ti
muerunt Deum: extendit manum suam in
retribuendo.
23 Contaminauerunt testamentum eius, di
uisi sunt ab ira vultus eius: & appropin
quauit cor illius.
24 Mollita sunt sermones eius super oleum,
& ipsi sunt iacula.
*Mat. 6. d. 25, Luc. 12. 6, 22. 2. Pet. 3. b. 7. 25 *Iacta super Dominum curã tuam, & ipse te enutriet: & non dabit in æternum fluctuationem iusto.
26 Tu verò Deus deduces eos in puteum
interitus.
27 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabũt
dies suos, ego autẽ sperabo in te Domine.

PSAL. LV. Heb. 56.

Christus & sui in tribulatione Deo patri fidentes. Vota sua quæ vocat laudem, Deo reddit, Laudans eum.

In finem, pro populo qui à sanctis longè factos est, Dauid in tituli inscriptione, *cũ tenuerunt eum Allophyli in Geth. 1. Reg. 21. d. 12.

1 MIserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.
2 Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniã multi bellantes aduersum me.
3 Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.
4 In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.
5 Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum, in ma lum.
6 Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
7 Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.
8 Deus, vitam meam annuntiaui tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.
9 Sicut & in promissione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorsum,
10 In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es.
11 In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.
12 In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, *laudatio nes laudationis tibi.
13 Quoniam eripuisti animam meã de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

PSAL. LVI. Hebr. 57.

Gloriatur Christus se eorum omnibus malis. Christus post resurrectionem annunciat peccatorum remissionem per se factam iuxta promissionem.

In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, * cùm fugeret à facie Saul regis Israel, in speluncam. *2. Reg. 22. a. 1. & 24. 4.

1 MIserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.
2 Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.
3 Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.
4 Misit de cælo, & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me.
5 Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus.
6 Filii hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum, gladius acutus.
7 Exaltare super cælos, Deus: & "in omni terra gloria tua. *"in omnẽ terram
8 Laqueum parauerunt pedibus meis, & incurauerunt animam meam.
9 Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam.

Pauerunt

10 Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cãtabo, & psalmum dicam Domino.
11 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo.
12 Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus:
13 Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.
14 Exaltare super cælos Deus: & super omnem terram gloria tua.
Hebr. 58.

PSAL. LVII.

Exhortatio ad impios nolentes Euangelium suscipere. Impiorum execratio. Iustorum gaudium in punitione impiorum.

In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione.

1 SI vere vtiq; iustitiam loquimini: *recte iudicate filii hominum?
*Abalie- na, vel nã
2 Etenim in corde iniquitates operamini: in terra & iniustitias manus vestræ cõcinnat
3 "Alienati sunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.
4 Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.
5 Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.
6 Deus cõteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.
7 Ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
8 Sicut cera quæ fluit auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.
9 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes " sicut in ira absorbet eos.
10 Lætabitur iustus cùm viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
11 Et dicet homo, Si vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicans eos in terra.
Hebr. 59.

PSAL. LVIII.

Fidelis petit auxilium contra aduersarios. Inimici conuertẽs se verbum audiunt, non credũt, sed in peccatis perseuerant. Gratiarum actio fidelium.

In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodiuit domum eius vt interficeret eum.

1 ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.
2 Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.
3 Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes,
4 Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.
5 Exurge in occursum meum, & vide, & tu Domine Deus virtutum, Deus Israel,
B 6 Intende ad visitandas omnes gentes: non misereris omnibus, qui operantur iniquitatem,
7 "Conuertantur ad vesperam: & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. * Conuer tentur
8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audiuit?
9 Et tu Domine deridebis eos: & ad nihilũ deduces omnes gentes.
10 Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia eius præueniet me.
C
11 Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei.
12 Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine,
13 Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.
14 Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in consummatione, in ira consummationis, & non erunt.
15 Et scient quia Deus "dominabitur Iacob, & finium terræ. *domina tur
16 "Conuertentur ad vesperã, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. *Et
D
17 Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.
18 Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo manè misericordiam tuam.
19 Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.
20 Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus misericordia mea.

PSAL. LIX. Heb. 60.

Iratus Deus contra populum. Promisso auxilio ctedentibus Iudæis, Deus subiecit gentes aduersarias. Auxilium à Deo.

*In finem, pro iis qui immutabuntur. in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam in valle Saliuarum duodecim millia. *2. Reg. 8. a 1. & 10. a. 1. par. 18 a. 1.

1 DEus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & misertus es nobis.
2 Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.
3 Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
4 Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus:
5 Vt liberentur dilecti tui: salũum fac dextera tua, & exaudi me.
6 Deus locutus est in sancto suo, lætabor, & partibor Sichimam, & conualliẽm tabernaculorum metibor.
7 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.
8 Iuda Rex meus: Moab olla spei meæ.
9 In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.
10 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?
11 Nonne tu Deus qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?
12 Da nobis auxilium de tribulatione: "& *quia

ff ijit.

vana salus hominis.
13 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Hebr.51.

PSAL. LX.

Fidelest liberati, & adepti vitam æternam promissam. Christus rex æternus. Laudandus Deus.

In finem, in hymnis Dauid.

1 EXaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.
2 A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.
3 Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.
4 Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.
5 Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.
6 Dies super dies Regis adijcies: annos eius vsq; in diem generationis & generationis.
7 "Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eus quis requiret?
8 Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: & reddam vota mea de die in diem.

"Perma. nebit

Hebr.61.

PSAL. LXI.

Iustus protegit se in Deum in aduersis. Sperandum in Deo, Vanitas homo. Iniquitas, Rapina. Diuitiæ. Potentia & misericordia.

In finem, pro Idithun, Psalmus Dauid.

1 NOnne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.
2 Nam & ipse Deus meus, & saluatoris meus susceptor meus, non mouebor amplius.
3 Quousque irruitis in hominem: interficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ.
4 Verumtamen pretium meum cogitauerũt repellere, cucurrit in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.
5 Verumtamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.
6 Quia ipse Deus meus & saluator meus: adiutor meus, non emigrabo.
7 In Deo saluare meũ, & gloria mea: Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est.
8 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.
9 Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
10 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.
11 Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: *quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

*Matt.16.d. 27.19.m.2 a.6. ..cor. 2.b.2. gal. 6.b.5. Hebr.63.

PSAL. LXII.

Grauiat agit Deo fidelis quòd nunquam eum deserat.

Psalmus Dauid cùm esset in deserto Idumææ, 1.Reg.22.

1 DEus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea,
2 In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
3 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
4 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
5 Sicut ádipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.
6 "Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
7 Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me susceptit dextera tua.
8 Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradẽtur in manus gladii, partes vulpium erunt.
9 Rex verò lætabitur in Deo, "laudabitur omnes qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

'Si

"Laudabitur omnis quod iurat

Hebr.64.

PSAL. LXIII.

Precatio contra delatores. Delatorum ingenium. Vltio eorum.

In finem Psalmus Dauid.

1 EXaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam.
2 Protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.
3 Quia exacuerũt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum.
4 Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam:
5 Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?
6 Scrutati sunt iniquitates, defecerũt scrutantes "scrutinio.
7 Accedet homo 'ad cor altum: & exaltabitur Deus,
8 Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.
9 Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.
10 Et annuntiauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.
11 Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

"scrutinia

'& tur

PSAL. LXIIII.

Laus in ecclesia Christi, in qua remissio peccatorum. Salus & spes nostra Deus. Ab Oriente & Occidente venturi in ecclesiam, super quos effundendus spiritus Dei.

In finem, Psalmus Dauid, Canticum Ieremiæ & Ezechiæ populo transmigrationis: quando incipiebant proficisci.

1 TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem,

Exaudi

2 Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
3 Verba iniquorũ præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.
4 Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.
5 Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.
6 Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terræ, & in mari longe.
7 Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.
8 Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitãt terminos, à signis tuis: exitus matutini & vesperæ delectabis.
9 Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
10 Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.
11 Rivos eius "inebria, multiplica genimina eius: in stillicidiis eius lætabitur germinans.
12 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.
13 Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.
14 Induti sunt arietes ouium, & valles abũdabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

"ina. 'nebria

Heb.66.

PSAL. LXV.

Inuitatur populus gentium ad laudem Dei. Post tribulationes exultatio. Gratiarum actio pro sui liberatione. Quomodo exaudimur.

In finem, Canticum psalmi resurrectionis.

1 IVbilate Deo omnis terra, Psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius
2 Dicite Deo, Quàm terribilia sunt opera tua Domine? in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
3 Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
4 Venite & videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.
5 Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.
6 Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super Gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
7 Benedicite Gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius,
8 Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.
9 Quoniã probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.
10 Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.
11 Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.
12 Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.
13 Et locutum est os meum in tribulatione mea.
14 Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.
15 Venite, & audite: & narrabo, omnes qui timeris Deum quanta fecit animæ meæ.
16 Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.
17 Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.
18 Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.
19 Benedictus Deus qui non amouit orationẽ meam, & misericordiam suam à me.

D

Heb. 67.

PSAL. LXVI.

Petit fidelis illuminari à Deo, & doceri.

In finem, in hymnis Psalmus cantici Dauid.

1 DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultũ suum super nos, & misereatur nostri:
2 Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.
3 Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.
4 Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra 'dirigis.
5 Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum:
6 Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuent eum omnes fines terræ.

'diriges

PSAL. LXVII.

Hebr. 68.

In hostes Euangelii oratio. Exhortatio ad laudandum Christum. Pupilli. Viduæ. Refractio Christi. Spiritus sanctus. Prædicatores missi vt peccatores à peccatis purgentur. Mons, ecclesia, Dona data per Christum. Congratulatio ecclesiæ quòd saluata sit per Christum. Iudæorum excidium ob contemptum Christum. Euangelium orbi renouatum. Gloria Christo canenda propter victoriam. Perficiat quod incepit Deus in nobis. Inimici Euangelii. Gentium conuersio.

In finem, Psalmus cantici ipsi Dauid.

1 EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius.
2 Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.
3 Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.
4 Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.
5 "Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius, patris orphanorum & iudicis viduarum.
6 Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo:
7 Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in

'Et

sepulchris.
2 Deus cum egrederereris in cōspectu populi tui, cum pertransires in deserto:
9 Terra mota est, etenim cæli destillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.
B 10 Pluuiam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti in eam.
11 Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.
12 Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.
13 Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.
14 Si dormiaris inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.
15 Dum discernit celestis reges super eam, nive dealbantur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.
16 Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?
17 Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.
18 Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sinai in sancto.
Ephes. 4. 8. 19 *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus:
C 20 Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.
21 Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorum.
22 Deus noster Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.
23 Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.
24 Dixit Dominus, Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris:
25 Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
26 Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.
27 Præcenerunt principes coniuncti psallentibus, & in medio iuuencularum tympanistriarum.
D 28 In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.
29 Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu:
30 Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali
31 Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.
32 A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent reges munera.
33 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sunt argento.
34 Dissipa gentes, quæ bella volunt: venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet manus eius Deo.
35 Regna terræ cantate Deo: psallite Domino,
36 Psallite Deo qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem.
37 Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo, super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.
38 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem Plebi suæ: benedictus Deus.

Hebr. 69.

PSAL. LXVIII.

Christus in angustia mortis inuocat Deum. Propter peccata nostra patitur Christus. Precatur ne ob afflictiones suas auertantur fideles à se. Christus satisfactio pro peccatis. Iniquitates Christo factæ. Non cessat orare in angustiis. Nemo illum consolatur. Iudæorum crimen ob contemptum Christum. Laudat Christus patrem, quòd exiit glorificatus sit. Exhortatio ad quærendum Deum, & laudandum.

In finem, pro iis qui commutabuntur, Dauid.

1 SALVUM me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.
2 Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.
3 Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.
4 Laboraui clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.
5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.
6 Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tunc exoluebam.
7 Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.
8 Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.
9 Non confundantur super me qui quærunt te Deus Israel.
10 Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.
11 Extraneus factus sum fratribus meis, & B peregrinus filiis matris meæ.
Ioan. 2. d. 18. Ro. 15. c. 3. 12 *Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & *opprobria exprobrantium tibi, cecidерunt super me.
13 Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.
14 Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam.
15 Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.
16 Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.
17 In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.
18 Eripe me de luto, vt non infigar: liberа me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.
19 Non me demergat tempestas aquæ, neqs absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.
20 Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice "in me.
21 Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: C quoniam

quoniam tribulor velociter exaudi me.
22 Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.
23 Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam:
24 In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meū & miseriam.
25 Et sustinui qui simul contristaretur, & nō fuit: & qui consolaretur, & non inueni.
Mat. 27. f. 48. 26 Et dederunt in escam meam fel: *& in siti mea potauerunt me aceto.
*retributionem 27 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in *retributiones, & in scandalum.
28 Obscurantur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.
29 Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
30 Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
D 31 Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
32 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent iustitiam tuam.
33 Deleantur de libro viuentium: & cum iustis non scribantur.
34 Ego sum pauper & dolēs: Salus tua Deus suscepit me.
35 Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude:
36 Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas,
37 Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra.
38 Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
39 Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis,
40 Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
41 Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.
42 Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Hebr. 70.

PSAL. LXIX.

Christus cum membris exauditur à patre.

In finem, Psalmus Dauid, in rememoratione, quòd saluum fecerit eum Dominus.
1 DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.
2 Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam:
3 Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala.
4 Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, Euge, Euge,
5 Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te, & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
6 Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.
7 Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

PSAL. LXX. Hebr. 70

Petit Christus liberari, vt postea patrem laudet. Pro senescente ecclesia orat, in qua refrigescit charitas. Constantia fidei & confessionis. Tentationibus vtilis fortius fidere discimus.

Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & prior rum captiuorum.
1 IN te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.
2 Inclina ad me aurem tuam: & salua me.
3 Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias.
4 Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.
5 Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui:
6 Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea.
7 In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus: B
8 In te cantatio mea semper: tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.
9 Repleatur os meum laudem vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.
10 Ne proiicias me in tempore senectutis: cùm *deficiet virtus mea, ne derelinquas me, *defecerit
11 Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum,
12 Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat.
13 Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.
14 Confundantur, & deficiant detrahentes C animæ meæ: operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi.
15 Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnem laudem tuam.
16 Os meum annuntiabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.
17 Quoniam non cognoui literaturam, introibo in *potentiam Domini: Domine me morabor iustitiæ tuæ solius. *potentias
18 Deus docuisti me à iuuentute mea & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua. D
19 Et vsque in senectam & senium, Deus, ne derelinquas me.
20 Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est:
21 Potentiam tuam & iustitiam, Deus, vsque in altissima quæ fecisti magnalia. Deus quis similis tibi?
22 Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me:
23 Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me.
24 Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus, psallam tibi in cithara, Sanctus Israel.

Universidad de Deusto Biblioteca

25 Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti.
26 Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Hebr. 72.

PSAL. LXXI.

De regno Christi, & gentium vocatione. Regnum Christi æternum. Gentes Iudeis vicinæ Christo oredentes. Peccata agnoscentem liberat Christus. Per Christum benedictio. Gratiarum actio.

Psalmus in Salomonem.

1 DEus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis,
2 Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.
3 Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.
4 Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

*generationum

5 Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione* & generationem.
B 6 Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.
7 Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna.
8 Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.
9 Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent.
C 10 Reges Tharsis & insulæ munera offerēt: reges Arabum & Saba dona adducent:
11 Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei.
12 Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.
13 Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.
14 Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo:
D 15 Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

*legendū frumentum

16 Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum *fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.
17 Sit nomen eius benedictum in sæcula: ante solem permanet nomen eius,
18 Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.
19 Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus:
20 Et benedictum nomen maiestatis eius in æternū, & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.
21 Defecerunt laudes filii Dauid.

Hebr. 73.

PSAL. LXXII.

Grauis tentatio sanctis ex prosperitate impiorum. Intentius impiorum fidetē Deus instruit. Deus post. fio sanctorū. Spirituale adulteriū.

Psalmus Asaph.

1 QVàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde:
2 Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt egressus mei,
3 Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.
4 Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.
5 In labore hominum non sunt & cum hominibus non flagellabuntur:
6 Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.
7 Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis:
B 8 Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.
9 Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.
10 Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.
11 Et dixerunt, Quomodo scit Deus, & si est sciet. in excelso? *sciuit

12 Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias.
13 Et dixi, Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas?
14 Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.
C 15 Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
16 Existimabam vt cognoscerem hoc: labor est ante me,
17 Donec intrem in sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum.
18 Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum allcuarentur.
19 Quomodo facti sunt in desolationem: subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.
20 Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
21 Quia inflamatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: & ego ad nihilum re
D dactus sum, & nesciui. D
22 Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.
23 Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.
24 Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?
25 Defecit caro mea & cor meum: Deus* cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
26 Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt? perdidisti omnes qui fornicantur abs te.
27 Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam:
28 Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

Hebr. 74.

PSAL. LXXIII.

Dei populus d. flet captiuitatem, in quam ob peccata traditus est.

Intellectus Asaph.

1 VT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?

Memor

2 Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.
*montem 3 Redemisti virgam hæreditatis tuæ: *mons Sion in quo habitasti in eo.
4 Leua manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto?
5 Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuæ.
6 Posuerunt signa sua, signa: & non cognouerunt sicut in exitu super summum.
B 7 Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam.
4. Reg. 25. 8 *Incenderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculū nominis tui.
9 Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.
10 Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: & nos non cognoscet* amplius.
11 Vsquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finem?
12 Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?
C 13 Deus autem rex noster ante sæcula: operatus est salutem in medio terræ.
14 Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.
15 Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Æthiopum.
16 Tu diripuisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios Etham.
17 Tuus est dies, & tua est nox. tu fabricatus es auroram & solem.
18 Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver, tu plasmasti ea.
D 19 Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum.
*animam confitentium 20 Ne tradas bestiis *animas confitentium tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
21 Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.
22 Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.
23 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.
24 Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

Hebr. 75.

PSAL. LXXIIII.

Christus cum suis laudat patrem. De extremo iudicio in eos qui Christum audire noluerunt.

In finem, Ne corrumpas, Psalmus cantici Asaph.

1 CONfitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.
2 Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
3 Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in eaego confirmaui columnas eius.
4 Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu.
5 Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem:
6 Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: quoniam Deus iudex est.
7 Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus misto:
8 Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.
9 Ego autem annuntiabo in sæculum: cantabo Deo Iacob.
10 Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti?

Hebr. 76.

PSAL. LXXV.

Iudaici populi gloria, inter quos Christus habitauit, & eos protexit. Exhortatio ad gratiarum actionem.

In finem in laudibus, Psalmus Asaph.

1 NOtus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius.
2 Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.
3 Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.
4 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
5 Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
6 Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos.
7 Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
8 De cælo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit.
9 Cùm exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
10 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
11 Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.
12 Terribili & ei, qui aufert spiritum principum, terribili apud omnes reges terræ.

Hebr. 77.

PSAL. LXXVI.

In vehementi tentatione orat fidelis. Consolationem à Deo recipit fidelis.

In finem pro Idithun, Psalmus Asaph.

VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.
2 In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus:
3 Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.
4 Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.
5 Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in monte habui.
6 Et meditatus sum nocte cum corde meo: & exercitabar, & scopebam spiritū meum

B

7 Nunquid in æternum proiiciet Deus? aut non apponet vt complacitior sit adhuc?
8 Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem?
9 Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?
10 Et dixi. Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.
11 Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
12 Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
13 Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.
14 Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph.
15 Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.
16 Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
17 Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.
18 Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra.
19 In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
20 *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron.

Exod.14. c.19

PSAL. LXXVII.

Heb.78

Christus populum suum alloquitur, quem vult legem suam audire. Admonet vt exemplis maiorum docti redeant in viam. Filii docendi. Spes. Rebelles Iudæi. Petra. Tentare Deum. Credere. Sperare. Manna. Carnes. Fides. Quærere Deum. Red. mptor. Cor. Misereors Deus. Cæco. Plaga Ægypti. Primogenita. Exitus ex Ægypto. Rebelles & idololatræ. Dauid electus in regem Israeliticum.

Intellectus Asaph.

1 Attendite populo meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
2 *Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.
3 Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis,
4 Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera,
5 Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.
6 Et fuscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.
7 Quanta mandauit patribus nostris notas facere ea filiis suis: vt cognoscat generatio altera.
8 Filii qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis,
9 Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant,
10 Ne fiant sicut patres eorum, generatio prava & exasperans,
11 Generatio, quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.
12 Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.
13 Non custodierunt testamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.
14 Et obliti sunt beneficiorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.
15 Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.
16 *Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vre.
17 *Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
18 Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa:
19 Et eduxit aquam de petra: & deduxit tanquam flumina aquas.
20 Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso.
21 Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis.
22 *Et male locuti sunt de Deo: dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?
23 *Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt:
24 *Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?
25 Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel.
26 Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius.
27 Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit.
28 *Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.
29 Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
30 *Transtulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum.
31 Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata,
32 Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.
33 Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo.
34 Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.
35 Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.
36 In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.
37 Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.
38 Cum occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad Deum.
39 Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.
40 Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.
41 Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
42 Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.

Et abunda

43 Et abundauit vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam:
44 Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.
45 Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso?
46 Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum: & sanctum Israel exacerbauerunt.
47 Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis,
48 Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos:
49 *Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.
50 *Misit in eos cynomiam, & comedit eos: & ranam, & disperdit eos.
51 *Et dedit ærugini fructus eorum: & labores eorum locustæ.
52 *Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.
53 Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessionem eorum igni.
54 Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos.
55 Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte concluſit.
56 *Et percussit omne primogenitum in Terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
57 *Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto:
58 Et eduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.
59 Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisiuit dextera eius.
60 *Et eiecit à facie eorum Gentes: & sorte diuisit eis terrã in funiculo distributionis:
61 Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.
62 Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius non custodierunt.
63 Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum.
64 In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.
65 Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel:
66 *Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.
67 Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
68 Et concluſit in gladio populum suum: & hæreditatem suam spreuit.
69 Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.
70 Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.
71 Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino:
72 Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
73 Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephrem non elegit:
74 Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.
75 Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra quam fundauit in seculum:
76 *Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium. De post fœtantes accepit eum,
77 *Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam.
78 Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

PSAL. LXXVIII.

Iudæorum querimonia coram Deo ob destructam Ierusalem.

Psalmus Asaph.

1 Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
2 Posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.
3 Effuderunt sanguinem eorum, tanquam aquam, in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
4 Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.
5 Vsquequo Domine irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus?
6 *Effunde iram tuam in Gentes quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt:
7 Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt.
8 *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.
9 Adiuua nos Deus salutaris noster, propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum:
10 Ne forte dicat: in Gentibus, Vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.
11 Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est: introcat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
12 Secundum magnitudinem brachii tui possede filios mortificatorum.
13 Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobauerunt tibi Domine.
14 Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum.
15 In generatione & generationem annuntiabimus laudem tuam.

Psalmus LXXIX.

Oratio populi Israelitici, ob peccata sua in manus aduersariorum traditi. Vinea pro populo Israel. Orant vt Christus auxiliator nascatur.

In finem pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus.

Ephraim

1.Reg.16. c.11.& 2. reg.7.8.

3.Reg.5. 4.20.

Heb.79

In generationem Heb.20

1 QVi regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph.
2 Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse.
3 Excita potentiam tuam, & veni vt saluos facias nos.
4 Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
5 Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem serui tui?
B 6 Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensura?
7 Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.
8 Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
9 Vineam de AEgypto transtulisti: & eiecisti Gentes, & plantasti eam.
10 Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram.
C 11 Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros Dei.
12 Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius.
13 Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?
14 Exterminauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastatus est eam.
15 Deus virtutum conuertere: respice de cælo, & vide, & visita vineam istam.
16 Et perfice eam quam plantauit dextera tua: & super filium hominis quem confirmasti tibi.
17 Incensa igni & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt.
18 Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.
D 19 Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.
20 Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

PSAL. LXXX.

Hebr.81 *Adhortatur propheta Israelitas vt festum agant ob liberationē. Qui soli Deo fidit, salum Deum audit, & ambulat in viis eius, liberabitur ab eo.*

In finem pro torcularibus Psalmus ipsi Asaph, quinta sabbathi.

1 EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.
2 Sumite Psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.
3 Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ,
4 Quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob. Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra AEgypti: linguam quam non nouerat audiuit.
Gen.45. f.5. B 5 Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.
6 In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis: Psal.17. f.6. *probaui te apud aquam contradictionis.
7 *Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis deum alienum. Exod.20. a.2. C
8 Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra AEgypti: dilata os tuum, & implebo illud.
9 Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.
10 *Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Act.14. c.16. D
11 *Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset, Baruch.3. b.13.
12 Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.
13 Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in seculum.
14 Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra melle saturauit eos. Hebr.82.

PSAL. LXXXI.

Hortatur principes vt iustitia stupeant.

Psalmus Asaph.

1 DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diudicat.
2 Vsquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?
3 Iudicate egeno & pupillo: humilē & pauperem iustificate.
4 *Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. Prouer.24 b.11.
5 Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.
6 *Ego dixi, Dii estis, & filii excelsi omnes. Iste locus exponitur à Christo to.10.6. g.34.
7 Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.
8 Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Heb.83

PSAL. LXXXII.

Regatur Deus vt feriatur repellat aduersarios veritatis.

Canticum Psalmi Asaph.

1 DEus quis similis erit tibi? ne taceas neque compescaris Deus.
2 Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.
3 Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
4 Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel vltra.
5 Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ,
6 Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.
7 Et enim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot. Iudic.7. f.12. Iudic.6. c.15.
8 *Fac illis sicut Madian & Sisaræ: *sicut Iabin in torrente Cisson.
9 Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ. Iudic.7. g.25.
10 *Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb,

Zeb, & Zebee, & Salmana.
11 Omnes principes eorum, qui dixerunt, Hæreditate possidemus sanctuarium Dei.
D 12 Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti:
13 Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes.
14 Ita persequēris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.
15 Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.
16 Erubescant & conturbentur in seculum seculi, & confundantur & pereant.
17 Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus Altissimus *in omni terra.

*super omnē terram. Psal.96.

PSAL. LXXXIII.

Fideles ex hac lacrymarum valle cupiunt ascendere in montem Dei.

In finem, pro torcularibus filiis Core.

1 QVàm dilecta tabernacula Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.
2 Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.
3 Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.
B 4 Altaria tua Domine virtutum, Rex meus & Deus meus.
5 Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.
6 Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascēsiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum in loco quem posuit.
C 7 Etenim *benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.
8 Domine Deus virtutum exaudi orationē meam, auribus percipe Deus Iacob.
9 Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui,
10 Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia.
D 11 Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.
12 *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus:
13 Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

*benedictiones

*Dominus.

Hebr.81.

PSAL. LXXXIIII.

Gratia & remissio peccatorum per Christum. Misericordia & remissio peccatorum facta: vnde oritur pax in cordibus.

In finem, filiis Core.

1 BEnedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.
2 Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.
3 Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.
4 Conuerte nos Deus Salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis.
5 Nunquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?
6 Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te.
7 Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & Salutare tuum da nobis.
8 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.
9 Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. C
10 Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra.
11 Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt.
12 Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. D
13 Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.
14 Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos.

PSAL. LXXXV. Heb.86.

Christus in forma serui erat ex horrore inferorū liberati. Gentium vocatio. Gloriatur se liberatum, misericordiā & patientiam Dei commendans.

Oratio ipsi Dauid.

1 INclina Domine aurē tuā, & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego.
2 Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.
3 Miserere mei Domine, quoniam ad te *clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animā meam leuaui. *clamabo
4 *Quoniam tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Ioel 2.c.13 B
5 Auribus percipe Domine orationē meā, & intende voci deprecationis meæ.
6 In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me.
7 Non est similis tui in diis Domine, & non est secundum opera tua.
8 Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum: C
9 Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.
10 Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.
11 Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomē tuum in æternum:
12 Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.
13 Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagōga potentium quæsierunt animam meam, & no proposuerunt te in conspectu suo. D
14 Et tu Domine Deus miserearor & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, &

verax.
15 Respice in me,& miserere mei, da imperium tuum puero tuo:& saluum fac filium ancillæ tuæ.
16 Fac mecum signum in bonum,& videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Heb.87. PSAL. LXXXVI.

Gratia Euangelii super Iudæos & Gentes Spiritu Dei regenerator.

Filiis Core Psalmus cantici.

1 FVndamenta eius in montibus sanctis,diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.
2 Gloriosa dicta sunt de te,ciuitas Dei.
3 Memor ero Raab, & Babylonis scientium me.
4 Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum,hi fuerunt illic.
5 Nunquid Sion dicet,Homo,&homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus?
6 Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum,horũ qui fuerunt in ea.
7 Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Heb.88. PSAL. LXXXVII.

Fidelis in tentatione derelictus, nulla accepta consolatione orat.

Canticum Psalmi filiis Core in finem pro Maheleth ad respondendum.Intellectus Eman Ezrahitæ.

1 DOmine Deus salutis meæ,in die clamaui & nocte coram te.
2 Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam.
3 Quia repleta est malis anima mea,& vita mea inferno appropinquauit.
4 Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio,inter mortuos liber.
B 5 Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.
6 Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis,& in vmbra mortis.
7 Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.
8 Longe fecisti notos meos à me,posuerũt me abominationem sibi.
9 Traditus sum, & non egrediebar,oculi mei languerunt præ inopia.
C 10 Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.
11 Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt,& confitebuntur tibi?
12 Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam,& veritatem tuam in perditione?
D 13 Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra oblionis?
14 Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.
15 Vt quid Domine repellis orationẽ meã; auertis faciem tuam à me?
16 Pauper sum ego,& in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus.
17 In me transierunt iræ tuæ:& terrores tui conturbauerunt me.
18 Circundederunt me sicut aqua, tota die circundederunt me simul.
19 Elongasti à me amicum & proximum,& notos meos à miseria.

Heb.89. PSAL. LXXXVIII.

Misericordia & remissio peccatorũ promissa hîc prædicatur. Vrgetur Deus suis promissionibus, vt Christum promissum mittat. Peccatores punit saluandos quidem Deus propter suam misericordiam. Conqueritur Ecclesia se abiectã, & vehemens oratio in afflictione,Deo suas promissiones obiiciens.

Intellectus Ethan Ezrahitæ.

1 MIsericordias Domini in æternum cantabo.
2 'In generatione & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. 'In generationem
3 Quoniam dixisti,In æternum misericordia ædificabitur,in cælis præparabitur veritas tua in eis.
4 Disposui testamentum electis meis, * iurauí Dauid seruo meo, Vsque in æternum præparabo semen tuum. 2.Reg.7. b.13.
5 Et ædificabo 'in generatione & generationem sedem tuam. 'in generationem
6 Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
7 Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino,similis erit 'Deo in filiis Dei? 'Domino
8 Deus qui glorificatur in consilio sanctorum:magnus & terribilis super omnes qui B in circuitu eius sunt.
9 Domine Deus virtutum,quis similis tibi?potens es Domine,& veritas tua in circuitu tuo.
10 Tu dominaris potestati maris,motũ autem fluctuum eius tu mitigas.
11 Tu humiliasti,sicut vulneratum, superbum:in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. Gen.1.d.f
12 *Tui sunt cæli, & tua est terra,orbẽ terræ & plenitudinem eius tu fundasti:Aquilonem & mare tu creasti.
13 Thabor &Hermon in nomine tuo exultabunt,tuum brachium cum potentia.
14 Firmetur manus tua,& exaltetur dextera tua,iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. C
15 Misericordia & veritas præcedent faciem tuam;beatus populus qui scit iubilationem.
16 Domine,in lumine vultus tui ambulabũt, & in nomine tuo exultabunt tota die,& in iustitia tua exaltabuntur.
17 Quoniam gloria virtutis eorum tu es,& in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
18 Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.
19 Tũc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti

dixisti, Posui adiutorium " in potente: & exaltaui electum de plebe mea. *super potentem: 2.Reg.16.c. Psal.88.15. 4.22
20 *Inueni Dauid seruum meum:oleo sancto meo vnxi eum.
21 Manus enim mea auxiliabitur ei,& brachium meum 'confortabit eum. 'confirmabit
22 Nihil proficiet inimicus in eo,& filius iniquitatis non apponet nocere ei.
23 Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum,in fugam conuertam.
24 Et veritas mea,& misericordia mea cum ipso:& in nomine meo exaltabitur cornu eius.
25 Et ponam in mari manum eius:& in fluminibus dextram eius.
26 Ipse 'inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ. 'invocabit
27 Et ego primogenitum ponam illum,excelsum præ regibus terræ.
28 In æternum seruabo illi misericordiam meam,& testamentum meum fidele ipsi.
E 29 Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli.
30 * Si autem derelinquerint filii eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, 2.Reg.7.
31 Si iustitias meas prophanauerint,& mandata mea non custodierint:
32 Visitabo in virga iniquitates eorum,& in verberibus peccata eorum.
33 Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque 'nocebo in veritate mea, 'nocebo
34 Neque prophanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita.
35 Semel iurani in sancto meo, si Dauid mentiar. *semen eius in æternum manebit, 2.Reg.7.c. Psal.131.12. 134.
36 Et thronus eius sicut sol in conspectu meo,& sicut luna perfecta in æternum:* & testis in cælo fidelis.
F 37 Tu verò repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum. Psal.43.c. 73.d.e. 131.f.
38 'Auertisti testamentum serui tui:prophanasti in terra sanctuarium eius. 'Auertisti in
39 Destruxisti omnes sepes eius:posuisti firmamentum eius " formidinem.
40 Diripuerunt eum omnes transeuntes viã, factus est opprobrium vicinis suis. *inimicorum eius,
41 Exaltasti dexteram 'deprimentiũ eum, lætificasti omnes inimicos eius. deprimentium
G 42 Auertisti adiutorium gladii eius:& non es auxiliatus ei in bello.
43 Destruxisti eum ab emundatione: & sedem eius "in terra collisisti. Psal.88.e. in terra
44 Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione. *exarde-
45 Vsquequo Domine auertis in finẽ,"exardescit sicut ignis ira tua? fiet
46 Memorare quæ mea substantia:nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum?
47 Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi. 2.Reg.7.
48 *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine,sicut iurasti Dauid in veritate tua? Psal.
49 Memor esto Domine opprobrii seruorũ tuorum(quod continui in sinu meo) multarum Gentium.
50 Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.
51 Benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat.

Heb.90. PSAL. LXXXIX.

Breuitas & miseria huius vitæ ob peccatum. Cognita fragilitate vitæ humanæ, & peccati, orat Deus misericordiam.

Oratio Moysi,hominis Dei.

1 DOmine, refugium "factus es nobis " à generatione in generationem. " in generatione & generatione.
2 Priusquam montes fierent,"aut formaretur terra. & orbis à seculo & " in seculum tu es Deus. " & " vsque
3 Ne auertas hominem in humilitatem,& dixisti,Conuertimini filii hominum.
4 Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna,quæ præteriit,
5 Et custodia in nocte:Quę pro nihilo habentur,eorum anni erunt.
6 Mane sicut herba transeat,manè floreat B & transeat: vesperè decidat, induret,& arescat.
7 Quia "defecimus in ira tua,& in furore tuo turbati sumus, 'defici mus.
8 Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo:seculum nostrum in illuminatione vultus tui.
9 Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.
10 *Anni nostri sicut aranea meditabuntur: Ecclesiast. dies annorum nostrorum in ipsis,septuagin 18.a. 8 ta anni.
11 Si autem in potentatibus,octoginta anni: C & amplius eorum,labor & dolor.
12 Quoniam superuenit mansuetudo,& corripiemur.
13 Quis nouit potestatem iræ tuæ,& præ timore tuo iram tuam dinumerare?
14 Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.
15 Conuertere Domine, vsquequo: & deprecabilis esto super seruos tuos.
16 Repleti sumus mane misericordia tua:& D exultauimus,&delectati sumus in omnibus diebus nostris.
17 Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti,annis quibus vidimus mala.
18 Respice in seruos tuos,& in opera tua,& dirige filios eorum.
19 Et sit splendor Domini Dei nostri super nos,& opera manuum nostrarum dirige super nos,& opus manuum nostrarum erige.

Hebr.93. PSAL. XC.

Christus cum fidelibus fuit sub tegmine alarum patriæ suæ. Angeli. Auxilium sperantibus, & redemptibus.

Laus cantici Dauid.

1 QVi habitat in adiutorio Altissimi,in protectione Dei cœli commorabitur.
2 Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

3 Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium,& à verbo aspero.
4 "Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.
B 5 Scuto circundabit te veritas eius,non timebis à timore nocturno,
6 A sagitta volante in die,à negotio perambulante in tenebris,ab incursu & dæmonio meridiano.
7 Cadent à latere tuo mille,& decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
8 Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.
C 9 Quoniã tu es Domine, spes mea.Altissimum posuisti refugium tuum.
10 Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Matth.4. a 6,luc.4. b 10. 11 *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.
12 In manibus portabunt te,ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
D 13 Super aspidem & basilicum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.
14 Quoniam in me speravit,liberabo eum: protegam eum,quoniam cognouit nomen meum.
15 Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione:eripiam eum, & glorificabo eum.
16 Longitudine dierũ replebo eum,& ostendam illi salutare meum.

Heb.92.

PSAL. XCI.

Laudandus Deus ob misericordiam, quam promissam præstitit. Imperiorum interitus opera sua magnificantium. Iusti plantati à Deo.

Psalmus cantici in die Sabbathi.

1 BOnum est confiteri Domino,& psallere nomini tuo Altissime:
2 Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.
*& 3 In decacordo, "psalterio cum cantico, in cithara.
4 Quia delectasti me Domine in factura tua,& in operibus manuum tuarum exultabo.
5 Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.
6 Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.
7 Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum,& apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.
8 Vt intereant in seculũ seculi,(tu autem Altissimus in æternum Domine,)
9 Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.
10 Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ,& senectus mea in misericordia vberi.
11 Et despexit oculus meus inimicos meos: & "insurgẽtibus in me malignantibus, audiet auris mea.
* ab Vel in * & 12 Iustus vt palma florebit, "sicut cedrus libani multiplicabitur.
13 Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.
14 Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi,& bene patientes erunt:vt annuntient,
15 Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

PSAL. XCII. Heb.93.

Regnum Dei in Christo describitur exaltatus in dextra Patris.

Laus cantici Dauid in die ante sabbathum, quando fundata est terra.

1 DOminus regnauit, decorem indutus est:indutus est Dominus fortitudinẽ, & præcinxit se.
2 Etenim firmauit orbem terræ,qui non commouebitur.
3 Parata sedes tua Deus ex tunc, à seculo tu es.
4 Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam:
5 Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum.
6 Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.
7 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis,domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum. Heb.94.

PSAL. XCIII.

Orant pii contra impios. Impiorum opera respicit Deus, tametsi aliter sentiant. Beatus dicitur à Deo. Zelus iusti in peccatores. Misericordiæ Dei dono, fidelis non perit cum infidelibus. Cathedræ & doctrinæ Scribarũ & Phariseorum. Refugium Deus in tribulatione.

Psalmus ipsi Dauid quarta sabbathi.

1 DEus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit.
2 Exaltare qui iudicas terram,redde retributionem superbis.
3 Vsquequo peccatores Domine vsquequo peccatores gloriabuntur,
4 Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes, qui operantur iniustitiam?
5 Populum tuum Domine humiliauerũt, & hæreditatem tuam vexauerunt.
6 Viduam & aduenam interfecerũt: & pupillos occiderunt.
7 Et dixerunt,Non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob.
8 Intelligite insipientes in populo,& stulti aliquando sapite.
9 Qui plãtauit aurem,non audiet? aut qui finxit oculum,non considerat?
10 Qui corripit gentes,non arguet, qui docet hominem scientiam?
11 Dominus scit cogitationes hominũ,quoniam vanæ sunt.
12 Beatus homo quem tu erudieris Domine,& de lege tua docueris eum.
C 13 Vt mitiges ei à diebus malis,donec fodiatur peccatori fouea.
14 Quia non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet:
15 Quoadusque iustitia cõuertatur in iudicium: & qui iuxta illam?omnes qui recto sunt corde.
16 Quis consurget mihi aduersus malignantes?aut quis stabit mecum aduersus operãtes iniquitatem?
17 Nisi quia Dominus adiuuit me:paulominus habitasset in inferno anima mea.
18 Si dicebam,Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me.
19 Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo,consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
Vulgo rem 20 Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto?
21 Captabunt in animam iusti:& sanguinem innocentem condemnabunt.
22 Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ.
23 Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster.

Heb.95.

PSAL. XCIIII.

Inuitatio ad Laudandum Deum omnipotentem. Adorare Deum. Exhortatio vt Euangelio credamus.

Laus cantici ipsi Dauid.

1 VEnite,exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro:
Præuenie- 2 "Præoccupemus faciem eius in confessione:& in psalmis iubilemus ei.
3 Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes deos:
4 Quia in manu eius sunt fines terræ:& altitudines montium ipsius sunt.
5 Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud:& siccam manus eius formauerunt.
6 Venite adoremus,& procidamus & ploremus ante Dominum, qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster.
7 Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.
Heb.3.8.7 8 *Hodie si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda vestra.
9 Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto.
10 Vbi tentauerunt me patres vestri:probauerunt,& viderunt opera mea.
Heb.4.4.3. 11 *Quadraginta annis offensus fui generationi illi:& dixi, Semper hi errant corde.
12 Et isti non cognouerunt vias meas: vt iurauí in ira mea,Si introibunt in requiem meam.

Heb.96.

PSAL. XCV.

Exhortatio vt salus & remissio peccatorum fiat per Christum, annuntietur omnibus gentibus.

1.Par.16. 23. Canticum ipsi Dauid "quando domus ædificabatur post captiuitatem.
1 CAntate Domino canticum nouum:cantate Domino omnis terra.
2 Cantate Domino, & benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem salutare eius.
Psal.43.d. 95. 3 Annuntiate inter Gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius:
4 *Quoniam magnus Dominꝰ, & laudabilis nimis:terribilis est super omnes deos.
5 Quoniam omnes dii Gentium, dæmonia: Dominus autem cælos fecit.
6 Confessio & pulchritudo in conspectu eius:sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.
7 Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius.
8 Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.
9 Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnauit.
10 Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur, iudicabit populos in æquitate.
11 Lætentur cæli & exultet terra,commoueatur mare & plenitudo eius:gaudebunt cãpi,& omnia quæ in eis sunt.
12 Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini,quia venit, quoniam venit iudicare terram.
13 Iudicabit orbem terræ in æquitate,& populos in veritate sua.

PSAL. XCVI.

Christus regnat. Iudicium extremum. Iustitia & gloria Dei. Idololatræ Adorandi Deus. Exhortatio ad opera. Heb.97.

Huic Dauid quando terra eius restituta est ei.

1 DOminus regnauit,exultet terra:lætentur insulæ multæ.
2 Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius.
3 Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
4 Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit,& commota est terra.
5 Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini:à facie Domini omnis terra.
6 Annuntiauerunt cæli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.
7 *Confundantur omnes qui adorant sculptilia,qui gloriantur in simulacris suis. Exo.20.d. 4.Leui.26.
8 *Adorate eum omnes angeli eius:audiuit, & lætata est Sion. a.13.deu.5 a.8.
9 Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Heb.1.b.6
10 Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.
11 *Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorũ suorũ, de manu "peccatoris liberauit eos. Amos,5.d 15, ro. 12. b.15.
12 Lux orta est iusto:& rectis corde lætitia. "peccatorum
13 Lætamini iusti in Domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

PSAL. XCVII.

Gratiarum actio quòd Deus veræ miserit Christum promissum. Inuitatio ad lætitiam ob reuelatum Christum. Heb.98.

Psalmus ipsi Dauid.

1 CAntate Domino canticum nouum,quia mirabilia fecit;
2 "Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius. "Liberauit eum

Esaiæ 52. 3 *Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu Gentium reuelauit iustitiam suam.
10. 4 Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel.
5 Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.
6 Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.
7 Psallite Domino in cithara: in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ cornææ.
8 Iubilate in conspectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.
9 Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.
10 Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Hebr. 59. PSAL. XCVIII.

Regnat Deus noster magnus. Peccatis sanctorum propitius Deus, ciet ea quandoque vlisciscatur.

Psalmus ipsi Dauid.

1 DOminus regnauit, iracscantur populi: qui sedet super cherubim, moueatur terra.
2 Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.
3 Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit.
4 Tu parasti directiones, iudicium & iustitiã in Iacob tu fecisti.
5 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.
6 Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius,
7 Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos,
8 Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis
9 Domine Deus noster tu exaudiebas eos, Deus tu propitius fuisti eis, & vltiscês in omnes adinuentiones eorum.
10 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Hebr. 100 PSAL. XCIX.

Laudemus Deum memores beneficiorum eius.

Psalmus in confessione.

*Domino 1 IVbilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia.
2 Introite in conspectu eius in exultatione.
3 Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos,
Populus eius & oues pascuæ eius, introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi.
4 Laudate nomen eius: quoniam suauis est Dominus: in æternum misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

PSAL. C.

Hebr. 101 *Misericordia Dei & iudicium. Opera Christiani Fideles Deo curæ Impii reiecti a Deo.*

Psalmus ipsi Dauid.

1 MIsericordiam & iudicium cantabo tibi Domine:
2 Psallam, & intelligam in via immaculata quando venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meæ.
4 Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: factientes præuaricationes odiui.
5 Non adhæsit mihi cor prauum: declinantem à me malignum non cognoscebam.
6 Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar.
7 Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam.
8 Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.
9 Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.
10 In maturino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Hebr. 101a PSAL. CI.

Oratio egeni spiritu terram Deo & hominibus. Petit Christum promissum mitti. Sion, ecclesia. Gentium vocatio. Breuis vita hominis. Deus æternus.

Oratio pauperis cùm anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem suam.

1 DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.
2 Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.
4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.
5 Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
6 A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.
7 Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.
8 Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
9 Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.
10 Quia cinerem tanquam panẽ manducabam, & potũ meum cum fletu miscebam.
11 A facie iræ * indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.
12 Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.
13 Tu autem Domine in æternum permanes & memoriale tuum in generatione & generationem.
14 Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

Quoniam

15 Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.
C 16 Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.
nomen Domini.
17 Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.
18 Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.
19 Scribantur hæc * in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum.
in generationem alteram.
20 Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit.
gemitus 21 Vt audiret * gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum:
22 Vt annuntient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Ierusalem,
D 23 In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant Domino.
24 Respondit ei in via virtutis suæ. Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.
25 Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.
Hebr. 1. 10 26 *Initio tu Domine terram fundasti & opera manuum tuarum sunt cæli.
27 Ipsi peribunt, tu autẽ permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.
28 Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.
29 Filii seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur.

Hebr. 103 PSAL. CII.

Gratiarum actio de omnibus beneficiis nobis à Deo collatis. Misericordia Dei quibus datur. Christus in cælis sedens omnia subiecta.

Ipsi Dauid.

1 BEnedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.
2 Benedic anima mea Domino: & noli obliuiscî omnes retributiones eius:
3 Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.
4 Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.
5 Qui repler in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.
6 Faciens misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.
B 7 Notas fecit vias suas Moysi: filiis Israel voluntates suas.
Num. 14. 18. Exod. 34. 6. 8 *Miserator & misericors Dominus: longanimis & multum misericors.
9 Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.
10 Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
11 Quoniam secundum altitudinem cæli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se.
12 Quantum distat Ortus ab Occidente: longè facit à nobis iniquitates nostras.
C 13 Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum,
14 Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum dies eius: tanquam flos agri sic efflorebit.
15 Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.
16 Misericordia autem Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum:
17 Et iustitia illius in filios filiorum his qui seruant testamentum eius.
18 Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.
19 Dominus in cælo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur.
20 Benedicite Domino omnes angeli eius: potentes virtute: facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.
21 Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius.
22 Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.

Hebr. 104 PSAL. CIII.

Consideratio operibus Dei, fidamus ei. Festiuitatum creatio. Abyssus. Montes. Fontes. Bestiæ agri. Aues. Agricultura. Panis. Vinum. Oleum. Arbores. Luna. Sol. Nox. Festiuitas sylua. Marinorum creatio. De victu prouidet Deus bestiis terræ. Culus Dei, laudare eum in operibus. Peccatores & impii.

Ipsi Dauid.

1 BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.
2 Confessionẽ & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento,
3 Extendens cælum sicut pellem, qui regis aquis superiora eius.
4 Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.
Hebr. 1. 6. 5 *Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem ardentem.
6 Qui fundasti terram super * stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi.
7 Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ:
8 Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.
9 Ascendunt montes, & descendunt campi in locum quem fundasti eis.
10 Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terrã,
B 10 Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montiũ pertransibunt aquæ.
11 Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua.
13 Super ea volucres cæli habitabunt, de medio petrarum dabunt * voces.
voces. 14 Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra:
15 Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum,
16 Vt educas panem de terra, & vinum * lætificet cor hominis,
educat lætificat
17 Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor

hominis confirmet.
28 Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt.
C 29 Herodii domus dux est eorum, montes excelsi cervis: petra refugium herinaciis.
in tempore suo 30 Fecit lunam" in tempore: sol cognouit occasum suum.
31 Posuit tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.
32 Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.
33 Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.
34 Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperum.
35 Quàm magnificata sunt opera tua Domine omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.
36 Hoc mare magnum, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorũ non est numerus,
37 Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.
38 Draco iste quem formasti ad illudendum
D ei: omnia à te expectant vt des illis escam in tempore.
39 Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
40 Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum reuertentur.
41 Emittes Spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.
42 Sit gloria Domini in seculum, lætabitur Dominus in operibus suis.
43 Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes & fumigant.
44 Cantabo Domino in vita mea, psallam Deo meo quandiu sum.
45 Iucundum sit ei eloquium meum, ego vero delectabor in Domino.
46 Deficient peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: benedic anima mea Domino.

Hebr. 105 PSAL. CIIII.

Adhortatio ad laudem & confessionem operum Dei. Beneficiorum Dei recordatio. Promissam terram Chanaã, dedit Deus Israelitis præcipuè pro promissione. Dei erga fideles suos cura. Tentare fides & perseuerans, prouidentia Dei experitur.

Hallelu-ia.

1.Par.16. a.2, esa.12 b.4. 1* COnfitemini Domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter Gentes opera eius,
2 Cantate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius.
3 Laudamini in nomine sancto eius, lætetur cor quærentium Dominum.
4 Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper.
5 Mementote mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius & iudicia oris eius.
6 Semen Abraham, serui eius: filii Iacob electi eius.
7 Ipse Dominus Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius,
8 Memor fuit in seculũ testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes.
9 *Quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Gen.22.b 7.
10 Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum,
11 Dicens, Tibi dabo Terram-Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.
12 Cùm essent numero breui, pauciss imi, & B incolæ eius.
13 Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.
14 Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges,
15 *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. 1.Reg.16. c.22,2.reg.
16 Et vocauit famem super terram, & omne firmamentum panis contriuit. 1.c.14.
17 Misit ante eos virum, * in seruum venundatus est Ioseph. Gene.37.f. 28, 39. de
18 Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius. 20.
19 Eloquium Domini inflammauit eum, *misit rex, & soluit eum: principes populorum, & dimisit eum. Gen.41.b 14
20 *Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, & Gen.41.d 40.
21 Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret:
22 *Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in Terra-Cham. Gene.46 a.6.
23 Et auxit populum suum vehementer, & C firmauit eum super inimicos eius.
24 *Conuertit cor eorum vt odirent populũ eius, & dolum facerent in seruos eius. Exo.1.b.8.
25 *Misit Moysen seruum suum, Aaron quem elegit ipsum. Exo.3.c.10 4.d.15.
26 *Posuit in eis verba signorum suorum & prodigiorum in Terra-Cham. Exo.4.d. 30.
26 *Misit tenebras, & obscurauit, & non exacerbauit sermones suos. Exo.10.f. 22.
28 *Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Exod.7.d. 20. Exo.8.b.6
29 *Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.
30 *Dixit, & venit cynomyia, & cinifes in omnibus finibus eorum. Exo.8.f. 24.
31 *Posuit pluuias eorum gandinem, ignem comburentem in terra ipsorum. Exo.9.c. 23.
32 Et percussit vineas eorum & siculneas eorum, & contriuit lignum finium eorum. Exo.10.d.
33 *Dixit, & venit locusta & bruchus, cuius non erat numerus. 4.d.13. D
34 Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum. Exod.10.f 21.
35 Et percussit omne primogenitũ in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. Exo.12.a. 35.
36 *Et eduxit eos cum argẽto & auro, & nõ erat in tribubus eorum.
37 Lætata est Aegyptus in profectione eorũ, quia incubuit timor eorum super eos. Exo.13.d. 21. psal.77 b.34.
38 *Expandit nubem in protectionem eorũ, & ignem vt luceret eis per noctem. Exo.13.c. 22.
39 *Petierunt, & venit coturnix, & pane cæli saturauit eos. Numer.11. b.31.
40 *Dirupit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina,

Quoniam

Gen.22.c. 16. Deut.3. b.7. 41 *Quoniam memor fuit verbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerum suum.
42 *Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.
43 Et dedit illis regiones Gentium, & labores Populorum possederunt.
Hallelu-ia. Hebr.105 44 Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant".

PSAL. CV.

Pronocamur ad sanctificandum nomen Dei, & quare. Beati. Fidelis populus agnoscens peccatum suum & parentum, quòd Deo non crediderint, petit misericordiam. Iudæorum abietio, & Dei erga illos misericordia.

Hallelu-ia.

Iudith.13. a.21. 1* COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Eccl.ecclesiast 48.d.35. 2 *Quis loquetur potentias Domini, auditas facier omnes laudes eius?
3 Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.
4 Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo:
5 Ad videndum in bonitate electorum tuo rum: ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua.
Iudith. 7. d.29. 6* Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus.
7 Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.
B 8 Et irritauerunt ascendentes in mare, Mare-rubrum.
9 Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.
Exod. 14. a.21. 10 „Et increpuit Mare-rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abysis, sicut in deserto:
Exod. 14. f.27. 11 Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.
12 *Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
13 Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
14 Citò fecerunt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.
Exod. 17. a.2. Num.20. a.2. b.6. C 15 *Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in inaquoso.
Num. 11. f.31. & Psal.77. c.18. 16 *Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.
17 Et irritauerunt Moysen in castris" Aaron sanctum Domini.
Num.16. a.31. deut. 11. b.6. Exo.32. a.4. 18 *Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.
19 Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
20 *Et fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverunt sculptile.
21 Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.
D 22 Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in Terra-Cham: terribilia in Mari-rubro.
Exo.32. a.10. 23 *Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius,
24 Vt auerteret iram eius ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:
25 Non crediderunt verbo eius: & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.
Num. 14. c.22. 26 *Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto,
27 Et vt deiiceret semen eorum in Nationibus, & dispergeret eos in regionibus.
28 Et initiati sunt Beel-phegor: & comederunt sacrificia mortuorum.
29 Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.
Num.25. b.7. 30 *Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio.
31 Et reputatum est ei in iustitia in generatione & generationem, vsque in sempiternum.
Num.20. a.2. 32 *Et irritauerunt eum ad Aquas-contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.
33 Et distinxit in labiis suis, Non disperdide runt Gentes* quas dixit Dominus illis. Deutet.7. a.1.
34 Et commisti sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum: & seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.
35 Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis.
F 36 Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorũ & filiarum suarum, & quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.
37 Et' interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis. 'infecta
38 Et iratus est furore Dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam.
39 Et tradidit eos in manus Gentium: & dominati sunt eorum, qui oderunt eos.
40 Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberauit eos.
41 Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.
G 42 Et vidit cùm tribularentur: & audiuit orationem eorum.
Deut. 30. a.1. 43 *Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.
44 Et dedit eos in misericordias in cõspectu omnium qui ceperant eos.
45 Saluos nos fac Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus.
46 Vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua,
47 Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum: & dicet omnis populus, Fiat, fiat.

PSAL. CVI. Heb.107.

Redempti, quibus facta est remissio peccatorum, inuitantur ad gratiarum actionem. Iudæorum abiectio. Gentium acceptio, & in opera bona directio.

Hallelu-ia.

Iudith.13. 1* CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
2 Dicant, qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos.
3 A Solis ortu & Occasu, ab Aquilone & mari.
4 Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,
5 Esurientes & sitientes: anima eorum in ipsis defecit.
6 Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.
7 Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.
8 Confiteantur Domino misericordiæ eius: mirabilia eius filiis hominum.
9 Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem satiauit bonis,
10 Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro:
11 Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritauerunt,
12 Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.
13 Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularetur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.
14 Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.
15 Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.
16 Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.
17 Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.
18 Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.
19 Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.
20 Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.
21 Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum:
22 Et sacrificent sacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione.
23 Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis,
C 24 Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.
25 Dixit: & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius.
26* Ascendunt vsque ad cælos, & descendũt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
27 Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.
28 Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.
29 Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.
30 Et lxtati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.
31 Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum:
32 Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.
33 Posuit flumina in desertũ: & exitus aquarum in sitim:
34 Terram fructi feram in salsuginem à malitia inhabitantium in ea. D
35 Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.
36 Et collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis.
37 Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum nativitatis.
38 Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.
39 Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.
40 Effusa est contentio super principes: & errare fecit eos in invio, & non in via.
41 Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.
42 *Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum. Iob 22. v. 19.
43 Quis sapiens, & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini. Hebr. 10.

PSAL. CVII.

Psalmus Christi est, & omnium Christianorum, vt vides ex psal. 56. & 59. ex quibus est hic psalmus compositus.

Canticum psalmus Dauid.

1 PAratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallã in gloria mea.
2 Exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
3 Confitebor tibi in populis Domine, & psallam tibi in nationibus.
4 Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.
5 Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
6 Saluum fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus est in sancto suo,
7 Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar. fortitudo
8 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.
9 Iuda rex meus: Moab lebes spei mex.
10 In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.
11 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?
12 Nónne tu Deus qui repulisti nos, & non exibis, Deus, in virtutibus nostris?
13 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
14 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Hebr. 10.

PSAL. CVIII.

Christi oratio contra blasphematores gratiæ eius. De Iuda proditore. Pœna & iudicium eorum qui gratiæ Christi detrahunt. Christus ex malis liberatus, pro se & suis similiter tribulatis misericordiam Dei implorat.

In finem

In finem Psalmus Dauid.

1 DEus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.
2 Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me: & expugnauerunt me gratis.
3 Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam.
4 Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.
5 Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius.
6 Cùm iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.
Iob 27. v. 12 & 21. v. 20
7 *Fiant dies eius pauci: & episcopatũ eius accipiat alter.
8 Fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua.
9 Nutantes transferantur filii eius, & mendicent: & eiciantur de habitationibus suis.
10 Scrutetur fenerator omnem substantiã eius: & diripiant alieni labores eius.
11 Non sit ille adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.
12 Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.
13 In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.
14 Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum: pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.
15 Et persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.
16 Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionẽ, & elongabitur ab eo.
17 Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.
18 Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur.
19 Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.
20 Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.
21 Libera me, quia egenus & pauper ego sum: & cor meum conturbatũ est intra me.
22 Sicut vmbra cùm declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut locustæ.
23 Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum. D
24 Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.
25 Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac secundum misericordiam tuam.
26 Et scitur quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti eam.
27 Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur.
28 Induantur, qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua.
29 Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.
30 Quia astitit à dextris pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

PSAL. CIX. Hebr. 110.

Christi regnum post glorificationẽ, Christus sacerdos. Christus iudex in euangelio hostes Christi glorificato per passionem.

Psalmus Dauid.

1* DIxit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, Matt. 22. d. 44. 2
2 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. cor. 15. d. 25. Hebr. 1.
3 Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. d. 13. add. 2 f. 34.
4 Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
5 *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Hebr. 5. b. 6. 7. c. 17. Ioan. 12.
6 Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. c. 34
7 Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.
8 De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

PSAL. CX. Hebr. 111

Creatio & redemptio. Dei opera hic magnificantur. Verax Deus in promissionibus.

Hallelu-ia. Aleph. Beth.

1 CONfitebor tibi Domine in toto corde meo: in consilio iustorum & congregatione. Gimel. Daleth,
2 Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius. He. Vau.
3 Confessio & magnificentia opus eius: & iustitia eius manet in seculum seculi. Zain. Heth. Thet.
4 Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se. Iod. Caph.
5 Memor erit in seculum testamenti sui, virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Lamed. Mem.
6 Vt det illis hæreditatem Gentium: Opera manuum eius, veritas & iudicium. Nun. Samech. Ain.
7 Fidelia omnia mandata eius: Confirmata in seculum seculi, facta in veritate & equitate. Pe. Sade.
8 Redemptionem misit Dominus populo suo: mandauit in æternum testamentum suum. Coph. Res.
9 Sanctum & terribile nomen eius: Initium sapientiæ, timor Domini. Sin. Thau. Prouer. 1. a. 7. & 9. c. 10. eccle. 1. b. 16.
10 Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi. Hebr. 11.

PSAL. CXI.

Viri timentis Deum beatitudo describitur.

Hallelu-ia, reuersionis Aggæi & Zachariæ. Aleph. Beth.

1 BEatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.

Gimel.

Gimel. Daleth.

Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. He. Vau.

3 Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi. Zain Het.

4 Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus. Teth. Iob. Caph.

5 Iucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio: Quia in æternum non commouebitur. Lamed. Mem.

6 In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Nun. Samech. Ain.

7 Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius: non commouebitur, donec despiciat inimicos suos. Pe. Sade. Coph.

8 Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Res. Sin Thau.

9 Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Hebr.113.

PSAL. CXII.

Gratiam Dei commendat in peccatoribus, omnes ad Dei laudem inuitans.

Hallelu-ia.

1 LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Deut.2.c.20. 2 *Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & vsque in seculum.

3 A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini.

Malac. 1. c.11 4 *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.

5 Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra?

6 Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem:

7 Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.

8 Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Heb.114.

PSAL. CXIII.

Exultatio de beneficiis liberationis ex AEgypto: & introductionis in terrã promissam. Vexat Deus in promissionibus, dedit Iudæis terram promissam. Idola gentium describuntur. Deus adiutor & protector sperantium in se. Imprecatio stirpitur.

Hallelu-ia.

Exod. 13. v.3. 1* IN exitu Israel de AEgypto, domus Iacob de populo barbaro:

2 Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.

Iosu.3.c.13. 3 Mare vidit & fugit: *Iordanis conuersus est retrorsum.

4 Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.

5 Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum:

6 Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium?

7 A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob,

8 Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

Heb 115.

1 NOn nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam,

2 Super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi est Deus eorum?

3 Deus autem noster in cælo: omnia quæcunque voluit fecit.

4 Simulacra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum.

Sapient.15 d.15. 5 *Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

6 Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.

C

7 Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

8 Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

9 Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

10 Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

11 Qui timent Dominum, sperauerũt in Domino: adiutor eorum & protector eorũ est.

12 Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis:

13 Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron.

D

14 Benedixit omnibus qui timent Deminũ, pusillis cum maioribus.

15 Adiiciat Dominus super vos: super vos & super filios vestros.

16 Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.

17 Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum.

Baruch.3. d.17. 18 *Non mortui laudabunt te Domine, neq; omnes qui descendunt in infernum.

Daniel.2. c.20. 19 Sed nos qui viuimus, *benedicimus Domino ex hoc nunc & vsque in seculum.

Heb.116.

PSAL. CXIIII.

Fidelis ex horrenda mortis & inferorum tentatione liberatus, gratias Deo agit.

Hallelu-ia.

1 DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ,

2 Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.

3 Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

4 Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui,

5 O Domine libera animam meam: misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.

6 Custodiens parvulos Dominus: humiliatus sum & liberauit me.

7 Conuertere anima mea in requiem tuã, quia Dominus beneficit tibi:

8 Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

9 Placebo Domino in regione viuorum.

PSAL. CXV.

Fidelis afflictio ob veritatem à se prædicatam. Liberatus sese Deo permittit. Vota sua, sue laudes Domino reddit.

Hallelu-ia.

2.Cor.4. c.13. 1* CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Rom.3. c.4. 2 Ego dixi in excessu meo, *Omnis homo mendax.

3 Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?

4 Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

5 Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius:

Psa.9. c.5. 6 *O Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ t

7 Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

8 Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem.

Heb. 117.

PSAL. CXVI.

Misericordiæ Dei in Gentes. Veritas promissionis Dei erga Iudæos.

Hallelu-ia.

Rom.15. Gal. 1* LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.

Isaiæ. 22. c.24. 2 Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: *& veritas Domini manet in æternum.

Heb.118

PSAL. CXVII.

Auxilium & misericordia Dei in tribulationibus magnificatur. Christus lapis reiectus à Iudæis. Inuitatio ad lætitiam, & redemptionem per Christum factam.

Hallelu-ia.

1 COnfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculũ misericordia eius.

2 Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

3 Dicat nunc Domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.

4 Dicant omnes qui timent Dominum: quoniam in seculum misericordia eius.

5 De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.

Heb.13. c.6. 6 *Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

7 Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

8 Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:

9 Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.

10 Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

11 Circundantes circundederunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

12 Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

13 Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me.

14 *Fortitudo mea & laus mea, Dominus: & factus est mihi in salutem.

Exod.15. a.2.esa.12 a.2

15 Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.

C

16 Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.

17 Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.

18 Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me,

19 Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.

20 Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

21 *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.

Mat.21. 7 d.42, luc. 20.c.17.

22 A Domino factum est istud: & *est mirabile in oculis nostris.

mat.21.

23 Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

a.10, Acto. 4.b.11.

24 *O Domine saluum me fac, ô Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini.

rom.9.g. 33.1.pet. 2.b.7.esa. 28.d.16.

25 Benedximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.

*hoc

26 Constituite diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris.

Matth.21. a.9.

27 Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

28 Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

29 Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

PSAL. CXVIII. Heb.119.

Hic Psalmus continet precationes, consolationes, doctrinas, gratiarum actiones. Puram verbi Dei doctrinam extollit, illam auro & aliis omnibus præferat: quæ fide suscepta corrigit & emendat viam hominis, dat intellectum & illuminat, accenditque ad laudem Dei. Contra diligenter deterretur à falsa doctrina, à securitate & contemptu verbi Dei.

Hallelu-ia.

Aleph.

1 BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

2 Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

3 Non enim, qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.

4 Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis.

5 Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

6 Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.

7 Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

8 Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

Beth.

9 In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

10 In toto corde meo exquisiui te: ne repel-

las me à mandatis tuis.
11 In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
12 Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas.
13 In labiis meis pronuntiaui, omnia iudicia oris tui.
14 In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.
15 In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.
16 In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

Gimel.

17 Retribue seruo tuo, viuifica me: & custodiam sermones tuos.
18 Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.
19 Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.
20 Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.
21 Increpasti superbos: maledicti, qui declinant à mandatis tuis.
22 Auser à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.
23 Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
24 Nam & testimonia tua, meditatio mea est: & consilium meum, iustificationes tuæ.

Daleth.

25 Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.
26 Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
27 Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
28 Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.
29 Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.
30 Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
31 Adhæsi testimoniis tuis Domine: noli me confundere.
32 Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meum.

He.

33 Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.
34 Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.
35 Deduc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.
36 Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.
37 Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
38 Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.
39 Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.
40 Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Vau.

41 Et veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuũ secundũ eloquiũ tuum.
42 Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speraui in sermonibus tuis.
43 Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsq equaquam: quia in iudiciis tuis supersperaui.
44 Et custodiam legem tuam semper: in seculum & in seculum seculi.
45 Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.
46 Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar.
47 Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.
48 Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebor in iustificationibus eius.

Zain.

49 Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.
50 Hæc consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
51 Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.
52 Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine: & consolatus sum.
53 Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
54 Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.
55 Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.
56 Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

Heth.

57 Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam.
58 Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.
59 Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.
60 Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.
61 Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.
62 Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.
63 Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.
64 Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Teth.

65 Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine secundum verbum tuum.
66 Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
67 Priusquam humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
68 Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
69 Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
70 Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.
71 Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.

Bonum

72 Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti.

Iod.

73 Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua.
74 Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.
75 Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.
76 Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.
77 Veniat mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua, meditatio mea est.
78 Confundantur superbi: quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
79 Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.
80 Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.

Caph.

81 Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperaui.
82 Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, Quando consolaberis me?
83 Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
84 Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium?
85 Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.
86 Omnia mandata tua veritas: iniqui persequuti sunt me, adiuua me.
87 Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
88 Secundum misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

Lamed.

89 In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo.
90 In generatione & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.
91 Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.
92 Nisi quod lex tua, meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.
93 In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.
94 Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.
95 Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua intellexi.
96 Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.

Mem.

97 Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est.
98 Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.
99 Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua, meditatio mea est.
100 Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui.
101 Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua.
102 A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!
103 A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Nun.

104 Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.
105 Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.
106 Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundum verbum tuum.
107 Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.
108 Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.
109 Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.
110 Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.
111 Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.

Samech.

112 Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.
113 Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.
114 Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.
115 Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.
116 Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.
117 Spreuisti omnes discedentes à iudiciis iustitiis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
118 Prævaricantes reputasti omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.
119 Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

Ain.

120 Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
121 Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.
122 Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.
123 Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me.
124 Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.
125 Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam.
126 Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.
127 Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Phe.

128 Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.
129 Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.
130 Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.
131 Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum.
132 Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniu-

iniquæ adverbiũ

stitia.
&133 Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua.
134 Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.
135 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

Sade.

136 Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum.
137 Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.
138 Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.
139 Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.
140 Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.
141 Iustitia tua, iustitia in æternum: & lex tua veritas:
142 Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.
143 AEquitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

Coph.

144 Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram.
&145 Clamaui ad te, saluum me fac: vt custodiam mandata tua.
146 Præueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua supersperaui.
147 Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
148 Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: & secundum iudicium tuum viuifica me.
149 Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt. *iniquè
150 Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.
151 Initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.

Res.

152 Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.
153 Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
154 Longè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.
155 Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundum iudicium tuum viuifica me.
156 Multi qui persequuntur me, & tribulant me, à testimoniis tuis non declinaui.
157 Vidi prævaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.
158 Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.
159 Principium verborum tuorum veritas:
&160 in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Sin.

161 Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.
162 Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
163 Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.
164 Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.
165 Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.
166 Expectabam salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.
167 Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.
168 Seruaui mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Thau.

169 Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
170 Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.
171 Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me iustificationes tuas.
172 Pronuntiabit lingua mea eloquiũ tuum: quia omnia mandata tua æquitas.
173 Fiat manus tua vt saluet me, quoniam mandata tua elegi.
174 Concupiui salutare tuum Domine, & lex tua meditatio mea est.
175 Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.
176 Erraui sicut ouis quæ periit: quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Hebr.11o.

PSAL. CXIX.

A lingua dolosa, & obloquutrice contra verbum Dei, fidelis liberatur per Deum.

Canticum graduum.

1 AD Dominum cùm tribularer, clamaui, & exaudiuit me.
2 Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.
3 Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?
4 Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis?
5 Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.
6 Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

PSAL. CXX. Heb.121.

Afflictus animus leuans oculos ad Deum cum multa fiducia, vt Iosaphat.

Canticum graduum.

1* LEuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi. *2. Par.20.
2 Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.
3 Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.
4 Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.
5 Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.
6 Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.
7 Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus. *custo-diet
8 Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc & vsque in seculum. Heb.122.

PSAL. CXXI.

Ecclesia mutua charitate sibi connexa, in qua pax, ob peccata dimissa per Christum.

Canticum graduum.

1 LAEtatus sum in his quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus.
2 Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem.
3 Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.
4 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini.
5 Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.
6 Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te.
7 Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.
8 Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te:
9 Propter domũ Domini Dei nostri quæ sui bona tibi. Heb.123.

PSAL. CXXII.

Deus ad quem debemus confugere.

Canticum graduum.

1 AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.
2 Ecce, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum,
3 Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.
4 Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione. Heb.124.
5 Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

PSAL. CXXIII.

Tentatio in periculis mortis & inferorum.

Canticum graduum Dauid.

1 NIsi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis.
2 Cùm exurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos.
3 Cùm irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.
4 Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
5 Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
6 Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium:
7 Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.
8 Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Heb.125.

PSAL. CXXIIII.

Deus fidentes sibi nunquam deserit: Auertis Deus à peccatis.

Canticum graduum.

1 QVi confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.
2 Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum.
3 Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
4 Benefac Domine bonis & rectis corde.
5 Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel. *obliquationes

PSAL. CXXV. Heb.126.

Liberatio ex captiuitate diaboli, peccati, & mortis. Fideles sequitur crux, ducens ad gloriam.

Canticum graduum.

1 IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati:
2 Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.
3 Tunc dicent inter Gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis.
4 Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.
5 Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro.
6 Qui seminat in lacrymis, in exultatione metent.
7 Euntes ibant & flebant, portantes semina sua.
8 Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Heb.127.

PSAL. CXXVI.

Vires, solicitudo, & labor hominis, nihil sunt sine Deo.

Canticum graduum Solomonis.

1 NIsi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.
2 Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.
3 Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.
4 Cùm dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filii: merces, fructus ventris.
5 Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excussorum.
6 Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.

PSAL. CXXVII. Hebr.128.

Beatitudo timentis Deum in laboribus manuum.

Canticum graduum.

1 BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius:
2 Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
3 Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

4 Filii tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.
5 Ecce, sic benedicetur homo, qui timet Dominum.
6 Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.
7 Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.

Heb.129. PSAL. CXXVIII.

Fidelis liberatus à peccatoribus impiis.

Canticum graduum.

1 SAepe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel.
2 Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
3 Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.
V cõcidit 4 Dominus iustus *concidet ceruices peccatorum, confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.
5 Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit:
Implenit 6 De quo non implebit manum suam, qui metit, & sinum suum, qui manipulos colligit.
7 Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Heb.130. PSAL. CXXIX.

Clamor cordis contriti infernum sentientis. Fides in promissiones Dei erigitur.

Canticum graduum.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam:
2 Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.
3 Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?
4 Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.
5 Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino.
6 A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.
7 Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
8 Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Heb.131. PSAL. CXXX.

Gloriatio in domo Dei. Tribulationibus deprimitur homo. Sperat.

Canticum graduum Dauid.

1 DOmine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.
2 Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.
3 Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam:
4 Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.
5 Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

PSAL. CXXXI. Hebr.132

Precatur Deum fidelis, ac mittat Christum suum salvatorem à se promissum Dauidi. De Christo promisso.

Canticum graduum.

1 MEmento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius,
2 Sicut iurauit Domino, votũ vouit Deo Iacob:
3 Si introiero in tabernaculũ domus meæ, si ascendero in lectum stratũ mei.
4 Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,
5 Et requiem tẽporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.
6 Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis syluæ. E
7 Introibimus in tabernaculũ eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Assumere
8 *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ, cula 2. Par. 6. 41.
9 Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti tui exultent.
10 Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.
11 Iurauit Dominus Dauid veritatẽ, & non frustrabitur eum, *De fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam. C 2. Reg. 7. 12. 3. 6. 17. 3. 6.
12 Si custodierint filii tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.
13 Et filii eorum vsque in seculum sedebũt super sedem tuam.
14 Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.
15 Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. D
16 Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.
17 Sacerdotes eius induam salutari: & sancti tui exultatione exultabunt.
18 *Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo. e Illic Luc. 1. 69. & 69. malo 3. 21.
19 Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Heb. 132

PSAL. CXXXII.

Gratia communionis membrorum Christi. Beatitudo & vita æterna.

Canticum graduum Dauid.

1 ECce quam bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.
2 Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.
3 Quod descẽdit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.
4 Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.

PSAL. CXXXIII. Hebr. 133

In nostrilibus tentationum manus ad Deum levandæ.

Canticum graduum.

1 ECce, nunc benedicite Domino omnes serui Domini. Qui

F Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
3 In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino.
4 Benedicat te Dominus ex Sion qui fecit cælum & terram.

Heb.135. PSAL. CXXXIIII.

Laus Deo, qui in cælo & in terra facit mirabilia. Deus æternus, & idola vana. Exhortatio ad Dei laudem.

Hallelu-ia.

2 LAudate nomen Domini, laudate serui Dominum.
2 Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
3 Laudate Dominũ, quia bonus Dominus: psallite nomini eius, quoniam suaue est.
4 Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.
5 Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus diis.
6 Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.
Psal. 10. 7 *Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit.
Psal. 32. 8 Qui producit ventos de thesauris suis,
Psal. 77. *qui percussit primogenita AEgypti ab homine vsque ad pecus.
9 Emisit signa & prodigia in medio tui AEgypte, in Pharaonẽ, & in omnes seruos eius.
Psal. 10. 10 Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes.
Psal. 77. 12 *Sehon regem Amorrhæorum, & *Og regem Basan, & omnia regna Chanaam.
C 12 Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.
13 Domine nomen tuum in æternum, Domine memoriale tuum in generationem & generationem.
14 Quia iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur.
Psal. 113. 15 Simulacra Gentium, argentum & aurũ, opera manuum hominum.
16 *Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.
D 17 Aures habent, & non audient, neque enim est spiritus in ore ipsorum.
18 Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.
19 Domus Israel benedicite Domino, domus Aaron benedicite Domino.
20 Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominum benedicite Domino.
Psal. 136. 21 Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

PSAL. CXXXV.

Exhortatio ad laudandam Dei æternam misericordiam, quam suis operibus testatus est, & testatur.

Hallelu-ia.

1 COnfitemini Domino quoniã bonus, quoniã in æternum misericordia eius.
2 Confitemini Deo deorum, quoniam in æternum misericordia eius.
3 Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius.
4 Qui facit mirabilia magna solus: quoniã in æternum misericordia eius.
5 *Qui fecit cælos in intellectu, quoniã in æternum misericordia eius. Gen. 1. 1.
6 *Qui firmauit terram super aquas, quoniam in æternum misericordia eius. Gen. 1. 6. Ier. 10. 6. 12. 51. 6. 15.
7 *Qui fecit luminaria magna, quoniam in æternum misericordia eius.
8 Solem in potestatem diei, quoniam in æternum misericordia eius. Gen. 1. 16. 14.
9 Lunam & stellas, in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.
10 *Qui percussit AEgyptum cum primogenitis eorum, quoniam in æternum misericordia eius. Exod. 12. 29.
11 *Qui eduxit Israel de medio eorum, quoniam in æternum misericordia eius. Exod. 13. 17.
12 In manu potenti & brachio excelso, quoniam in æternum misericordia eius.
13 Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, quoniam in æternum misericordia eius.
14 Et eduxit Israel per medium eius, quoniam in æternum misericordia eius. C
15 *Et excussit Pharaonem & virtutem eius in Mari-rubro, quoniam in æternum misericordia eius. Exod. 14. 27. 28.
16 Qui traduxit populum, suum per desertum, quoniam in æternũ misericordia eius.
17 *Qui percussit reges magnos, quoniam in æternum misericordia eius. Numer. 21. 24.
18 Et occidit reges fortes, quoniam in æternum misericordia eius.
19 *Sehon regem Amorrhæorum, quoniam in æternum misericordia eius. Numer. 21. 35.
20 Et Og regem Basan, quoniam in æternum misericordia eius. D Ios. 12. 6. 7.
21 *Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam in æternum misericordia eius.
22 Hæreditatem Israel seruo suo, quoniam in æternum misericordia eius.
23 Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniã in æternum misericordia eius.
24 Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam in æternum misericordia eius.
25 Qui dat escam omni carni, quoniam in æternum misericordia eius.
26 Confitemini Deo cæli, quoniam in æternum misericordia eius.
27 Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius.

PSAL. CXXXVI. Heb. 137.

Iudæi captivos invitant Babylonii ad cantica. Recusant Dei carmina in impiorum terra canere. Idumæorum interitus. Babyloniæ ruina.

Psalmus Dauid propter Ieremiam.

1 SVper flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dũ recordaremur tui Sion:

Universidad de Deusto Biblioteca

a In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra:
3 Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum.
4 Et qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.
5 Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?
6 Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextra mea.
Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.
7 Si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.
9 Memor esto Domine filiorum Edom, in die Ierusalem:
10 Qui dicunt, Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea.
11 Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.
Isa. 13.c. 16 12 *Beatus qui tenebit & allidet paruulos
*tuos Heb. 138. suos ad petram.

PSAL. CXXXVII.

Laus Deo propter misericordiam & veritatem promissionum suarum. Deus liberans à tentationibus.

Ipsi Dauid.

1 COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
2 In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum Sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.
3 Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omnes nomen sanctum tuum.
4 In quacunque die inuocauero te, exaudi me, multiplicabis in anima mea virtutem.
5 Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui:
6 Et cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.
7 Quoniam excelsus Dominus: & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.
8 Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorum meorũ extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.
9 Dominus retribuet pro me: Domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.

Heb. 139. CAP. CXXXVIII.

Prouidentia Dei erga nos ab vtero matris. Deus vbique. Nemo abscondi potest à Deo. Amici Dei prouidentiam ipsius agnoscentes. Impiorum mors prouidentiam Dei non agnoscentium. Oratio contra hypocrisim.

In finem, Psalmus Dauid.

2 DOmine, probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.
Intellexisti cogitationes meas de longe
2 semitam meam & funiculum meum investigasti.
3 Et omnes vias meas prouidisti: quia non est sermo in lingua mea.
4 Ecce Domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.
5 Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.
6 Quò ibo à Spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?
7 Si ascendero in cælum, tu illic es: *si descendero in infernum, ades. Amos 9.a.
8 Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris:
9 Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextra tua.
10 Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.
11 Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.
12 Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.
13 Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. * cognoscit
14 Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.
15 Imperfectũ meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.
16 Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus nimis. a confortatus est principatus eorum. a consummati.
17 Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabũtur: exurrexi, & adhuc sum tecum.
18 Si occideris Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me.
19 Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas.
20 Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam?
21 Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.
22 Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas:
23 Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna. Heb. 140.

PSAL. CXXXIX.

Fidelis petit liberari ab iis qui eum nituntur à via Dei abducere.

In finem, Psalmus Dauid.

1 ERipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me:
2 Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia.
3 *Acuerunt *linguas suas sicut serpẽtes: ve- Psal. 57. 3. venenum aspidum sub labiis eorum. *linguam suam
4 Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.
5 Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi:
6 Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter

iter scandalum posuerunt mihi.
7 Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meæ,
Deus 8 Domine * Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.
9 Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.
10 Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.
11 Cadent super eos carbones, in ignem deijcies eos, in miseriis non subsistent.
12 Vir linguosus non dirigetur in terra: virũ iniustum mala capient in interitu.
13 Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.
Habet. 141. 14 Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

PSAL. CXL.

Orat afflictus orationem suam exaudiri, & seruari à peccato. Iudicium in principes erroris. Orat liberari à laqueis impiorum.

Psalmus Dauid.

1 DOmine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cùm clamauero ad te.
2 Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.
3 Pone Domine custodiã ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis,
4 Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis,
5 Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.
6 Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
7 Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.
8 Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram.
9 Dissipata sunt ossa nostra secus infernum, quia ad te Domine, Domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam.
10 Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.
11 Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.
Habb. 1.13. 1. Reg. 24. 4.

PSAL. CXLI.

Christus liberatus ex angustiis, & nos fide liberabimur.

Intellectus Dauid, * cum esset in spelunca, oratio.

1 VOce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum:
2 Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.
3 In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas.
4 In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.
5 Considerabam ad dexteram, & videbam & non erat qui cognosceret me.
6 Periit fuga à me: & non est qui requirat animam meam.
7 Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
8 Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.
9 Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.
10 Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi.

Hebr. 148. PSAL. CXLII.

Oratio in vehementi angustia. Recordatus misericordiarum Dei in sanctos, petit auxilium in fide. Petit doceri à Deo.

Psalmus Dauid, quando persequebatur eum Absalom filius eius.

1 DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.
2 (Et non intres in iudicium cum seruo tuo: Exo. 34.6. * quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens) 7.
3 Quia persecutus est inimicus animã meã, humiliauit in terra vitam meam:
4 Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.
5 Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.
6 Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi:
7 Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus.
8 Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
9 Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speraui.
10 Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
11 Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam quia Deus meus es tu.
12 Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.
13 Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
14 Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum. Heb. 144.

PSAL. CXLIII.

Gratiarum actio quòd licet vilis homo, tamen virtute Dei fortis fuerit contra impios. Salus regum & victoria à Deo. Falsa impiorum prosperitas.

Psalmus Dauid aduersus Goliath.

1 BEnedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.
2 Misericordia mea & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus.
3 Protector meus, & in ipso speraui: qui

subdit, subdis populum meum sub me.
4 Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?
Iob.8.b.9.5 Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.
Psal.2.b. 6 Domine inclina cælos tuos, & descende: tange, montes, & fumigabunt.
7 Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.
8 Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.
9 Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.
10 Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.
dae redemit Dauid ser suum suũ 11 Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno: eripe me.
12 Et erue me de manu filiorum alienorum quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.
13 Quorum filii sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.
14 Filiæ eorum compositæ: circumornatæ vt similitudo templi.
15 Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
16 Oues eorum fœtosæ, abiudantes in egressibus suis: boues eorum crassæ.
17 Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.
18 Beatũ dixerunt populũ cui hæc sunt: beatus populus cuius Dominus Deus eius.
Hebr.145. PSAL. CXLIII.
Laus Dei ob mirabilia eius misericordiam & regnum misericordiæ æternum. Prouidentia Dei erga omnes, maximè circa fideles. Inuocantes Deum exaudiuntur. Laus Deo.
Laudatio ipsi Dauid.
Aleph. EXaltabo te Deus meus Rex: & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculũ seculi.
2 Per singulos Dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculũ seculi.
3 Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Daleth.
4 Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt. He.
5 Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt. Vau.
6 Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Zain.
7 Memoria abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua exultabunt. Heth.
Iustitiã 8 Miserator & misericors Dominus: patiens & multum misericors. Teth.
9 Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. Iod.
10 Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi: Caph.
11 Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuã loquentur. Lamed.
12 Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. Mem.
13 Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem. Nun.
14 Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. Samech.
15 Alleuat Dominus omnes qui corruunt: & erigit omnes elisos. Ain.
16 Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno. Pe.
17 Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Sade.
18 Iustus Dominus in omnibus viis suis & sanctus in omnibus operibus suis. Coph.
19 Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. Res.
20 Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Sin.
21 Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet. Thau.
22 Laudationem Domini loquetur os meũ: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum & in seculum seculi. Hebr.146

PSAL. CXLV.
Fidelis in solo Deo rege spera, & non in quacunque te huius mundi.
Hallelu-ia Aggæi & Zachariæ.
1 LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quandiu fuero.
2 Nolite confidere in principibus neq; in filiis hominum, in quibus non est salus.
3 Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
4 Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius: qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Act.14.b. 15.vers.15. Exod.20.
5 Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.
6 Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.
7 Dominus erigit elisos: Dominus diligit iustos.
8 Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet: & vias peccatorum disperdet. viam
9 Regnabit Dominus in secula Deus tuus Sion, in generatione & generationem. Hebr.146

PSAL. CXLVI.
Prouocat fideles ad laudandum Deum. Prouidentia Dei. Timentes Deum.
Hallelu-ia.
1 LAudate Dominum, quoniam bonus est psalmus Deo nostro: sit iucunda decoráque laudatio.
2 Ædificãs Ierusalem Dominus: dispersiones Israelis congregabit.
3 Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.
4 Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocans. nomine

Magnus

5 Magnus Dominus noster, & magna virtus eius & sapientiæ eius non est numerus.
6 Suscipiens mansuetos Dominus: humiliãs autem peccatores vsque ad terram.
7 Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.
8 Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam.
9 Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.
Iob.39. 10 Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.
11 Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei:
12 Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.
Malo Iddem

PSAL. CXLVII.
Potentia verbi Dei describitur, & regnum Dei in terris.
Hallelu-ia.
1 LAuda Ierusalem Dominũ, lauda Deum tuum Sion.
2 Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.
3 Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.
4 Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.
5 Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
6 Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?
7 Emittet verbum suum, & liquefaciet eas: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.
8 Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.
9 Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Hallelu-ia.

PSAL. CXLVIII.
Inuitantur omnes ad laudem Dei.
Hallelu-ia.
1 LAudate Dominum de cælis: laudate eũ in excelsis.
2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
3 Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.
Psal. 103.v.2.4 4 Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.
5 Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.
6 Statuit ea in æternum & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit.
7 Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi.
8 Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.
9 Montes & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri.
10 Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatæ.
11 Reges terræ, & omnes populi, principes, omnes iudices terræ:
12 Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus: laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
13 Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui:
14 Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israel populo appropinquanti sibi. Hallelu-ia.

PSAL. CXLIX.
Laus Dei ab ecclesia ob remissionem peccatorum.
Hallelu-ia.
1 CAntate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
filiũ 2 Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in rege suo.
3 Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei:
in salute 4 Quia beneplacitum est Domino in populo suo, & exaltauit mansuetos in salutem.
5 Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.
Exaltationes 6 Exultationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum.
7 Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis:
8 Ad alligandos reges eorum in compedibus & nobiles eorum in manicis ferreis:
9 Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Hallelu-ia.

PSAL. CL.
Laus Dei ex hilari per Spiritum sanctum corde.
1 LAudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius:
2 Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
3 Laudate eum in sono tubæ: laudate eũ in psalterio & cithara.
4 Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.
5 Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.
Hallelu-ia.

Hieronymi præfatio in Libros Salomonis.

IVNGAT epistola quos iungit sacerdotiũ: imò charta non diuidat quos CHRISTI nectit amor. Commentarios in Osee, Amos, & Zachariam, Malachiam quoque, poscitis: scripsissem si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuum: notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequen-

verba diuersa poscentium: quasi aut æquum sit me vobis esurientibus, aliis laborare? aut in ratione dati & accepti, cuiquam præter vos, obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, triduí opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, MISLE, quas Hebræi parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat: COHELETH, quem Græcè ecclesiasten. Latinè, concionatorem possumus dicere: SIRHASSIRIM, quod in nostra lingua vertitur Canticum Canticorū. Fertur & Panæretos Iesu filii Sirach liber, & aliius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem, Hebraicum reperi, non ecclesiasticum vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes & Canticum Canticorum: vt similitudinem Salomonis, non solum numero librorum, sed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nusquam est: quin & ipse stylus Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad authoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus. Et tamen cum diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ noo in terrarium vas transfusa coacuerint, sed statim de prelo purissimæ commendata testæ, suum saporem seruauerint.

LIBER PROVERBIORUM, quem Hebræi Misle appellant.

CAP. I.

Fit & vsus verbi Dei. Illecebris peccatorum non acquiescendum. Conqueritur sapientia se ab omnibus contemni: & exitium contemptorum prædicit.

1 PArabolæ Salomonis filii Dauid regis Israel:
2 Ad sciendam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ.
3 Et susc ipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem:
4 Vt detur paruulis astutia, & adolescenti scientia & intellectus,
5 Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens, gubernacula possidebit.
6 Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum & ænigmata eorū
Psal. 110. d. 9. eccle. 1. b. 16. 7 *Timor Domini, principium 'sapientiæ. Sapientiam atque doctrinā stulti despiciunt.
'scientiæ 8 Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:
9 Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.
B 10 Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.
C 11 Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra:
12 Deglutiamus eum sicut infernus viuentē & integrum quasi descendentem in lacum.
13 Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis.
14 Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum.
15 Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum.
Esa. 59. b. 7. rom. 3. b. 16. 15. 16 *Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem.
17 Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum.
18 Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas.
19 Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt.
20 Sapientia foris prædicat, in plateis dat C vocem suam:
21 In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens,
22 Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia 'cupient, & imprudentes odibunt scientiam?
'cupiunt
23 Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritū meum, & ostendam vobis verba mea.
24 *Quia vocaui, & renuistis: extendi manū meam, & non fuit qui aspiceret.
Esa. 65. b. 12. iere. 7. b. 13.
25 Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis:
26 Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit.
27 Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia.
D 28 Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non inuenient me:
29 Eo quod exosam habuerint disciplinam & timorem Domini non susceperint.
30 Nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni mex.
31 Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.
32 Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos:
33 Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

CAP.

CAP. II.

Sapientiæ amplectenda quæ timorem & scientiam docet. Dei dona. Sapientia ab impiorum via & conuersatione libe at, & dirigit in viam Dei. Piorum vita, & impiorum interitus.

1 FIlí mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te.
2 Vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.
3 Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ:
4 Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam:
5 Tunc intelliges timorē Domini, & scientiam Dei inuenies.
6 Quia Dominus dat sapientiam, & ex ore B eius prudentia & scientia.
7 Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter,
8 Seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens.
9 Tunc intelliges iustitiam, iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam.
10 Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit:
C 11 Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te,
12 Vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersa loquitur.
13 Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas:
14 Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis:
15 Quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum.
16 Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit sermones suos,
17 Et relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est.
D 18 Inclinata est enim ad mortē domus eius, & ad inferos semitæ ipsius.
19 Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ.
20 Vt ambules in via bona, & calles iustorum custodias.
21 Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea.
22 *Impii vero de terra perdentur: & qui in què agunt, auferentur ex ea.

CAP. III.

Verbum Dei affert vitam. Misericordia & veritas. Fiducia in Deum. Timor Dei. Honorandus Deus. Correctio Dei cum lætitia ferenda. Sapientiæ laus. Verbum Dei sequentibus, omnia prospera. Benefaciendum. Amico statim dandum, nec ei malefaciendum. Non æmulemur iniqui non imitandi. Impiorum perditio. Piorum beatitudo.

1 FIlí mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat.
2 *Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem opponent tibi.
3 Misericordia & veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui:
4 Et inuenies gratiam & disciplinam bonā coram Deo & hominibus.
5 Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.
6 In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.
7 *Ne sis sapiens apud temetipsum: time 'Deum, & recede à malo.
Rom. 12. b. 16.
8 Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irriga tio ossium tuorum.
'Dominum
9 Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ:
Tobiæ. 4. b 7. luc 14 c. 13.
10 Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.
B 11 *Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias cum ab eo corriperis:
Heb. 12. b. 5. apocal. 3. d. 19.
12 Quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi.
13 Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit 'prudentia:
'Alii legunt prudentiā, ac cuiuscuiscasu: vade conficitur scriptores corruptè affluit, pro effluit scripsisse.
14 Melior est acquisitio eius negotiatione 'auri & argenti, primi & purissimi fructus eius:
'argenti, & auro primo
15 Pretiosior est cunctis opibus sapientia: & omnia quæ desiderantur huic non valent comparari.
16 Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.
17 Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ.
C 18 Lignū vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui 'tenuerint eam, beati.
'tenuerit ea, beat⁹
19 Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia.
20 Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt.
21 Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem meam atque consiliū meū:
22 Et erit vita animæ tuę, & gratia faucibus tuis.
23 Tunc ambulabis fiduciaIiter in via tua, & pes tuus non impinget.
24 Si dormieris, nō timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus.
25 Ne paueas repentino terrore, & irruētes tibi 'potentias impiorum:
'ruinæ
26 Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.
27 Noli prohibere benefacere eum qui po- D test: si vales, & ipse benefac.
28 Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi: cùm statim possis dare.
29 Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.
30 Ne contendas aduersus hominem frustra, cùm ipse tibi nihil mali fecerit.
31 Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius:
32 Quia abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius.
33 Egestas à Domino in domo impii: habitacula autem iustorum benedicentur.
34 Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam.
35 Gloriam sapientes possidebunt: stultorum 'exultatio, ignominia.
'exaltatio,

CAP. IIII.

Sapientiam, eiusque fructum, & viam quærendam docet. A via impiorum declinandum

suadet. De custodia verbi Dei. Cor. Os. Oculi. Incessus.

1 AVdite filii disciplinam patris, & attendite: vt sciatis prudentiam,
2 Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.
3 Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea:
4 Et docebat me, atque dicebat, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues.
5 Possidе sapientiam, possidе prudentiam: ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei.
6 Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te.
B 7 Principium sapientiæ, possidе sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam.
8 Arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.
9 Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.
10 Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ.
11 Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis:
12 Quas cùm ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.
13 Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua.
C 14 Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.
15 Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina & defere eam.
16 Non enim dormiunt, nisi cùm malefecerint: & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint.
17 Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.
18 Iustorum autẽ semita, quasi lux splendẽs, procedit & crescit vsq; ad perfectam diem.
19 Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant.
20 Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam.
D 21 Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui:
22 Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas.
23 Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit.
24 Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te.
25 Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.
*semitam 26 Dirige *semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur.
27 Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: auerte pedem tuum à malo.
*viti duo versus in quibusdã exẽplaribus nõ leguntur. 28 *Vias enim quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt, quæ à sinistris sunt.
29 Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet.

CAP. V.

Scortationem vitandam monet. Prodigalitatem prohibet. Propriis laboribus vult non alienis contentum esse. Vxor diligenda. Scortatorio vitanda.

1 FIli mi, attende ad sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam.
2 Vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent.
3 Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. *stillans
4 Nouissima autem illius amara quasi absynthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps.
5 Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant.
6 Per semitam vitæ nõ ambulant, vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. B
7 Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei.
8 Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.
9 Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.
10 Ne forte impleãtur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena.
11 Et gemas in nouissimis quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum, C
12 Et dicas, Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus nõ acquieuit cor meum,
13 Nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam?
14 Penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ & synagogæ.
15 Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui.
16 Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.
17 Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. D
18 Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ:
19 Cerua carissima, & gratissimus hinnulus. Vbera eius inebrient te in omni tempore: in amore eius delectare iugiter.
20 Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? *Iob 31. 9. Prou. 6. 29.
21 *Respicit Dominus viam hominis, & omnes gressus eius considerat.
22 Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.
23 Ipse morietur, quia nõ habuit disciplinã, & in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

CAP. VI.

Sponsorem instruit. Excitatur piger ad laborem. Arguitur schismaticus, & iurgiorum auctor apud Deum detestabilis. Oculi. Linguа. Manus. Cor. Pedes. Testis falsus. Adhortatur ad contemplationem verbi Dei, quo retrahimur à scortatione. Adultera fugienda. Contagio mali. Mœchi grauius peccant quam fœmellæ furer.

1 FIli mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneũ animam tuam. *fidem
2 Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus.
3 Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manũ proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum: Ne de

4 Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.
5 Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis.
6 Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & discе sapientiam:
7 Quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem,
8 Parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.
Iob 24. 9 *Vsquequo piger dormies, quando consurges è somno tuo?
B 10 Paululum dormies, paululũ dormitabis, paululum cõseres manus tuas vt dormias:
11 Et veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus.
12 Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longè fugiet à te.
13 Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur,
14 Prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.
15 Huic extẽplo veniet perditio sua, & subitò cõteretur, nec habebit vltra medicinã.
16 Sex sunt quæ odit Dominus, & septimũ detestatur anima eius.
17 Oculos sublimes, linguam mendacem, Manus effundentes innoxium sanguinem,
C 18 Cor machinans cogitationes pessimas, Pedes veloces ad currendum in malum,
19 Proferentem mendacia testem fallacem, Et eũ qui seminat inter fratres discordias.
Ex Ephes. 5. 20 Conserua fili mi, præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.
21 Liga eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo.
22 Cùm ambulaueris, gradiantur tecũ: cùm dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis:
23 (Quia mandatũ lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ)
24 Vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ.
25 Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.
26 Pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animã capit.
D 27 Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant?
28 Aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius?
29 Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cùm tetigerit eam.
30 Non grandis est culpa cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam:
31 Deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet, & liberabis se.
32 Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam:
33 Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur.
34 Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus,
35 Nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

CAP. VII.

Exhortatio ad sapientiam, quæ custodit à meretricibus. Meretricum verba & illecebræ.

1 FIli mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi.
2 Fili, honora Dominum, & valebis: præter eum verò ne timueris alienum.
3 Serua mandata mea, & viues: & legem meam quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. *ea (plus. num.
4 Dic sapientiæ, Soror mea es: & prudentiam voca amicam tuam: B
5 Vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit.
6 De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi iuuenem.
7 Et video parvulos, considero vecordem iuuenem,
8 Qui transit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obscuro.
9 Aduesperascente die, in noctis tenebris & caligine.
10 Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas,
11 Garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis;
12 Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians.
13 Apprehensumque deosculatur iuuenem, & proeaci vultu blanditur, dicens,
14 Victimas pro salute denoui, hodie reddidi vota mea. C
15 Ideirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi.
16 Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex AEgypto.
17 Aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo.
18 Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. *Donec illucescat dies, & fruamur cupitis amplexibus.
19 Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima.
20 Sacculum pecuniæ secũ tulit: in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam.
21 Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum.
22 Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, D
23 Et ignorãs & nescit quod ad vinculã stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueũ, & nescit quod de periculo animæ illius agitur.
24 Nunc ergo fili mi, audi me, & attende verbis oris mei. *Ignorat
25 Ne abstrahatur in viis illius mẽs tua, neque decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit,
26 Et fortissimi quique interfecti sunt ab eo.
27 Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

CAP. VIII.

Sapientia seipsam commendat.

1 NVnquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam?
2 In summis excelsisque verticibus supra viam, in mediis semitis stans,
3 Iuxta portas ciuitatis in foribus loquitur, dicens,
4 O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.
5 Intelligite paruuli astutia, & insipientes animaduertite.
6 Audite quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent.
7 Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.
8 Iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum quid, neque peruersum:
9 Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam.
B 10 Accipite disciplinam meam, & non pecuniam, doctrinam magis quàm aurū eligite.
*gemmis 11 Melior est enim sapientia cunctis opibus pretiosissimis: & omne desiderabile, ei non potest comparari.
12 Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.
13 Timor Domini odit malum: arrogantiam & superbiam, & viam peruersam, & os bilingue detestor.
14 Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.
15 Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.
16 Per me principes imperant: & potentes decernunt iustitiam.
*vigilant 17 Ego diligentes me, diligo: & qui manè
*supernæ *vigilauerint ad me, inuenient me.
18 Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia.
C 19 Melior est enim fructus meus auro & lapide pretioso, & genimina mea argento electo.
*ambulabo. 20 In viis iustitiæ *ambulo, in medio semitarum iudicii,
21 Vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam.
Sap. 9. b. 9. 22 *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio.
23 Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret.
24 Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: nec dum fontes aquarum eruperant.
25 Necdum montes graui mole constiterāt, ante omnes colles ego parturiebar:
26 Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.
D 27 Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyssos:
28 Quādo æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum.
29 Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ.
30 Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo
31 Et ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ, esse cum filiis hominum.
32 Nunc ergo filii audite me. Beati qui custodiunt vias meas
33 Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abiicere eam.
34 Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes hostii mei.
35 Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino:
36 Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

CAP. IX.

Sapientia omnes ad se inuitat. Derisor. Timor Dei. Meretrix.

1 SApientia ædificauit sibi domum, excidit columnas (septem.
2 Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.
E 3 Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis,
4 Siquis est paruulus, veniet ad me. Et insipientibus locuta est,
5 Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis,
6 Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.
7 Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat.
8 Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te.
C 9 Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere.
Sap. 7. d. 7. Psalm. 110. e. 10. Eccles. 1. b. 16. 10 *Principium sapientiæ, timor Domini: & scientia, sanctorum prudentia.
11 Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.
12 Si sapiens fueris, tibimetipsi eris, si autem illusor, solus portabis malum.
13 Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens,
*Sedit D 14 *Sedet in foribus Domus suæ super sellam in excelso vrbis loco.
15 Vt vocaret transeuntes per viam & pergentes itinere suo. Quis est paruulus, declinet ad me.
16 Et vecordi locuta est,
17 Aquæ furtiuæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior.
18 Et ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius.
19 Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.

PARABOLAE, SEV *Sententiæ Salomonis.*

CAP. X.

1 FIlius sapiens lætificat patrem: filius vero stultus, mœstitia est matris suæ

Nihil 2 Nil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte.
3 Non affliget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.
4 Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium, diuitias parat.
5 Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aues volantes.
6 Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem sterit æstate, filius confusionis.
B 7 Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas.
8 Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet.
9 Sapiens corde præcepta suscipiet: stultus cædetur labiis.
10 Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit.
Eccles. 27. c. 25. 11 *Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labiis, verberabitur.
12 Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem.
Sap. 4. b. 3. 1. Petr. 4. d. 8. Iacob. 5. c. 13. 13 Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas.
14 In labiis sapientis inuenitur sapientia: & virga in dorso eius: qui indiget corde.
15 Sapientes abscondunt scientiam os autem stulti confusioni proximum est:
C 16 Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum.
17 Opus iusti, ad vitam: fructus autem impii, ad peccatum.
18 Via vitæ, custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.
19 Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est.
20 In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.
21 Argentum electum, lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo.
22 Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur.
23 Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio.
D 24 Quasi per risum stultus operatur scelus sapientia autem est viro prudentia.
25 Quod timet impius: veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur.
26 Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum.
27 Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum in via.
28 Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.
29 Expectatio iustorum, lætitia: spes autem impiorum peribit.
30 Fortitudo simplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum.
31 Iustus in æternum non commouebitur: impii autem non habitabunt super terram.
& 32 Os iusti parturiet sapientiam, *lingua prauorum peribit.
33 Labia iusti considerant placita, & os impiorum peruersa.

CAP. XI.

1 STatera dolosa abominatio est apud *Deum, & pondus æquum voluntas eius
2 Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.
3 Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos.
4 *Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte.
5 Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius.
6 Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidiis suis capientur, iniqui.
7 *Mortuo homine impio nulla erit vltrà spes, & expectatio solicitorum peribit.
8 Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo.
9 Simulator ore decipit amicum suum: iusti g autem liberabuntur scientia.
10 In bonis iustorum *exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio.
11 Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.
12 Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.
13 Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum.
14 Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia.
15 Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, securus erit.
16 Mulier gratiosa inueniet gloriam, & robusti habebunt diuitias.
17 Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos C abiicit.
18 Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis.
19 Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem.
20 Abominabile Domino cor prauum, & voluntas eius in iis qui simpliciter ambulant.
21 Manus in manu non erit innocens malus: semen autem iustorum saluabitur.
22 Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.
23 Desiderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor.
24 Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt: alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.
25 Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.
26 Qui abscondit frumenta, maledicetur in D populis: benedictio autem super caput vendentium.
27 Bene consurgit diluculo, qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.
28 Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.
29 Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, seruiet sapienti.
30 Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit

animas sapiens est.
2. Par. 4. d. 18. 31 *Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?

CAP. XII.

1 QVi diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem audit increpationes, insipiens est.
2 Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.
3 Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non commouebitur.
4 Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit.
5 Cogitationes iustorum, iudicia: & consilia impiorum, fraudulenta.
6 Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos.
7 Verte impios, & non erunt, domus autem iustorum permanebit.
8 Doctrina sua noscitur vir, qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.
9 Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pane.
10 Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia.
demorationibus) sic LXX. 11 Qui operatur terram suam, satisabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.
Qui suauis est in vini moderationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam.
12 Desiderium impii monimentum est pessimorum: radix autem iustorum proficiet.
13 Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugit autem iustus de angustia.
14 De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei.
15 Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia.
16 Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est.
index 17 Qui quod nouit loquitur, index iustitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus.
18 Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ: lingua autem sapientium sanitas est.
19 Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.
20 Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.
21 Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impii autem replebuntur malo.
D 22 Abominatio est Domino labia mendacii: qui autem fideliter agunt, placent ei.
23 Homo versutus celat scientiam: & cor insipientium prouocat stultitiam.
24 Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet.
25 Mœror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur.
26 Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: iter autem impiorum decipiet eos.
27 Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri pretium.
28 In semita iustitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

CAP. XIII.

1 FIlius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, nó audit cum arguitur.
2 De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem impiorum iniqua. præuaricatorum
3 Qui custodit os suum, custodit animam suam, qui autem iaconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.
4 Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.
5 Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confunditur.
6 Iustitia custodit inuocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat.
7 Est quasi diues, cum nihil habeat: & est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit.
8 Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet.
9 Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur.
10 Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.
11 Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.
12 Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens.
13 Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur. C
Animæ dolosæ errant in peccatis: iusti autem misericordes sunt & miserantur.
14 Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.
15 Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago.
16 Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est aperit stultitiam.
17 Nuntius impii cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas.
18 Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.
19 Desiderium, si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala. D
20 Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.
21 Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona.
22 Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris.
23 Multi cibi in noualibus patrum: & aliis congregantur absque iudicio. aliis
24 Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. suum
25 Iustus comedit, & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis.

CAP.

CAP. XIIII.

1 SApiens mulier ædificat domum suam: insipiens extructam quoque manibus destruet.
hab. 12. c. 4. 2 *Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via.
Domi-num. 3 In ore stulti virga superbiæ: labia autem sapientum custodiunt eos.
4 Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem apparent plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.
5 Testis fidelis non mentietur: profert autem mendacium dolosus testis.
6 Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis.
Nescit 7 Vade contra virum stultum, & nescit labia prudentiæ.
Simprudentia 8 Sapientia callidi, est intelligere viam suam: & prudentia stultorum errans.
B 9 Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia.
10 Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.
Vero 11 Domus impiorum delebitur: tabernacula iustorum germinabunt.
12 Est via quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem.
13 Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat.
14 Viis suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus.
15 Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos.
Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.
16 Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit & confidit.
17 Impatiens operabitur stultitiam: & vir versutus odiosus est.
C 18 Possidebunt paruuli stultitiam: & expectabunt astuti scientiam.
19 Iacebunt mali ante bonos: & impii ante portas iustorum.
flex 20 Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici vero diuitum multi.
21 Qui despicit proximum suum, peccat: qui autem miseretur pauperis, beatus erit.
Qui credit in Domino, misericordiam diligit.
22 Errant qui operantur malum: misericordia & veritas præparant bona.
23 In omni opere bono erit abundantia: vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.
24 Corona sapientum, diuitiæ eorum, fatuitas stultorum imprudentia.
25 Liberat animas testis fidelis: & profert mendacia versipellis.
26 In timore Domini fiducia fortitudinis, & filii eius erit spes.
D 27 Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.
28 In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.
prudentia 29 Qui patiens est multa gubernatur: sapientia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.
30 Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia.
31 *Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miserertur pauperis. Inf. 17. d. 5
32 In malitia sua repellitur impius: sperat autem iustus in morte sua. expellitur
33 In corde prudentis requiescit sapientia, & indoctos quoque erudiet. quoque
34 Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum.
35 Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam eius in utilis sustinebit.

CAP. XV.

1 REsponsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.
2 Lingua sapientum ornat scientiam: ac fatuorum ebullit stultitiam.
3 In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.
4 Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum.
5 Stultus irridet disciplinam patris sui, qui autem custodit increpationes, astutior fiet.
6 In abundanti iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur.
7 Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impii conturbatio. D
8 Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit.
9 Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia.
10 Abominatio est Domino via impii: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.
11 Doctrina mala deserentium viam vitæ: qui increpationes odit, morietur.
12 Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum:
13 Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur.
14 *Cor gaudens exhilarat faciem in mœrore animi deiicitur spiritus. Inf. 17. d. 22.
15 Cor sapientis quæret doctrinam: & os stultorum pascitur imperitia. quæris
16 Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi iuge conuiuium.
17 Melius est parum cum timore Domini, C quàm thesauri magni & insatiabiles.
18 Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio.
19 Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.
20 Iter impiorum quasi sepes spinarum: via pigrorum iustorum absque offendiculo.
21 Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam.
22 Stultitia gaudium stulto: & vir prudens dirigit gressus suos.
23 Dissipantur cogitationes vbi non est consilium, vbi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.
24 Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus.
25 Semita vitæ super erudituum, vt declinet

de inferno nouissimo.

D 35 Domum superborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ.
26 Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.
27 Conturbat domum suam, qui sectatur auariciam: qui autem odit munera, viuet.
28 Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo.
"meditatur 'sapientiam: 29 Mens iusti "meditabitur 'obedientiam: os impiorum redundat malis.
30 Longè est Dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet.
31 Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat ossa.
32 Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientum commorabitur.
33 Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus possessor est cordis.
34 Timor Domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

1 HOminis est animam præparare, & Domini gubernare linguam.
2 Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus.
3 Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.
4 Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum.
5 Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens.
6 Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud Deum magis quàm immolare hostias.
Sup.15. d.27. *Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.
7 Cùm placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.
B 8 Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate.
9 Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.
10 Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius.
11 Pondus & statêra iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides "seculi.
'seculi. 12 Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium.
13 Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur 'dirigetur.
'diligetur 14 Indignatio regis, nuntij mortis: & vir sapiens placabit eam.
C 15 In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus.
16 Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.
17 Semita iustorum declinat mala, custos animæ suæ seruat "viam suam.
viam 18 Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam 'exaltabitur spiritus.
19 Melius est humiliari cum mitibus: quàm diuidere spolia cum superbis.
20 Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est.
21 Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora 'percipiet. 'percipiet
22 Fons vitæ, eruditio possidentis: doctrina stultorum, fatuitas.
23 Cor sapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam.
24 Fauus mellis compositio verba, dulcedo animæ "& sanitas ossium.
D 25 *Est via quæ videtur homini recta, & 'nouissima eius ducunt ad mortem. Sup.14. b.12.
26 Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum: 'nouissimum eius ducit
27 Vir 'insipiens fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit. 'impius
28 Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes.
29 Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.
30 Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua 'perficiet malum. "perficit
31 Corona dignitatis senectus quæ in viis iustitiæ reperietur.
32 Melior est patiens, viro forti: & qui dominabitur animo suo, expugnatore vrbium.
33 Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.

CAP. XVII.

1 MElior est buccella ficca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio.
2 *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. Ecclesiast. 10. d.3.
3 Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.
4 Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labijs mendacibus.
5 Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius: non erit impunitus. Sup.14. d.31.
6 Corona senum, filij filiorum: & gloria filiorum, patres eorum.
7 Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. E
8 Gemma gratissima, expectatio præstolantis: quocunque se vertit, prudenter intelligit.
9 Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos.
10 Plus proficit 'correctio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. 'correptio
11 Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.
12 Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua.
13 *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Rom.12. d.17. 1.Pet. 3.b.9.
14 Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. Eccles.5.d. 15.
15 *Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum,

iustum abominabilis est vterque apud Deum.
16 Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere non possit?
Qui altaria facit domum suam, quærit ruinam: & qui cuitat discere, incidet in mala.
17 Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.
18 Stultus homo plaudet manibus suis cùm spoponderit pro amico suo.
'obtium suum inuenit qui spergit sep. 19 Qui meditatur discordias diligit rixas: & qui exaltat "os suum, quærit ruinam.
20 Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum, & qui vertit linguam, incidet in malum.
21 Natus est stultus in ignominiâ suam, sed nec pater in fatuo lætabitur.
Prou.23.b. 24. 22 *Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa.
23 Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.
Ecclesiast. 20. c. 24 *In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ.
25 Ira patris filius stultus, & dolor matris, quæ genuit eum.
26 Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat.
Mat.12.19. 27 *Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus.
28 Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

CAP. XVIII.

1 OCcasiones quærit qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis.
2 Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius.
3 Impius cùm in profundum venerit peccatorum, cõtemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium.
4 Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ.
5 Accipere personam impii in iudicio, non est bonum, vt declines à veritate iudicii.
6 Labia stulti miscet se rixis, & os eius iurgia pronocat.
B 7 Os stulti contritio eius, & labia eius ruina animæ eius.
8 Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa pertransiunt vsque ad interiora ventris.
Pigrũ delicit timor: animæ autem effœminatorum esurient.
9 Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.
'ipsum 10 Turris fortissima nomen Domini: ad "ipsam currit iustus, & exaltabitur.
11 Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circundans eum.
12 Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur, humiliatur.
Prou.22. a.4. 13 *Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignũ.
C 14 Spiritus viri sustentat imbecillitatẽ suam: spiritum vero ad iracundum facilem quis potuerit sustinere?
15 Cor 'prudentis possidebit scientiam, & auris sapientum quærit doctrinam. 'prudens
16 Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spacium ei facit.
17 Iustus prius est accusator suus: venit amicus eius, & inuestigabit eum.
18 Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat.
19 Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbium.
D 20 De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.
'manducabunt 21 Mors & vita in 'manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius.
22 Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino.
23 Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & impius.
24 Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigide.
25 Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater.

CAP. XIX.

1 MElior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua, & insipiens.
2 Vbi non est scientia, animæ non est bonum, & qui festinus est pedibus, offendet.
3 Stultitia hominis supplãtat gressus eius, & contra "Deum feruet animo suo. "Domũ
4 Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit separantur.
Deut.19. d.19. dam. 13.g.61. 5 *Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.
6 Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.
7 Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. E
8 Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona.
9 Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia perībit.
'deliciæ 10 Non decent stultum 'diuitiæ, neu seruum dominari principibus.
11 Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi.
12 Sicut fremit leonis, ira & regis ira: & sicut ros super herbam, hæ & hilaritas eius.
13 Dolor patris filius stultus, & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier.
14 Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem proprie vxor prudens. C
15 Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet.
'vias suas 16 Qui custodit mandatum, custodit animã suam: qui autem negligit 'viam suã mortificabitur.
17 Foneratur Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam redget ei.
18 Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.

19 Qui enim impatiens est sustinebit damnum: & cum rapuerit, aliud apponet.
20 Audi consilium & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.
21 Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autē Domini in æternum permanebit.
D 22 Homo indigens misericors est: & melior est pauper iustus, quàm vir mendax.
23 Timor Domini ad vitam, & in plenitudine cōmorabitur, absq; visitatione pessimi.
24 Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.
Inf. 21. 25 *Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam.
b disciplinam c est 26 Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignominiosus a erit & infelix.
27 Non cesses fili audire doctrinā, nec ignores sermones scientię.
28 Testis iniquus derider iudicium, & os impiorum deuorat iniquitatem.
29 Parata sunt derisoribus iudicia, & malei percutientes stultorum corporibus.

CAP. XX.

1 LVxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit sapiens.
2 Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam.
3 Honor est homini, qui separat se à cōtentionibus: omnes autē stulti miscentur contumeliis.
4 Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi.
5 Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: & homo sapiēs exhauriet illud.
6 Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?
B 7 Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos a post se filios a derelinquit.
a derelinquet. 8 Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.
1.Io.1.a.3, 3.reg.3.c. 9 *Quis potest dicere, Mundū est cor meū, purus sum à peccato?
45.2.par. 6.g.36. 10 Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud a Deum.
a Dominū 11 Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius.
12 Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit vtrunque.
13 Noli diligere somnum, ne te gestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus.
C 14 Malū est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur.
15 Est aurum & multitudo gemmarum: vas autem pretiosum labia scientiæ.
Inf. 27. c. 13. 16 *Tolle vestimentum eius, qui fidefussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.
17 Suauis est homini panis mēdacij, & postea implebitur os eius calculo.
a consiliis 18 Cogitationes a consilii roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella.
19 Et qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.
20 *Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur a lumen eius in mediis tenebris.
Exo. 21. c. 15. levitic. 20. b. 9. mat. 15. d. 4.
21 Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.
22 *Ne dicas, Reddā malum pro malo: expecta Dōminum, & liberabit te.
23 Abominatio est apud Dominum pondus & pondus, statēra dolosa non est bona.
24 A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam?
25 Ruina est homini a deuotare sanctos: & post, vota a retractare.
D lucerna Sap. 17. d. 13, 20. 26 Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem.
27 Lucerna Domini spiraculum hominis, qui inuestiget omnia secreta ventris.
28 Misericordia & veritas custodiunt regē, & roborātur clementia thronus eius.
29 Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas senum canities.
30 Liuor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris.

CAP. XXI.

1 SIcut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocunque voluerit inclinabit illud.
2 Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda Dominus.
a iustitiam 3 Facere a misericordiam & iudicium magis placet Domino, quàm victimæ.
a & 4 Exaltatio oculorum a est dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum.
a semper 5 Cogitationes robusti semper in abundātia: omnis autem piger a in egestate est.
6 Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.
7 Rapinæ impiorū detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium.
Peruersa via viri, aliena est à Deo: qui autem mundus est, rectum opus eius.
B Inf. 25. d. 24. 8 *Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi.
9 Anima impii desiderat malum, non miserebitur proximo suo.
Sup. 19. d. 25. 10 *Mulctato pestilente sapiētior erit parvulus: & si sectetur sapientē, sumet scientiam.
in malis. 12 Excogitat iustus de domo impii, vt detrahat impios a malo.
13 Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.
14 Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam.
15 Gaudium iusto est facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem.
C à via 16 Vir qui errauerit a in via doctrinę, in cœtu gigantum commorabitur.
17 Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.
a recta Eccli. 25. c. 27. inf. 25. d. 24. 18 Pro iusto dabitur impius: & pro a recto iniquus.
19 *Melius est habitare in terra deserta, quā cum muliere rixosa & iracunda.
20 Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo

habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud.
21 Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam & gloriam.
a terraxit que 22 Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & a destruxit que robur fiduciæ eius.
23 Qui custodit os suum, & linguā suam, custodit ab angustiis animam suam.
D 24 Superbus & arrogans vocatur in do ctus, qui in ira operatur superbiam.
25 Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari:
26 Tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est tribuet, & non cessabit.
Prou. 21. d. 13 a qui a requiritur 27 *Hostiæ impiorum abominabiles, a quæ offeruntur ex scelere.
28 Testis mendax peribit: vir obediens a loquetur victoriam.
29 Vir impius procaciter obfirmat vultum suum, qui autem rectus est, a corrigit viam suam.
30 Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.
31 Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

CAP. XXII.

Prou. 7. c. 17. 1 *MElius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: super argentum enim & aurum, gratia bona.
2 Dives & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque operator est Dominus.
3 Callidus videt malū, & abscondit se: innocens pertransiit, & afflictus est damno.
4 Finis modestiæ timor domini, diuitiæ & gloria & vita.
a peruerfis 5 Armæ & gladii in via a superbi: custos autem animæ suæ longè recedit ab eis.
6 Prouerbium est, Adolescens iuxta viam suam, etiā cùm senuerit, non recedet ab ea.
7 Dives pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, seruus est fœneratoris.
a malum 8 Qui seminat iniquitatem, metet a mala, & virga iræ suæ consummabitur.
Prou. 31. c. 17. B 9 *Qui prænus est ad misericordiam, benedicetur: de panib⁹ enim suis dedit pauperi.
Victoriam & honorem acquiret qui dat munera, animam autem aufert accipientium.
10 Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgiū, cessabúntque causæ & contumeliæ.
11 Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.
12 Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.
a mercatricis 13 Dicit piger, Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.
C 14 Fouea profunda os a alienæ: cui iratus est Dominus, incidet in eam.
15 Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.
16 Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.
17 Fili mi, inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor tuum ad doctrinam meam:
18 Quæ pulchra erit tibi cùm seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis.
19 Vt sit in domino fiducia tua, vnde & ostendam eam tibi hodie.
20 Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia.
21 Vt ostenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis a respondere ex his illis qui miserunt te.
a respondere
22 Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta:
D 23 Quia iudicabit Dominus causam eius, & coniget eos qui confixerunt animam eius.
24 Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum homine furioso:
25 Ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.
26 Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis.
27 Si enim non habes vnde reddas, quid causæ est vt tollat operimentum a de cubili tuo?
a tuum
28 Ne trāsgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.
29 Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

CAP. XXIII.

1 QVando sederis vt comedas cum principe, diligēter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam:
2 Et statue cultrū in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.
3 Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.
4 Noli laborare vt diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum.
5 Ne erigas oculos tuos ad opes, quas nō potes habere: fecerunt sibi pennas quasi aquilæ, & a volabunt in cælum.
a uolābunt
6 Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius.
7 Quoniam in similitudine arioli & coniectoris æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi, & mens eius non est tecum.
8 Cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos.
B 9 In auribus insipientiū ne loquaris: quia despiciet doctrinam eloquii tui.
10 Ne arripias parvulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas:
11 *Propinquus enim illorū fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum.
12 Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.
13 *Noli subtrahere a puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur.
Supra 13. d. 24. eccli. 30. a. 1. 14 Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.
15 Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum:
16 Et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua.
Infrà 24. a. 1. 17 *Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die:
18 Quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur.
C 19 Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in

via animum tuum.
20 Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt:
21 Quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.
22 Audi patrem tuum qui genuit te, & ne contemnas cùm senuerit mater tua.
23 Veritatem eme, & noli vendere: sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.
24 Exultat gaudio pater iusti: & qui sapientem genuit, lætabitur in eo.
25 Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te.
26 Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tuis vias meas custodiant.
27 Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.
28 Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos [a]inuenerit interficiet.
29 Cui væ: cuius patri Væ? cui rixæ: cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui [b]suffosio oculorum?
30 Nónne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?
31 Ne intuearis vinum quando flauescit, cùm splenduerit in vino color eius:
32 Ingreditur blandè, & in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.
33 Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuũ loquetur peruersa.
34 Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo.
35 Et dices, Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

CAP. XXIIII.

1 NE æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis:
2 Quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.
3 Sapiẽtia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur.
4 In doctrina replebũtur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima.
5 Vir sapiens, fortis est: & vir doctus robustus & validus.
6 Quia cum dispositione inibitur bellum: & erit salus vbi multa consilia sunt.
7 Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.
8 Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.
9 Cogitatio stulti peccatum est, & abominatio hominum detractor.
10 Si desperaueris [c]lapsas in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.
11 *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahũtur ad interitũ liberare ne cesses.
12 Si dixeris, Vires non suppetunt: qui inspector est cordis ipse intelliget, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddétque homini iuxta opera sua.
13 Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo:
14 Sic & doctrina sapientiæ, animæ tuæ, quã cùm inueneris, habebis in nouissimis spẽ, & spes tua non peribit.
15 Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius.
16 Septies enim in die cadet iustus, & resurget: impii autem corruent in malum.
17 Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum.
18 Ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.
19 Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios.
20 Quoniam non habebit futurorũ spem mali, & lucerna impiorum extinguetur.
21 Time Dominũ fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis.
22 Quoniam repentè cõsurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit?

Hæc quoque sapientibus.

23 [d]Cognoscere personam in iudicio, non est bonum.
24 Qui dicunt impio, Iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus.
25 Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio.
26 Labia deosculabitur qui recta verba respondet.
27 Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & posteà ædifices domum tuam.
28 Ne sis testis frustra contra proximũ tuũ, nec lactes quenquam labiis tuis.
29 Ne dicas, Quo modo fecit mihi, sic faciã ei, & reddam vnicuique secundum opus suum.
30 Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti:
31 Et ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & macerla lapidum destructa erat.
32 Quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.
33 *Vsquequo piger dormies? vsquequo de somno cõsurges? Parum inquam dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres, vt quiescas:
34 Et veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus.

CAP. XXV.

1 HAE QVOQVE PARAbolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.
2 GLoria Dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem.
3 Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile.
4 Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum:
5 Auferi impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.
6 Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris:
7 Melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc, quam vt humilieris coram principe, [e]quæ viderunt oculi tui.

8 Ne proferas in iurgio cito: ne posteà emẽdare non possis, cùm dehonestaueris amicũ tuum.
9 Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles:
10 Ne fortè insultet tibi cùm audierit, & exprobrare non cesset.
Gratia & amicitia liberant, quas tibi seruat, ne exprobrabilis fias.
11 Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.
12 Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem.
13 Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui [f]misit eum, animam ipsius requiescere facit.
14 Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.
15 *Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duritiam.
16 Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne fortè saciatus euomas illud.
17 Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.
18 Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.
19 Deus putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ.
20 Et amittit pallium in die frigoris, acetum in nitro: qui cantat carmina cordi pessimo.
21 Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi.
22 *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si [g]sitit, da ei aquam bibere.
23 Prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi.
24 Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.
25 *Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & domo communi.
26 Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua.
27 Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.
28 *Sicut mel multum comedi, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.
29 Sicut vrbs patens & absque murorũ ambitu: ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

CAP. XXVI.

1 QVomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe, sic indecens est stulto gloria.
2 Sicut auis ad [h]alia transuolans, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet.
3 Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.
4 Ne respondeas stulto iuxta stultitiã suam, ne efficaris et similis.
5 Respondе stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.
6 Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stulum.
7 Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola.
8 Sicut qui mittit lapidẽ in acerunm Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem.
9 Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.
10 Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium, iras mitigat.
11 *Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.
12 Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.
13 Dicit piger, Leo est in via & læna in itineribus.
14 Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.
15 *Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suum eas conuerterit.
16 Sapientior sibi [i]stultus videtur septem viris loquentibus sententias.
17 Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit & impatiens, & commiscetur rixæ alterius.
18 Sicut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in mortem:
19 Ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & cùm fuerit deprehensus dicet, Ludens feci.
20 Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis. & susurrone subtracto iurgia conquiescunt.
21 *Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitat rixas.
22 Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis.
23 Quomodo si argento fordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.
24 Labiis suis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos.
25 Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.
26 Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio.
27 *Qui fodit soueam, incidet in eam: & qui volui lapidem, reuertetur ad eum.
28 Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.

CAP. XXVII.

1 NE glorieris in crastinum, ignoras quid superuentura pariat dies.
2 Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.
3 *Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior.
4 Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit?
5 Melior est manifesta [k]correctio, quàm amor absconditus.
6 Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.
7 Anima saturata calcabit [l]fauum: & anima

esuriens eriam amarum pro dulci sumet.
B 2 Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir
qui derelinquit locum suum.
9 Vnguento & variis odoribus delectatur
cor: & bonis amici consiliis anima dulco-
ratur.
10 Amicum tuum, & amicum patris tui ne
dimiseris: & domum fratris tui ne ingre-
diaris in die afflictionis tuæ. Melior est vi-
cinus iuxta, quàm frater procul.
11 Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor
meum, vt possim exprobranti respondere
sermonem.
12 Astutus videns malum, absconditus est,
paruuli trãseuntes sustinuerũt dispendia.
Ecc.30.c.16 13 *Tolle vestimentũ eius, qui spopondit pro
extraneo, & pro alienis aufer ei pignus.
14 Qui benedicit proximo suo voce gran-
di, de nocte consurgens maledicenti simi-
lis erit.
15 Tecta perstillantia in die frigoris, & liti-
giosa mulier comparantur.
16 Qui retinet eam, quasi qui ventum te-
neat, & oleum dexteræ suæ euocat.
vocet. 17 Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit
faciem amici sui.
18 Qui seruat ficum, comedet fructus eius: &
qui custos est domini sui, glorificabitur.
19 Quomodo in aquis respondent vultus
prospicientium, sic corda hominum mani-
festa sunt prudentibus.
Ecc.14.b.9 20 Infernus & perditio nunquàm implen-
tur, * similiter & oculi hominum insatia-
biles.
21 Quomodo probatur in conflatorio argen
tum, & in fornace aurum: sic probatur ho-
D mo ore laudantis.
Cor iniqui inquirit mala, cor autem re-
ctum inquirit scientiam.
22 Si conuuderis stultum in pila, quasi ptisa-
nas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.
23 Diligenter agnosce vultum pecoris tui,
tuósque greges considera.
24 Non enim habebis iugiter potestatẽ, sed
corona tribuetur tibi in generatione & generationem.
25 Aperta sunt prata, & apparuerunt her-
bæ virentes, & collecta sunt fœna de mon-
tibus.
1.Tim.6.6. 26 *Agni sunt ad vestimentum tuum: &
b.7. hœdi ad agri pretium.
27 Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos
& in necessaria domus tuæ, & ad victum
ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

1 FVgit impius nemine persequente: iustus
autem quasi leo confidens, absque ter-
rore erit.
2 Propter peccata terræ multi principes
eius: & propter hominis sapientiam & ho-
rum scientiam quæ dicuntur, vita ducis
longior erit.
3 Vir pauper calumnians pauperes, simi-
lis est imbri vehementi in quo paratur fa-
mes.
4 Qui derelinquunt legem, laudant im-
pium: qui custodiunt, succenduntur contra
eum.
5 Viri mali non cogitant iudicium: qui au-
tem inquirunt Dominum, animaduertunt
omnia.
6 *Melior est pauper ambulans in simplici- Sa.19.d.22
tate sua, quàm diues in prauis itineribus. B
7 Qui custodit legem, filius sapiens est: qui
autem comessatores pascit, confundit pa-
trem suum.
8 Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore
liberali, in pauperes congregat eas.
9 Qui declinat aures suas ne audiat legem,
oratio eius erit execrabilis.
10 Qui decipit iustos in via mala, in interi-
tu suo corruet, & simplices possidebunt bo-
na eius.
11 Sapiens sibi videtur vir diues: pauper au-
tem prudens scrutabitur eum.
12 In exultatione iustorum multa gloria est:
reguante autem impios ruinæ hominum.
13 Qui abscondit scelera sua, non dirigetur:
qui autem confessus fuerit, & reliquerit
ea, misericordiam consequetur.
14 Beatus homo qui semper est pauidus: qui
vero mentis est duræ, corruet in malum.
15 Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps C
impius super populum pauperem.
16 Dux indigens prudentia, multos oppri-
met per calumniam: qui autem odit auа-
ritiam, longi fient dies eius.
17 Hominem qui calumniatur animæ san-
guinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo
sustinet.
18 Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui Supra.10.
peruersis graditur viis, concidet semel. b.28.
19 *Qui operatur terram suam, satiabitur pa- Infra.12.d.
nibus: qui autem sectatur otium, replebi- 11.
tur egestate.
20 Vir fidelis multũ laudabitur, * qui autem Infra.28.c.
festinat ditari, non erit innocens. 22.
21 Qui cognoscit in iudicio faciem, non be-
nefacit, iste & pro buccella panis deserit
veritatem.
22 Vir qui festinat ditari, & aliis inuidet, D
ignorat quòd egestas superueniet ei.
23 Qui corripit hominem, gratiam postea
inueniet apud eum magis, quàm ille qui
per linguæ blandimenta decipit.
24 Qui subtrahit aliquid à patre suo, & * vel & 28
à matre, & dicit hoc non esse peccatum, par
ticeps homicidæ est.
25 Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat:
qui vero sperat in Domino, lauabitur.
26 Qui confidit in corde suo, stultus est:
qui autem graditur sapienter, ipse * lau- *sanabitur
dabitur.
27 Qui dat pauperi, non indigebit: qui * sal- *saluabi-
despicit deprecantem, sustinebit penu- tur.
riam.
28 Cùm surrexerint impii, absconduntur ho
mines: cùm illi perierint, multiplicabun-
tur iusti.

CAP. XXIX.

1 VIro qui corripientem dura cernice cõ
temnit, repentinus ei superueniet interi- *sequitur
tus: & eum sanitas non "sequetur.

In mul-

a In multiplicatione iustorum lætabitur vul
gus: cùm impii sumpserint principatum, ge
met populus.
3 Vir qui amat sapientiam, lætificat pa-
trem suum: * qui autem nutrit "scortum, Ecc.25.c.13
perder substantiam. "scorta
4 Rex iustus erigit terram, vir auarus de-
struet eam.
5 Homo qui blandis fictisque sermonibus lo
quitur amico suo, rete expandit gressi-
bus eius.
B 6 Peccantem virum iniquum inuoluet
laqueus, iustus * laudabitur atque gau- *laudabit
debit.
7 Nouit iustus causam pauperum, impius
ignorat scientiam.
8 Homines pestilentes dissipant ciuitatem,
sapientes vero auertunt furorem.
9 Vir sapiens si cum stulto contenderit, si-
ue iracatur, siue rideat, non inueniet re-
quiem.
10 Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti
autem quærunt animam eius.
11 Totum spiritum suum profert stultus: sa-
piens differt & reseruat in posterum.
12 Princeps qui libenter audit verba men-
dacii, omnes ministros habet impios.
13 Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtri-
usque illuminator est Dominus.
14 Rex qui iudicat in veritate pauperes, thro
nus eius in æternum firmabitur.
*correp- 15 Virga atq; "correctio tribuit sapientiam:
tio. puer autem qui dimittitur voluntati suæ,
C confundit matrem suam.
16 In multiplicatione impiorum multipli-
cabuntur scelera: & iusti ruinas eorum vi-
debunt.
17 Erudi filiũ tuum, & refrigerabit te, & da
bit delicias animæ tuæ.
18 Cùm prophetia defecerit, dissipabitur po
pulus: qui vero custodit legem beatus est.
19 Sermus verbis non potest erudiri: quia
quod dicis intelligit, & respondere con-
temnit.
20 Vidisti hominem velocem ad loquen-
dum: stultitia magis speranda est quàm illi-
*correc- us "correctio.
tio.
D 21 Qui delicatè à puericia sua nutrit seruum
suum, postea sentiet eum contumacem.
22 Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad
indignandum facilis est, erit ad peccandum
procliuior.
Infra 22. d. 23 *Superbum sequitur humilitas, & humi-
23. lem spiritu suscipiet gloria.
Pertitur. 24 Qui cum fure "participat, odit animam
suam: adiurantem audit, & non indicat.
25 Qui timet hominem, cito corruet: qui
sperat in Domino, sublimabitur.
26 Multi requirunt faciem principis, & iu-
dicium à Domino egreditur singulorum.
27 Abominantur iusti virum impium: & abo
minantur impii eos qui in recta sunt via.
28 Verbum custodiens filius, extra perditio-
nem erit.

CAP. XXX.

Verba Congregantis filii Vomentis.

1 VIsio quam locutus est Vir Cum quo
est Deus, & Qui Deo secum morante
Confortatus, ait,
2 Stultissimus sum virorum, & sapientia
hominum non est mecum.
3 Non didici sapientiam, & noui scientiam
sanctorum.
4 Quis ascendit in cælum, atque descendit?
quis continuit spiritum in manibus suis?
quis colligauit aquas quasi in vestimento?
quis suscitauit omnes terminos terræ? quod
nomen est eius, & quod nomen filii eius, si
nosti.
5 *Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est o- Psal.18.c.
mnibus sperantibus in se: 8.
6 *Ne addas quicquam verbis illius, & ar- Deute.4.c.
guaris, inueniarisque mendax. 2.12.d.32.
7 Duo rogaui te, ne deneges mihi antequã B
moriar.
8 Vanitatem & verba mendacia longè fac à
me: Mendicitatem & diuitias ne dederis mi
hi: tribue tantùm victui meo necessaria:
9 Ne fortè satiatus illiciar ad negandum,
& dicam, Quis est Dominus? aut egestate
compulsus, furer, & periurem nomen
Dei mei.
10 Ne accuses seruum ad dominum suum:
ne fortè maledicat tibi & corruas.
11 Generatio quæ patri suo maledicit, &
quæ matri suæ non benedicit.
12 Generatio quæ sibi munda videtur, & ta-
men non est lota à sordibus suis.
13 Generatio cuius excelsi sunt oculi, & pal-
pebræ eius in alta surrectæ.
14 Generatio quæ pro dentibus gladios ha-
bet, & commandit molaribus suis, vt co-
medat inopes de terra, & pauperes ex ho-
minibus.
15 Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes. Affer,
Affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum
quod nunquàm dicit, Sufficit,
16 Infernus, & Os vuluæ, & Terra quæ non C
satiatur aqua: ignis verò nunquam dicit
Sufficit.
17 Oculum qui subsannat patrem, & qui de-
spicit partum matris suæ, "effodiant eum "effodiã
corui de torrentibus, & comedant eum fi- filii
liæ aquilæ.
18 Tria sunt difficilia mihi, & quartum pe-
nitus ignoro.
19 Viam aquilæ in cælo, Viam colubri super
terram, Viam nauis in medio maris, & Viam
viri in "adolescentia. "legendũ
adolescẽ
tula.
20 Talis est & via mulieris adulteræ, quæ co
medit, & tergens os suum dicit, Non sum
operata malum.
21 Per tria mouetur terra, & quartum quod
non potest sustinere.
22 Per seruum cùm regnauerit: Per stultum
cum saturatus fuerit cibo:
23 Et Per odiosam mulierem cùm matrimo- In matri
nio fuerit assumpta: & Per ancillã cùm sue monium.
rit hæres dominæ suæ. D
24 Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt
sapientiora sapientibus:
25 Formicæ populus infirmus, qui *præpa- *quæ præ
rat in messe cibum sibi: parauit
26 Lepusculus plebs invalida, qui "collocat "suum
in petra cubile suum:
27 Regem locusta non habet, & egreditur
il. ilis.

uniuersa per turmas suas:
22 Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.
29 Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit fœliciter:
30 Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum.
31 Gallus succinctus lumbos suos, & Aries. Nec est rex qui assistat ei.
32 Et qui stultus "apparuerit postquam eleuatus est in sublime: si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum.
33 Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias.

CAP. XXXI.

1 VERBA LAMVELIS REgis. Visio qua erudiuit eum mater sua.
2 Quid dilecte mi, quid dilecte uteri mei, quid dilecte votorum meorum.
3 Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & "diuitias tuas ad delendos reges.
4 Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas.
5 Ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis.
6 Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo:
7 Bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.
8 Aperi os tuum muto: & causis omnium filiorum qui pertranseunt:
9 Aperi os tuum, & decerne quod iustū est, & "iudica inopem & pauperem.
10 Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius.
11 Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.
12 Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ.
13 Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.
14 Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum.
15 Et de nocte surrexit, deditque prædā domesticis suis, & cibaria ancillis suis.
16 Considerauit agrū, & emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineā.
17 Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum.
18 Gustauit, & vidit quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.
19 Manum suā misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.
20 Manum suā aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.
21 Non timebit domui suæ à frigoribus nivis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.
22 Stragulum vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius.
23 Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.
24 Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.
25 Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.
26 Os suum aperuit sapientia, & lex clementiæ in lingua eius.
27 "Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit.
28 Surrexerunt filii eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam.
29 Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.
30 Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominū, ipsa laudabitur.
31 Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

ECCLESIASTES, QVI ab Hebræis Coheleth appellatur.

CAP. I.

Omnia vanitas. Inuestigatio rerum vanarum.

1 VErba Ecclesiastæ filii Dauid regis Ierusalem.
2 Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum & omnia vanitas.
3 Quid habet amplius homo de vniuersa labore meo, quo laborat sub sole?
4 Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum stat.
5 Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibique renascens, gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem.
6 Lustrans vniuersa in circuitu, pergit spiritus, & in circuitos suos reuertitur.
7 Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.
8 Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.
9 Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est.
10 Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, Ecce, hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos.
11 Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo.
12 Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem.
13 Et proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiūt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.
14 Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.
15 Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.
16 Locutus sum in corde meo, dicens, Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem, & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici.
17 Dedique cor meum vt scirem prudentiā atque doctrinam, errores que & stultitiam: & agnoui quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus.
18 Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & "laborem.

CAP. II.

In affluentia deliciarum vanitas. Ædificia & diuitias vanas esse. Sapientis & stulti vnum esse eventum.

1 DIxi ergo in corde meo, Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas.
2 Risum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis?
3 Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam, donec viderem quid esset vtile filiis hominum, "quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.
4 Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas.
5 Feci hortos & "pomeria, & conseui ea cuncti generis arboribus.
6 Et extruxi mihi piscinas aquarū, vt irrigarem syluam lignorum germinantium.
7 Possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui: armenta quoque & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem.
8 Congregaui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & "vrceolos in ministerio ad vina fundenda.
9 Et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem: sapientia quoque perseuerauit mecum.
10 Et omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparauerat: & hanc ratus sum partem meam, si vteretur labore meo.
11 Cumque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole,
12 Transui ad contemplandam sapientiam, erroresque & stultitiam (quid est, inquam, homo vt sequi possit regē factorē suum?)
13 Et vidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris.
14 *Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et didici quod vnus vtriusque esset interitus. *Infr. 8. 2. 2 prouer. 17. dicit.
15 Et dixi in corde meo, Si vnus & stulti & meus occasus erit: quid mihi prodest quod maiorem sapientiæ dedi operam? Locutusque cum mente mea, animaduerti quod hoc quoque esset vanitas.
16 Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus similiter vt indoctus.
17 Et idcirco tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus.
18 Rursus detestatus sum omnē industriam meam, qua sub sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredem post me,
19 Quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit; & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui, & solicitus fui, & est quicquam tam vanum?
20 Vnde cessaui, renuntiauitque cor meum vltra laborare sub sole.
21 Nam cum alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit: & hoc "quoque vanitas, & "ergo magnum malum.
22 Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est?
23 Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctē mēte requiescit. & hoc nonne vanitas est?
24 Nonne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu Dei est.
25 Quis ita deuorabit, & deliciis affluet vt ego?
26 Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam & scientiam, & "intelligētiam: "lætitiæ peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam, vt addat & congreget & tradat ei qui placuit Deo, sed & hoc vanitas est & cassa solicitudo mentis.

CAP. III.

Omnia suo proueniunt tempore, atque transeunt. Eadem accidunt & eueniunt hominibus & iumentis in hac vita: vnde non sciremus vtrum anima filii hominis post mortem, nisi diuinitus fides, cum in hoc mundo videamus spiritum hominum & pecudum nihil differre.

1 OMnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo.
2 Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum est.
3 Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi.
4 Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltandi.
5 Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.
6 Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus

Universidad de Deusto Biblioteca

Tempus custodiendi,& tempus abliciendi.
7 Tempus scindendi, & tempus consuendi, Tempus tacendi,& tempus loquendi.
8 Tempus dilectionis,& tempus odii, Tempus belli,& tempus pacis.
9 Quid habet amplius homo de labore suo?
10 Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominum,vt distendantur in ea.
11 Cuncta fecit bona in tempore suo,& mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem.
12 Et cognoui quòd non esset melius nisi lætari,& facere bene in vita sua.
C 13 Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo,hoc donum Dei est.
14 Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus,perseuerent in perpetuum.Non possumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur.
15 Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt,iam fuerunt:& Deus instaurat quod abiit.
16 Vidi sub sole in loco iudicii impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.
17 Et dixi in corde meo, iustum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.
18 Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos Deus,& ostenderet similes esse bestiis.
D 19 Idcirco vnus interitus est hominis & iumentorum,& æqua vtriusque conditio. Sicut moritur homo,sic & illa moriuntur. Si militer spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati.
20 Et omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt,& in terram pariter reuertuntur.
21 Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum: & si spiritus iumentorum descendat deorsum?
22 Et deprehendi nihil esse melius quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet vt post se futura cognoscat?

CAP. IIII.

Calumniæ innocentium. In laboribus hominum vanitas. Solitarii molestia vana. Obedientia vltima præferenda.

1 VErti me ad alia,& vidi calumnias quæ sub sole geruntur,& lacrymas innocentium,& neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ,cunctorum auxilio destitutos.
2 Et laudaui magis mortuos quàm viuentes.
3 Et fœliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus est,nec vidit mala quæ sub sole fiunt.
4 Rursum contemplatus sum omnes labores hominum,& industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. & in hoc ergo vanitas,& cura superflua est.
B 5 Stultus complicat manus suas,& comedit carnes suas,dicens,
6 Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore,& afflictione animi.
7 Conspexi & aliam vanitatem sub sole.
8 Vnus est, & secundum non habet, non filium,non fratrem,& tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs:nec recogitat,dicens,Cui laboro,& fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas est,& afflictio pessima.
C 9 Melius est ergo duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ:
10 Si vnus ceciderit,ab altero fulcietur, væ soli:quia cum ceciderit, non habet subleuantem se,
11 Et si dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo calefiet?
12 Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei: funiculus triplex difficile rumpitur.
13 Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto,qui nescit prouidere in posterũ:
14 Quod de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno,inopia consumatur.
15 Vidi cunctos viuentes qui ambulant sub D sole cum adolescente secundo qui consurget pro eo.
16 Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum:& qui postea futuri sunt,non lætabuntur in eo.sed & hoc vanitas & afflictio spiritus.
17 Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei,& appropinqua vt audias.Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victima,qui nesciunt quid faciunt mali.

CAP. V

Non temere apud Deum pronunciandum votum. Dei prouidentia non neganda. Non inuadum de egenorum oppressione. Auarus. Securitas laboranti. Molestia diuitis. Præferendus vitæ tenuis, nihil solicitè de futuris.

1 NE temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonẽ corã Deo.Deus enim in cœlo,& tu super terrã,idcirco sint pauci sermones tui.
2 Multas curas sequuntur somnia,& in multis sermonibus inuenietur stultitia.
3 *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. displicẽt enim ei infidelis & stulta promissio,sed quodcunque voueris redde.
4 Multòque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere.
5 Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam,neque dicas coram angelo,Non est prouidentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum.
6 Vbi multa sunt somnia,plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri: tu vera Deum time.
7 Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia,& subuerti iustitiã in prouincia,non mireris super hoc negotio: quia excelso excelsior est alius:
8 Et super hos quoque eminentiores sunt alii,& insuper vniuersę terræ rex imperat seruienti.
9 Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergo vanitas.
10 Vbi multæ sunt opes,multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis?
11 Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.
12 *Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole:diuitiæ conseruatæ in malum domini sui.
13 Pereunt enim in afflictione pessima,genuerit filium,qui in summa egestate erit.
14 *Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ,sic reuertetur,& nihil auferet secum de labore suo.
15 Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit,sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum?
16 Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque tristitia.
D 17 Hoc itaque visum est mihi bonũ vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suę,quos dedit ei Deus. & hæc est pars illius.
18 Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque substantiam, potestatẽmque ei tribuit vt comedat ex eis,& fruatur parte sua & lętetur de labore suo:hoc est donũ Dei.
19 Nõ enim satis recordabitur dierũ vitæ suę eo quòd Deus occupet deliciis cor eius.

CAP. VI.

Auari diuitis calamitas.

1 ESt & aliud malum quod vidi sub sole,& quidem frequens apud homines,
2 Vir cui dedit Deus diuitias,& substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud,hoc vanitas,& miseria magna est.
3 Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ,sepulturáq; careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo sit abortiuus.
C 4 Frustra enim venit,& pergit ad tenebras, & oblitione delebitur nomen eius.
5 Non vidit solem, neque cognouit distantiam boni & mali:
6 Etiamsi duobus millibus annis vixerit,& non fuerit perfruitus bonis:nõne ad vnũ locum properant omnia?
7 Omnis labor hominis in ore eius:sed anima eius non suplebitur.
8 Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi pergat illuc vbi est vita?
D 9 Melius est videre,quod cupias, quàm desiderare quod nescias.sed & hoc vanitas est & præsumptio spiritus.
10 Qui futurus est,iam vocatum est nomen eius:& scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere.
11 Verba sunt plurima,multámque in disputando habentia vanitatem.

CAP. VII.

Maiora se non quærenda. Fama. Domus luctus. Tristitia. Cor sapientis. Correptio. Calumnia. Oratio patiens. Ira. Sapientia cum diuitiis. Iustus. Omnes peccatores. Mulier.

1 QVid necesse est homini maiora se quærere,cum ignoret quid conducat sibi in via sua numero dierum peregrinationis suæ,& rempore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit?
2 *Melius est nomen bonum quàm vnguenta pretiosa,& dies mortis die nativitatis.
3 Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuii. in illa enim finis cunctorum admonetur hominum,& viuês homo cogitat quid futurum sit.
4 Melior est ira risu:quia per tristitiam vultus,corrigitur animus delinquentis.
5 Cor sapientium vbi tristitia est,& cor stultorum vbi lætitia.
6 Melius est à sapiente corripi,quàm stultorum adulatione decipi.
7 Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla: sic risus stulti.sed & hoc vanitas.
8 Calumnia conturbat sapientem,& perdet robur cordis illius.
B 9 Melior est finis orationis, quam principium.Melior est patiens arrogante.
10 Ne fis velox ad iracundum: quia ira in sinu stulti requiescit.
11 Ne dicas,Quid putas causę est quòd priora tempora meliora fuere quàm nũc sunt? stulta enim est huiuscemodi interrogatio.
12 Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem.
13 Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & sapientia,quòd vitam tribuunt possessori suo.
14 Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit.
15 In die bona fruere bonis,& malam diem prœcane.sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus,vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias.
16 Hæc quoq; vidi in diebus vanitatis meę: Iustus perit in iustitia sua,& impius multo viuit tempore in malitia sua.
17 Noli esse iustus multum: neque plus sapias quàm necesse est,ne obstupescas.
18 Ne impie agas multum: & noli esse stultus,ne moriaris in tempore non tuo.
19 *Bonum est te sustentare iustum,sed & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet Deum,nihil negligit.
20 Sapientia consortauit sapientem, super decem principes ciuitatis.
21 *Non est enim homo iustus in terra qui faciat bonum,& non peccet.

Universidad de Deusto Biblioteca

22 Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne forte audias
servum maledicentem tibi.
23 Scit enim conscientia tua, quia & tu crebro maledixisti alijs.
24 Cuncta tentaui in sapientia. Dixi,
25 Sapiens efficiar: & ipsa longius recessit à me multò magis quàm erat: & alta profundita, quis inueniet eam?
D 26 Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem & considerarem, & quærerem sapientiam & rationem, & vt cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium:
27 Et inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius, qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa.
28 Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnum & alterum, vt inuenirem rationem,
29 Quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inueni.
30 Solummodo hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum: & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.

CAP. VIII.

Sapientia hominis. Os regis. Tempus & opportunitas. Spiritus. Impii dominantes. Iusti afflicti. In lætitia viuendum. Opera Dei imperscrutabilia.

Prouer. 17 d. 24. 1 QVis talis vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi? sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentissimus faciem illius commutabit.
2 Ego os regis obserua, & præcepta iuramenti Dei.
3 Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet.
4 Et sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest, Quare ita facis?
5 Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit.
6 Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa omnis afflictio:
7 Quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio.
8 Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello, neque saluabit impietas impium.
9 Omnia hæc contemplatus, & dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole: Interdum dominatur homo homini in malum suum.
10 Vidi impios sepultos: qui etiam cùm adhuc viuerét, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. sed & hoc vanitas est.
11 Et enim quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filii hominum perpetrant mala.
C 12 Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur: ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius.
13 Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant, qui non timent faciem "Domini. "Dei
14 Est & alia vanitas, quæ fit super terram. sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorū facta habeāt. sed & hoc vanissimum iudico.
15 Laudaui igitur lætitiam, quòd non esset D homini bonum sub sole, nisi quod comederet, & biberet, atque gauderet: & hoc solū secū auferret de labore suo "omnibus die- "in die
bus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole.
16 Et apposui cor meum vt scirem sapientiam, & intelligerem "dissensionē quæ ver- "distentatur in terra. est homo, qui diebus & no- nationem
ctibus somnum non capit oculis.
17 Et intellexi quod omnium operum Dei nullā possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit ad inuestigandum, tanto minus inueniat: etiamsi dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

CAP. IX.

Per iustitiam operum nescit homo an amore vel odio dignus sit. Vtendū in hilaritate. Euentus in omni re. Finis hominis insperatus. Sapientia commendatio in bello.

1 OMnia hæc tractaui in corde meo, vt curiosè intelligerem: Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit:
2 Sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quòd vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. sicut bonus, sic & peccator: vt perjurus, ita & ille qui verum deierat.
3 Hoc est pessimum in cunctis quæ sub sole fiant, quia eadem cunctis eueniunt, vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post "deduce-
hæc ad inferos "deducentur. tur
4 Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam: melior est canis viuus B
leone mortuo.
5 Viuentes enim sciunt se esse morituros, mortui vero nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita est memoria eorum.
6 Amor quoque & odium, & inuidiæ simul perierunt: nec habent partem in hoc seculo, & in opere quod sub sole geritur.
7 Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinū tuum, quia Deo placent opera tua.
8 Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.
9 Perfruere vita cum vxore quam diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuæ. Hæc est enim pars in vita, & in
labore tuo quo laboras sub sole. C
10 Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio,

nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.
11 Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam: sed tempus, casumque in omnibus.
Sicut 12 Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & "aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplo superuenerit.
13 Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, D
& probaui maximam:
14 Ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.
15 Inuentúsque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis
16 Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine: quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita?
17 Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos.
Sapien. 6. c. 1. 18 *Melior est sapientia, quàm arma bellica: & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

CAP. X.

Sapientis & stulti differentia. Stultus princeps. Fodiens foueam. Ictum ferrum. Detractor, Stultus. Rex sapiens. Pigritia. Pecunia. Regi non detrahendum.

1 MVscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Pretiosior est sapientia "par- B
uáque gloria ad tempus stultitia. "& gloria parua ad tēp.
2 Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.
3 Sed & in via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos existimat.
4 Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, quia curatio faciet cessare peccata maxima.
5 Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis:
B 6 Positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum.
7 Vidi seruos in equis: & principes ambulantes super terram quasi seruos.
Prouer. 26 d. 27. 8 *Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.
9 Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.
10 Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia.
C 11 Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit.
12 Verba oris sapientis, gratia: & labia insipientis præcipitabunt eum.
13 Initium verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus.
14 Stultus verba multiplicat: ignorat homo quid ante se fuerit: & quid post se futurum sit quis ei poterit indicare?
15 Labor stultorum affliget eos: qui nesciunt in vrbem pergere.
16 Væ tibi terra cuius rex puer est, & cuius principes manè comedunt.
17 Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.
18 In pigritijs "humiliabitur contignatio, & D
in infirmitate manuum perstillabit domus. "humiliatur
19 "In risu faciunt panem, & vinum vt epu- "In risum
lentur "bibētes: & pecuniæ obediūt omnia. "ridentes, legendum.
20 In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui: ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabunt vocem tuam, & "qui habent pennas, annuntiabunt sen- "qui habet pennas, annūtiabit
tentiam.

CAP. XI.

Benefaciendum suis diuitiis omnibus, & quacunque tempore. Lætandum. Tristitia auferenda.

1 MItte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inue- "partem
nies illum
2 Da "parte septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurū sit mali super terram.
3 Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.
4 Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet.
5 Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium.
B 6 Manè semina "semen tuum, & vesperè ne "semen-
cesset manus tua: quia nescis quid magis tem tuā,
oriatur, hoc "aut illud: & si vtrumque si- "an
mul, melius erit.
7 Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem.
C 8 Si annis multis vixerit homo, & in omnibus "lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui "lætatus
cum venerint, vanitatis arguent præterita.
9 Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, D
& in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito quòd pro
omnibus his adducet te Deus in iudicium.
10 Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim, & "vo- "voluptas
luntas vana sunt.

CAP. XII.

Cogitandus Deus à teneris annis. Senectutis descriptio. Commendat. doctrinam suam: & adhortatur vt peregrinis doctrinis non abdicamus Deum timendus, & præcepta eius seruanda.

1 MEmento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent dies, de quibus dicas, Non mihi placent. "tenebre-
2 Antequam "tenebrescant sol, & lumen "& scat
stellæ, & luna, & reuertantur nubes post "& luna,
pluuiam. & stellæ.

3 Quando commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi, & otiosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina.
4 Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, & consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis.
5 Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes.
6 Antequam rũpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam.
7 Et reuertatur pulvis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.
8 Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas.
9 Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas.
10 Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos.
11 Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore vno.
12 His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis: frequensque meditatio carnis affligio est.
13 Finem loquendi, pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo.
14 Cuncta quæ sunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.

CANTICVM CANTICORUM, quod Hebraicè dicitur Sirhasirim.

CAP. I.

Hoc canticum totum est mysticum Christi erga sponsam suam Ecclesiam, ac rursum sponsæ erga Christum, incomprehensibilis amoris plenissimum.

ECCLESIA.

2 Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sũt ubera tua vino,
3 Fragrantia vnguentis optimis: Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te.
4 Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum: introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & lætabimus in te, memores uberum tuorum super vinum: recti diligunt te.
5 Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.
6 Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me sol, filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem vineis: vineam meam nõ custodiui.
7 Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.
8 *CHR.* Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.
9 Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.
10 Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia:
11 Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.
12 *EC.* Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.
13 Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.
14 Botrus cypri dilectus meus mihi: in vineis En-gaddi.
15 *CH.* Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.
16 *ECCL.* Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: lectulus noster floridus.
17 Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

CAP. II.

1 EGo flos campi, & lilium conuallium.
2 *CH.* Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.
3 *EC.* Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios: sub vmbra illius quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.
4 Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.
5 Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.
6 Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
7 *CH.* Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.
8 *EC.* Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.
9 Similis est dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. en ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.
10 "En dilectus meus loquitur mihi surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.
11 Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit.
12 Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra.
13 Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum: surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni.
14 Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.
15 Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas. nam vinea nostra floruit.
16 Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.
17 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, reuertere: similis esto dilecte mi capreæ, hinnulóque ceruorũ super montes Bether.

CAP. III. *EC.*

1 IN lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, nõ inueni.
2 Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni.
3 Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, Num quem diligit anima mea vidistis?
4 Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.
5 Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, seruósque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectã, donec ipsa velit.
6 *CH.* Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii?
7 En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.
8 Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vnusquisque ensis super femur suum propter timores nocturnos.
9 Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.
10 Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media, charitate constrauit propter filias Ierusalem.
11 Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

CAP. IIII. *CH.*

1 QVàm pulchra es amica mea, quam pulchra es! Oculi tui, columbarum: absque eo quod intrinsecus latet: capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad.
2 Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.
3 Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce: sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet.
4 Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.
5 Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.
6 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.
7 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.
8 Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum,
9 Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.
10 Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa: pulchriora sunt ubera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.
11 Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.
12 Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.
13 Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo.
14 Nardus & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, & myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.
15 Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.
16 Surge Aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.
17 Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.

CAP. V. *CH.*

1 VEni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.
2 *EC.* Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis. *CH.* Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.
3 *EC.* Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?
4 Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.
5 Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.
6 Pessulum ostii mei aperui dilecto meo:

æ ille declinauerat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est, quæsiui, & non inueni illum, vocaui, & non respondit mihi.

7 Inuenerunt me custodes qui "circuierunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum "custodes murorum.

8 Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.

9 *ADOL.* Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

10 *EC.* Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus.

11 Caput eius aurum optimum: comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

12 Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residentes iuxta fluenta plenissima.

13 Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentariis: labia eius lilia distillantia myrrham primam.

14 Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacynthis: venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

15 Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas: species eius vt Libani, electus vt cedri.

16 Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Ierusalem.

17 *ADOL.* Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

CAP. VI. *EC.*

1 Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in hortis, & lilia colligat.

2 Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.

3 *CHRIST.* Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.

4 Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.
Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.

5 Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.

6 Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absq; occultis tuis. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus.

8 Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ: viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.

9 Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?

10 *EC.* Descendi in hortum nucum, vt viderem poma "conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica.

11 Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Ami-nadab.

12 Reuertere, reuertere "Sunamitis: reuertere reuertere, vt intueamur te. Quid videbis in "Sunamite, nisi choros castrorum.

CAP. VII. *PVEL.*

1 Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! iuncturæ feminum tuorum sunt monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

2 Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis: venter tuus sicut tritici, vallatus liliis.

3 Duo hubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ.

4 Collum tuum sicut turris eburneæ: oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis: nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

5 Caput tuum vt carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis "iuncta canalibus.

6 Quam pulchra es, & quàm decora charissima in deliciis.

7 Statura tua assimilata est palmæ, & hubera tua botri.

8 Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt hubera tua sicut botri vineæ: & "odores tui, sicut odor malorum.

9 Guttur tuum sicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum.

10 *EC.* Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

11 Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

12 Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi hubera mea.

13 Mandragoræ dederunt odorem: in portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

CAP. VIII. *EC.*

1 Quis mihi det te fratrem meum, sugentem hubera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te.

2 Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

3 Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

4 Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectum, donec ipsa velit.

5 *ADOL.* (Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?) sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

6 *CH.* Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut

sufernus æmulatio: lampades eius, lampades ignis, atque flammarum.

7 Aquæ multæ non "potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil "despiciet eum.

8 *EC.* Soror nostra parua, & hubera non habet, quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?

9 *ADOL.* Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

10 *EC.* Ego murus, & hubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

11 *CH.* Vinea fuit Pacifico, in ea quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

12 Vinea mea coram me est: mille tui "Pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.

13 Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

14 *EC.* Fuge dilecte mi, & assimilare caprex, hinnulóque ceruorum super montes aromatum.

LIBER SAPIENTIAE.

CAP. I.

Quomodo Deus quærendus, & à quibus inueniatur. De Spiritu sancto. Immunitatio vitanda & detractio. Mors, Iustitia perpetua.

1 DILIGITE iustitiam, qui iudicatis terram. *Quærite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum.

2 *Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum.

3 Peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes.

4 Quoniam in malenolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

5 Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate.

6 *Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit "maledictũ à labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor.

7 Quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarũ: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.

8 Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium.

9 In cogitationibus enim impii interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad "Deum veniet, ad correptionẽ iniquitatum illius.

10 Quoniã auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur.

11 Custodite ergo vos à murmuratione quę nihil prodest, & à detractatione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit, os autem quod mentitur, occidit animam.

12 Nolite zelare mortem in errore vitæ nostræ, *neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.

13 *Quoniam Deus mortẽ non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.

14 Creauit enim, vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra.

15 Iustitia enim perpetua est & immortalis: iniustitia autem, mortis est acquisitio.

16 Impii autem manibus & verbis accersierunt illam, & æstimãtes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam, quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius.

CAP. II.

Verba impiorum de hominis fine. Consilium Indæorum aduersus Christum.

1 DIxerunt enim impii cogitantes apud se non rectè. *Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus fit reuersus ab inferis:

2 Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquã non fuerimus: quoniã fumus afflatus est in naribus nostris: & sermo, scintillæ ad commouendum cor nostrum:

3 Quia "extincta cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aër, & transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quę fugata est à radiis solis, & à calore illius aggrauata:

4 Et nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum.

5 Vmbræ enim transitus est tempus nostrũ, & non est reuersio finis nostri, quoniã consignata est, & nemo reuertitur.

6 *Venite ergo, & fruamur bonis quę sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.

7 Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis.

8 Coronemus nos rosis, antequã marcescãt, nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra.

9 Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra.

10 Opprimamus pauperem iustum, & non "veteranẽ parcamus viduæ, nec "veterano, nec reuereamur canos multi temporis.

C 11 Si autem fortitudo nostra, lex iniustitiæ: Quod enim infirmum est, inutile inuenitur.
12 Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.
Mat.27.c.43. 13 *Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat.
Ioa.7.a.6. 14 *Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum:
15 Grauis est nobis etiam ad videndū, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ eius:
26 Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorū, & gloriatur patrem se habere Deum.
D 17 Videamus ergo, si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius.
Mat.27.c.43. psalm.21.a.9. 18 *Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum.
Ierem.11.d.19. 19 *Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.
20 Morte turpissimā condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius.
21 Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum.
22 Et nescierunt sacramēta Dei, neque mercedem speraverunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum.
Gen.1.d.27.2.b.7.5.a1.eccli.17.a.1. 23 *Quoniā Deus creauit hominem *inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.
*in integritate Sc. 3.a.2. 24 *Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

CAP. III I.

Martyrum felicitas. Impiorum præmia.

Deut.33.a.3. 1 *IVstorū autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.
2 Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio, exitus illorum.
3 Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminii: illi autem sunt in pace.
4 Et si coram hominibus tormenta passi sunt, *spes illorum immortalitate plena est.
1.Pet.1.c.13. 5 "In paucis vexati, in multis bene disponentur: *quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se.
" Et Exo.16.a.2.,deu.8.a.2. 6 Tāquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.
Mat.13.f.43. 7 *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.
Mat.19.c.8.1.cor.6.a.2. 8 *Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.
9 Qui cōfidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius.
Math.25.10.d.41. 10 *Impii autem secundū quę cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iustum & à Domino recesserunt.
11 Sapientiam enim, & disciplinam qui abiicit, infœlix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.
12 Mulieres eorum insensatæ sunt, & nequissimi filii illorum.
13 Maledicta creatura eorum: *quoniam fœlix est sterilis & incoinquinata quæ nescierunt torum in delicto, * habebit fructū in respectione animarum sanctarum.
14 Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima. Dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.
15 Honorū enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ.
16 Filii autem adulterorum in consummatione erunt, & ab inique toro semen exterminabitur.
17 Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilo computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum.
18 Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.
19 *Nationes enim iniquæ, diræ sunt. "consummationis.

*Isa.54.b.1, Luc.23.d.29, 4.d.27. Esa.56.b.6.

*Nationē iniquissimā

CAP. IIII.

De casta generatione fidelium. Non æstimanda senectus annorū numero. Impiorum condemnatio, & iustorum mors.

1 OQuàm pulchra est casta generatio cū claritate, immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, & apud homines.
2 Cum præsens est, imitantur illam: & desiderant eam cùm se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens.
3 Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & "spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.
4 *Et si in ramis in tempore germinauerint: infirmiter posita à vento cōmouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.
5 Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad māducandum, & ad nihilum apti.
6 Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua.
7 Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.
8 Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata.
9 Cani autem sunt sensus hominis: & ætas senectutis, vita immaculata.
10 *Placēs Deo factus dilectus, & viuēs inter peccatores translatus est.
11 Raptus est ne malitia mutaret intellectū eius, aut ne fictio deciperet animam illius.
12 Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ trāsuertit sensum in malitia-

Consum

*adulterinæ plantationes

Ier.17.d. & 3.mac.5.c.19.

Heb.5.b.4.5.

Consummatus in breui expleuit tempora multa.
24 Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum.
25 Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia. Quoniam gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius.
26 Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti.
D 27 Videbunt enim finē sapientis, & non intelliget quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus.
28 Videbunt enim, & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit.
29 Et erunt post hæc deridentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos instatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum periet.
30 Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traduent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

CAP. V.

Constantia, iustorum contra persecutores, & horum gemitus & pœnitentia. Spes impiorum vana. Sanctorum beatitudo. Armatura Christi ad iudicium.

1 TVnc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.
2 Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis.
3 Gementes præ angustia spiritus: dicētes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii.
Sap.2.a.3. 4 *Nos insensati vitā illorū æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore:
5 Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.
6 Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis.
7 Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.
8 Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?
9 Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens:
10 Et tāquam nauis quæ pertrāsit fluctuantem aquam: cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus.
Sap.5.c. tanquā si auis &c. Prou.30. 11 Aut "auis quę trāsoluat in aëre, * cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantùm sonitus alarum verberans lenem ventum: & scindens per vim itineris aërem, commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius.
12 Aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aër continuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius:
13 Sic & nos nati continuò definimus esse, et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus.
14 Et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus.
15 *Talia dixerūt in inferno hi qui peccauerunt: quoniam spes impii tanquam lanugo est quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus qui à vento diffusus est: & tanquā memoria hospitis vnius diei prætereuntis.
16 Iusti autem in perpetuum viuēt, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum.
17 Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniā dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defender illos.
18 *Et accipiet armaturā zelus illius, & armabit creaturā ad vltionem inimicorum.
19 Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum.
20 Sumet scutū inexpugnabile, æquitatem
21 Acuat autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.
22 Ibunt directè emissiones fulgurū, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient.
23 Et à petrosa ira plenæ mittuntur grādines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.
24 Cōtra illos stabit spiritus vir utis, & tanquam turbo venti diuidet illos: & ad eremū perducet omnē terrā *iniquitatis illorum, & malignitas euertet sedes portentiū.

Ephes.6.b.13, isa.59.d.17.

*iniquitas

CAP. VI.

Magnates ad iustitiam & sapientiā hortantur. Sapientia se offerit quærentibus se. Rex sapiens, populi stabilimentum.

1 MElior est sapientia quàm vires: & vir prudens, quàm fortis.
2 Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ.
3 Præbete aures vos qui cōtinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum.
4 *Quoniā data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur:
Ro.13.a.1
5 Quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.
6 Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum, in his qui præsunt, fiet.
7 Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patiētur.
8 *Non enim subtrahet personam cuiusquā Deus, qui est omnium dominator: nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus.
Deut.10.d.17.
9 Fortioribus autē fortior instat cruciatus.

20 Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis.
21 Qui enim custodierint iustitiam iustè iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant.
22 Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam.
23 Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab his qui diligũt eam, & inuenitur ab his qui quærũt illam.
24 Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.
25 Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidẽtem enim illam foribus suis inueniet.
26 Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus, & qui vigilauerit propter illam, citò securus erit.
27 Quoniam dignos seipsa circuit quærens, & in viis ostendet se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis.
28 Initium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia.
29 Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legum consummatio incorruptionis est:
30 Incorruptio autem, facit esse proximum Deo.
31 Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.
D 32 *Si ergo delectamini sedibus, & sceptris ô reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.
33 Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis.
34 Quid est autem sapientia, & queadmodũ facta sit, referam: & non abscondam à vobis sacramenta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucẽ scientiam illius, & non præteribo veritatem:
35 Neque quidem cum inuidia tabescente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.
36 Multitudo autem sapientium, sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens stabilimentum populi est.
37 Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.

CAP. VII.

Exãe omnium conditio. Sapientiæ commendatio.

1 SVm quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est,
2 Et in ventre matris figuratus sum caro, decem mẽsibus tẽpore * coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. *Iob.10. b.10.
3 Et ego natus accepi cõmunem aërẽ, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans.
4 In inuolumentis nutritus sum, curis magnis.
5 Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. *Iob.3.d. 21.1.tim. 6.b.7.
6 *Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus:
7 Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.
8 Et præposui illã regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in cõparatione illius.
9 *Nec comparaui illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in cõparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. *Ioh.27.d.
10 Super salutem, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius.
11 *Venerũt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. *3.Reg.3. b.13.mutu. 6.d.33.
12 Et lætatus sum in omnibus, quoniã antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est.
13 Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo.
14 Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.
15 Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator.
16 In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientiæ disciplina.
17 Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionẽ orbis terrarum & virtutes elementorum, C
18 Initium & consummationem & medietatem temporum, Vicissitudinum permutationes, & consummationes temporum,
19 Morũm *mutationes, & diuisiones temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones, *mutationem omnium-rum.
20 Naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias *virgultorum & virtutes radicum, *arborũ. Græca lectio plantarum.
21 Et quæcunque sunt absconsa & improuisa, didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia.
22 Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihili vetat bene facere.
23 Humanus, benignus, stabilis, *certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis. *firmus
24 Omnibus enim mobilibus mobilior est E sapientia: attingit autem vbique propter suam munditiam.
25 Vapor enim est virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.
26 *Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. *Heb.1.d.
27 Et cum sit vna, omnia potest: & in se permanens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit.
28 Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat.
29 Est enim hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior.
30 Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.

CAP. VIII.

Perseuerat in laudibus sapientiæ. Castitas non nisi à Deo.

1 ATingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.
2 Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.
3 Generositatem illius glorificat, conturbationem habens Dei: sed & Dominus dilexit illam.
4 Doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius.
5 Et si diuitiæ appetuntur in vita: quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia. Prudentia
6 Si autem *sensus operatur: quis horum quæ sunt, magis quàm illa est artifex?
7 Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes, sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. B
8 Et si multitudinem scientiæ desiderat quis: scit præterita, & de futuris æstimat: scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum & seculorum.
9 Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum: sciens quoniam mecum comunicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædii mei.
10 Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis.
11 Et acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me:
12 Tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent.
13 Præterea habebo per hãc, immortalitatẽ, & memoriam æternam his qui post me futuri sunt relinquam.
14 Disponã populos, & nationes mihi erunt subditæ.
15 Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis. introens in domum meam, conquiescam cum illa.
16 Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium.
17 Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo quoniam *immortalis est in cogitatione sapientiæ. D *memoria. Cogitatio.
18 Et in amicitia illius delectatio *bona, & *parentũ

in operibus manuum illius honestas: sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, vt mihi illam assumerem.
19 Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.
20 Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.
21 Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens nisi Deus det, & hoc ipsum *erat sapientiæ, scire cuius esset hoc *erat sadonum: adii Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex toris præcordiis meis. pientiæ

CAP. IX.

Oratio Salomonis pro sapientiæ habendã.

1 DEus *patrum meorum, & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo. *parentũ
2 Et sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ quæ à te facta est,
3 Vt disponat orbem terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet.
4 *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiã, & noli me reprobare à pueris tuis *3.Reg.3. b. 9.
5 *Quoniã seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legũ, *Psal.115. a.6.
6 Et siquis erit consummatus inter filios hominum: si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. B
7 *Tu elegisti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum & filiarum. *1.Par.28. a.5. 2.par.
8 Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui quod præparasti ab initio: 1.b.9.
9 *Et tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarũ faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis. *Pro.8.c.28
10 Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te. C
11 Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua potentia.
12 Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei.
13 *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? *Esa.40. c. 13.rom.11.
14 Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. d.34.1.cor. 2.d.16.
15 Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.
16 Et difficile æstimamus quæ in terra sunt & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis sunt, quis inuestigabit?
17 Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis.
18 Et si correctæ fiant semitæ eorum qui

in terris,& quæ tibi placent didicerint homines.

19 Nam per sapientiam sanati sunt, quicunque placuerunt tibi Domine à principio.

CAP. X.

Sapientiæ laus à liberatione eorum quos ab initio hucusque seruauit.

X

HAc illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus,custodiuit,& eduxit illum à delicto suo.

Ge 2.c.20. 2 Et eduxit illum de limo terræ,*& dedit illi virtutem continendi omnia.

* fraternitatis Gene.7.b. 12.

3 Ab hac vt recessit iniustus in ira sua per iram homicidii*fraternitas deperiit.

4 Propter quod*cùm aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia,per contemptibile lignum iustum gubernans.

*misericordia,ab latiuus. 5 Hæc & in consensu superbiæ, cùm se nationes extulissent,scipit iustum,& conseruauit sine querela Deo, & in filiis*misericordiam fortem custodiuit.

B

Ge.19.c. 17. 6 *Hæc iustum à pereuntibus impijs liberauit fugiētē,descēdēte igne in pentapolim.

7 Quibus in testimoniū nequitiæ fumigabunda constat deserta terra,& incerto tempore fructus habentes arbores,& incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.

8 Sapientiam enim prætercuntes non tantum in hoc lapsi sunt vt ignorarent bona: sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quę peccauerunt nec latere potuissent.

9 Sapientia autem hos qui se obseruant, à doloris liberauit.

Ge.28.a.5. 10 *Hæc autem,profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas,& ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus,& complexit labores illius.

11 In fraude circumuenientium illum astitit illi,& honestum fecit illum.

C

12 Custodiuit illum ab inimicis,& à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret,& sciret quoniā omnium potentior est sapientia.

Exod. 17. 13 *Hæc venditum iustum non dereliquit,sed
f.12.act.7. à peccatoribus liberauit eum:descenditque
b.10. cum illo in foueam.

Ge.41.a. 14 Et*in vinculis non dereliquit illum,donec
40. afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant,& mendaces ostendit qui maculauerant illum,& dedit illi claritatem æternam.

15 *Hæc,populum iustum,& semen sine querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant.

Ge.3.c.10 D 16 *Intrauit in animam serui Dei, & stetit cōtra reges horrendos in portēnis & signis.

*die, fab. Iatinus 17 Et reddidit iustis mercedem laborū suorum,& deduxit illos in via mirabili:& fuit illis in velamento*diei,& in luce stellarum per noctem.

Exod. 14. c.21. 18 *Et transtulit illos per Mare rubrum,& transduxit illos per aquam nimiam.

Psal.77.b. 18. 19 Inimicos autem illorum demersit in mare,& ab altitudine inferorum eduxit illos.

20 *Ideo iusti tulerunt spolia impiorum,*& decantauerunt, Domine, nomen sanctum tuum,& victricem manum tuam laudauerunt pariter.

Exod. 14.c. 15. Exo.15.b. 1.

21 Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

CAP. XI.

Deus misericors.Nihil suæ Dei stabile.

Exod. 16. a.1.

1 DIrexit*opera eorum in manibus prophetæ sancti.

*habitauerunt

2 Iter fecerunt per deserta, quæ non *habitabantur:& in locis desert is*fecerunt casas.

*fixerunt

3 Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt.

Exo.17.a. 1.num.10

4 Sitierunt, & inuocauerunt te, & *data est illis aqua de petra altissima,& requies sitis de lapide duro.

b.8.

5 Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum,à defectione potus suis:in eis cùm abundarent filii Israel,lætati sunt.

6 Per hæc cùm illis deessent, bene cum illis actum est.

7 Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis,humanum sanguinem dedisti iniustis.

8 Qui cùm minuerentur in tradictione infantium occisorum, dedisti illis abundantē aquam insperatę,

9 Ostendens per sitim quæ tūc fuit, quemadmodum tuos exaltares*& aduersarios illorum necares.

Exo.7.b. 20.

10 Cum enim tentati sunt, & quidem cū misericordia disciplinam accipientes, sciernnt quemadmodum cū ira iudicati impii torquerentur.

11 Hos quidem tanquam pater monēs probasti:illos autem tanquam durus rex inrogans condemnasti.

12 Absentes enim & præsentes similiter torquebantur.

13 Duplex enim illos accenerat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum.

14 Cum enim audirent per sua tormenta bñ ne secum agi, commemorati sunt Dominum,admirantes in finem exitus.

15 Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finem euentus mirati sunt:non similiter iustis facientes.

C

Exod.12.d. 37. Num.11.b. 4.

16 Pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorum, *quod quidam errantes colebant mutos serpentes,& bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam:

Exo.16.d. 2.vindicta

17 Vt scirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

Exo.16.d. 2.vindicta

18 *Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua,quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa,immittere illis multitudine vrsorum, aut audaces leones:

f.17.

19 Aut noui generis ira plenas, aut ignotas bestias,aut vaporem igneum spirantes,aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes:

20 Quarum non solum læsura poterat illos exterminare,sed & aspectus per timorem occidere.

21 *Nam &sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis & dispersi per spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mensura & numero & pondere dispositisti.

Exod. 34. c.35.

D

superat fortem.

22 Multū enim valere tibi soli*superaret fortem:& virtuti brachii tui quis resistet?

quæ sua sed.

23 Quoniam tanquam momentum staterę, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, *qui descendit in terram.

24 *Et misereris omnium, quia omnia potes,& dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

25 Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti.

26 Quomodo autem posset aliquid permanere,nisi tu voluisses? aut quod à te vocatū non esset,conseruaretur?

27 Parcis autem omnibus quoniam tua sunt Domine,qui amas animas.

CAP. XII.

Quām sit in omnibus benignus Dominus. Cum Deo non contendendum. Det Deus locum pœnitentiæ.

1 OQuam bonus, & suauis est Domine Spiritus tuus in omnibus.

2 Ideòq; eos qui exerrāt partibus, corripis: & de quibus peccāt, admones & alloqueris vt relicta malitia,credant in te Domine.

Deut.9.a. 4. Ps.77.d. 9. Ps.9.

3 *Illos enim antiquos inhabitatores terrę sanctæ tuæ,quos exhorruisti,

4 Quoniā odibilia opera tibi faciebant per medicamina,& sacrificia iniusta,

5 Et filiorū suorū necatores fine misericordia,& comestores viscerum hominum.

a medio sacramenti tui

6 Et deuoratores sanguinis*& authores parentes animarū inauxiliatarū perdere voluisti à medio sacramento tuo per manus parentum nostrorum.

7 Vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei,quæ tibi omnium clarior est terra:

8 Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui: vespas: vt illos paulatim exterminarent.

9 Non quia impotens eras in bello subiicere impios iustis,& bestiis sæuis, aut verbo duro simul exterminare,

Exod.23.d. 27. Num.33. d.52.

E

10 *Sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum,& naturalis malitia ipsorū, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.

11 Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.

12 Quis enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis *in conspectu tuo veniet vindex iniquorū hominum? aut quis tibi imputabit,si perierint nationes quas tu fecisti?

in conspectum tuū. Ps.75.b. 7. iudicasti

13 Non enim est alius Deus quàm tu: *cui cura est de omnibus: vt ostendas quoniam non iniustè iudicas iudicium.

14 Neque rex, neque tyrannus, in conspectu

tuo inquirent de his quos perdidisti.

15 Cùm ergo sis iustus,iustè omnia disponis: ipsum quoque qui non debet puniri, condemnas,& exterum æstimas à tua virtute.

C

16 Virtus enim tua iustitiæ initium est:& ob hoc quòd omnium Dominus es,omnibus te parcere facis.

17 Virturem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus,& horū qui te nesciunt,audaciam traducis.

18 Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas & cum magna reuerentia disponis nos. subest enim tibi cùm voluerīs,posse.

19 Docuisti* enim populum tuum per talia opera,quoniam oportet iustum esse & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ.

*autem

20 Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione,& liberasti,dans tēpus & locum per quæ possent mutari à malitia:

21 Cum quanta diligentia iudicasti filios tuos,quorum parentibus iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum?

22 Cùm ergo das nobis disciplinam,inimicos nostros multipliciter flagellas: vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cùm de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam.

D

23 Vnde & illi is qui in vita sua insensatè & iniustè viserunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta.

Supr.11. c. 16, tom.1. d.29.

24 *Etenim in erroris via diutius errauerunt,deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua infantium insensato. rum more viuentes.

25 Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.

26 Qui autem ludibriis* & increpationibus non sunt *correcti: dignum Dei iudicium experti sunt.

increpationis

"correpti

27 In his enim quæ patiebantur,molestè ferebant,in quibus patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos,in ipsis, cùm exterminarentur videntes,illum quem olim negabant se nosse,verum Deum, agnouerunt:propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

CAP. XIII.

Vanos eos esse ostendit qui Deum ex suis operibus non possunt cognoscere. Creator per creaturas cognoscendus. Infelicitas idololatrarum. Humbitur in cultores idolorum.

Ro.1.c.25

1 VAni autem sunt omnes homines,in quibus non subest scientia Dei* & de his quæ videntur bona,non potuerunt intelligere eum qui est,neque operibus attendere, agnouerunt quis esset artifex.

Deut.4.c. 19.17.c.3.

2 *Sed aut ignem aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam,aut solem & lunam*, rectores orbis terrarum deos putauerunt.

3 Quorum & si specie delectati deos putauerunt:sciant quanto his dominator eorum spe ciosior est. speciei enim generator hæc

omnia constituit.

4 Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt: intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit, fortior est illis.

5 A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri.

B 6 Sed tamen adhuc in his minor est querela & hi enim forsitan errant, Deum quærentes, & volentes inuenire.

Rom.1.c.20. 7 *Etenim cum in operibus illius cõuersentur, inquirunt: & persuasum habent quoniã bona sunt quæ videntur.

8 Iterum autem nec his debet ignosci.

9 Si enim tantum *potuissent scire, vt possent æstimare sæculũ: quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt?

potuerũt

10 Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidẽ inutilem, opus manus antiquæ.

C

Esa.44.b.12.Hier.10.b.3. 11 *Aut si quis artifex faber de silua lignum rectũ secuerit, & huius doctè eradat omnẽ corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ,

12 Reliquis autem eius operis ad præparationem escæ abutatur:

13 Et reliquum horum quod ad nullos vsus facit lignum curuum, & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis,

14 Aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo est perliniens terra:

15 Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro,

D 16 Ne forte cadat prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se. Imago enim est, & opus est illi adiutorium.

17 Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquirit,

18 Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: & pro sanitate quidẽ infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat:

19 Et pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

CAP. XIIII.

Idolum maledictum, & fabricator eius. Idola vnde traxerint originem. Quæ mala procedãt ex idololatria.

1 ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius lignum inuocat.

2 Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua.

3 Tua autem Pater, prouidentia ab initio cuncta gubernat: *quoniã deẽssi & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam,

Exod.14.c.22.

4 Ostendens quoniam potens es ex omnibus sanare, etiamsi sine rate aliquis adeat mare.

5 Sed vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt.

Ge.6.A.&7.b.10. 6 *Sed & ab initio cùm perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata.

7 Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia.

Psal.113.b.8.Baruch 6.a.b. 8 *Per manus autem quod fit idolũ: & maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est: illud autem cum esset fragile, Deus cognominatus est.

Psal.5.c.7 9 *Similiter autem odio sunt Deo, impius & impietas eius.

10 Etenim quod factum est, cũ illo qui fecit, tormenta patietur.

11 Propter hoc & in idolis nationum non erit respectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.

animæ

12 Initium enim fornicationis, est exquisitio idolorum: & adinuentio illorum, corruptio vitæ est.

13 Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.

14 Superuacuitas enim hominum hæc adinuenit in orbem terrarum: & ideo breuis adueniet illorum finis est inuentus.

hominũ adueniet

15 Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filii fecit imaginem: & illum qui tãquam homo mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia.

16 Deinde inueniente tempore, conualescente antiqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.

iniquo

17 Et hos quos in palam homines honorare non poterant, propter hoc quod longe essent, è longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: vt illum qui aberat, tanquam præsentem colerent sua solicitudine.

18 Pronexit autem ad horum culturam, & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia.

C

19 Ille enim volens plus placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret.

20 Multitudo autem hominũ abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, vt Deum æstimauerunt.

adducta existima uerunt.

21 Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui, aut regibus deseruientes homines incommuni cabile nomen lapidibus, & lignis impusuerunt.

vt ducit

22 Et non sufficerat erraſſe eos circa Dei scientiam, sed & in magno viuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.

Ier.7.c.8. 9.a.4.

23 Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura

scura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes:

24 Neque vitam, neque nuptias mundas iam custodiunt, sed & alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat: & omnia commista sunt,

D 25 Sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium,

26 tumultus bonorum. Dei immemoratio, animarum inquinatio, nationatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio moechiæ & impudicitiæ.

moechia & impudicitia.

27 Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis.

28 Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certè vaticinantur falsa, aut viuunt iniustè, aut peierant cito.

29 Dum enim confidunt in idolis quæ sine anima sunt, male iurantes noceri se non sperant.

30 Vtraq; ergo illis eueniet dignè, quoniam male senserunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniustè in idolo, contemnentes iustitiam.

idolo

31 Non enim iurantium est virtus, sed peccãtium pœna perambulat semper in iustorum præuaricationem.

CAP. XV.

Vox fidelium, qui Dei misericordiam laudant, cuius gratia non seruiunt idolis. Subsannatio idololatrarum.

1 TV autem Deus noster, suauis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia.

2 Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati.

3 Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis.

4 Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores,

5 Cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.

6 Malorum amatores, digni sunt morte, qui spem habent in talibus, & qui faciunt illos, & quid fiunt, & qui colunt.

Rom.9. B

7 *Sed & figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad vsus nostros vnũquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda sunt in vsum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figulus.

8 Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusillam reducit se vnde acceptus est, repetitus animæ debitum quam habebat.

9 Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi vita est, sed concertatur aurificibus & argentariis: sed & æraríos imitatur, & gloriam præfert, quoniam res supernacuas fingit.

10 Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita eius:

C

11 Quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum vitalem.

12 Sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo acquirere.

13 Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa & sculptilia fingit.

14 Omnes enim insipientes, & infœlices supra modum animæ superbi sunt, inimici populi tui, & imperantes illi:

Psal.113.a.5, &.135.d.16. D 15 *Quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt, quibus neque oculorum visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiẽdum, neque digiti manuum ad tractãdum, sed & pedes eorum pigri ad ambulãdum.

16 Homo enim fecit illos: & qui spiritũ mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere.

17 Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit: quia ipse quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem nunquam.

18 Sed & animalia miserrima colunt: insensata enim cõparata his, illis sunt deteriora.

19 Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem Dei laudem & benedictionem eius.

CAP. XVI.

Pœna idololatrarum. Iudiciã Dei. Manna. Non in solis pane viuit homo.

1 PRopter hæc & his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinem bestiarum exterminati sunt.

per his

2 Pro quibus tormentis bene dispositi populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem, escam parans eis ortygometram:

Nu.11.g.31.

3 Vt illi quidem concupiscentes escam propter ea quæ illis ostensa & missa sunt, etiã à necessaria concupiscentia auerterentur: hi autem in breui inopes facti, nouam gustauerunt escam.

4 Oportebat enim illis fine excusatione quidem superuenire interitum exercentibus tyrannidem, his autem tantum ostendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur.

5 Etenim cùm illis superuenit scua bestiarum ira, morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur.

Nu.21.b.6.

6 Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionẽ in breui turbati sunt, signum habẽtes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ.

7 Qui enim conuersus est, nõ per hoc quod videbat sanabatur, sed per te omnium salutarem.

B'

8 In hoc autem ostendisti inimicis nostris quia tu es qui liberas ab omni malo,

nostris Exod.10.a.4.Apoc.9.b.7.

9 Illos enim locustarum & muscarum occi

derunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiusmodi exterminari.

10 Filios autem tuos, nec draconum nec venenatorum vicerunt dentes. Misericordia enim tua adueniens sanabat illos.

11 In memoria enim sermonum tuorum "exterminabantur, & velociter "curabantur, ne in altum incidentes oblivionem, non possent tuo vti adiutorio.

12 Etenim neque herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.

13 *Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis.

14 Homo autem occidit quidem per malitiam animam suam, & cum exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animã quæ recepta est.

C 15 Sed tuam manũ effugere impossibile est.

16 *Negantes enim te nosse impii, per fortitudinem brachii tui flagellati sunt: nouis aquis, & grandinibus, & pluuijs persecutionem passi, & per ignem consummati.

17 Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. Virtus est enim orbis iustorum.

18 Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed vt ipsi videntes, scirent quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem.

19 Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat vndique, vt "iniquam terræ nationem exterminaret.

20 *Pro quibus angelorum esca nutristi populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamẽtum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.

21 "Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, "ostendebas: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur.

22 *Nix autem & glacies sustinebant vim ignis & non tabescebant: vt scirent quoniã fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluuia coruscans.

23 Hoc autem iterum, vt nutrirentur iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est.

D 24 Creatura enim tibi factori deseruiens, "exardescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.

"in

25 Propter hoc & tunc omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum, qui à te desiderati sunt:

26 Vt scirent filii tui, quos dilexisti Domine, "quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat.

27 Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat:

28 Vt notum omnibus esset quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad "orientem lucis te adorare.

"ortum

29 Ingrati enim "fides tanquam hybernalis glacies tabesceret, & disperiet tanquã aqua superuacua.

"spes

CAP. XVII.

De magnitudine iudiciorum Dei, qui pœnis mirabilibus impios afflixerat.

1 MAgna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt.

2 *Dum enim persuasum habẽt iniqui, posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.

Exod. 10. f. 21. f. 27.

3 Et dum putant se latẽre in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati.

4 Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore "custodiebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparentes, panorem illis præstabant.

5 Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

E 6 Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore perculsi illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ non videbantur:

7 *Et magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ "gloria correptio cum contumelia.

Exod. 7. d 22, & 8. 7.

"gloriæ

8 Illi enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant.

9 Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium, & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant, & aërem quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre.

10 Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia.

C 11 Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium "condemnationis, semper enim præsumit læua perturbata conscientia.

"condemnata.

12 Nihil enim est timor, nisi præsumptionis adiutorij, proditio cogitationis auxiliorũ.

13 Et dum animus minor est expectatio, maiorem computat "scientiam eius causæ de qua tormentum præstat.

"ignorantiam

14 Illi autem qui "in potentem venere nocte, & ab infimis & ab altissimis inferis superuenientem eundem somnum dormientes,

Græca. habẽt conscientiam malla potentiã imposse tem vere

15 Aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant tradu&ione subitaneus enim illis & inspera-

tus timor superuenerat.

16 Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferru reclusus.

D 17 Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborũ operarius præoccupatus esset: ineffugibilem sustinebat necessitatem.

Vna

18 Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati.

19 Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, aut sonus validus præcipitatarum petrarum: aut ludentium animalium cursus impulsus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus echo: deficientes faciebant illos præ timore.

20 Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.

21 Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

CAP. XVIII.

De luce Israelitarum eo præcedente. Afflictio impiorum Ægyptiorum. Meritus populi Israelitici, pro quo Aaron orat. Precatus est.

Exod. 10. f. 23.

1 *SAnctis autem tuis maxima erat lux: & horum quidem vocem inimici audiebant, sed figuram non videbant:

2 Et quia non & ipsi eadem perpessi erant, magnificabant te: & qui antè læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebãt tibi: & vt esset differentia "donum petebant.

"te Deũ

3 *Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ vitæ, & solem sine læsura boni hospitij præstitisti.

Exod. 14. f. 21. psal. 77. b. 14. & 104. d. 39.

4 Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant sanctos filios tuos, per quos incipiebat incorruptum lepis lumen seculo dari.

5 *Cùm cogitarẽt iustorum occidere infantes: & vno exposito filio, "sed liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida.

Exod. 1. c. 16, & 2. a. 3. b. &

"sed

B 6 Illa enim nox antè cognita est à patribus nostris: vt verè scientes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores essent.

Exod. 14. b. 27.

7 *Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio.

8 Sicut enim læsisti aduersarios nostros: sic & nos prouocans magnificasti.

9 Absconsè enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in "concordiam disposuerunt: similiter & bona & mala recepturos iustos "patri omnium decantãtes laudes.

"concordiã, ablatiõu. "patrum tam, alii legũt, patri iam

10 Resonabat autem inconuenienS inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

11 Simili autem pœna seruus cum domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus.

12 Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum, vini sufficiebant: quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est.

13 De omnibus enim non credẽtes propter beneficia, tunc cùm primum fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt: populum Dei se esse.

14 Cum enim quietum silentium contineret C omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet,

15 Omnipotens sermo tuus Domine, exilijs de cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prosiluit,

16 Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cælum attingebat stans in terra.

17 Tunc continuò visus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati.

18 Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebatur causam demonstrabat mortis.

19 Visiones enim quæ illos turbauerũt, hæc præmonebant, ne inscij quare mala patiebantur, perirent.

20 Te igit autem tunc & iustos tẽtatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira tua.

D 21 *Properans enim homo sine querela' deprecari pro populis, proferens seruiuels suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus.

Num. 16. f. 46. "propugnaculum

22 Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, sed verbo illũ qui se vexabat subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemoratus.

23 Cùm enim iam accruatim cecidissent superalterutrum mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam quæ ad vnos ducebat viam,

24 *In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & patrum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erãt sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat.

Exod. 28. f. 11.

25 His autem cessit, qui exterminabat, & hæc eximuit, erat enim sola tentatio iro sufficiens.

CAP. XIX.

De interitu Ægyptiorum, & Hebræorum liberatione.

1 IMpijs autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit

2 Præsciebat enim & futura illorum: quoniam cũ ipsi reuersi essent, & permisissent vt se educerent, & cum magna solicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentiæ actus.

3 *Adhuc enim inter manus habentes "luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem insciẽtiæ: & quos rogantes proiecerant hos tanquam fugitiuo persequebãtur.

Exod. 14. c. 5. "luctus

4 Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum quæ acciderant commoratio nem amittebant, vt quę deerãt tormentis, repleret punitio:

5 Et populus quidem tuus mirabiliter trãsiret, illi autem nouam mortem inuenirẽt.

6 Omnis enim creatura ad suum genus ab
initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi.
7 Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio:
8 Per quem omnis natio transiuit quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra.
9 Tanquam enim equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, qui liberasti illos.
10 Memores enim erant adhuc eorũ, quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium produxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.
11 *Nouissime autem viderunt nouam creaturam auium, cum adducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis.
12 In allocutione enim desiderii ascendit illis de mari ortyx ometra, & vexationes peccatoribus superuenerunt.
13 Non sine illis quæ ante facta erant argumentis per vim luminum. iuste enim patiebantur secundũ suas nequicias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt, alii quidem ignotos non recipiebant aduenas, alii autem bonos hospites in seruitutem redigebant.
14 Et non solum hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos.
15 Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem vsi erant institutis, sæuissimis afflixerunt doloribus.
16 *Percussi sunt autem cęcitate: sicut illi in foribus iusti, cũ subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum ostii sui quærebat.
17 In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suũ sonum custodiunt: vnde æstimari ex ipso visu certo potest.
18 Agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunque erant natantia in terrã transibant.
19 Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur.
20 Flammæ econtrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam, quæ facilè dissoluebatur, sicut glacies bonam escam.
21 In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

*Liberabas

*eduxit

*Exod. 16. v. 13. nume. 11 g. 31.

*sulmiarum.

ECCLESIASTICVS, siue Sapientia Iesu filii Sirach.

PROLOGVS.

MVltorum nobis & magnorum per Legem & prophetas, aliisque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare Israelem doctrinæ & sapientiæ causa: quia non solum ipsos lo quentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse, & discentes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus, postquã se amplius dedit ad diligentiam lectionis Legis, & Prophetarum, & aliorum librorũ, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent: vt desiderantes discere, & illorum periti fieri, magis magisque attendant animo, & cõfirmentur ad legitimam vitam. Horror itaq; venire vos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionẽ facere. & veniam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione. Nam deficiunt & verba Hebraica, quando fuerint translata ad alterã linguam. Non autem solum hæc, sed & ipsa Lex, & Prophetæ, cæteraq; aliorum librorum non paruam habent differentiam quãdo inter se dicuntur. Nam in octauo & tricesimo anno temporibus Ptolemæi Energetis regis, postquã peruenimus in Ægyptũ: cum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos non paruæ, neque cõtemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & necessarium putaui & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa quæ ad finem ducunt, librum istum dare, & illis qui volunt animum intẽdere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundum legem Domini proposuerint vitam agere.

CAP. I.

Sapientia à Deo procedit. Timor Domini.

1 OMnis *sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. *Ecc. 24. 3. & 43. 29.
2 Arenã maris & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit? altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est?
3 Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigauit?
4 Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo.
5 Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna.
6 *Radix sapientiæ, cui reuelata est, & astutias

*Iustitia. Genes. 19. c. 11.

D

*Psal. 110. & 110.

*consummationis

*Ecc. 24.

*non fis incredibilis timori Domini

*Rom. 11. d. 34.

vias illius quis agnouit?
7 Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?
8 Vnus est altissimus, creator omnium, omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius & dominans Deus.
9 Ipse creauit illam in spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est.
10 Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se.
11 Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.
12 Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinẽ dierum.
13 Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.
14 Dilectio Dei, honorabilis sapientia.
15 Quibus autem apparuit in visu, diligunt eam in visione & in agnitione magnalium suorum.
16 *Initium sapientiæ, timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur.
17 Timor Domini, scientiæ religiositas.
18 Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit.
19 Timenti Dominum bene erit, & in diebus consolationis illius benedicetur.
20 Plenitudo sapientiæ est, timere Deum, & plenitudo à fructibus illius.
21 Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius.
22 Corona sapientiæ timor Domini, replens pacem, & salutis fructum: & vidit, & dinumerauit eam.
23 Vtraque autem sunt dona Dei.
24 Scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se, exaltat.
25 Radix sapientiæ est, timere Dominum: rami illius longæui.
26 In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia.
27 Timor Domini expellit peccatum.
28 Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est.
29 Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis.
30 Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius.
31 In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ:
32 Execratio autem peccatori, cultura Dei.
33 Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi.
34 Sapientia enim & disciplina timor Dñi:
35 Et quod beneplacitũ est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius.
36 'Contumax non fis, & incredibilis timori Dei: & ne accesseris ad illum duplici corde.
37 Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis.
38 Attende in illis: ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem,
39 Et reuelet Deus abscondita tua, & in medio synagogæ elidat te.
40 Quoniã accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

CAP. II.

Seruis Dei expectanda afflictio. Fides & spes in Deum habenda. Timor Dei.

1 FIli, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.
2 Deprime cor tuum, & sustine: & inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempore obductionis.
3 Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua.
4 Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe:
5 Quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.
6 Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce.
7 Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius: & non deflectatis ab illo, ne cadatis.
8 Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra.
9 Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in oblationem veniet vobis misericordia.
10 Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra.
11 Respicite filii nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.
12 Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum.
13 Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.
14 Væ dulcipi corde, & labiis sceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis.
15 Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non protegentur ab eo.
16 Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.
17 Et quid facient cum inspicere cœperit Dominus?
18 Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt verbum illius.
19 Qui timẽt Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.
20 Qui timẽt Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt

*remittit

*facietis

*viam

animas suas.
21 Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes,
22 Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.
23 Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

CAP. III.

De parentibus honorandis. Arcana Dei non inquirenda curiosius. Cor prauum. Cor sapiens. Eleemosyna.

1 Filii sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio.
2 Iudicium patris audite filii, & sic facite vt salui sitis.
Exod. 20. d. 6. deut. 5. d. 10. ephes. 6. d. 2.
3 Deus enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exqsitiens, firmauit in filios.
4 Qui dilexit Deum exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.
5 Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.
6 Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur.
7 Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore. & qui obedit patri, refrigerabit matrem.
8 Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominus seruiet his qui se genuerunt.
9 *In opere & sermone, & omni patientia
Matth. 15. d. 4. mar. 7. d. 10. ephes. 6. d. 1. Genes. 27. d. 27. deut. 33. d. 3.
10 honora patrem tuum, *vt superueniat tibi benedictio a Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat.
11 Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.
12 Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio.
13 Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filii, pater sine honore.
14 Fili suscipe senectam patris tui: & non contristes eum in vita illius.
15 Et si defecerit sensus, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua.
16 Eleemosyna enim patris non erit in obliuione.
17 Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, soluetur peccata tua.
18 Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem: & est maledictus a Deo, qui exasperat matrem.
19 Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligêris.
Philip. 2. d. 3.
20 *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.
21 Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.
22 Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.
23 Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.
24 In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius noli esse curiosus.
25 Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.
26 Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.
27 Cor durum habebit malè in nouissimo: D & qui amat periculum, in illo peribit.
28 Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, "& prauicord ius in illis scandalizabitur. "prauum cor
29 Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum.
30 Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelliget ur.
31 Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona au[illegible]tet cum omni concupiscentia sapientiæ.
32 Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se a peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.
33 Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.
34 Et Deus prospector est eius, qui reddit gratiam: meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

CAP. IIII.

Non auertendus oculus a paupere. Iudex sit misericors erga pupillos. Sapientiæ commoda. Malum vitandum. Verum dicendum. Verbum sapiens. Non contradicendum veritati. Faciendum peccatum. Potenti non resistendum. Pro iustitia ad mortem vsque certandum. Linguæ. Oppressio subiectorum. Libenter dandum.

1 Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes, oculos tuos ne transueras à paupere.
2 Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua.
3 Cor inopis ne affligeris, & non protrahas datum angustianti.
4 Rogationem contribulati ne abiicias: & non auertas faciem tuam ab egeno.
5 Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non reliquas quærentibus tibi retro maledicere.
6 Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum.
7 Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuum.
8 Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifice in mansuetudine.
9 Libera eum qui iniuriam patitur, de manu superbi: & nō acidē feras in anima tua.
10 In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum:
11 Et eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater.
12 Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se, & præbit in via iustitiæ.

stitiæ.
13 Et qui illam diligit, diligit viam: & qui vigilauerint ad illam, complectentur placorem eius.
14 Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt: & quo introibit, benedicet Deus.
15 Qui seruiunt ei, obsequentes erunt Deo: & eos qui diligunt illam, diligit Deus.
16 Qui audit illam, iudicabit gentes: & qui intuetur illam, permanebit confidens.
17 Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erit in confirmatione creaturæ illorum:
18 Quoniā in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum. Timorem & metū & probationem inducet super illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ,
19 Donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.
20 Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum,
21 Et denudabit abscōsa [illegible] illi, & thesaurizabit super illum scie[illegible]am & intellectum iustitiæ.
22 Si autem oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui.
23 Fili, conserua tempus, & deuita à malo.
24 Pro anima tua ne confundaris dicere verum.
25 Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam.
26 Ne accipias faciem aduersus faciē tuam, nec aduersus animam tuam mendacium.
27 Ne reuerearis proximum tuum in casu suo.
28 Nec retineas verbum in tempore salutis: non abscondas sapientiam tuā in decōre suo.
29 In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ.
30 Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.
31 Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato.
32 Noli resistere cōtra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuii.
33 Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.
34 Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis.
35 Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimēs subiectos tibi.
36 Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

CAP. V.

Diuitiis non fidendum. Peccator abutens misericordia Dei. Diuitiæ. Lingua. Verba Dei horrendum. Sermo hominis. Sufferre.

1 Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita, nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis.
2 Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, & ne dixeris,
3 Quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.
4 Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi aceidit B triste? Altissimus enim est patiens redditor.
5 De propitiatu peccatorum noli esse sine "propi-metu, neqs adiicias peccatū super peccatū. tiato pec
6 Et ne dicas, Miseratio Domini magna cato? est, multitudinis peccatorum meorum miserabitur.
7 Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius.
8 Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.
9 Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. C
10 Noli anxius esse in diuitiis iniustis. Non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ.
11 Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.
12 Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ.
13 Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas, & cum sapientia "profe- "profer res responsum verum.
14 Si est tibi intellectus, responde proximo: sinautem sit manus tua super os tuum, ne D capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.
15 Honor & gloria in sermone sensati: lingua verò imprudentis subuersio est ipsius.
16 Non appelleris susurro in via tua, & lingua tua ne capiaris, & confundaris.
17 Super furem enim est confusio & pœnitentia, & denoratio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia & contumelia.
18 Iustifica pusillum, & magnum similiter.

CAP. VI.

Bilinguis. Non se offerendum. Verbum dulce. De amicitia vera. Doctrinam amplectendam suadet.

1 Noli fieri pro amico inimicus proximo: impropetium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus, & bilinguis.
2 Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiam.
3 Et folia tua "comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. "comedet, perdet, relinquēris (in futuro.
4 Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducet in sortem impiorum.
5 Verbum dulce multiplicat amicos: & mitigat inimicos, & lingua "eucharis in bono "gratiosa homine abundat.
6 Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.
7 Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facilè credas ei teipsum.
8 Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.
9 Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam &

conuicia denudabit.
20 Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.
21 Amicus, si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis hdu-cialiter aget.
22 Si humiliauerit se contra te, & à facie tua absconderit se, vnanimem habebis amicitiam bonam.
23 Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende.
24 Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.
25 Amico fidelinulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.
26 Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inueniunt illum.
27 Qui timet Deum, aquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius.
28 Fili, à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam.
29 Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius.
30 In opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius.
C 31 Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors.
32 Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, non demorabuntur proiicere illam.
33 Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta.
34 Quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei.
35 Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meum, iniice pedem tuum in compedes illius & in torques illius collum tuum.
36 Subiice humerum tuum, & porta illam, & ne accedeas vinculis eius.
*sis inimicus 37 In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius.
38 Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam.
39 In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.
D 40 Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ.
41 Decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura *salutaris.
*salutaris. 42 Stola gloriæ indues eam, & coronam gratulationis *impones tibi.
*superpones 43 Fili, si attenderis mihi, disces eam: & si accommodaueris animum tuum, sapiens eris.
44 Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris
45 In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.
46 Et si videris sensatum, enigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.
47 Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assidous esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

CAP. VII.

Malum vitandum. Honores non ambiendi. Nemo coram Deo iustus. Iudex. Pusillanimis. Munera. Afflicti non irridendi. Mendacium. Verbosus. Laborem præcipit. Humilitas. De contra ergà mulierem, seruos, filios & filias. Deus cum ministris honorandus. Pauper. Mortui. Afflictis succurrendum.

1 NOli facere mala, & non te apprehendent.
*discedent 2 Discede ab iniquo, & deficiet mala abs te.
3 Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.
4 Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris.
Psal.14.4. 5 *Non te iudices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle videri sapiens.
6 Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.
7 Non pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum.
8 *Neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis.
9 Noli esse pusillanimis in animo tuo.
10 Exorare, & facere elecmosynam ne despicias.
11 Ne dicas, In multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo Altissimo, munera mea suscipiet.
12 Non irrideas hominem in amaritudine animæ: *est enim qui humiliat & exaltat, circunspector Deus.
13 Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias.
14 Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona.
15 Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua.
16 Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo.
17 Non te reputes in multitudine indisciplinatorum.
18 Memento ire, quoniam non tradabit.
19 Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis & vermis.
20 Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro præueris.
21 Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum.
22 *Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam,
23 Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.
24 Pecora tibi sunt attende illis: & si sunt vtilia,

vtilia, perseuerent apud te.
25 Filii tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.
26 Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.
27 Trade fillam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam.
28 Mulier si est tibi secundum animam tuã, non proiicias illam: & odibili non credas te in toto corde tuo.
Deut.3.6.9. Ioh.4.4.3. 29 *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.
D 30 *Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi.
Ecclesiast.12. 13. 31 *In tota anima tua time Dominũ, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas.
32 Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & mundã purga te cum brachiis.
Leuit.2.4.3. num.18. 8.15. 33 *Da illis partem, sicut mandatum est tibi, 34 Primitiarũ & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis.
35 Darum brachiorum tuorum & sacrificiũ sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum:
36 Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua.
37 Gratia datus in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam.
Rom.12. 15. Matt.25. 4.35. 38 *Non desis ploratibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.
39 Non te pigeat *visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis.
40 In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

CAP. VIII.

Non litigandum cum fortiori. Linguatus, Iudicius, Senectus. Inimicus. Seniores audiendi. Peccatores. Conuiuiosus. Fœneratus. Iudex. Audax. Iracundus. Consilium.

1 NOn litiges cum homine potẽte, ne forte incidas in manus illius.
Matt.5.d. 39. Luc.3.1.a.6. 2 *Non contendas cum viro loquente, ne forte contra te conflituat litem tibi.
3 *Multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad cor regum extendit, & conuertit.
4 Non litiges cum homine linguato, & non ftrues in ignem illius ligna.
5 Non cõmunices homini indocto, ne mases de progenie tua loquatur.
Gal.6.a.2. B 6 *Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei, memento quoniam omnes in *corruptione sumus.
*correptione 7 *Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt.
Leuit.19. d.13. 8 Noli de mortuo inimico tuo gaudere: scies quoniam omnes morimur, & in gaudium volumus venire.
Supra.6. d.35. 9 *Ne despicias narrationem presbyterorũ sapientum, & in prouerbiis eorum conuersare.
10 Ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela.
11 Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis.
12 Quoniam ab ipsis disces intellectũ, & in tempore necessitatis *dabis responsum. *dare C
13 Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flãma ignis peccatorum illorum.
14 Ne contra faciem stes contumelioſi, ne sedeat quasi insidiator oris tuo.
15 *Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris, quasi perditum habe. Infrà 29. a.4.
16 Non spondeas super virtutẽ tuam: quòd si sponderis, quasi restituens cogita.
17 Non iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est, iudicat.
18 *Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries. Gen.4.b.8
D 19 *Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum, quoniã quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te. Prou.22. d.24.
20 Cum fatuis consilium non habeas. Non enim potuerũt diligere, nisi quę eis placẽt.
21 Corã extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet.
22 Non omni homini cor tuum manifestes: ne forte inferat tibi gratiã falsam, & confutiectur tibi.

CAP. IX.

Periculà pudicitiæ vitanda monet. Amicus vniuersus præferendus. Gloria & opes peccatorum. Quales coniuua. Labor. princeps. Senex.

1 NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostẽdat super te malitiam doctrinæ nequam.
2 Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.
3 Ne respicias mulierem multiſolam: ne fortè incidas in laqueos illius.
4 Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.
5 *Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Gen.6.a.2.
6 *Ne des fornicariis animam tuam in vllo: ne perdas te, & hæreditatem tuam. Prou.5.a.2.
7 Noli circunspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.
8 *Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. B Matt.5. d 28.
9 *Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Gen.34.d. 2.3.reg.11.
10 Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi sterclus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. d.2. inde
11 Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit.
12 Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum illa super cubitum.
13 Et non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.

14 Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi.
15 Vinum nouum, amicus nouus: veteraſcet, & cum ſuauitate bibes illud.
Iudic.9.d. 15 *Non zeles gloriã, & opes peccatoris: nõ
Pro.3.15. enim ſcis quæ futura ſit euius ſubuerſio.
Bibl. 17 Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciẽs quoniam uſque ad inferos non placebit impius.
18 Longè abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & non ſuſpicaberis timorem mortis.
19 Et ſi acceſſeris ad illum noli aliquid cõmittere, ne forte auferat vitam tuam.
D 20 Communionem mortis ſcito: quoniam in medio laqueorum ingrederis, & ſuper dolentium arma ambulabis.
21 Secundum virtutẽ tuam caue te à proximo tuo, & cum ſapientibus & prudentibus tracta.
22 Viri iuſti ſint tibi conuiuæ, & in timore Dei ſit tibi gloriatio.
23 Et in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi.
24 In manu artificum opera laudabuntur, & *principes populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſenſu vero ſeniorum verbum.
25 Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus: & temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

CAP. X.

Stabilimentum regni, rex ſapiens. iniuria. Superbia. Regnum tranſlatio. Auaritia deteſtatio. Superbia. Timor Domini. Seruus ſenſatus. Labor commendatur. Anima. Gloria in tribulatione.

1 IVdex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit.
2 *Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.
Prou.29. 6.12.
3 *Rex inſipiens perdet populum ſuum: & 3.Reg.12. a.1. ciuitates inhabitabuntur per ſenium prudentium.
4 In manu Dei poteſtas terræ: & exercabilis omnis iniquitas gentium, & videm rectorem ſuſcitabit in tempore ſuper illam.
*In tẽpus 5 In manu Dei poteſtas hominis: & ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum.
6 Omnis iniuriæ proximi ne memineris, *& Leuiti.19. c.17. nihil agas in operibus iniuriæ.
7 Odibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium.
8 *Regnum à gente in gentem tranſfertur Da.4.c.14 propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos:
9 Auaro autem nihil eſt ſceleſtius.
10 Quid ſuperbit terra & cinis? Nihil eſt iniquius quam amare pecuniam. Hic enim & animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua projecit intima ſua.
11 Omnis potentatus breuis vita: languor prolixior grauat medicum.
*Sic 12 Breuẽ langorem præcidit medicus, *ſicut & rex hodie eſt, & cras morietur.
13 Cùm enim mortuus fuerit homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias & vermes.
14 Initiũ ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo, quoniã ab eo qui fecit illũ, receſſit cor eius.
15 Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledicijs, & ſubuertet eum in finem.
16 Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & deſtruxit eos vſque in finem.
17 Sedes ducum ſuperborũ deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.
18 Radices gẽtium ſuperbarũ arefecit Deus, C & plantauit humiles ex ipſis gentibus.
19 Terras gẽtium euertit Dominus, & perdidit eas vſque ad fundamentum.
20 Arefecit ex ipſis, & diſperdidit eos, & ceſſare fecit memoriam eorum à terra.
21 Memoriam ſuperborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium ſenſu.
22 Non eſt creata hominibus ſuperbia: neque iracundi[illegible]nation mulierum.
23 Semen ho[illegible]num honorabitur hoc, quod timet Deum, ſemẽ autem hoc exhonorabitur quod præterit mandata Domini.
24 In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius:
25 Gloria diuitum honoratorum, & pauperum, timor Dei eſt.
26 Non deſpicere hominem iuſtum pauperem, & non magnificare virum peccatorem diuitem:
27 Magnus eſt iudex, & potens eſt in honore: & non eſt maior illo qui timet Deum. D
28 Seruo ſenſato liberi ſeruient: & vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus, & in eius non honorabitur.
29 Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ.
30 Melior eſt qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane.
31 Fili, in manſuetudine ſerua animam tuã, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum.
32 Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam ſuam.
33 Pauper gloriatur per diſciplinã & timorem ſuum: & eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam.
34 Qui autem gloriatur in paupertate, quãto magis in ſubſtantia? & qui gloriatur in ſubſtantia, paupertatem vereatur.

CAP. XI.

Humilitas. Non iudicandum ſecundum faciem. De iudicio temerario. Dines deſtitutus non euertet. Omnia à Deo. Non omnes inducẽdi in domũ.

1 *SApientia humiliabit caput ſuum, & in medio magnatorum conſedere illum faciet. Genes. 40. d.20. & 41.d.14
2 Non laudes virũ in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo.
3 Breuis in volatilibus eſt apis, & initiũ dulcoris habet fructus illius.
4 *In veſtitu ne gloriaris vnquã, nec in die A.M.Sir. honoris tui extollaris: quoniam mirabilia d.2.c. opera Altiſſimi ſolius, & gloriosa, & abſcõ-

ſa, & inuiſa opera illius.
5 Multi tyranni ſederunt in thronõ, & inſuſpicabilis portauit diadema.
1.Reg.15.f. 28, Hester 6.c.10. 6 *Multi potentes oppreſi ſunt validè, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum.
7 Priuſquã interroges, ne vituperes quenquam, & cùm interrogaueris, corripe iuſtè.
Deuter.13. 2 *Priuſquã audias, ne reſpõdeas verbum, c.17.d.7.c. & in medio *ſeniorum ne adiicias loqui.
6. Prouerr. 9 De ea re quę te non moleſtat, ne certeris: 18.c.13. & in iudicio peccantium ne conſiſtas.
*Sermonũ 10 *Fili, ne in multis ſint actus tui: & ſi diues B fueris, non eris immunis à delicto. Si enim ſecutus fueris, non apprehendes: & non effugies, ſi præcucurreris.
Deut.19.c. 21.2.tim. 6.b.9. Prou.c.10. b.13. 146.421. c.20. 11 *Eſt homo laborans & feſtinans, & dolẽs impius, & tanto magis non abundabit.
12 *Eſt homo marcidus egẽs recuperatione, plus deficiens virtutie, & abundans paupertate, & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humi[illegible]te ipſius.
13 Et exaltauit caput eius: & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum.
Iob.5.c.12, Prou.b.38. 6.4. 14 *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas, à Deo ſunt.
15 Sapientia & diſciplina, & ſcientia legis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorũ apud ipſum.
16 Error & tenebræ peccatoribus concreta ſunt: qui autem exultant in malis, conſenescunt in malo.
17 Datio Dei permanet iuſtis, & profectus illius ſucceſſus habebit in æternum.
18 Eſt qui locupletatur parcè agẽdo, & hęc eſt pars mercedis illius in eo quod dicit,
Luc 12. C 19 *Inueni requiem mihi, & nunc manducabo.
6.19. 20 bo de bonis meis ſolus, & neſcit quòd tempus prætereat illi: & mors appropinquet, & relinquet omnia aliis, & morietur.
21 Sta in teſtamẽto tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce.
22 Ne manſeris in operibus peccatorũ confide autem in Deo, & mane in loco tuo.
23 Facile eſt enim in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem.
24 Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in honore veloci proceſſus illius fructificat.
25 Ne dicas, Quid eſt mihi opus, & quę erũ mihi ex hoc bonæ?
Eccl.c.18, d.25. 26 Ne dicas, Sufficiens mihi ſum: & quid ex hoc peſsimabor?
27 *In die bonorum ne immemor ſis malorum, & in die malorum, ne immemor ſis bonorum.
28 Quoniam facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas.
29 Malitia horæ oblinionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius.
D 30 Ante mortẽ ne laudes hominẽ quenquã: quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir.
31 Non omnem hominem inducas in domũ tuam. Multæ enim ſunt inſidiæ doloſi.
32 Sicut enim eructat præcordia futentiũ, & ſicut perdix inducitur in cauean, & vt caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, & ſicut *prospector vides caſſu proximi ſui. *prospe-
33 Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam. ctator
34 A ſcintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis: homo verò peccator ſanguini inſidiatur.
35 Attende tibi à peſtifero: fabricat enim mala, ne forte inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum.
36 Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à *viis pro- tuis prius.

CAP. XII.

Quibus benefaciendum, inimici vitandi.

1 SI bene feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.
2 Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certè à Domino.
3 Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas non danti: quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & miſeretur ſe pœnitentibus.
4 *Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem; & impijs, & peccatoribus reddet vindictam, cuſtodiens eos in viam vindictæ. Galat.6.
5 Da bono, & non receperis peccatorem, c.10. Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dare, ne in ipſis potentior B te ſit. Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi.
6 Quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam.
7 Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus.
8 In bonis viri, inimici illius in triſtitia & in malitia illius, amicus agnitus eſt.
9 Non credas inimico tuo in æternum.
10 Sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius.
11 Et ſi humiliatus vadat curuus, aduerte animum tuum, & cuſtodi te ab illo.
12 Non ſtatuas illum penes te, nec ſedeat ad C dextram tuam, ne conuerſus ſtet in loco tuo: ne forte conuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam, & in nouiſſimo cognoſcas verba mea, & in ſermonibus meis ſimuleris.
13 Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo, & omnib* qui appropi- *beſtiis? ſic & qui comitatur cum viro iniquo, & ob uoluitur eſt in peccatis eius.
14 Vna hora tecum permanebit: ſi autẽ declinaueris, non ſupportabit.
15 *In labiis ſuis indulcat inimicꝰ, & in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueã. D
Iere.41.b.6 16 In oculis ſuis lacrymatur inimicus: & ſi inuenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine, & ſi incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem.
17 In oculis ſuis lacrymatur inimicus, & qua
18 ſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas.
19 Caput ſuũ mouebit, & plaudet manu, & multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum.

CAP. XIII.

Superiorum conſortia vitanda, & diuitum. Diſciplis Dei. Patres cum patris ne conuiuentur. Diuites à pauperibus vitentur.

Deuter. 7. a. 2.

1 QVi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & *qui communicauerit superbo, induet superbiam.
2 Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat: & ditiori te ne socius fueris.
3 Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringetur.
4 Diues iniuste egit, & fremet: pauper autē læsus tacebit.
5 Si largitus fueris, assumet te: & si non habueris, derelinquet te.
6 Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse non dolebit super te.
7 Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrās tibi omnia bona, & dicet, Quid opus est tibi?
8 Et confundet te in cibis suis, donec te exinanitat bis, & ter, & in nouissimo deridebit te, & postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te.
9 Humiliare Deo, & expecta manus eius.
10 Attende, ne seductus in stultitiam humilieris.
11 Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.
12 Aduocatus à potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit.
13 Ne improbus sis, ne impinguaris: & ne lōgē sis ab eo, ne eas in oblivionem.
14 Ne verineas ex æquo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis.
15 Immitis animus illius conseruabit verba tua: & non parcet de malitia, & de vinculis.
16 Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniā cum subuersione tua ambulas.
C 17 Audiens vero verba illa, quasi in somnis vide, & vigilabis.
18 Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua.
19 Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi.
20 Omnis caro ad simsem sibi coniungetur: & omnis homo simili sui sociabitur.
21 Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto.
22 Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quę pars bona diuiti ad pauperē?
23 Venatio leonis onager in eremo, sic & pascua diuitum, sunt pauperes.
24 Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper.
25 Diues commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cum ceciderit, expellet̄ à notis.
D 26 Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerunt illum.
27 Humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensate, & nō est datus ei locus.
28 Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent.
29 Pauper locutus est, & dicūt, Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.
30 Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, & nequissima paupertas in ore impij.
31 Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona siue in mala.
32 Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficile inuenies, & cum labore.

CAP. XIIII.

Os Cupidus & sibi inuident. Pauperibus & sibi benefaciendū in vita. Omnis caro fœnum. Beatus qui cum sapientia moratur.

1 BEatus *vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Infrà 18. c. 16, 25. & 19, Iacob
2 Felix qui non habuit animi sui tristitiā, & non excidit à spe sua.
3 Viro cupido & tenaci, sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? 3. c. 2.
4 Qui aceruat ex animo suo iustē, aliis congregat, & in bonis illius ali* luxuriabitur.
5 Qui sibi nequā est, cui alii bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis.
6 Qui sibi inu*, nihil est illo nequius, & hæc redditio c malitiæ illius:
7 Et si bene fecerit ignoranter, & non volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam.
8 Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam.
9 *Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam. B Prou. 27. c. 20.
10 Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam.
11 Fili, si habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer.
12 Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi: testamentum enim huius mundi morte morietur.
13 *Ante mortē benefac amico tuo, & secūdum vires tua exporrigens da pauperi. Su. 4. b. 10 Luc 16. c. 9.
14 Non defrauderis à die bono, & particula *bonæ dei non te prætereat. * boni des
15 Nonne aliis relinques dolores & labores tuos in diuisione sortis? C
16 Da & accipe & iustifica animam tuam.
17 Ante obitum tuum operare iustitiā: quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Esa. 40. b. 7. Baruch 3. b. 10. 1. Esdr. 4. d. 24. Iob 14. b. 5. c. 17.
18 *Omnis caro sicut fœnum vetustascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi.
19 Alia generātur, & alia deficiuntur: sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur.
20 Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, abit cum illo.
21 Et omne opus electum iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. D
22 *Beatus vir qui in sapiētia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur: & in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Psalm. 1. b.
23 Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelliges, vadens post illam quasi inuestigator, & in vijs illius consistens:
24 Qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens.
25 Qui requieuerit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum statuet cas-

sulam suam ad manus illius.
26 Et requiescent in casula illius bona per æuū: statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur:
27 Protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

CAP. XV.

Timentem Deum quæ bona sequantur. Peccatorem reticit Deus. Deus non est auctor iniquitatis. Timentes Deum.

Illud: 1 QVi timet Deum, faciet *bona: qui continens est iustitiæ, apprehendet illam.
2 Et obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate susciptet illum.
Isam. 4. b. 10. 3 Cibabit illum pane vitæ & intellectus, *& aqua sapientiæ salutaris potabit illum.
4 Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur:
5 Et exaltabit illum *præ proximos suos, & in medio ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum.
B 6 Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum.
7 Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi.
8 Homines stulti non videbunt eam: longè enim abest à superbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores: & viri veraces inuenientur in illa, & successum habebunt vsque ad inspectionem Dei.
9 Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia non est à Domino missus:
C 10 Quoniam à Deo profecta est sapientia. Sapientiæ enim Dei adstabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eā illi.
11 Non dixeris, Per Deum abest. Quæ enim odit ne feceris.
12 Non dicas, Ille me implanauit: non enim necessarii sunt ei homines impij.
13 Omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum.
Gene. 1. d. 27. 14 *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui.
15 Adiecit mandata & præcepta sua.
Mat. 19. c. 17. 16 *Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam *facere seruare.
D 17 Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam.
Ierem. 21. c. 8. 18 *Ante hominem vita & mors: bonū & malum, quod placuerit ei, dabitur illi:
19 Quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione.
Psal. 33. c. 16. Iacob. 4. a. 13. 21 *Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis.
22 Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit spatium peccandi. Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

CAP. XVI.

Filii impii. Vitio Domini. A Deo nemo abscondunt. Opera Dei. Videt in Deum.

1 NE iucunderis in filiis impijs, si multiplicentur: nec oblectaris super ipsos, si non est timor Dei in illis.
2 Non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorum.
3 Melior est enim vnus timens Deum, quàm mille filij impij.
4 Et vtile est mori sine filiis, quàm relinquere filios impios.
5 Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deseretur.
6 Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea.
7 *In synagoga peccātium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira. Infr. 21. b. 20.
8 Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes fuæ virtuti:
9 Et non pepercit peregrinationi illorum, sed percussit eos, & execratus est eos præ superbia verbi illorum. E
10 Non misertus est illis gētem totam perdens, & exolletem se in peccatis suis.
11 *Et sicut sexcēta millia pedtum qui congregati sunt in duritia cordis sui: & si vnus fuisset ceruicatus, mirū si fuisset immunis. Num. 14. c. 15, 26. g. 64.
12 Misericordia enim & ira est cum illo.
13 Potens exoratio, & effundens iram secundum misericordiam suam: sic *correctio illius hominem secundū opera sua iudicat. *correptio
14 Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit susserentia misericordiam facientis.
15 Omnis misericordia faciet locum vnicuiq; secundum meritum operū suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius.
16 Non dicas, A Deo abscondar, & ex summo quis operis mei memorabitur?
17 In populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immēsa creatura?
18 *Ecce, cælum, & cæli cælorum, abyssus & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur. C 2. Pe. 3. b.
19 Montes simul, & colles, & fundamenta terræ: & cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur. 7. c. 10.
20 Et in omnibus his insensatum est cor: & omne cor intelligitur ab illo:
21 Et vias illius quis intelligit, & procellā quam nec oculus videbit hominis?
22 Nam plurima illius opera sunt in abscondita: sed opera iustitiæ eius quis enuntiabit? aut quis sustinebit? Longe enim est testamentum à quibusdam, & interrogatio *hominum in consummatione est. *omnium
23 Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans cogitat stulta.
24 Audi me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo. D
25 Et dicam in æquitate disciplinam, & seruabo enarrare sapientiā. Et in verbis meis attende in corde tuo.
26 Et dico in æquitate spiritus virtutes quas posuit Deus in opera sua ab initio, & in veritate enuntio scientiam eius.
27 *In iudicio Dei opera eius ab initio, & *Et ab institutione hominum ipsorum distin-

ait partes illorum, & initia eorum in gentibus suis.
28 Orauit in æternum opera illorum, nec
esurierunt, nec laborauerunt, & non desti-
terunt ab operibus suis.
29 Vnusquisque proximum sibi non an-
stiabit vsque in æternum.
B 30 Non sit incredibilis verbo illius.
31 Post hæc Deus in terram respexit, & im-
plenit illam bonis suis.
32 Animã autem omnis vitalis denuntiabit
ante faciem ipsius, & in ipsa iterum reuer-
tio illorum.

CAP. XVII.

*Deus creator omnium, dedit legem homini in agni-
tionem peccati, & eo cogito pœnitentiam age-
re. Ante mortem.*

Gene.1. d.1 2.7.5. a.7. DEus *creauit de terra hominem, & se
cundum imaginem suam fecit illum.
2 Et iterum conuertit illum in ipsam, &
secundum se vestiuit illum virtute.
3 Numerum dierum & tempus dedit illi, &
dedit illi potestatem eorum quæ sunt su-
per terram.
4 Posuit timorem illius super omnem car-
nem, & dominatus est bestiarum & vola-
tilium.
Ecc.2.d.22 5 *Creauit ex ipso adiutorium simile sibi:
consilium & linguam, & oculos, & aures, &
cor dedit illis excogitandi: & disciplina in-
tellectus repleuit illos.
6 Creauit illis scientiã spiritus, & sensu im
pleuit cor illorum, & mala & bona osten-
dit illis.
Ipsum. 7 Posuit oculum *ipsorum super corda il-
lorum ostendere illis magnalia operum
suorum
8 Vt nomen sanctificationis collaudent: &
B gloriari in mirabilibus illius *& magnalia
*vt enarrent operum eius.
9 Addidit illis disciplinam, & legem vitæ
hæreditauit illos.
10 Testamentum æternum constituit cum il
lis, & iustitiam & iudicia sua ostendit illis.
11 Et magnalia honoris eius vidit oculus
illorum, & honorem vocis audierunt aures
illorum, & dixit illis,
12 Attendite ab omni iniquo. Et mandauit
illis vnicuiq; de proximo suo.
13 Viæ illorum coram illo sunt semper, non
sunt absconsæ ab oculis ipsius.
Ro.13.d.1. 14 *In vnamquãque gentẽ præposuit rectoC
rem, & pars Dei Israel facta est manifesta.
15 Et omnia opera illorum velut sol in con-
spectu Dei: & oculi eius sunt intermissione
inspicientes in vias eorum.
*super, 16 Non sunt absconsa testamenta *propter
li legunt pec. iniquitatem illorum, & omnes iniquitates
eorum in conspectu Dei.
17 Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso,
Mat.25.c. & gratiam hominis quasi pupillam conse-
35. uabit: & postea resurget, & retribuet il
interio- lis retributionem, vnicuiq; in caput ipso-
res rum, & conuertet in *inferiores partes
*contra- terræ.
gauit 18 Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ,
& *confirmauit deficientes sustinere, & de-

stinauit illis sortem veritatis.
19 Conuertere ad Dominũ, & relinque pec- *eius
cata tua: precare ante faciem Domini, &
minue offendicula.
20 *Reuertere ad Dominum, & auertere ab *refer te
iniustitia tua. D
Et nimis odito execrationem: & cogno-
sce iustitias & iudicia Dei.
22 Et sta in sorte propositionis, & orationis Psal.6.d.
Altissimi Dei. 6.esa.38.d
23 In partes vade seculi sanctæ, *cum viris & 19.
dantibus confessionem Deo.
24 Non demoreris in errore impiorum. Ante
mortem confitere.
25 A mortuo quasi nihil, perit confessio.
26 Confiteberis viuens, viuus & sanus confi-
teberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in
misericordiis illius.
27 Quã magna misericordia Domini, & pro-
pitiatio illius conuertentibus ad se?
28 Nec enim omnia possunt esse in homini-
bus, quoniam non est immortalis filius ho-
minis, & in vanitate malitiæ placuerunt.
29 Quid lucidius sole? & hic deficiet.
30 Aut quid nequius quam quod excogita-
uit caro & sanguis? & hoc arguetur.
31 Virturem altitudinis cæli ipse conspicit,
& omnes homines terra & cinis.

CAP. XVIII.

*Virtus, potestas & misericordia Dei in homines.
Vita brevis. Contra illum non querendum. In
omnibus prouidendum. Semper orandum.*

Gene.1.d.1 QVi viuit in æternum, *creauit omnia
simul.
2 Deus solus iustificabitur, & manet inui-
ctus rex in æternum.
3 Quis sufficit enarrare opera illius? Quis e-
nim inuestigabit magnalia eius.
4 Virtutem autem magnitudinis eius quis
enuntiabit? aut quis adiiciet enarrare mise-
ricordiam eius?
5 Non est minuere, neque adicere, nec est
inuenire magnalia Dei.
6 Cum consummauerit homo, tũc incipiet:
& cum quieuerit, operabitur.
7 Quid est homo, & quæ est gratia illius? &
quid est bonum, aut quid nequam illius?
Psal.89.b 8 *Numerus dierum hominum, vt multum
10. centum anni: quasi guttæ aquæ maris de-
putati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exi-
gui anni in die æui.
9 Propter hoc patiens est Deus in illis, & *effudit
*effundit super eos misericordiam suam. B
10 Vidit præsumptionẽ cordis eorum, quo-
niam mala est, & cognouit subuersionem
illorum, quoniam nequam est.
11 Ideo adimpleuit propitiationem suam in
illis, & ostendit eis viam æquitatis.
12 Miseratio hominis circa proximum suum:
13 Misericordia autem Dei super omnem
carnem.
14 Qui misericordiam habet, docet, & eru-
dit, quasi pastor gregem suum.
15 *Misereatur excipiens doctrinam miseri- *Misere-
cordiæ, & qui festinant in iudiciis eius. tur exci-
Filij in bonis non des querelã, & in omni pleuit
dato non des tristitiam verbi mali.

Nonne

16 Nonne ardorẽ refrigerabit ros? sic & ver
bum melius, quam datum.
17 Nonne ecce verbum super datum bonũ?
*& vtraq; *sed vtrunq; cum homine iustificato.
C 18 Stultus acriter improperabit, & datus in
disciplinati rubescere facit oculos.
19 Ante iudicium para iustitiam tibi, & an-
1.Cor.11.f. tequam loquaris disce.
22. 20 Ante languorẽ ambibe medecinã, & *ante
te iudicium interroga teipsum, & in conspe
ctu Dei inuenies propitiationem.
21 Ante languorem humilia te, & in tempo-
re infirmitatis ostende conuersationem
tuam.
2.Thess.5.d 21 *Non impediaris orare semper, & ne ve-
27.Luc. 18. teris vsque ad mortem iustificari: quoniam
a.1. merces Dei manet in æternum.
23 Ante orationem præpara animã tuam, &
noli esse quasi homo qui tentat Deum.
24 Memento iræ in die consummationis, &
*conuerso tempus retributionis, *& conuersatione
he faciet, facies.
necessita 25 Memento pauperatis in tempore abun-
tum dantiæ, & necessitatem paupertatis in die
diuitiarum.
*mutatur 26 A mane vsque ad vesperam *immutabi-
*mutatur; tur tempus, & hæc omnia citata in oculis
Dei.
D 27 Homo sapiens in omnibus *metuit, & in
diebus delictorum attendet ab inertia.
28 Omnis astutus agnoscit sapientiam, & in-
uenienti eam dabit confessionem.
29 Sensati in verbis & ipsi sapienter egerũt,
& intellexerunt veritatem & iustitiam, &
*instilla- *implorauerunt prouerbia & iudicia.
uerunt 30 *Post concupiscentias tuas nõ eas, & à vo
Ecc.5.d. lontate tua auertere.
6.13.d.14. 31 Si præstes animæ tuæ concupiscentias e-
ius, facient te in gaudium inimicis tuis.
32 Ne obleciteris in turbis nec immodicis:
assidua enim est commissio illorum.
*seculo 33 Ne fueris mediocris in contentione ex
fœnore, & non est tibi nihil in *seculo: eris
enim inuidus vitæ tuæ.

CAP. XIX.

Vinum & venus egenos faciunt. Lenis in credendo. Secreta. Correptio. Timor Dei. Scire & facere legem Dei. Visus.

OPerarius ebriosus nõ locupletabitur,
& qui spernit modica, paulatim de-
cidet.
3.R.11.a. 2 Vinum *& mulieres apostatare faciunt sa-
9.d. pientes, & arguent sensatos.
3 Et qui se iungit fornicariis, erit nequam.
Putredo & vermes hæreditabunt illum, &
extolletur in exemplum maius, & tolletur
de numero animæ eius.
Ia.5.a.12.c 4 *Qui credit cito, lenis corde est. Et mino-
12. rabitur: & qui delinquit in animam suam,
insuper habebitur.
5 Qui gaudet iniquitate, denotabitur: &
qui odit correptionem, minuetur vita:
6 Et qui odit loquacitatem, extinguit ma-
litiam. Qui peccat in animam suam, pœni-
tebit: & qui iucundatur in malitia, dene-
tabitur.
Ne iteres verbum nequam & durum, &
non minoraberis.
8 Amico & inimico noli narrare sessum
tuum: & si est tibi delictũ, noli denudare.
9 Audiet enim te, & custodiet te, & quasi
defendens peccatum audiet te, & sic aderit
tibi semper.
10 Audisti verbum aduersus proximũ tuum, commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet.
11 A facie verbi parturit fatuus, tanquam ge
mitus partus infantis. *carnis.
12 Sagitta infixa femoris *canis, sic verbum
in corde stulti.
13 Corripe amicum, ne forte non intellexe-
rit, & dicat. Non feci: aut si fecerit ne ite-
rum addat facere.
14 Corripe proximum, ne forte non dixerit C
& si dixerit, ne forte iteret.
15 Corripe amicũ. sæpius enim fit comissio.
26 Et non omni verbo credas: est qui labi- Iacob.3.a
tur lingua sua, sed non ex animo. *Quis est 2.
enim qui non deliquerit in lingua sua?
17 Corripe proximum antequam commine-
ris. Et da locum timori altissimi.
18 Quia omnis sapientia timor Dei, & in
illa timere Deum, & in omni sapientia di-
spositio legis.
19 Et non est sapientia nequitiæ disciplina:
& non est cogitatus peccatorum prudentia.
20 Est nequitia, & in ipsa execratio: & est in-
sipiens, qui minuitur sapientia.
21 Melior est homo qui minuitur sapientia,
& deficiens sensu in timore Dei, quam qui
abundat sensu, & transgreditur legem Al-
tissimi.
22 Est solertia certa, & ipsa iniqua: & est qui
emittit verbum certum enarrans veritatẽ.
23 Est qui nequiter humiliat se, & interiora
eius plena sunt dolo.
24 Et est iustus qui se nimium submittit à D
multa humilitate:
25 Et est iustus qui inclinat faciem suam, &
fingit se non videre quod ignoratum est. &
si ab imbecillitate virium veretur peccare,
si inuenerit tempus malefaciendi, male-
faciet.
26 Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu fa
ciei cognoscitur sensatus.
27 Amictus corporis, & risus dentium, & in-
gressus hominis enuntiant de illo.

CAP. XX.

Correptio & confessio. Tacere. Dona. Fœnus. Fatuus. Mendax. Operati terram. Sapiens.

1 ESt correptio mendax in ira contume-
liosi, & est iudicium quod non proba-
tur esse bonum: & est tacens, & ipse est
prudens.
2 Quam bonum est arguere, quàm irasci: &
confitentem in oratione non prohibere.
3 Concupiscentia spadonis deuirginauit iu-
uenculam: sic qui facit per vim iudicium
iniquum.
4 Quam bonum est correptum manifestare
pœnitentiam: sic enim effugies voluntarium
peccatum.
5 Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est
odibilis, qui procax est ad loquendum.

Illiiij.

6 Est autem tacens, & non habens sensum loquelæ: & est tacens, sciens tempus aptitemporis.

seruabit 7 Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus.

8 Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam: & qui potestatem sibi sumit, iniustè odietur.

9 Et processio in malo viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum.

10 Est datum quod non est vtile: & est datũ, cuius retributio duplex.

11 Est propter gloriam minoratio: & est qui ab humilitate leuabit caput.

12 Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum.

13 Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur.

14 Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt.

15 Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius imflammatio est.

C 16 Hodie fœneratur quis, & eras expetit: & odibilis est homo huiusmodi.

17 Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius.

22 Qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt.

19 Quoties, & quanti irridebunt eũ? Neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: similiter & quod non erat, habendum.

20 Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens: sic casus malorum festinanter venient.

ingratus 21 Homo gratus gratis quasi fabula vana, & in ore indisciplinatorum assidua erit.

22 Ex ore fatui reprobatur parabola: non enim dicit illam in tempore suo.

23 Est qui veretur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur.

24 Est qui perdat animam suam præ confusione, & ab imprudenti persona perdet eã: personæ autem acceptione perdet se.

D 25 Est qui præ confusione promittit amico: & lucratus est eum inimicum gratis.

26 Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assiduè erit.

27 Potior fur quàm assiduitas viri mendacis, perditionem antè ambo hæreditabunt.

28 Mores hominum mendacium sine honore: & confusio illorum, cum ipsis sine intermissione.

produceet 29 Sapiens in verbis producit seipsum, & homo prudens placebit magnatis.

Prouer. 12. b. 11. & 28. f. 19. Xenia Exod. 23. a. 8. deut. 16 d. 19. Isa. 41. c. 12 30 Qui operatur terrã suam, exaltabit acerum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur: qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem.

31 Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.

32 Sapientia absconsa & thesaurus inuisus: quæ vtilitas in vtrisque?

33 Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiã suam.

CAP. XXII.

Peccator conuertatur ad Deum. Iniuria. Superbia. Oratio. Odiens correptionem. Ædificant domum. Peccatores. Scientia & Insipientia. Stulti & Sapiens. Suffurro.

1 Fili, peccasti? non adiicias iterum: sed & de priſtinis deprecare vt tibi dimittantur.

2 Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te.

3 Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum.

4 Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas.

5 Obiurgatio, & iniuriæ annullabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia: sic subſtantia superbi eradicabitur.

6 Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures eius pertingiet, & iudicium festinatò aduenietilli.

7 Qui odit correptionẽ, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, conuertetur ad cor suum,

Non cõmendatio sit 8 Notus à longè potens lingua audaci: & sensatus scit labi ab ipso. B

9 Qui ædificat domũ suam impẽdijs alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme.

10 Stupa collecta synagoga peccantium: & consummatio illorum flamma ignis.

complan. 11 Via peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.

nata in fine 12 Qui custodierit iustitiam, continebit sensum eius.

custodit 13 Consummatio timoris Dei sapientia & sensus.

14 Non erudietur qui non est sapiens in bono.

15 Est autem insipientia quæ abundat in malo, & non est sensus vbi est amaritudo.

abundet 16 Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet.

17 Cor fatui quasi vas cõfractum, & omnem C sapientiam non tenebit.

18 Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit, & adijciet: audiuit luxurioſus, & displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum.

ad se 19 Narratio fatui quasi sarcina in via. nam in labijs sensati inuenietur gratia.

20 Os prudentis quæritur in ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis.

21 Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia; & scientia insensati inenarrabilia verba:

22 Compedes in pedibus, stulto doctrina, & quasi vincula manuum super manum dexteram.

23 Faruus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit.

24 Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro.

25 Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus cõfundetur à persona potẽtis. D

26 Stultus à fenestra respiciet in domũ: vir autem eruditus foris stabit.

27 Stultitia hominis auscultare per ostium: & prudens grauabitur contumelia.

28 Labia imprudentũ stulta narrabunt: verba autem prudentium stateram ponderabuntur.

29 In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientium os illorum.

30 Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse anima suam.

31 Susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur: & qui permanserit, odiosus erit: tacitus & sensatus honorabitur.

CAP. XXII.

Piger. Filii & filiæ imprudentes. Docete sanum. Mortuus. Fatuus vitandus. Cõuiciator. Amicus. Amicus pauper. Lingua.

1 IN lapide luteo lapidatus est piger: & omnes loquentur super aspernationem illius.

2 De stercore boum lapidatus est piger: & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus.

3 Cõfusio patris est de filio indisciplinato: filia autem fatua in deminoratione fiet.

proximo 4 Filia prudens hæreditas viro suo: nam quæ confundit, contumelia est genitoris.

5 Patrem & virum confundit audax, & ab impijs non minorabitur: ab vtriusque autem inhonorabitur.

6 Musica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore sapientia.

Psal. 140. a. 3. ab ipsis

7 Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam.

Patientia 8 Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno.

Qui enumerat stulto, & in fine, dicit, Isa. 32. b. 6. sensu 9 Cum dormiente loquitur, qui enarat stulto sapientiam: & in fine narrationis dicit, Quis est hic?

10 Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuum plora: deficit enim sensus eius.

Genes. 50. b. 10. 11 Modicum plora supra mortuum, quoniã requieuit.

12 Nequissimi enim nequissima vita, super mortem fatui.

Deuter. 17 b. 3. 13 Luctus mortui septem dies: fatui autem, & impii omnes dies vitæ illorum.

14 Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris.

15 Serua te ab illo, vt non molestiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius.

16 Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acediaberis in stultitia illius.

Deuter. 17 b. 3. 17 Super plũbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen quam fatuus?

18 Arenam & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum & impium.

19 Sicut loramentum ligneum colligatum fundamento ædificij non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilij.

20 Cogitatus sensati in omni tempore vel mens non deprauabitur.

Pſalli 21 Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, & sicut palea in excelsis: & cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt: sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet.

C 22 Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet, sic & qui in præceptis Dei permanet semper.

23 Pungens oculum, deducit lacrymas: & qui pungit cor, profert sensum.

24 Mittens lapidem in volatilia, deiiciet illa: sic & qui conuiciatur amico, dissoluit amicitiam.

25 Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes: est enim egressus ad amicum.

26 Si aperuerit os triſte, nõ timeas. est enim cõcordatio: excepto cõultio, & improperio & superbia & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. in his omnibus effugiet amicus.

D 27 Fidem posside cum amico in paupertate illius, vt in bonis illius lætetis.

28 In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres sis.

29 Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ.

30 Amicum salutare non confundaris, à facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo.

31 Omnis qui audiet, cauebit se ab eo.

32 Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum cereum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me?

CAP. XXIII.

Oratio ad Deum. Doctrina. Peccator. Iuramentum. Loquela. Improperia. Callidus. Nequam. Fornicarius. Adulter & adultera.

"Alii sic legũt, ne derelin. quas me, nec sinas me cadere inter illos qui superponent in cogitatu &c. "in

1 DOmine pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu, & consilio eorum: nec sinas me cadere in illa exprobratione.

2 Quis superponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, vt "ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum,

3 Et ne adinerescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conspectũ aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus?

4 Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum,

5 Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desiderium prauum auerte à me.

6 Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, & animæ irreuerenti & infrunitę ne tradas me.

apprehẽdetur maledictus Exod. 20. b. 7. mat. 5 c. 33. iasiæ 27. b. 15.

7 Doctrinam oris audite filii: & qui custodierit illam, non periet labijs, nec scandalizabitur in operibus nequissimis.

8 In vanitate sua apprehenditur peccator, & superbus & maledictus scandalizabitur in illis.

9 Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa.

10 Nominario verò Dei non sit assiduus in

ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniã non eris immunis ab eis.

11 Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à iunore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans, in toto à peccato non purgabitur.

22 Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga.

23 Et si frustrauerit fratrem, delictum illius super ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquet dupliciter:

24 Et si in vacuum iuranerit, non iustificabitur. Replebitur enim retributione domus illius.

25 Est & alia loquela contraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob.

16 Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabuntur.

27 Indisciplinosæ loquelæ non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati.

28 Memento patris & matris tuæ, in medio

29 enim magnatorum cõsistis: ne forte obliuiscatur te Deus in conspectu illorum, & assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, & maluisses non natũ, & diem nativitatis tuæ maledictã.

20 Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur.

31 Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem:

22 Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid gluriat.

23 Et homo nequam in ore carnis suæ non desinet, donec incendat ignem:

24 Homini fornicario omnis panis dulcis, non satigabitur transgrediens vsque ad finem.

25 Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, & dicens, Quis me videt?

26 Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunspicit me: quẽ vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus,

27 Et non intellexit, quoniam omnia videt oculus illius: quoniam expellit à se timorem Dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum: & non cognouit quoniam oculi Domini multo plus, luciditores sunt super solem,

28 Circunspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes.

29 Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita: sic & post perfectũ respicit omnia.

30 Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur: & vbi non sperauit, apprehendetur.

31 *Et erit dedecus omnibus, eo quod non intellexerit timorem Domini.

32 Sic & mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio.

33 Primò enim in lege Altissimi increduli fuit: & secundò, virum suum dereliquit: tertio in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi.

34 Hæc in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur.

35 Non tradent filii eius radices, & rami eius non dabunt fructum.

36 Derelinquet in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur,

37 Et agnoscent qui derelicti sunt quoniam nihil melius est quam timor Dei: & nihil dulcius, quàm respicere in mandatis Domini.

38 Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo.

CAP. XXIIII.

Sapientiæ ipsam laudat, & commoda sua describit.

1 SApientia laudabit animam suam, & in Deo honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur,

2 Et in ecclesiis Altissimi aperiet os suum, & in conspectu virtutis illius gloriabitur.

3 Et in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur.

4 Et in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur, dicens,

5 Ego ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam.

6 Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem carnem.

7 Ego in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis.

8 Gyrum cæli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti.

9 Et in omni populo, & in omni gente primatum habui:

10 Et omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui,

11 Et in his omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor.

12 Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi,

13 In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices.

14 Ab initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam: & in habitatione sancta coram ipso ministraui.

15 Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea.

16 Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

17 Quasi cedrus exaltata sum in Libano: & quasi cypressus in monte Sion:

18 Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho.

19 Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis,

20 Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris: & quasi storax & galbanus, & vngula, & gutta,

Et quasi

21 Et quasi Libanus non incisus voporaui habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus.

22 Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ.

23 Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis.

24 Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.

25 In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis.

26 Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini.

27 Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.

28 Memoria mea in generationes seculorũ.

29 Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.

30 Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt.

31 Qui elucidant me, vitam æternam habebũt.

32 Hæc omnia liber vitæ, & testamentum Altissimi, & agnitio veritatis.

33 Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hæreditatem domui Iacob, & Israel promissiones.

34 Posuit Dauid puero suo exciture regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternum.

35 *Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum.

36 Qui adimplet quasi Euphrates sensum: qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis.

37 Qui mittit disciplinam sicut Iucem, & assistens quasi Gehon in die vindemiæ.

38 Qui perficit primus scire ipsam, & infirmior non inuestigabit eam.

39 A mari enim abundabit cogitatio eius, & consilium illius in abysso magna.

40 Ego sapientia effudi flumina.

41 Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio: ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæductus exiui de paradiso.

42 Dixi, Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum.

43 Et ecce factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare.

44 Quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vsq; ad longinquum.

45 Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.

46 Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illa quærentibus sapientiam: & non desinam in progenies illorum vsque in æuum sanctum.

47 Videte quoniam non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem.

CAP. XXV.

Concordia. Amor proximi. Vir & mulier bene consentientes. Pauper superbus. Diues mendax. Senex fatuus. Homo qui spectat in fatua. Mulier fensata. Amicus verus. Sapientia. Timor Dei. Iustitia cordis. Nequitia exulcerat.

1 IN tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt pro bata coram Deo & hominibus.

2 Concordia fratrum, & amor proximorũ, & vir & mulier bene sibi consentientes.

3 Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum,

4 Pauperem superbum, & Diuitem mendacem, & Senem fatuum & insensatum.

5 Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies?

6 Quàm speciosum tanitici iudicium, & presbyteris cognoscere consilium.

7 Quàm speciosa veterania sapientia, & gloriosus intellectus, & consilium.

8 Corona senum multa peritia: & gloria illorum timor Dei.

9 Nouẽ insuspicabilia cordis magnificaui, & decimum dicam in lingua hominibus:

10 Homo qui iucundatur in filiis, viuens & videns subuersionem inimicorum suorum.

11 Beatus qui habitat cum muliere sensata, & qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiuit indignis se.

12 Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti.

13 Quàm magnus qui inuenit sapientiam & scientiam: sed non est super timentem Dominum.

14 Timor Dei super omnia se superposuit.

15 Beatus homo cui donatum est habere timorẽ Dei: qui tenet illũ, cui assimilabitur?

16 Timor Dei initium dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei.

17 Omnis plaga tristitia cordis est: & omnis malitia nequitia mulieris.

18 Et omnem plagam, & non plagam videbit cordis:

19 Et omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris:

20 Et omnem obductum, & non obductum odientium: & omnem vindictam, & nõ vindictam inimicorum.

21 Non est caput nequius super caput colubri. & non est ira super iram mulieris.

22 *Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam.

23 Nequitia mulieris immutat faciem eius: & obscurabit vultum suum tanquam vrsus: & quasi saccum ostendet in medio proximorum.

24 Ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicum.

25 Omnis malitia super malitiam mulieris: sors peccatorum eadat super illam.

26 Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto.

27 Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mullerem in specie.

28 Mulieris ira, & irreuerentia, & confusio magna.

29 Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo:

30 Cor humile, & facies tristis, & plaga mortis, mulier nequam.

31 Manus debiles, & genua dissoluta, mulier quæ non beatificat virum suum:

32 *A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur.

33 *Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum " nec mulieri nequam veniam prodeundi.
34 Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum.
35 A carnibus tuis abscinde illam ne semper te abutatur.

CAP. XXVI.

Mulier bona. Delatura ciuitatis. Calumnia. Zelotypia. Mulieris nequam incommoda. Mulieris bonæ cõmoda. Bellator, Sensatus, Iniustus. Negotiator. Caupo.

1 MVlieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illorum duplex.
2 Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit.
3 Pars bona, mulier bona, in parte bona timentiũ Deũ, dabitur viro pro factis bonis:
4 Diuitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris.
5 A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea meruit.
6 Delaturam ciuitatis: & collectionem populi:
7 Et calumniam mendacem: super mortem omnia grauia:
8 Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa.
9 In mulierem zelotypa, flagellum linguæ, omnibus communicans.
10 Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.
11 Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur.
12 Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur.
13 In filia non auertẽte se, firma custodiam, ne intenta occasione abutatur se.
14 Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne miretur si te neglexerit.
15 Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnẽ palum sedebit, & contra omnẽ sagitam aperiet pharetram, donec deficiat.
16 Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit.
17 Disciplina illius datum Dei est.
18 Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ.
19 Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata.
20 Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ.
21 Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Lucerna splendens super candelabrum sanctum.
22 Et species faciei super ætatem stabilem.
23 Columnæ aureæ super bases argenteas, pedes firmi super plantas stabilis mulieris.
24 Fundamenta æterna supra petrã solidã, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.
25 In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit.
26 Vir bellator deficiẽs per inopiam: & vir sensatus contemptus: & qui transgreditur à iustitia peccatum. Deus paratus est ad triumphã.
27 Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt, Difficile exuitur negotiãs à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum

CAP. XXVII.

Inopia. Timor Dei. Tentatio. Sermo. Iustitia. Vetustas. Sanctus. Sermo. Iuramentum. Superbia. Arcana amici. Annuens oculo. Os. Dolosus. Superbi obtrectantur in casu iusti.

1 PRopter inopiam multi deliquerunt: & qui quærit locupletari, auertit oculum suum.
2 Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic & inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatis.
3 Conteretur cum delinquente delictum.
4 Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua.
5 Sicut in percussura cribri remanebit pulvis: sic apparebit cogitatus hominis in cogitatu illius.
6 Vasa figuli probabat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.
7 Sicut rusticatio de ligno ostendit fructũ illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis.
8 Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum.
9 Si sequaris iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi podẽre honoris, & inhabitabis cũ ea: & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum.
10 Volatilia ad sibi similia conueniunt: & veritas ad eos qui operantur illam, reuertetur.
11 Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates.
12 Homo sensatus in sapientia manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur.
13 In medio insensatorum serua verbum temporis: in medio autem cogitantium assiduus esto.
14 Narratio peccantium odiosa, & risus illorum in delictis peccati.
15 *Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet: & irreuerentia ipsius obturatio aurium.
16 Effusio sanguinis in rixa superborum: & maledictio illorum auditus grauis.
17 *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inuenies amicum ad animum suum.
18 Dilige proximum, & coniungere fide cum illo.
19 Quòd si denudaueris absconsa illius, non persequeris post eum.
20 Sicut enim homo qui perdit amicũ suum: sic & qui perdit amicitiam proximi sui.
21 Et sicut qui dimittit auem de manu sua: sic qui dereliquisti proximum tuum, & non eum capies.
22 Non illum sequaris, quoniã longè abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima eius.
23 Vltra cum non poteris colligare, & maledicti est concordatio.
24 Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infœlicis.
25 *Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum

eum abiiciet: in conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur.
26 Nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum.
27 Multa audiuit & non coæquauit ei, & Dominus audiet illum.
28 Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet, & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera.
29 Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo suo, offendet in eo:
30 *Et qui laqueum alii ponit, peribit in illo.
31 Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi.
32 Illusio & improperium superborum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi.
33 Laqueo peribũt qui obtrectant causa iustorum: dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira & furor vtraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum.

CAP. XXVIII.

Vindicta & immisericordia. Iracundia & lis. Susurro. Lingua tertia.

1 QVi vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit.
2 Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.
3 Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam?
4 In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur?
5 Ipse cùm caro sit, reseruat iram: & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?
6 Memento nouissimorum, & desine inimicari.
7 Tabitudo enim, & mors imminent in mandatis eius.
8 Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo.
9 Memorare testamentum Altissimi, & despice ignorantiam proximi.
10 Abstine te à lite, & minues peccata.
11 *Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.
12 Secundum enim ligna syluæ, sic ignis exardescit: & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam.
13 Certamen festinatum incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinem: & lingua testificans adducit mortem.
14 Si sufflaueris quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur, vtraque ex ore proficiscuntur.
15 Susurro & biliguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes.
16 Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem:
17 Ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit.
18 Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit.
19 Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis.
20 Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat.
21 Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa.
22 Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.
23 Beatus qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiuit, & non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus:
24 Iugum enim illius, iugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est.
25 Mors illius, mors nequissima: & vtilis potius inferus, quàm illa.
26 Perseuerantia illius non permanebit: sed obtinebit vias iniustorum, & in flamma sua non comburet iustos.
27 Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos.
28 Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.
29 Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis facito stateram, & frænos ori tuo rectos:
30 Et attende ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

CAP. XXIX.

Misericordia. Reddant qui mutuum acceperant, nec fraudent eroditorem. Pauperi benefaciendum. Elemosyna. Fideiussor. Peccator. Pauperitas. Hospes & peregrinus.

1 QVi facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui prævalet manu, mandata seruat.
2 Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore suo.
3 Confirma verbum, & fidelitèr age cum illo: & in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est.
4 Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt.
5 Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam.
6 Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædii & murmurationum, & tempus causabitur.
7 Si autem potuerit reddere, aduersabitur, solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem.
8 Sinautem fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis,
9 Et conuicia & maledicta reddet illi & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam.

10 Multi non causa nequitiæ non fœnerati
sunt, sed fraudari gratis timuerunt.
11 Veruntamen super humilem animo fortior esto, & pro eleemosyna non trahas
illum.
'mandatum 12 Propter 'mandata assume pauperem: &
propter inopiam eius ne dimittas eum
vacuum.
13 Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abscondas illam sub lapide in perditione.
14 Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum.
'corde. 15 Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.
16 Eleemosyna viri quasi sacculus cum
ipso, & gratiam hominis quasi pupillam
conseruabit.
17 Et postea resurget, & retribuet illis retributionem vaicuique in caput illorum.
18 Super scutum potentis, & super lanceam,
aduersus inimicum tuum pugnabit.
19 Vir bonus fidem facit 'proximo suo: &
'pro qui perdiderit confusionem, derelinquet
sibi.
20 Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam.
C 21 Repromissorem fugit peccator & immundus.
22 Bona repromissoris sibi adscribit peccator: & ingratus sensus, 'derelinquit liberan
tem se.
'derelinquet 23 Vir repromittit de proximo suo: & cum
perdiderit reuerentiã, derelinquetur ab eo.
24 Repromissio nequissima multos perdidit "diligentes, & commouit illos quasi fluctus maris.
'dirigentes, Græca legunt diuites. 25 Viros potentes gyrans migrare fecit, &
vagati sunt in gentibus alienis.
26 Peccator transgrediens mandatum Domini incidet in promissionem nequam: &
qui conatur multa agere, incidet in iudicium.
27 Recupera proximum secundum virtutem
tuam, & attende tibi ne incidas.
D Inf. 39. c. 31 28 'Initium vitæ hominis, aqua & panis, &
vestimentum, & domus protegens turpitudinem.
29 Melior est victus pauperis sub tegmine
asserum, quàm epulæ splendidæ in peregrè
sine domicilio.
"Superminimũ & magnũ 30 'Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies.
31 Vita nequam hospitandi de domo in domum: & vbi hospitabitur, non fiducialiter
aget, nec aperiet os.
32 Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet,
33 Transi hospes, & orna mensam: & quæ in
manu habes, ciba exteros.
34 Exi à facie honoris amicorum meorum:
necessitudine domus meæ, hospitio mihi
facta est frater.
35 Grauia hæc homini habenti sensum, Correptio domus, & improperium fœneratoris.

CAP. XXX.

Filii erudiendi & audiendi. Salus corporis & fortitudo. Vita amara. Bona abscondita. Sacrificium idolo. Tristitia. Iucunditas. Iracundia & cogitatio Cor latum.

1 QVi diligit filium suum, assiduat illi
flagella, vt lætetur in nouissimo suo;
& non palpet proximorum ostia.
2 Qui docet filium suum, laudabitur in illo,
& in medio domesticorum in illo gloriabitur.
3 Qui docet filium suum, in zelum mittit
inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo.
4 Mortuus est pater eius, & quasi non est
mortuus, similem enim reliquit sibi post se.
5 In vita sua vidit, & lætatus est in illo: in
obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis.
6 Reliquit enim defensorem domus contra
inimicos, & amicis reddentem gratiam.
7 Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabuntur viscera ei.
'euadit 8 Equus indomitus "euader durus, & filius
remissus euadet præceps.
B 9 Lacta filium, & pauentes te faciet, lude
cum eo, & contristabit te.
10 Non corrideas illi, ne condoleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui.
11 Non des illi potestatem in iuuentute, &
ne despicias cogitatus illius.
12 Curua cervicem eius in iuuentute, &
tunde latera eius dum infans est: ne forte
indurer, & non credat tibi, & erit tibi dolor
animæ.
13 Doce filium tuum, & operare in illo, ne
in turpitudinem illius offendas.
14 Melior est pauper sanus & fortis viribus
quàm dives imbecillis & flagellatus malitia.
15 Salus animæ in sanctitate iustitiæ, & me- C
lior est omni auro & argento: & corpus
validum, quàm census immensus.
16 Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium.
17 Melior est mors quàm vita amara: & requies æterna, quàm langnor perseuerans.
18 Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro.
19 Quid proderit libatio idolo? nec enim
manducabit, nec odorabitur. Sic qui effugatur à Domino, & portans mercedes iniquitatis.
20 Videns oculis & ingemiscens, sicut spado
complectens virgineum, & suspirans.
21 Tristitiam non des animæ tuæ, & non af- D
fligas te metipsum in consilio tuo.
22 Iucunditas cordis hæc est vita hominis,
& thesaurus sine defectione sanctitatis: &
exultatio viri, est longæuitas.
23 Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuum in sanctitate
eius, & tristitiam longè expelle à te.
24 Multos enim occidit tristitia, & non est
vtilitas in illa.
25 Zelus & iracundia minuunt dies, & ante
tempus senectam adducet cogitatus.
26 Splendidum cor, bonum in epulis est:
epulæ enim illius diligenter fiunt.

CAP. XXXI.

Diues sine macula. Mensa. Oculus. Conuiuium. Sobrietas. Vomitus. Velox in operibus. Panis splendidus. Vinum & ebrietas.

1 VIgilia honestatis tabescet carnes, &
cogitatus illius auferet somnum.
2 Cogitatus præscientiæ auertit sensum, &
infirmitas grauis sobriam facit animam.
3 Laborauit diues in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis.
4 Laborauit pauper in diminutione victus,
& in fine inops fit.
5 Qui aurum diligit, non iustificabitur, & qui
insequitur consumptionem, replebitur ex
ea.
6 Multi dati sunt in auri casus, & facta est
in specie ipsius perditio illorum.
7 Lignum offensionis est aurum sacrificantium, væ illis qui sectantur illud, & omnis
imprudens deperiet in eo.
8 Beatus diues qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec sperauit
in pecunia & thesauris.
'Quis 9 Quis est hic, & laudabimus eum? fecit
enim mirabilia in vita sua.
10 'Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est, & erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus, & facere mala, & non fecit.
B 11 Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis
ecclesia sanctorum.
12 Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior.
'simula. tra 13 Ne dicas, 'si multa sunt quæ super illam
sunt,
14 Memento quoniam malus est oculus
nequam.
15 Nequius oculo quid creatum est? ideo ab
omni facie sua lacrymabitur, cum viderit.
16 Ne extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubescas.
17 Non comprimaris in conuiuio vini.
18 Intellige quæ sunt proximi tui ex ipso.
Vtere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur: & non cum manducas multum,
odio habeatis.
19 Cessa prior, causa disciplinæ: & noli nimius esse, ne forte offendas.
20 Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam: nec prior postas bibere.
C 21 Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem.
22 Vigilia & cholera, & tortura viro infruito: somnus sanitatis in homine parco.
23 Dormiet vsque in mane, & anima illius
cum ipso delectabitur.
24 Et si coactus fueris in edendo multum,
surge e medio, & vome: & refrigerabit te,
& non adduces corpori tuo infirmitatem.
25 Audi me fili, & ne spernas me, & in nouissimo inuenies verba mea.
26 In omnibus operibus tuis esto velox, &
omnis infirmitas non occurret tibi.
27 Splendidum in panibus benedicent la-
bia multorum: & testimonium veritatis illius fidele.
28 In nequissimo pane murmurabit ciuitas,
& testimonium nequitiæ illius verum est.
29 Diligentes in vino noli prouocare: mul- D
tos enim exterminabit vinum.
30 Ignis probat ferrum durum, sic vinum
corda superborum arguet in ebrietate potantum.
Psal. 103. 15. pro. 31. 4. 31 'Æqua vita hominibus vinum in sobrietate, si bibas illud moderate, eris sobrius.
32 Quæ vita est 'quæ minuitur vino?
33 Quid defraudat vitam? "quæ mi-
34 Mors. nuitur.
35 Vinum in iucunditatem creatum est, & Vinum
non in ebrietatem, ab initio.
36 Exultatio animæ & corporis vinum mo- "cordis
derate potatum.
37 Sanitas est animæ & corporis sobrie potus,
38 Vinum multum potatum, irritationem, &
iram, & ruinas multas facit.
39 Amaritudo animæ vinum multum potatum.
40 Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera.
41 In conuiuio vini non arguas proximum:
& non despicias eum in iucunditate illius:
42 Verba improperii non dicas illi, & non
premas illum in repetendo.

CAP. XXXII.

Potestas non se extollat. Quando & cui loquendum. Musica. Audire & tacere. Timor Dei. Consilium. Radix. Videre in Deum.

1 REctorem te posuerunt? noli extolli:
esto in illis quasi vnus ex ipsis.
2 Curam illorum habe, & sic considera.
3 Et omni cura tua explicita recumbe, vt
lateris propter illos, "vt ornamentum gra- &
tiæ accipias coronam, & dignationem consequaris correptionis.
'maiori 4 Loquere "maior natus decet enim te.
5 Primum verbum diligenti scientiam, &
non impedias musicam.
6 Vbi auditus non est, non effundas sermo- Eccles. 32
nem, & importunè noli extolli in sapien- 3. 6. 7. sup.
tia tua. 20. 8. 7.
7 Gemmula carbunculi in ornamento auri, & compara: in musicorum in conuiuio
vini.
8 Sicut in fabricatione auri signum est sine B
ragdi: sic numerus musicorum in iucundo
& moderato vino.
9 Audi tacens, & pro reuerentia accedet
tibi bona gratia.
10 Adolescens loquere in tua causa vix cùm
necesse fuerit.
11 Si bis interrogatus fueris, habeat caput
responsum tuum.
12 In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens.
Ecc. 32. 13 'In medio magnatorum loqui non præsu-
a. 6. mas, & vbi sunt senes, non multũ loquaris.
'coniuncti 14 Ante 'grandiem præibit corusatio: &
truum ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.
15 Et hora surgendi non te trices: præcurre
autem prior in domum tuam, G

16 Et illic auocare, & illic lude, & age conce
ptiones tuas, & non in delictis & verbo
superbo.
17 Et super his omnibus benedicito Domi-
num qui fecit te, & inebriantem te ab o-
mnibus bonis suis.
18 Qui timet Dominum, excipiet doctrinam
eius: & qui vigilauerint ad illum, inuenient
benedictionem illius.
19 Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui
insidiose agit, scandalizabitur ab ea.
20 Qui timent Dominum, inuenient iudicium
iustum, & iustitias quasi lumen accendent.
21 Peccator homo vitabit correptionem, &
secundum voluntatem suam inueniet com
D parationem.
22 Vir consilii non dispergetur intelligentiam,
alienus & superbus non pertimescet ti-
morem.
23 Etsam postquam fecit cum eo sine consi-
lio, & suis insectationibus arguetur.
24 Fili, sine consilio nihil facias, & post fa-
ctum non pœnitebis.
25 In via ruinæ non eas, & non offendes in
lapides: nec credas te viæ laboriosæ, ne po-
nas animæ tuæ scandalum.
26 Et à filiis tuis caue, & à domesticis tuis
attende.
27 In omni opere tuo crede ex fide animæ
tuæ. Hoc est enim conseruatio manda-
torum.
28 Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui
confidit in illo, non minorabitur.

CAP. XXXIII.

Timor Dei. Fatuus. Amicus subsannator. Dies, tempora, & anni. Omnium creator Deus, & omnia in manu eius. Iustus. Precator. Sperans in Dei benedictione. Filius. Mulier. Amicus. Seruus.

1 TImenti Dominum non occurrent ma-
la, sed in tentatione Deus illum con-
seruabit, & liberabit à malis.
2 Sapiens non odit mandata & iustitias, &
non illidetur quasi in procella nauis.
3 Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi
fidelis.
4 Qui interrogationem manifestat, parabit
verbum, & sic deprecatus exaudietur, &
conseruabit disciplinam, & tunc respon-
debit.
Sup.11.b.8 17. 5 *Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi
axis versatilis cogitatus illius.
6 Equus emissarius, sic & amicus subsanna-
tor, sub omni suprasedente hinnit.
7 Quare dies diem superat, & iterum lux
lucem, & annus annum à sole?
8 A Domini scientia separati sunt facto so-
le, & præceptum custodiente, per Dei sa-
pientiam diuiduntur.
9 Et immutauit tempora, & dies festos ipso-
rum, & in illis dies festos celebrauerunt ad
E horam.
10 Ex ipsis exaltauit & magnificauit Deus, &
ex ipsis posuit in numerum dierum
Gen.1.e.7 11 *Et omnes homines de solo, & ex terra vn-
de creatus est Adam.
*Domi- 12 In multitudine disciplinæ *Domini sepa-
nus rauit eos, & immutauit vias eorum.
13 Ex ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis
sanctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis
maledixit & humiliauit, & conuertit illos
Ro.9.d 20. à separatione ipsorum.
14 *Quasi lutum figuli in manus ipsius, plas-
mare illud & disponere.
15 Omnes viæ eius secundum dispositionem
eius: sic homo in manu illius qui se fecit, &
reddet illi secundum iudicium suum.
16 Contra malum bonum est, & contra mor-
tem vita: sic & contra virum iustum pecca-
tor: & sic intuere in omnia opera Altissimi,
duo contra duo, & vnum contra vnum.
17 Et ego nouissimus euigilaui, & quasi qui
colligit racimos post vindemiatores, in be-
nedictione Dei & ipse sperani: & quasi qui C
vindemiat, repleui torcular.
18 Respicite quoniam non mihi soli labora-
ui, sed omnibus exquirentibus disciplinam.
19 Audite me magnati, & omnes populi, &
rectores eccles: auribus percipite.
20 Filio & mulieri, fratri & amico non des
potestatem super te in vita tua: & non de-
deris alii possessionem tuam: ne forte pœ-
niteat te, & deprecaris pro illis.
21 Dum adhuc superes & aspiras, non immu-
tabit te omnis caro.
22 Melius est enim vt filii tui te rogent,
quàm te respicere in manus filiorum tuo-
rum.
23 In omnibus operibus tuis præcellens esto,
Ne dederis maculam in gloriam tuam.
24 In die consummationis dierum vitæ tuæ,
& in tempore exitus tui distribue hæredi-
tatem tuam.
25 Cibaria, & virga, & onus asino: panis, &
disciplina, & opus seruo. D
26 Operatur in disciplina, & quærit requie-
scere: laxa manus illi, & quærit libertatem.
27 Iugum & lorum curuant collum durum,
& seruum inclinant operationes assiduæ.
28 Seruo maleuolo torrura & compedes, &
mitte illum in operationem, ne vacet, mul-
tam enim malitiam docuit otiositas.
29 In opera constitue eum: sic enim condee-
cet illum.
30 Quòd si non obaudierit, curua illum con
pedibus, & non amplifices super omnem
carnem. Verum sine iudicio nihil facias
graue.
31 Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi ani-
ma tua: quasi fratrem, sic eum tracta: quo-
niam in sanguine animæ comparasti illum.
32 Si læseris eum iniuste, in fugam conuer-
tetur, & si extollens discesserit: quem quæ-
ras, & in qua via quæras illum, nescis.

CAP. XXXIIII.

Somnia vana. Expertus & tentatus. Timor Dei. Dona & oblationes pietum & impiorum. Dei fraudans pauperem & mercenarium. Vir ie-iunans & humilians se, & semper precans.

1 VAna spes, & mendacium viro insensa-
to, & somnia extollunt imprudentes.
2 Quasi qui apprehendit vmbram, & perse-
quitur ventum, sic & qui attendit ad visa
mendacia.
3 Hoc secundum hoc visio somniorum, Ante
faciem hominis similitudo alterius homi-
nis.

CAP. XXXV.

Sacrificium verum. Misericordia. Oblationes & decimæ. Pauper. Pupillus. Vidua. Orationes iustorum audit Deus, & liberat eos.

1 QVi conseruat legem, multiplicat ora-
tionem.
2 *Sacrificium salutare est attendere
mandatis, & discedere ab omni iniquitate: Ier.7.d.7.
3 Et propitiationem litare sacrificiis super
iniustitias: & deprecatio pro peccatis, rece-
dere ab iniustitia.
4 Retribuet gratiam, qui offert similagi-
nem: & qui facit misericordiam, offert sa-
crificium.
5 Beneplacitum est Domino recedere ab
iniquitate: & deprecatio pro peccatis rece
dere ab iniustitia.
6 *Non apparebis ante conspectum Domi Exod.23.
ni vacuus. b.15, &
7 Hæc enim omnia propter mandatum 34.c.23.
Dei fiunt. deuter.16.
8 Oblatio iusti impinguat altare, & odor d.16.
suauitatis est in conspectu Altissimi. B
9 Sacrificium iusti acceptum est, & memo-
riam eius non obliuiscetur Dominus:
10 Bono animo gloriam redde Deo: & non
minuas primitias manuum tuarum.
11 *In omni dato hilarem fac vultum tuum,
& in exultatione sanctifica decimas tuas. 2.Cor.9.
12 Da Altissimo secundum datum eius, & in b.7.
bono oculo adinuentione facito manuum
tuarum:
13 Quoniam Dominus retribuens est, & se-
pties tantum reddet tibi.
14 *Noli offerre munera praua: non enim Leuit.22.c.
suscipiet illa. 22, deuter.
15 Et noli inspicere sacrificium iniustū: quo- 15.d.20.
niam Dominus iudex est, & non est apud
illum gloria personæ.
16 Non accipiet Dominus personā in pau- C
perem, & deprecationem læsi exaudiet.
17 Non despiciet preces pupilli: nec viduā, si
effundat loquelam gemitus.
18 Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam de-
scendunt, & exclamatio eius super deduc-
entem eas?
19 A maxilla enim ascendunt vsq; ad cælū, &
Dominus exauditor delectabitur in illis.
20 Qui adorat Deum in oblectatione, susci-
pietur: & deprecatio illius vsque ad nubes
propinquabit.
21 Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet, non *consolabitur: & *conroga
non discedet donec Altissimus aspiciat. bitur:
22 Et Dominus non elonguabit, sed iudica- l.
bi iustos, & faciet iudicium: & fortissimus
non habebit in illis patientiam, vt contri-
buler dorsum ipsorum. *quousq;
23 Et gentibus reddet vindictam, donec tol
lat plenitudinem superborum: & sceptra
iniquorum contribulet:
24 Donec reddat hominibus secundū actus
suos, & secundum opera Adæ, & secundum
præsumptionem illius.
25 Donec iudicet iudicium plebis suæ, &
oblectabit iustos misericordia sua.
26 Speciosa misericordia Dei in tempore tri
bulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore
siccitatis.

CAP. XXXVI.

Oratio ad Deum vt promissiones suas impleat, & cognoscatur esse Deus. Cibus. Mendacia. Cor prauum. Species mulieris. Mulier bona.

1 MIserere nostri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum.
2 Et immitte timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te: vt cognoscant, quia non est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua.
3 Alleua manum tuam super gentes alienas, vt videant potentiam tuam.
4 Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis:
5 Vt cognoscát te, sicut & nos cognouimus: quoniam non est Deus præter te Domine.
6 Innoua signa, & immuta mirabilia.
7 Glorifica manum & brachium dexterum:
8 Excita furorem, & effunde iram.
9 Exterre aduersarium, & affligе inimicũ.
10 Festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua.
B 11 In ira flammæ deuoretur qui saluatur: & qui pessimant plebẽ tuam, inueniant perditionem.
12 Contere caput principum, & inimicorum dicentium, Nou est alius præter nos.
13 Congrega omnes tribus Iacob: & cognoscant, quia non est Deus, nisi tu, vt enarrẽt magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio.
14 Miserere plebi tuæ, super quam inuocatum est nomen tuum: & Israel quem cognouisti primogenito tuo.
Exod. 4. v. 22. 15 *Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ.
16 Reple Sion inenarrabilibus "virtutibus
* verbis tuis, & gloria tua populum tuum.
17 Da testimonium quia ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita prædictiones, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.
C 18 Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniãtur: & exaudi orationes seruorum tuorum.
19 *Secundum benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ: vt sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector seculorum.
Num. 6. v. 23. & 20 Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior.
21 Fauces contingit cibum feræ, & cor insensatum verba mendacia.
*fera, 22 Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi.
23 Omnem masculum excipiet mulier: & est filia melior filia.
D 24 Speciei mulieris exhilarat faciẽ viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.
25 Si est lingua cutationis, est & mitigationis & misericordiæ: non est vir illius secundum filios hominum.
26 Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem: adiutorium secundum illum est, & columna vt requies.
27 Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier, ingemiscit egens.
28 Cui credit, qui non habet nidum: & deglutiens vbicunq; obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

CAP. XXXVII.

Amicus verus. Consilium. Colloquia. Cum sanctis conuersandum. Oratio. Vetax verissimi & nequam pessimi. Sophista. Sapiens. Anima. Epulatio & sapula.

1 OMnis amicus dicet, Et ego amicitiam copulaui, sed est amicus solo nomine amicus.
2 Nonne tristitia ineſt vsque ad mortem? Sodalis autem & amicus ab inimicitiã conuertentur.
3 O præsumptio nequissima vnde creata es? cooperire aridam malitia, & dolositate illius.
4 Sodalis amico 'coniucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit.
5 Sodalis amit ãndolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum.
6 Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis.
7 Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium.
8 Omnis consiliatius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso.
9 A consiliario serua animam tuam, prius scito quæ sit illius necessitas: (& ipse enim in animo suo cogitabit) ne forte mittat sudem in terram,
10 Et dicat tibi, Bona est via tua, & stet cõtrario videre quid tibi eueniat.
11 Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cũ iniusto de iustitia, & cum muliere, de his quæ emulatur cum tuo ido de bello,
12 Cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione: cum viro liuido de gratiis agendis, cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cũ operario agrario de omni opere,
13 Cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro de multa operatione.
14 Non attendas his in omni consilio.
15 Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruãtem timorem Dei.
16 Cuius anima est secũdum animam tuam, * quicunque titubauerit in tenebris, non condolebit tibi.
17 Et cor boni consilii statuẽ tecum: non est enim tibi aliud pluris illo.
18 Anima viri sancti enuntiat aliquando tecum, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.
19 Et in his omnibus deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam.
20 Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile.
21 Verbum iniquum immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonũ & malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua.
22 Vir peritus multos "erudiuit, & animæ "eruditæ suæ suauis est,
23 Omni re defraudabitur.
24 Non est enim illi data à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est,
25 Est sapiens, animæ suæ sapiens: & fructus sensus illius laudabilis.
26 Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt.
27 Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt.
D 28 Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt.
29 Sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum.
30 Fili, in vita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem.
1. Cor. 6. c. 12. & 10. v. 23. supra 31. c. 22. 31 *Non enim omnia omnibus expedient, & non omni animæ omne genus placet.
32 *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam.
'replebitur 33 In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram.
'replebitur 34 Propter "crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam.

CAP. XXXVIII.

Medicus. In infirmitate orandum, & adeundus medicus qui oratione curet. Luctus pro mortuis. Tristitia. Mortuus. Sapientia. Artifices quibus adiscatur ciuitas.

1 HOnora medicũ propter necessitatem, etenim eum creauit Altissimus.
2 A Deo est enim omnis medela, & à rege accipiet donationem.
3 Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur.
4 Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.
Exod. 15. v. 25. 5 *Nonne à ligno indulcata est aqua amara?
6 Ad agnitionem hominum virtutis illorum, & dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis:
7 In his curans mitigabit dolorem.
8 Et unguentarius faciet pigmenta suauitatis, & unctiones conficiet sanitas, & non cõsummabuntur opera eius. Pax enim Dei super faciem terræ.
Eccl. 38. v. 2. 9 *Fili, in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum: & ipse curabit te.
10 Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.
11 Da suauitatem & memoriam similaginis, & impingua oblationem, & da locum medico.
12 Etenim illũ Dominus creauit. & nõ discedat à te, quia opera eius sunt necessaria.
B 13 Est enim tempus quando in manus illorum incurras:
14 Ipsi vero Dominum deprecabũtur, vt dirigat requiem eorum & sanitatem, propter conuersationem illorum.
15 Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.
Eccl. 38. v. 15. & 16. 16 *Fili, in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secũdum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius.
17 Et consolare propter tristitiam, & fac luctum secundum meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem.
Prouer. 12. v. 13. & 17. d. 22. 18 Et consolare propter tristitiam, & fac luctum secundum meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem.
19 *A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit cernicem.
20 In abductione permanet tristitia: & substantia inopis secundum cor eius.
21 Ne dederis in tristitia cor tuũ, sed repelle eam à te, & memento nouissimorum.
22 Noli obliuiscí. Neqs enim est conuersio, & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis.
23 Memor esto iudicii mei. sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie.
C 24 *In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu spiritus sui.
2. Reg. 12. v. 20. 25 Sapientiam scribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapientiã percipiet quia sapientia replebitur.
26 Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in aculeo, stimulo boues agitat, & conuertitur in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum.
27 Cor suum dabit ad versãdos sulcos: & vigilia eius in sagina vaccarum.
28 Sic omnis faber & architectus qui nocte tanquam diem transigit, qui sculpit signaculo sculptilia, & assiduitas eius variat picturam, cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficiet opus.
29 Sic faber ferrarius sedẽs iuxta incũdem, & considerans opus ferri, vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur.
30 Vox mallei innouat aurem eius, & contra similitudinem vasis oculus eius.
31 Cor suum dabit in cõsummationẽ operum, & vigilia sua ornabit imperfectionem.
D 32 Sic figulus sedens ad opus suum conuertens pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, & innumera est omnis operatio eius.
33 In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutem suam.
34 Cor suum dabit vt consummet smitionẽ, & vigilia sua mundabit fornacem.
35 Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiens est.
36 Sine his omnibus non ædificatur ciuitas. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in ecclesiam non transilient.
37 Super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicii non intelligent, neque palãm facient disciplinam & iudicium,
38 Et in parabolis non inuenientur: sed creaturam xui confirmabunt,
39 Et deprecatio illorum in operatione artis accommodantes animam suam, & conquirentes in lege Altissimi

CAP. XXXIX.

Sapiens. Opera Dei. Bona homo profunt, malis autem etiam bona sunt mala. Spiritus ad vsus diuersos creati.

1 SApientiã omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit.

Narratione virorum nominatorum, nova introibit.

3 Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur.

4 In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit.

5 Et in terrâ alienigenarum gentium pertransiet. Bona enim & mala in omnibus tentabit.

6 Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

7 Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur.

8 Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum:

9 Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino.

10 Et ipse diriget consilium eius & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

B 11 Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur.

12 Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in seculum non delebitur.

13 Non recedet memoria eius, & nomẽ eius requiretur à generatione in generationem.

14 Sapientiã eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit ecclesia.

15 Si permanserit nomen eius, derelinquet plus quam mille: & si requieuerit, proderit illi.

16 Adhuc consiliabor, vt enarrem: vt furore enim repletus sum.

17 In voce dicit, Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificare.

18 Quasi Libanus odorem suauitatis habere.

19 Florete flores, quasi liliũ, & date odorẽ, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibus suis.

20 Date nomini eius magnificentiam, & cõfitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis, & sic dicetis in confessione.

C 21 *Opera Domini vniuersa bona valde.

Gen. 1. d. 31 Gen. 1. a. 9 22 *In verbo enim eius stetit aqua, sicut cõgeries: & in sermone oris illius, sicut excepta aquarum:

23 Quoniam in præcepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute ipsius.

24 Opera omnis carnis corã illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius.

25 A seculo vsque in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.

26 Non est dicere, Quid est hoc, aut quid est illud? omnia enim in tempore suo quæruntur.

27 Benedictio illius quasi fluuius inundabit: & quomodo cataclysmus aridam inebriauit, sic ira ipsius gentes, quæ non exquisierunt eum, hæreditabit.

28 Quo modo conuertit aquas in siccitatem,

29 Et siccata est terra, & vię illius viis illorum directæ sunt: sic peccatoribus offen-

Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in seculum stabit.

23 Substãtiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.

24 In aperiendo manus suas, lætabitur: sic præuaricatores in cõsummatione tabescẽt.

25 Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant.

C 26 Super omnem aquã viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euellerur.

27 Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet.

1. Tim. 5. 6. 28 *Vita sibi sufficientis operarii conduleabitur, & in ea inuenies thesaurum.

29 Filii, ædificatio ciuitatis confirmabit nomen: & super hanc mulier immaculata cõputabitur.

30 Vinum & musica lætificant cor, & super vtraque dilectio sapientiæ.

*Tibia 31 *Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis.

32 Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hoc virides sationes.

33 Amicus & sodalis in tempore conuenientes, & super vtrosque mulier cum viro.

D 34 Fratres in adiutorium in tẽpore tribulationis, & super eos misericordia liberabit.

*Constituet pede 35 Aurum & argentum *est constitutio pedum: & super vtrunque consilium beneplacitum.

36 Facultates & virtutes exaltant cor: & super hæc timor Domini.

37 Non est in timore Domini minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium.

38 Timor Domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum.

39 Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas: melius est enim mori quàm indigere.

30 Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus. alit enim animam suam cibis alienis.

31 Vir autem disciplinatus & eruditus custodiet se.

32 In ore imprudentis conculcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

CAP. XLI.

Mors dura impiũ timenda. Impii. Nomen bonum. Disciplina. Stultitia. Sapientia. Irreuerentia. Fornicatio. Mendacium. Delictum. Iniquitas. Iniustitia, Furcum. Proximus. Mulier aliena & ancilla. Improperia.

O Mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis!

2 Viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valẽti accipere cibum!

3 O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate,

4 Et cui de omnibus cura est, & incredibili qui perdit sapientiam!

5 Noli metuere iudicium mortis: memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni.

6 Et quid superuenient tibi in beneplacito Altissimi, siue decem, siue centum, siue mil le anni. *quid superueniet

7 Non est enim in inferno accusatio vitæ.

8 Filii abominationum fiunt filii peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum. B

9 Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrii.

10 De patre impio querentur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.

11 Væ vobis viri impii, qui dereliquistis legem Domini altissimi.

12 Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra:

13 Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur: sic impii à maledicto in perditionem.

14 Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur.

15 Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. C

16 Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum.

17 Disciplinam in pace conseruate filii.

18 Sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?

19 Melior est homo qui abscondit stultitiam *occultus suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

20 Verumtamen reuerentimini in his quæ pro *reuerecedunt de ore meo. Non est enim bonum mini omnem irreuerentiam obseruare: & non omnia omnibus bene placent in fide.

21 Erubescite à patre & à matre de fornicatione: & à præsidente & à potente de mendacio:

22 A principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: D

23 A socio & amico de iniustitia: & de loco in quo habitas:

24 De furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti.

25 A salutantibus de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati.

26 Ne auertas faciem tuam à proximo tuo, & ab auferẽdo partem, & non restituendo.

27 *Ne respicias mulierem alieni viri, & ne Matt. 5. d. 28. scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius.

28 Caue ab amicis de sermonibus impropriis: & cùm dederis, ne improperes.

29 Non duplices sermonem audiens de reuelatione sermonis abscondici, & eris verè sine confusione, & inuenies gratiam in cõspectu omnium hominum.

CAP. XLII.

Abscondita non reuelanda. Lex Dei docenda. Data & accepta scribenda. Filia. Mulier. Deus omnia nouit, etiam abscondita cordis.

NE pro his omnibus confundaris. Et ne accipias personã, vt delinquas:

2 De lege Altissimi, & de testamento, & de iudicio iustificare impium,
3 Et de verbo sociorum & viatorum, & de datione hereditatis amicorum,
4 De æqualitate stateræ & ponderum, de acquisitione multorum & paucorum,
5 De corruptione emptionis & negotiatorum, & de multa disciplina filiorum, & seruo peruerso latus sanguinare.
6 Super mulierem nequã bonum est signũ.
7 Vbi manus multæ sunt, claudes
7 Et quodcunque trades, numera & appende, datũ verò & acceptũ omne describe.
8 De disciplina insensati & fatui, & de senioribus qui iudicãtur ab adolescentibus, & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium virorum.
9 Filia patris abscondita est vigilia & solicitudo eius aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur, & cum viro commorata, odibilis fiat:
10 Nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis gravida inueniatur: ne forte cum viro commorata trãsgrediatur, aut certè sterilis efficiatur.
11 Super filiam luxuriosam confirma custodiam: nequando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi.
12 Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari.
13 De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.
14 Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium,
15 Memor ero igitur operũ Domini, & quæ vidi annuntiabo, in sermonibus Domini opera eius.
15 Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius.
17 Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmauit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua:
18 Abyssum, & cor hominum inuestigauit: & in astutia eorum excogitauit.
19 Cognouit enim Dominus omnem scientiam, & inspexit in signum æui, annuntians quæ præterierunt & quæ superuenturæ sunt, reuelans vestigia occultorum.
20 Non præterit illum omnis cogitatus, & non absconditur ab eo vllus sermo.
21 Magnalia sapientiæ suæ decorauit qui est ante seculum & vsque in seculum.
22 Neque adiectum est neque minuuntur, & non eget alicuius consilio.
23 Quàm desiderabilia omnia opera eius, & tanquam scintilla quæ est considerare?
24 Omnia hæc viuunt, & manent in seculũ. & in omni necessitate omnia obaudiũt ei.
25 Omnia duplicia, vnum contra vnum, & non fecit quicquam deesse.
26 Vnusquisque confirmauit bona. Et quis satiabitur videns gloriam eius?

CAP. XLIII.

Admirabilia & virtutes Dei.

1 Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species cæli in visione gloriæ.
2 Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile opus Excelsi.
3 In meridiano exuret terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? fornacem custodiens in operibus ardoris.
4 Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radiis suis obcæcat oculos.
5 Magnus Dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter.
6 Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum æui.
7 A luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione.
8 Mensis secundum nomen eius est crescens mirabiliter in consummatione,
9 Vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendet gloriose.
10 Species cæli gloria stellarum mundum illuminans in excelsis Dominus.
11 In verbis sanctis stabunt ad iudicium, & non deficient in vigilijs suis.
12 Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum: valde speciosus est in splendore suo.
13 Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum.
14 Imperio suo accelerauit niuem, & accelerat coruscationes emittere iudicii sui.
15 Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ sicut aues.
16 In magnitudine suã posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis.
17 In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aspirauit Notus.
18 Vox tonitrui eius verberauit terram, tempestas Aquilonis, & congregatio spiritus:
19 Et sicut auis deponens ad sedendum, aspergit niuem, & sicut locusta demergens descensus eius.
20 Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & super imbrem eius expauescit cor.
21 Gelu sicut salem effundet super terram: & dum gelauerit, fiet tanquam cacumina tribuli:
22 Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis.
23 Et deuorabit montes, & exuret desertũ, & exeinguet viride sicut ignem.
24 Medicina omnium in festinatione nebulæ: & ros obuians ab ardore veniens humilem efficiet eum.
25 In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illum Dominus IESVS.
26 Qui nauigant mare, enarrant periculã eius: & audientes auribus nostris admirabimur.
27 Illic præclara opera, & mirabilia: varia bestiarum genera, & omnium pecorum, & creatura belluarum.
28 Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius coposita sunt omnia.

Multa

29 Multa dicemus, & deficiemus in verbis, consummatio autem sermonum ipse est in omnibus.
30 Gloriantes ad quid valebimus? ipse enim Omnipotens super omnia opera sua.
31 Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius.
32 Glorificantes Dominum quantumcunque poterueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius.
33 Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis. Maior enim est omni laude.
34 Exaltantes eum replemini virtute.
35 Ne laboretis: non enim comprehendetis. Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio?
36 Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius.
37 Omnia autem Dominus fecit, & pijs agentibus dedit sapientiam.

CAP. XLIIII.

Laus virorum sanctorum, Henoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob.

1 Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua.
2 Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à seculo.
3 Dominantes in potestatibus suis homines magni virtute, & prudentia sua prædicti nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum,
4 Et imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba.
5 In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum,
6 Homines diuites, in virtute pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis.
7 Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habẽtur in laudibus.
8 Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.
9 Et sunt quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint, & nati sunt quasi non nati, & filij ipsorum cum ipsis.
10 Sed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defecerunt.
11 Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum.
12 Et in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter illos vsque in æternum manent.
13 Semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur.
14 Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuit in generationem & generationem.
15 Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet ecclesia.
16 Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus sapientiam.
17 Noe inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.
28 Ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluuium.
19 Testamẽta seculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuio omnis caro.
20 Abrahã magnus pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria, qui conseruauit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo.
21 In carne eius stare fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis.
22 Ideo iureiurando dedit illi gloriã in gentes suas, crescere illum quasi terræ cumulum
23 Et vt stellas exaltare semen eius, & hæreditare illos à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ.
24 Et Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius.
25 Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmauit super caput Iacob.
26 Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem, & diuisit illi partẽ in tribubus duodecim.
27 Et conseruauit illi homines misericordię inuenientes gratiã in oculis omnis carnis.

CAP. XLV.

De Laudibus Moysi, Aaronis, & Phinees.

1 Dilectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est.
2 Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorũ, & in verbis suis monstra placauit.
3 Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostẽdit illi gloriam suam.
4 In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.
5 Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem.
6 Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & disciplinæ docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel.
7 Excelsum fecit Aaron fratrem eius, & similem sibi de tribu Leui.
8 Statuit ei testamentum æternum, & dedit illi sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria.
9 Et circumcinxit eum zona iustitiæ, & induit eum stolam gloriæ, & coronauit eum in vasis virtutis
10 Circumpedes & femoralia, & humerale
11 posuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitum in incessu, suo, auditum facere sonitum in templo in memoriam filijs gentis suæ.
12 Stolam sanctam auro & hyacintho, & purpura, opus textile, viri sapientis, iudicio & veritate præditi.
13 Toto cocco opus artificis, gẽmis pretiosis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij sculptis in memoriam secundum numerum tribuum Israel.
14 Cornea aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis: & gloria honoris, & opus virtutis, desiderio oculorum ornata.
15 Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia vsque ad originem.
16 Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filij ipsius soli, & nepotes eius

per omne tempus.
17 Sacrificia ipsius f consummata sunt igne quotidie.
18 Complevit Moyses manus eius, & unxit illum oleo sancto.
19 Factum est illi in testamentum æternum & semini eius sicut dies cæli sungi sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine suo.
20 Ipsum elegit ab omni viuente, offerre sacrificium Deo, incensum, & bonum odorem in memoriam g placere pro populo suo;
21 Et dedit illis in præceptis suis potestatē, in testamentis iudiciorum docere Iacob testimonia, & in lege sua lucē dare Israel.
22 *Quia contra illū steterunt alieni, & propter inuidiam circundederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia.
23 Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & consumpti sunt in impetu iracundiæ.
24 Fecit illis monstra consumpsit illos in flamma ignis.
25 Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ h dimisit illi.
26 Panem i ipsis in primis parauit in societatem. Nam & sacrificia Domini edit, quæ dedit illi, & semini eius.
27 Cæterum k inter gētes non hæreditabit, & pars non est illi in gente. Ipse est enim pars eius & hæreditas.
28 Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini; & stare in reuerentia gentis: in bonitate & alacritate animæ suæ placuit Deo Israel.
29 Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum & gentis suæ, vt sit illi & semini eius sacerdotii dignitas in æternum,
30 Et testamentum Dauid l regi filio Iesse de tribu Iuda, hæreditas ipsi & semini eius, vt daret sapientiam in cor nostrum iudicare gentem suam in iustitia, ne abolerentur bona ipsorum, & gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

CAP. XLVI.

Laus Iosue, Caleb, & Samuelis.

1 FOrtis in bello Iesus naue successor Moysi in propheris.
2 Qui fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, vt consequeretur hæreditatem Israel.
3 Quam gloriam adeptus est m extollendo manus suas, & iactando contra ciuitates romphæam?
4 Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse Dominus n percussit.
5 *Aut non in iracundia eius impeditus est sol, & vna dies facta est quasi duo?
6 Inuocauit Altissimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit illum magnus & sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valde fortis.
7 Impetum fecit contra gentem hostilem, & in descensu perdidit contrarios vt cognoscant gentes potentiam eius, quia contra Deum pugnare non est facile: & secutus est a tergo potentes.
8 *Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse & Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gentem a peccatis, & perfringere murmur malitiæ.
9 Et ipsi duo constituti, a periculo liberati sunt a numero sexcentorum millium peditum inducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel.
10 Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinē, & vsque in senectutem permansit illi virtus vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatem:
11 o Et viderunt omnes filii Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo.
12 Et iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor, qui non auersi sunt a Domino,
13 Vt sit memoria p eorum in benedictione, & ossa eorum pullent de loco suo, & nomen eorum permaneat in æternum, q permanentes ad filios illorum sanctorum virorum gloria.
14 Dilectus a Domino Deo suo Samuel prophera Domini, renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua.
15 In lege Domini congregationem iudicauit, & vidit r Deum Iacob, & in fide sua probatus est propheta.
16 Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis,
17 Et inuocauit Dominum omnipotentem in oppugnando hostes circunstantes vndique, in oblatione viri inuiolati.
18 Et intonuit de cælo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam.
19 Et contriuit principes Tyriorum, & omnes duces Philisthiim.
20 Et ante tempus finis vitæ suæ & seculi, testimonium præbuit in conspectu Domini & Christi, pecunias & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo.
21 Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

CAP. XLVII.

Laudes Nathan, Dauidis, & Salomonis.

1 POst hæc *surrexit Nathan propheta in diebus Dauid.
2 Et quasi adeps separatus a carne, sic Dauid a filiis Israel.
3 Cum leonibus lusit quasi cum agnis: & in vrsis similiter fecit sicut in agnis ouiū in iuuentute sua.
4 tNunquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente?
5 In tollendo manum in saxo fundæ deiecit exultationem Goliæ.
6 Vbi inuocauit Dominum omnipotentem, & dedit in dextera eius tollere hominem fortē in bello, & exaltare cornu gētis suæ.
7 *Sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in

ni, in offerendo illi coronam gloriæ.
8 Contriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philisthiim contrarios vsque in hodiernum diem: contriuit cornu ipsorum vsque in æternum.
9 In omni opere dedit confessionem Sancto, & Excelso in verbo gloriæ.
10 De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam: & stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.
11 Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque ad consummationem vitæ, vt laudarent nomen sanctum Domini, & amplificarent mane Dei sanctitatem.
12 Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius: & dedit illi testamentum regum, & sedem gloriæ in Israel.
13 Post ipsum surrexit homo sensatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.
14 Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt cōderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum quemadmodum eruditus est in iuuentute sua.
15 *Et impletus est quasi fluuiū sapientia, & terram retexit anima u sua.
16 *Et implesti de sapientia tua, & in intellectu tuo, & dilectus es in pace tua.
17 Et repleti in coparationibus ænigmata.
18 Ad insulas longē diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua.
19 In cantilenis & prouerbiis, & comparationibus, & interpretationibus mirate sunt terræ,
20 Et in nomine Domini Dei tui est cognomen, Deus Israel.
21 *Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum complesti argentum x, & inclinasti femora tua mulieribus,
22 Potestatem habuisti in corpore tuo.
23 Dedisti maculam in gloria tua, & profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris stultitiam tuam, vt faceres imperium biparitium y, & ex Ephraim imperare imperium durum.
24 Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet, nec delebit opera sua.
25 Neque perdet a stirpe nepotes electi sui: & semen eius qui diligit Dominum, non corrumpet.
26 Dedit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe.
27 Et suem habuit Salomon cum patribus suis.
28 Et dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam, & z imminutam a prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo,
29 Et Ieroboam filium Nabat a, qui peccare fecit Israel, & dedit viā peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorū.
30 Valde enim auerterunt illos a terra sua.
31 Et quæsiuit omnes nequitias, vsque dum peruenirent ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos.

CAP. XLVIII.

Laudes Eliæ, Eliſæi, Ezechiæ, & Esaiæ.

1 ET surrexit b Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.
2 Qui induxit in illos famem, & imitantes illum inuidia sua, pauci facti sunt. Non enim poterāt sustinere præcepta Domini.
3 Verbo Domini continuit cælum, & deiecit a se iguem terræ. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis.
4 Et quis potest similiter sic gloriari tibi?
5 *Qui sustulisti mortuum ab inferis, de forte mortis, in verbo Domini Dei.
6 Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti facilē potentiam ipsorum, & gloriosos c delicto suo.
7 Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis.
8 Qui vngis reges ad pœnitentiam, & propheras facis successores post te.
9 Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum.
10 *Qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.
11 Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.
12 Nam nos vita viximus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum.
13 *Elias qui in turbine tectus est, & in Eliſæo completus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum.
14 *Nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius.
15 In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.
16 In omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt a peccatis suis, vsquedū cieti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram.
17 Et relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid.
18 Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo: alii autem multa commiserunt peccata.
19 *Ezechias munuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum.
20 In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabsacen, & sustulit manum suam contra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua.
21 Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt quasi parturientes mulieres.
22 Et inuocauerunt Dominum misericordem, & expandentes manus suas, extulerūt ad cælum: & sanctus Dominus Deus audiuit cito vocem ipsorum.
23 Non est comemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis suis, sed purgauit eos in manus Esaiæ sancti prophetæ.
24 Deiecit castra Assyriorum, & contriuit illos angelus Domini.
25 Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit in via Dauid patris sui, quæ

mandauit illi Esaias propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei.
26 In diebus ipsius retrò reduit sol, & additit regi vitam.
27 Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes Sion vsque in sempiternum.
28 Ostendit futura & abscondita antequam eueniret.

CAP. XLIX.

De Iosa, Ezechia, & Daniele, Ieremia, Ezechiel, Zorobabel, Iosu, Nehemia, Henoch, Ioseph.

1 MEmoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarii.
2 In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini.
3 Ipse est directus diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis.
4 Et gubernauit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem.
5 Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt.
6 Nam reliquerunt legem Altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei.
7 Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ genti.
8 Incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremiæ.
9 Nam male tractauerunt illum, qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere & euruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare.
10 Ezechiel qui vidit consolationem gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim.
11 Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui obtenuerunt rectas vias.
12 Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo, nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis suæ.
13 Quomodo amplificemus Zorobabelem? nam & ipse quasi signum in dextera manu Israel.
14 Et Iesum filium Iosedec? qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam.
15 Et Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & statuere fecit portas & seras, qui erexit domos nostras.
16 Nemo natus est in terra qualis Henoch, nam est ipse receptus est à terra.
17 Et Ioseph qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi: & ossa ipsius visitata sunt.
18 Et post mortem prophetauerunt.
19 Seth & Sem apud homines gloriâ adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.

CAP. L.

De Simone filio Oniæ, Qui auxit huius filii fuerit.

1 SImon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum.
2 Templi etiis altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, & excelsi parietes templi.
3 In diebus ipsius remanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleri sunt super modum.
4 Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione.
5 Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus & atrii amplificauit.
6 Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet.
7 Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.
8 Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus veris, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis.
9 Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne.
10 Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.
11 Quasi oliua pullulãs, & cypressus in altitudinem se extollens in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummatione virtutis.
12 In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum.
13 In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram.
14 Circa illum corona fratrũ: & quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illũ steterunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria sua.
15 Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel, & consummationem fungens, in ara, amplificare oblationem excelsi regis.
16 Porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ.
17 Effudit in fundamento altaris odorem duinum excelso principi.
18 Tunc exclamauerunt filii Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo.
19 Tunc omnis populus simul, properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram adorare Dominum Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo excelso.
20 Et amplificauerunt psalltes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus.
21 Et rogauit populus Dominum excelsum in prece, vsquedũ perfectus est honos Domini, & munus suum perfecerunt.
22 Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel, dare gloriam Deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari.
23 Et iteranit orationem suam, volẽs ostendere virtutem Dei.
24 Et ipse orauit Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscum secundum suam misericordiam.
25 Det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos:
26 Credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam, vt liberet nos in diebus suis.
27 Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens quam oderim:
28 Qui sedent in monte Seir, & Philistiim, & stultus populus qui habitat in Sichimis.
29 Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice iste Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo.
30 Beatus qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.
31 Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit. Quia lux Dei, vestigium eius est.

CAP. LI.

Oratio Iesu filii Sirach.

1 CONfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum.
2 Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione,
3 A laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor.
4 Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam,
5 Et de portis tribulationum, quæ circumdederunt me:
6 A pressura flammæ quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum æstuatus,
7 De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacii, & à rege iniquo, & à lingua iniusta.
8 Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum.
9 Et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum,
10 Circumdederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret: respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat.
11 Memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, & operationis tuæ quæ à seculo sunt.
12 Quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium.
13 Exaltasti super terram habitationem meã, & pro morte defluẽte deprecata sum:
14 Inuocaui Dominũ patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio.
15 Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea.
16 Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo.
17 Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini.
18 Cum adhuc iunior fum, priusquam oberrarem, quæsiui sapientiam palã in oratione mea:
19 Ante templum postulabam pro illa, & vsq; in nouissimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua.
20 Lætatum est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectum, a iuuentute mea inuestigabam eam.
21 Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam.
22 Multam inueni in meipso sapientiam, & multum profeci in ea:
23 Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.
24 Consiliatus sum enim vt facerem illam: zelatus sum bonum; & non confundar.
25 Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum.
26 Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit.
27 Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam.
28 Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar.
29 Venter meus conturbatus est quærendo illam: propterea bonam possidebo possessionem.
30 Dedit enim mihi Dominus linguam mercedem meam, & in ipsa laudabo eum.
31 Approximate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ.
32 Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his: animæ vestræ sitiunt vehementer.
33 Aperui os meum, & locutus sum, Comparate vobis sine argento sapientiam,
34 Et collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam, In proximo enim est inuenire eam.
35 Videte oculis vestris quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.
36 Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosam auru possidete in ea.
37 Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude ipsius.
38 Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

Ad Paulam & Eustochium in translationem Esaiæ ex Hebraica veritate, Hieronymi præfatio.

NEMO cùm prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis vel operibus Salomonis: sed quod in Demosthene & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur & commata, qui vtique prosa, & non versibus conscripserunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac primum de Esaia sciendum, quòd in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admistum. Vnde accidit vt præcæteris, florem sermonis eius trãslatio nõ potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adiciendum, quòd non tam propheta dicendus sit, quàm euangelista. Ita enim vniuersa CHRISTI, ecclesiæque mysteria ad liquidum prosecutus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde conicio noluisse tunc temporis Septuaginta in erpretes fidei suæ sacramenta perspicuè Ethnicis prodere, ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit propheras intelligere: nec facilè quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antè: quin legerimus quoque patere morbis plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Scienς ergo & prudens in flammam mitto manum, & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor: vt quomodo Græci post Septuaginta translatores Aquilam & Symmachum, & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ sug, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant: ne videantur, non ex iudicio, sed ex odii præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Esaias in Ierusalem, & in Iudæa, necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno, nunc commistim, nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudæam: tamen omnis eius cura de vocatione Gentium, & aduentu CHRISTI est. Quem quanto plus amatis ô Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præsenti qua me indesinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne tudæi de falsitate Scripturarum ecclesiis eius diutius insultarent.

ARGVMENTVM IN PROPHETIAM ESAIAE.

Esaias in Ierusalem nobili genere ortus est, ibique prophetauit. Sub Manasse rege sectus in duas partes, occubuit. Sepulcrumque est sub Quercu Rogel, iuxta itansitum aquarum, quas olim Ezechias rex in ea obstruxerat puluere.

PROPHETIA ESAIAE.

CAP. I.

Quo tempore prophetauerit Esaias. Ingratitudo Iudæorum. Omni genere peccatorum percussi Iudæi, non sunt reuersi ad Deum. Pauci apostoli, & ii qui per illos crediderunt reliquiæ. Cæremoniæ & cultus Iudæorum quibus fidebant, reiicit Dominus. Veras Dei cultus. Pœnitentibus remittit omnia. Pœnitentibus exitium. Deplorat Deus peccata Ierusalem. Ingeminiscit sententiam latiorem in impios: prædicitque, conseruatis piis, Ierusalem in pristinum statum restituendam.

1 VISIO Esaiæ filii Amos, quam vidit super Iudam & Ierusalem in diebus Oziæ, Ioathã, Achaz, & Ezechiæ regũ Iuda.

2 Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est, Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.

3 Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

4 Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. B

5 Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens.

6 A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, vulnus, & liuor, & plaga tumens: non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

7 *Terra vestra deserta: ciuitates vestræ succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni deuorant: & desolabitur sicut in vastitate hostili. *Inf. 5. 6. 17.*

8 Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario C

rario, & sicut ciuitas quæ vastatur.

Rom. 9. Esa. 9. 9 *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus.

10 Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei vestri populus Gomorrhæ.

*nostri

11 Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? *plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui.

*plenus sum holocausto arietum, & adipe.

12 Cùm *veneritis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atriis meis?

*veneritis

D 13 Ne *offeratis vltrà sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi.

*offeratis

14 Neomeniam, & sabbatium, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens.

15 Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.

1. Petr. 3. Act.

16 Lauamini, mundi estote, *auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. E

17 Discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.

18 Et venite, & arguite me, dicit Dominus: Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana, alba erunt.

19 Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.

20 Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est.

F 21 Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicio? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.

22 Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua.

*vinum bibentes,

23 Principes tui *infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad illos.

24 Propter hoc, ait Dominus Deus exercituum fortis Israel, Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

25 Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum.

26 Et restituam iudices tuos vt fuerũt priùs, & consiliarios tuos sicut antiquitus. post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis.

27 Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia.

28 Et conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, consumentur.

29 Confundentur enim ab idolis quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis ipsos elegeratis.

30 Cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua.

31 Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum, quasi scintilla: succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat.

CAP. II.

Mons, ecclesia prima in Ierusalem. Gentium ingressus in ecclesiam. Doctor Christus. Ecclesiæ non contendit. Lumen Dei. Abiectio Iudæorum. Exaltatio Dei in puniendis Iudæis. Iudicium generale. Ne in Christi abiectione offendatur quis.

1 VERBUM quod vidit Esaias filius Amos super Iudam & Ierusalem.

2 Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes.

3 Et ibunt populi multi, & dicent, Venite, *ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. *&

4 Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. E

5 Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine *Dei nostri. *Domini

6 Projecisti enim populum tuum, domum Iacob, quia repleti sunt vt Olim, & augures habuerunt vt Philisthiim, & pueris alienis adhæserunt.

7 *Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum eius: & repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius. *Et est eius

8 Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum.

9 Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis.

10 Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. C

11 Oculi *sublimis hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa. *sublimes

12 Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur.

13 Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan.

14 Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos.

15 Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum.

16 Et super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est.

17 Et incuruabitur omnis sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum: & eleuabitur Dominus solus in die illa: *Luc. 23. d. 30. osee. 10. b. 9.*

18 Et idola penitus conterentur. *apoc. 6. d.*

19 *Et introibunt in speluncas petrarum, & *16. 9. b. 6.*

in voraginem terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

20 In die illa proiicient homo idola argenti sui, & simulacra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertiliones.

21 Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

22 Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus reputatus est ipse.

CAP. III.

Excidium Ierosolymitanum, ob Christi persecutionem à Iudæis factam. Auaritia sacerdotum & principum. Mulierum Ierosolymitanarum vanitas.

Deus 1 ECce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ:

2 Et fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem.

3 Principem super quinquagenta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquii mystici.

4 Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.

irruet 4 Et corruet populus, vir ad virum, & vnus quisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem.

5 Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui, & dicet, Vestimentum tibi est princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua.

B 6 Respondebit in die illa, dicens, Non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum, nolite constituere me principem populi.

7 Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum, vt provocarent oculos maiestatis eius.

respondit 8 Agnitio vultus eorum respondebit eis: & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Væ animæ eorum: quoniam reddita sunt eis mala.

9 Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adiuuentionum suarum comedet.

10 Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei.

11 Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Populus meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.

C 12 Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandos populos.

13 Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra.

14 Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?

15 Et dixit Dominus Deus, pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant:

D 16 Decalubit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.

17 In die illa auferet Dominus ornamentum

18 calceamentorum, & lunulas, & torques,

& monilia, & armillas,

19 Et mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures,

20 Et annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria,

21 Et palliola, & linteamina, & acus,

22 Et specula, & sindones, & vittas, & theristra.

23 Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine calui-tium, & pro fascia pectorali cilicium.

24 Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui prælio.

25 Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

CAP. IIII.

Virorum vanitas in excidio Ierosolymitano. Christi incarnatio. Gaudium fidelium. Sancti quibus donissa peccata. Ecclesiæ sectarius.

1 ET apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dicentes, Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, auser opprobrium nostrum.

2 In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel.

3 Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem:

4 Si abluerit Dominus sordem filiarum Sion & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicii & spiritu ardoris.

sordes

5 Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte.

6 Super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem & abscessionem à turbine & à pluuia.

CAP. V.

Parabola de Iudæis assumptis in populum Dei. Reiectio ipsorum. Vinea. Germen. Auaritia. vinea Dei. Ebrietas. Captiui quare Iudæi. Pœna ebriorum. Deus sublimis & sanctus propter iudicium. Pasci verbo. Perseuerantes in peccatis. Verbum Dei damnantes. Sapientes sibi. Ebrii. Iniustitia propter munera. Extremitatis Iudæorum ob obstinationem legis Dei. A Romanis Iudæi destruitur, & quomodo.

1 CAntabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Vineæ factæ est dilecto meo in cornu filio olei. Mat. 21. d. 33.

2 Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit vineam electam, & ædificauit eam turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.

3 Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam.

4 Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas?

5 Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.

6 Et ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur: & ascendent super eam vepres & spinæ: & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem.

enim 7 Vinea autem Domini exercituum, domus Israel est: & vir Iuda, germen eius delectabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiã, & ecce clamor.

8 Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. Numquid habitabitis vos soli in medio terræ?

C Hæc Domini exercituum 9 In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum, Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes & pulchræ, & absque habitatore.

10 Decem enim iugera vineæ facient laguncula vnam, & triginta modii sationis facient modios tres.

11 Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, & vino æstuatis.

12 Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.

13 Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.

D 14 Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino: & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius ad eum.

15 Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur.

16 Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

17 Et pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatem vetia aduenæ comedent.

18 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.

E 19 Qui dicitis, Festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus: & appropiet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud.

20 Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amaritudinem in dulce, & dulce in amarum.

Primus, 21 *Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.

22 Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatem.

23 Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auertis ab eo.

24 Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi faúilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt.

25 Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum: & conturbati sunt montes & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum: in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

26 Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce festinus velociter veniet.

27 Non est deficiens, neque laborans in eo: G non dormitabit, neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius.

28 Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis.

29 Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum.

30 Et frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat. Et fremet super eum in die illa sicut fremitus maris: aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

CAP. VI.

Visio qua describit Esaias mittentis se authoritatem. Agnoscit peccatum Propheta. Signo & verbo remissionem peccatorum consequitur. Mittitur vt annuntiet patrem populi Iudæici indurandam, patrem illuminandam. Vastati Iudæi à Romanis. Reliquiæ Iudæorum seruandæ.

1 IN anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & plena erat domus a maiestate eius: & ea quæ sub ipso erant replebant templum.

2 Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.

3 Et clamabant alter ad alterum, & dicebat, *Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. E Apoc. 4. c. 8.

4 Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo.

5 Et dixi, Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populo polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis.

6 Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. tetigit tertia pers. refertur ad calculũ.

7 Et tetigit os meum, & dixit, Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Et audiui vo-

C

cem Domini dicentes,
8 Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me.
Matth.13. 9 Et dixit, Vade, & dices populo huic, *Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere.
b.14.marc 4.b.12.c. 10 Excæca cor populi huius, & aures eius aggrauа, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.
2.b.10.io. 12.f.ac. act.2.f.26 rom.11. c.8.
D 11 Et dixi, Vsquequo Domine? Et dixit, Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine: & terra relinquetur deserta.
12 Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.
13 Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus quæ expandit ramos suos: semen sanctum erit id quod steterit in ea.

CAP. VII.

Ierusalem obsidetur ab Rasin & Phacee. Promittit Deus se liberaturum Achaz cum populo suo à timore regum Rasin & Phacee: finem regni Damasci & Israel prædicit. Admonetur credere in promissum à Deo auxilium, & huius promissionis signum quærere. Promittitur Christus. Ante Christum autem, regnum Israël destructum. Regni Iudæ destructio ab Assyriis. Descriptio solitudinis futuræ.

4.Reg.16. a.5. 1 ET factum est *in diebus Achaz filii Ioatham, filii Oziæ regis Iuda, ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Ierusalem, ad præliandum contra eam, & non potuerunt debellare eam.
2 Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes, Requieuit Syria super Ephraim, & cõmotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna syluarum à facie venti.
3 Et dixit Dominus ad Esaiam, Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via Agri-fullonis.
4 Et dices ad eum, Vide vt sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudibus titionum fumigantium iustorum in ira furoris Rasin "regis Syriæ, & filii Romeliæ:
5 Eo quòd consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim, & filius Romeliæ, dicentes:
B 6 Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filium Tabeel.
7 Hæc dicit Dominus Deus. Non stabit, & non erit istud:
8 Sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus:
9 Et caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non crediderit is, non permanebitis.
10 Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens,
11 Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum suprà.
12 Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum.
13 Et dixit, Audite ergo domus Dauid, Num quid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo?
C 14 Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce virgo concipiet & pariet filium, & *vocabitur nomẽ eius Emmanu-el. *Matth.1. d.23. Heb. Vocabit
15 Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.
16 Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris à facie duorum regum suorum.
17 Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum.
18 Et erit in die illa, sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminum AEgypti, & api quæ est in terra Assur.
19 Et venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus.
20 In die illa radet Dominus in nouacula conducta *in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuersam. D 4.Reg.18.
21 Et erit in die illa, nutriet homo vaccam boum, & duas oues,
22 Et præ habundare lactis comedet butyrum. Butyrum enim & mel manducabit omnis homo qui relictus fuerit in medio terræ.
23 Et erit in die illa: omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas & in vepres erunt.
24 Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim, & spinæ erunt in vniuersa terra.
25 Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

CAP. VIII.

Ante Christi nativitatem, quem prædatorem & redemptorem nostrum vocat, Israelitæ destructi ab Assyriis. Iuda destructio ab Assyriis. Interitum Assyriorum prædicit propheta ad consolationem piorum. Fiducia in Deo, non in humano auxilio. Iudæorum ruina ex incredulitate in Christum. Verbum Dei inuerogandum & sequendum. Pœna negligentium verbum Dei.

1 ET dixit Dominus ad me, Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, Velociter spolia detrahe, cito prædare.
2 Et adhibui mihi testes fideles Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ:
3 Et accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me, Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere, Festina prædari.
4 Quia antè quàm sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege

rege Assyriorum.
5 Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens,
B 6 Pro eo quòd abiecit populus iste aquas Siloë, quæ vadũt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ:
7 Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius,
8 Et ibit per Iudam inundans, & transiẽs vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanu-el.
9 Cõgregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ: confortamini & vincimini, accingite vos & vincimini.
10 Inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus.
C 11 Hæc enim ait Dominus ad me (sicut in manu forti, erudiuit me) ne irem in via populi huius, dicens,
12 Non dicatis, coniuratio. Omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis.
13 Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester.)
14 Et erit vobis in sanctificationẽ, in *lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem.
15 Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.
16 Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.
D 17 Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum.
Num.c.12 18 *Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino exercituum, qui habitat in mõte Sion.
19 Et cùm dixerint ad vos, Quærite à pythonibus, & à diuinis qui stridẽt in incantationibus suis, Nunquid non populus à Deo suo "requiret visionẽ pro viuis à mortuis?
20 Ad legem magis, & ad testimonium. Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.
21 Et trãsibit per eam, & corruet, & esuriet: & cùm esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suscipiet sursum.
22 Et ad terrã intuebitur: & ecce tribulatio & tenebræ & dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

CAP. IX.

Gentes suscipiunt Euangelium. Lætitia, Christus. Regnum Christi. Nomina Christi. Regnũ Christi. Pax. Euersionem decem tribuum Israel vaticinatur Esaias, ob superbiam eorum in Deũ. Caput & cauda.

1 PRimo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthali, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanẽ Galileæ Gentium,
2 Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.
3 Multiplicasti gentẽ, non magnificasti lætitiam, lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultãt victores captâ præda, quando diuidunt spolia.
4 Iugũ enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, *sicut in die Madiam.
5 Quia omnis violẽta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem & cibus ignis.
6 PARVVLVS enim NATVS est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomẽ eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis,
7 Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodo & vsque in sempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.
8 Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.
9 Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam in superbia & magnitudine cordis, dicentes,
10 Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.
11 Et eleuabit Dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet:
12 Syriam ab Oriẽte, & Philistiim ab Occidente: & deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.
13 Et populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt.
14 Et disperdet Dominus ab Israel caput & caudam, incuruantem & "deprauantem die vna.
15 Longæuus & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda.
16 Et erunt qui beatificant populũ istum se ducentes, & qui beatificantur, præcipitati.
17 Propter hoc super adolescentulis eius nõ lætabitur Dominus: & pupillorum eius, & viduarum non miserebitur: quia omnis hypocrita est & nequam, & vniuersum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.
18 Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi.
19 In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo non parcet.
20 Et declinabit ad dextram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabitur: vnusquisque carnem brachii sui vorabit:
21 Manasses Ephraim, & Ephraim Manasses, & simul ipsi contra Iudam. In omnibus his

Universidad de Deusto Biblioteca

non est aduersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

CAP. X.

Legum conditores iniquos alloquitur. Deus Iudæos interficturus ministerio Assyriorum vtitur. Assyrius quibus fuerat visus vt instrumentum, reddit affectionem, ne glorietur aliquid ex se fecisse. Iudæi post percussum Assyrium soli Deo confidenter. Iudæi pauci saluati. Confortatur Deus Iudam quod breuis futura sit eius afflictio, perficentaque eius punienda. Varii tumultus de aduentu Sennacherib in Ierusalem. Interitus Sennacherib.

1 VAE qui condunt leges iniquas:
2 Et scribentes iniustitiã scripserunt
vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim
facerent causæ humilium populi mei: vt
essent viduæ præda eorum, & pupillos dirriperent.
3 Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam
vestram.
4 Ne incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis: Super omnibus his nõ est
aduersus furor eius, sed adhuc manus eius
extenta.
B 5 Væ Assur, virga furoris mei & baculus
& eorum ipse est, in manu eius, indignatio mea.
6 Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt
auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat
illum in conculcationem quasi lutum platearum.
7 Ipse autẽ non sic arbitrabitur, & cor eius
non ita existimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium
non paucarum.
8 Dicet enim, Nunquid non principes mei
simul reges sunt?
9 Nunquid non vt Charcamis, sic Calano? &
vt Arphad, sic Emath? Nunquid non vt Damascus sic Samaria?
10 Quomodo inuenit manus mea regna idolî, sic & simulacra eorum de Ierusalem, &
de Samaria.
11 Numquid non sicut feci Samariæ & idolis
eius, sic faciam Ierusalem & simulacris
eius.
C 12 Et erit cùm impleuerit Dominus cuncta
opera sua in mõte Sion, & in Ierusalem, vi
sitabo super fructum magnifici cordis regis
4. Reg. 19. 35. infra 37. 36. *Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius.
13 Dixit enim, In fortitudine manus meæ fe
ci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli
terminos populorum, & principes eorum
deprædatus sum, & detraxi quasi potens in
sublimi residentes.
14 Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinẽ populorum, & sicut colliguntur ouа
quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret
pennam & aperiret os, & ganniret.
D 15 Nunquid gloriabitur securis contra eum
qui secat in ea? aut exaltabitur serra cõtra
eum à quo trahitur? quomodo si eleuetur
virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui vtique lignum est.
16 Propter hoc mittet Dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis.
17 Et erit lumen Israel "in ignem, & Sanctus
eius "in flammam: & succendetur, & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna.
18 Et gloria saltus eius, & carmeli eius ab
anima vsque ad carnem consumetur, & erit
terrore profugus.
19 Et reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos.
20 Et erit in die illa, non adiiciet residuum
Israel, & hi qui fugerint de domo Iacob,
inniti super eo qui percusit eos, sed innitetur super Dominũ sanctũ Israel in veritate.
21 Reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquã, Iacob ad Deum fortem. Rom. 9. 27.
22 Si enim fuerit populus tuus Israel quasi
arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo, consummatio abbreuiata inundabit iustitiam.
23 Consummationem enim, & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in
medio omnis terræ.
24 Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus F
exercituum, Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga enim percutiet te, & baculum suum leuabit super te
in via AEgypti.
25 Adhuc enim paululum modicúmque, &
consummabitur indignatio mea, & furor
meus super scelus eorum.
26 Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum, iuxta plagam Madiam in Iudic. 7. 25.
Petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via AEgypti.
27 Et erit in die illa, auferetur onus eius de
humero tuo, & iugum eius de collo tuo, &
computrescet iugum à facie olei.
28 Veniet in Aiath, trãsibit in Magron: apud G
Machmas commendabit vasa sua.
29 Transierunt cursim, Gaba sedes nostra
obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit.
30 Hinni voce tua filia Gallim, attende Lai
sa, paupercula Anathoth.
31 Migrauit Medemena: habitatores Gabim
confortamini.
32 Adhuc dies est, vt in Nobe sterat: agitabit manum suam super mõtem filiæ Sion,
& collem Ierusalem.
33 Ecce, Dominator Dominus exercituum
confringet lagunculam in terrore, & excelsi statuta succindentur, & sublimes humiliabuntur.
34 Et subuertentur condensa saltus eius ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

CAP. XI.

Christus nasciturus ex radice Iesse. Arma Christi regis. Virga. Spiritus. Iustitia. Fides. Opera & fructus Euangelii. Scientia Domini. Vocatio Gentium. Vera reductio Iudæ & Israelis ad captiuitate ad Euangelium. Apostoli adducentes omnes ad Euangelium.

ET

Ier. 23. 5. & 33. 15. Zach. 6. 12.
1 ET *egredietur virga de radice Iesse, &
flos de radice eius ascendet.
2 Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus
consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ &
pietatis.
3 Et replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet.
4 Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ: &
percutiet terram virga oris sui, *& spiritu
labiorum suorum interficiet impium.
B 5 Et erit iustitia cingulum lumborum eius:
& fides cinctorium renum eius.
Isa. 65. 25. 6 *Habitabit lupus cum agno: & pardus cũ
hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.
7 Vitulus & vrsus pascentur: simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas.
8 Et delectabitur infans ab vbere super
* foramina aspidis: & in " cauerna reguli,
qui ablactus fuerit, manum suam mittet.
* Foramina. " Cauerna. 9 Non nocebunt, & non occident in vniuerso Monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris " operientes.
C 10 *In die illa radix Iesse, qui stat in signum
Rom. 15. 12. populorum, ipsum Gentes deprecabuntur,
& erit sepulchrum eius gloriosum.
11 Et erit in die illa, adiiciet Dominus secũdo manum suam ad possidẽdum residuum
populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, &
ab AEgypto, & à Phethros, & ab Aethiopia, & ab AElam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris.
12 Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.
D 13 Et auferetur zelus Ephraim, & hostes
Iuda peribunt. Ephraim non æmulabitur
Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim.
14 Et volabunt in humeros Philistiim per
mare, simul prædabuntur filios Orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum, &
& filii Amon obedientes erunt.
15 Et desolabit Dominus linguam maris
AEgypti, & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui & percutiet
eum in septem riuis, ita vt transeant per
eum calceati.
Isa. 19. 23. 16 Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis: sicut fuit Israeli * in
die illa qua ascendit de Terra AEgypti.

CAP. XII.

Christianorum gratiarum actio pro Dei misericordia per Christum eis facta.

1 ET dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus
Exod. 15. 2. Psal. 117. 14. est furor tuus, & consolatus es me.
2 Ecce Deus saluator meus: fiducialiter agam, & non timebo: *quia fortitudo mea,
& laus mea Dominus ", & factus est mihi
in salutem.
3 Hauricris aquas in gaudio de fontibus
saluatoris.
B 4 Et dicetis in die illa, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in
populis adinuentiones eius: mementote
quoniam excelsum est nomen eius.
5 Cantate Domino, quoniam magnificè fecit, annuntiate hoc in vniuersa terra.
6 Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

CAP. XIII.

Babylon destruenda prædicitur.

1 ONus Babylonis, quod vidit Esaias filius
Amos:
2 Super montẽ caliginosum leuate signum,
exaltate vocem, leuate manũ, & ingrediantur portas duces.
3 Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui
fortes meos in ira mea, exultãtes in gloria
mea.
4 Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium, vox sonitus regum
gentium congregatarum: Dominus exercituum " præcepit militiæ belli,
5 Venientibus de terra procul, à summitate
cæli, Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram.
6 Vlulate, quia prope est dies Domini,
" quia vastitas à Domino veniet.
7 Propter hoc omnes manus dissoluentur,
& omne cor hominis contabescet, & conteretur.
8 Torsiones & dolores tenebunt eos, quasi
parturiens dolebunt, vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.
9 Ecce dies Domini " veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea.
10 Quoniam stellæ cæli, & splendor earum
non expandent lumen suum. *Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo.
11 Et visitabo super orbis mala, & contra
impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogãtiam
fortium humiliabo.
12 Pretiosior erit vir auro, & homo mundo
obrizo.
13 Super hoc, cælum turbabo: & mouebitur C
terra de loco suo, propter indignationem
Domini exercituum, & propter diem iræ
furoris eius.
14 Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis: & non erit qui congreget: vnusquisque
ad populum suum conuertetur, & singuli
ad terram suam fugient.
15 Omnis qui inuentus fuerit, occidetur: &
omnis qui superuenerit, cadet in gladio.
16 *Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores
eorum violabuntur.
17 Ecce ego suscitabo super eos Medos qui
argentum non quærant, nec aurum velint:
18 Sed sagittis paruulos " interficiant, & D

Universidad de Deusto Biblioteca

[a] misereburtur, [b] parcet Genes. 19. v. 25.

cantibus vteris non [a]misereantur,& super filios non [b]parcat oculus eorum.

19 Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorũ, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrhã.

20 Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi.

21 Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabũt ibi struthiones,& pilosi saltabunt ibi:

22 Et respõdebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis: propè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur.

CAP. XIIII.

Reuersio Iudæorum ex captiuitate,& Babyloniorum afflictio. Plangitur Nabuchodonosor ab Isaiæ,& irridetur. Mors regis Babyloni similis aurorę de cælo cadenti,& obscuratæ. Iuramento affirmat se perditurũ Sennacherib & Assyrios. Excidium Philistæorũ sive Palæstinorum ab Ezechia factum.

1 MIserebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel,& requiescere eos faciet super humum suam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob.

2 Et tenebunt eos populi, & adducet eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terrã Domini in seruos & ancillas:& erunt capientes eos, qui se ceperant,& subiicient exactores suos.

[a] Dominus

3 Et erit in die illa,cum requiem dederit tibi [a]Deus à labore tuo, & à concussione tua,& à seruitute dura qua ante seruisti,

4 Sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices, Quomodo cessauit exactor,quieuit tributum?

5 Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos in indignatione plaga insanabili,

6 Subiicientem in furorem gentes,& persequentem crudeliter.

7 Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit.

8 Abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani. Ex quo dormisti,non ascendit qui succidat nos.

9 Infernus subter te conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes:omnes principes terræ surrexerunt de solijs suis,omnes principes nationum.

C 10 Vniuersi respondebunt,& dicent tibi,Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es.

11 Detracta est ad inferos superbia tua,concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea,& operimentum tuum erunt vermes.

12 Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terrã,qui vulnerabas gentes?

13 Qui dicebas in corde tuo,In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum,* sedebo in monte testamenti,in lateribus Aquilonis.

14 Ascendam super altitudinem nubium,similis ero Altissimo.

15 Veruntamem ad infernum detraheris in profundum laci.

16 Qui te viderint,ad te inclinabuntur, tęque prospicient, Nunquid iste est vir qui conturbauit terram,qui concussit regna:

17 Qui posuit orbem desertum,& vrbes eius destruxit,vinctis eius non aperuit carcerem?

18 Omnes reges Gentium vniuersi dormierunt in gloria,vir in domo sua.

19 Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cũ his qui interfecti sunt gladio,& descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum.

20 Non habebis consortium neque cum eis in sepultura:tu enim terram [a]disperdidisti, tu populum [b] occidisti: non vocabitur in æternum semen pessimorum.

21 Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum: non consurgent,nec hæreditabunt terram,neque implebunt faciem orbis ciuitatum.

22 Et consurgam super eos: dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen & reliquias,& germen,& progeniem: dicit Dominus.

23 Et ponam eum in possessionem ericii, & in paludes aquarũ, & scopabo eam in scopa terens,dicit Dominus exercituum.

24 Iurauit Dominus exercituum dicens, Si non vt putaui, ita erit:& quomodo mente tractaui,sic euenict,

25 Vt conteram Assyrium in terra mea,& in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur.

26 Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram,& hæc est manus extenta super vniuersas gentes.

27 Dominus [a] exercituum decreuit:& quis poterit infirmare? & manus eius extenta:& quis auertet eam?

28 In anno quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud.

29 Ne læteris Philistæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui:de radice enim colubri egredietur regulus,& semen eius absorbens volucrem.

30 Et pascentur primogeniti pauperum,& pauperes fiducialiter requiescent:& interficiam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam.

31 Vlula porta,clama ciuitas: prostrata est Philistæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet,& non est qui [a]effugiat agmen eius.

32 Et quid respondebitur nuntijs gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in [a] ipso sperabunt pauperes populi eius.

CAP. XV.

Moabitarum ruina prædicitur.

1 ONus Moab. Quia nocte vastata est Ar-Moab,conticuit: quia nocte vastatus est Murus Moab,conticuit.

2 Ascendit domus & Dibon ad excelsa,[a] planctum

[a] super Nabo, & super Medaba, Moab vlulabit: [b]in cunctis capitibus eius caluitium [c] omnis barba radetur.

3 In triuijs eius accincti sunt sacco:super tecta eius,& in plateis eius omnis [a]vlulatus [b]descendet in fletum.

4 Clamabit Hesebon & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum. Super hoc expediti Moab vlulabunt,anima eius vlulabit sibi.

5 Cor meũ ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Segor vitulam [a] consternantem. Per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt.

6 Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba,defecit germen, viror omnis interiit.

7 Secundum magnitudinem operis & visitatio eorum [a] ad torrentem salicum ducent eos.

8 Quoniam circuibit clamor terminũ Moab: vsque ad Gallim vlulatus eius,& vsque ad Puteum Elim clamor eius.

9 Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta:his qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.

CAP. XVI.

Moab à Deo punitus ob perfidiam,immisericordiam,& arrogantiam suam.

1 EMitte Agnum Domine dominatorem terræ,de Petra deserti ad montem filiæ Sion)

2 Et erit: sicut auis fugiens, & pulli de nido aulantes: sic erunt filiæ Moab in transitu Arnon.

3 Init consilium,coge consilium: pone quasi nocte vmbram tuam in Meridie:absconde fugientes,& vagos ne prodas.

4 Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris:finitus est enim puluis,consummatus est miser,defecit qui conculcabat terram.

5 Et præparabitur in misericordia solium,& sedebit super eum in veritate in tabernaculo Dauid,iudicans & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est.

6 Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde:superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius: plusquam fortitudo eius.

7 Ideirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit:his qui lætantur super muros cocti lateris,loquimini plagas tuas.

Quoniam suburbana Hesebõ deserta sunt, & vineam Sabama domini Gentium exciderunt, flabella eius: vsque ad Iazer peruenerunt,errauerunt in deserto: propagines eius relictæ sunt,transierunt mare.

9 Super hoc plorabo in fletu Iazer, vineam Sabama: inebriabo te lacryma mea Hesebon,& Eleale: quoniam super vindemiam tuam,& super messem tuam vox calcantium irruit.

10 Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo,& in vineis non exultabit neque iubilabit: Vinum in torculari non calcabit qui calcare consueuerat: vocem calcantium abstulit.

11 Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit,& viscera mea ad murum cocti lateris.

12 Et erit, cùm apparuerit quod laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obsecret,& non valebit.

13 Hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab extunc.

14 Et nunc locutus est dicens, In tribus annis quasi anni mercenarii auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur in eo sicut racemus parus & modicus,nequaquam multus.

CAP. XVII.

Assinatem futuram Damascenis ab Assyrii prædicit,in quorum auxilio confidebant decem tribus.Contra decem tribus Damascenis confœderatas prophetat. Calamitas cogit reuerti ad Deum.Iudæi quæque destructi. Ruinam Assyriorum prædicit.

1 ONus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas,& erit sicut aceruus lapidum in ruina,

2 Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat.

3 Et cessabit auxiliorium ab Ephraim,& regnum à Damasco: & reliquiæ Syriæ, sicut gloria filiorum Israel erũt, dicit Dominus exercituum.

4 Et erit in die illa, attenuabitur gloria Iacob,& [a] pingues carnes eius emarcescent.

5 Et erit sicut cõgregans in messe, quod resteterit,& brachium eius spicas leget: & erit sicut quærens spicas in valle Raphaim.

6 Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarum vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinq; in eacuminibus eius.Fructus eius, dicit Dominus Deus Israel.

7 In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient:

8 Et non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius:& quæ operati sunt digiti eius non [a]respicient,lucos & delubra.

9 In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra, & segetes quæ derelictæ sunt à facie filiorũ Israel, &[a]eris deserta.

10 Quia oblita es Dei saluatoris tui,& fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantationem [a] infidelem & germen alienum seminabis.

11 In die plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum florebit: ablata est messis in die hæreditatis,& dolebit grauiter.

12 Væ [a] multitudo populorum multorum,vt multitudo maris sonantis:& tumultus turbarum,sicut sonitus aquarum multarum.

13 Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium,& increpabit eum, & fugiet procul:& rapietur sicut puluis montium à facie venti,& sicut turbo coræ tempestate.

14 In tempore vesperæ,& ecce turbatio: in

matutino, & non subsistet. Hæc est pars eorum, qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

CAP. XVIII.

AEgypto vastitas prædicitur. AEthiopes suscepturi Euangelium Christi.

1 VAE terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina AEthiopiæ, 'quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas.

2 Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam: ad populũ terribilem, post quem non est alius: ad gentem expectantẽ "& conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius: ad montem nominis Domini exercituum, montem Sion.

3 Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis.

4 Quia hæc dicit Dominus ad me, Ego quiescam, & considerabo in loco meo sicut Meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis.

5 Ante messem enim totus [e] effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abscindentur, & excutientur,

6 Et relinquentur simul auibus montium, & bestiis terræ: & æstate perpetua erunt super eum volueres, & omnes bestiæ terræ in per illum hyemabunt.

D 7 In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso & dilacerato: à populo terribili, post quem non fuit alius à gente expectante, expectante & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locũ nominis Domini exercituum, montem Sion.

CAP. XIX.

AEgyptiorum vastatio ab Assyriis. Consilium humanum contra Dominum nihil potest. In sapientes AEgyptios. Spiritus meadaces AEgyptii conuersi ad Christum. Laudatur Christus ab AEgyptiis, Crux. Et in Assyria & in AEgypto Christiani. Genitor Isa. equales.

1 ONus AEgypti: Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur AEgyptum, & commouebuntur simulacra AEgypti à facie eius, & cor AEgypti tabescet in medio eius.

2 Et concurrere faciam AEgyptios aduersus AEgyptios: Et pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suũ, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum.

3 Et dirumperur spiritus AEgypti in visceribus eius, & consilium eius præcipirabo. & interrogabunt simulacra sua, & diuinos suos, & pythones, & ariolos.

4 Et tradam AEgyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus "exercituum,

5 Et arescet aqua de mari, & flumius desolabitur atque siccabitur.

6 Et deficient flumina: "attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum.

7 Calamus & iuncus marcescet, nudabitur [a] alueus riui à fonte suo: & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & non erit.

8 Et mœrebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expãdentes rete super faciem aquarum emarcescent.

9 Confundentur qui operantur linum, plectentes & texentes subtilia.

10 Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebãt lacunas ad capiendos pisces.

11 Stulti principes Taneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. Quomodo "dicetis Pharaoni, Filius sapientium ego: filius regum antiquorum?

12 Vbi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, & indicẽt quid cogitauerit Dominus exercituum super AEgyptum.

13 Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Memphеos, deceperunt AEgyptum, ad [b] rum populorum eius.

14 Dominus miscuit in medio eius spiritum C virginis: & errare fecerunt AEgyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens.

15 Et non erit AEgypto opus quod faciat caput & caudam incuruantem & refrænitem.

16 In die illa erit AEgyptius quasi mulieres & stupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse mouebit super eam.

17 Et erit terra Iuda AEgypto in [d] festiuitatem. Omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilii Domini exercituum quod ipse cogitauit super eam.

18 In die illa erunt quinque ciuitates in terra AEgypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum: Ciuitas solis vocabitur vna.

19 In die illa erit altare Domini in medio terræ AEgypti, & titulus Domini iuxta terminum eius:

20 Et erit in signum & in testimonium Domino exercituum in terra AEgypti. clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & propugnatorem qui liberet eos.

21 Et cognoscetur Dominus ab AEgypto, & cognoscent AEgyptii Dominũ in die illa, & colent eum in hostiis & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & soluent.

22 Et percutiet Dominus AEgyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominũ, & placabitur eis, & sanabit eos.

23 In die illa erit via de AEgypto in Assyrios, & intrabit Assyrius AEgyptum, & AEgyptius in Assyrios: & seruient AEgyptii Assur.

24 In die illa erit Israel tertius AEgyptio & Assyrio.

25 Benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum dicens,

26 Benedictus populus meus AEgypti & opus manuum mearum Assyrio, hæreditas autem mea Israel.

CAP. XX.

AEgyptiorum & AEthiopum captiuitas prædicitur.

In anno

1 IN anno quo ingressus est Thartan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam:

2 In tempore illo locutus est Dominus in manu Esaiæ filii Amos, dicens, Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadẽs nudus, & discalceatus.

3 Et dixit Dominus, Sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus, & discalceatus, triũ annorum signum & portentum erit super AEgyptum & super AEthiopiam:

B 4 Sic minabit rex Assyriorum captiuitatem AEgypti, & transmigrationem AEthiopiæ, iuuenem & senem, [a] nudam & discalceatam: discoopertis natibus ad ignominiam AEgypti.

5 Et timebunt, & confundentur ab AEthiopia spe sua, & ab AEgypto gloria sua.

6 Et dicet habitator insulæ huius in die illa, "Hecce ita erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarẽt nos à facie regis Assyriorum? & quomodo effugere poterimus nos?

CAP. XXI.

Destruenda Babylon prædicitur. Idumæ ruina. Arabum ruina.

1 ONus deserti maris. Sicut turbines ab Africo veniunt, de deserto venit, de terra horribili.

2 Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Ascende AElam, obside Medes: omnem gemitum eius cessare feci.

3 Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis: horrui eum audirem, conturbatus sum cum viderem.

4 Emarcuit cor meũ, tenebræ stupefecerũt me: Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculum.

5 Pone mensam, contemplare in speculo: comedentes & bibentes surgite principes, arripite clypeum.

6 Hæc enim dixit mihi Dominus, Vade, & Pone speculatorem: & quodcunque viderit, annuntiet.

7 Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo intuitu.

Malach. 2. a. 11.

C 8 Et clamauit vt leo, "Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus.

Ierem. 51. d. Apoc. 14. b. 8.

9 Ecce, iste venit ascensor vir bigæ equitũ, & respondit, & dixit, "Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terram.

10 Tritura mea, & filia areæ meæ quæ audiui à Domino exercituum Deo Israel, annũtiaui vobis.

11 Onus Duma. Ad me clamat ex Seir, Custos quid de nocte? custos quid de nocte?

12 Dixit custos, Venit manè & nox: si quæritis, quærite: conuertimini, & venite.

B 13 Onus in Arabia. In saltu, ad vesperam de-

mietis, in semitis Dedanim.

14 Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri: cum panibus occurrite fugienti.

15 A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladii imminentis, à facie arcus extenti, & a facie grauis prælii.

16 Quoniam hæc dicit Dominus ad me, Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarii, & auferetur omnis gloria Cedar.

17 Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuẽtur: Dominus enim Deus Israel locutus est.

CAP. XXII.

Obsidio vrbis Ierusalem à Senacherib. Sobnæ prefectus domus Exechiæ, reiicitur à Deo. Eliacim à Deo vocatur, substituitur in locum Sobnæ. Paxilli siue Sobna interitur.

1 ONus vallis visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta?

2 Clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio: nec mortui tui, bello.

3 Cuncti principes tui fugerunt simul, durẽque ligati sunt: omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt.

B 4 Propterea dixi, Recedite à me, amarè fleboː nolite incumbere vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei.

5 Dies enim interfectionis & conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituum in valle visionis, scrutans murum, & magnificus super montem.

6 Et AElam sumpsit pharetram, currum hominis equitis, & parietem [a] nudabit clypeus.

7 Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta.

8 Et reuelabitur operimentũ Iudæ, & "videbitis in die illa armamentarium domus saltus.

C 9 Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt: & congregastis aquas piscinæ inferioris,

10 Et domos Ierusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum.

11 Et lacum fecistis inter duos muros, "& aquam piscinæ veteris: & non suspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non vidistis.

12 Et "vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad plãctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci:

D 13 Et ecce, gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, "comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Sapi. 2. b. 6. 1. Cor. 15. d. 32. infr. 56. d. 12.

14 Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum, Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit Dominus Deus exercituum.

15 Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositũ templi, & dices ad eum,

vo. ik.

16 Quid tu hic? aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi.
17 Ecce, Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te.
18 Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus domini tui.
19 Et expellam te de statione tua: & de ministerio tuo deponam te.
20 Et erit in die illa: vocabo seruum meum Eliacim filium Helciæ.
21 Et induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domui Iuda.
22 *Et dabo clauem domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.
23 Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris sui.
24 Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum.
25 In die illa, dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est.

Apoc. 3. 7. Iob. 12. 14.

CAP. XXIII.

Tyri excidium. Post septuaginta annos Tyri reparatio promittitur.

1 ONus Tyri. Vlulate naues maris, quia vastata est domus vnde venire consueuerant: de terra Cethim reuelatum est eis.
2 Tacete qui habitatis in insula: negotiatio Sidónis transfretantes mare, repleuerunt te.
3 In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius: & facta est negotiatio Gentium.
4 Erubesce Sidon, ait enim mare, fortitudo maris, dicens, Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines.
5 Cum auditum fuerit in AEgypto, dolebunt cum audierint de Tyro.
6 Transite maria, vlulate qui habitatis in insula.
7 Nunquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum.
8 Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ?
9 Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ.
10 Transi terram tuam quasi fluuium, filia maris, non est cingulum vltrà tibi.
11 Manum suam extendit super mare, conturbauit regna: Dominus mandauit aduersus Chanaam, vt conuerterent fortes eius, & dixit,
12 Non adiicies vltrà vt glorieris, calumniã sustinens virgo filia Sidónis: in Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.
13 Ecce, terra Chaldæorum talis populus non fuit, Assur fundauit eam, in capriuitatem traduxerunt robustos eius: suffoderũt domos eius, posuerunt eam in ruinam.
14 Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra.
15 Et erit in die illa: in oblíuione eris ô Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis.
16 Sume tibi cytharam, circui ciuitatem meretrix obliuiosa: tradite bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit.
17 Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas: & rursum fornicabitur cũ vniuersis regnis terræ super faciem terræ.
18 Et erunt *negotiationes eius, & *merces eius sanctificatæ Domino. Non condentur, neque reponentur: quia his qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

*negotiatio
*merces

CAP. XXIIII.

Desolationem totius orbis describit, vel Iudææ tantùm.

1 ECce, Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & dispergit habitatores eius.
2 *Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: & sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet.
3 Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur.
4 Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ.
5 Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia trãsgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum.
6 Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius. Ideòque infatuati sunt cultores eius, & relinquentur homines pauci.
7 Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.
8 Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ.
9 Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.
10 Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte.
11 Clamor erit super vino in plateis: defecta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ.
12 Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet

opprimet portas.
13 Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quo modo si paucæ olivæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi, cùm fuerit finita vindemia.
14 Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt: cùm glorificatus fuerit Dominus, ululabunt de mari.
15 Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum: in insulis maris nomen Domini Dei Israel.
16 A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti.
17 Et dixi, Secretum meum mihi, secretum meum mihi, væ mihi: prævaricantes prævaricati sunt, & prævaricatione trãsgressorum prævaricati sunt.
18 Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ. Et erit: qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueã, & qui se expliauerit de fouea tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ.
19 Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra,
20 Commotione commouebitur terra: agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis: & grauabit eam iniquitas sua, & corruet: & non adiicet vt resurgat.
21 Et erit in die illa, visitabit Dominus super militiam excelsi in excelso: & super reges terræ, qui sunt super terram.
22 Et congregabuntur in congregatione vnius falcis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur.
23 Et erubescet luna, & confundetur sol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu seniũm suorum fuerit glorificatus.

CAP. XXV.

Gratiis actis vastationem synagogæ & populi Iudaici describit propheta. Fideles, impiis Iudæis mactatis, quamuis inuoluti sint multis malis, seruabuntur per Christum.

1 DOmine Deus meus es tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amen.
2 Quia posuisti ciuitatem in tumultum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum, vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur.
3 Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te.
4 Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, ipse à turbine, vmbraculum ab æstu. Spiritus enim robustorum quasi turbo impellẽs parietem.
5 Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torren te propaginem fortium marcescere facies.
6 Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguiũ, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.
7 Et præcipitabit in monte isto faciẽ vinculi colligati super omnes populos, & telã quam orditus est super omnes nationes.
8 Præcipitabit mortem in sempiternum: & *auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus locutus est.
9 Et dicet in die illa, Ecce Deus noster iste: *expectabimus eum, & saluabit nos iste Dominus, sustinuimus eum, & exaltabimus, & lætabimur in salutari eius.
10 Quia requiescet manus Domini in monte isto: & conculcabitur Moab sub eo, sicuti conculcantur paleæ in plaustro.
11 Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum illusione manuum eius.
12 Et munimenta sublimium murorum tuorum concidet, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad pulverem.

Apoc. 7. d 21. 4. 4.

*expectauimus

*pedes

CAP. XXVI.

Ecclesia Christi describitur. Impiorum exitium, flagella non videntium. Pax fidelibus. Opera bona operatur Deus in nobis. Tribulationibus compellit Deus nos ad se. Consolatio in afflictionibus, & exhortatio ad patientiam.

1 IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda, Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator, ponetur in ea murus & antemurale.
2 Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.
3 Vetus error abiit: seruabis pacem: pacem, quia in te speranimus.
4 Sperate in Domino in seculis æternis, in in Domino Deo forti in perpetuum.
5 Quia incurvabit habitantes in excelso ciuitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad pulverem.
6 Conculcabit eam pes, *pes pauperis, gressus egenorum.
7 Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.
8 Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ.
9 Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te: cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.
10 Misereamur impio, & non discet iustitiã facere, in terra sanctorum iniqua gessit: & non videbit gloriam Domini.
11 Domine exaltetur manus tua, vt non videant: videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.
12 Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.
13 Domine Deus noster possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui:
14 Morientes non viuant, gigantes non resurgant, propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriã eorum.
15 Induxisti genti Domine, induxisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ.

*pedes

16 Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.
17 Sicut quæ concepit, cum appropinquare rit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine.
18 Concepimus, & quasi parturiuimus: & peperimus spiritum salutis: iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ.
19 Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.
20 Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.
21 *Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatē habitatoris terræ contra eum: & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltrà interfectos suos.

CAP. XXVII.

Regnū omnia sub aduentu Christi destructa à Romanis, & pax per totum orbem. Prædicatio Euangelii. Fides Gentium.

1 IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti, super leuiathan serpentem vectem, & super leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui in mari est.
2 In die illa vinea meri cantabit ei.
3 Ego dominus qui seruo eam, repētè propinabo ei: ne forte visitetur contra eam, nocte & die seruo eam.
4 Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam, & veprem in prælio: gradiar super eam, succendam eam pariter?
5 An portas *tenebo fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?
6 Qui *ingrediuntur impetu ad Iacob: florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine.
7 Nunquid iuxta plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est?
8 In mensura contra mensuram cùm abiecta fuerit *iudicabis eam: *meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.
9 Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus vt auferatur peccatum eius, cùm posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra.
10 Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur & dimittetur quasi deserta: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates eius.
11 In siccitate *messis illius conterētur: mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius qui fecit eum: & qui formauit eum, non parcet ei.
12 Et erit in die illa percutiet Dominus ab aluco fluminis vsque ad torrentem AEgypti, & vos congregabimini vnus & vnus filii Israel.
13 Et erit in die illa clangetur in turba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui ejecti erant de terra AEgypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.

CAP. XXVIII.

Israelis destructio ab Assyriis, quòd Iudam contemnerent. In sacerdotes & prophetas verbū Dei coarripientes. In Iudæos, prophetarum subsannatores. Euangelii prædicatio. Perditio illusorum verbi Dei, emptorum securitas. Christus credentibus salus. Afflictio non recipientibus Christum. Exhortatio ad pœnitentiam. Saluandi pauci. De piorum afflictione, inter quos alii magis, alii minus afflīguntur.

1 VAE coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, & gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes à vino.
2 Ecce validus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarū multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam.
3 Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim,
4 Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticē vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem Autumni: quòd cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud.
5 In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ & sertum exultationis residuo populi sui:
6 Et spiritus iudicii sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam.
7 Verum hi quoq; præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoranerunt iudicium.
8 Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita vt nō esset vltrà locus.
9 Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus?
10 Quia Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.
11 *In loquela enim labii, & lingua altera loquetur ad populum istum:
12 Cui dixit, Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire.
13 Et erit eis verbū Domini, Manda, remanda, manda remanda: expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicum ibi, modicum ibi; vt vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.
14 Propter hoc audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Ierusalem.
15 Dixistis enim, Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundās cùm transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.

Idcirco

16 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet.
17 Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura: & subuertet grando spem mendacij, & protectionem: aquæ inundabunt,
18 Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cùm transierit, eritis ei in conculcationem.
19 Quodcunque pertransierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo fola vexatio intellectum dabit auditui.
20 Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrumque operire non potest.
21 *Sicut enim in monte diuisionis stabit Dominus, *sic in valle quæ est in Gabaon iratus est: vt faciat opus suum, alienum est opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.
22 Et nunc nolite illudere, ne forte cōstringantur vincula vestra. Consummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super vniuersam terram.
23 Auribus percipite, & audite vocē meam, attendite, & audite eloquium meum.
24 Nunquid tota die arabit arans vt serat, proscindet & sarriet humum suam?
25 Nōne cùm adæquauerit faciem eius, seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus suis?
26 Et erudiet illum in iudicio, Deus suus docebit illum.
27 Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circumbibet: sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo.
28 Panis autem comminuetur: verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis comminuet eum.
29 Et hoc à Domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

CAP. XXIX.

Destructio Ierusalem. Excæcatio Iudæorum, nequid intelligerent eorum quæ prædicabant prophetæ. Iud. 1 vicelli doctrinas hominum mandata Dei præferentes. In eos qui se peccatores non agnoscunt. Regnum Euangelii à Iudæis superbis ad Gentes cæcas conuersum. Gentes prædicantes gratiam Christi.

1 VAE Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. Additus est annus ad annum, solennitates euolutæ sunt.
2 Et circumuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel.
3 Et circundabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam.
4 Humiliaberis, de terra loquēris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.
5 Et erit sicut pulvis tenuis multitudo vētilantium te: & sicut stipula pertransiens multitudo eorum qui contra te præualebant. Et erit repentè confestim.
6 A Domino exercituum visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis, & flamma ignis deuorantis.
7 Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt, & obsederunt: & præualuerunt aduersus eam.
8 Et sicut somniat esuriens, & comeditcum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquā fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion.
9 Obstupescite, & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & nō à vino: mouemini, & non ab ebrietate:
10 Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis: claudet oculos vestros: prophetas & principes vestros qui vident visiones, operiet.
11 Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas, dicentes, Lege istum: & respondebit, Non possum, signatus est enim.
12 Et dabitur liber nescienti literas, dicenturque ei, Lege: & respondebit, Nescio literas.
13 Et dixit Dominus, *Et quòd appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis.
14 Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eis abscondetur.
15 *Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos, & quis nouit nos?
16 Peruersa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, Non fecisti me, & figmentum dicat fictori suo, Non intelligis.
17 Nōne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur?
18 Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt.
19 Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in Sancto Israel exultabunt:
20 Quoniam defecit qui præualebat, cōsumptus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem,
21 Qui peccare faciebant homines in ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc,& arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto.

22 Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Iacob,qui redemit Abrahã. Non modo confundetur Iacob , nec modo vultus eius erubescet.

23 Sed cùm viderit filios suos,opera manuum mearum,in medio sui sanctificantes nomẽ meum,& sanctificabunt sanctum Iacob , & Deum Israel prædicabunt.

24 Et scient errantes spiritu intellectum, & murmuratores discent legem.

CAP. XXX.

In Iudæos,qui spretis Dei consiliis, suæ prudentiæ confidebant, in eo tantùm spem habentes contra Senna cherib,Iudæi auxilia petebãt ab AEgyptiis,persecutæ à bestijs in striuere. Prophetas Iudæi prohibent verbum Dei annunciare. Pœna in tenebrites dei à Deo, & spretæ ab hominibus auxilium. Promittit Deus misereri à conuersis ad signum. Assyriorum exitium prædicitur. Descriptio inferni.

1 VAE filii desertores, dicit Dominus,vt faceretis consilium & nõ ex me;& ordiremini telam, & nõ per spiritum meum: vt adderetis peccatum super peccatum.

2 Qui ambulatis vt descendatis in AEgyptum,& os meum non interrogastis,sperãtes auxilium in fortitudine Pharaonis , & habentes fiduciam in vmbra AEgypti.

3 Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem,& fiducia in vmbra AEgypti in ignominiam.

4 Fuerant enim in Tani principes tui , & nuntij tui vsque ad Hanes peruenerunt.

5 Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit:non fuerunt in auxilium,& in aliquam vtilitatem , sed in confusionem,& in opprobrium.

6 Onus iumentorum Austri. In terra tribulationis & angustiæ,læna & leo ex eis,vipera & regulus volans portantes super humeros iumentorum diuitias suas , & super gibbum camelorum thesauros suos ad populum qui eis prodesse non poterit.

7 AEgyptus enim frustra & vanè auxiliabitur:ideo clamaui super hoc, Superbia tantùm est,quiescat.

8 Nunc in gressus scribe eã super buxum,& in libro diligenter exara illud , & erit in die nouissimo in testimonium vsque in æternum.

9 Populus enim ad iracundiam prouocans est,& filii mendaces , filii nolentes audire legem Dei.

10 Qui dicunt videntibus, Nolite videre: & aspicientibus,Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt : loquimini nobis placentia , videte nobis errores.

11 Auferte à me viam,declinate à me semitam,cesset à facie nostra sanctus Israel.

12 Propterea hæc dicit Dominus nostet sanctus Israel,Pro eo quod reprobastis verbũ hoc,& speratis in calumnia & in tumultu, & inniti estis super eo:

13 Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subitò , dum non speratur,veniet contritio eius.

14 Et comminuetur,sicut conteritur lagena figuli contritione perualida , & non inuenietur de fragmentis eius testa,in qua portetur igniculus de incendio,aut hauriatur parum aquæ de fouea.

15 Quia hæc dicit Dominus Deus Israel,Si reuertamini & quiescatis,salui eritis:in silentio & in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis:& dixistis,

16 Nequaquã, sed ad equos fugiemus:ideo fugietis.Et super veloces ascendemus:ideo velociores erunt qui persequentur vos.

17 Mille homines à facie terroris vnius & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis,& quasi signum super collem.

18 Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri:& ideo exaltabitur , parcens vobis : quia Deus iudi Dominus , beati omnes qui expectant eum.

19 Populus enim Sion habitabit in Ierusalem:plorans nequaquam plorabit, miserans miserabitur tui: ad vocem clamoris tui statim vt audierit,respondebit tibi.

20 Et dabit vobis Dominus panem artum, & aquam breuem : & non faciet auolare à te vltrà doctorem tuum:& erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.

21 Et aures tuæ audient verbum post tergũ mouentis. Hæc est via, ambulate in ea : & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.

22 Et contaminabis lamiuas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui,& disperges ea sicut immunditiã menstruatæ:Egredere,dices ei.

23 Et dabitur pluuia semini tuo vbicunque seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis. pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiosè.

24 Et tauri tui, & pulli asinorum qui operantur terram, commistum migma comedent,sicut in area ventilatum est.

25 Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnẽ collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum cùm ceciderint turres.

26 Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter , sicut lux septẽ dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui , & percussuram plagæ eius sanauerit.

27 Ecce nomẽ Domini venit de longinquo, ardens furor eius,& grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans.

28 Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli,ad perdendas gentes in nihilum,& frænum erroris quod erat in maxillis populorum.

29 Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solennitatis , & lætitiæ cordis sicut qui pergit cum tibia vt iniret in montem Domini ad fortem Israel.

30 Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ,& terrorem brachij sui ostendet in commistione

exterminationis furoris, & flammæ ignis deuorantis allidet in turbine & in lapide grandinis.

31 A voce enim Domini pauebit Assur virga percussus.

32 Et erit transitus virgæ fundatus , quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos.

33 Præparata est enim ab heri Thopheth, à rege præparata,profũda & dilatata.Nutrimenta eius,ignis & ligna multa:flatus Domini sicut torrẽs sulphuris succẽdens eam.

CAP. XXXI.

Eos qui spe in Deum viuum relicta , confugiunt ad humanum auxilium , percutiet propheta cum suo auxilio. Exhortatio ad fiduciam in Deum. Potentia Dei cadit hostis,non nostris viribus.

1 VAE qui descendunt in AEgyptum ad auxilium in quis sperantes,& habentes fiduciam super quadrigis , quia multæ sunt:& super equitibus,quia præualidi nimis , & non fuit confisi super sanctum Israel,& Dominum non requisierunt.

2 Ipse autem sapiens adduxit malum,& verba sua non abstulit:& consurget contra domum pessimorum,& contra auxilium operantium iniquitatem.

3 AEgyptus,homo,& non Deus:& equi eorum,caro,& non spiritus:& Dominus inclinabit manum suam , & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium ,simulque omnes consumentur.

4 Quia hæc dicit Dominus ad me, Quomodo si rugiat leo,& catulus leonis super prædam suam , cùm occurrerit ei multitudo pastorum,à voce eorum non formidabit,& à multitudine eorum non pauebit: sic descendet Dominus exercituum vt pugnetur super montem Sion , & super collem eius:

5 Sicut aues volantes , sic protteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans,transiens & saluans.

6 Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel.

7 In die enim illa abiiciet vir idola argenti sui,& idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum.

8 Et cadet Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum , & fugiet non à facie gladij , & iuuenes eius vectigales erunt:

9 Et fortitudo eius à terrore transibit , & pauebunt fugientes principes eius : dixit Dominus, cuius ignis est in Sion , & caminus eius in Ierusalem.

CAP. XXXII.

Quale sit regnum Christi, & conditiones regni bene instituti. Iudæorum desitio à post aduentum Christi. Regnum Christi describitur, regnum summæ pacis & securitatis.

1 ECce in iustitia regnabit rex , & principes in iudicio præerunt.

2 Et erit vir sicut qui abscondit à vento, & celat se à tempestate,sicut riui aquarum in sitj, & vmbra petræ prominentis in terra deserta.

3 Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auscultabunt.

4 Et cor stultorum intelliget scientiam , & lingua balborum velociter loquetur & plane.

5 Non vocabitur vltrà is qui insipiens est, princeps:neque fraudulentus appellabitur maior.

6 Stultus enim fatua loquetur , & cor eius faciet iniquitatem , vt perficiat simulationem,& loquatur ad Dominum fraudulenter,& vacuam faciat animam esurientis, & potum sitienti auferat.

7 Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermone mendacij,cùm loqueretur pauper iudicium.

8 Princeps verò, ea quæ digna sunt principe cogitabit,& ipse super duces stabit.

9 Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam, filiæ confidentes percipite auribus eloquium meum.

10 Post dies enim & annos vos conturbabimini confidentes : consummata est enim vindemia,collectio vltrà non veniet.

11 Obstupescite opulentæ,conturbamini confidentes: exuite vos, & confundemini, accingite lumbos vestros.

12 Super vbera plangite , super regione desiderabili , super vinea fertili.

13 Super humum populi mei spinæ & vepres ascendent:quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis?

14 Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est , tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas vsque in æternum, gaudium onagrorum, pabula gregum.

15 Donec effundatur super nos Spiritus de excelso : & erit desertum in Charmel , & Charmel in saltum reputabitur.

16 Et habitabit in solitudine iudicium : & iustitia in Charmel sedebit.

17 Et erit opus iustitiæ pax,& cultus iustitiæ silentium , & securitas vsque in sempiternum.

18 Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis , & in tabernaculis fiduciæ , & in requie opulenta.

19 Grando autem in descensione saltus , & humilitate humiliabitur ciuitas.

20 Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini.

CAP. XXXIII.

Esaias prophetat aduersus Sennacherib. Orat Dei auxilium propheta. Assyrii vastati. Exaltatum Deum prædicat prædicat regnum Christi. Deus bellant pro iudicis , exaltatum vincent hostes. Suam potentiam omnibus notam esse vult Deus. Ierusalem protexit Deus ne à Sennacherib vastaretur. In ecclesia peccati remissio.

1 VAE qui prædaris , nónne & ipse prædaberis? & qui spernis , nonne & ipse spernêris? cum consummaueris depræda tionem,deprædaberis : cum fatigatus desieris contemnere,contemnêris.

2 Domine, misere nostri : te enim expe-

clamus, esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis:
3 A voce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.
4 Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo.
5 Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso: implebit Sion iudicio & iustitia.
6 Et erit fides in temporibus tuis: diuitiæ salutis sapientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius.
7 Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt.
8 Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines.
9 Luxit, & elanguit terra: confusus est Libanus, & obstupuit: & factus est Saron sicut desertus: & concussa est Basan, & Carmelus.
10 Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc sublimabor.
11 Concipietis ardorem, & parietis stipulam: spiritus vester vt ignis vorabit vos.
12 Et erunt populi quasi de incendio cinis: spinæ congregatæ igni comburentur.
13 Audite qui longe estis, quæ fecerim, & cognoscite prope vicini fortitudinem meam.
14 Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas: Quis poterit habitare in vobis cum igne deuorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis.
15 *Qui ambulat in iustitiis & loquitur veritatem, qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum:
16 Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt.
17 Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram delonge.
18 Cor tuum meditabitur timorem: vbi est literatus? vbi legis verba ponderans, vbi doctor paruulorum?
19 Populum imprudentem non videbis, populum alti sermonis: ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapientia.
20 Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferuntur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur.
21 Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluuiorum riui latissimi, & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neque tricris magna transgredietur eum. Dominus enim iudex noster
22 Dominus legifer noster, Dominus rex noster ipse saluabit nos.
23 Laxati sunt funiculi tui, sed non præualebunt: sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam,
24 Nec dicet vicinus, Elangui. Populus qui habitat in ea auferetur ab eo iniquitas.

CAP. XXXIIII.

Postrema synagoge vastatio; qua translatum est regnum & sacerdotium huius populi, ad ecclesiam per apostolos constitutam.

1 ACcedite Gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius.
2 Quia indignatio Domini super omnes Gentes, & furor super vniuersam malitiam eorum interfecit eos: & dedit eos in occisionem,
3 Interfecti eorum proicientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor: tabescent montes à sanguine eorum.
4 Et tabescet omnis malitia cælorum, & complicabuntur sicut liber cæli: & omnis militia eorum defluet, sicut destruit folium de vinea & de ficu.
5 Quoniam inebriatus est in cælo gladius meus: ecce super Idumeam descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudicium.
6 Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum & hircorum, & de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom.
7 Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipinguium:
8 *Quia dies vltionis Domini, annus retributionum iudicii Sion.
9 Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem.
10 Nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: & à generatione in generationem desolabitur, in secula seculorum non erit transiens per eam.
11 Et possidebit illam onocrotalus, & ericius, & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum & perpendiculum in desolationem.
12 Nobiles eius non erunt ibi regem potius inuocabunt: & omnes principes eius erunt in nihilum.
13 Et orientur in domibus eius spinæ & vrtica, & palinus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum.
14 Et occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem.
15 Ibi habebit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit in vmbra eius: illuc congregati sunt milui, alter ad alterum.
16 Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit. quia quod ex ore meo precepit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea.
17 Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum

sum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

CAP. XXXV.

Lætitia & consolatio promittitur redemtis in Christum. Signa aduentus Christi. Christus via ad patrem.

1 LAEtabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.
2 Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.
3 Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.
4 *Dicite, pusillanimes, confortamini, & nolite timere. ecce Deus vester vltionem adducet retributionis: Deus ipse veniet & saluabit nos.
5 *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.
6 Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine.
7 Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci.
8 Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam.
9 Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint.
10 Et redempti à Domino, conuertentur, & venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

CAP. XXXVI.

Sennacherib minatur Ezechiæ, probrisque afficit Deum viuentem. Blasphemia Sennacherib.

1 ET *factum est in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas.
2 Et misit rex Assyriorum Rabsacem de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in via Agri-fullonis.
3 Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba & Ioahe filius Asaph à commentariis.
4 Et dixit ad eos Rabsaces, Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum,
5 Quæ est ista fiducia qua confidis aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me?
6 Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, super Aegyptum, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharao rex Aegypti in omnibus qui confidunt in eo.
7 Quod si responderis mihi, In Domino Deo nostro confidimus: nónne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit, Iudæ & Ierusalem, Coram altari isto adorabis.
8 Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum.
9 Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis domini mei minoribus? Quod si confidis in Aegypto, in quadrigis, & in equitibus:
10 Et nunc nunquid sine Domino ascendi ad terram istam vt disperderem eam? Dominus dixit ad me, Ascende super terram istam, & disperde eam.
11 Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabsacem: Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. Ne loquaris ad nos Iudaice in auribus populi, qui est super murum.
12 Et dixit ad eos Rabsaces, Nunquid ad dominum tuum & ad te, misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista: & non potius ad viros qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum?
13 Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudaice, & dixit, Audite verba regis magni, regis Assyriorum.
14 Hæc dixit rex, Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos.
15 Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicens, Eruēs liberabit nos Dominus, non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum.
16 Nolite audire Ezechiam: Hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam, & vnusquisque ficum suam: & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ.
17 Donec veniam & tollam vos ad terram, quæ est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum.
18 Nec conturbet vos Ezechias, dicens Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dii Gentium vnusquisque terram suam de manu regis Assyriorum.
19 Vbi est deus Emath & Arphad? vbi est deus Sepharuaim? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea?
20 Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat Dominus Ierusalem de manu mea?
21 Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim eis rex, dicens, Ne respondeatis ei.
22 Et ingressus est Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XXXVII.

Mittit nuntios Ezechias ad Esaiam ob Sennacherib. Promittit Deus victoriam Ezechiæ. Blasphemia Sennacherib. Oratio Ezechiæ.

Esaias consolatur Ezechiam, victoriam prenuntians. Angelus Domini occidit exercitum Sennacherib. Occiditur Sennacherib. Asarhaddon regnat pro eo.

1 ET *factũ est cum audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum Domini. 4.Reg.1.

2 Et misit Eliacim qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Esaiam filiũ Amos prophetam, & dixerunt ad eum,

3 Hæc dicit rex Ezechias, Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemiæ dies hæc, quia venerunt filii vsque ad partum, & virtus non est pariendi.

4 Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum Dominum Deum viuentem, & exprobandum sermonibus, quos audiuit dominus Deus tuus: leua ergo orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt.

B 5 Et venerunt serui regis Ezechiæ ad Esaiam.

6 Et dixit ad eos Esaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Ne timeas à facie verborũ quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me.

7 Ecce, ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua.

8 Reuersus est autem Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum præliantem aduersus Lobnam.

9 Audierat enim quia profectus esset de Lachis, & audiuit de Tharáca rege Æthiopiæ, dicentes, Egressus est vt pugnet contra te. Quod cùm audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens.

C 10 Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ, loquentes, Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens, Non dabitur Ierusalem in manum regis Assyriorum.

11 Ecce, tu audisti omnia quæ fecerunt reges Assyriorum omnibus terris, quas subuerterunt, & tu poteris liberari?

12 Nunquid eruerunt eos dii Gentium, quos subuerterunt patres mei Gozam & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar?

13 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Ana & Aua?

14 Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & ascendit in domum Domini, & expandit eos "coram Domino. "Ezechias

15 Et orauit Ezechias ad Dominum, dicens,

16 Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super Cherubim: tu es Deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum & terram.

17 Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi" oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem. "Domine

D 18 Verè enim Domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earum.

19 Et dederunt deos earum igni: non enim erant dii, sed opera manuum hominum, lignum & lapis, & comminuerunt eos.

20 Et nunc Domine Deus noster salua nos de manu eius: vt cognoscant omnia regna terræ, quia tu es Dominus solus.

21 Et misit Esaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum,

22 Hoc est verbum quod locutus est Dominus super eum, Despexit te, & subsannauit te, virgo filia Sion: post te caput mouit, filia Ierusalem.

23 Cui exprobasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem oculorum tuorum?

24 Ad sanctum Israel. In manu seruorum tuorum exprobasti Domino: & dixisti, In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani: & succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius: introibo altitudinem summitatis eius, & saltum Carmeli eius. B

25 Ego fodi, & bibi aquam, & exiccaui vestigia pedis mei omnes riuos aggerum.

26 Nunquid non audisti quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plasmaui illud: & nunc adduxi, & factum est in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munitarum.

27 Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret.

28 Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum ego cognoui, & insaniam tuam contra me: F

29 Cùm fureres aduersùm me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te "in via per quam venisti. "in viam

30 Tibi autẽ hoc erit signũ, Comede de hoc anno, quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio seminate & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum.

31 Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est, radicem deorsum, & faciet fructum sursum:

32 Quia de Ierusalem exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Sion, zelus Domini exercituum faciet istud.

33 Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam: & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. G

34 In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. 4.Reg.19.

35 Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruum meum. 1.Reg.11.

36 *Egressus est autem Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum cẽtum octo gintaquinque millia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. 48.d.24. 1.macha. 7.f.4. macha.8. d.19.

Et

37 Et egressus est, & abiit: & reuersus est Sẽnacherib rex Assyriorum, & habitauit in Niniue.

38 Et factum est cùm adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramélech, & Sarásar filii eius percusserunt eum gladio, fugerúntque in terram Ararat, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

CAP. XXXVIII.

Ægrotat Ezechias. Accipit signum sanitatis in horoscopo. Canticum Ezechiæ.

4.Re.20. c.1. 2.par. 32.f.24. 1 IN *diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: & introiuit ad eum Esaias filius Amos propheta, & dixit ei, Hæc dicit Dominus, Dispone domi tuę, quia moriêris tu, & non viues.

2 Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit,

3 Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno.

4 Et factum est verbũ Domini ad Esaiam, dicens,

5 Vade, & dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuã, & vidi 'lacrymas tuas. Ecce, ego adiiciam super dies tuos quindecim annos, 'lacrymã tuam

6 Et de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegam eam.

B 7 Hoc autem tibi erit signum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus est.

8 Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat.

9 Scriptura Ezechiæ regis Iuda cùm ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua.

10 Ego dixi in dimidio dierum meorũ, vadam ad portas inferi: quæsiui residuum annorum meorum.

11 Dixi, Non videbo Dominũ Deum in terra viuẽtium, non aspiciam hominem vltrà, & habitatorem quietis. C

12 Generatio mea ablata est, & cõuoluta est à me quasi tabernaculũ pastorum: præcisa est velut à texente, vita mea: dum adhuc ordiret, succidit me: de manè vsque ad vesperam finies me.

13 Sperabam vsque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea, de mane vsque ad vesperam finies me.

14 Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba: attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum: Domine vim patior *responde pro me. *sponde

15 Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerim? recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

D 16 Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me.

17 Ecce, in pace, amaritudo mea amarissima: tu autem eruisti animam meam, vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

18 Quia non infernus cõfitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam. O

19 Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

20 Domine saluum me fac, & psalmos nostros cãtabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

21 Et iussit Esaias vt tolleret massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur.

22 Et dixit Ezechias, 'Quod erit signũ, quia ascendam in domum Domini.

CAP. XXXIX.

Ezechias recipit munera à rege Merodach. Increpatur ab Esaia ob ostentatos thesauros.

1 *IN tempore illo misit Merodach Baladã filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotasset, & conualuisset. 4.Reg.20. c.12.

2 Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramẽtorum, & vnguẽti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. B

3 Introiuit autem Esaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei, Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me de Babylone.

4 Et dixit Esaias, Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias, Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt: non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis. C

5 Et dixit Esaias ad Ezechiã, Audi verbum Domini exercituum,

6 Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dicit Dominus. D

7 Et de filiis tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

8 Et dixit Ezechias ad Esaiam, Bonum verbum Domini quod locutus est. Et dixit, Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis.

CAP. XL.

Lætitia & remissio peccatorũ per Christum. Ioãnes Baptista annũtiat Christum. Hominis fragilitas. Verbum Dei. Christi aduentus. Pastor Christus. Dei potentia & benignitas. Gentium imbecillitas. In idololatras. Increpat eos qui dicunt se Deo non esse curæ.

1 CONsolamini, cõsolamini populo meus, dicit Deus vester:

2 Loquimini ad cor Ierusalem, & auocate eam: quoniam cõpleta est 'malitia eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis 'militia, sic legendũ ex He bræo.

fuit.

Matt.3.a. Marc.1.a. Luc.3.a. Ioan.1.c.23. 3 *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

4 Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & asperа in vias planas.

B 5 Et revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.

6 Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo?

7 Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnū, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo. Vere fœnum est populus:

Ioan.12.c.24. 8 Exiccatum est fœnum, & cecidit flos: *verbum autem "Domini nostri manet in æternum.

* Deus
* quę, fœnę. Hebraicè.

9 Super montem excelsum ascende tu "qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere. Die ciuitatibus Iudæ,

C 10 Ecce Deus vester: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce, merces eius cum eo, & opus illius coram illo.

Ioan.10.b.11, ezech. 34.f.23, & 37.f.24 11 *Sicut pastor, gregē suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.

12 Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit: quis appēdit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera?

Rom.11.d. 34.1.cor. 2.d.16. 13 *Quis adiuuit Spiritū Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi?

14 Cum quo iniit consiliū, & instruxit eū, & docuit eum semitā iustitiæ, & eruditit eum "scientia, & viam prudentiæ ostendit illi?

* scientiā

D 15 Ecce, Gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum staterę reputatæ sunt: ecce, insulæ quasi puluis exiguus.

16 Et Libanus non sufficiet ad succēdendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum.

17 Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatę sunt ei.

18 Cui ergo similem fecistis Deum, aut quā imaginem ponetis ei?

* conflauit
" aurifex

19 Nunquid sculptile "conflabit faber? aut "artifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius?

E 20 Forte lignum & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulacrum quod non moueatur.

* scitis?

21 Nunquid non "scietis? nunquid non audistis? Nunquid non annuntiatum est vobis ab initio? nunquid non intellexistis fundamenta terræ?

F 22 Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locusta: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.

* plantator, neq; satus, neque radicato in terra trū-

23 Qui dat secretorū scrutatores quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit:

24 Equidem neque *plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum

repentè flauit eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.

25 Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit Sanctus?

26 Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiā eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis, & roboris, vir tutisque eius, neque vnum reliquum fuit.

27 Quare dicis Iacob & loqueris Israel, Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum "transiuit?

G

* trāsibit

28 Nunquid nescis, aut nō audisti, Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, & non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius?

29 Qui dat lasso virtutem: & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat.

30 Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.

31 Qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut Aquilæ, current & non laborabunt, ambulabūt & non deficient.

CAP. XLI.

Disceptat Deus cum populis & gentibus de potentia & misericordia sua, tanquam coram iudicibus causam agens. Confutatis omnium ad satisfaciendum idolum. Consolantur pios, vt constanter ferant aduersa, prædicitúrque Dei tum in omnibus adfuturum. Idolorum vanitate in annuntiandis futuris irridetur à Deo. Deus solus qui futura præmuntiat. Christi ad vectum prædicit damonibus maxime terribilem. Omnes suos persecutores, & Christo iniuriosos esse egent.

1 TAceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinē: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.

2 Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebunt: dabit quasi puluerem gladio eius, "sicut stipulā vento raptam arcui eius.

" & E

3 Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit.

4 Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, *primus & nouissimus ego sum.

* pri mus. Infr.44.b. 6.48.b.12. apocal. 1.a.17. & 22.d.13

5 Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt, & accesserunt.

6 Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, Confortare.

7 Confortauit faber ærarius percutiēs malleo, eum qui cudebat tum temporis, dicēs glutino, Bonum est: & confortauit eum clauis, vt non "moueatur.

, mouea- retur.

8 Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei,

9 In quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocani te, & dixi tibi, Seruus meus es tu, elegi te, & nō abieci te.

C

10 Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepi te dextera iusti mei.

11 Ecce confundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi.

12 Quæres eos, & non inuenies: viros rebelles tuos, & erunt quasi non sint: & veluti cō sumptio "hominis bellantis aduersum te:

* homines bellantes

13 Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicēnsque tibi, Ne timeas, ego adiui te.

D 14 Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus sanctus Israel.

15 Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra ferrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi pulverem pones.

16 Ventilabis eos, & vētus tollet eos, turbo dispergit eos: & tu exultabis in Domino, in sanctō Israel lætaberis.

17 Egeni & pauperes quærūt aquas, & non sunt: lingua eorū siti aruit. Ego Dominus exaudiā eos, Deus Israel nō derelinquam eos.

E

* supremis

18 Aperiam in * supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.

19 Dabo in solitudinē cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deserto abietem, vimum & buxum simul.

20 Vt videant, & sciant, & recogitēt, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & Sanctus Israel creauit illud.

21 Propè facite iudicium vestrum, dicit Dominus: afferte, siquid fortè habetis dixit rex Iacob.

F 22 Accedant, & nuntiant nobis quæcunque vētura sunt: priora quæ fuerunt nuntiate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis.

23 Annuntiate quę vētura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis vos: bene quoque, aut malè, si potestis, facite: & loquamur, & videamus simul.

24 Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est: abominatio est qui elegit vos.

G 25 Suscitauit ab Aquilone, & veniet ab ortu solis: vocabit nomen meum, adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum.

26 Quis annuntiauit ab exordio, vt sciamus: & a principio, vt dicamus, iustus es? non est neque annuntians, neque prædicans, neque audiens sermones vestros.

27 Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Ierusalem euangelistam dabo.

28 Et vidi, & non erat, neque ex istis quisquam qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum.

29 Ecce omnes iniusti, & vana opera eorū, ventus & inane simulacra eorum.

CAP. XLII.

Christum patri placet. Leuitas Christi. Deus. Christus fœdus nostrum. Gloria & laus Dei. Orientales Christo credituri. Fidelibus in afflictione etiam si nullum appareat auxilium, tamen iuuantur. Increpantur increduli Iudæi, qui auulsi à fide diuersi sunt à Deo.

1 ECce seruus meus, suscipiā eum: electus meus, * complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet.

* Mat.12. b.18.

2 Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris.

3 Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium.

4 Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt.

5 Hęc dicit Dominus Deus creans cælos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.

6 Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. Et * dedi te in fœdus populi, in lucem Gētium:

* In.49.b.8.

7 Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris.

8 Ego Dominus, hoc est nomen meū: * gloriam meā alteri non dabo, & laudē meam sculptilibus.

B * In.48.b.11.

9 Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuntio: antequam oriātur, audita vobis faciam.

10 Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo eius: insulæ, & habitatores earum.

11 Subleuetur desertum & ciuitates eius: in domibus habitauit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt.

12 Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt.

* &

13 Dominus sicut fortis egredietur, * sicut vir prælliator suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur.

C 14 Tacui semper, silui, patiēs fui, sicut parturiēs, loquar, dissipabo, & absorbebo simul.

15 Desertos faciam montes & colles: & omne gramen eorum exiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam.

16 Et * educā cæcos in viam quam nescierunt: & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucē, & prava in recta. Hæc verba feci eis, & non dereliqui eos.

* ducam

17 Conuersi sunt retrorsum: confundantur confusione qui confidunt in sculptili, * qui dicunt conflatili, Vos dii nostri.

18 Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.

19 Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuntios meos misi? quis cæcus nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini?

20 Qui vides multa, nónne custodies? qui aperтas habes aures, nónne audies?

21 Et Dominus voluit vt sanctificaret eum

& magnificaret legem,& extolleret.

22 Ipse autem populus direptus,& vastatus: laqueus iuuenū omnes, & in domibus carcerum abscondit sunt: facti sunt in rapinā, nec est qui eruat:in direptionem, nec est qui dicat,Redde.

23 Quis est in vobis qui audiat hoc,attēdat, & auscultet futura?

24 Quis dedit in direptionē Iacob & Israel vastantibus? Nónne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in vīs eius ambulare,& non audierunt legem eius.

25 Et effudit super eum indignationem furoris sui,& forte bellum,& combussit eum in circuitu , & non cognouit: & succendit eum,& non intellexit.

CAP. XLIII.

Promittit Christus se liberatorem adfuturū ecclesiæ suæ quam redemit. Gentium vocatio in Dei gloriam. Testimonio omnium populorum probat Deus se Deum verum, & idola vana, ideóque sibi soli fidendum. Commemorata redemptione suorum ex captiuitate Babylonica redit ad liberatem per Christum nobis partā, gentes in vnam ecclesiam suam congregantem. Cultus externus fide destitutus, reiicitur. Christus factus homo, per quem remittuntur nobis peccata.

1 ET nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob,& formans te Israel:noli timere,quia redemi te,& vocaui te nomine tuo: meus es tu.

2 Cùm transieris per aquas , tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne,non combureris,& flamma non ardebit in te:

3 Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus, dedi propitiationē tuā AEgyptum,& AEthiopiam & Saba pro te.

4 Ex quo honorabilis factus es in oculis meis,& gloriosus:ego dilexi te,& dabo homines pro te,& populos pro anima tua.

5 Noli timere,quia ego tecū sum,ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.

6 Dicam Aquilōni,Da:& Austro,Noli prohibere , affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.

B 7 Et omnem qui inuocat nomen meum,in gloriam meam creaui eum,formaui eum,& feci eum.

8 Educ foras populum cæcum,& oculos habentem:surdum,& aures ei sunt.

9 Omnes gentes congregatæ sunt simul,& collectæ sunt tribus : quis in vobis annuntiet istud,& quę prima sunt,audire "vos faciet? dent testes eorum, & iustificentur, & audiant,& dicant,Verè.

11 Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus quē elegi:vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formatus deus,& post me non erit.

11 Ego sum, ego sum Dominus , & non est absque me saluator.

12 Ego annuntiaui,& saluaui:auditum feci, & no fuit in vobis alienus.Vos testes mei, dicit Dominus,& ego Deus.

13 Et ab initio ego ipse,& non est qui de manu mea eruat: operabor,& quis auertet illud?

14 Hæc dicit Dominus redēptor vester sanctus Israel,Propter vos emisi in Babylonē, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldęos in nauibus suis gloriantes.

15 Ego Dominus sanctus vester,creās Israel C rex vester.

16 Hæc dicit Dominus , qui dedit in mari viam,& in aquis torrentibus semitam.

17 Qui eduxit quadrigam & equum,agmen & robustum, simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum , & extincti sunt.

18 Ne memineritis priorum , & antiqua ne intueamini.

19 Ecce ego facio noua , & nunc orientur, vtique cognoscetis ea : ponam in deserto viam,& in initio flumina.

20 Et glorificabit me bestia agri , dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo,electo meo.

21 Populum istum formaui mihi , laudem meam narrabit.

22 Non me inuocasti Iacob,nec laborasti in me Israel.

23 Non obtulisti mihi arietem holocausti D tui,& victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione , nec laborem tibi præbui in thure.

24 Non emisti mihi argēto calamū,& adipe victimarum tuarum non inebriasti me.Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis,præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.

25 Ego sum,ego sum ipse,qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

26 Redue me in memoriam , & iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris.

27 Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui prævaricati sunt in me.

28 Et contaminaui principes sanctos, "dedi ad internecionem Iacob , & Israel in blasphemiam.

CAP. XLIIII.

Dimissis peccatis, abundantia donorum spiritualium promittitur. Deus prædicat suam potentiam. Idolorum nulla potentia. Populo Dei dimissa peccata. Gratiarum actio. Potentiam suam Deus inculcat, & sua beneficia commemorat.

1 ET nunc audi Iacob serue meus , & Israel quem elegi,

2 Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob,& rectissime quem elegi.

3 Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam . effundam spiritum meum super semen tuum,& benedictionem meam super stirpem tuam.

4 Et germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta prætermeantes aquas.

5 Iste dicet,Domini ego sum:& ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua Domino: & in nomine Israel assimilabitur.

6 Hæc dicit Dominus rex Israel,& redemptor eius Dominus exercituū,*Ego primus & ego nouissimus , absque me non est Deus.

7 Quis similis mei? vocet & annúntiet : & ordinem exponat mihi,ex quo constitui mihi populum antiquum:ventura & quæ futura sunt annuntient eis.

8 Nolite timere,neque conturbemini , extunc audire te feci,& annuntiaui : vos estis testes mei.

B 9 Nunquid est Deus absque me, & formator quem ego non nouerim? Plastæ idóli omnes nihil sunt,& amantissima eorū non proderunt eis.Ipsi sunt testes eorum , quia non vident neque intelligunt , vt confundantur.

10 Quis formauit deum , & sculptile conflauit ad nihil vtile?

11 Ecce, omnes participes eius confundentur : fabri enim sunt ex hominibus:conuenient enim omnes, stabunt & pauebunt , & confundentur simul.

12 Faber ferrarius lima operatus est:in prunis,& in malleis formauit illud,& operatus est in brachio fortitudinis suæ : esuriet & deficiet,non bibet aquam,& lassescet.

13 Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina:fecit illud in angularibus,& in circino tornauit illud:& fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo.

14 Succidit cedros,tulit ilicem, & quercum quæ steterat inter ligna saltus , plantauit pinum,quam pluuia nutriuit,

C 15 Et facta est hominibus in focum : sumpsit ex eis,& calefactus est:& succendit, & coxit panes:de reliquo autem operatus est deū, & adorauit : fecit sculptile,& euruatus est ante illud.

16 Medium eius combussit igni,& de medio eius carnes coxit & comedit:coxit pulmentum,& saturatus est,& calefactus est, & dixit,Vah , calefactus sum,vidi focum.

17 Reliquum autem eius deum fecit & sculptile sibi:euruatur ante illud, & adorat illud,& obsecrat,dicēs,Libera me: quia deus meus es tu.

18 Nescierunt , neque intellexerunt : obliti enim sunt , ne videant oculi eorum , & ne intelligant corde suo.

19 Non recogitant in mente sua , neque cognoscunt,neque sentiūt,vt dicant,Medietatem eius combussi igni,& coxi super carbones eius panes:coxi carnes & comedi,& de reliquo eius idōlum faciam,"ante truncum ligni procidam.

20 Pars eius cinis est:cor insipiens "adorabit illud , & non liberabit animam suam, neq; dicet, Fortè mendacium est in dextera mea.

21 Memento horum Iacob,& Israel, quoniā seruus meus es tu:formaui te, seruus meus es tu Israel,non obliuiscaris mei.

D 22 Deleui vt nubē iniquitates tuas , & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te.

23 Laudate cæli,quoniam misericordiam fecit Dominus:iubilate extrema terræ:resonate montes laudationem,saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob,& Israel gloriabitur.

24 Hæc dicit Dominus redemptor tuus , & formator tuus ex vtero , Ego sum Dominus faciens omnia , extendens cælos solus, stabiliens terram , & nullus mecum.

25 Irrita faciens signa diuinorum,& ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum ,& scientiam eorum stultam faciens.

26 Suscitans verbum serui sui, & consilium nuntiorum suorum coplens. Qui dico Ierusalem, Habitaberis : & ciuitatibus Iudæ, AEdificabimini,& deserta eius suscitabo.

27 Qui dico profundo,Desolare, & flumina tua arefaciam. E

28 Qui dico Cyro , Pastor meus es : & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, AEdificaberis : & templo, Fundaberis.

CAP. XLV.

De restituendis Iudæis per Cyrum, prophetat Esaias. Iudæorum suspiria in captiuitate optata remissionem peccatorum. Impii offensi in factis Dei quòd populus Dei affligatur. Cyro a Deo missō vt reduceret captiuos Iudæos, promittitur imperium etiam in aliās gentes. Iudæi reducendi è captiuitate. Insultatio in Babylonios. Fidem requirit Deus in suas promissiones promittentes salutem.

1 HAEc dicit Dominus christo meo Cyro,cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes,& dorsa regum vertā,& aperiam coram eo ianuas,& portæ non claudentur.

2 Ego ante te ibo:& glorioſos terræ humiliabo:portas æreas conteram,& vectes ferreos confringam.

3 Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum:vt scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Israel.

4 Propter seruū meum Iacob,& Israel electum meum,& vocaui te " nomine tuo: assimilaui te,& non cognouisti me. "in

5 Ego Dominus , & non est "alius: extra me non est Deus : accinxi te , & non cognouisti me. "ampli in

6 Vt sciant hi qui ab Ortu solis , & qui ab Occidente,quoniam absque me non est.

7 Ego Dominus,& non est alter : formans lucem,& creans tenebras : faciens pacem, & creans malum : ego Dominus faciens omnia hæc.

8 Rorate cæli desuper , & nubes pluant iustum:aperiatur terra , & germinet saluatorem:& iustitia oriatur simul:ego Dominus creaui eum. B

9 Væ qui contradicit " fictori suo , testa de familis terræ.*Nunquid dicet lutum figulo suo, Quid facis,& opus tuum absque manibus est? *factor i Rs.9.d.20 ier.18.a.6.

10 Væ qui dicit patri, Quid generas:& mulieri, Quid parturis?

11 Hæc dicit Dominus sanctus Israel plastes eius, Ventura interrogate me: super filios meos, & super opus manuũ mearum mandastis mihi,
Ego feci terram: & hominem super eam creaui: ego, & manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandaui.
13 Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatẽ meam dimittet, non in pretio, neque in mulieribus, dicit Dominus Deus exercituum.
14 Hæc dicit Dominus, Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus.
15 Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator.
16 Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.
17 Israel saluatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis vsque in seculum seculi.
18 Quia hæc dicit Dominus, (creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanũ creauit eam: vt habitaretur formauit eam, ego Dominus, & non est alius)
19 Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso: non dixi semini Iacob, Frustra quærite me. ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta.
20 Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem.
21 Annuntiate, & venite, & consiliamini simul: quis audiendum fecit hoc ab initio, extunc prædixit illud? Nunquid non ego Dominus, & non est vltrà Deus absque me? Deus iustus & saluans non est præter me.
22 Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius.
23 In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum: & non reuertetur:
*quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ergo in Domino.
24 Dicet, Meæ sunt iustitiæ & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei.
25 In Domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel.

Rom. 14. b. 22. Philip. 2. b. 10.

CAP. XLVI.

Idola Babyloniorum destruenda. Deus ad sui cognitionem filios Israel vocat, vt ei omnia accepta ferant, non idolis, promittens per Cyrum liberationem. Infidelet promissa salui non credentes.

1 COnfractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulacra eorum bestiis & iumentis, onera vestra graui pondere vsq; ad lassitudinem.
2 Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, animæ eorum in captiuitatem ibit.
3 Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua.
4 Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo & saluabo.
5 Cui assimilastis me, & adæquastis & comparastis me, & fecistis similem?
6 Qui confertis aurum de sæculo, & argentum stateram ponderatis: conducentes artificem, vt faciat deum: & procidunt & adorant.
7 *Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo, & stabit. ac de loco suo non mouebitur, sed & cum clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos.
8 Mementote istud, & confundamini: reddite præuaricatores ad cor.
9 Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, & nõ est vltrà Deus nec est similis mei.
10 Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet:
11 Vocans ab Oriente iustum, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. & locutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam illud.
12 Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia.
13 Propè feci iustitiam meam, non elongabitur: & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

Aurifices. Baruch 6. c. 25. Consumdimini

CAP. XLVII.

Regni Babyloniis destructio.

1 DEscende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vlera non vocaberis mollis & tenera.
2 Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina.
3 *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum, vltionem capiam, & non resistet mihi homo.
4 Redemptor noster, Dominus exercituum, nomen illius sanctus Israel.
5 Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltrà domina regnorum.
6 Iratus sum super populum meum, contaminauit hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde.
7 Et dixisti, In sempiternum ero domina: non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.
8 Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.
9 *Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas, & viduitas. vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.
10 Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti, Non est qui videat me. Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo, Ego sum, & præter me non est altera.
11 Veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repentè miseria quam nescies.
12 Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.
13 Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cæli qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex annuntiarent ventura tibi.
14 Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis combusit eos, non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eum.
15 Sic facta sunt tibi in quibuscunque laborasti: negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt, non est qui saluet te.

Isa. 13. b. Ierem. 50. b. 51. b. Apoc. 18. b. 7. Infr. 51. f. 13. Sterili

CAP. XLVIII.

In Iudæos hypocritas, nomine quidem in Deo gloriantes, facta autem Deum negantes. Iudæorum gens obstinata. Expectat nos Deus ad pœnitentiam, vt glorificetur ob seruatum populum. Esaiæ verba consolantis populum in captiuitate.

1 AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iudæ existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini nõ in veritate neque in iustitia.
2 De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt: Dominus exercituum nomen eius.
3 Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repentè operatus sum, & venerunt.
4 Sciui enim quia durus es tu: & neruus ferreus ceruix tua, & frons tuaærea.
5 Prædixi tibi extunc: antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres, Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista.
6 Quæ audisti, vide omnia: vos autem num annuntiastis? Audita feci tibi noua extunc, & conseruata sunt quæ nescis:
7 Nunc creata sunt, & non extunc: & ante diem, & non audisti ea, ne forte dicas: Ecce ego cognoui ea.
8 Neque audisti, neque cognouisti, neque extũc aperta est auris tua. Scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te.
9 Propter nomen meum longè faciam furorem meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas.
10 Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis.
11 Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer: & *gloriam meam alteri non dabo.
12 Audi me Iacob, & Israel quem ego vocor? ego ipse, *ego primus, & ego nouissimus.
13 Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos: ego vocabo eos, & stabunt simul.
14 Congregamini omnes vos, & audite. quis de eis annuntiauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis.
15 Ego ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eum, & directa est via eius.
16 Accedite ad me, audite hæc: non à principio in abscondito locutus sum, ex tempore antequam fieret, ibi eram, & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius.
17 Hæc dicit Dominus Deus redemptor tuus sanctus Israel, Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas.
18 Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris.
19 Et fuisset quasi arena semen tuũ, & stirps vteri tui vt lapilli eius: non interisset, & nõ foisset attritũ nomen eius à facie mea.
20 Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, & efferte illud vsque ad extrema terræ. Dicite, *Redemit Dominus seruum suum Iacob.
21 Non sitierunt in deserto, cum educeret eos: aquam de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ.
22 *Non est pax impiis, dicit Dominus.

Exod. 17. b. 6. Num. 20. b. 11. Infr. 57. d. 21.

CAP. XLIX.

Ecclesias ex gentibus congregatas, sub nomine insularum alloquitur Christus. Salus & redemptio gentium Christus. Templum aduentus Christi à Deo constitutum, vt misereatur populi sui. Conquerituri ecclesia se a Deo derelictam, quam consolatur Dominus, promittens gentium multitudinem. Ecclesia obsidi Deo vim hostium, à quibus se eam liberaturum promittit Dominus.

1 AVdite insulæ & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei,
2 Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.
3 Et dixit mihi, *Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor.
4 Et ego dixi, In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meũ cum Domino, & opus meum cum Deo meo.
5 Et nunc hæc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel ad eum congregabitur: & *non glorificatus sum in oculis Domini, & Deus

Infr. 52. c. 13. Glorificabor

meus factus est fortitudo mea.

6 Et dixit, Parum est vt sis mihi seruus ad
suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel
conuertendas? *Dedi te in lucem Gentium,
vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.
Supr. 42.6. 49.6. Act. 13.47.
7 Hæc dicit Dominus redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad
abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia
fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te.
2. Cor. 6. d. 2.
8 Hæc dicit Dominus, * In tempore placito
exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum
tui: & seruaui te, & dedi te in fœdus populi,
vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas:
9 Vt diceres his qui vincti sunt, Exite: &
his qui in tenebris, Reuelamini. Super
vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.
Apoc. 7. d. 16.
10 *Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum *potabit eos.
*portabit D
11 Et ponam omnes montes meos in viam,
& semitæ meæ exaltabuntur.
12 Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab
Aquilone & Mari: & isti de terra Australi.
13 Laudate cæli, & exulta terra, iubilate
montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum
miserabitur.
14 Et dixit Sion, Dereliquit me Dominus,
& Dominus oblitus est mei.
15 Nunquid obliuisci potest mulier infantē
suum, vt non misereatur filio vteri sui? &
si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.
E 15 Ecce, in manibus meis descripsi te: muri
tui coram oculis meis semper.
17 Venerunt structores tui: destruentes te, &
dissipantes à te exibunt.
18 *Leua in circuitu oculos tuos & vide, o-
Infr. 60. 4.
mnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his,
velut ornamento vestieris, & circundabis
tibi eos quasi sponsa.
19 Quia deserta tua, & solitudines tuæ, &
terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ
habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbebant te.
20 Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ, Angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem.
21 Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi
istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? ego
destituta & * desolata: & isti vbi hic erant?
*Sola
22 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce, leuabo
ad Gentes manum meam, & ad populos
exaltabo signum meum. Et afferent filios
tuos in vlnis, & filias tuas super humeros
portabunt.
23 Et erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demisso adorabũt
te, & pulverem pedum tuorum lingent. Et
scies quia ego Dominus, super quo non cõfundentur qui expectant eum.
24 Nũquid tolletur à forti, præda: aut quod
captũ fuerit à robusto, saluum esse poterit?
25 Quia hæc dicit Dominus, Equidem & ca
ptiuitas à forti tolletur: & quod ablatum
fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò qui
iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos
ego saluabo.
26 Et cibabo hostes tuos carnibus suis: &
quasi musto, sanguine suo inebriabuntur:
& sciet omnis caro quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis, Iacob.

CAP. L.

Iudæi reiecti a Deo quòd Christum non receperint. Potentia Dei non minuitur. Christus diffamatus. Christi obedientia. Christus constuprans & lapis casus. Christi innocentia auxiliante patre. Inimicis Christi pœnitentibus, venia promittitur.

1 HAEc dicit Dominus, Quis est hic liber
repudii matris vestræ, quod dimisi eam
aut quis est creditor meus, cui vendidi vos?
ecce enim in iniquitatibus vestris venditi
estis, & in sceleribus vestris dimissa mater
vestra.
2 Quia veni, & non erat vir: vocaui, & non
erat qui audiret. Nũquid abbreuiata & pa-
B
rua facta est manus mea, vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce, in increpatione mea deserto faciam mare, ponam flumina in siccum: computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.
3 Induam cælos tenebris, & saccum ponam
operimentum eorum.
4 Dominus dedit mihi linguam eruditam,
vt sciam sustentare eum qui lapsus est, verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurē, vt
audiam quasi magistrum.
5 Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego
autem non cõtradico, retrorsum non abii.
6 Corpus meum dedi percutientibus, & ge-
C
nas meas vellentibus: faciem meam non
auerti ab increpantibus, & conspuentibus
in me.
7 Dominus Deus auxiliator meus, ideo non
sum confusus: ideo posui faciem meam vt
petram durissimam, & scio quoniam non
confundar.
8 Iuxtà est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul: quis est aduersarius
meus? accedat ad me.
9 Ecce Dominus Deus, auxiliator meus,
quis est qui condemnet me? Ecce omnes
quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.
10 Quis ex vobis timens Dominum, audiens
D
vocē serui sui, qui ambulauit in tenebris,
& non est lumen ei? speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.
11 Ecce vos omnes! accedentes ignem accin-
accendite
cti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: domanu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.
tes

CAP. LI.

Fideles exhortatur Deus ad fidem & patientiam exemplo Abrahæ, qui putant se deseruisse. Christus Christi expectatio gentium. Aufert timorem humanum a fidelibus. Docet in quanta miseria agat Ierusalem, prædicturus beneficium liberationis eius.

1 AVdite me, qui sequimini quod iustum
est, & quæritis Dominum: attendite ad
petram vnde excisi estis, & ad cauernam
laci de qua præcisi estis.
2 Attendite ad Abraham patrem vestrum,
& ad Saram quæ peperit vos: quia vnum
vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui
eum.
3 Consolabitur ergo Dominus Sion, & con-
solabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius
quasi hortum Domini: gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, &
E
vox laudis.
4 Attendite ad me populе meus, & tribus
mea me audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet.
5 Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt: me insulæ expectabunt, & brachium
meum sustinebunt.
6 Leuate in cælum oculos vestros, & videte
sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus
Psal. 30.
C
liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: * Salus autem mea in sempiternum
erit, & iustitia mea non deficiet.
7 Audite me, qui scitis iustum, populus
meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias
eorum ne metuatis.
8 Sicut enim vestimentum, sic comedet
eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos
tinea: Salus autem mea in sempiternum
erit, & iustitia mea in generationes generationum.
D
9 Consurge, consurge, induere fortitudine
brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorũ.
Nunquid non tu percussisti superbum, vulneraisti draconem.
10 Nunquid non tu siccasti mare, aquam
abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati?
11 Et nunc qui redempti sunt à Domino,
reuerentur, & venient in Sion laudantes,
& lætitia sempiterna super capita eorum,
gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.
12 Ego ego ipse consolabor vos: quis tu vt
timeres ab homine mortali, & à filio homi-
E
nis, qui quasi fœnum ita arescet?
13 Et oblitus es Domini factoris tui, qui te-
tendit cælos, & fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius,
qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc est furor tribulantis?
14 Cito veniet gradiens ad aperiendum, &
non interficiet vsque ad internecionem,
nec deficiet panis eius.
15 Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui
conturbo mare, & intumescunt fluctus
eius, Dominus exercituum nomen meum.
16 Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra
manus meæ protexi te, vt plantes cælos, &
fundes terram: & dicas ad Sion * Populus
Supr. 49. d. 3.
meus es tu.
17 Eleuare, eleuare, consurge Ierusalē, quæ
F
bibisti de manu Domini calicē iræ eius,
vsque ad fundum calicis soporis bibisti, &
potasti vsque ad fæces.
18 Non est qui sustentet eam ex omnibus
filiis quos genuit: & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos
enutriuit.
19 *Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis
Supr. 47. b. 9.
tristabitur super te? vastitas & contritio, &
fames & gladius, quis consolabitur te?
20 Filii tui proiecti sunt, dormierunt in ca-
G
pite omnium viarum, sicut *bestia illaque-
*oryx il-laqueata
ata plena indignatione Domini, increpatione Dei tui.
21 Idcirco audi hoc paupercula & ebria non
à vino.
22 Hæc dicit dominator tuus Dominus, &
Deus tuus, qui pugnauit pro populo suo,
Ecce tuli de manu tua calicem soporis,
fundum calicis indignationis meæ, non
adiicies vt bibas illum vltrà.
23 Et ponam illum in manu eorum qui te
humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ, Incurua te, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

CAP. LII.

Finem tribulationis pronuntiat à falsis doctoribus & prophetis, sicut olim à captiuitate Babylonica. De prædicatoribus missis ad euangelizandum. Lauat ab remissionem per Christum. Opera post fidem in Christum. De Christi passione & glorificatione.

1 COnsurge, consurge, induere fortitudi-
ne tua Sion, induere vestimentis glo-
riæ tuæ Ierusalem ciuitas Sancti: quia non
adiiciet vltrà vt pertranseat per te incircumcisus, & immundus.
2 Excutere de pulvere, consurge, sede Ieru-
salem, solue vinculū colli tui captiua filia
Sion.
3 Quia hæc dicit Dominus, Gratis venun-
Genes. 46.
dati estis, & sine argento redimemini.
4 Quia hæc dicit Dominus Deus, * In Ægy-
d. 5.
ptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absque vlla
causa calumniatus est eum.
E
5 Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus:
quoniam ablatus est populus meus gratis?
Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus, * & iugiter tota die nomen meum
Rom. 2. d. 24.
blasphematur.
6 Propter hoc sciet populus meus nomen
Ezech. 35. d. 26. Ro. 10. c. 15. nuntium
meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.
7 *Quàm pulchri super montes pedes annun-
Ioel. 3. d. 15.
tiantis & prædicantis pacē: annuntiantis
bonum, prædicantis salutē, dicentis Sion,
*Regnabit Deus tuus?
*Regnauit
8 Vox specula-torum tuorum leuauerunt
C
vocem, simul laudabunt: quia oculo ad
oculum videbunt cum conuerterit Domi-

nus Sion.
9 Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Ierusalem.
10 Parauit Dominus brachium sanctũ suum in oculis omnium Gentium, * & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.
11 Recedite, recedite, exite inde, * pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini.
12 Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit nos Deus Israel.
13 Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.
14 Sicut obstupuerunt super te multi: sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.
15 Iste asperget Gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum, * quia quibus non est narratum de eo, viderunt: & qui nõ audierunt, contempti sunt.

CAP. LIII.

Quòd non omnes obediant Euangelio. Afflictio Christi pro peccatorum nostrorum satisfactione. Omnes peccatores: omnibus Christo opus. Christi innocentia. Iustitia nostra Christus.

1 QVis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?
2 Et* ascendit sicut virgultum coram eo, sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideraui-mus eum:
3 * Despectum, nouissimum virorum, virum dolorum & sciẽtem infirmitatem: & quasi abscondituus vultus eius & despectus, unde nec reputauimus eum.
4 * Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum.
5 * Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.
6 Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.
7 * Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, * sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum.
8 De angustia & de iudicio sublatus est: generationẽ eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum.
9 Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: * eo quòd iniquitatem non fecit, neque dolus fuerit in ore eius.
10 Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.
11 Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua * iustificabit iste iustus * seruus meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit.
12 Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse * peccata multorum tulit, & * pro transgressoribus rogauit.

CAP. LIIII.

Plures ex gentibus Christo credentes quàm ex Iudæis. Promissionem suam de regno Christi confirmat Deus, ne quid timeamus. Consolatio, quæ magnificentia, fecunditas, & fœlicitas regni Christi docetur, Christiani à Deo docti.

1 * LAuda sterilis quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filii desertæ magis quàm eius quæ * habebat virum, dicit Dominus.
2 Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.
3 Ad dexteram enim, & ad lævam penetrabis: & semen tuum Gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.
4 Noli timere, quia nõ confunderis, neque erubescas, non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuiscaris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.
5 Quia dominabitur tui qui fecit te, * Dominus exercituum nomen eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur.
6 Quia vt mulierem derelictam, & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, & vxorẽ ab adolescentia abiectam, dixit Deus tuus.
7 Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.
8 In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus Dominus.
9 Sicut * in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne inducerem aquas * vltrà super terram, sic iuraui vt non irascar tibi, & non increpem te.
10 Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miserator tuus Dominus.
11 Paupercula tempestate conculsa, absque vlla consolatione, Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris,
12 Et ponam iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles:
13 Vniuersos filios tuos * doctos à Domino: & multitudinem pacis filiis tuis.
14 Et in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi.
15 Ecce, accola veniet, qui nõ erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi.
16 Ecce, ego creaui fabrum suffiantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad dis-

sperdendum.
17 Omne vas quod fictum est contra te, non dirigetur, & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hæc est hæreditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me, dicit Dominus.

CAP. LV.

Exhortatio ad audiendum verbum Domini, pœnitentia. Misericordia. Verbum Dei prædicatum fructificant. Laticia.

1 OMnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.
2 Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate?
3 Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum * misericordias Dauid * fidelis.
4 Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus.
5 Ecce, gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel: quia glorificauit te.
6 Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.
7 Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.
8 Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus.
9 Quia sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.
10 Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti:
11 Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.
12 Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.
13 Pro * salicunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

CAP. LVI.

Exhortatur ad iudicium, iustitiam & sabbathismum. Consolatur proselytos, qui in numerum fidelium recepti desperabant se salutem iri, quia non de semine Abrahæ erant. Increpatio episcoporum inhibitatem.

1 HAEc dicit Dominus, * Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxtà est

salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur.
2 Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud: custodiens sabbathum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum.
3 Et non dicat filius aduenæ, Qui adhæret Domino, dicens, Separatione diuidet me Dominus à populo suo. Et non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridum.
4 Quia hæc dicit Dominus Eunuchus, Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus.
5 Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.
6 Et filios aduenæ qui adhærent Domino vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodientem sabbathum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum:
7 Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo: quia * domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.
8 Ait Dominus Deus qui congregat dispersos Israel, Adhuc congregabo ad eum congregatos eius.
9 Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus.
10 Speculatores eius cæci omnes, nescierũt vniuersi canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia.
11 Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: * omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suã, à summo vsque ad nouissimum,
12 * Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

CAP. LVII.

Iustorum finis incognitus. Pax eorum & requies. Impii vocantur ad iudicium, quibus multa scelera obiiciuntur. Sperantibus in Domino vitæ æternæ hæreditas promittitur. Quæremala iis persuasit.

1 IVstus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia nõ est qui intelligat: a facie enim malitiæ collectus est iustus.
2 Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua.
3 Vos autem accedite huc filii auguratricis, semen adulteris, & fornicariæ.
4 Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? nunquid non vos filii sceleti, semen mendax?
5 Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes parvulos in torrentibus subter eminentes petras?
6 In partibus torrẽtis pars tua, hæc est sors tua; & ipsi effudisti libamen, obtulisti sa-

crificium. Nunquid super his non indignabor?

7 Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias.

8 Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aperta.

9 Et ornasti te regio vnguento, & multipli casti pigmenta tua: misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos.

10 In multitudine viæ tuæ laborasti: non dixisti, Quiescam. vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti.

C 11 Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non recordata, neq; cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi nun videns, & mei oblita es.

12 Ego annunciabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

13 Cum clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montē sanctum meum.

Infrà 62. d. 14 Et dicam, *Viam facite, præbete iter, declimate de semita, auferte offendicula de via populi mei.

15 Quia hæc dicit Excelsus, & sublimis habitans æternitatem, & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritū humilium, & viuificet cor contritorum.

D 16 Non enim in sempiternum litigabo, neq; vsque ad finem irascar: quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.

17 Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum: abscondi à te faciem meam, & indignatus sum: & abiit vagus in via cordis sui.

18 Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius.

19 Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longè est & qui propè, dixit Dominus, & sanaui eum.

20 Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.

Supra 48. d. 22. 21 *Non est pax impiis, dicit Dominus meus.

dicit Deus meus impiis.

CAP. LVIII.

Iustigat prædicatores vt liberè hypocrisin humanorum operum reprehendant. Murmurant hypocritæ. Ieiunium impiorum, & ieiunium Dei. Sabbathum Dei.

1 CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.

2 Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt.

3 Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, omnes debitores vestros repetitis.

4 Ecce, ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester.

B 5 *Nunquid tale est ieiunium quod elegi, *Zac. 8. b. 5* per diem affligere homine animam suam? nunquid contorquere quasi circulū caput suum, & saccum & cinerem sternere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino?

vocabis?

6 Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe.

7 *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuā. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

Mat. 25. c. 35. etc. Iudith. 7. d. 39. etc. 18. b. 16.

C 8 Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.

9 Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum, si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest.

10 Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.

11 Et requiem tibi dabit Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuā, & ossa tua liberabit: & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, D cuius non deficient aquæ.

Inf. 61. d. 4

12 *Et ædificabuntur in te deserta seculorū: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis Ædificator sepiū, auertens semitas in quietem.

13 Si auerteris à sabbatho pedem tuū, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbathum delicatum, & sanctū Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua vt loquaris sermonem:

14 Tūc delectaberis super Domino, & sustolam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum est.

CAP. LIX.

Nostra culpa fit vt neque saluet nos Dominus, neque exaudiat. Iniquitates nostræ recenseantur. Peccata causa sunt exæcationis nostræ. Mundo impietatibus abundante, memor misericordiæ suæ Deus parcit. Verbum Dei in ore ecclesiæ.

ECce, non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat:

Num c. 11. c. 23. supra 50. d. 2.

2 Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.

Manus

Sup. 1. d. 15 3 *Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur.

4 Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet vere: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: *conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.

Iob. 15. d. 35. Psal. 7. d. 15.

5 Oua aspidum ruperunt, & telas aranearum texuerunt, qui comederit de ouis eorum morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum.

2

6 Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.

Prouer. 1. b. 16. vsque Iob. 15.

7 *Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum.

8 Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum: semitæ eorum incurua fecerunt eis: omnis qui calcat in eis ignorat pacem.

nobis, nos

9 Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus.

10 Palpauimus, sicut cæci, parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caligine sicut mortui.

11 Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus: expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis.

C 12 Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te: & peccata nostra responderunt nobis: quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus,

13 Peccare & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacii.

14 Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia à longè stetit.

15 Quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prædæ patuit.

16 Et vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium. Et vidit Deus quia non est vir: & admiratus est, quia non est qui occurrat: & saluabit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.

admiratus est

D

Ephes. 6. b. Sapientiæ. 5. d. 18.

17 *Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis vltionis, & operuit est quasi pallio zeli.

18 Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet.

19 Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab Ortu solis, gloriam eius: cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit.

20 *Et venerit Sion & redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus.

Roma. 11. d. 26.

21 Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo & vsque in sempiternum.

CAP. LX.

Sermo ad ecclesiam quæ per prædicationem Euangelii in toto orbe congregatur, & omnibus bonis abundare incipit. Docet comparatione malorum, quæ passa est ecclesia, quanta bona sit habitura annuntiatio Euangelii. Sol. Luna.

1 SVrge, illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est,

2 Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.

3 Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.

4 *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerūt tibi. filii tui délonge venient, & filiæ tuæ de latere surgent.

Supra 49. c. 18.

5 Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi.

6 Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madiam & Epha: omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.

7 Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo.

B 8 Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?

9 Me enim insulæ *expectabunt, & naues Maris in principio, vt adducam filios tuos de longe: argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te.

expectant

10 Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui.

11 *Et aperietur portæ tuæ iugiter die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur.

Apoc. 21. b. 24.

12 Gens enim & regnum quod non seruierit tibi, peribit: & Gentes solitudine vastabuntur.

13 Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.

C

14 Et venient ad te curui filii eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini, Sion sancti Israel.

15 Pro eo quod fuisti derelicta & odio habi-

ra,& non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationem & generationem.

16 Et fuges lac gentium, & mamilla regum lactaberis : & scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

17 Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos Iustitiam.

D 18 Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.

Aspec. 21.4. & 23,12. & 25.

19 *Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te : sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

20 Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua non minuetur : quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.

21 Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.

22 Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam : ego Dominus in tempore eius subitò faciam istud.

CAP. LXI.

Christus sue vnctus missus ad prædicationem Euangelii. Ministri verbi etiam ex gentibus. Sacerdotes, doctores. Profectus populi, gaudium ministrorum verbi. Exultatio ecclesiæ in spe promissionum Dei lætantis.

Luc.4.c.18 *Dominus

1 *SPiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.

2 Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro : vt consolarer omnes lugentes:

3 Vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronã pro cinere, locum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

B 4 *Et ædificabunt deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem & generationem.

Supra 58. d.12.

5 Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filii peregrinorum, agricolæ & vinitores vestri erunt.

6 Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis, fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria *eorum superbietis.

*eorum

C 7 Pro confusione vestra duplici & rubore laudabunt partem eorum : propter hoc in D terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.

8 Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in *holocaustum : & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.

*holocausto:

9 Et scietur in Gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum : omnes qui viderint eos, cognoscet illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.

D 10 Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo : quia induit me vestimentis salutis : & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratum coronâ, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

11 Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat : sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis Gentibus.

CAP. LXII.

Propheta non cessat propter impios à prædicando de Christo venturo. Ecclesiæ nomen nouum, in qua Dei voluntas fit. Ecclesia dilecta a Deo. Episcopi & ministri vigilantes in verbo. Fructus verbi qui docent ministri. Christi aduentus.

1 PRopter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.

2 Et videbunt Gentes Iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi *nomen nouũ, quod os Domini *nominauit.

*nominabit.

3 Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.

4 Non vocaberis vltrà derelicta : & terra B tua non vocabitur amplius Desolata : sed vocaberis, Voluntas mea in ea : & terra tua *inhabitabitur : quia complacuit Domino in te : & terra tua inhabitabitur.

*inhabitata

5 Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.

6 Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt:

7 Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & C ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem in terra.

8 Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, Si dedero triticum tuum vltrà cibum inimicis tuis : & si biberint filii alieni vinum tuũ in quo laborasti,

9 Quia qui congregabunt illud, comedent, & laudabũt Dominum: & qui comportant illud, bibent in atriis sanctis meis.

D

Supra 57. d.14.

10 *Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate signum ad populos.

11 Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, *dicite filiæ Sion, Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

Matt.21. d.5.Ioã.12. d.15. *g.v.g.

12 Et vocabunt eos Populus sanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis, Quæsita ciuitas, & non derelicta.

CAP LXIII.

Propheta admiratur Christum sanguinolentum. Christus respondet se sanguine inimicorum aspersum, quos solus vicit. Propheta commemorat beneficia Dei erga Israelem. Conqueritur

uentur Iudæi ut à Deo derelictos & traditos in errorem. Salutem precatur.

1 QVis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in sto la sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.

Aspec. 59. c.15.

2 *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

3 Torcular calcaui solus, & de Gentibus nõ est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.

*redemptionis

4 Dies enim vltionis in corde meo, annus *retributionis meæ venit.

5 Circunspexi, & non erat auxiliator : quæsiui, & non fuit qui adiuuaret : & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

B 6 Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.

7 Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum.

8 Et dixit, Veruntamen populus meus est filii non negantes : & factus est eis saluator.

C 9 In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi.

*Sanctum

10 Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum *sancti eius : & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.

Exod.14.d.30.

11 Et recordatus est dierum seculi Moysi & Populi sui: Vbi est qui *eduxit eos de Mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?

*eduxit

12 Qui *eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ : qui scidit aquas ante eos, vt *facerent sibi nomen sempiternum.

*faceret

13 Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.

14 Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit : sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.

D

Deut.26. d.15.& 28. d.9. Psal.32. d.15.

15 *Attende de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo & solio gloriæ tuæ : vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se.

16 Tu enim pater noster, & Abraham nescîuit nos, & Israel ignorauit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum.

17 Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: induratti cor nostrum, ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ.

18 Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum : hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam.

19 Facti sumus quasi in principio, cùm non dominaueris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

CAP. LXIIII.

In tanta Iudæorum perseuerata propheta, quo profundissimis desideriis summo deplorant exilium. Omnes peccatores. Orat Deum propheta vt populum suum non abiiciat.

1 VTinam dirumperes cælos, & descenderes à facie tua montes defluerent.

2 Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur.

3 Cùm feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerunt.

1.Cor.2. d.9.

4 *A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus nõ vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te.

B

5 Occurristi lætanti, & facienti iustitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce, tu iratus es, & peccauimus : in ipsis fuimus semper, & saluabimur.

6 Et facti sumus vt *immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ : & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.

*Immundus

7 Non est qui inuocet nomen tuum : qui C consurgat & teneat te : abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

8 Et nunc Domine, pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

9 *Ne irascaris Domine satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ: ecce respice, populus tuus omnes nos.

Psal.78. b.8.

10 Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion D deserta facta est, Ierusalem desolata est.

11 Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis : & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

12 Nunquid super his continebis te Domine, tacebis & affliges nos vehementer?

CAP. LXV.

Gentium vocatio. Gentes quales. Idololatræ puniendi. Ex Iudæis reliquiæ saluandæ, & vehementer multiplicandæ. Infidelibus pœnæ minantur. Fidelium gaudia, & impiorum supplicia. Quantum gaudium in Ecclesia spiritibus per Christum regenerandis. Incitatio ad orationem. Regnum Christi pacatissimum.

Rom.10. d.21.

1* QVæsierunt me, qui antè non interrogabant, inuenerunt, qui non quæsierunt me, dixi. Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ nesciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum.

2 Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas.

3 Populus qui ad iracundiam prouocat me
ante faciem meam semper: qui immolant
in hortis, & sacrificant super lateres.
4 Qui habitant in sepulchris, & in delubris
idolorum dormiunt: qui comedunt carnem
suillam, & ius prophanum in vasis eorum:
5 Qui dicunt, Recede à me, non appropin-
ques mihi: quia immundus es. Isti fumus
erunt in furore meo, ignis ardens tota die.
6 Ecce, scriptum est coram me: non tace-
bo, sed reddam & retribuam in *sinu eorum
iniquitates vestras, & iniquitates patrum
vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrifi-
cauerunt super montes, & super colles ex-
probauerunt mihi, & remetiar opus eorum
primum in sinum eorum.
B 7 Hæc dicit Dominus, Quomodo si inue-
niatur granum in botro, & dicatur, Ne dissi-
pes illud, quoniam benedictio est: sic fa-
ciam propter seruos meos, vt non dispere
dam totum.
8 Et educam de Iacob semen, & de Iuda
possidentem montes meos: & hereditabunt
eam electi mei, & serui mei habitabunt
ibi.
9 Et erunt campestria in caulas gregum, &
vallis Achor in cubile armentorum popu-
lo meo, qui requisierunt me.
10 Et vos qui dereliquistis Dominum, qui
obliti estis montem sanctum meum, qui po-
nitis fortunæ mensam, & libatis super eam,
11 Numerabo vos in gladio, & omnes in cæ-
de corruetis: *pro eo quod vocaui, & non
respondistis mihi: locutus sum, & non au-
distis, & faciebatis malum in oculis meis: &
quæ nolui elegistis.
12 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus,
Ecce, serui mei comedent, & vos esurietis:
ecce, serui mei bibent, & vos sitietis:
C 13 Ecce, serui mei lætabuntur, & vos confun
demini:
14 Ecce, serui mei laudabunt præ exultatione
cordis: & vos clamabitis præ dolore cor
dis, & præ contritione spiritus vlulabitis.
15 Et dimittetis nomen vestrum in iuramen
tum electis meis: & interficiet te Dominus
Deus, & seruos suos vocabit nomine alio.
16 In quo qui benedictus est super terram,
benedicetur in *Domino amen: & qui ju-
rat in terra, iurabit in Deo amen: quia obli
uioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia
absconditæ sunt ab oculis nostris.
17 Ecce enim *ego creo cælos nouos, & ter-
ram nouam: & non erunt in memoria prio
ra, & non ascendent super cor.
18 Sed gaudebitis & exultabitis vsque in
sempiternum in his quæ ego creo: quia
ecce ego creo Ierusalem exultationem, &
populum eius gaudium.
19 Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in
populo meo: & non audietur in *eo vltrà
vox fletus, & vox clamoris.
D 20 Non erit ibi amplius infans dierum, &
senex qui non impleat dies suos: quoniam
puer centum annorum morietur, & pecca-
tor centum annorum maledictus erit.
21 Et ædificabunt domos, & inhabitabunt:
& plantabunt vineas, & comedent fructus
eorum.
22 Non ædificabunt, & alius habitabit: non
plantabunt, & alius comedet: secundum
enim dies ligni, erunt dies populi mei, &
opera manuum eorum *inueterabunt.
23 Electi mei non laborabunt frustra: neque
generabunt in conturbatione: quia semen
benedictorum Domini est, & nepotes eo-
rum cum eis.
24 *Eritque antequam clament, ego exau-
diam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.
25 *Lupus & agnus pascentur simul, & leo &
bos comedent paleas, & serpenti puluis
panis eius: non nocebunt neque occident
in omni monte sancto meo, dicit Do-
minus.

CAP. LXVI.

*Sacrificia Deus reiicit, facta absque misericor-
dia & fide. Consolatur Deus eos qui propter
eum affliguntur, & lætificatur suos ad lætitiam.
Pax in Ecclesia. Consolatio in tribulationi-
bus. Iudicium Dei extremum in hypocri-
tas. Vocatio Gentium per prædicationem
apostolorum. Perpetuæ feriæ & sabbatha
apud Christianos.*

1 HAEc dicit Dominus, *Cælum sedes mea,
terra autem scabellum pedum meo-
rum: quæ est ista domus quam ædificabitis
mihi? & quis est iste locus *requietionis
meæ?
2 Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt
vniuersa ista, dicit Dominus. Ad quem au-
tem respiciam, nisi ad pauperculum, & con
tritum spiritu, & trementem sermones
meos?
3 Qui immolat bouem, quasi qui interficiat
virum: qui mactat pecus, quasi qui excere-
bret canem: qui offert oblationem, quasi
qui sanguinem suillum offerat: qui recor-
datur thuris, quasi qui benedicat idolo.
Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in
abominationibus suis anima eorum dele-
ctata est.
4 Vnde & ego eligam illusiones eorum: & *Prouer. 1.
quæ timebant, adducam eis: *quia vocaui, & c.24. Isai.
non erat qui responderet: locutus sum, & 65.12. Ier.
non audierunt: fecerúntque malum in 7.13. Ier.
oculis meis, & quæ nolui elegerunt. 35.17.
5 Audite verbum Domini, qui tremitis ad
verbum eius: dixerunt fratres vestri odien-
tes vos, & ablicientes propter nomen
meum: glorificetur Dominus, & videbimus
in lætitia vestra: ipsi autem confundentur.
6 Vox populi de ciuitate, vox de templo, C
vox Domini reddentis retributionem ini-
micis suis.
7 Antequam parturiret, peperit: antequàm
veniret partus eius, peperit masculum.
8 Quis audiuit vnquam talem? & quis vidit
huic simile? nunquid parturiet terra in die
vna? aut parietur gens simul, quia partu-
uit & peperit Sion filios suos?
9 Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse
non pariam, dicit Dominus? si ego qui ge-
nerationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait
Dominus Deus tuus?

Lætamini

D 10 Lætamini cum Ierusalem, & exultate in
ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum
ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam.
11 Vt sugatis, & repleamini ab vbere conso-
lationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluа
tis ab omnimoda gloria eius.
12 Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego decli
nabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi
torrentem inundantem gloriam Gentium,
quam sugetis: ad vbera portabimini, & su-
per genua blandientur vobis.
13 Quomodo si cui mater blãdiatur, ita ego
consolabor vos: & in Ierusalem consolabi-
mini.
14 Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa
vestra quasi herba germinabunt, & cogno-
scetur manus Domini seruis eius, & indi-
gnabitur inimicis suis.
E 15 Quia ecce, Dominus in igne veniet, &
*quadri- quasi turbo *quadriga eius: reddere in in-
gæ dignatione furoris sui, & increpationem
suam in flamma ignis.
16 Quia in igne Dominus diiudicabit, & in
gladio suo omnem carnem, & multiplica-
buntur interfecti à Domino.
17 Qui sanctificabantur, & mundos se puta-
bant in hortis post *ianuam intrinsecus,
qui comedebant carnem suillam, & abo-
minationem & murem: simul consumentur,
dicit Dominus.
18 Ego autem opera eorum, & cogitationes
eorum: venio vt congregem cum omnibus
gentibus & linguis: & venient, & videbunt
gloriam meam.
19 Et ponam in eis signum, & mittam ex eis F
qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in
Aphricam, & Lydiam tenentes sagittam: in
Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos
qui non audierunt de me, & non viderunt
gloriam meam.
20 Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus, & adducent omnes fratres vestros de
cunctis gẽtibus domum Domino, in equis,
& in quadrigis, & in lecticis, & in mulis &
in carrucis, ad montem sanctum meum Ie-
rusalem, dicit Dominus, quomodo si infe-
rant filii Israel munus in vase mundo in
domum Domini.
21 Et assumam ex eis in sacerdotes, & Leui- G
tas, dicit Dominus:
22 *Quia sicut cæli noui & terra noua, quæ *Apoc.21.
ego facio stare coram me, dicit Dominus a.1.
Deus: sic stabit semen vestrum, & nomen
vestrum.
23 Et erit mensis ex mense, & sabbathum ex
sabbatho: veniet omnis caro, vt adoret co-
ram facie mea, dicit Dominus.
24 Et egredientur, & videbunt cadauera vi
rorum, qui prævaricati sunt in me: *vermis *Marc.9.
eorum non morietur, & ignis eorum non g.44.
extinguetur: & erunt vsque ad satietatẽ vi-
sionis omni carni.

Hieronymi in Ieremiam præfatio.

IEREMIAS propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Esaiæ & Oseæ, & quibusdã aliis prophetis videtur esse rusticior, sed ieuibus par est, quippe qui eodem Spiritu prophetauerit. Porrò simplicitas eloquii, à loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathothites, qui est vsq; hodie viculus, tribus ab Ierosolymis distans milibus, sacerdos ex sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus, virginitate sua euangelicum virum CHRISTI Ecclesiæ dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer: & captiuitatẽ vtbis atque Iudææ, non solùm spiritu, sed & oculis carnis intuitus est: iam decem tribus Israel Assyrii in Medos transtulerant: iam terras earum, coloniæ Gentium possidebant. Vnde in Iuda tantùm, & in Beniamin prophetauit, & ciuitatis suę ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos mensuræ metri, versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum, quæ apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad priſtinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarii eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Cæterum ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitan tem, inuidorum insaniam prouocare.

Argumentum in Ieremiam.

IEREMIAS Anathothites, qui est viculus, tribus ab Ierosolymis distãs milibus, apud Taphnas in AEgypto à populo lapidibus obrutus, occubuit. Iacet verò in eo loco sepultus quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentibus, AEgyptios à tactu aspidum facit esse securos, magna eum ibi religione AEgyptii veneruntur.

pp.i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROPHETIA IEREMIAE.

CAP. I.

Ieremiæ genus, & quo tempore prophetauit. Ieremias prophetæ Gentium, constatur imperitiam. Dolitur à Deo, animosus efficitur. Ostenditi Deus Ieremiæ nominatim Iudæ, & Hierusalem ruinam à Babyloniis. Iubetur Ieremias verba Dei sine timore nuntiare Iudæ.

1 VERBA Ieremiæ prophetæ filii Helciæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in Terra Beniamin.

2 Quod factū est verbū Domini ad eum in diebus Iosiæ filii Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius.

3 Et factum est in diebus Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedechiæ filii Iosiæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Ierusalem in mense quinto.

B 4 Et factum est verbū Domini ad me dicēs,

5 Priusquam te formarē in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te.

6 Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

7 Et dixit Dominus ad me, Noli dicere, Quia puer sum: quoniam ad omnia quæ mittā te, ibis: & vniuersa quæcunque mandauero tibi loquēris.

8 Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum vt eruam te dicit Dominus.

9 Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit "ad me, Ecce, dedi verba mea in ore tuo: "Dominus

10 Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

C 11 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgā vigilantem ego video.

12 Et dixit Dominus ad me, Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.

13 Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens, Quid tu vides? Et dixi, Ollam succensam ego video, & facies eius à facie Aquilonis.

Iuf.4.6.6. 14 Et dixit Dominus ad me, *Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ.

15 Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem, & super omnes muros eius in circuitu & super vniuersas vrbes Iuda.

D 16 Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libauerunt diis alienis, & adorauerūt opus manuum suarum.

17 Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum; nec enim timere te faciam vultum eorum.

18 *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnā ferream, & in murum æreum super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius & sacerdotibus, & omni populo terræ. *Iu.6.4.27*

19 Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.

CAP. II.

Commemorat Deus beneficia sua erga Iudam. In sacerdotes & prophetas Dei contemptores. Iudæorum malitiam arguit aliarum gentium comparatione. Destructi Iudæi ob derelictum Deum, & fornicationem eorum cum idolis. Iudæos peccatum suum non cognoscentes conuincit Deus peccatores esse, hypocrisis & fornicatores.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens,

2 Vade, & clama in auribus Ierusalem, dicens, Hæc dicit Dominus, recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuę, quādo secutā es me in deserto, in terra quæ non seminatur.

3 Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquūt: mala venient super eos, dicit Dominus.

4 Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes cogitationes domus Israel:

5 Hæc dicit Dominus, Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elōgauerunt se à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt?

6 Et non dixerunt, Vbi est Dominus, qui B ascendere nos fecit de Terra AEgypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo?

7 Et induxit vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & "bona illius: & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. "optima

8 Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus, & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me: & prophetę prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt.

9 Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus: & cum filiis vestris disceptabo.

10 Transite ad insulas Cethim, & videte, & C in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte si factum est huiusce modi,

11 Si mutauit gens deos suos, & certe ipsi non sunt dii. Populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum.

12 Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus.

13 Duo enim mala fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

Numquid

14 Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam?

15 Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem: ciuitates eius exustę sunt, & non est qui habitet in eis.

D 16 Filii quoque Memphеos & Taphnes constupauerunt te vsque ad verticem.

17 Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam?

18 Et nunc quid tibi vis in via AEgypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cū via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis?

19 Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & vide quia malū & amarum est reliquisse te Dominū Deum tuū, & non esse timorem mei apud te: dicit Dominus Deus exercituum.

20 A, seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea: & dixisti, Non seruiam. *In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternaberis meretrix. *Iuf.3.6.6.*

E 21 *Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es "in prauum vinea aliena? *Ps.79.9. Ifa.5.1. "in amaritudinem.*

22 Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.

23 Quomodo dicis, Non sum polluta, post Baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris: cursor leuis explicans vias suas.

24 Onager assuetus in solitudine, in desiderio animę suę attraxit ventum amoris sui, nullus auertet eam: omnes qui quærunt eā non deficiēt, in mēstruis eius inuenient eā.

25 Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Et dixisti, Desperauī: nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.

F 26 Quomodo confunditur fur quando deprehēditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes & sacerdotes, & prophetæ eorum,

27 Dicentes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genuisti. Verterunt ad me tergū, & non faciam: & in tēpore afflictionis suæ, dicent, Surge, & libera nos.

Iuf.11.12. 28 Vbi sunt dii tui, quos fecisti tibi? surgant & liberēt te in tempore afflictionis tuę: *secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda.

29 Quid vultis mecum iudicio contendere, omnes dereliquistis me, dicit Dominus.

30 Frustra percussi filios vestros, disciplinā non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo "vastatur generatio vestra. *Ieremor. Lamentat. 2.* "vastatur

31 Videte verbum Domini, Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus, Recessimus non venient vltrà ad te?

32 Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris.

33 Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas,

34 Et in alis tuis inuētus est sanguis animarum pauperum & innocentum: non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ supra memorani.

35 Et dixisti, Absque peccato, & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce, ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris, Non peccaui. Quām vilis facta es nimis, iterans vias tuas! & ab AEgypto confunderis, sicut confusa es ab Assur.

37 Nam & ab ista egrediēris, & manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.

CAP. III.

Deus misericors populum suum à se reiectum ob fornicationem cum idolis, reuocat ad pœnitentiam. Decem tribus Israel à Deo reiectæ ob fornicationem cum idolis, quas tamen imitatus est Iuda. Adhortatur Israel ad pœnitentiam, promittens ei pastores, qui verum Dei seruitium habeant. Reuertio Israelis ad Deum, consternię peccatum suum.

1 VIRGO dicitur, Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltrà? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit Dominus.

2 Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.

3 Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.

4 Ergo saltē amodo voca me, Pater meus, B dux virginitatis meæ tu es.

5 Nunquid irascēris in perpetuū, aut perseuerabis in finem? Ecce, locuta es, & fecisti mala, & potuisti.

6 Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ regis, Nunquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel? *abiit sibimet super omnē mōtem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. *Supra 2. 20.*

7 Et dixi cùm fecisset hæc omnia, Ad me reuertere: & non est reuersa.

8 Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, C quia prō eo quòd mœchata esset auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudii: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa.

9 Et facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno.

10 Et in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.

11 Et dixit Dominus ad me, Iustificauit ani-

nam suam auersatrix Israel comparatione prævaricatricis Iudæ.

D 11 Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices: Reuerte auersatrix Israel, ait Dominus: & non auertam faciem meam à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum.

13 Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prævaricata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus.

14 Conuertimini filii reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester: & assumam vos, vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.

E 15 Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina.

16 Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis ait Dominus: non dicent vltrà, Arca testamẽti Domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltrà.

17 In tempore illo vocabunt Ierusalem solium Domini, & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi.

18 In diebus illis ibit domus Iuda ad domũ Israel, & venient simul de terra Aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris.

F 19 Ego autem dixi, Quomodo ponam te in filios, & tribuã tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum Gentium? Et dixi, Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.

20 Sed quo modo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus.

21 Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suã, obliti sunt Domini Dei sui.

22 Conuertimini filii reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce, nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster.

G 23 Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israel.

24 Confusio comẽdit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum.

25 Dormiens in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescẽtia nostra vsque ad diem hãc: & non audiuimus vocem Domini Dei nostri.

CAP. IIII.

Vera pœnitentia sive conuersio ad Deum. Hortatur ad circunc isionem præputii cordis. Iudæ vastatio prædicitur propter malitiam cordis. Comparatur propheta populo, prævidens eius vastationem.

1 SI reuertêris Israel ad me, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis,

2 Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsumque laudabunt.

3 Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & habitatori Ierusalem,

4 *Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. *Oseæ 10.

5 Annuntiate in Iuda, & in Ierusalẽ auditũ facite, loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion. B

6 Cofortamini, & nolite stare, *quia malũ ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. *Supra 4.

7 Ascẽdit leo de cubili suo, & prædo Gentium se leuabit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in 'solitudinem: ciuitates tuæ vastabuntur, remanẽtes absque habitatore. 'desolatæ

8 Super hoc accingite vos ciliciis, plangite, & vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini à 'vobis. C 'nobis

9 Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor regis, & cor principum: & obstupescent sacerdotes & prophetæ consternabuntur.

10 Et dixi, Heu heu heu Domine Deus, ergóne decipisti populum istum & Ierusalem dicens, Pax erit vobis: *ecce peruenit gladius vsque ad animam? *&

11 In tempore illo 'dicetur populo huic & Ierusalem, Ventus vrens in viis 'quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, nõ ad ventilandum, & ad purgandum. 'Dicetur 'quæ

12 Spiritus plenus ex his veniet mihi, & nũc ego, sed loquar iudicia mea cum eis.

13 Ecce, quasi nubes ascender, & quasi tempestas currus eius: velociores aquilis equi illius. væ nobis, quoniam vastati sumus. B

14 Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias, vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?

15 Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim.

16 'Dicite Gentibus, Ecce, auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam, 'Concite te Gentes

17 Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus.

18 *Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi, ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. *Sap. 16. 8.

19 Ventrem meum, ventrem meum doleo, & sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælii. E

20 Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repentè vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ.

21 Vsquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?

22 Quia stultus populus meus me non cognouit: filii insipientes sunt, & vecordes sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.

23 Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili. & cælos, & non erat lux in eis.

F 24 Vidi montes, & ecce mouebãtur: & omnes colles conturbati sunt.

25 Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cæli recesserat.

26 Aspexi, & ecce Charmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius.

27 Hæc enim dicit Dominus, Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam.

28 Lugebit terra, & mœrebũt cæli desuper: eo quòd locutus sum, cogitaui, & non *pœnituit me, nec auertar sum ab eo. *pœnitet.

G 29 A voce equitis, & sagittarii fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo.

30 Tu autem vastata quid facies? cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos: frustra componeris, contempserunt te amatores tui, animam tuam 'quærunt. 'quærent

31 Vocem enim quasi parturientis audiui, angustiasvt puerperæ. Vox filiæ Sion 'inter morientes, expandentésque manus suas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. 'super mortem filios exterminandos

CAP. V.

In Iudæa nullus iustus & fidelis inuenitur tam in populo quàm in magistratu, propter quæ deberet Dominus parcere ciuitati. Quare Iudæa vastata sit ab Assyriis. Describit feritatem Chaldæorum, à quibus passuri sunt merito Iudæi. Iudæos quare affligerit Deus.

1 CIrcuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei,

2 Quòd si etiam Viuit Dominus, dixerint & hoc falsò iurabunt.

3 Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & nõ doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti.

4 Ego autem dixi, Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, & iudicium Dei sui.

5 Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui. Et ecce, magis hi simul cõfregerunt iugum, ruperunt vincula.

6 Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum: omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur, quia 'multiplicatæ sunt prævaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum. 'multiplicati sumus

7 Super quo propitius tibi esse potero? filii tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dii: saturaui eos, & mœchati sunt & in domo meretricis luxuriabantur.

8 *Equi amatores in fœminas, & emissarii facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. *Ezech. 22.

9 Nunquid super his nõ visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea?

10 Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere: auferte propagines eius, quia nõ sunt Domini. C

11 Prævaricatione enim prævaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus.

12 Negauerunt Dominum, & dixerunt, Non est ipse: & veniet super nos malum, gladium & famem non videbimus.

13 Prophetæ fuerunt in ventũ locuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo euenient illis.

14 Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Quia locuti estis verbum istud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos.

15 Ecce ego adducã super vos gentẽ de longinquo domus Israel, ait Dominus: gentem robustã, gentẽ antiquã, gentẽ cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

16 Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes.

17 Et comedet segetes tuas, & panem tuum: devorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: & comedet vineam tuam & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.

18 Veruntamẽ in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.

19 *Quòd si dixeritis, Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra: sic seruietis diis alienis in terra non vestra. *Infra 16. 10. E 'hoc

20 Annuntiate 'hæc domui Iacob, & auditũ facite in Iuda, dicentes, 'hoc

21 Audi populestulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis.

22 Me ergo non timebitis, ait Dominus: & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, & præceptum sempiternũ quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterũt: & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud?

23 Populo autem huic factum est cor inerediulũ & exasperans, recesserunt & abierunt. F

24 Et non dixerunt in corde suo, Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinã in tempore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.

25 Iniquitates nostræ declinauerunt hæc: & peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis.

26 Quia inuenti sunt in populo meo impii, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros.

27 Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt & ditati.
28 Incrassati sunt & impinguati: & præterierunt sermones meos pessime. Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.
29 Nunquid super his nō visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea?
30 Stupor & mirabilia facta sunt in terra:
31 Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?

CAP. VI.

Iremica prophetæ adhortatio ad Iudæos, vt euerendi Chaldæorum occurrant. Peccata propter quæ Ierusalem affligitur. Incircumcisa aures, Auditus, Dolus. Cuius Dei erga populum. Populi contemptus in Deum. Sacrificia Iudæorum reiicit Dominus. Rursum Babyloniorum aduentus prænuntiatur.

1 COnfortamini filii Beniamin in medio Ierusalem, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacarem leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.
2 Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion.
3 Ad eam venient pastores, & greges eorum: figent tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt.
4 Sanctificate super eam bellum: consurgite & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.
5 Surgite, ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius.
6 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalē aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius.
7 Sicut frigidam facit cisterna aquā suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga.
8 Erudire Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponam te desertam terram inhabitabilem.
9 Hæc dicit Dominus exercituum, vsque ad racemum colligent, quasi in vinea reliquias Israel: conuerte manum tuam, quasi vindemiator ad cartallum.
10 Cui loquar? & quem contestabor, vt audiat? ecce, incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.
11 Idcirco furore Domini plenus sum, & laboraui sustinens: effunde super parvulum *foris furorem, & super concilium iuuenum simul: vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.
12 Et transibunt domus eorum ad alteros agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus.
13 A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student: & a propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.
14 Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax: & non erat pax.
15 Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierūt. Quam ob rem cadent inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.
16 Hæc dicit Dominus, State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt, Non ambulabimus.
17 Et constitui super vos speculatores, & dixi, Audite vocem tubæ. Et dixerunt, Non audiemus.
18 Ideo audite Gentes, & "cognoscite congregatio, quanta ego faciam eis.
19 Audi terra, Ecce ego *adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.
20 *Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suauē olētem de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt accepta: & victimæ vestræ non placuerunt mihi.
21 Propterea hæc dicit Dominus, Ecce, ego dabo in populū istū ruinas, & ruent in eis patres & filii simul, vicinus & proximus "peribunt.
22 Hæc dicit Dominus, Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ.
23 Sagittam & scutum arripient: crudelis est, & non miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium, aduersum te filia Sion.
24 Audiuimus famā eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem.
25 Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici pauor in circuitu.
26 Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctum amarū, quia repentè veniet vastator super "vos.
27 Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis "vias eorum.
28 Omnes isti principes *declinantium, ambulantes fraudulenter: æs & ferrum: vniuersi corrupti sunt.
29 Defecit sufflatorium, in igne consumptū est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.
30 Argentum reprobū vocate eos, quia Dominus proiecit illos,

CAP. VII.

Iubetur Ieremias annuntiare populo verbum Domini considenti in exteriori templi cultu. Sibi. Mala euentura Iudæis ob contemptum prophetarum. Prohibet Dominus orationem pro populo. Sacrificia à Iudæis non requirit potissimum Dominus, sed vt obediant verbo eius. Prophetæ Iudææ populum ad planctum ob peccata sua & imminentia mala. Topheth.

2 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens.
2 Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud, & dic, Audite verbū Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis Dominum.
3 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, *Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto.
4 Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.
5 Quoniam si "benedixeritis vias vestras & studia vestra, si feceritis iudicium inter virum & proximum eius,
6 Aduenā & pupillū & viduā non feceritis calumniā, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post Deos alienos nō ambulaueritis in malum vobismetipsis,
7 Habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vobis à sæculo & vsque in sæculum.
8 Ecce, vos confidistis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis:
9 Furari, occidere, adulterari, iurare mendacium, libare Baalim, & ire post deos alienos quos ignoratis.
10 Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis, Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas.
11 *Ergo spelunca latronū facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris: ego ego sum: ego vidi, dicit Dominus.
12 Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.
13 Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus sum ad vos mane consurgens, & loquens, & non audistis: & vocaui vos, & non respondistis.
14 Faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo.
15 Et proiiciam vos à facie mea: sicut proiecī omnes fratres vestros vniuersum semen Ephraim.
16 *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te.
17 Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem?
18 *Filii colligūt ligna, & patres succendunt ignem & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent Diis alienis, vt me ad iracundiam prouocent.
19 Nunquid me ad iracundiā prouocant, dicit Dominus? nonne semetipsos in confusionem vultus sui?
20 Ideo hæc dicit Dominus Deus, Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur.
21 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Holocaustomata vestra addite, victimis vestris, & comedite carnes:
22 Sed hoc verbū præcepi eis, dicens, Audite vocē meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via quā mandauī vobis vt bene sit vobis.
23 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt in voluptatibus & in prauitate cordis sui mali: factique sunt retrorsum & non in ante, a die qua egressi sunt patres eorum de terra Aegypti, vsque ad diem hanc.
24 Et misi ad eos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens.
25 *Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam: & pessimi operati sunt, quam patres eorum.
26 Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi.
27 Et dices ad eos, Hæc est gens quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: perijt fides, & ablata est de ore eorum.
28 Tonde capillum tuum & proiice, & sume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui, quia fecerunt filii Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus.
29 Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam: & ædificauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle filii Ennom, vt incenderent filios suos & filias suas igni, quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo.
30 Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur amplius, Topheth, & vallis filii Ennom, sed vallis interfectionis: & "sepelient in Topheth, eo quod nō sit locus.
31 Et erit morticinum populi huius in escas volucribus cæli & bestiis terræ, & non erit qui abigat.
32 *Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ: in desolatione enim erit terra.

CAP. VIII.

Iudaici populi desertio. Iniuriæ eum Dominus ad respiscentiam, peccata eius enumerans. Doctrinam prophetarum & sacerdotum nequit' arguit, & eorum auaritiam. Auaritia. Tempus visitationis prædictum. In Hierusalem Iesum videtur affligius Dominus.

1 IN illo tempore, ait Dominus, eicient ossa "regis Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa

ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis.

2 Et expandent ea ad solem, & lunam, & omnem militiam cæli quæ dilexerunt, & quibus seruierunt; & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt & adorauerunt: non colligentur, & non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt.

3 Et eligent magis mortem quam vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis quæ derelicta sunt, ad quæ eiecit eos, dicit Dominus exercituum.

4 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Nũquid qui cadit, non resurget? & qui auersus est, non reuertetur?

5 Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.

6 Attendi, & auscultaui: nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium.

7 Miluus in cælo cognouit tempus suum: turtur, & hirũdo, & ciconia custodierunt tẽpus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.

8 Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum.

9 Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt: verbum enim Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis.

10 Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus: *quia à minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur: a propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium.

11 Et sanabant *contritiones filiæ populi mei ad ignominiam, dicẽtes, Pax, pax: cũm non esset pax.

12 Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quinimo confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: ideirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

13 Congregans congregabo eos, ait Dominus: non est vua in vitibus, & nõ sunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ prætergressa sunt.

14 Quare sedemus? conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & fileamus ibi: quia Dominus Deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino.

15 *Expectauimus pacem, & nõ erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido.

16 A Dan auditus est fremitus equorũ eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra. Et venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius: vrbẽ & habitatores eius.

17 Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus.

18 Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.

19 Ecce, vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua, Nunquid Dominus non est in Sion: aut rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracundiã concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis?

20 Transit messis, finita est æstas: & nos saluati non sumus.

21 Super contritione filiæ populi mei contristus sum & contristatus, stupor obtinuit me.

22 Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

CAP. IX.

Planctus prophetæ super populi malitia. Quare Ierusalem sit destructa. Inuitat eos Dominus ad planctum. In Dei cognitione salum gloriãdum. Incircuncisio cordis.

1 QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.

2 Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum: & derelinquã populum meum, & recedã ab eis? quia omnes adulteri sunt, & cœtus præuaricatorum.

3 Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus.

4 Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.

5 Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt.

6 Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus.

7 Propterea hæc dicit Dominus exercituũ. Ecce ego conflabo, & probabo eos: quid enim aliud faciã à facie filiæ populi mei?

8 Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est: *in ore suo, pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias.

9 Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut *in gente huiusmodi non vlciscetur anima mea?

10 Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, eo quod non sit vir pertransiens. & non audierunt vocem possidentis: a volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt.

11 Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eo quod nõ sit habitator.

12 Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fuit, vt annuntiet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eo quod non sit qui pertranseat?

13 Et dixit Dominus, Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt

vocem meam, & non ambulauerunt in ea:

14 Et abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patribus suis:

15 Ideirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, *Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis.

16 Et dispergam eos in gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorum: & mittam post eos gladium, donec consumantur.

17 Hæc dicit Dominus exercituum, Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniat: & ad eas quæ sapientes sunt, mittite,

18 Et properent, festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis:

19 Quia vox lamentationis audita est de Sion, Quomodo vastati sumus & confusi vehementer: quia dereliquimus terram, quoniam deserta sunt tabernacula nostra.

20 Audite ergo mulieres verbũ Domini: & assumant aures vestræ sermonẽ oris eius: & docete filias vestras lamentum: & vnaquæque proximam suam planctum:

21 Quia ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domos vestras, disperdere parvulos de foris, iuuenes de plateis.

22 Loquere, Hæc dicit Dominus, Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat.

23 Hæc dicit Dominus, Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in diuitiis suis:

24 *Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra.

25 Hæc enim placent mihi, ait Dominus. Ecce, dies venient, dicit Dominus: & visitabo super omnem, qui circuncisum habet præputium,

26 Super AEgyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Amon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium: omnis autem domus Israel circuncisi sunt corde.

CAP. X.

Non esse metuendas siderum constellationes. De idolorum imbecillitate, & Dei potentia. Ierusalem culpæ suæ tribuit quod patitur. Pastores, Greæ. Dei est, hominis viam dirigere.

1 AVdite verbum quod locutus est Dominus super vos, domus Israel.

2 Hæc dicit Dominus, Iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes:

3 Quia leges populorum vanæ sunt: quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia.

4 Argento & auro decorauit illud: clauis & malleis compegit, vt non dissolvatur.

5 In similitudinem *plasmæ fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valent. Nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene.

6 *Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuũ in fortitudine.

7 Quis nõ timebit te ô rex Gentium? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui:

8 Pariter insipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum est.

9 Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophir: opus artificis, & manus æ rarii: hyacinthus & purpura indumentum eorum. Opus artificum vniuersa hæc.

10 Dominus autẽ Deus verus est: ipse Deus viuens, & rex sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebunt Gentes comminationem eius.

11 (Sic ergo dicetis eis, Dii qui cælos & terram non fecerunt, pereant de terra & de his quæ sub cælo sunt)

12 *Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos.

13 *Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de thesauris suis.

14 Stultus factus est omnis homo à scientia sua, confusus est artifex omnis in sculptili: quoniam falsum est quod constauit, & non est spiritus in eis.

15 Vana sunt, & opus risu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt.

16 Non est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israel virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi.

17 Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione: quia hæc dicit Dominus,

18 Ecce, ego longè proiiciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos, ita vt non inueniantur.

19 Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi, Plane hæc infirmitas mea est, & portabo illam.

20 Tabernaculum meum vastrum est: omnes funiculi mei diruti sunt: filii mei exierunt a me, & non subsistunt: non est qui extendat vltrà tentoriũ meum, & erigat pelles meas.

21 Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

22 Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & habitacula draconum.

23 Scio Domine quia non est hominis via eius: nec viri eiũ vt ambulet, & dirigat gressus suos.

24 *Corripe me Domine, veruntamen in iudicio: & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

Psal. 78. 6.6.

25 Effunde indignationem tuam super gentes quæ non cognouerunt te, & super prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & deuouerunt eum, & consumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt.

CAP. XI.

Maledictio eorum qui non obediunt verbo pacti diuini. Iubet Dominus pactum suum sæpius populo inculcari. Populus Iuda patrum vestigia sequutus, deos adorat. Dominus se non exauditurum Iudæos dicit, Ieremiam etiam prohibens pro eis orare. De conspiratione Iudæorum in Christum. Excidium Iudæorum ob Christum traditum in manus gentium.

1 VErbum quod factum est à Domino ad Ieremiam, dicens,

2 Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalem, & dices ad eos,

3 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Maledictus vir qui nō audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de Terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens,

præcipio 4 Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcepi vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum:

5 Vt suscitem iuramentum quod iuraui patribus vestris, daturum me eis terrā fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi, Amen Domine.

6 Et dixit Dominus ad me, Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens,

7 Audite verba pacti huius, & facite illa: quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de Terra Ægypti vsque ad diem hanc: mane consurgens contestatus sum, & dixi,

8 Audite vocem meam: & non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali: & induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.

9 Et dixit Dominus ad me, Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem.

10 Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos vt seruirent eis: irritum fecerunt domus Israel, & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

11 Quamobrem hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.

deos 12 Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad eos quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum.

C 13 *Secundum numerum enim ciuitatū tuarum erant dii tui Iuda: & secundum numerum viarum viarum Ierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.

Iud. 10. 6. 1. Reg. 11. 5. 2. Reg. 23. 13.

14 *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem, & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorū.

15 Quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? nunquid carnes sacræ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?

16 *Oliuam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fructa eius.

17 Et Dominus exercituum qui plantauit te, locutus est super te malum pro malis domus Israel, & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me libantes Baalim.

18 Tu autem Domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum.

19 Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui quia cogitauerunt super me cogitationes, dicentes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.

Iuxtà 18. 6. 19, 20. 12.

20 Tu autē Domine Sabbaoth, qui iudicas iustè, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

21 Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animā tuam, & dicunt, Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.

22 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filii eorum, & filiæ eorum morientur in fame.

23 Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

CAP. XII.

Propheta impiorum prosperitatem admiratur tandem. Deum iustum fatetur. Terra Iudæa tum vastata etiam ab amicis. Relinquuntur à Domino. Inuehitur in pastores populi seductores. Vicinis gentibus Iudam infestantibus, minatur Dominus interitum.

1 IVstus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui prævaricantur, & iniquè agunt?

Iob 21. 4. 7. habac. 1. a. 3.

2 Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum: propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.

3 Et tu Domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum: congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.

4 Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea? consumptum est animal & volucre: quoniam dixerunt, Non videbit nouissima nostra.

5 Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis?

securus.

Nam

5 Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce: ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona.

7 Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius.

8 Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua: dedit contra me vocem, ideo odi eam.

9 Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? nunquid auis cincta per totum? venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum.

C 10 Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.

11 Posuerunt eam in dissipationem, luxitq; super me. Desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde.

12 Super omnes vias deserti venerūt omnes vastatores terræ, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vsque ad extremum eius: non est pax vniuersæ carni.

13 Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus vestris propter iram furoris Domini.

D 14 Hæc dicit Dominus aduersus omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem, quam distribui populo meo Israel: Ecce, ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum.

15 Et cum euulsero eos, conuertar, & miserebor eorum: & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam.

16 Et erit si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo, Viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal: ædificabuntur in medio populi mei.

17 Quòd si non audierint, euellam gentem illam euulsione & perditione, ait Dominus.

CAP. XIII.

Interitus Iudæorum prosperatur, & eorum dispersio. Quare assumpserit Israel in populum Dei, & quare reiecerit. Prouocat ad pœnitentiam. Causa prædictorum malorum. Confunditur mali in delebili.

1 HAEc dicit Dominus ad me, Vade, & possidē tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.

2 Et possedi lumbare iuxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos.

3 Et factus est sermo Domini ad me secundò, dicens:

4 Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphratem, & abscōde ibi illud in foramine petræ.

5 Et abii, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus.

6 Et factū est post dies plurimos, dixit Dominus ad me, Surge, & vade ad Euphratem & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi vt absconderes illud ibi.

7 Et abii ad Euphratem, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud: & ecce, computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset.

8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

9 Hæc dicit Dominus, Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam,

10 Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui: abierūtque post deos alienos, vt seruirent eis, & adorent eos, & erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est.

11 Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt essent mihi in populum, & in nomē, & in laudē, & in gloriam: & non audierunt.

12 Dices ergo ad eos sermonem istum, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Omnis lagunicula implebitur vino. Et dicent ad te, Nunquid ignoramus quia omnis lagunicula implebitur vino?

13 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, ebrietate:

C

14 Et dispergam eos, virum à fratre suo, & patres, & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam: neque miserebor, vt non disperdam eos.

15 Audite, & auribus percipite, Nolite eleuari, quia Dominus locutus est.

16 Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caligosos: exspectabitis lucem, & ponet eam in umbram mortis, & in caliginem.

caligino sos

17 Quod si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea a facie superbiæ: plorans plorabit, & deducet oculus meus lacrymam, quia captus est grex Domini.

Thren. 1. a. 2.

18 Die regi & dominatrici, Humiliamini, sedete in terra: quoniam descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ.

descendit

19 Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat: translata est omnis Iuda translatione perfecta.

20 Leuate oculos vestros, & videte qui veniunt ab Aquilone: vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?

21 Quid dices cum visitauerit te? tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. Nunquid non dolores apprehenderunt te, quasi mulierem parturientem?

D

apprehendent

22 Quod si dixeris in corde tuo, Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundia tua, pollutæ sunt plantæ tuæ.

23 Si mutare potest Æthiops pellē suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

24 Et disseminābo eos quasi stipulam quæ
vento rapiatur in deserto.
25 Hæc sors tua, pars fq; mensuræ tuæ à me,
dicit Dominus: quia oblita es mei, & con-
fisa es in mendacio.
26 Vnde & ego nudaui femora tua contra
faciem tuam.
27 Et apparuit ignominia tua, adulteria tua,
& hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ:
super colles in agro vidi abominationes
tuas. Væ tibi Ierusalem, non mundaberis
post me: vsquequo adhuc?

CAP. XIIII.

De siccitate futura in Iudæa. Oratio populi pœnitentis misericordiam à Domino. Non exauditurpopulus infidelis. Oratio Ieremiæ. Falsi prophetæ seducentes populum. Rursum orat populus peccata sua agnoscens: & Deum cōmemoratione pacti sui ad parcendū inuitans.

1 QVod factum est verbum Domini ad
Ieremiam de sermonibus siccitatis.
2 Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & cla-
mor Ierusalem ascendit.
3 Maiores miserunt minores suos ad aquā:
veherunt ad hauriendum, non inuenerunt
aquam, reportauerunt vasa sua vacua: con-
fusi sunt & afflicti, & operuerūt capita sua.
4 Propter terræ vastitatem, quia non venit
pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, o-
peruerunt capita sua.
5 Nā & cerua in agro peperit, & reliquit,
quia non erat herba:
6 Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt
ventum quasi dracones, defecerunt oculi
eorum, quia non erat herba.
7 Si iniquitates nostræ responderint nobis,
Domine fac propter nomen tuum, quoniā
multæ sunt auersiones nostræ, tibi pecca-
uimus.
8 Expectatio Israel, saluator noster in tem-
pore tribulationis,
9 Quare quasi colonus futurus es in terra,
& quasi viator declinans ad manendum?
Quare futurus es velut vir vagus, & for-
tis qui non potest saluare? tu autem in no
bis es Domine, & nomen tuum inuocatum
est super nos, ne derelinquas nos.
10 Hæc dicit Dominus populo huic, qui di-
lexit mouere pedes suos, & non quieuit, &
Domino non placuit: Nunc recordabitur
iniquitatum eorum, & visitabit peccata
eorum:
11 Et dixit Dominus ad me, *Noli orare pro
populo isto in bonum.
12 Cùm ieiunauerit, non exaudiam preces
eorum, & si obtulerint holocaustomata &
victimas, non suscipiam ea: quoniam gla-
dio & fame & peste consumam eos.
13 *Et dixi, A, a, a, Domine Deus, prophetæ
dicunt eis, Non videbitis gladium, & fa-
mes non erit in vobis, sed pacem veram da-
bit vobis in loco isto.
14 Et dixit Dominus ad me, Falsi prophetæ
vaticinātur in nomine meo: non misi eos,
& non præcepi eis, neque locutus sum ad
eos: visionem mendacem, & diuinationem
fraudulentam, & seductionem cordis sui
prophetant vobis.
15 Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis,
qui prophetant in nomine meo, quos ego
non misi, dicentes, Gladius & fames non e-
rit in Terra hac: In gladio & fame consu-
mentur prophetæ illi.
16 Et populi quibus prophetant, erunt pro-
iecti in viis Ierusalem præ fame & gladio,
& non erit qui sepeliat eos, ipsi & vxores
eorum, filii & filiæ eorum, & effundam su-
per eos malum suum.
17 Et dices ad eos verbum istud, *Deducāt
oculi mei lacrymā per noctem & diem, &
non taceant: quoniam contritione magna
contrita est virgo filia populi mei, plaga
pessima vehementer.
18 Si egressus fuero ad agros: ecce, occisi gla
dio: & introiero in ciuitatem, ecce, attē-
nuati fame. Prophetæ quoque & sacerdos
abierunt in terram quam ignorabant.
19 Nunquid proiiciens abieciſti iudam? aut
Sion abominata est anima tua? quare ergo
percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas: *expe
ctauimus pacem, & non est bonum: & tem-
pus curationis, & ecce turbatio.
20 Cognouimus Domine impietates no-
stras, iniquitates patrum nostrorum, quia
peccauimus tibi.
21 Ne des nos in opprobrium propter no-
men tuum, neque facias nobis contumeliā
solii gloriæ tuæ: recordare, ne irritum fa-
cias fœdus tuum nobiscum.
22 Nunquid sunt in sculptilibus Gentium
qui pluant? aut cæli possunt dare imbres
nisi tu volueris? nōne tu es Dominus Deus
noster, quem expectauimus? tu enim feciſti
omnia hæc.

CAP. XV.

Respōdet Dominus se neque Moysem neque Samuelem exauditurum si pro populo obsecrauerint, traditurus eos in varias calamitates. Causa sanctorum. Conqueritur se occasionem fuisse discordiæ. Promittitur ei auxilium. Rursus annuntiat Iudæorum vastationem. Ieremiam veluti conquerendo, petit liberari à sua afflictione. Respondens Dominus prophetæ ostendit studium laboris.

1 ET dixit Dominus ad me, Si steterint
Moyses & Samuel coram me, non est
anima mea ad populum istum: eiice illos à
facie mea, & egrediantur.
2 Quòd si dixerint ad te, Quò egrediemur,
dices ad eos, Hæc dicit Dominus, *Qui ad
mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad
gladium: & qui ad famem, ad famem: &
qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.
3 Et visitabo super eos quatuor species, di-
cit Dominus, Gladium ad occisionem, & ca
nes ad lacerandum, & volatilia cæli & be-
stias terræ ad deuorandum & dissipandum:
4 Et dabo eos in feruorē vniuersis regnis
terræ *propter Manassem filium Ezechiæ
regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ie-
rusalem.
5 Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut
quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad
rogandum pro pace tua?
6 Tu reliquisti me, dicit Dominus: retror-
sum abiisti. & extendam manum meam su-
per te, & interficiam te: laboraui rogans.
7 Et dispergam eos ventilabro in portis
terræ: interfeci & disperdidi populum
meum, & tamen à viis suis nō sunt reuersi.
8 Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super
arenam maris: induxi eis super matrem a-
dolescentis vastatorem meridie: misi super
ciuitates repente terrorem.
9 *Infirmata est quæ peperit septem, defe-
cit anima eius: occidit ei sol, cùm adhuc
esset dies: confusa est, & erubuit: & residuos
eius in gladium dabo in conspectu inimico-
rum eorum, ait Dominus.
10 Væ mihi mater mea: quare genuisti me
virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa
terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi
quisquam: omnes maledicunt mihi.
11 Dicit Dominus, Si non reliquiæ tuæ in
bonum, si non occurrit tibi in tempore
afflictionis, & in tempore tribulationis ad-
uersus inimicum.
12 Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab
Aquilone, & æs?
13 Diuitias tuas & thesauros tuos in dire-
ptionem dabo gratis in omnibus peccatis
tuis, & in omnibus terminis tuis.
14 *Et adducam inimicos tuos de terra,
quam nescis: quia ignis succensus est in fu-
rore meo, & super vos ardebit.
15 Tu scis Domine, recordare mei, & visita
me, & tuere me ab his qui persequuntur
me: noli in patientia tua suscipere me: sci-
to quoniam sustinui propter te opprobri-
um.
16 Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos,
& factum est mihi verbum tuum in gau-
dium & in lætitiam cordis mei: quoniam
inuocatum est nomen tuum super me Do-
mine Deus exercituum.
17 Non sedi in consilio ludentium, & glori-
atus sum à facie manus tuæ: solus sedebam,
quoniam comminatione repleſti me.
18 *Quare factus est dolor meus perpetuus,
& plaga mea desperabilis renuit curari?
facta est mihi quasi mendacium aquarum
infidelium.
19 Propter hoc hæc dicit Dominus, Si con-
uertēris, cōuertam te, & ante faciem meam
stabis: & si separaueris preciosum à vili,
quasi os meum eris. Conuertentur ipsi ad
te, & tu non conuerteris ad eos.
20 Et dabo te populo huic in murū æreum,
fortem: & bellabunt aduersum te, & non
prævalebunt: quia ego tecum sum vt sal-
uem te, & eruam te, dicit Dominus.
21 Et liberabo te de manu pessimorum, &
redimam te de manu fortium.

CAP. XVI.

Iudæorum calamitatem prædicit. Idolorum cultum & legis Dei contemptum, grauis calamitatis causam esse ostendit. Captiuitatem Babylonicam prædicit, & populi & liberationem ab ea. Vocatio gentium.

1 ET factum est verbum Domini ad me,
dicens,
2 Non accipies vxorem, & non erunt tibi
filii & filiæ in loco isto.
3 Quia hæc dicit Dominus super filios &
filias, qui generantur in loco isto: & super
matres eorum quæ genuerunt eos: & super
patres eorum, de quorum stirpe sunt nati
in terra hac:
4 Mortibus ægrotationum morientur, non
plangentur, & non sepelientur, in sterqui-
linium super faciem terræ erunt: & gladio
& fame consumentur: & erit cadauer eo-
rum in escam volatilibus cæli, & bestiis
terræ.
5 Hæc enim dicit Dominus, Ne ingrediaris
domum conuiuii, neque vadas ad plangen-
dum, neque consoleris eos: quia abstuli pa-
cem meam à populo isto, dicit Dominus,
misericordiam & miserationes.
6 Et morientur grandes & parui in terra
ista: non sepelientur, neque plangentur, &
non se incident, neque caluitium fiet pro
eis.
7 Et non frangent inter eos lugenti panem
ad consolandum super mortuo: & non da-
bunt eis potum calicis ad consolandum
super patre suo & matre.
8 Et domum conuiuii non ingrediaris, vt se
deas cum eis, & comedas, & bibas.
9 Qui hæc dicit, Dominus exercituum Deus
Israel, Ecce ego auferam de loco isto in
oculis vestris, & in diebus vestris vocem
gaudii, & vocem lætitiæ, vocem sponsi &
vocem sponsæ.
10 Et cùm annuntiaueris populo huic o-
mnia verba hæc, *& dixerint tibi, quare lo-
cutus est Dominus super nos omne malum
grande istud? quæ iniquitas nostra? & quod
peccatum nostrum quo peccauimus Do-
mino Deo nostro?
11 Dices ad eos, Quia dereliquerunt me pa-
tres vestri, ait Dominus: & abierunt post
deos alienos, & seruierunt eis, & adorauer-
unt eos: & me dereliquerunt, & legem
meam non custodierunt.
12 *Sed & vos peius operati estis, quàm pa-
tres vestri. Ecce enim ambulat vnusquis-
que post prauitatem cordis sui malisvt me
non audiat.
13 *Et eiiciam vos de terra hac, in terram
quam ignoratis vos, & patres vestri: & ser-
uietis ibi dis alienis die ac nocte, qui non
dabunt vobis requiem.
14 Propterea ecce dies venient, dicit Domi-
nus, & non dicetur vltrà,
15 Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel
de terra AEgypti: sed, Viuit Dominus qui
eduxit filios Israel de terra Aquilonis, &
de vniuersis terris ad quas eiecī eos: &
reducam eos in terram suam, quam dedi
patribus eorum.
16 Ecce, ego mittam piscatores multos, di-
cit Dominus, & piscabuntur eos: & post
hæc mittam eis multos venatores, & vena-
buntur eos de omni monte, & de omni col-
le, & de cauernis petrarum.
17 Quia oculi mei super omnes vias eorum:
non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit
occultata iniquitas eorum ab oculis meis.

Et

38 Et reddam primum duplices iniquitates & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam.

19 Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent, Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit.

20 Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij? Ideirco ecce ego ostendam eis per vicem hac, ostendam eis manum meam & virtutem meam: & scient quia nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

Iudæorum pertinacitas, Maledicti confidentes in hominc, Benedicti quorum Dominus fiducia. Cor hominis prauum, Deus scrutator cordium. Orat Ieremias auxilium à Deo. Derelinquere Deum. Aqua viuæ. A Domino vera salus petenda. Sanctificationem sabbathi præcipit.

1 PEccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.

2 Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & lucorum suorum, lignorum cum frondentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro.

3 Fortitudinem tuam & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis.

4 Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem *succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit.

*succendistis

5 Hæc dicit Dominus, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius.

Ierf. 48. a. 6.

6 *Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cùm venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili.

B 7 Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.

Psal. 1. a. 3

8 *Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cùm venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.

*omnium

9 Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud?

10 *Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum.

Psal. 7. c. 25. 1. 15. 10. b. 7.

11 Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.

12 Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ.

13 Expectatio Israel Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra describentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.

14 Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es.

15 Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est verbum C Domini? veniat.

16 Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis quod egressum est de labijs meis, rectum in conspectu tui fuit.

17 Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis.

18 Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.

19 Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & sta in porta filiorum populi mei per quam ingrediuntur reges Iuda & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem: dices ad eos,

20 Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iuda, & cuncti habitatores Ierusalem qui ingredimini per portas istas.

21 Hæc dicit Dominus, Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbathi, nec inferatis per portas Ierusalem:

22 Et nolite efferre onera de domibus vestris in die sabbathi, & omne opus non facietis: sanctificate diem sabbathi, sicut præcepi patribus vestris.

23 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent me: & ne acciperent disciplinam.

24 Et erit: si audieritis me, dicit Dominus, D vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbathi: & si sanctificaueritis diem sabbathi, ne faciatis in eo omne opus.

25 Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, sedentes super solium Dauid, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem: & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum.

26 Et venient de ciuitatibus Iuda, *in circuitu Ierusalem, & de terra Beniamin, & de campestribus, & de montuosis, & ab Austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini.

*& de

27 Si autem non audieritis me, vt sanctificetis diem sabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbathi: succendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

CAP. XVIII.

Exemplo figuli ostendit Deus in manu sua esse contemptores verbi sui posse perdere, eosdem autem respiscentes reædificare. Conuertis misereordia promittitur. Iud. is obstinatis panat Dominus exitium. Conspiratio Iudæorum in Ieremiam. Eius d. oratio contra aduersarios, quibus mala non tam imprecatur, quam prædixit.

Verbum

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens,

2 Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.

3 Et descendi in domum figuli, & ecce, ipse faciebat opus super rotam.

4 Et dissipatum est vas quod ipse faciebat e luto, in manibus suis: conuersusque, fecit illud vas alterum sicut placuerat in oculis eius vt faceret.

5 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

Isai. 29. c. 16. c. 45. c. 9. Rom. 9. 6. 20. Sap. 15. b. 7.

6 *Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere domus Israel, ait Dominus? ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel.

7 *Repente loquar aduersum gentem & aduersus regnum, vt eradicem & destruam & disperdam illud.

8 Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei.

9 Et subitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud.

10 Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facere ei.

11 Nũc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce, ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: *reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra.

Iosue 24. c. 23. c. 35. c. 36.

12 Qui dixerunt, Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque pranitatem cordis sui mali faciemus.

C 13 Ideo hæc dicit Dominus, Interrogate Gentes, Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel?

14 Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes?

15 Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in viis suis, & in semitis seculi, vt ambularent per eas in itinere non trito:

Ier. 19. a. 7. Mich. 6. c. 13. Osee 10. ext 5

16 *Vt fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & mouebit caput suum.

17 Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico: dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

18 Et dixerunt, Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: (non enim peribit lex à sacerdote: neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta) venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius.

D 19 Attende Domine ad me, & audi vocem aduersariorum meorum.

reddetur

20 Nunquid *redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.

21 Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladii: fiant vxores eorum absque liberis, & viduæ, & viri earum interficientur morte: iuuenes eorum confodientur gladio in prælio.

22 Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.

23 Tu autem Domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur, fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

CAP. XIX.

Prædicit Ieroselymitanum excidium ob contemptum verbum Dei.

1 HAec dicit Dominus, Vade, & accipe Iaguneulam figuli testeam à senioribus populi, & à senioribus sacerdotum:

2 Et egredere ad vallem *filiorum Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego *loquor ad te.

*filij

*loquar

3 Et dices. Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Ierusalem: hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Ecce, ego inducam afflictionem super locum istum, ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius.

4 Eo quòd dereliquerit me, & alienum fecerint locum istum: & libauerunt in eo diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda: & repleuerunt locum istum sanguine innocentum,

5 Et ædificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim, quæ non præcepi nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.

B

6 Propterea ecce dies *venient, dicit Dominus: & non vocabitur amplius locus iste, Topheth, & Vallis filii Ennom, sed Vallis occisionis.

*veniunt,

7 Et dissipabo consilium Iuda, & Ierusalem in loco isto: & subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manu quærentium animas eorum: & dabo cadauera eorum escam volatilibus cæli, & bestiis terræ:

8 *Et ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in sibilum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & sibilabit super *vniuersa plaga eius.

Sup. 18. c. 16. inf 49 c. 13. & 50

9 Et cibabo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus filiarum suarum: & vnusquisque *vniuersque carnem amici sui comedet in obsidione & in angustia in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum.

10 Et conteres Iaguneulam in oculis virorum, qui ibunt tecum: & dices ad eos,

11 Hæc dicit Dominus exercituum, Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltrà instaurari: & in Topheth sepelient, eo quòd non sit alius locus ad sepeliendum.

12 Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius, & ponam ciuitatem istam

sicut Topheth.

33 Et erunt domus Ierusalem, & domus regum Iuda, sicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis.

34 Venit autem Ieremias de Topheth, quo miserat eum Dominus ad prophetandum: stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum,

35 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala, quæ locutus sum aduersum eam: quo niam indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos.

CAP. XX.

Ieremias ob verbum Dei percutitur, & in carcerem conijcitur. Prædicit exilium Babyloniæ. Conqueritur se esse in derisum ob verbum Dei. Nolens cogitur prædicare verbum Dei. Fiducia prophetæ in Deum. Gratiarum actio ob liberationem suam: post quam rursum à tentatione impetitur.

1 ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetantem sermones istos.

2 Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & & misit eum in nervum, quod erat in porta Beniamin superiori in domo Domini.

3 Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de nervo, & dixit ad eum Ieremias, Non Phassur vocauit Dominus nomen tuum, sed Pauorem vndique:

4 Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt, & omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio.

5 Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omnéque pretium, & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem.

6 Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies, & ibi morieris: ibique sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium.

7 Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannabant me.

8 Quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die.

9 Et dixi, Non recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius, & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meus: & defeci, ferre non sustinens.

10 Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu, Persequimini, & persequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & prævaleamus aduersum eum, & consequamur vltionem ex eo.

11 Dominus autem mecum est "quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer: quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur.

12 Et tu Domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor: videam quæso vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

13 Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberabit animam pauperis de manu malorum.

14 *Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.

15 Maledictus vir qui annûtiauit patri meo, dicens, Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eum.

16 Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem manè, & vlulatum in tempore meridiano:

17 'Qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus.

18 Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei.

CAP. XXI.

Vaticinatur Sedeciam capiendum, & vrbem exurendam.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens,

2 Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis.

3 Et dixit Ieremias ad eos, Sic dicetis Sedeciæ,

4 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ecce, ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regē Babylonis & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius.

5 Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & indignatione in ira grandi.

6 Et percutiam habitatores ciuitatis huius: homines & bestiæ pestilentia magna morientur.

7 Et post hoc ait Dominus, Dabo Sedeciam regē Iuda, & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum:

eorum: & percutiet eos in ore gladii, & non "flectetur, neque parcet, nec miserebitur.

8 Et ad populū hunc dices, *Hæc dicit Dominus, Ecce, ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.

9 Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spolium.

10 Posui enim faciem meam super ciuitatē hanc in malum, & non in bonū, ait Dominus: in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni.

11 Et domui regis Iuda, Audite verbū Domini domus Dauid, hæc dicit Dominus,

12 *Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne forte egrediatur, & nō sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum.

13 Ecce, ego ad te habitatricē vallis solidæ atque campestris, dicit Dominus: qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos nostras?

14 Et visitabo super vos iuxta fructum studiorū vestrorum, dicit Dominus: & succendam ignem in saltu eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.

CAP. XXII.

Regem Iuda adhortatur ad iudicium & iustitiā. Quare sit Ierusalem in captiuitatem ducta. Mors Sellum filii Iosiæ prædicitur. Prophetat contra Ioacim. Captiuitatem Iechoniæ, qui & Ioacim, prædicit.

1 HAEc dicit Dominus: Descende in domum regis Iuda, & loquēris ibi verbum hoc, & dices,

2 Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas.

3 Hæc dicit Dominus, *Facite iudicium & iustitiam: & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

4 Si enim faciētes feceritis verbum istud: ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum.

5 Quod si non audieritis verba hæc in memetipso iurauī, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc.

6 Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda, Galaad, tu mihi caput Libani, si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles.

7 Et sanctificabo super te interficientem virum & arma eius: & succident, electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem.

8 Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisque proximo suo, *Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi?

9 *Et respondebunt, Eo quod dereliquerint pactū Domini Dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruierint eis.

10 Nolite flere mortuum, neque lugeatis eum: per eum fleti: plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis suæ.

11 Quia hæc dicit Dominus ad Sellū filium Iosiæ regis Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto.

12 Non reuertetur huc amplius, sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius.

13 Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicū suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei.

14 Qui dicit, Ædificabo mihi domū latā, & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras & facit laqueatia cedrina, pingitque sinopide.

15 Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? Pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc cùm bene erat ei?

16 Iudicauit causam pauperis, & egeni in bonum suum. Nunquid non ideo quia cognouit me, dicit Dominus?

17 Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.

18 Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iosiæ regem Iuda, Non plangent eū, Væ frater, & væ soror: non cōcrepabunt ei, Væ domine, & væ inclyte.

19 Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.

20 Ascende Libanum, & clama: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui.

21 Locutus sum ad te in abundantia tua: dixisti, Non audiam, hæc est via tua ab adolescentia tua: quia non audisti vocem meam.

22 Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confundēris, & erubesces ab omni malitia tua.

23 Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuisti cum venissent tibi dolores quasi dolores parturientis?

24 Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.

25 Et dabo te in manu quærentium animā tuam, & in manu quorum tu formidas faciē, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.

26 Et mittam te & matrem tuam, quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique morieminī.

27 Et in terram ad quam ipsi leuant animam suam, vt reuertantur illuc, & non reuertentur.

28 Nunquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? aut nunquid vas absque omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram, quam ignorauerunt?

29 Terra,terra,terra,audi sermonem Domini,hæc dicit Dominus,
30 Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid,& potestatem habeat vltrà in Iuda.

CAP. XXIII.

Increpitat in malos pastores gregem Domini lacerantes. De conuertione reliquiarum populi Iudaici ad fidem Christi veri pastoris admonens prædicitur. Contra vtram pseudoprophetarum. Eorum pœna. Admonent populus ne pseudoprophetis credat. Contra pseudoprophetas asserit Iudææ captiuitatem futuram. Prophetæ prædicanti verbum Dei, cauerisit Deus corda audientium. Deus vbique est, cuncta intuens. In prophetas sub nomine Domini mendacia prophetantes. Miracula pseudoprophetarum. Ironice populi, & pseudoprophetarum interrogationi de onere Domini, respondet grauitatem visionis ad eos pertinere.

Ezech.34. 1 *VAE pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ,dicit Dominus.
2 Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores,qui pascunt populum meum, Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos,& non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiã studiorum vestrorum, ait Dominus.
3 Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad vrra sua, & crescent,& multiplicabuntur.
4 Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: non formidabunt vltrà,& non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.
Ysa.33.c. 33.vs.4. a.2.40.c. 22,45.b.8. exec.34.c. 11,dan.9. 5.24. 5 *Ecce dies veniũt,dicit Dominus,& suscitabo Dauid germẽ iustum: & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.
6 *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit cõfidenter: & hoc est nomẽ quod vocabunt eum,Dominus iustus noster.
7 Propter hoc ecce dies veniunt,dicit Dominus: & non dicent vltrà,
*illius Deute.33. vl.28. Sap.16. 6.13. 8 *Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de Terra-AEgypti: sed,Viuit Dominus,qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis,& de cũctis terris ad quas eiecerã eos illuc: & habitabũt in terra sua.
9 Ad prophetas, Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino,à facie Domini, & à facie verborum sanctorum eius.
*adulteriis 10 Quia *adulteriis repleta est terra,quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorum malus,& fortitudo eorum dissimilis.
11 Propheta nanq; & sacerdos polluti sunt: & in domo mea inueni malum eorum, ait Dominus.
C 12 Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris:impellentur enim, & corruent in ea: afferã enim super eos malã,annum visitationis eorum,ait Dominus.
13 Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem, & prophetabant in Baal,& decipiebant populum meum Israel.
14 Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem *adulterantium, & iter mendacii: & confortauerunt manus pessimorum,vt nõ conuerteretur vnusquisque à malitia sua: facti sunt mihi omnes vt Sodoma,& habitores eius quasi Gomorrha. *adulteria
15 Propterea hæc dicit Dominus exercituũ ad prophetas, Ecce,ego cibabo eos absynthio,& potabo eos felle: a prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omnẽ terram.
16 Hæc dicit Dominus exercituum, Nolite audire verba prophetarum, qui prophetãt vobis,& decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur non de ore Domini. D Su.14.b.13
17 (Dicunt his qui *blasphemant me, Locutus est Dominus, pax erit vobis, & omni qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt, Non veniet super vos malum.) *blasphemant
18 Quis enim astitit in consilio Domini, & vidit,& audiuit sermonem eius? Quis considerauit verbum illius,& audiuit?
19 Ecce,turbo Dominicę indignationis,egre tegredietur,& tempestas erumpens super caput impiorum veniet. egredietur
20 Nõ reuertetur furor Domini vsq; dum faciat & vsque dum compleat cogitationẽ cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis consilium eius.
21 *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Supra 14.a 23.inf.17 c.27, & 29.b.9.
22 Si stetissent in consilio meo,& nota fecissent verba mea populo meo: auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. E
23 Putãsne Deus è vicino ego sum,dicit Dominus,& non délongè?
24 Si occultabitur vir in absconditis,& ego non videbo eum dicit Dominus? Nunquid non cælum & terram ego *implebo, dicit Dominus? *implens
25 Audiui quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes,Somniaui,somniaui.
26 Vsquequo istud est in corde prophetarũ vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui?
27 Qui volũt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum, quę narrat vnusquisque ad proximũ suum: sicut obliti sunt patres eorũ nominis mei propter Baal
28 Propheta qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. Quid paleis ad triticum, dicit Dominus. F
29 Nũquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus,& quasi malleus conterens petram? Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo.
30 Ecce ego ad prophetas,ait Dominus,qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit Dominus.
31 Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium,ait Dominus:
32 Qui narrauerunt ea,& seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis: cùm ego non misissem eos,nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic,dicit Dominus.
33 Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicẽs, Quod est onus Domini? dices ad eos,vt quid vobis onus? proiiciam quippe vos,dicit Dominus.
G 34 Et propheta & sacerdos & populus qui dicit, Onus Domini? visitabo super virum illum,& super domum eius.
35 Hæc dicetis vnusquisque ad proximum, & ad fratrem suum, Quid respondit Dominus?& quid locutus est Dominus?
36 Et onus Domini vltrà non morabitur, quia onus erit vnicuique sermo suus: & peruertistis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei nostri.
37 Hæc dices ad prophetam, Quid respondit tibi Dominus? & quid locutus est Dominus?
38 Si autem onus Domini dixeritis: propterea hæc dicit Dominus, Quia dixistis sermonem istũ, Onus Domini, & misi ad vos, dicens, Nolite dicere, Onus Domini:
39 Propterea ecce ego tollam vos portãs, & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi vobis,& patribus vestris à facie mea. Ps.10.c.12
40 *Et dabo vos in opprobriũ sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

CAP. XXIIII.

Visio duorum calathorum sicis plenorum. Prima visio significat patriam populi à captiuitate reducendã. Altera, Sedeciam, & reliquos populi perdendos.

1 OStendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni sicis positi ante templum Domini: postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniã filiũ Ioacim regem Iuda,& principes eius,& fabrum,& inclusorem de Ierusalem,& adduxit eos in Babylonem.
a (Calathus vnus sicus bonas habebat nimis: vt solent sicus esse primi temporis, & calathus vnus, sicus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quòd essent malæ.)
2 Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Sicus, sicus bonas, bonas valde. & malas, malas valde: quæ comedi non possent,eò quod sint malæ.
3 Et factũ est verbũ Domini ad me,dicens,
4 Hæc dicit Dominus Deus Israel, sicut sicus hæ bonæ: sic cognoscam transmigrationẽ Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bonum.
5 Et ponam oculos meos super eos ad placandum: & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos,& non destruam: & plãtabo eos,& non euellam.
6 Et dabo eis cor, vt sciant me, quia ego sum Dominus: *& erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo. Ier.3. 35
7 *Et sicut sicus pessimæ, quæ comedi non possunt,eo quòd sint malæ: hęc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Iuda,& principes eius, &*reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in Terra-AEgypti. *reliquias 17
9 Et dabo eos in vexationem afflictionémque omnibus regnis terræ,in opprobrium, & in parabolam,& in prouerbium,& in maledictionem in vniuersis locis ad quæ eiecti eos B
10 Et mittã in eis gladium, & famem,& pestem: donec consumantur de terra, quam dedi eis,& patribus eorum.

CAP. XXV.

Captiuitatem septuaginta annorum prædicit Ieremias ob verbi Dei contemptum. Ostendit post septuaginta annos Babylonios destruendos. Omnium Gentium destructio prædicitur. Increpat pastores Gentium ad planctum.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioacim filii Iosiæ regis Iudæ,(ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.) *Quod
2 *Et locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem dicens, Alia exemplaria habent Quæ
3 A tertiodecimo anno Iosiæ filii Amon regis Iuda vsque ad diem hanc (iste tertius & vicesimus annus) factum est verbum Domini ad me,& locutus sum ad vos de nocte consurgens & loquens,& non audistis.
4 Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas consurgens diluculo, mittensque, & non audistis, neque inclinastis aures vestras vt audiretis,cùm diceret, 4.Reg.17.
5 *Reuertimini vnusquisque à via sua mala & à pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra quam dedit Dominus vobis & patribus vestris, à seculo & vsque in seculum. b.13.sn.18. & b.11. inf.2 35.c.15. B
6 Et nolite ire post deos alienos,vt seruiatis eis,adoretisque eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarum,& non affligam vos.
7 Et non audistis me, dicit Dominus: vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum,in malum vestrum.
8 Propterea hæc dicit Dominus exercituũ, Pro eo quod non audistis verba mea,
9 Ecce ego mittam,& assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & adducam eos super terrã istam,& super habitatores eius,& super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in sibilum,& in solitudines sempiternas.
10 Perdãmque ex eis vocem gaudii & vocem C lætitiæ,vocem sponsi & vocem sponsæ,vocem molæ,& lumen lucernæ.
11 Et erit vniuersa terra hæc in solitudinẽ & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis,

12 *Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas.
13 Et adducam super terram illam omnia verba mea quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quæcunque prophetauit Ieremias aduersum omnes gentes:
14 Quia seruierunt eis, cùm essent gentes multæ & reges magni: & reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum.
15 Quia sic dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Sume calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te.
16 Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladii quem ego mittam inter eos.
17 Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas misit me Dominus.
18 Ierusalem & ciuitatibus Iuda, & regibus eius & principibus eius: vt darem eos in solitudinem, & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem, sicut est dies ista.
19 *Pharaoni regi AEgypti, & seruis eius, & principibus eius,
20 Et omni populo eius, & vniuersis generæ liter: cunctis regibus terræ Ausitidis, & cunctis regibus terræ Philisthiim, & Ascalonis, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti,
21 Edumæ, & Moab, & filiis Ammon:
22 Et cunctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidõnis: & regibus terræ insularum qui sunt trans mare,
23 Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis qui attonsi sunt in comam,
24 Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deserto,
25 Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum:
26 Cunctis quoque regibus Aquilonis de prope & delonge, vnicuique contra fratrem suum: & omnibus regnis terræ, quæ super faciem eius sunt: & rex Sesach bibet post eos.
27 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos.
28 Cumque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Bibentes bibetis:
29 *Quia ecce, in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes. Gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ dicit Dominus exercituum.
30 Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos, Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum: celeusma quasi calcantium, concinetur aduersus omnes habitatores terræ.
31 Peruenit sonitus vsque ad extremos terræ: quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cũ omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus.
32 Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ.
33 Et erunt interfecti Domini in die illa à G summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur, & non colligentur: in sterquilinium super faciem terræ iacebunt.
34 Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa.
35 Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis.
36 Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum.
37 Et conticuerunt aruæ pacis à facie iræ furoris Domini.
38 Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, *facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

CAP. XXVI.

Ieremias inuitat populum ad respiscentiam. Comprehensus à sacerdotibus & prophetis, adducitur in iudicium. Accusatus coram principibus, respondit, se verba Dei tantùm nuntiasse. Principes & populus absoluunt Ieremiam, monitis sacerdotibus & prophetis, exemplo Ezechiæ, qui Michæam eadem prædicantem absoluerat. Vrias propheta ab Ioacim occisus contra Dei voluntatem.

1 IN principio regni Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud à Domino, dicens,
2 (Hæc dicit Dominus,) Sta in atrio domus Domini, & loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in domo Domini, vniuersos sermones quos ego mãdaui tibi vt loquaris ad eos: noli subtrahere verbum:
3 (Si forte audiant & cõuertãtur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum.)
4 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Si nõ audieritis me vt ambuletis in lege mea quam dedi vobis,
5 Vt audiatis sermones seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens, & non audistis:
6 Dabo domum istam *sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.
7 Et audierunt sacerdotes & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini.
8 Cumque complesset Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens, Morte moriatur.
9 Quare prophetauit in nomine Domini, dicens, Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur, eo quòd non sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo Domini,
10 Et audierunt principes Iuda verba hæc, & ascenderũt de domo regis in domum Domini, & sederunt in introitu portæ domus *Domini nouæ.
11 Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes, & ad omnẽ populum dicentes, Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris.
12 Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populum, dicens, Dominus misit me vt prophetarem ad domum istam, & ad ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis.
13 *Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali quod locutus est aduersum vos.
14 Ego autem ecce in manibus vestris sum, facite mihi quod bonum & rectum est in oculis vestris.
15 Veruntamen scitote & cognoscite quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam, & habitatores eius. In veritate enim misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribꝰ vestris omnia verba hæc.
16 Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & ad prophetas, Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos.
17 Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes,
18 *Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda: & ait ad omnẽ populum Iudæ, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Sion quasi ager arabitur: & Ierusalem in aceruum lapidum erit: & mons domus Domini in excelsa syluarum.
19 Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? nunquid nõ timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini: & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque *non faciamus malum grande contra animas nostras.
20 Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ.
21 Et audiuit rex Ioacim, & omnes potẽtes, & principes eius verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitque, & ingressus est AEgyptum.
22 Et misit rex Ioacim viros in AEgyptum, Elnathan filium Achobor, & viros cum eo in AEgyptum.
23 Et eduxerunt Vriam de AEgypto, & adduxerunt eum ad regem Ioacim, & percussit eum gladio: & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis.
24 Igitur manus Ahicam filii Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manu populi, & interficerent eum.

CAP. XXVII.

Iussu Domini Ieremias vegi Iuda & vicinis regibus mittit vincula, quibus monentur subiici Nabuchodonosor. Admonet populum & reges ne pseudoprophetis credant.

1 IN principio regni Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domino, dicens,
2 Hæc dicit Dominus ad me, Fac tibi vincula & catenas: & pones eas in collo tuo,
3 Et mittes eas ad regem Edom, & ad regẽ Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis: in manu nuntiorum qui venerũt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda.
4 Et præcipies eis vt ad dominos suos loquantur, Hæc dicit Dominus exercituum Deꝰ Israel, Hæc dicetis ad dominos vestros,
5 Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eam ei qui placuit in oculis meis.
6 Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi.
7 Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ & reges magni.
8 Gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicunque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis: in gladio & in fame & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus: donec consumam eos in manu eius.
9 Vos ergo nolite audire prophetas vestros & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicunt vobis, Non seruietis regi Babylonis.
10 Quia mendacium prophetant vobis: vt longè vos faciant de terra vestra, & eiiciãt vos, & pereatis.
11 Porro gens quæ subiecerit ceruicẽ suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittam eam in terra sua, dicit Dominus: & colet eam, & habitabit in ea.
12 Et ad Sedeciam regem Iuda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens, Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & viuetis.
13 Quare moriemini tu, & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentem quæ seruire noluerit regi Babylonis.
14 Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non seruietis regi Babylonis: quia mendacium ipsi loquuntur vobis.
15 *Quia non misi eos, ait Dominus: & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiiciãm vos, & pereatis tam vos, quàm pro-

pietæ qui vaticinantur vobis.
16 Et ad sacerdotes, & ad populum istum locutus sum, dicens, Hæc dicit Dominus, Nolite audire verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicentes, Ecce, vasa "Domini reuertentur de Babylone nunc cito. Mendacium enim prophetant vobis.
17 Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. Quare datur hæc ciuitas in solitudinem?
18 Et si prophetæ sunt, & est verbū Domini in eis: occurrant Domino exercituum, vt non veniant vasa quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonem.
19 *Quia hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum quæ remanserunt in ciuitate hac.
20 Quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cùm transferret Iechoniam filium Ioacim regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ierusalem:
21 Quia hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel ad vasa quæ derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem.
22 In Babylonem transferentur, & ibi erunt vsque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus: & afferri faciam ea, & restituí in locum istum.

CAP. XXVIII.

Hananiæ prophetæ falsa prophetia. Ostendit Ieremias falsam Hananiæ prophetiam, exemplo aliorum prophetarum. Inspiratus a Domino Ieremias, increpat Hananiam, mortem ei prædicens.

1 ET factū est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon) in domo Domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens,
2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Contriui iugum regis Babylonis.
3 Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini, quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem.
4 Et Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, & omnem transmigrationem Iudæ, qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertā ad locum istum, ait Dominus. Conteram enim iugum regis Babylonis.
5 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis sacerdotum & in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini:
6 Et ait Ieremias propheta, Amen, sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua quæ prophetasti, vt referantur vasa in domum Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum.
7 Verumtamen audi verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus tuis uersi populi.
8 Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt super terras multas, & super regna magna, de prælio & de afflictione, & de fame.
9 Propheta qui vaticinatus est pacem, cùm venerit verbum eius, tunc scietur propheta quem misit Dominus in veritate.
10 Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam
11 Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens, Hæc dicit Dominus, Si confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium.
12 Et abiit Ieremias propheta in viam suam & factum est verbum Domini ad Ieremiā, (postquam confregit Hananias propheta catenam de collo [illegible]emiæ prophetæ) dicens,
13 Vade, & dices Hananiæ, Hæc dicit Dominus, Catenas ligneas contriuisti: & facies pro eis catenas ferreas.
14 Quia hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel, Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruient ei insuper, & bestias terræ dedi ei.
15 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiā propheram, Audi Hananias: non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio.
16 Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce, ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris. Aduersum enim Dominum locutus es.
17 Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo.

CAP. XXIX.

Epistola Ieremiæ missa ad captiuos in Babylone. Prophetas in reductione à captiuitate post septuaginta annos. Prædicit regis & populi qui remanserat in Ierusalem exitium. Minatur duobus pseudoprophetis seductoribus populum. Semeiæ Nehelamitæ mors prædicitur.

1 ET hæc sunt verba libri "quæ misit Ieremias "de Ierusalem ad reliquias se" prophetiorum trāsmigrationis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnē populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonem:
2 Postquam egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iudæ, & Ierusalem, & faber, & inclusor de Ierusalem:
3 In manu Elasa filii Saphan, & Gamariæ filii Helciæ, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens,
4 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel omni transmigrationi quam transtuli de Ierusalem in Babylonem,
5 AEdificate domos, & habitate: & plantate hortos

hortos, & comedite fructum eorum.
6 Accipite vxores, & generate filios & filias, & date filiis vestris vxores, & filias vestras date viris, & pariant filios & filias: & "multiplicabimini ibi, & nolite esse pauci numero.
7 Et quærite pacem ciuitatis ad quā transmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis.
8 Hæc "dicit Dominus exercituum Deus Israel, non vos seducant prophetæ vestri qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri, & ne attendatis ad somnia vestra quæ vos somniatis.
9 *Quia falsò ipsi prophetant vobis in nomine meo: & non misi eos, dicit Dominus.
10 *Quia hæc dicit Dominus, Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum.
11 Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam.
12 Et inuocabitis me, "& viuetis: & orabitis me, & ego exaudiam vos.
13 Quæretis me, & inuenietis: cùm quæsieritis me in toto corde vestro.
14 "Inueniar à vobis, ait Dominus: & reducam captiuitatem vestram: & congregabo vos de vniuersis gentibus: & de cunctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dominus: & reuerti vos faciam de loco ad quem transmigrare vos feci.
15 Quia dixistis, "Suscitabit nobis Dominus prophetas in Babylone.
16 Quia hæc dicit Dominus ad regem qui sedet super solium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, & ad fratres vestros, qui nō sunt egressi vobiscum in transmigrationem,
17 Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce, mittam in eos gladium, & famem, & pestem: & ponā eos quasi ficus malas quæ comedi nō possunt, eo quod pessimæ sint.
18 Et persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ, in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos.
19 Eo quòd non audierint verba mea, dicit Dominus: quæ misi ad eos per seruos meos prophetas, & ad omnē populum quem transmigrare feci: & non audistis, dicit Dominus.
20 Vos ergo audite verbum Domini omnis transmigratio, quam emisi de Ierusalem in Babylonem.
21 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad Achab filium Colix, & ad Sedeciam filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter, Ecce, ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis vestris.
22 Et assumetur ex eis maledictio omni trāsmigrationi Iudæ, quæ est in Babylone, dicentium, Ponat te Dominus sicut Sedeciam & sicut Achab quos "exit rex Babylonis in "frixigne,
23 Pro eo quòd fecerint stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum: & locuti sunt verbū in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis. Ego sum iudex & testis, dicit Dominus.
24 Et ad Semeiam Nehelamiten dices,
25 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Pro eo quod misisti in nomine "meo libros ad omnē populum qui est in Ierusalem, & ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotē, & ad vniuersos sacerdotes, dicens,
26 Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade sacerdote: vt sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium, prophetantem, vt mittas eum in nervum & in carcerem,
27 Et nunc quare non increpasti Ieremiam Anathothiten, qui prophetat vobis?
28 Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens, Longum est: ædificate, domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorum.
29 Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Ieremiæ prophetæ.
30 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens,
31 Mitte ad omnem transmigrationem, dicens, Hæc dicit Dominus ad Semeiam Nehelamiten, Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum: & fecit vos confidere in mendacio,
32 Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce, Ego visitabo super Semeiam Nehelamiten, & super semen eius: non erit ei vir sedens in medio populi huius, & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait Dominus, quia prævaricationem locutus est aduersus Dominum.

CAP. XXX.

Reductio populi à Babylone, Castigatione sua ostendit Deus populum peccatorem. Destructio inimicorum Israelis. Reducendam Israelem à captiuitate prædicit.

1 HOc verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens,
2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, dicens, Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum ad te, in libro.
3 Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & conuertam conuersionem populi mei Israel & Iuda, ait Dominus, & conuertam eos ad terram quam dedi patribus eorum, & possidebunt eam.
4 Et hæc verba quæ locutus est Dominus ad Israel & ad Iudam.
5 Quoniam hæc dicit Dominus, Vocem terroris audiuimus: formido, & non est pax.
6 Interrogate, & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem.

7 *Vx, quia magna dies illa, nec est similis eius: tempusque tribulationis est Iacob, & ex ipsa saluabitur.

8 Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius disrumpã: & nõ dominabuntur ei amplius alieni:

9 Sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo quem suscitabo eis.

10 *Tu ergo non timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel, quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet:

11 Quoniam tecum ego sum, ait Dominus, vt saluem te, faciam enim consummationẽ in cunctis gentibus in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius.

12 Quia hæc dicit Dominus, Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

13 Non est qui iudicet iudicium tuum; "ad alligandam curationem tuam vtilitas non est tibi.

14 Omnes amatores tui obliti sunt tui: teq; non quærent: plaga enim inimici percussit te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua.

15 Quid clamas super contritione tua: *insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua, feci hæc tibi.

16 Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur: & vniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur: & omnes qui te vastant, vastabuntur, cunctósque prædatores tuos dabo in prædam.

17 Obducam enim cicatricẽ tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te, Sion hæc est quæ non habebat requirentem.

18 Hæc dicit Dominus, Ecce, ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur.

19 Et egredietur de eis laus, vóxque ludentium: & multiplicabo eos, & nõ minuentur, & glorificabo eos, & nõ attenuabuntur.

20 Et erunt filii eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit: & visitabo aduersum omnes qui tribulant eum.

21 Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum: & accedet ad me. Quis enim iste est qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi, ait Dominus.

22 Et eritis mihi in populũ: & ego ero vobis in Deum.

23 Ecce, turbo Domini furor egrediens, procella ruens: in caput impiorũ cõquiescet.

24 Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui, in nouissimo dierum intelliget is.

CAP. XXXI.

Populum Israelem suæ felicitati restituendum dicit, Conuersi à peccatis est Dei donum. Natiuitas Christi predicitur. Omnes in peccato suo morientur. Testamentum nouum. Dati à Deo Christiani. Remissio peccatorum. Promittit Deus se abiecturum Iudæos. Reædificatio Ierusalem.

IN tẽpore illo, dicit Dominus, Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum,

2 Hæc dicit Dominus, Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio: vade ad requiem suam Israel.

3 Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.

4 Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.

5 Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt.

6 Quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Samariæ in monte Ephraim, Surgite, & ascendamus in Sion, ad Dominum Deum nostrum.

7 Quia hæc dicit Dominus, exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput Gentium: personate, & canite, & dicite, Salua Domine populum tuum reliquias Israel.

8 Ecce, ego adducam eos de terra Aquilonis, & cõgregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul, cœtus magnus reuertentium huc.

9 In fletu venient, & in "precibus reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est.

10 Audite verbum Domini gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite, Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet eum sicut pastor gregem suum.

11 "Redimet enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris.

12 Et venient, & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini super frumento, & vino & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient.

13 Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul: & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo.

14 Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis "adimplebitur, ait Dominus,

15 Hæc dicit Dominus, *Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel plorantis filios suos: & nolentis consolari super eis, quia non sunt. Hæc dicit Dominus.

16 Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici.

Et est

17 Et est spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur filii tui ad terminos suos.

18 Audiens audiui Ephraim transmigrãtem, Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus.

19 Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.

20 Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum: misericordia miserans miserebor eius, ait Dominus.

21 Statue tibi speculum, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.

22 Vsquequo delicijs dissoluêris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram: FOEMINA CIRCVNDABIT VIRVM.

23 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatem eorum, Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus:

24 Et habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ & migrantes greges.

25 Quia inebriaui animã lassam: & omnem animam esurientem saturaui.

26 Ideo quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi.

27 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & seminabo domũ Israel & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum.

28 Et sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos, vt ædificem & plantem, ait Dominus.

29 "In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt:

30 Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius.

31 Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum.

32 Non secundum pactum quod pepigi cum patribus "vestris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de Terra AEgypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus.

33 Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus, Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

34 Et non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus: *quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.

35 Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomẽ illi:

36 Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet vt non sit gens coram me cunctis diebus.

37 Hæc dicit Dominus, Si mensurari potuerint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum:

38 Et ego abiiciam vniuersum semen Israel propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus.

39 Ecce, dies "venient, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel, vsque ad portam anguli. Et exibit vltrà "normam mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circuibit Goatha.

40 Et omnem vallem cadauerum, & cineres, & vniuersam regionẽ mortis, vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis, sanctum Domini: non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum.

CAP. XXXII.

Coniicitur Ieremias in carcerem quòd ciuitatem à rege Babylonis capiendam prophetasset. Per agrum empium à Ieremia iussa Dominus, significatur populum reuersurum in possessionem terræ suæ. Populus Dei. Dei donum, timor sui, vt vitentur peccata.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda, ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor.

2 Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda.

3 Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens, Quare vaticinaris, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Babylonis, & capiet eam?

4 Et Sedecias rex Iuda nõ effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius: & oculi eius oculos illius videbunt.

5 Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus. Si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis.

6 Et dixit Ieremias, Factum est verbum "Domini ad me, dicens,

7 Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus venit ad te, dicens, Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth: iure enim competit ex propinquitate vt emas.

8 Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secundum verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me, Posside agrum meum qui est in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt possideas. Intellexi autem quod verbum Domini esset.

9 Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui est in Anathoth: & appendi ei ar-

gentum septē stateres ,'& decē argenteos,
20 Et scripsi in libro, & signaui , & adhibui
testes:& appendi argentum in statera,
21 Et accepi librum possessionis signatum,
& stipulationes, & rata, & signa forinsecus.
2. Et dedi librum possessionis Baruch filio
Neri filii Maasiæ in oculis Hanameel pa-
truelis mei, & in oculis testium qui scripti
erant in libro emptionis in oculis om-
nium Iudæorum, qui sedebant in atrio
carceris,
23 Et præcepi Baruch coram,eis dicens,
24 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Is
rael, Sume libros istos , librum emptionis
hunc signatum, & librum hunc, qui a-
pertus est:& 'pones illos in vase fictili,vt per-
manere possint diebus multis.
C 25 Hæc enim dicit Dominus exercituum
Deus Israel, Adhuc possidebuntur domus,
& agri,& vineæ in terra ista.
26 Et orauì ad Dominum postquam tradi-
di librum possessionis Baruch , filio Neri,
dicens,
27 Heu,heu,heu, Domine Deus : ecce tu fe-
cisti cælum & terrā in fortitudine tua ma-
gna,& in brachio tuo extento:non erit ti-
bi difficile omne verbum.
28 Qui facis misericordiam in millibus , &
reddis iniquitatem patrum in sinum filio-
rum eorum post eos fortissime,magne , &
Exod. 34. potens,*Dominus exercituum nomen tibi.
n.7. deut. 29 Magnus consilio , & incomprehensibilis
5.a.9. cogitatu:cuius oculi aperti sunt super om-
nes vias filiorum Adam : vt reddas vnicui-
que secundum vias suas , & secundum fru-
ctum adinuentionum eius:
30 Qui posuisti signa & portenta in Terra
AEgypti vsque ad diem hanc, & in Israel,
& in hominibus, & fecisti tibi nomen sicut
est dies hæc.
D 31 Et eduxisti populum tuum Israel de Ter-
ra AEgypti,in signis , & in portentis , & in
manu robusta,& in brachio extento , & in
terrore magno.
32 Et dedisti eis terram hanc , quam iurasti
patribus eorum, vt dares eis terram fluen-
tem lacte & melle.
33 Et ingressi sunt,& possederunt eam:& nō
obedierunt voci tuæ,& in lege tua non am-
bulauerunt:omnia quæ mandasti eis vt fa-
cerent , non fecerunt : & euenerunt eis o-
mnia mala hæc.
34 Ecce munitiones extructæ sunt aduersum
ciuitatem , vt capiatur , & vrbs data est in
manus Chaldæorum,& in manus regis Ba-
bylonis,qui præliantur aduersus eam à fa
cie gladii,& famis,& pestilentiæ:& quæcun
que locutus es,acciderunt,vt tuipse cernis.
35 Et tu dicis mihi Domine Deus,Eme agrū
argento,& adhibe testes : cum vrbs data sit
in manus Chaldæorum?
36 Et factum est verbum Domini ad Iere-
miam,dicens.
37 Ecce , ego Dominus Deus vniuersæ car-
nis, nunquid mihi difficile erit omne ver-
bum?
E 38 Propterea hæc dicit Dominus, Ecce, ego
tradam ciuitatem istam in manus Chal-
dæorum,& in manus regis Babylonis,& ca
pient eam.
29 Et venient Chaldæi præliantes aduersum
vrbem hanc , & succendent eam igni , &
comburent eam, & domos, in quarum do-
maribus sacrificabant Baal , & libabant diis
alienis libamina ad irritandum me.
30 Erunt enim filii Israel & filii Iuda iugi-
ter facientes malum in oculis meis ab a-
dolescentia sua: filii Israel qui vsque nunc
exacerbant me in opere manuum suarum,
dicit Dominus.
31 Quia in furore , & in indignatione mea
facta est mihi ciuitas hæc, à die qua ædifi-
cauerunt eam , vsque ad diem istam , quæ
auferetur de conspectu meo.
32 Propter malitiam filiorum Israel & filio
rum Iuda , quam fecerunt ad iracundiam
me prouocantes, ipsi , & reges eorum , &
principes eorum , & sacerdotes eorum , &
prophetæ eorum , viri Iuda & habitatores
Ierusalem. F
33 Et verterunt ad me terga & non facies: 'docerē
cum'docerem eos & erudirem diluculo,& eos diluc
nollent audire vt acciperent disciplinam. culo, &
34 *Et posuerunt idola sua in domo,in qua erudire
inuocatum est nomen meum , vt pollue- 4.Reg.21.
rent eam.
35 Et ædificauerunt excelsa Baal : quæ sunt
in valle filii Ennom:vt initiarēt filios suos
& filias suas Moloch : quod non mandaui
eis,nec ascēdit in cor meum vt facerent abo-
minationem hanc , & in peccatum deduce-
rent Iudam.
36 Et nunc propter ista,hæc dicit Dominus
Deus Israel ad ciuitatem hanc,de qua vos
dicitis quod tradatur in manus regis Baby-
lonis in gladio,& in fame,& in pestc.
37 Ecce , ego congregabo eos de vniuersis
terris ad quas eieci eos in furore meo , &
in ira mea,& in indignatione grandi:& re-
ducam eos ad locum istum,& inhabitare eos G
faciam confidenter.
38 Et erunt mihi in populum, & ego ero eis
in Deum.
39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnam,vt
timeant me vniuersis diebus:& bene sit eis,
& filiis eorum post eos.
40 Et feriam eis pactum sempiternum , &
non desinam eis benefacere : & timorem
meum dabo in corde eorum, vt non rece-
dant à me.
41 Et lætabor super eis , cùm bene eis fece-
ro:& plantabo eos in terra ista in veritate
in toto corde meo & in tota anima mea.
42 Quia hæc dicit Dominus,sicut adduxi su
per populum istum omne malum hoc grā-
de : sic adducam super eos omne bonum
quod ego loquor ad eos.
43 Et possidebuntur agri in terra ista:de qua
vos dicitis quòd deserta sit , eo quòd non
remanserit homo & iumentum , & data sit
in manus Chaldæorum:
44 Agri ementur pecunia,& scribentur in li
bro,& imprimetur signum, & testis adhibe
bitur in terra Ben-iamin,& in circuitu Ieru
salem,in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus
montanis , & in ciuitatibus campestribus,
& in

& in ciuitatibus quæ ad austrum sunt:
quia conuertam captiuitatem eorum , ait
Dominus.

CAP. XXXIII.

Monetur propheta orare pro populi liberatione quam promittit Dominus,Remittit Deus pec cata,& benefacit populo ad gloriam suā.De Christo nascituro.De regno Christi in ecclesia nunquàm finituro.

1 ET factum est verbum Domini ad Iere-
'Domin' miam secundò,cùm adhuc clausus esset
in atrio carceris,dicens,
2 Hæc dicit Dominus qui facturus est:*&
formaturus illud , & paraturus, Dominus
nomen eius.
3 Clama ad me,& exaudiam te:& annuntia-
bo tibi grandia,& firma quæ nescis.
4 Quia hæc dicit Dominus Deus Israel ad
domos vrbis huius,& ad domos regis Iuda
quæ destructæ sunt,& ad munitiones,
'quos 5 Et ad gladium venientium vt dimicent
cum Chaldæis,& impleant eas cadaueribus
hominum,'quas percussi in furore meo &
in indignatione mea , abscondens faciem
meam à ciuitate hac propter omnem ma-
litiam eorum.
'el(sing. 6 Ecce , ego obducam'eis cicatricem & sa-
nitatem,& curabo eos:& reuelabo illis de-
precationem pacis & veritatis.
'Israel: 7 Et conuertam conuersionem Iuda,& con
uersionem'Ierusalem:& ædificabo eos sicut
à principio.
8 Emundabo illos ab omni iniquitate sua,
in qua peccauerunt mihi:& propitiuero
cunctis iniquitatibus eorum,in quibus de-
liquerunt mihi, & spreuerunt me.
B 9 Et erit mihi in nomen,& in gaudium,& in
'audie- laudem , & in exultationem cunctis gen-
tur tibus terræ quæ'audierunt omnia bona quæ
'bonis, ego facturus sum eis:& pauebunt,& turba-
buntur in vniuersis 'locis, & in omni pace
quam ego faciam eis,
10 Hæc dicit Dominus, Adhuc audietur in
loco isto (quem vos dicitis esse desertum,
eo quòd non sit homo , nec inmentum)in
ciuitatibus Iuda , & foris Ierusalem (quæ
desolatæ sunt absque homine & absque
habitatore & absque pecore,vox gaudii &
vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox
dicentium,
21 Confitemini Domino exercituum , quo-
niam bonus Dominus , quoniam in æter-
num misericordia eius : & portantium vo
ta in domum Domini.reducam enim con-
uersionem terræ sicut à principio , dicit
Dominus.
12 Hæc dicit Dominus exercituum , Adhuc
'greges erit in loco isto deserto absque homine, &
absque iumento , & in cunctis ciuitatibus
C eius, habitaculum pastorum accubantium
'gregum.
23 In ciuitatibus montanis,& in ciuitatibus
campestribus , & in ciuitatibus quæ ad
Austrum sunt : & in terra Beniamin , & in
circuitu Ierusalem , & in ciuitatibus Iuda
adhuc transibunt greges ad manum nume-
rantis,sit Dominus.
14 *Ecce dies venient,dicit Dominus:& su- 5 23.a.5
scitabo verbum bonum quod locutus sum
ad domum Israel & domum Iuda.
15 In diebus illis , & in tempore illo germi
nare faciam Dauid germen iustitiæ : & fa-
ciet iudicium & iustitiam in terra. 'Ierusalē
16 In diebus illis saluabitur Iuda , & 'Israel hoc est
habitabit confidenter: & *hoc est nomen quod vo-
quod vocabunt eum , Dominus iustus cabit eū
noster.
17 Quia hæc dicit Dominus , Non interibit
de Dauid vir qui sedeat super thronum
domus Israel.
18 Et de sacerdotib*& Leuitis non interibit
vir à facie mea,qui offerat holocaustoma-
ta,& incendat sacrificium , & cædat victi-
mas omnibus diebus. D
19 Et factum est verbum Domini ad Iere-
miam,dicens,
20 Hæc dicit Dominus,Si irritum potest fie
ri pactum meum cum die,& pactum meum
cum nocte,vt non sit dies & nox in tempo-
re suo:
21 Et pactum meum irritū esse poterit cum
Dauid seruo meo , vt non sit ex eo filius
qui regnet in throno eius, & Leuitæ & sa-
cerdotes ministri mei.
22 Sicuti enumerari non possunt stellæ cæli, 'arenæ
& metiri'arena maris:sic multiplicabo se-
men Dauid serui mei,& Leuitas ministros
meos.
23 Et factum est verbum Domini ad Iere-
miam,dicens,
24 Nunquid non vidisti quid populus hic lo
cutus sit , dicens, Duas cognationes , quas
elegerat Dominus, abiecit & sunt : & popu-
lum meum despexerunt , eo quòd non sit
vltrà gens coram eis.
25 Hæc dicit Dominus, Si pactū meum inter 'cæli
diem & noctem , & leges 'cælo & terræ
non posui:
26 Equidem & semen Iacob,& Dauid serui
mei proficiam, vt non assumam de semine
eius principes seminis Abraham, Isaac, &
Iacob: reducam enim conuersionem eo-
rum,& miserebor eis.

CAP. XXXIIII.

Minatur ciuitatem tradendam in manus regis Babylonis. Sed eius tradendas regi Babel. Cremandam:supposita.Increpat eos qui seruos liberatos donatos reiebant in seruitutem.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam
à Domino (quando Nabuchodonosor
rex Babylonis,& omnis exercitus eius vni-
uersaq; regna terræ,quæ erant sub potestā
te manus eius , & omnes populi eius bella
bant contra Ierusalem , & contra omnes
vrbes eius,) dicens,
2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vade, &
loquere ad Sedeciam regem Iudæ: & dices
ad eum,Hæc dicit Dominus,Ecce ego tra-
dam ciuitatem hanc in manus regis Baby-
lonis,& succendet eam igni.
3 Et tu non effugies de manu eius,sed com-
prehensione capieris, & in manu eius tra-
deris : & oculi tui oculos regis Babylonis
videbunt,& os eius cum ore tuo loquetur,

& Babylonem introibis.
4 Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda, Hæc dicit Dominus ad te, Nõ morieris in gladio,
Sed in pace moriẽris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te: & Væ domine, plangent te, quia verbum hoc ego locutus sum, dicit Dominus.
B 6 Et locutus est Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iuda vniuersa verba hæc in Ierusalem.
7 Et exercitus regis Babylonis pugnabat cõtra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iuda, quæ reliquæ erant contra Lachis, & cõtra Azẽcha: hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ.
8 Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo Ierusalem
9 Prædicans eis libertatem, vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, Hebræum & Hebræam liberos: & ne quaquam dominarentur eis, id est in Iudæo & fratre suo.
10 Audierunt ergo omnes principes, & vniuersus populus, qui ierãt pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, liberos, & vltrà non dominarentur eis, audierunt igitur, & dimiserunt.
11 Et conuersi sunt deinceps: & retraxerunt seruos suos & ancillas suas, quos *dimiserunt liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas.
12 Et factũ est verbum *Domini ad Ieremiam à Domino, dicens,
C 13 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego percussi fœdus cum patribus vestris in die qua eduxi eos de Terra AEgypti, de domo seruituris, dicens,
Exod. 21. a. 2. deut. 15. c. 12. 14 *Cum completi fuerint septem anni dimittat vnusquisque fratrẽ suum Hebræorum, qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis: & dimittes eum à te liberum. & non audierunt patres vestri me, nec inclinauerunt aurem suam.
15 Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisque ad amicum suum: & iniistis pactum in conspectu meo, in domo in qua inuocatum est nomen meum super eam.
16 Et reuersi estis, & commaculastis nomen meum: & reduxistis vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, quos dimiseratis vt essent liberi & fuæ potestatis: & subiugastis eos vt sint vobis serui & ancillæ.
D 17 Propterea hæc dicit Dominus, Vos non audistis me, vt prædicaretis libertatem vnusquisque fratri suo, & vnusquisque amico suo: ecce ego prædico *libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.
18 Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius,
19 Principes Iuda & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisiones vituli:
20 Et dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in escam volatilibus cæli & bestiis terræ.
21 Et Sedeciam regem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt à vobis.
22 Ecce, ego præcipio, dicit Dominus: & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersus eam: & capient eam, & incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo quòd non sit habitator.

CAP. XXXV.

Proposita Iudæis Rechabitarum obedientia, eorum superbiam confundit. Præceptum Ionadab patris Rechabitarum. Iudæi rebellibus pœnam minatur. Rechabitis obedientibus fœlicitatem promittit.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino in diebus Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, dicens,
2 Vade ad Domũ Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in vnam exedram thesaurorum, & dabis eis bibere vinum.
3 Et assumpsi Iezoniam filium Ieremiæ filii Habsaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam domum Rechabitarum:
4 Et introduxi eos in domum Domini, ad gazophylacium filiorum Hanan filii Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principũ, super thesaurum Maasiæ filii Sellum, qui erat custos vestibuli.
5 Et posui coram filiis domum Rechabitarum scyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos, Bibite vinum.
6 Qui responderunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis, dicens, Non biberis vinum vos & filii vestri vsque in sempiternum,
7 Et domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini.
8 Obediuimus ergo voci Ionadab filii Rechab, patris nostri, in omnibus quæ præcepit nobis: ita vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, filii & filiæ nostræ:
9 Et non ædificaremus domos ad habitandum.
10 Et vineam & agrum & sementem nõ habuimus, Sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes *fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster.
11 Cùm autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, dixi

*legendũ qui, pro quando

*facimus

mus, Venite, & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Chaldæorum & à facie exercitus Syriæ: & mansimus in Ierusalem.
12 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens,
13 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Vade, & die viris Iuda & habitatoribus Ierusalem, Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus.
14 Prævaluerunt sermones Ionadab filii Rechab, quos præcepit filiis suis vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad diem hanc: quia obedierunt præcepto patris sui ego autẽ locutus sum ad vos, de mane consurgens & loquens, & non obedistis mihi.
15 Misique ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculo, mittensque, & dicens, *Conuertimini vnusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra: & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus vestris: & non inclinastis aurem vestram, neque audistis me.
16 Firmauerunt igitur filii Ionadab filii Rechab præceptum patris sui quod præceperat eis: populus autem iste non obediuit mihi:
17 Ideirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Ecce ego *adducam super Iudam & super omnes habitatores Ierusalem vniuersam afflictionem quam locutus sum aduersum illos: eo quòd locutus sum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non responderunt mihi.
18 Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quæ præcepit vobis:
19 Propterea hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Israel, Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

CAP. XXXVI.

Scribit Baruch dictante Ieremia volumen maledictionum aduersus Iudam & Israel. Mittitur cum volumine ad populum. Legit Baruch volumen coram omni populo. Accersitus ad principes verba eadẽ legit coram eis. Nuntiant principes regi verba voluminis. Iudi accepto volumine, & paucis in eo lectis illud in ignem proiicit, Iussu Domini aliud volumen scribitur.

1 ETfactum est in anno quarto Ioacim filii Iosiæ regis Iuda: factum est verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens,
2 Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi aduersum Israel & Iudam, & aduersum omnes gentes: à die qua locutus sum ad te ex diebus Iosiæ vsque ad diem hanc:
3 Si fortè audiente domo Iuda vniuersa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisque à via sua pessima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorum.
4 Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermones Domini, quos locutus est ad eum in volumine libri.
5 Et præcepit Ieremias Baruch, dicens, Ego clausus sum, nec valeo ingredi domum Domini.
6 Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Domini in die ieiunii: insuper & audiente vniuerso Iuda, qui veniunt de ciuitatibus suis, Iegesque eis:
B 7 Si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, & reuertatur vnusquisque à via sua pessima: quoniam magnus furor & indignatio est, quam locutus est Dominus aduersus populum hunc.
8 Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine sermones Domini in domo Domini.
9 Factum est autem in anno quinto Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, in mense nono, prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem.
10 Legitque Baruch in volumine sermones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filii Saphan scribæ, in vestibulo superiori, in introitu portæ nouæ domus Domini, audiente omni populo.
11 Cùmque audisset Michæas filius Gamariæ filii Saphan omnes sermones Domini ex libro:
12 Descendit in domum regis ad gazophylacium scribæ: & ecce, ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuersi principes.
13 Et nuntiauit eis Michæas omnia verba quæ audiuit, *legentem Baruch ex volumine in auribus populi.
14 Miserunt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filii Selemiæ filii Chusi, dicentes, Volumen ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu sua, & venit ad eos.
15 Et dixerunt ad eum, Sede, & lege hæc in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorum.
16 Igitur cùm audissẽt omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximum suum, & dixerunt ad Baruch,
17 Nuntiare debemus regi omnes sermones istos. Et interrogauerunt eum, dicentes, Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius.
18 Dixit autem eis Baruch, Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos: & ego scribebam in volumine, atramento.
19 Et dixerunt principes ad Baruch, Vade, & abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis.
20 Et ingressi sunt ad regem in atrium (por

*legente (ablatiui casus. Hebraicè enim legitur in legendo

rò volumen commendauerunt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ:) & nuntiauerunt audiente rege omnes ſermones.

E 22 Miſitque rex Iudi, vt ſumeret volumen: qui tollens illud de gazophylacio Eliſamæ scribæ, legit audiente rege, & vniuerſis principibus qui ſtabant circa regem.

22 Rex autem ſedebat in Domo hyemali in menſe nono: & poſita erat arula coram eo plena prunis.

23 Cumque legiſſet Iudi tres pagellas vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ: & proiecit in ignem qui erat ſuper arulam: donec conſumeretur omne volumen igni qui erat in arula.

24 Et non timuerunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua rex, & omnes ſerui eius, qui audierunt vniuerſos ſermones iſtos.

25 Veruntamen Elnathan, & Dalaras, & Gamarias contradixerunt regi ne combureret librum: & non audiuit eos.

26 Et præcepit rex Ieremiel filio Amélech, F & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt comprehenderent Baruch ſcibam, & Ieremiam prophetam: abſcondit autem eos Dominus.

27 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam (poſtquam combuſſerat rex volumen, & ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ,) dicens,

28 Rurſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo omnes ſermones priores, qui erãt in primo volumine, quod combuſsit Ioacim rex Iuda.

illud 29 Et ad Ioacim regem Iuda dices, Hæc dicit Dominus, Tu cõbuſiſti volumen iſtud dicens, Quare ſcripſiſti in eo annuntians, Feſtinus veniet rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc: & ceſſare faciet ex illa hominem & iumentum?

G 30 Propterea hæc dicit Dominus Deus contra Ioacim regem Iuda, Nõ erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem.

31 Et viſitabo contra eum & contra ſemen eius, & contra ſeruos eius iniquitates ſuas, & adducam ſuper eos & ſuper habitatores Ieruſalem, & ſuper viros Iuda omne malum quod locutus ſum ad eos: & non audierunt.

31 Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri quem combuſſerat Ioacim rex Iuda igni: & inſuper additi ſunt ſermones multò plures quàm anteà fuerant.

CAP XXXVII.

Succedit Sedecias Iechoniæ. Mittit ad Ieremiam vt pro ſe oret. Predicit Deus vobis excidium. Proficiſcens Ieremias in terram Beniamin comprehenditur. Cæſus in carcerem mittitur. Liberatur à rege Sedecia.

1 ET regnauit rex Sedecias filius Ioſix pro Iechonia filio Ioacim: quem conſtituit regem Nabuchudonoſor rex Babylonis in terra Iuda.

2 Et non obediuit ipſe, & ſerui eius, & populus terræ verbis Domini quæ locutus eſt in manu Ieremiæ prophetæ.

3 Et miſit rex Sedecias Iuchal filium Selemix, & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiam prophetam, dicens, Ora pro nobis Dominum Deum noſtrum.

4 (Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi: non enim miſerant eum in cuſtodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egreſſus eſt de AEgypto: & audientes Chaldæi, qui obſidebant Ieruſalem, huiuſcemodi nuntium, receſſerũt ab Ieruſalem)

5 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam, dicens,

6 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Sic dicetis regi Iuda qui miſit vos ad me interrogandum, B

7 Ecce exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt vobis in auxilium, reuertetur in terram ſuam in AEgyptum: & [illegible]ent Chaldæi, & bellabunt contra ciuitat[illegible]nanc: & capient eam, & ſuccendent eam igni.

8 Hæc dicit Dominus, Nolite decipere animas veſtras, dicentes, Euntes abibunt: & recedent à nobis Chaldæi, quia non abibunt.

9 Sed & ſi percuſſeritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantur aduerſum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: ſinguli de tentorio ſuo conſurgent, & incendent ciuitatem hanc igni.

10 Ergo cum receſsiſſet exercitus Chaldæorum ab Ieruſalem propter exercitum Pharaonis,

11 Egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem vt iret in terram Beniamin, & diuideret ibi poſſeſſionem in conſpectu ciuium.

12 Cumque perueniſſet ad portam Beniamin, erat ibi cuſtos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filii Hananiæ: & appræhendit Ieremiam prophetam, dicẽs, Ad Chaldæos profugis. C

13 Et reſpondit Ieremias, Falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: ſed compræhendit Ierias Ieremiam: & adduxit eum ad principes.

14 Quam ob rem irati principes contra Ieremiam, cæſum eum miſerunt in carcerem qui erat in domo Ionathan ſcribæ. ipſe enim præpoſitus erat ſuper carcerem.

15 Itaque ingreſſus eſt Ieremias in domum laci & in ergaſtulum: & ſedit ibi Ieremias diebus multis.

16 Mittens autem Sedecias rex tulit eum: & interrogauit eum in domo ſua abſconditè, & dixit, Puraſne eſt ſermo à Domino? Et dixit Ieremias, Eſt. Et ait, In manus regis Babylonis trãderis. D

17 Et dixit Ieremias ad regem Sedeciam, Quid peccaui tibi & ſeruis tuis & populo tuo, quia miſiſti me in domum carceris?

18 Vbi ſunt prophetæ veſtri, qui prophetabant vobis, & dicebant, Non veniet rex Babylonis ſuper vos, & ſuper terram hanc?

19 Nunc ergo audi obſecro, domine mi rex, Valeat deprecatio mea in conſpectu tuo: & ne me remittas in domum Ionathan ſcribæ, ne moriar ibi.

Præcepit

20 Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in veſtibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec conſumerentur omnes panes de ciuitate: & manſit Ieremias in veſtibulo carceris.

CAP. XXXVIII

Principum ſuaſu demittitur Ieremias in lacum. Abdemelech eunuchi rogatu iubet rex Ieremiam educi è lacu. Oſtendit Ieremias quæ ratione poſſit euadere mortem rex qui ipſum conſulebat.

1 AVdiuit autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phaſſur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phaſſur filius Melchiæ, ſermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicens,

Sup. 21. 9. 2 *Hæc dicit Dominus, Qui cunque manſerit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peſte: qui autem profugerit ad Chaldæos viuet, & erit anima eius ſoſpes & viuens. Hæc dicit Dominus,

3 Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eam.

B 4 Et dixerunt principes regis, Rogamus vt occidatur homo iſte: deinduſtria enim diſſoluit manus virorum bellantium, qui remanſerunt in ciuitate hac, & manus vniuerſi populi, loquens ad eos vniuerſa verba hæc. ſiquidem homo iſte non quærit pacem populo huic, ſed malum.

iuxta

regem 5 Et dixit rex Sedecias, Ecce ipſe in manibus veſtris eſt. nec enim fas eſt vobis quicquam negare.

6 Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filii Amélech, qui erat in veſtibulo carceris: & ſubmiſerunt Ieremiam in funibus ia lacum in quo non erat aqua, ſed lutum. deſcendit itaque Ieremias in cœnum.

funibus, & in lacu non

7 Audiuit autem Abde-mélech AEthiops vir eunuchus, qui erat in domo regis, quod miſiſſent Ieremiam in lacum. porro rex ſedebat in porta Beniamin.

8 Et egreſſus eſt Abde mélech de domo regis, & locutus eſt ad regem, dicens,

C 9 Domine mi rex male fecerunt viri iſti omnia quæcunque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame. non ſunt enim panes vltrà in ciuitate.

10 Præcepit itaque rex Abde-mélech AEthiopi, dicens, Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetam de lacu, antequàm moriatur.

11 Aſſumpſit ergo Abde-mélech ſecum viris, ingreſſus eſt domum regis, quæ erat ſub cellario: & tulit inde veteres pannos, & antiqua veſtimenta quæ computruerant: & ſubmiſit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.

Hubter 12 Dixitque Abde-mélech AEthiops ad Ieremiam prophetam, Pone veteres panno., & hæc ſciſſa & putrida ſub cubito manuum tuarum, & ſuper funes. Fecit ergo Ieremias ſic.

D 13 Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu: manſit autem Ieremias in veſtibulo carceris.

14 Et miſit rex Sedecias, & tulit ad ſe Ieremiam prophetam ad oſtium tertium quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiam, Interrogo ego te ſermonem, ne abſcondas à me aliquid.

15 Dixit autem Ieremias ad Sedeciam, Si annuntiauero tibi, nunquid non interficies me? & ſi conſilium dedero tibi, non me audies.

16 Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clam, dicens, Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, ſi occidero te, & ſi trãdidero te in manus virorum iſtorum, qui quærunt animam tuam.

17 Et dixit Ieremias ad Sedeciam, Hæc dicit E Dominus exercituum, Deus Iſrael, Si proſectus exieris ad principes regis Babylonis, viuit anima tua, & ciuitas hæc non ſuccendetur igni: & ſaluus eris tu, & domus tua.

18 Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, trademur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & ſuccendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum.

19 Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, Solicitus ſum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi.

20 Reſpondit autem Ieremias, & dixit ad eum, Non te tradent. audi quæſo vocem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua.

21 Quòd ſi nolueris egredi, iſte eſt ſermo F quem oſtendit mihi Dominus,

22 Ecce omnes mulieres, quæ remanſerunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis, & ipſæ dicent, Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui, demerſerunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & receſſerunt à te. in cœnum, & in lubricum

23 Et omnes vxores tuæ, & filii tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, ſed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatem hanc combures igni.

24 Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam, Nullus ſciat verba hæc, & non morieris.

25 Si autem audierint principes, quia locutus ſum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid locutus ſis cum rege, ne celes nos, & non te interficiemus: & G quid locutus eſt tecum rex:

26 Dices ad eos, Proſtraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer.

27 Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum: & locutus eſt eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & ceſſauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum.

28 Manſit verò Ieremias in veſtibulo carceris, vſq; ad diem quo capta eſt Ieruſalem: & factum eſt vt caperetur Ieruſalem.

CAP. XXXIX.

Nabuchodonoſor obſidet Ieruſalem. Fugit Sedecias. Comprehenditur à Chaldæis. Occiduntur filii eius. Excæcatur. Ieremias protegitur.

Abdemelech ob fiduciam in Deum liberatur à captiuitate.

4.Reg.25. a.1.inf. 52.d.4. A Nno nono Sedeciæ regis Iuda, menſe decimo, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſidebant eam.

2 Vndecimo autem anno Sedeciæ, menſe quarto, quinta menſis aperta eſt ciuitas.

3 Et ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis & ſederunt in porta media: Neregel, Sereſer, Semegar-nabu, Sar ſachim, Rab-ſares, Neregel, Sereſer, Reb-mag, & omnes reliqui principes regis Babylonis.

4 Cumque vidiſſet eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerũt: & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egreſſi ſunt ad viam deſerti.

B 5 Perſecutus eſt autem eos exercitus Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam in campo ſolitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Reblátha, quæ eſt in Terra-Emath: & locutus eſt ad eum iudicia.

6 Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblátha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis,

7 Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem.

8 Domum quoque regis, & domum vulgi ſuccenderunt Chaldæi igni: & murum Ieruſalem ſubuerterunt.

C 9 Et reliquias populi, qui remanſerant in ciuitate, & perfugas qui tranſfugerant ad eum, & ſuperfluos vulgi qui remanſerant, tranſtulit Nabuzardan magiſter militum in Babylonem.

10 Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimiſit Nabuzardan magiſter militum in Terra-Iuda: & dedit eis vineas & ciſternas in die illa.

11 Præceperat autem Nabuchodonoſor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magiſtro militum, dicens,

12 Tolle illum, & pone ſuper eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: ſed vt voluerit ſic facias ei.

13 Miſit ergo Nabuzardan princeps militiæ, & Nabuſerbar & Rab-ſares, & Neregel, & Sereſer, & Reb-mag, & omnes optimates regis Babylonis,

14 Miſerunt & tulerunt Ieremiam de veſtibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filii Saphan, vt intraret in domum, & habitaret in populo.

D 15 Ad Ieremiam autem factus fuerat ſermo Domini cùm clauſus eſſet in veſtibulo carceris, dicens,

16 Vade & dic Abde-melech AEthiopi, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Ecce, ego inducam ſermones meos ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum: & erunt in conſpectu tuo in die illa.

17 Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non tradêris in manus virorum, quos tu formidas.

18 Sed eruens liberabo te, & gladio non cades, ſed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait Dominus.

CAP. XL.

Datur Ieremiæ facultas proficiſcendi quò velit. Habitat Ieremias cum populo relicto in Ieruſalem, cui præerat Godolias. Iohanan prædicit Godoliæ duci mortem ſuam.

1 SErmo qui factus eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ieruſalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem.

2 Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum, Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum,

3 Et adduxit: & fecit Dominus ſicut locutus eſt: quia peccaſtis Domino, & non audiſtis vocem eius, & factum eſt vobis ſermo hic.

4 Nunc ergo ecce ſolui te hodie de catenis quæ ſunt in manibus tuis: ſi placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni: & ponam oculos meos ſuper te. Si autem diſplicet tibi venire mecum in Babylonem, reſide: ecce omnis terrra in conſpectu tuo eſt, quod elegeris, & quò placuerit tibi, vt vadas, illuc perge.

5 Et mecum noli venire: ſed habita apud B Godoliam filium Ahicam filii Saphã, quem præpoſuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocunque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magiſter militiæ cibaria, & munuſcula, & dimiſit eum.

6 Venit autem Ieremias ad Godoliam filium Ahicã in Maſphath: & habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra.

7 Cumque audiſſent omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant per regiones, ipſi & ſocii eorum, quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ: & quòd commendaſſet ei viros, & mulieres, C & paruulos, & de pauperibus terræ, qui non fuerant translati in Babylonem:

8 Venerunt ad Godoliam in Maſphath, & Iſmael filius Nathaniæ, & Iohanan *filius* Caree, & Iunathan, & Sareas filius Thanchumeth, & filii Ophi, qui erant de Netophathi, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & viri eorum. *1.Reg.25. f.24 Ioha nan filii Caree, & Sareas*

9 Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filii Saphan, & comitibus eorum dicens, *No lite timere ſeruire Chaldæis: habitate in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis.

10 Ecce, ego habitabo in Maſphath, vt reſpondeam præcepto Chaldeorum, qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & meſſem, & oleum, & condite in vaſis veſtris: & manete in vrbibus veſtris, quas tenetis.

11 Sed & omnes Iudæi qui erant in Moab, & in *finibus Ammon, & in Idumæa, & in vniuerſis regionibus audito quod dediſſet rex *filiis Babylonis

Babylonis reliquias in Iudæa, & quod præpoſuiſſet ſuper eos Godoliam filiũ Ahicam filii Saphan:

12 Reuerſi ſunt inquam omnes Iudæi de vniuerſis locis ad quæ profugerant: & venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Maſphath: & collegerunt vinum, & meſſe multam nimis.

13 Iohanan autẽ filius Caree, & omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Maſphath. Et dixerũt ei, Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon miſit Iſmael filium Nathaniæ percutere animam tuam.

14 Et non credidit ei Godolias filius Ahicam.

15 Iohanan autem filius Caree dixit ad Godoliam ſeorſum in Maſphath, loquens, Ibo, & percutiam Iſmahel filium Nathaniæ nul lo ſciente: ne interficiat animam tuam, & diſſipentur omnes Iudæi, qui congregati ſunt ad te, & *pereant* reliquiæ Iuda.

16 Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanã filium Caree, Noli facere verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel.

CAP. XLI.

Iſmahel dolo occidit Godoliam, & alios complures. Iohanan perſequitur Iſmahelem.

1 ET factum eſt in menſe ſeptimo venit Iſmahel filius Nathaniæ, filii Eliſama de ſemine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath: & comederunt ibi panes ſimul in Maſphath.

2 Surrexit autem Iſmahel filius Nathaniæ, & decem viri, qui cum eo erant, & percuſſerunt Godoliam filium Ahicam filii Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ.

3 Omnes quoque Iudæos, qui erant cum Godolia in Maſphath, & Chaldæos qui reperti ſunt ibi, & viros bellatores percuſit Iſmahel.

4 Secundo autem die poſtquam percuſſerat Godoliam, nullo adhuc ſciente,

5 Venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri raſi barba, & ſciſſis veſtibus, & qualentes, & munera, & thus habebant in manu, vt offerrent in domo C Domini.

6 Egreſſus ergo Iſmael filius Nathaniæ in occurſum eorum de Maſphath, incidens & plorans ibat: cùm autem occurriſſet eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliam filium Ahicam.

7 Qui cum veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos Iſmahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipſe & viri qui erant cum eo.

8 Decem autem viri reperti ſunt inter eos, qui dixerunt ad Iſmahel, Noli occidere nos: quia habemus theſauros in agro frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et ceſſauit: & non interfecit eos cum fratribus ſuis.

9 Lacus autem in quem proiecerat Iſmahel omnia cadauera virorum, quos percuſſit propter Godoliam, ipſe eſt quem fecit rex Aſa, propter Baaſa regem Iſrael ipſum repleuit Iſmahel filius Nathaniæ occiſis.

10 Et captiuas duxit Iſmahel omnes reliquias populi, qui erant in Maſphath, filias regis, & vniuerſum populum qui remanſerat in Maſphath: quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicam.

11 Et cepit eos Iſmahel filius Nathaniæ: & abiit, vt tranſiret ad filios Ammon. Audiit autem Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum, quod fecerat Iſmahel filius Nathaniæ.

12 Et aſſumptis vniuerſis viris, profecti ſunt vt bellarẽt aduerſum Iſmahelẽ filium Nathaniæ: & inuenerũt eum ad aquas multas, quæ ſunt in Gabaon.

13 Cumque vidiſſet omnis populus, qui erat cum Iſmahel, Iohanan filium Caree, & vniuerſos principes bellatorum, qui erãt cum eo, lætati ſunt.

14 Et reuerſus eſt omnis populus, quem ceperat Iſmahel, in Maſphath: reuerſuſque abiit ad Iohanan filium Caree.

15 Iſmahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abiit ad filios Ammon.

16 Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, vniuerſas reliquias vulgi, quas reduxerant ad Iſmahel filium Nathaniæ de Maſphath, poſtquam percuſſit Godoliam filium Ahicam: fortes virosſad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaon.

17 Et abierunt, & ſederunt peregrinantes in Chanaan, quæ eſt iuxta Beth-lehem: vt pergerent, & introirent AEgyptũ à facie Chaldæorum.

18 Timebant enim eos, quia percuſſerat Iſmahel filius Nathaniæ Godoliam, filium Ahicam, quem præpoſuerat rex Babylonis in terra Iuda.

CAP. XLII.

Conſulunt principes Ieremiam quid facere debeãt. Monet reliquias populi ne proficiſcantur in AEgyptum.

1 ET acceſſerunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius *Oziæ, & reliquũ vulgus à paruo vſque ad magnum: *Oſaiæ

2 Dixerũtque ad Ieremiam prophetam, Cadat oratio noſtra in conſpectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vniuerſis reliquiis iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos intuentur.

3 Et annuntiet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus.

4 Dixit autem ad eos Ieremias propheta, Audiui, ecce ego ero ad Dominum Deum veſtrum ſecundum verba veſtra, omne verbum quodcunque reſponderit mihi, indi-

cabo vobis,nec celabo vos quicquam.

5 Et illi dixerunt ad Ieremiam,Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei,si non iuxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad uos,sic faciemus:

6 Siue bonum est,siue malum,voci Domini Dei nostri ad quem mittimus te,obedie mus:vt bene sit nobis cùm audierimus vocem Domini Dei nostri.

7 Cùm autem cõpleti essent decem dies,fa ctum est verbum Domini ad Ieremiam.

8 Vocauitque Iohanan filium Carec, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuersum populũ à minimo vsque ad magnum.

9 Et dixi ad eos,Hæc dicit Dominus Deus Israel,ad quẽ misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius,

10 Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos,& non destruam:plantabo,& non euellam:iam enim placatus sum super malo quod feci vobis.

11 Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis:nolite metuere eum,dicit Dominus:quia vobiscum sum ego,vt saluos vos faciam,& eruam de manu eius,

12 Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri,& habitare vos faciam in terra vestra.

13 Si autẽ dixeritis vos,Non habitabimus in terra ista: nec audiemus vocẽ Domini Dei nostri,dicentes:

14 Nequaquam,sed ad Terram-AEgypti pergemus:vbi non videbimus bellum,& clangorem tubæ non audiemus, & fame non sustinebimus:& ibi habitabimus.

15 Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda,Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Deus Israel,Si posueritis faciẽ vestrã vt ingrediamini AEgyptum, & intraueritis vt ibi habitetis,

16 Gladius quem vos formidatis,ibi cõprehender vos in Terra-AEgypti:& fames pro qua estis soliciti,adhærebit vobis in AEgypto,& ibi moriemini.

posuerint 17 Omnésque viri, qui " posuerunt faciem suam,vt ingrediantur AEgyptum,vt habitent ibi,morietur gladio,& fame,& peste, nullus de eis remanebit,nec effugiet à facie mali,quod ego asferam super eos.

D 18 Quia hæc dicit Dominus exercituũ,Deus Israel,Sicut cõflatus est furor meus,& indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis AEgyptum : & eritis in iusiurandum,& in stuporem,& in maledi ctũ,& in opprobrium, & nequaquam vltrà videbitis locum istum.

19 Verbum Domini super vos reliquiæ Iuda,Nolite intrare AEgyptum:scientes scietis,quia obtestatus sum " vobis hodie,quia decepistis animas vestras.

vos

20 Vos enim misistis me ad Dominũ Deum nostrum, dicentes, Ora pro nobis ad Dominũ Deum nostrum:& iuxta omnia quæcunque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntia nobis,& faciemus.

21 Et annuntiaui vobis hodie,& nõ audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis pro quibus misit me ad vos.

22 Nunc ergo scientes scietis,quia gladio & fame & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare,vt habitaretis ibi.

CAP. XLIII.

Reclamante Ieremia, Iohanan abducit reliquias populi in AEgyptum. Ieremias praedicit vastationem AEgypti.

1 FActum est autem,cùm complesset Ieremias loquens ad populum vniuersos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos,omnia verba hæc,

Oziæ 2 Dixit Azarias filius " Osaiæ & Iohanan filius Carec,& omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam,Mendacium tu loqueris:non misit te Dominus Deus noster, dicens, Ne ingrediamini AEgyptum " & habitetis illic:

3 Sed Baruch filius Ner. incitat te aduersum nos,vt tradat nos in manus Chaldæorum,"& interficiat nos,& traduci faciat in Babylonem.

vt

4 Et non audiuit Iohanan filius Carec, & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus, vocem Domini, vt manerent in Terra-Iuda:

5 Sed tollens Iohanan filius Carec, & vniuersi principes bellatorum vniuersos reliquiarum Iuda,qui reuersi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerãt ante dispersi, vt habitarent in Terra-Iuda:

6 Viros & mulieres,& paruulos,& filias regis,& omnem animã quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godoliafilio Ahicam,filii Saphan: & Ieremiam prophetam,& Baruch filium Neriæ:

7 Et ingressi sunt in Terram-AEgypti,quia non obedierunt voci Domini, & venerunt vsque ad Taphnis.

8 Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in Taphnis,dicens,

9 Sume tibi lapides grandes in manu tua,& abscondes eos in cryptã,quæ est sub muro lateritio in porta domus Pharaonis in Taphnis,cernentibus viris Iudæis.

10 Et dices ad eos,Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel,Ecce,ego mittã,& assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos,quos abscondi, & statuet solium suum super eos.

D

11 Veniénsque percutiet Terram-AEgypti: quos in mortem,in mortem: & quos in captiuitatem,in captiuitatem:& quos in gladium,in gladium.

12 Et succendet ignem in delubris deorum AEgypti,& comburet ea,& captiuos ducet illos:& amicietur Terra-AEgypti,sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace.

13 Et conteret statuas domus Solis, quæ sunt in Terra-AEgypti:& delubra deorum AEgypti comburet igni.

CAP. XLIIII.

Arguit populum idololatriæ. Minatur eis exitium.

Iram, Comminationem Domini vilipendentes, castigantur. Rursum poenam eis proponit.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam, & ad omnes Iudæos, qui habitabãt in Terra-AEgypti, habitantes in Magdalo,& in Taphnis & in Memphis,& in terra Phathures,dicens,

2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalem,& super omnes vrbes Iudæ:& ecce desertæ sunt hodie,& nõ est in eis habitator:

3 Propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent,& irent: & sacrificarent , & colerent deos alienos , quos nesciebant & illi & vos & patres vestri.

4 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de nocte cõsurgens,mittẽsque,& dicens;Nolite oro facere verbũ abominationis huiusce odi quam odiui.

huius quã odi.

5 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, vt conuerterentur à malis suis, & non sacrificarent diis alienis.

B

6 Et conflata est indignatio mea, & furor meus:& succensa est in ciuitatibus Iuda, & in platẽis Ierusalem:& versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc.

7 Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Quare vos faciatis malum grãde hoc contra animas vestras: vt intereat ex vobis vir & mulier , paruulus & lactens de medio Iudæ,nec relinquatur vobis quic quam residuum;

8 Prouocantes me in operibus manuũ vestrarum,sacrificando diis alienis in Terra-AEgypti,in quam ingressi estis, vt habitetis ibi:& dispereatis,& sitis in maledictionẽ & in opprobrium cunctis gentibus terræ?

C

9 Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum,& mala regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala vestra,& mala vxorum vestrarum,quæ fecerunt in terra Iuda, & in regionibus Ierusalem?

10 Non sunt mundati vsque ad diem hanc: & non timuerunt,& non ambulauerunt in lege Domini,& in præceptis meis,quæ dedi coram vobis,& coram patribus vestris.

Supra 9. 11 Ideo hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, " Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: & disperdam omnem Iudam.

12 Et assumam reliquias Iudæ,qui posuerũt facies suas vt ingrederentur Terrã AEgypti,& habitarent ibi:& cõsumentur omnes in Terra-AEgypti:& cadent in gladio,& in fame,& cõsumẽtur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur: & erunt in iusiurandum, & in miraculum, & in maledictionem,& in opprobrium.

super 13 Et visitabo habitatores Terræ AEgypti, sicut visitaui " Ierusalem in gladio , & fame,& peste.

14 Et non erit qui effugiat,& sit residuus de reliquiis Iudæorũ, qui vadunt vt peregrinentur in Terra-AEgypti : & reuertantur in terrã Iuda,ad quam ipsi eleuant animas suas vt reuertantur & habitent ibi nõ reuertentur,nisi qui fugerint.

15 Respondérunt autem Ieremiæ omnes viri scientes quòd sacrificarent vxores eorũ diis alienis, & vniuersæ mulieres,quarum stabat multitudo grandis,& omnis populus habitantium in Terra-AEgypti in Phathures,dicentes,

16 Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te:

17 Sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro,vt sacrificemus reginæ cæli,& libemus ei libamina,sicut fecimus nos,& patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, & in platẽis Ierusalem. & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus.

18 Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cæli , & libare ei libamina, "indigemus omnibus,& gladio,& fame consumpti sumus.

indiguimus.

19 "Quod si nos sacrificamus reginæ cæli,& libamus ei libamina:nunquid sine viris nostris "faciemus ei placentas ad colendum ea,& " libamina ad libandum?

Su.7.d.17. " fecimus " libandũ

20 Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersum viros , & aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem, qui responderant ei verbum,dicens,

ei libami. na

21 Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda & in platẽis Ierusalem vos & patres vestri, reges vestri & principes vestri & populus terræ,horũ recordatus est Dominus, & ascẽdit super cor eius?

22 Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes quas fecistis:& facta est terra vestra in desolationem , & in stuporem, & in maledictum , eo quod non sit habitator,sicut est dies hæc.

F

23 Propterea quòd sacrificaueritis: idõlis,& peccaueritis Domino . & nõ audieritis vocem Domini, & in lege & in præceptis & in testimoniis eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc , sicut est dies hæc.

24 Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad vniuersas mulieres , Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in Terra-AEgypti,

25 Hæc inquit Dominus exercituum Deus Israel, dicens,Vos, & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes, Faciamus vota nostra quæ vouimus,vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina. Implestis vota vestra,& opere perpetrastis ea.

G

26 Ideo audite verbũ Domini omnis Iuda, qui habitatis in Terra-AEgypti,Ecce ego iurauí in nomine meo magno ait Dominus:quia nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, (dicentis,Viuit Dominus Deus,)in omni Terra-AEgypti.

27 Ecce ego vigilabo super eos in malũ, & non in bonum:& consumentur omnes viri Iuda,qui sunt in Terra-AEgypti,gladio & fame,donec penitus consumantur.

28 Et qui fugerint gladium, reuertentur de

Terra AEgypti in terram Iuda, viri pauci: & scient omnes reliquiæ Iudæ ingredientiũ Terram AEgypti, vt habitent ibi, cuius sermo complearur, meus, an illorum.

29 Et hoc vobis signum, ait Dominus, quod visitem ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum:

30 Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradã Pharaonẽ Ephree regem AEgypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

CAP. XLV.

Arguitur Baruch pusillanimitatis, tamen salus ei promittitur.

1 VErbum quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cùm scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, dicens,

2 Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch.

3 Dixisti, Væ misero mihi, quoniã addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni.

4 Hæc dicit Dominus, Sic dices ad eum, Ecce, quos ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc.

5 Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

CAP. XLVI.

Prædicit cladem AEgypti. Promittitur Israeli liberatio.

1 QVod factum est verbũ Domini ad Ieremiam prophetam contra Gentes.

2 Ad AEgyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis AEgypti, qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filii Iosiæ regis Iuda.

3 Præparate scutum & clypeum & procedite ad bellum.

4 Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.

5 Quid igitur? vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorũ cæsos, fugerunt concidit nec respexerunt: terror vndique, ait Dominus.

6 Non *fugiat fugiet velox, nec saluari se potet fortis: ad Aquilonem iuxta flumen Euphratem victi sunt, & ruerunt.

7 Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluuiorum intumescunt gurgites eius?

8 AEgyptus, fluminis instar ascendet, & velut flumina mouebuntur fluctus eius: & dicet, Ascendens operiam terram: perdam ciuitatem & habitatores eius.

9 Ascendite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes, AEthiopia & Libyes tenentes scutum, & Lydii arripientes, & iacientes sagittas.

10 Dies autem illa Domini Dei exercituum dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorũ: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Ephratem.

11 Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia AEgypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi.

12 Audierunt Gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, *& ambo pariter conciderunt.

13 Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus Terram AEgypti:

14 Annuntiate AEgypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & præparate: quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt.

15 Quare computruit fortis tuus? non stetit: quoniam Dominus subuertit eum.

16 Multiplicauit ruentes, cecidit que vir ad proximum suum: & dicent, Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladii columbæ.

17 Vocate nomen Pharaonis regis AEgypti tumultum, adduxit tempus.

18 Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituũ nomen eius) quoniã sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet.

19 Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia AEgypti: quia Memphis *in solitudine eris, & deseretur, & inhabitabilis erit.

20 Vitula elegãs atque formosa AEgyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei.

21 Mercenarii quoque eius, qui versabantur in medio eius, quasi viruli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, & tempus visitationis eorum.

22 Vox eius quasi æris sonabit: quoniã cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna.

23 Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest, multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus.

24 Cõfusa est filia AEgypti, & tradita in manus populi Aquilonis.

25 Dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Ecce, ego visitabo super tumultum Alexãdriæ, & super Pharaonem, & super AEgyptũ, & super deos eius, & super reges eius, & super Pharaonem, & super *omnes qui eos confidunt in eo.

26 Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.

27 Et ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluum te faciam

*Hæc eiam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis" tuæ: & reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur, & nõ erit qui exterreat eum.

28 Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eiecite: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

CAP. XLVII.

Sermo Domini contra Palæsthinos.

1 QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Palæsthinos, antequam percuteret Pharao Gazam, Hæc dicit Dominus,

2 Ecce aquæ *ascendent ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans: & operient terram & plenitudinem eius, vrbem & habitatorem eius: clamabunt homines,

3 Et "vlulabunt omnes habitatores terræ à strepitu pompæ armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius.

4 Non respexerunt patres filios manibus dissolutis, pro aduentu diei in quo vastabuntur omnes Philisthiim, & dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis. Depopulatus est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ.

5 Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquiæ vallis earum. Vsquequo concideris?

6 O mucro Domini, vsquequo non *quiesces? ingredere in vaginam tuam: refrigerare, & sile.

7 Quomodo quiescet, cùm Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem: & aduersum maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

CAP. XLVIII.

Sermo Domini contra Moabitas.

1 AD Moab, Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Væ super Nabo, quoniam vastata est & confusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, & tremuit.

2 Non est vltrà exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerunt malum, Venite, & disperdamus eam de gente. Ergo silens conticesces, sequetur te gladius.

3 Vox clamoris de Oronaim: vastitas, & contritio magna.

4 Contrita est Moab, annuntiate clamorem paruulis eius.

5 Per ascensum enim Luith plorans ascender in fletu, quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt,

6 Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myricæ in deserto.

7 Pro eo enim quòd habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul.

8 Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campestria, quoniam dixit Dominus.

9 Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erunt & inhabitabiles.

10 Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine.

11 Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.

12 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores & stratores lagunculorum, & sternent eum: & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident.

13 Et cõfundetur Moab à Chamos, *sicut cõfusa est domus Israel à Beth-el, in qua habebat fiduciam.

14 Quomodo dicitis, "Fortes sumus, & viri robusti ad prælium?

15 Vastata est Moab, & ciuitates illius succenderunt: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem: ait rex, Dominus exercituum nomen eius.

16 Propè est interitus Moab, vt veniat: & malum eius velociter accurret nimis.

17 Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius, & vniuersi, qui scitis nomen eius, dicite, Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus?

18 Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon: quoniam vastator Moab "ascẽdet ad te, dissipabit munitiones tuas.

19 In via sta, & prospice habitatio Aroer: interroga fugientem: & ei qui euasit, dic, Quid accidit?

20 Confusus est Moab, quoniam victus est: vlulate, & clamate, annuntiate in Arnon, quoniam vastata est Moab.

21 Et iudicium venit ad terram campestrẽ: super Helon, & super Iasa, & super Mesphaath,

22 Et super Dibon, & super Nabo, & super domum Deblathaim,

23 Et super Cariathaim, & super Beth gamul, & super Beth-maon.

24 Et super Carioth, & super Bosra: & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè & propè sunt.

25 Abscissum est cornu Moab: & brachium eius contritum est, ait Dominus.

26 Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est: & allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse.

27 Fuit enim in derisum tibi Israel: quasi inter fures reperisses eum. Propter verba ergo tua quæ aduersum illum locutus es, captiuus diceris.

28 Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis.

29 Audiuimus superbiam Moab (superbus est valde) sublimitatem eius & arrogan-

uiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius.

30 Ego scio, ait Dominus, iactantiam eius: & quod non sit iuxta eā virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere.

31 Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersam clamabo, & ad viros muri Fictilis lamentantes.

32 De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iazer peruenerūt: super messem tuam & vindemiā tuam prædo irruit.

Isa.16.c.20. 33 *Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo & de terra Moab: & vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator vuæ solitum celeusma cantabit.

34 De clamore Hesebon vsque Eleale & Iasa, dederunt vocem suam: à Segor vsq; ad Gronaim vitulam" consternantem: aquæ 'verò Nemrim pessimæ erunt.

'consternā tem: 'quoque

35 Et auferam de Moab, ait Dominus, offerentem in excelsis, & sacrificantē dijs eius.

F 36 Propterea cor meū ad Moab, quasi tibia æris resonabit: cor meum ad viros muri Fictilis dabit sonitum tibiarum: quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt.

37 *Omne enim caput caluitium, & omnis barba rasa erit: in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium.

Isa.15. a. Ezech.7.c. 18.

38 Et super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus: quoniam contriui Moab sicut vas inutile, ait Dominus.

39 Quomodo victa est, & vlulauerunt? quomodo defecit ceruicem Moab, & confusus est? feritque Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo.

40 Hæc dicit Dominus, Ecce quasi Aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab.

C 41 Capta est Carioth, & munitiones comprehensæ sunt: & erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis.

42 Et cessabit Moab esse populus: quoniam contra Dominum gloriatus est.

43 Pauor & fouea & laqueus super te ô habitator Moab, dicit Dominus.

Isa.24.c.18. 44 *Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueā: & qui conscenderit de fouea, capietur laqueo. Adducam enim super Moab annum visitationis eorum, ait Dominus.

45 In vmbra Hesebon steterunt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Hesebon, & flamma de medio Sion: & deuorauit partem Moab, & verticem filiorum tumultus.

46 Væ tibi Moab, periisti populе Chamos, quia comprehensi sunt filii tui, & filiæ tuæ in captiuitatem.

47 Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus. Huc vsque iudicia Moab.

CAP. XLIX.

Sermo Domini contra Ammonitas. Contra Idumæam. Contra Damascum. Contra Cedar. Contra Aelam.

1 AD filios Ammon hæc dicit Dominus, Numquid non filij sunt Israel? aut hæres non est ei? Cur igitur hæreditate, possedit Melchom, Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit?

2 Ideo ecce dies" venient in te dicit Dominus: & auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij, & erit in "tumultum, dissipata, hiisq; eius igne succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait Dominus.

'veniunt

" tumultū

3 Vlula Hesebon, quoniam vastata est Hai, clamate filiæ Rabbath, accingite vos ciliciis: plangite, & circuite per sepes: quoniam Melchon in transmigrationem ducetur: sacerdotes eius, & principes eius simul.

4 Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata: quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas, Quis veniet ad me?

5 Ecce ego inducam super te terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo: & dispergemini singuli à cōspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes.

6 Et post hæc reuerti faciam fugientes & captiuos filiorum Ammon, ait Dominus.

7 *Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum. Numquid non vltrà est sapientia in Theman? Periit consilium à filijs: inutilis facta est sapientia eorum.

" Hæc eadem verba habet Abdias ī sua prophetia contra Idumæam.

8 Fugite, & terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan: quoniā perditionem Esau adduxi super eum, tempus visitationis eius.

9 Si vindemiatores eius venissent super te, non reliquissent racemum: si fures in nocte rapuissent quod sufficeret sibi.

10 Ego vero discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, & celari non poterit: vastatum est semen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit.

11 Relinque pupillos tuos, & ego faciā eos viuere: & viduæ tuæ in me sperabunt. Quia hæc dicit Dominus.

G 12 Ecce, quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent: & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocēs, sed bibens bibes:

13 Quia per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quod in solitudinem, & in opprobrium, & in desertum, & in maledictionem erit Bosra, & omnes ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas.

Isa.13.d. 'est.

14 *Auditum audiui à Domino, & legatus ad Gentes missus" sum, congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prælium.

15 Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus, contemptibilem inter homines.

16 Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. Cum exaltaueris quasi Aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.

17 Et erit Idumæa deserta: omnis qui transibit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius.

H Gen.19.c. 25.d.

18 *Sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha & vicinæ eius, (ait Dominus) non habitabit

bit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.

19 Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam: quia subitò currere faciam eum ad illam: & quis erit electus quem præponam ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?

Iob.41.d.1.

20 * Propterea audite cōsiliū Domini quod iniit de Edom: & cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman. Si nō dejecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum.

21 A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor in Mari-rubro auditus est vocis eius.

22 Ecce quasi Aquila ascendet & auolabit, & expandet alas suas super Bosram: & erit cor fortium Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturientis.

E 23 Ad Damascum. Confusa est Emath & Arphad: quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari: præ solitudine quiescere non potuit.

24 Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam: angustia & dolores tenuerunt eam, quasi parturientem.

25 Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ?

26 Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri prælij cōticescent in die illa, ait Dominus exercituum.

27 Et succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Ben-adad.

28 Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, hæc dicit Dominus. Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orientis.

F 29 Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi: & vocabunt super eos formidinem in circuitu eius.

30 Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete, qui habitatis Asor, ait Dominus: iniit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, & cogitauit aduersum vos cogitationes.

31 Consurgite, ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus: non ostia, nec vectes eis: soli habitant.

32 Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam, & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam, & ex omni consilio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus.

33 Et erit Asor in habitaculum draconum, deserta vsque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.

G 34 Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam aduersus Aelam, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens:

35 Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego confringam arcum Aelam, & summam fortitudinem eorum.

36 Et inducam super Aelā quatuor ventos à quatuor plagis cæli, & ventilabo eos in omnes ventos istos, & nō erit gens ad quam non perueniant profugi Aelam.

37 Et pauere faciam Aelam coram inimicis suis, & in conspectu quærentium animam eorum, & adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus, & mittam post eos gladium, donec consumam eos.

38 Et ponam solium meū in Aelam, & perdam inde reges & principes, ait Dominus.

39 In nouissimus autem diebus reuerti faciā captiuos Aelam, dicit Dominus.

CAP. L.

Prædicit destructionem Babylonis, & captiui Israelis liberationem.

1 VERbum quod locutus est Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorū in manu Ieremiæ prophetæ.

2 Annuntiate in Gentibus, & auditum facite, leuate signum: prædicate, & nolite celare, dicite, Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt omnia sculptilia" eorum, superata sunt idola eorum.

" eius

3 Quoniam 'ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem: & non erit qui habitet in ea, ab homine vsq; ad pecus: & moti sunt, & abierūt.

" ascendit (præte. temp.

4 In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, venient filij Israel, ipsi & filij Iuda simul, ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent.

5 In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum venient, & apponentur ad Dominum fœdere sempiterno, quod nulla oblīuione delebitur.

6 Grex perditus factus est populus meus, pastores eorū seduxerunt eos, fecerūntque vagari in montibus, de monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui.

7 Omnes qui inuenerunt, comederunt eos: & hostes eorum dixerunt, Nō peccauimus, pro eo quòd peccauerunt Domino decōri iustitiæ, & expectationi patrum eorum à Domino.

H

8 Recedite de medio Babylonis, " de terra Chaldæorum egredimini: & estote, quasi hœdi ante 'greges:

" & 'gregem: 'fusci.

9 Quoniam ecce ego 'suscitabo, & adducam in Babylonem congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis: & præparabunt aduersus eam, & inde capietur: sagitta eius quasi viri fortis interfectoris, nō reuertetur vacua.

'suscito.

10 Et erit Chaldæa in prædā: omnes vastantes eam replebuntur, ait Dominus.

11 Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam: quoniam effusi estis sicut" vituli super herbam, & mugistis sicut tauri.

" vitulus.

12 Confusa est mater vestra nimis, & adæquata, pulueri, quæ genuit vos: ecce nouissima erit in Gentibus, & deserta, inuia, &

arens.
33 Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem: omnis qui transibit per Babylonem, stupebit: & sibilabit super vniuersis plagis eius.
34 Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui intenditis arcum, debellate eam, non parcatis iaculis: quia Domino peccauit.
35 Clamate aduersus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius: destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini est. Vltionem accipite de ea: sicut fecit, facite ei.
36 Disperdite fatorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis: à facie gladii columbæ vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.
37 Grex dispersus Israel, leones eiecerũt eũ: primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis.
38 Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego visitabo regem Babylonis, & terram eius: sicut visitaui regem Assur,
39 Et reducam Israel ad habitaculum suum, & pascetur Carmelus & Basan, & in monte Ephraim & Galaad saturabitur anima eius.
40 In diebus illis & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Israel, & non erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero.
41 Super terram dominantium ascende, & super habitatores eius visita, dissipa, & interfice quæ post eos sunt, ait Dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.
42 Vox belli in terra, & contritio magna.
43 Quomodo confractus est & contritus malleus vniuersæ terræ! quomodo versa est in desertum Babylon in Gentibus!
44 Illaqueaui te, & capta es Babylon, & nescibas: inuenta es & apprehensa: quoniam Dominum prouocasti.
45 Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum.
46 Venite ad eam ab extremis terræ finibus, aperite vt exeant qui cõculcent eam: tollite de via lapides, redigite in aceruos, & interficite eam: nec sit quicquam reliquum.
47 Dissipate vniuersos fortes eius, descendant in occisionem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum.
48 Vox fugientium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis: vt annuntient in Sion vltionem Domini Dei nostri, vltionem templi eius.
49 Annuntiate in Babylonem plurimis omnibus qui tendunt arcum, consistite aduersus eam per gyrum, & nullus euadat: reddite ei secundum opus suum iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra Dominum erecta est, aduersum sanctum Israel.
50 Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores eius conticescent in die illa, ait Dominus.
51 Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ.
52 Et cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum, & succendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.
53 Hæc dicit Dominus exercituum, Calumniam sustinent filii Israel & filii Iuda simul: omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.
54 Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.
55 Gladius ad Chaldæos Dominus: & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad sapientes eius.
56 Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt.
57 Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius, & erunt quasi mulieres: gladius ad thesauros eius qui diripientur.
58 Siccitas super aquas eius erit, & arescent: quia terra sculptilium est, & in portentis gloriantur.
59 Propterea habitabunt dracones cum fatuis siccariis: & habitabunt in ea struthiones: & non inhabitabitur vltrà vsque in sempiternum, nec extruetur vsque ad generationem & generationem.
60 Sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham, & vicinas eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.
61 Ecce populus veniet ab Aquilone: & gens magna, & reges magni consurgent à finibus terræ.
62 Arcum & scutum apprehendent: crudeles sunt & immisericordes: vox eorũ quasi mare sonabit, & super equos ascendent: sicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon.
63 Audiuit rex Babylonis famam eorum, & dissolutæ sunt manus eius, angustia apprehendit eum, dolor quasi parturientem.
64 Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam: quia subito currere faciam eum ad illam, & quis erit electus quem præponam ei? quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor qui resistat vultui meo
65 Propterea audite consilium Domini quod mente concepit a duersum Babylonem: & cogitationes eius, quas cogitauit super terram Chaldæorum, Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum,
66 A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

CAP. LI.

Quomodo Babylon euertenda. Librũ suum Ieremias dat Saraiæ.

1 HAEc dicit Dominus, Ecce, ego suscitabo super Babylonẽ, & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum pestilentem.
2 Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur terram eius: quoniam venerunt super eum vndique in die afflictionis eius.
3 Non tendat qui tendit arcum suum: & non ascendat lorica sua, nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius.
4 Et cadent interfecti in terra Chaldæorũ, & vulnerati in regionibus eius.
5 Quoniam non fuit viduatus Israel, & Iuda a Domino Deo suo Domino exercituũ: terra autem eorum repleta est delicto à Sancto Israel.
6 Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam. Nolite tacere super iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis eius est à Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei.
7 Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt omnes Gẽtes, & ideo comotæ sunt.
8 Subito cecidit Babylon, & contrita est: vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur.
9 Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam: quoniam peruenit vsque ad cælos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes.
10 Protulit Dominus iustitias nostras: venite & narremus in Sion opus Domini Dei nostri.
11 Acuite sagittas, & implete pharetras: suscitauit Dominus spiritum regum Medorum: & contra Babylonem meus eius est vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vltio templi sui.
12 Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam: leuate custodes, præparate insidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcunque locutus est contra habitatores Babylonis.
13 Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris: venit finis tuus, pedalis præcisionis tuæ.
14 Iurauit Dominus exercituum per animam suam, Quoniam replebo te hominibus, quasi brucho, & super te celeusma cantabitur.
15 Qui fecit terram in fortitudine sua, & præparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos.
16 Dante eo vocem, multiplicantur aquæ in cælo: qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & producit ventos de thesauris suis.
17 Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis conflator in sculptili: quia mendax est conflatio eius, nec est spiritus in eis.
18 Vana sunt opera & risu digna: in tempore visionis suæ peribunt.
19 Non sicut hæc, pars Iacob: quia qui fecit omnia ipse est, & Israel sceptrum hæreditis eius: Dominus exercituum nomen eius.
20 Collidis tu mihi vas belli, & ego collidam in te Gẽtes, & disperdam in te regna:
21 Et collidam in te equum, & equitem eius: & collidam in te currum, & ascensorem eius:
22 Et collidam in te virum & mulierem, & collidam in te senem & puerum, & collidã in te iuuenem & virginem:
23 Et collidam in te pastorem & gregẽ eius, & collidam in te agricolã, & iugales eius, & collidam in te duces & magistratus.
24 Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum suum quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus.
25 Ecce, ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis.
26 Et non tollent de te lapidem in angulum & lapidem in fundamenta, sed perditus in æternum eris, ait Dominus.
27 Leuate signum in terra: clangite buccina in mõtibus, sanctificate super eam Gentes annuntiate contra illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum.
28 Sanctificate contra eam Gentes, reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamque terram potestatis eius.
29 Et commouebitur terra, & conturbabitur: quia euigilabit cõtra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat terram Babylonis desertam & inhabitabilem.
30 Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præsidiis: deuoratum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt vectes eius,
31 Currens obuiam currenti veniet: & nuntius obuius nuntianti: vt annuntiet regi Babylonis: quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum:
32 Et vada præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt.
33 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel. Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius.
34 Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane: absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suum de teneritudine mea, & eiecit me.
35 Iniquitas aduersum me, & caro mea super Babylonem dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem.
36 Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego

iudicabo eausam tuam,& vlciscar vltionem tuam:& desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius.

37 Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum: stupor,& sibilus, eo quòd non sit habitator.

38 Simul vt leones rugient,excutient comas veluti catuli leonum.

39 In calore eorum ponam potus eorum:& inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant, dicit Dominus.

E 40 Deducam eos quasi agnos ad victimam, quasi arietes cum hœdis.

41 Quomodò capta est Sesach,& comprehensa est inclyta vniuersæ terræ:quomodo facta est in stuporem Babylon inter Gentes!

42 Ascendit super Babylonem mare:multitudine fluctuum eius operta est.

43 Factæ sunt ciuitates eius in stuporẽ:terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet,nec transeat per eam filius hominis.

Pertransiet

44 Et visitabo super Bel in Babylone,& eiciam quod absorbuerat de ore eius:& non confluent ad eum vltrà Gentes,liquidem & murus Babylonis corruet.

45 Egredimini de medio eius populus meus: vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini.

46 Et ne fortè molleſcat cor vestrum,& timeatis auditum,qui audietur in terra:& veniet in anno auditio, & post hunc annum auditio:& iniquitas in terra, & dominator super dominatorem.

47 Propterea ecce dies veniunt,& visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra eius confundetur,& vniuersi interfecti eius cadent in medio eius.

48 Et laudabunt super Babylonem cœli & terra,& omnia quæ in eis sunt:quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Dominus.

49 Et quomodo fecit Babylon vt caderent occisi in Israel:sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra.

F 50 Qui fugistis gladium,venite, nolite stare: recordamini procul Dominì, & Ierusalem ascendat super cor vestrum.

51 Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobriũ:operuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini.

eius

52 Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus: & visitabo super sculptilia Babylonis, & in omni terra eius mugiet vulneratus.

53 Si ascenderit Babylon in cœlum,& firmauerit in excelso robur suum : à me venient vastatores eius,ait Dominus.

54 Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum:

55 Quoniam vastauit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam : & sonabunt fluctus eorum, quasi aquæ multæ:dedit sonitum vox eorum:

56 Quia venit super eam, id est super Babylonem prædo, & apprehensi sunt fortes eius,& emarcuit arcus eorum : quia fortis vltor Dominus reddens retribuet.

57 Et inebriabo principes eius, & sapientes eius,& duces eius,& magistratus eius, & fortes eius: & dormient somnum sempiternũ, & non expergiscentur, ait Rex, Dominus exercituum nomen eius.

58 Hæc dicit Dominus exercituum, Murus G Latissimus Babylonis ille altissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne comburentur,& labores populorum ad nihilum, & Gentium in ignem erunt & disperibunt.

59 Verbum quod præcepit Ieremias propheta Saraiæ filio Neriæ filii Maasiæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius. Saraias autem erat princeps prophetiæ.

60 Et scripsit Ieremias omne malum quod venturum erat super Babylonem, in libro vno : omnia verba hæc quæ scripta sunt contra Babylonem.

61 Et dixit Ieremias ad Sa[illegible]iam,Cùm veneris in Babylonem,& videris,& legeris omnia verba hæc, dices,

62 Domine tu locutus es contra locum istum vt disperderes eum : ne sit qui in eo habitet ab homine vsque ad pecus,& vt sit perpetua solitudo.

63 Cùmque compleueris legere librũ istum, ligabis ad eum lapidem, & proiicies illum in medium Euphraten,& dices,

64 Sic submergetur Babylon,& non consurget a facie afflictionis quam ego adduco super eam,& dissoluetur.Hucusque verba Ieremiæ.

CAP. LII.

Repetit captiuitatem Sedeciæ.Ierusalem capitur à Chaldæis, Occisi filii Sedeciæ coram eo, ipse excæcatur. Incenditur ciuitas. Templum spoliatur. Qui in Ierusalem relicti, transferuntur in Babylonem. Rex Ioacim captiuus è carcere educitur, constituuntur que ei cibaria regia.

4. Reg. 24.a. d. 25.1. 2. Par. 36. d. 1. a.

21 FIlius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset : & vndecim annis regnauit in Ierusalem:& nomen matris eius Amital,filia Ieremiæ de Lobna.

2 Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim:

3 Quoniam furor Domini erat in Ierusalem & in Iuda, vsquequo proiiceret eos à facie sua: & recessit Sedecias à rege Babylonis.

Supra 52. a. 1. 4. Reg. 25. a. 1.

4 *Factum est autem in anno nono regni eius in mense decimo, decima die mensis: Venit Nabuchodonosor rex Babylonis ipse & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu.

5 Et fuit ciuitas obsessa, vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ.

6 Mense autem quarto, nona die mensis, obtinuit fames ciuitatem:& non erant alimenta populo terræ. B

7 Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt,exierúntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ est inter duos muros,& ducit ad ortum regis,Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro : & abierunt per viam quæ ducit in eremum.

8 Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem : & apprehenderunt Sedeciam in deserto,quod est iuxta Iericho. & omnis comitatus eius dissugit ab eo.

9 Cùmque comprehendissent regem,adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblátha, quæ est in terra Emath:& locutus est ad eum iudicia.

10 Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius : sed & omnes principes Iuda occidit in Reblátha.

11 Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem : & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius.

C 12 In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis : venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem.

13 Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam igne combussit.

14 Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit cunctus exercitus Chaldæorum, qui erat cum magistro militiæ. De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod remanserat in ciuitate, & de perfugis qui transfugerant ad regem Babylonis,& cæteros de multitudine:

bis in D 15 Transtulit Nabuzardan princeps militiæ.

16 De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores & agricolas.

17 Columnas quoque æreas, quæ erant in domo Domini, & bases, & mare æneum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi : & tulerunt omne æs eorum in Babylonem.

18 Et lebetes, & creagras, & psalteria, & phialas,& mortariola,& omnia vasa ærea, quæ in ministerio fuerant,tulerunt.

19 Et hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues,& candelabra,& mortaria,& cyathos:quotquot aurea, aurea: & quotquot argentea,argentea : tulit magister militiæ columnas duas,

20 Et mare vnum, & vitulos duodecim æreos,qui erant sub basibus quas fecerat rex Salomon in domo Domini:non erat pondus æris omnium horum vasorum.

E 21 De columnis autem,decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna : & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam: porrò grossitudo eius,quatuor digitorum: & intrinsecus cana erat.

22 Et capitella super vtranque æream:altitudo capitelli vnius quinque cubitorum: & retiacula, & malogranata supra coronam in circuitu;omnia ærea.

23 Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia: & omnia malogranata centum,retiaculis circundabantur. » Similiter colũnæ secundæ & malogranata.

24 Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum,& tres custodes vestibuli.

25 Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat præpositus super viros bellatores:& septem viros de his qui videbant faciem regis, qui inuenti sunt in ciuitate : & scribam principem militum, qui probabat tyrones : & sexaginta viros de populo terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis.

26 Tulit autem eos Nabuzardan magister F militiæ:& duxit eos ad regem Babylonis in Reblátha.

27 Et percussit eos rex Babylonis: & interfecit eos in Reblátha in terra Emath : & translatus est Iuda de terra sua.

28 Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor,in anno septimo : Iudæos tria millia & viginti tres.

29 In anno octauodecimo Nabuchodonosor transtulit de Ierusalem animas octingentas triginta duas.

30 In anno vicesimotertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzarban magister militiæ animas Iudæorum septingentas quadraginta quinque.Omnes ergo animæ,quatuor millia sexcentæ.

31 Et factum est in tricesimoseptimo anno G transmigrationis Ioacim regis Iuda, duodecimo mense, vicesimaquinta mensis, eleuauit Euil-merodach rex Babylonis ipso anno regni sui, caput Ioacim regis Iuda:& eduxit eum de domo carceris.

32 Et locutus est cum eo bona : & posuit thronum eius super thronos regum qui erant post se in Babylone.

33 Et mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ.Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

LAMENTATIONES
Ieremiæ.

HIC liber apud Hebræos est sine nomine, nisi quòd prima dictione vocant eum ECHA,id est Quomodo.In commentariis tamen appellant eum CINOTH, id est lamentationes: LXX autem, Threnos,quod etiam lamentationes siue fletus significat. Putant Hebræi hunc fuisse librum quem rex Iuda ab initio legit, & mox in ignem abiecit, vt Ierem. 36. legitur, scribitur autem hoc ordine in Hebræo vt primus versus incipiat ab Aleph, secundus à Beth, & ita reliqui, seruata literarum alphabeti serie. in tertio autem capite, tres primi versus incipiunt singuli ab Aleph ; tres verò sequentes à sibus

Beth, seruato ternario numero vsque ad finem alphabeti. In cuius rei memoriam Latini singulis versibus nomina, aut etiam notas literarum Hebraicarum adscripserunt: ne putes aliud subesse mysterium. Fortasse id factum fuit ab ipso authore, vt facilius discerentur & memoria teneretur.

Hæc verba apud LXX leguntur, non autem apud Hebræos.

ET FACTVM est, postquam captiuitatē redactus est Israel, & Ierusalē deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac super Ierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit,

CAP. I. Aleph.

1 QVomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gētium? princeps prouinciarum facta est sub tributo. Beth.

2 Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius: nō est qui cōsoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Gimel.

3 Migravit Iuda propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitavit inter Gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Daleth.

B 4 Viæ Sion lugent, eo quòd nō sint qui veniant ad solennitatem: omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes: virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. He.

5 Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: parvuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. Vau.

6 Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Zain.

C 7 Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis: omnia desiderabilium suorum quæ habuerat à diebus antiquis cùm caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius. Heth.

8 Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens, & cōuersa est retrorsum. Teth.

D 9 Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: depressa est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. Iod.

10 Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. Caph.

11 Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine & considera: quoniam facta sum vilis. Lamed.

12 O vos omnes qui transitis per viā attendite, videte si est dolor sicut dolor meus: E quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. Mem.

13 De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me: expādit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. Nun.

14 Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est vir[illegible] mea: dedit me Dominus in manum d[illegible] qua non potero surgere. Samech.

15 Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduersum me tēpus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. Ain. F

16 Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator conuertens animam meam: facti sunt filii mei perditi, quoniam inualuit inimicus. Phe.

17 Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Iacob, in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos. Sadi.

18 Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Coph. G

19 Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me: sacerdotes mei, & senes mei in vrbe cōsumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent *animas suas. Res. *animam suam.

20 Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius, & domi mors similis est. Sin.

21 Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt quoniā tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei. Thau. D

22 Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

CAP. II. Aleph.

1 QVomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Israel: & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui? Beth.

2 Præcipitauit Dominus nec pepercit, omnia speciosa Iacob destruxit in furore su[illegible] munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius. Gimel.

3 Confregit in ira furoris omne cornu Israel: auertit retrorsum dexterā suam à facie inimici: & succēdit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro. Daleth.

B 4 Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam. He.

5 Factus est Dominus velut inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius, & replevit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. Vau.

6 Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbathum: & in opprobrium & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem. Zain.

C 7 Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manus inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solenni. Heth.

8 Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione: luxitq; antemurale, & murus pariter dissipatus est. Teth.

9 Defixæ sunt in terram portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius, & regem eius, & principes eius in Gentibus: non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino. Iod.

10 Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: conspersерunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram

D capita sua virgines Ierusalem. Caph.

11 Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei, cum deficeret parvulus & lactens in plateis oppidi. Lamed.

12 Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum & vinum? cùm deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: cùm exhalarent animas suas *in sinu matrum suarum. Mem. *in sinum

13 Cui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te virgo filia Sion? magna est enim, velut mare, contritio tua: quis medebitur tibi? Nun.

E 14 Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. Samech.

15 Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt & mouerunt *capita sua super filiam Ierusalem. Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ? Phe. *caput suum.

16 Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt dentibus suis, & dixerunt, *Deuorabimus: en ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. Ain. *deuoremus F

17 *Fecit Dominus quæ cogitauit, complevit sermonem suum quem præceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit, & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum: Sadi. *Leuit. 26. 6. Deut. 28. 63.

18 Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion, Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Coph.

19 Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum. Res.

20 Vide Domine, & considera quem vindemiaueris ita. ergòne comedent mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmæ? si *occiditur in sanctuario Domini sacerdos & propheta? Sin. G *occidetur

21 Iacuerunt in terra foris puer & senex: virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es. Thau.

22 Vocasti quasi ad diem solennem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret & relinqueretur: quos educaui, & enutriui, inimicus meus consumpsit eos.

CAP. III. Aleph.

1 EGo vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. *abduxit.

2 Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem.

3 Tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die. Heth.

4 Vetustam fecit pellem meam & carnem meam, contriuit ossa mea.

5 Aedificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore.

6 In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Gimel.

7 Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.

8 Sed & cùm clamarem & rogarem, exclusit orationem meam.

9 Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Daleth.

10 Vrsus insidians factus est mihi: leo in *absconditis. *abscondito.

11 Semitas meas subuertit, & confregit me, posuit me desolatam. B

12 Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. He.

13 Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.

14 Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.

15 Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. Vau.

16 Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.

17 Et repulsa est *anima mea: obliti sum *à pace bonorum.

18 Et dixi, Perijt finis meus, & spes mea à Domino. Zain.
19 Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis.
20 Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.
21 "Hæc recolens in corde meo, "in Deo sperabo.
22 Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. Heth.
23 'Noui diluculo, multa est fides tua.
24 Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum. Teth.
25 Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.
26 Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.
27 Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.
28 Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit se super se. Iod.
29 Ponet in puluere os suũ, si forte sit spes,
30 Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. Caph.
31 Quia non repellet in sempiternum Dominus.
32 Quia si abiecit, & miserabitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.
33 Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum, Lamed.
34 Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ,
35 Vt declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi,
36 Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus ignorauit. Mem.
37 Quis est iste qui dixit vt fieret, Domino non iubente?
38 *Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona?
39 Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis? Nun.
40 Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum:
41 Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos.
42 Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Samech.
43 Operuisti in furore, & persecutus" : occidisti, nec pepercisti.
44 Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio:
45 Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum. Phe.
46 Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.
47 Formido & laqueus facta est nobis, vastitas & contritio.
48 Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. Ain.
49 Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quòd non esset requies,
50 Donec respiceret & videret Deus de cælis.
51 Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Sadi.
52 Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis:
53 Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me.
54 Inundauerunt aquæ super caput meum: dixi, Perij: Coph.
55 Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouissimo.
56 Vocem meam audisti: ne auertas aurem tuam à singultu meo & clamoribus.
57 Appropinquasti in die quando inuocaui te: dixisti, Ne timeas. Res.
58 Iudicasti Domine causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.
59 Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me: iudica iudicium meum.
60 Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me. Sin.
61 Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes "aduersum me:
62 Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die.
63 Sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide, ego sum psalmus eorum. Thau.
64 Reddes eis vicem Domine, iuxta opera manuum suarum.
65 Dabis eis scutum cordis laborem tuum.
66 Persequeris in furore tuo, & conteres eos sub cælis Domine.

CAP. IIII. Alepsi.

1 QVomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum! Beth.
2 Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli! Gimel.
3 Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Daleth.
4 Adhæsit lingua lactantis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. He.
5 Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Vau.
6 Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. Zain.
7 Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Heth.
8 Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus eius: aruit, & facta est quasi lignum. Teth.
9 Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame, quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ. Iod.
10 Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei. Caph.
11 Complеuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius. Lamed.
12 Non crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem: Mem.
13 Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. Nun.
14 Errauerunt cæli in plateis, polluti sunt sanguine: cùmque non possent intrare tenuerunt lacinias suas. Samech.
15 Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere: fugati quippe sunt & commoti: dixerunt inter Gentes, Non addet vltrà vt inhabitet in eis. Phe.
16 Facies Domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt. Ain.
17 Cùm adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad Gentem quæ saluare nos non poterat. Sadi.
18 Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster. Coph.
19 Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. Res.
20 Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus, In vmbra tua viuemus in Gentibus. Sin.
21 Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. Thau.
22 Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet vltra vt transmigret te: "visitabit iniquitatem tuam filia Edom, "discooperiet peccata tua.

CAP. V.

ORATIO IEREMIAE.

1 RECordare Domine quid acciderit nobis: intuere & respice opprobrium nostrum.
2 Hæreditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos.
3 Pupilli facti sumus absque patre: matres nostræ quasi viduæ.
4 Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus.
5 Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.
6 AEgypto dedimus manum, & Assyriis: vt saturemur pane.
7 Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus.
8 Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum.
9 In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladii in deserto.
10 Pellis nostra, quasi clibanus, exusta est à facie tempestatum famis.
11 Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda.
12 Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt.
13 Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt.
14 Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro psallentium.
15 Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster.
16 Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus.
17 Propterea mœstum factum est in dolore cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri,
18 Propter montem Sion, quia disperiit: vulpes ambulauerunt in eo.
19 Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generatione & generationem.
20 Quare in perpetuum obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?
21 Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros, sicut à principio.
22 Sed proiiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

Præfatio in librum Baruch prophetæ.

LIBER iste, qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo canone non habetur, sed tantùm in vulgata editione: similiter & epistola Ieremiæ. Propter notitiam autem legentium hîc scripta sunt, quia multa de CHRISTO, nouissimisque temporibus indicant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROPHETIA BARVCH.

CAP. I.

Baruch tempore quo deuastata est Ierusalem, scripsit librum, quem legi coram rege Iechonia, & vniuerso populo. Mittunt Iudæi librum cum pecunia in Ierusalem ad reliquos fratres, vt pro ipsis orent.

1 Hæc verba libri, quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filii Maasiæ, filii Sedeciæ, filii Sedei, filii Helciæ in Babylonia.

2 In anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni.

3 Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filii Ioacim regis Iudæ, & ad aures vniuersi populi venientis ad librum:

4 Et ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo vsque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi.

5 Qui audientes plorabant, & ieiunabant, & orabant in conspectu Domini.

6 Et collegerunt pecuniam, secundum quod potuit vniuscuiusque manus.

7 Et miserunt in Ierusalem ad Ioacim filium Helciæ filii Salom sacerdotem, & ad reliquos sacerdotes, & ad omnem populum, qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem,

8 Cum acciperent vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda decima die mensis Saban, vasa argentea, quæ fecit Sedecias filius Iosiæ rex Iuda,

9 Postea quam cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & eunuchos potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos vinctos in Babylonem.

10 Et dixerunt, Ecce, misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri:

11 Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filii eius, vt sint dies eorum sicut dies cæli super terram:

12 Et vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filii eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum.

13 Et pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis vsque in hunc diem.

14 Et legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die solenni, & in die opportuno: & dicetis,

Iust. 2. 6. 6. 15 Domino Deo nostro iustitia: nobis autem confusio faciei nostræ, sicut est dies hæc, omni Iudæ, & habitantibus in Ierusalem,

16 Regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris.

17 *Peccauimus ante Dominum Deum nostrum, & non credidimus. *D Dan. 9.*

18 Diffidentes in eum, & non fuimus subiectibiles illi, & non audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis. *a. 5.*

19 A die qua eduxit patres nostros de terra Aegypti vsque ad diem hanc eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrum: & & dissipati recessimus, ne audiremus vocem ipsius.

20 Et adhæserunt nobis multa mala, & maledictiones, *quæ constituit Dominus Moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de Terra Aegypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die. *Deut. 28. b. 15.*

21 Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri secundum omnia verba prophetarum, quos misit ad nos, & ad iudices nostros:

22 Et abiit vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari dijs alienis, facientes malà ante oculos Domini Dei nostri.

CAP. II.

Propter peccata iustè se pati fatentur Iudæi. Iram Dei à se auerti orant Iudæi. Anima esuriens & peccatrix dat gloriam Deo. Vult Dominus nos etiam principibus malis obtemperare. Populum à captiuitate seruocatarum promisit Dominus, illique testamentum nouum & æternum dauit.

1 PRopter quod statuit Dominus Deus noster verbum suum, quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicauerunt in Ierusalem, & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnem Israel, & Iudæ:

2 Vt adduceret Dominus super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cælo, quem admodum facta sunt in Ierusalem, *secundum quæ scripta sunt in lege Moysi, *Deut. 28. f. 53.*

3 Vt manducaret homo carnes filii sui, & carnes filiæ suæ.

4 Et dedit eos sub manu regum omnium, qui sunt in circuitu nostro in improperium, & in desolationem, & in omnibus populis, in quibus nos dispersit Dominus.

5 Et facti sumus subtus, & non suprà: quia peccauimus Domino Deo nostro, non obaudiendo voci ipsius. *Supr. 1. 18.*

6 *Domino Deo nostro iustitia: nobis autem, & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc.

7 Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc, quæ venerunt super nos:

8 Et non fumus deprecati faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrum à viis nostris pessimis.

9 Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est Dominus

in omnibus operibus suis, quæ mandauit nobis.

10 Et non audiuimus vocem ipsius, vt iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem nostram.

Dan. 9. 13. 11 *Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de Terra Aegypti in C manu valida, & in signis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste:

12 Peccauimus, impiè egimus, iniquè gessimus Domine Deus noster, in omnibus iustitijs tuis.

13 Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci inter Gentes, vbi dispersisti nos.

14 Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire graciam ante faciem eorum qui nos abduxerunt:

15 Vt sciat omnis terra, quia tu es Dominus Deus noster, quia nomen tuum inuocatum est super Israel, & super genus ipsius.

D 16 *Respice Domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos. *Deut. 26. d. 15. Isa. 63. d. 15. Psal. 113. d. 2.*

17 Aperi oculos tuos, & vide: *quia non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à viscеribus suis, dabunt honorem & iustificationem Domino:

18 Sed anima quæ tristis est super *magnitudinē mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & iustitiam Domino. *magnitudine*

19 Quia non secundum iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum Domine Deus noster:

20 Sed quia misisti iram tuam, & furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens,

E 21 Sic dicit Dominus, Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra quã dedi patribus vestris.

22 Quòd si non feceritis, nec audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babylonixe:

23 Defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iudæ, & à foris Ierusalem, & auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam.

24 Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babyloni: & statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, vt transferantur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo.

25 Et ecce proiecta sunt in calore solis, & in gela noctis: & mortui sunt in doloribus pessimis, in fame, & in gladio, & in emissione.

F 26 Et posuisti templum, in quo inuocatum est nomen tuum in ipso, sicut hæc dies propter iniquitatem domus Israel, & domus Iuda.

27 Et fecisti nobis Domine Deus noster secundum omnem benitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam.

28 *Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi in die qua præcepisti ei scribere legē tuam coram filijs Israel, dicens, *Leu. 26. b. 33. Deut. 28. b. 15.*

29 Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna cõuertetur in minimam inter Gentes, quo, ego eos dispergam:

30 Quia scio quod me non audiet populus. Populus est enim dura ceruice. & cõuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ:

31 Et scient, quia ego sum Dominus Deus G eorum: & dabo eis cor, & intelligent: & aures, & audient:

32 Et laudabũt me in terra captiuitatis suę, & memores erunt nominis mei.

33 Et auertent se à dorso suo duro, & à malignitatibus suis: quia reminiscentur viam patrum suorum, qui peccauerunt in me.

34 Et reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorum Abraham, Isaac, & Iacob, & dominabuntur eius: & multiplicabo eos, & non minorabuntur.

35 Et statuam illis testamentũ alterum sempiternum, vt sim illis in Deum, & ipsi erũt mihi in populum: & non mouebo ampliùs populum meum filios Israel à terra quam dedi illis.

CAP. III.

Pergit populus in oratione iam incepta pro suâ deliberatione. Commendat populo prudentiam, ostendens ob neglectum eius tanta mala illi obrigisse. Solus Deus sapientiæ adinuentor. De Christo incarnato.

1 ET nunc Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustijs, & spiritus anxius clamat ad te:

2 Audi Domine & miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri: quia peccauimus ante te.

3 Quia tu sedes in sempiternum, & non peribimus in æuum?

4 Domine omnipotens Deus Israel audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei sui, & agglutinata sunt nobis mala

5 Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto:

6 Quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te Domine:

7 Quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, & vt inuocemus nomẽ tuum, & laudemus te in captiuitate nostra, quia cõuertimur ab iniquitate patrum nostrorum, qui peccauerunt ante te.

8 Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, quã nos dispersisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum, secundum omnes iniquitates patrum nostrorum, qui discesserũt à te Domine Deus noster.

9 Audi Israel mandata vitæ: auribus percipe, vt scias prudentiam.

10 Quid est Israel quod in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus

es cum mortuis: deputatus es cum descẽdentibus in infernum.
12 Dereliquisti fontem sapientiæ.
13 Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram.
14 Disce vbi sit prudẽtia, vbi sit virtus, vbi ℰ intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax.
15 Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius?
16 Vbi sunt principes Gentium, & qui dominantur super bestias quæ sunt super terrã?
17 Qui in auibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo cõfidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum.
18 Qui argentum fabricant, & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum?
19 Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alii loco eorum exurrexerunt.
20 Iuuenes viderunt lumen, & habitauerũt
C super terram: viam autem disciplinæ ignorauerunt,
21 Neque intellexerunt semitas eius, neque filii eorũ susceperunt eam, à facie ipsorum longè facta est:
22 Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman.
23 Filii quoque Agar, qui exquirunt prudẽtiam quæ de terra est negotiatores terræ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius.
24 O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius!
25 Magnus est, & non habet finem: excelsus, & immensus.
26 Ibi fuerunt gigantes nominãti illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum.
27 Non hos elegit Dominus, neque viam di-
a dedit illis. scipline inuenerunt: propterea perierunt.
28 Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam.
29 Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus?
D 30 Quis transfretauit mare, & inuenit illam, & attulit illam super aurum electum?
31 Non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius:
32 Sed qui scit vniuersa, nouit eam, & adinuenit eam prudentia sua: qui præparauit terrã in æterno tempore, & repleuit eam bipedibus & quadrupedibus:
33 Qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore.
34 Stellæ autẽ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt vocatæ sunt, & dixerũt,
35 Adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.
36 Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum.
37 Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo.
38 Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

CAP. IIII.

Legem tenentium, merces: & perseuerantium pœna. Consolatio populi captiui. Querimonia Ierusalem, & sub eius typo ecclesiæ eiusdem consolatio ob futuram ciuium suorum liberationem, quibus & salutis ipsem addit.

1 HIc liber mandatorum Dei & lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eã, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem.
2 Conuertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius.
3 Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tua genti alienæ.
4 Beati sumus Israel, quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.
5 Animæquior, esto populus Dei, memorabilis Israel.
6 Vænundati estis Gentibus, non in perditionem: sed propter quòd ira Dei ad iracundiam protocastis Dominũ, traditi estis aduersariis.
B 7 Exacerbastis enim cum qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmoniis, & non Deo.
8 Obliti enim estis eum qui nutrinit vos, & contristastis nutricem vestram Ierusalem.
9 Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis, & dixit, Audite cõfines Sion: adduxit enim mihi Deus luctum magnum:
10 Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum & filiarum, quam superduxit illis AEternus.
11 Nutriui enim illos cum iucunditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu.
12 Nemo gaudeat super me viduam & desolatam: à multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei.
13 Iustitias autem ipsius nescierunt, nec ambulauerũt per vias mandatorum Dei, neque per semitas veritatis eius cum iustitia ingressi sunt.
14 Veniant confines Sion, & memorẽtur captiuitatem filiorum & filiarum mearum, quam superduxit illis AEternus.
15 Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius linguæ.
16 Qui non sunt reuerĩti senem, neque puerorum miserti sunt: & adduxerunt dilectos viduæ, & à filiis vnicam desolauerunt.
17 Ego autem quid possum adiuuare vos?
18 Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manu inimicorum vestrorum.
19 Ambulate filii, ambulate: ego enim dere- B
licta sum sola.
20 Exui me stola pacis, induí autem me sacco obsecrationis, & clamabo ad Altissimũ in diebus meis.
21 Animæquiores estote filii, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum.
22 Ego enim speraui in æternum salutem vestram: & venit mihi gaudium à Sancto super

super misericordia, quæ veniet vobis ab AEterno salutari nostro.
23 Emisi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio & iucunditate in sempiternum.
E 24 Sicut enim viderunt vicinæ Sion captiuitatem vestram à Deo, sic videbunt, & in celeritate salutem vestram à Deo, quæ superueniet vobis cum honore magno; & splendore æterno.
a superuenit. 25 Filii patienter sustinete iram, quæ super venit vobis: persecutus est enim te inimicus tuus, sed citò videbitis perditionem ipsius: & super cervices ipsius ascendes.
26 Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim vt grex direptus ab inimicis.
27 Animæquiores estote filii, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos.
F 28 Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum.
29 Qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra.
30 Animæquior esto Ierusalem, exhortatur enim te, qui te nominauit.
31 Nocentes peribunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur.
32 Ciuitates quibus seruierunt filii tui, punientur, & quæ accepit filios tuos.
G 33 Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione.
34 Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum.
35 Ignis enim superuenies ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmonis in multitudine temporis.
Isa. 5. 5. 36 *Circunspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem.
b tibi 37 Ecce enim veniunt filii tui, quos dimisisti dispersos: veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, in verbo Sancti gaudentes in honorem Dei.

CAP. V.

Inuitatur Ierusalem ad lætitiam ob reditum sui populi, & sub illius typo Ecclesia.

1 EXue te Ierusalem stola luctus & vexationis tuæ, & indue te decõre & honore, quæ à Deo tibi est sempiterna gloria.
2 Circundato te diploide à Deo iustitiæ, & impone mitram capiti tuo honoris æterni.
3 Deus enim ostendet splendorem suum in te, qui sub cælo est.
D 4 Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum, Pax iustitia, & honor pietatis.
Isa. 4. 5. 35 5 Exurge Ierusalem, & sta in excelso: & circunspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole vsque ad Occidentem: in verbo Sancti gaudentes Dei memoria.
C 6 Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni.
7 Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & cõ- G
ualles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Israel diligenter in honorem Dei.
8 Obumbrauerunt autem & syluæ, & omne D
lignum suauitatis Israel mandato Dei.
9 Adducet enim Deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suæ cum misericordia & iustitia, quæ est ex ipso.

CAP. VI.

Exemplum epistolæ, quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annũciaret illis secundum quod præceptum est illi a Deo.

1 PRopter peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum.
2 Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis vsque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace.
3 *Nunc autem videbitis in Babylonia deos Esa. 44. b. 10.
aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeros portari, ostentantes metũ Gentibus.
4 Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis.
5 Visa itaque turba de retro, & ab ante adorãtes, dicite in cordibus vestris, Te oportet adorari Domine.
6 Angelus autem meus vobiscum est: ipse autem exquiram animas vestras.
7 Nam a ligna ipsorum polita à fabro, ipsa a lingua
etiam inaurata, & margentata falsa sunt: & non possunt loqui.
8 Et sicut virgini amanti ornamenta: ita acceptio auro fabricati sunt.
9 Coronas certè aureas habent super capita sua dii illorum: vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis.
10 Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterum cùm receperint illud à meretricibus, ornant deos suos.
11 Hi autem non liberantur ab ærugine & B
tinea.
12 Opertis autem illis veste purpurea, exterguntfaciem ipsorum propter pulueré domus, qui est plurimus inter eos.
13 Sceptrum autem habet vt homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit.
14 Habet etiam in manu gladium & securim: se autem de bello, & a latronibus non liberat. Vnde vobis notum sit, quia non sunt dii.
15 Nõ ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis cofractum inutile efficitur: tales sunt & dii illorum.
16 Constituta illis in domo, oculi eorũ pleni sunt puluere à pedibus introeuntium.
17 Et sicut alicui, qui regem offendit, circum septæ sunt ianuæ, aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum: ita rutantur sacerdotes ostia clauibus & seris, ne a latronibus
sicut

expolientur.
18 Lucernas accendunt illis, & quidem multas: ex quibus nullam videre possunt? sunt autem sicut trabes in domo.
19 Corda vero eorum dicunt elingere serpentes qui de terra sunt, dum comedunt eos & vestimentum ipsorum, & non sentiunt.
20 Nigræ sunt facies eorum à fumo qui in domo fit.
21 Super corpus eorum, & supra caput eorũ volant noctuæ, & hirundines, & aues etiã, similiter & cattæ.
22 Vnde sciatis quia non sunt dii. Ne ergo timueritis eos.
23 Aurum etiam quod habent, ad speciem est, nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, sentiebant.
Esa. 40. 6. 7. 24 Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis.
25 Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suã hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea.
26 Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neq; siquis cùm statuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis humeri illis apponentur.
27 Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, & abuntur: similiter & mulieres eorum decerpẽtes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt.
28 De sacrificiis eorum fœtæ & menstruatæ cõtingunt. Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timeatis eos.
29 Vnde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt diis argẽteis, & aureis, & ligneis.
30 Et in domibus eorum sacerdotes sedent, habẽtes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam, quorum capita nuda sunt.
31 Rugiunt autem clamantes contra deos suos sicut in cœna mortui.
32 Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas & filios suos.
D 33 Neque siquid mali patiuntur ab aliquo, neque siquid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre.
34 Similiter neque dare divitias possunt, neque malum retribuere. Siquis illis votum vouerit, & non reddiderit: neque hoc requirunt.
35 Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt.
36 Non fœminæ cæcũ, ad visum nõ restituunt: de necessitate hominem non liberabunt.
37 Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient.
38 Lapidibus de monte similes sunt dii illorum, lignei & lapidei, & aurei & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur.
39 Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse deos?
40 Adhuc enim ipsis Chaldæi non honorantibus ea: qui cùm audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel,
41 Postulantes ab eo loqui: quasi possint sentire qui non habent motum: & ipsi cum intellexerint, relinquent ea: sensum enim non habent ipsi dii illorum.
42 Mulieres autẽ circundatæ funibus in viis sedent, succendentes ossa oliuarum.
43 Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab E aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat quòd ea non fit digna habita sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit.
44 Omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendum est illos esse deos?
45 A fabris autem & ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes.
46 Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Nunquid ergo possunt ea quę fabricata sunt ab ipsis, esse dii?
47 Reliquerunt autem falsa & opprobrium posteà futuris.
48 Nam cùm superueneri illis prælium, & mala, cogitant sacerdotes, post se, vbi se abscondant cum illis.
49 Quomodo ergo sentiri debeãt quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt?
50 Nam cùm sint lignea, & inaurata, & inargentata, scietur posteà quia falsa sunt, ab vniuersis gentibus & regibus: quæ manifesta sunt quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis.
51 Vnde ergo notum est quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipsis est.
52 Regem regioni non suscitãt, neque pluviam hominibus dãbunt.
53 Iudicium quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut corniculæ inter medium cæli & terræ.
54 Etenim cùm inciderit ignis in domum F deorum ligneorum, & argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur: ipsi vero sicut trabes in medio comburentur.
55 Regi autem & bello non resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiendum, quia dii sunt?
56 Non à furibus, neque à latronibus se liberabunt dii lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui fortiores sunt.
57 Aurum & argẽtum, & vestimentum quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent.
58 Itaque melius est esse regem ostentantem virtutẽ suam, aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostium in domo, quod custodiat quæ in pace sunt quàm falsi dii.
59 Sol quidem & luna, ac sydera, cùm sint splẽdida & emissa ad vtilitates, obaudiunt.
60 Similiter & fulgur cum apparuerit, per spicuum est: idipsum autem & spiritus in omni regione spirat.
61 Et nubes, quibus cum imperatum fuerit à Deo peragulare in vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis.

Ignis

62 Ignis etiam emissus desuper vt consumat montes & syluas, facit quod præceptum est ei.
63 Hæc autem, neque speciebus, neque virtutibus vni eorum similia sunt. Vnde neque existimandum est, neque dicendum illos esse deos, quando non possunt neque iudicium iudicare, neque quicquam facere hominibus.
64 Scientes itaque quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos.
65 Neque enim regibus maledicent, neque benedicent.
66 Signa etiam in cælo Gentibus non ostendunt, neque vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna.
67 Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi.
68 Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii, propter quod ne timeatis eos.
69 Nam sicut in cucumerario formido nihil custodientia sunt dii illorum ligne & ar gentei, & inaurati.
70 Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris similes sunt dii illorum lignei, & inaurati, & inargẽtati.
71 A purpura quoque & marmore, quæ supra illos teneant, scieris itaque quia non sunt dii. Ipsi etiam postremo comedentur, & erunt opprobrium in regione.
72 Melior est homo iustus, qui non habet simulacra: nam erit longè ab opprobriis.

Hieronymi in Ezechielem præfatio.

Ezechiel propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem: ibique iis qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus quòd ad Ieremiæ vaticinium se vltro aduersariis tradidissent: & viderent adhuc vrbem Ierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Tricesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad conceptiuos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Iudæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est: sed ex vtroque medie temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia voluminis & finem magnis habeus obscuritatibus inuoluta. Sed vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico. Vnde non satis miror quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes: in aliis eadem, in aliis diuersa transtulerint. Legite igitur & hunc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei & hunc subsannauerint, dicite eis quòd nemo eos cõpellat vt scribant. Sed vereor ne illud eis eueniat quod Græcè significantius dicitur, vt vocentur philolœdori.

PROPHETIA
Ezechielis.

CAP. I.

Quo tempore prophetauerit Ezechiel: & quo loco. Ezechielis genus & officium. Visio quatuor animalium. Visio rotarum. Visio throni & imaginis super thronum.

1 FActum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: cum essem in medio captiuorum iuxta fluuiũ Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei.
2 In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin:
3 Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini.
B 4 Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: & nubes magna, & ignis involues, & splẽdor in circuitu eius, & de medio eius "quasi" de medio ignis:
5 Et "in media" earum similitudo quatuor animalium: & hæc aspectus eorum, similitudo hominis in eis.
6 Et quatuor facies vni: & quatuor pennæ vni.
7 Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis.
8 Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennæ per quatuor partes habebant.
9 Iunctæ quæ erant pennæ eorum alterius ad alterum. Non reuertebantur cùm incederent: sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.

"eius

"quasi

VISIO EZECHIELIS.



A *Ventus vehemens flans ab aquilone.*
B *Nubes densa & procellosa.*
C *Ignis nubi implicitus.*
D *Splendor in nubis circuitu.*
E *Hasmal in nube, in lateribus solis, & circum animalia.*
F *Quatuor animalia.*
G *Pedes vitulini.*
H *Manus humanæ sub alis.*
IKLM *Facies hominis, facies leonis, facies vituli, facies Aquilæ.*
N *Alæ superiores inter se contingentes, quibus incumbit firmamentum.*
O *Alæ deorsum inclinatæ, quibus tegitur corpus.*
P *Color animalium similis carbonibus ignitis, vel facibus ardentibus.*
Q *Rotæ, quarum interior rota alteri inserta.*
K *Oculi in circumferentia rotarum.*
S *Crystallinus color supra capita animalium, solium versus.*
T *Solium.*
V *Homo solio insidens.*
X *Hasmal circum hominem.*
Y *Color igneus.*
Z *Iris, vel arcus cœlestis.*

C 10 Similitudo autem vultus eorum, facies hominis: & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autè bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.

11 Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ désuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum:

12 Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur

D cùm ambularent.

13 Et similitudo animalium, & aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.

14 Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

15 Cùmque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies.

16 Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris: & vna similitudo ipsarũ quatuor: & aspectus earũ & opera, quasi sit rota in medio rotæ.

17 Per quatuor partes earum euntes ibant:

E & non reuertebantur cum ambularent.

18 Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus, & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor.

19 Cùmque ambularent animalia ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ.

20 Quocunq; ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum: Spiritus enim vitæ erat in rotis.

21 Cum euntibus ibãt, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ, sequentes ea: quia Spiritus vitæ erat in rotis.

F 22 Et similitudo super capita animalium, firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum désuper.

23 Sub firmamento autem pennæ earum rectæ alterius ad alterum, vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur.

24 Et audiebam sonum alarum, quasi sonũ aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei cum ambularent, quasi sonus erant multitudinis vt sonus castrorum. Cùmque starent, demittebantur pennæ eorum.

G 25 Nam cùm fieret vox super firmamentum

quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas.

26 Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni, & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis désuper.

27 Et vidi quasi speciem electri velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum, à lumbis eius & désuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.

28 Velut aspectum arcus cùm fuerit in nube in die pluuiæ, hic erat aspectus splendoris per gyrum.

CAP. II.

Mittitur propheta ad reuocandum populum ab errore.

1 HAEc visio similitudinis gloriæ Domini. Et vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis.

2 Et dixit ad me, Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum.

3 Et ingressus est in me Spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquentem ad me, & dicentem, Fili hominis mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserũt ipsi &
à me: patres eorum præuaricati sunt pa B
ctum meum vsque ad diem hanc.

4 Et filii dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. & dices ad eos,

5 Hæc dicit Dominus Deus, Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus exasperans est, & scient quia propheta fuerit in medio eorum.

C

6 Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neq; sermones eorum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cũ scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est.

7 Loquêris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, & quiescant: quoniam irritatores sunt.

D

8 Tu autem fili hominis audi quæcunque loquor ad te, & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est: aperi os tuũ & comede quæcunque ego do tibi.

9 Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber.

10 Et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

CAP. III.

Prophetæ pallus verbo Dei, & constantia spiritus acepta, ad Israel in transmigrationem.

uistitur. Pœna pastoris non annuntiantis populo sua peccata. Iussu Domini in campum egressus videt gloriam Dei. Captiuitas figuratur.

1 ET dixit ad me, Fili hominis quodcunque inueneris comede: comede volumẽ istud, & vadens loquere ad filios Israel.
2 Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo, & dixit ad me, Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto quod ego do tibi.
3 Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce.
4 Et dixit ad me, Fili hominis vade ad domum Israel, & loquêris verba mea ad eos.
5 Non enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Israelt
6 Neque ad populos multos profundi sermonis & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mitteretris, ipsi audirent te.
7 Domus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde.
8 Ecce, dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.
9 Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum: quia domus exasperans est.
10 Et dixit ad me, Fili hominis omnes sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi:
11 Et vade, ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui, & loquêris ad eos, & dices ei: Hæc dicit Dominus Deus: si forte audiant & quiescant.
12 Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ, Benedicta gloria Domini de loco suo,
13 Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarũ sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.
14 Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me: & abii amarus in indignatione spiritus mei: manus enim Domini erat mecũ, confortans me.
15 Et veni ad transmigrationem ad Acerum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta fluuium Chobar: & sedi vbi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.
16 Cùm autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens,
17 Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis ex me.
18 Si dicente me ad impium, Morte morieris: non annuntiaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.
19 Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in "impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. "Iniquita te
20 Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur: quia non annuntiasti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius quæ fecit: sanguinem verò eius de manu tua requiram.
21 Si autem tu annuntiaueris iusto vt non peccet iustus, & ille non peccauerit: viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti.
22 Et facta est super me manus Domini, & dixit ad me, Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum.
23 Et surgens egressus sum in campum: & ecce ibi gloria Domini stabat, quasi gloria quam vidi iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciem meam.
24 Et ingressus est in me Spiritus, & statuit me super pedes meos: & locutus est mihi, & dixit ad me, Ingredere, & includêre in medio domus tuæ.
25 Et tu fili hominis ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris in medio eorum.
26 Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est.
27 Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os tuũ, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

CAP. IIII.

Vrbis Ierusalem obsidio significatur. Diuturnitas captiuitatis Israel & Iuda. Prædicitur fames futura in captiuitate.

1 ET tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatem Ierusalem.
2 Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.
3 Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatem: & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circundabis eam: signum est domui Israel.
4 Et tu dormies super latus tuum sinistrũ, & pones iniquitates domus Israel super eo numero dierum quibus dormies super illud, & assumes "iniquitates eorum. "iniquitatem eo
5 Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum, trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israel.
6 Et cùm compleueris hæc, dormies super latus tuum dextrum secundũ: & assumes "iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. Diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. "Num. 14. f. 34
7 Et ad obsidionẽ Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum: & prophetabis aduersus eam. "exertũ

8 Ecce, circundedi te vinculis: & non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuæ.
9 Et tu sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud:
10 Cibus autem tuus quo vescêris, erit in pondere viginti stateres in die: à tempore vsque ad tempus comedes illud.
11 Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin: à tempore vsque ad tempus bibes illud.
12 Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud: & stercore quod egreditur de homine operies illud in oculis eorum.
13 'Hæc dicit Dominus, Sic comedent filii Israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eiciã eos. 'Et
14 Et dixi, 'A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinum & laceratum à bestiis non comedi ab infantia mea vsque nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro immunda. 'Ezechiel, 4.
15 Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo.
16 Et dixit ad me, Fili hominis, "ecce" conteram baculum panis in Ierusalem: & comedent panem suũ in pondere, & in solicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent: Supra 5. d. 14. "ego "conteram
17 Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisque ad fratrem suum, & "contabescat in iniquitatibus suis. "deficiant

CAP. V.

Aenigma pilorum quo significatur vastatio populi. Causa ira Dei in populum suum. Aenigma pilorum explicatur Domini.

1 ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis, & dividis eos.
2 Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiam verò aliam disperges in ventum, & gladium "nudabis post eos. "nudabo
3 Et sumes inde paruum numerum: & ligabis eos in summitate palli tui,
4 Et ex eis rursum tolles, & proijcies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eis egredietur ignis in omnem domum Israel.
5 Hæc dicit Dominus Deus, Ista est Ierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras.
6 Et contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quam Gentes: & præcepta mea vltrà quam terræ quæ in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt.
7 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Quia superastis Gentes quæ in circuitu vestro sunt, & in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, & iuxta iudicia Gentium quæ in circuitu vestro sunt, non estis operati:
8 Ideo hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium:
9 Et faciam in te quod non feci, & quibus similia vltrà non faciam propter omnes abominationes tuas.
10 Ideo patres comedẽt filios in medio tui, & filii comedent patres suos: & faciam in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum.
11 Idcirco viuo ego dicit Dominus Deus, Nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque cõfringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor.
12 Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam verò partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos.
13 Et complebo furorẽ meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor: & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cùm impleuero omnem indignationem meam in eis:
14 Et dabo te in desertum & in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis.
15 Et eris opprobrium & blasphemia, exemplum & stupor in gentibus quæ in circuitu tuo sunt, cùm fecero in te iudicia in furore & in indignatione, & increpationibus iræ, quæ ego Dominus locutus sum.
16 Quando misero sagittas famis pessimas "in eos, "quæ erunt mortiferæ, & quas mittam vt disperdam vos: & famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis. Supra 4. d. 16. infr. 4. d. 13.
17 Et immittã in vos famem & bestias pessimas vsque ad interneciones: & pestilentia & sanguis transibunt per te, & gladium inducã super te. Ego Dominus locutus sum.

CAP. VI.

Propter peccatum idololatriæ populum percutiendum prædicit. Pœnitentiam reliquiarum populi prophetat. & liberationem. Obstinatorum interitus prædicitur.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens, Infra 36. a. 1.
2 Fili hominis "pone faciem tuam ad montes Israel: & prophetabis ad eos, & dices,
3 Montes Israel audite verbum Domini Dei. Hæc dicit Dominus Deus montibus & collibus, rupibus & vallibus, Ecce, ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra,
4 Et demoliar aras vestras, & confringẽtur simulacra vestra: & deiciam interfectos vestros ante idola vestra.
5 Et dabo cadauera filiorum Israel ante facies simulacrorum vestrorum: & dispersi

gam ossa vestra circum aras vestras in omnibus habitationibus vestris.

B 6 Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur & dissipabuntur: & interibunt aræ vestræ, & confringentur: & cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra: & delebuntur opera vestra.

7 Et cadet interfectus in medio vestri: & scietis quia ego sum Dominus.

8 Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus, cùm dispersero vos in terris.

9 Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus ad quas captiui ducti sunt: quia contriui cor eorum fornicans & recedens à me, & oculos eorum fornicantes post idola sua: & displicebunt sibimet super malis quæ fecerant in vniuersis abominationibus ^suis.illis.

10 Et scient quia ego Dominus non frustrà locutus sum vt facerem eis malum hoc.

^amanu tua, 11 Hæc dicit Dominus Deus, Percute ^amanum tuam, & allide pedem tuum, & dic, Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel: ^aquia gladio, fame, & peste ruituri sunt.

12 Qui longè est, peste morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui reliquus fuerit & obsessus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis:

D 13 Et scietis quia ego Dominus, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum in circuitu aræ eorum vestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus vniuersam quercum frondosam, locum vbi accenderunt thura redolentia vniuersis idolis suis.

14 Et extendam manum meam super eos: & faciam terram eorum desolatam & destitutam à deserto Deblátha in omnibus habitationibus eorum: & scient quia ego Dominus.

CAP. VII.

Finis totius terræ Israel tepenti venturus. Excidii eius causa. Omni præsidio destituetur populus, vt non possit aduersariis resistere. Iubetur propheta summam imminentium malorum annuntiare.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens.

2 Et tu fili hominis hæc dicit Dominus Deus terræ Israel, Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ.

3 Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas.

4 Et non parcet oculus meus super te, & non misereborsed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego Dominus.

E 5 Hæc dicit Dominus Deus, afflictio vna, afflictio ecce venit:

6 Finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce venit.

^aconfractio 7 Venit ^acontritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, propè est dies occisionis, & non gloriæ montium.

8 Nunc de propinquo effundã iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & iudicabo te ^asecundum vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua. ^amixta

9 Et non parcet oculus meus, nec misererebor, sed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego sum Dominus percutiens. C

10 Ecce dies, ecce venit: egressa est ^acontritio, floruit virga, germinauit superbia. ^aconfractio

11 Iniquitas surrexit in virga impietatis: nõ ex eis, & non ex populo, neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis.

12 Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non lætetur: & qui vendit, nõ lugeat: quia ira super omnem populum eius.

D 13 Quia qui vendit, ad id quod vendidit non reuertetur: & adhuc in viuentibus vita eorum, visio enim ad omnem ^amultitudinem eius nõ regredietur: & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur. ^aomnem multitudinem

14 Canite tubã, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium: ira enim mea super ^avniuersum populum eius.

15 Gladius foris, & pestis & fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur: & qui in ciuitate, pestilentia & fame deuorabuntur.

16 Et saluabuntur qui fugerint ex eis: & erunt in montibus quasi columbæ conualium omnes trepidi, vnusquisque in iniquitate sua.

17 Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. E

18 Et accingent se ciliciis, & operies eos horrendo: & in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus eorum caluitium. *Esa.15.d Jerem.48 f.37.*

19 Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est. *Prouer.11. a.4. Sop. 1.d.18. Ezec 7.c. Ieſaiæ 5.c 13.* F

20 Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum, & simulacrorum: fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam:

21 Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in prædam, & contaminabunt illud.

22 Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emissarii, & contaminabunt illud.

23 Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate.

24 Et adducam pessimos de Gentibus, & possidebunt domos eorum: & quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum.

25 Angustia superueniente requirent pacem, & non erit.

26 Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum: & quærent visionem

visionem de propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus,

^aprinceps induetur ^aindicia 27 Rex lugebit, & ^aprincipes induentur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & secundum ^aiudicium eorum iudicabo eos: & scient, quia ego Dominus.

CAP. VIII.

Apparitio similitudinis Dei. Ezechiel in spiritu adductus est in Ierusalem. Ostendit Dominus prophetæ abominationes idololatriæ domus Israel, & maximè sacerdotum. Ieconiæ. Vox infidelium.

1 ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me, & cecidit ibi super me manus Domini Dei.

2 Et vidi, & ecce similitudo: quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius & deorsum, ignis: & à lumbis eius & sursum, quasi aspectus splendoris, & visio electri.

Vt B 3 Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me spiritus inter terram & cælum: & adduxit me in Ierusalem in visione Dei, iuxta ostium interius quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idolum zeli ad prouocãdum æmulationem.

4 Et ecce ibi gloria Dei Israel secundum visionem quam videram in campo.

C 5 Et dixit ad me, Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipso introitu.

6 Et dixit ad me, Fili hominis, putasne vides tu quid isti faciũt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hîc, vt procul recedam à sanctuario meo? & adhuc conuersus videbis abominationes maiores.

7 Et introduxit me ad ostium atrii: & vidi, & ecce foramen vnum in pariete.

D 8 Et dixit ad me, Fili hominis fode parietem. Et cùm fodissem parietem, apparuit ostium vnum.

9 Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hîc.

10 Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum.

11 Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat.

^avidisti 12 Et dixit ad me, Certè ^avides fili hominis quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui: dicunt enim, Non vidit Dominus nos, dereliquit Dominus terram.

E 13 Et dixit ad me, Adhuc conuersus videbis abominationes maiores quas isti faciunt.

14 Et introduxit me per ostium portæ domus Domini quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.

15 Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his.

16 Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum solis.

17 Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: nunquid leue est hoc domui Iuda, vt facerẽt abominationes istas quas fecerunt hîc? quia replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me: & ecce applicant ramum ad nares suas.

18 Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec misereborneque orabo: & cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

CAP. IX.

Idololatrarum interitus, & iustorum salus. Seruandi signantur. Occidantur non seruandi. Quæ ministri prophetæ ab eadem populi: cuius causam reddit ei Dominus.

1 ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens, Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua.

2 Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem: & vnusquisque vas interitus in manu ^asua: eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris erat ^asuum. in renibus eius: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum.

B 3 Et gloria ^aDomini Israel assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad limen domus: & vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. ^aDei

4 Et dixit Dominus ad eum, Trãsi per mediam ciuitatem, in medio Ierusalem: & signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. *Exod. 12. d 23. Apoc. 7. a. 3.*

5 Et illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini. ^aparuulos

6 Senem, adolescentulũ, & virginem, ^aparuulum, & mulieres interficite vsque ad internecionem: omnem autem super quem videritis Thau, ne occidatis, & à Sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. G

7 Et dixit ad eos, Contaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate.

8 Et ecce completa remansi ego, ruique super faciem meam, & clamans aio, Heu, heu, heu, Domine Deus, ergòne disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Ierusalem? D

9 Et dixit ad me, Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde, & repleta

ra est terra sanguinibus, & civitas repleta est auersione: dixerunt enim, Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.
10 Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor, viam eorum super caput eorum reddam.
11 Et ecce, vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens, Feci sicut præcepisti mihi.

CAP. X.

De viro è medio rotarum & Cherubim prunas accipi iubente in signum exustionis urbis Ierusalem. Repetitis visionis rotarum, animalium, Cherubim.

1 ET vidi, & ecce in firmamento quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus, & quasi species similitudinis soli, apparuit super "eum.
2 Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait, Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus "Cherubim: & imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusque est in conspectu meo.
3 (Cherubim autem stabant à dextris domus cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius.
4 Et elevata est gloria Domini desuper Cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini.
5 Et sonitus alarum Cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis.)
B 6 Cumque præcepisset viro, qui indutus erat lineis, dicens, Sume ignem de medio rotarum quæ sunt inter Cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam.
7 Et extendit Cherub manum de medio Cherubim, ad ignem qui erat inter Cherubim, & sumpsit, & dedit in manus eius qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est.
8 Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum.
9 Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim: rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia, iuxta Cherub vnum: species autem rotarum erat, quasi visio lapidis Chrysolithi.
10 Et aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi si sit rota in medio rotæ.
11 Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur: & non reuertebantur ambulantes: sed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebatur & cæteræ, nec conuertebantur.
C
sup. 1. v. 18 12 *Et omne corpus earum, & colla, & manus & pennæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum.
13 Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me.
14 Quatuor autem facies habebat vnum: facies vna, facies Cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ.
15 Et eleuata sunt Cherubim: ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Chobar.
16 Cumq; ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarēt Cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, nō residebant rotæ, sed & ipsæ iuxtā erāt.
17 Stantibus illis, stabant: & cum eleuatis eleuabātur. Spiritus enim vitæ erat in eis.
18 Et egressa est gloria Domini à limine templi: & stetit super Cherubim.
19 Et eleuantia Cherubim ala suas, exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoque subiecutæ sunt: & stetit in introitu portæ domus Domini Orientalis, & gloria Dei Israel erat super eos.
20 Ipsum est animal quod vidi subter Deū Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia Cherubim essent. *Sup. 1. v. 1.*
21 Quatuor, per quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum.
22 Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, & introitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

CAP. XI.

Qui populum Ierusalem seducebant. Contra hos vaticinatur, prædicens eorum dispersionem. Mors Pheltiæ, ob quam reliqui populi timet exitium. Futurum captiuorum reductionem ad sua à Domino. Cordis innouatio à Deo, vt in præceptis eius ambulemus. Propriis consiliis inniti inuitis minatur. Recedit gloria Dei de Ierusalem, & prophetæ in spiritu remittitur in Chaldæam.

1 ET eleuauit me spiritus & introduxit me ad portam domus Domini Orientalem quæ respicit ad solis ortum: & ecce, in introitu portæ viginti quinque viri: & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi.
2 Dixitque ad me, Fili hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista, dicentes,
3 Nonne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes.
4 Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis.
5 Et irruit in me spiritus Domini, & dixit ad me, Loquere, Hæc dicit Dominus, Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui.
6 Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. B
7 Propterea hæc dicit Dominus, "Interfecti "Deus vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes: & educam vos de medio eius.
8 Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, ait Dominus "Deus.
9 Et eiiciam vos de medio eius, & dabo que vos in manum hostium, & faciam in vobis iudicia.
10 Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego sum Dominus.
11 Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis

non eritis in medio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo eos.
12 Et scietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati.
13 Et factum est cùm prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi, Heu, heu, heu, Domine Deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel?
14 Et factum est verbum Domini ad me, dicēs,
15 Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel, & vniuersi quibus dixerunt habitatores Ierusalem, Longè recedite à Domino: nobis data est terra in possessionem.
16 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia longè feci eos in Gentibus, & quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationem modici in terris ad quas venerūt.
17 Propterea loquere, Hæc dicit Dominus Deus, Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis: dabóque vobis humum Israel.
18 Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa. D
Infra 36. v. 24. & 37. 19 *Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum:
20 Vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciántque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum.
21 Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus.
22 Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotæ cū eis: & gloria Dei Israel erat super ea.
23 Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, & stetit super montem qui est ad Orientem vrbis.
"Hæc visione 24 Et spiritus leuauit me, adduxitque "in Chaldæam ad transmigrationem: in "visione in spiritu Dei: & sublata est à me visio quam videram.
25 Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini quæ ostenderat mihi.

CAP. XII.

Parabola vasorum transmigrationis. Expositio parabolæ, quæ Sedeciæ regis captio significatur. Alia parabola, qua angustia famis & sitis significatur. Prædictorum malorum acceleratio prædicitur.

ET factum est sermo Domini ad me, dicens,
2 Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est.
3 Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si forte aspiciant: quia domus exasperans est.
4 Et efferes foras vasa tua quasi vasa "transmigrantis per diem in conspectu eorum: tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans. "transmigrationis
5 Ante oculos eorum perfode tibi parietem, & egredieris per eum. B
6 In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine efferēris: faciem tuam velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel.
7 Feci ergo sicut præceperat mihi Dominus: vasa mea protuli quasi vasa "transmigrantis per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: & in caligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu eorum. "transmigrationis
8 Et factus est sermo Domini manè ad me, dicens. C
9 Fili hominis nunquid non dixerunt ad te domus Israel domus exasperans, Quid tu facis? Dic ad eos,
10 Hæc dicit Dominus Deus, Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem: & super omnē domū Israel, quæ est in medio eorum,
11 Dic, Ego portentum vestrum: quo modo feci, sic fiet illis: in transmigrationem & in captiuitatem ibunt.
12 Et dux qui est in medio eorū. in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient, vt educant eum: facies eius operietur, vt non videat oculo terram. D
13 *Et extendam rete meum super eum, capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in terrā Chaldæorum: & ipsam non videbit, ibique morietur. *infr. 17. v. 20. 32. v. 3*
14 Et omnes qui circa eum sunt, præsidium eius & agmina eius dispergam in omnem ventum: & gladium euaginabo post eos.
15 Et scient quia ego Dominus, quando dispersero illos in Gentibus, & dissemināuero eos in terris.
16 Et relinquam ex eis viros paucos à gladio & fame, & pestilentia: vt enarrent omnia scelera eorum in Gēribus ad quas ingredientur: & scient quia ego Dominus.
17 Et factus est sermo Domini ad me, dicens,
18 Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede: sed & aquam tuam in tristitia & mœrore bibe. B
19 Et dices ad populum terræ, Hæc dicit Dominus Deus ad eos qui habitant in Ierusalem in terra Israel, Panem suum in "solitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur terra à multitudine sua, propter "iniquitates omnium qui habitant in ea. "solicitudine "iniquitas
20 Et ciuitates quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terráque deserta: & scietis quia ego Dominus.
21 Et factus est sermo Domini ad me dicēs,
22 Fili hominis, quod est prouerbium istud vobis in terra Israel dicentium, In longum differentur dies, & peribit omnis visio.
23 Ideo dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Quiescere faciam prouerbium istud, nec vltra vulgo dicetur vltrà in Israel: & loquere ad eos quòd appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis.
24 Nō enim erit vltrà omnis visio cassa, ne-

que diuinatio ambigua in medio filiorum
G Israel.
25 Quia ego Dominus loquar: & quodcunque locutus fuero verbum, & fiet, non prolongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus.
26 Et factus est sermo Domini ad me dicēs,
27 Fili hominis, ecce domus Israel dicentium, Visio quam hic videt, in dies multos, & in tempora longa iste prophetat.
28 Propterea dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Non prolongabitur vltra omnis sermo meus: verbum quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

CAP. XIII.

Sermo Domini contra Pseudoprophetas populum docentes vanitatis cordis sui. Sermo Domini contra prophetissas mendaces.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens,
2 Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant, & dices prophetantibus de corde suo, Audite verbum Domini.
3 Hæc dicit Dominus Deus, Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.
deserti 4 Quasi vulpes in deserto, prophete tui Israel erant.
5 Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.
6 Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes, Ait Dominus: cum Dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem.
7 Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? & dicitis, Ait Dominus: cum ego non sim locutus?
8 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus:
9 Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium: in
B concilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis quia ego Dominus Deus:
10 Eo quod deceperint populum meum, dicentes pax, pax, & non est pax: & ipse ædificabat parietem, illi autem linlebant eum luto absque paleis.
11 Dic ad eos qui liniunt absque temperatura quòd casturus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem.
12 Siquidem ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vobis, Vbi est litura quam liniſtis?
13 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem.
14 Et destruam parietem quem liniſtis absque temperamento: & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & consumetur in medio eius. & scietis quia ego sum Dominus.
15 Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento: dicámque vobis, Non est paries, & non sunt qui liniunt eum.
16 Prophetæ Israel qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis: & non est pax, ait Dominus Deus.
17 Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vaticinare super eas, & dic,
18 Hæc dicit Dominus Deus, Væ "qui consuunt puluillos sub omni cubito manus: "manicas & faciunt cerulicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum.
19 Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt mentientes populo meo credenti medacijs.
20 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas volantes: & dirumpam eos de brachiis vestris: & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum.
21 Et dirumpam cerulicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt vltra in manibus vestris ad prædandum: & scietis quia ego Dominus.
22 Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impii, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret:
23 Propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra: & scietis quia ego Dominus.

CAP. XIIII.

Propter peccata Dominus populo verbum suum dicit, ait. Contemptores verbi sui decipit inter eundum Dominus per pseudoprophetas. Iusti non liberabuntur impios a malis immissis, sed ipsi iusti tantùm in sua iustitia saluabuntur. Consolatio eorum qui in Babylonem transmigrauerant.

1 ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me.
2 Et factum est sermo Domini ad me dicēs,
3 Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. nunquid interrogatus respondebo eis?
4 Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Homo, homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam, interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum:
5 Vt capiatur domus Israel in corde suo
no

quo recesserunt à me in cunctis idolis suis.
6 Propterea dic ad domum Israel, Hæc dicit Dominus Deus, conuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris, & auertite facies vestras.
7 Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicunque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam vt interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per
C me.
8 Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus.
9 Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel.
10 Et portabunt iniquitatem suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit.
11 Vt non erret vltrà domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis prævaricationibus suis: sed sint mihi in populum, & ego
D sim eis in Deum, ait Dominus exercituum.
12 Et factus est sermo Domini ad me, dicens,
13 Fili hominis, terra cùm peccauerit mihi, vt prævaricetur prævaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum.
14 Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi & iustitia sua, liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.
E 15 Quòd si & bestias pessimas induxero super terram, vt vastem eam: & fuerit inuia, eo quòd nō sit pertransiēs propter bestias:
16 Tres viri isti, si fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur.
17 Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio, Transi per terram: & interfecero de ea hominem & iumentum:
18 Et tres viri isti fuerint in medio eius: Viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios neque filias: sed ipsi soli liberabuntur.
F 19 Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum:
20 Et Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas.
21 Quoniam hæc dicit Dominus, Quòd, & si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus:
22 Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias: ecce ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorū & adinuentiones eorum: & consolabimini super malo quod induxi in Ierusalem, in omnibus quæ importaui super eam.
23 Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum & adinuentiones eorum: & cognoscetis quòd non frustra fecerim omnia quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

CAP. XV.

Vt lignum vitis inutile igni traditur, sic Ierusalem exurendam dicit.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens,
2 Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum?
3 Nunquid tolletur de ea lingum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt det pendeat in eo quodcunque vas?
4 Ecce, igni datum est in escam, vtranque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: nunquid vtile erit ad opus?
5 Etiam cùm esset integrum, non erat a- B ptum ad opus: quanto magis cùm illud ignis deuorauerit & combusserit, nihil ex eo fiet operis?
6 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quo modo lignum vitis inter ligna syluarum, "tradidi quòd dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem.
7 Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos: & scietis quia ego Dominus,
8 Cùm posuero faciem meam in eos, & dedero terram inuiam & desolatam: eo quod prævaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

CAP. XVI.

Abominationes Ierusalem enarrantur, primùm beneficia Dei erga eam commemorat. Arguitur ingratitudinis ob seruitutem sui cum idolis. Minatur ei pœnam. Scelera aliarum gentium iustificat comparatione peccatorum Ierusalem. Causa abominationum in quas incidunt Sodomitæ. Misericordia pœnitenti promittitur.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens,
2 Fili hominis, notas fac Ierusalem abominationes suas, & dices,
3 Hæc dicit Dominus Deus Ierusalē, Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa.
4 Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis.
5 Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his, misertus tui: sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die qua nata es.

6 Transiens autem per te, vidi te *conculcari in sanguine tuo : & dixi tibi cùm esses in sanguine tuo, Viue: dixi inquam tibi in sanguine tuo, Viue.

7 Multiplicatam quasi germen agri dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem: vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit : & eras nuda, & confusione plena.

8 Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium : & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus: & facta es mihi.

9 Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo.

10 Et vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho: & cinxi te byſſo, & indui te subtilibus.

11 Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum.

12 Et dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.

13 Et ornata es auro & argento, & vestita es byſſo, & polymito, & multis coloribus: similam & mel & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis : & profecisti in regnum.

14 Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam : quia perfecta eras in decore meo quem posueram super te, dicit Dominus Deus.

15 Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo : & expoſuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres.

16 Et sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta : & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est.

17 Et tulisti vasa deCoris tui, de auro meo atque argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis,

18 Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas, & oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis.

19 Et panem meum quem dedi tibi similam & oleum & mel quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est, ait Dominus Deus.

20 Et tulisti filios tuos & filias tuas quas genuisti mihi : & immolasti eis ad deuorandum. Nunquid parua est fornicatio tua?

21 Immolasti filios meos, & dedisti illis consecrans eis.

22 Et post omnes abominationes tuas & fornicationes non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda & confusione plena, conculcata in sanguine tuo.

23 Et accidit post omnem malitiam tuam (væ væ tibi, ait Dominus Deus)

24 Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.

25 Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorem tuum : diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas.

26 Et fornicata es cum filiis AEgypti vicinis tuis magnarum carnium : & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me.

27 Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam iustificationem tuam: & dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata.

28 Et fornicata es in filiis Assyriorum, eo quod necdum fueris expleta:

29 Et postquam fornicata es, nec sic es, satiata. Et multiplicasti fornicationem tuam in Terra-Chanaân cum Chaldæis: & nec sic satiata es.

30 In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus: cùm facias omnem hæc opera mulieris meretricis & procacis,

31 Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea.

32 Nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium, sed quasi mulier adultera super virum suum inducit alienos.

33 Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt introirent ad te vndique ad fornicandum tecum.

34 Factumque est inter te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis : & post te non erit fornicatio, in eo enim quòd decisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium.

35 Propterea meretrix audi verbum Domini.

36 Hæc dicit Dominus Deus, Quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis:

37 Ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commista es, & omnes quos dilexisti cum vniuersis quos oderas: & congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.

38 Et iudicabo te iudiciis adulterarum & effundentium sanguinem: & dabo te in sanguinem furoris & zeli.

39 Et dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum : & denudabunt te vestimentis tuis, & auferêt vasa decoris tui, & derelinquent te nudam plenamque ignominia.

40 Et adducent te super multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis.

41 Et conburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum : & desines fornicari, & mercedes vltrà non dabis.

42 Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec iratcar amplius.

43 Eo quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in caput tuo dedi, ait Dominus Deus, & non feci iuxta scelera tua in omnib abominationibus tuis.

44 Ecce, omnis qui dicit vulgò prouerbium, in te assumet illud, dicens, Sicut mater, ita & filia eius.

45 Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum quæ proiecerunt viros suos & filios suos: matet vestra Chetæa, & pater vester Amorrhæus.

46 Et soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius.

47 Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus : pene scelleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis.

48 Viuo ergo dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filia eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ.

49 Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, Superbia, saturitas panis & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius : & manum egeno & pauperi non porrigebant.

50 Et elevatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas sicut vidisti.

51 Et Samaria dimidiũ peccatorũ tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es.

52 Ergo & tu porta confusionem tuam, qua vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis: iustificatæ sunt enim à te. ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas.

53 Et conuertam restituens eas conuersione Sodomorũ cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius: & conuertam reuersionem tuam in medio earum.

54 Vt portes ignominiã tuam, & confundaris in omnibus quæ fecisti, consolans eas.

55 Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam, & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem vestram.

56 Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo in die superbiæ tuæ.

57 Antequàm reuelaretur malitia tua, sicut hoc tempore in opprobrium filiarũ Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarũ Palæsthinarum, quæ ambiunt te per gyrum.

58 Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus.

59 Quia hæc dicit Dominus Deus, & faciam tibi sicut despexisti iuramentũ, vt irritum faceres pactum.

60 Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ : & suscitabo tibi pactum sempiternum.

61 Et recordaberis viarum tuarũ, & cõfunderis: cùm receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis, & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo.

62 Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus,

63 Vt recorderis & confundaris, & non sit tibi vltrà aperire os præ confusione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait Dominus Deus.

CAP. XVIII.

Parabola duarum aquilarum significat Sedeciam contra iusiurandum vetitia amicitia Nabuchodonosor, se ad regem AEgypti transtulisse, & ideo periisse. Exposito parabolæ, Prophetia de Christo.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel, & dices,

3 Hæc dicit Dominus Deus, Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.

4 Summitatem frondium eius euellit, & transportauit eam in Terram-Chanaân: in vrbe negotiatorum posuit illam.

5 Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine : vt firmaret radicem super aquas multas, in superficie posuit illud.

6 Cumque germinasset, creuit in vineã latiorem, humili statura, respicientibus ramis eius ad eam : & radices eius sub illa erant. Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines.

7 Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisque plumis : & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extẽdit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui.

8 Quæ in terra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frodes, & portet fructum, vt sit in vineam grandem.

9 Dic, Hæc dicit Dominus Deus, Ergone proſperabitur? nonne radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet: & non in brachio grãdi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus?

10 Ecce, plantata est, ergone proſperabitur? nonne cùm tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in areis germinis sui arescet?

11 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

12 Dic ad, domũ exasperantem, Nescitis quid ista significent? Dic, Ecce, veniet rex Babylonis in Ierusalem, & assumet regem, & principes eius, & adducet eos ad semet ipsum in Babylonem.

13 Et tollet de semine regni, feriétque cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurandum. sed & fortes terræ tollet:

14 Vt sit regnum humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud.

15 Qui recedens ab eo, misit nuntios ad AEgyptum, vt daret sibi equos, & populum multum. Nunquid proſperabitur, vel consequetur salutem, qui fecit hæc? & qui dissoluit pactum, nunquid effugiet?

19 Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in loco regis, qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.
17 & non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione valorum, vt interficiat animas multas.
18 Spreuerat enim iuramentum, vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam, & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet.
P 19 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Viuo ego, quoniam iuramentum meum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in capite eius.
Supr. 12. d. 13. Isa. 51. 20 *Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione qua despexit me.
21 Et omnes profugi eius cũ vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem votum dispergentur: & scietis quia ego Dominus locutus sum.
22 Hæc dicit Dominus Deus, Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponã: de vertice ramorum eius tenerum dispergam, & plantabo super montem excelsum, & eminentem.
*distringam, G 23 In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt sub eo omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit.
24 Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignũ sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci.

CAP. XVIII.

Ab vnoquoque pœnã peccati sui esse paratidam denuntiat. Iustus. Respicienti salus promittitur. Iusto se à via recta auertenti mors prædicitur. Via Dei. Via hominis. Ad pœnitentiam hortatur. Benignitas Dei in peccatores.

1 ET factũ est sermo Domini ad me, dicẽs,
2 Quid est quod inter vos parabolã vertitis in prouerbium istud in terrã Israel: dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum *obstupuerunt.
3 Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vltrà vobis parabola hæc sũ prouerbium in Israel.
4 Ecce omnes animæ meæ sunt: vt anima patris ita & anima filii, mea est; anima quæ peccauerit, ipsa morietur.
ℵ 5 Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium, & iustitiam,
6 In montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idôla domus Israel: & vxorem proximi sui nõ violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit,
7 Et hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, *panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento.
Ezc. 18. b. 7. mat. 25. v. 35. 8 Ad vsuram nõ commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum:
9 Et in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem, hic iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus.
10 Quòd si genuerit filium latronem effundẽtem sanguinem, & fecerit vnũ de istis: & hæc quidem omnia non facientem;
11 Sed in montibus comedentem, & vxorem proximi sui polluentem:
12 Egenum & pauperem contristantem, rapientem, rapinas, pignus non reddentem, & ad idôla leuantem oculos suos, abominationem facientem.
13 Ad vsuram dantem, & amplius accipientem: nunquid viuet? non viuet: cum vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit.
14 Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis:
15 Super montes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idôla domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit.
16 Et virum non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento:
17 A paupere iniuria auerterit manũ suam, vsuram & superabundantiam non acceperit, & iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet.
18 Pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malũ operatus est in medio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua.
19 Et dicitis, Quare filius non portabit iniquitatem patris? Videlicet, quia filius iudicium & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, viuet vita.
20 *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: iustitia iusti super eum erit, & impietas impii erit super eum.
21 Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur.
22 Omnium iniquitatum eius quas operatus est, nõ recordabor: in iustitia sua quam operatus est viuet.
23 *Nunquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, & non vt cõuertatur à viis suis, & viuat?
24 Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundũ omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid viuet? omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur.
25 Et dixistis, *Nõ est æqua via Domini. Audite ergo domus Israel. Nunquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ pravæ sunt?

Deu. 24. b. 16. 4. 17. 4. b. 6. 2. par. 25. d. d

Psal. 38. a. 4. iosue 23. d. 20.

Isa. 35. d. 2. c.

26 Cùm enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis, in iniustitia quam operatus est, morietur.
27 Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit.
28 Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet, & non morietur.
29 Et dicunt filii Israel, Nõ est æqua via Domini. Nunquid viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel, & non magis viæ vestræ pravæ?
30 Idcirco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait Dominus Deus. t
Deu. 3. a. 2 *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.
31 Proicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, & quare morie domus Israel?
Ezc. 33. 6. 11. 32 *Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini, & viuite.

CAP. XIX.

Captiuis ac Ioachaz & Ioacim per leunculos & leonem significatur. Præteritam vrbis Ierusalem felicitatem describit, & præsentem calamitatem.

1 ET tu fili hominis assume planctum super principes Israel, & dices,
2 Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos?
3 Et eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædam, hominémque comedere.
4 Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in cathenis in Terram-AEgypti.
5 Quæ cùm vidisset quoniam infirmata est, & periit expectatio eius, tulit vnum de leuculi suis, leonem constituit eum.
6 Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædã capere: & homines deuorare:
*earum (mal. ge. 7 Didicit viduas facere, & ciuitates *earum desertam adducere: & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius.
8 Et cõuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouinciis, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est.
C 9 Et miserunt eum in caueam, in cathenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miserũntque eum in carcerẽ, ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel.
10 Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquã plantata est: fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis.
11 Et factę sunt ei virgę solidę in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes: & vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum.
12 Et euulsa est in ira, in terrãmque proiecta: *& ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt & arefactæ sunt virgæ roboris eius: ignis comedit eam.
D Ezc. 13. d. 15

13 Et nunc trãsplantata est in desertum, in terrra inuia, & sitienti.
14 Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit: & non fuit in ea virga fortis, * sceptrum dominãtium. Planctus est, & erit in planctum. D

CAP. XX.

Dominus negat se responsum vllum gentilibus ob peccatorum ingratitudinem quod hic & alibi sæpe abstulit. Præcepta non bona. Ezechiel. Reditum à captiuitate promittit. Dominus populo. Per saltum exuendum, incendium Ierusalem significatur.

ET factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis: venerũt viri de senioribus Israel, vt interrogarẽt Dominum, & sederunt coram me.
2 Et factus est sermo Domini ad me, dicẽs:
3 Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid ad interrogandum me vos venistis? Viuo ego, quia non respondebo vobis ait Dominus Deus.
4 Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? abominationes patrum eorum ostende eis,
5 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, In die qua elegi Israel, & leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob: & apparui eis in Terra-AEgypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens,
6 Ego Dominus Deus vester: in die illa leuaui manum meam pro eis vt educerem eos de Terra-AEgypti, in terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras.
7 Et dixi ad eos, Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat, & in idôlis AEgypti nolite polluiri: ego Dominus Deus vester.
B 8 Et irritauerunt me, noluerũntque me audire. vnusquisque abominationes oculorũ suorũ non proiecerit, nec idôla AEgypti reliquerunt: Et dixi vt effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis, in medio Terræ-AEgypti.
9 Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter aquas apparui eis, vt educerem eos de Terra-AEgypti.
10 Eieci ergo eos de Terra-AEgypti, & eduxi eos in desertum.
11 *Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo, viuet in eis. Leui. 18. b. 5. rom. 10. a. 5.
12 Insuper & sabbatha mea *dedi eis, vt esset signum inter me & eos: & scirent quia ego Dominus sanctificans eos. Exo. 20. 6. 8. 31. c. 13. deu. 5. b. 12.
13 Et irritauerũt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet in eis: *& sabbatha mea violauerunt vehementer. Dixi ergo vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. Exod. 16. f. 28.
14 Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in conspectu earum.
C 15 Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram

quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium:
16 Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerunt: post idola enim cor eorum gradiebatur.
17 Et pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto.
18 Dixi autem ad filios eorum in solitudine, In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini.
19 Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea.
20 Et sabbatha mea sanctificate, vt sint signa inter me & vos: & ᵃ sciatur quia ego sum Dominus Deus vester.
21 Et exacerbauerũt me filii, & in præceptis meis nõ ambulauerunt: & iudicia mea nõ custodierunt, vt facerent ea, quæ cùm fecerit homo, viuet in eis: & sabbatha mea violauerunt: & comminatus sum, vt effunderẽ furorem meum super eos, & implerem irã meam in eis in deserto.
22 Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum: vt non violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum.
23 Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras:
24 Eo quòd iudicia mea nõ fecissent, & præcepta mea reprobassent, & sabbatha mea violassent, & post idola patrum suorũ fuissent oculi eorum:
25 Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent.
26 Et ᵇ polluí eos in muneribus suis, cùm offerrent omne quod aperit vulua, propter delicta sua: & scient quia ego Dominus:
27 Quam ob rem loquere ad domum Israel fili hominis: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cum spreuissent me contemnentes,
28 Et induxissem eos in terram super quam leuaui manum meam, vt darem ᵇ eis: viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerũt ibi victimas suas: & dederunt ibi irritationẽ oblationis suæ, & posuerũt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas.
29 Et dixi ad eos, Quid est excelsũ ad quod vos ingredimini? Et vocatũ est nomen eius Excelsum, vsque ad hanc diem.
30 Propterea dic ad domum Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Certè in via patrũ vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini,
31 Et in oblatione donorum vestrorũ, cùm traduceris filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis vestris vsque hodie: & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego, dicit Dominus Deus: quia non respondebo vobis.
32 Neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium, Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides.
33 Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.
34 Et educam vos de populis: & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis: in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.
35 Et adducã vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem.
36 Sicut iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto Terræ Aegyptiæ: iudicabo vos, dicit Dominus".
37 Et subiiciam vos sceptro meo, & inducã vos in vinculis fœderis.
38 Et eligam de vobis transgressores & impios de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Israel non ingredientur: & scietis quia ego Dominus.
39 Et vos domus Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. Quòd si in hoc non audieritis me, & nomen meum sanctum pollueritis vltrà in muneribus vestris, & in idolis vestris:
40 In monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait Dominus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi: & ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris.
41 In odorem suauitatis suscipiam vos, cùm eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris in quas dispersi estis: & sanctificabor in vobis in oculis nationum.
42 Et scietis quia ego Dominus, cùm ᶜ eduxero vos ad terram Israel, in terram pro qua leuaui manum meam, vt darẽ eam patribus vestris.
43 Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium scelerũ vestrorum, quibus polluti estis in eis: & displicebitis vobis in cõspectu vestro in omnibus malitiis vestris, quas fecistis.
44 Et scietis quia ego Dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait Dominus Deus.
45 Et factus est sermo Domini ad me, dicẽs,
46 Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Austri, & stilla ad Aphricũ, & prophetа ad saltum agri meridiani.
47 Et dices saltui meridiano, Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego succendam te in ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum non extinguetur flamma succensionis: & combuetur in ea omnis facies ab Austro vsque ad Aquilonem.
48 Et videbit vniuersa caro, quia ego Dominus succendi eam, nec extinguetur.
49 Et dixi: Aa,a,a, Domine Deus: ipsi dicunt de me, Nunquid non per parabolas loquitur iste?

Minator

CAP. XXI.

Minatur gladium, hoc est cladem vrbi Ierosolymitanæ. De diuinatione regis Babylonis. Deiectionem Sedecię regis ostendit. Destructionẽ filiorum Ammon inhibetur prophetare. Post alia tamen eadem tandẽ ipsi Nabuchodonosor minatur Dominus interitum.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens,
2 Fili hominis, pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria: & propheta cõtra humum Israel.
3 Et dices terræ Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & eiiciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium.
4 Pro eo autem quòd occidi in te iustum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnẽ carnem ab Austro vsque ad Aquilonem:
5 Vt sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem.
6 Et tu fili hominis ingemisce in cõtritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis.
7 Cumque dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu: quia venit, & tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus: & per cuncta genua fluẽt aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus.
8 Et factus est sermo Domini ad me, dicens,
9 Fili hominis, propheta, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Loquere, gladius gladius exacutus est & limatus.
10 Vt cædat victimas exacutus est, vt splendeat limatus est: qui mones sceptrum filii mei, succidisti omne lignum.
11 Et dedi eum ad lxuigandum, vt teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, vt in manu interficientis.
12 Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel: qui fugerant: gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super femur:
13 Quia probatus est, & hoc cùm sceptrum subuerterit, & nõ erit, dicit Dominus Deus.
14 Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum: hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas.
15 In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii acuti & limat, ad fulgendũ amicti ad cædem.
16 Exacuere, vade ad dexteram, siue ad sinistram, quocunque faciei tuæ est appetitus.
17 Quin & ego plaudam manu ad manum, & saturabo indignationem meam: ego Dominus locutus sum.
18 Et factus est sermo Domini ad me, dicẽs,
19 Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambo: & manu capiet cõ[illegible] sectoram, in capite viæ ciuitatis coniiciet.
20 Viã pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ierusalẽ munitissimam.
21 Stetit enim rex Babylonis in bluio in capite duarum viarum: diuinationem quærens, commiscẽs sagittas: interrogauit idola, exta consuluit.
22 Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones.
23 Erit que quasi cõsulens fruſtra oraculum in oculis eorum, & sabbathorũ otium imitans: ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.
24 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris: pro eo, inquam, quòd recordati estis, manu capiemini.
25 Tu autem prophane impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita: hæc dicit Dominus Deus, Auferi darim, tolle coronam: nónne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit.
26 Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: & hoc non factum est, donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei.
27 Et tu fili hominis propheta, & die.
28 Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: & dices, Mucro, mucro euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas.
29 Cùm tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinitæ.
30 Reuertere ad vaginam tuam in locum in quo creatus es: in terra natiuitatis tuæ iudicabo te.
31 Et effundã super te indignationem meam in igne furoris mei sufflabo in te, dabóque te in manus hominum insipientium & fabricantium interitum.
32 Igniferis cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis: quia ego Dominus locutus.

CAP. XXII.

Sermo Domini contra Ierusalem propter homicidium, & parentibus negatum honorem, aliaque scelera. De prauaricatione populi Israel ostendit. De impia pseudoprophetarum, & sacerdotum doctrina, & eorum inexplebili auaritia. Principum tyrannis, Populi flagitia.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens,
2 Et tu fili hominis, nónne iudicas ciuitatem sanguinum, & ostendis ei omnes abominationes suas? & dices,
3 Hæc dicit Dominus Deus, Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: quæ fecit idola contra se, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

sectipsam, vt polluereture.

6 In sanguine tuo, qui à te effusus est deliquisti: & in idolis tuis quæ feciſti, polluta es: & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irriſionem vniuerſis terris.

5 Quæ iuxta sunt & quæ procul à te, triumphabunt de te: ſordida, nobilis, grandis interitu.

6 Ecce principes Iſrael ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te ad effundendum ſanguinem.

D 7 Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, aduenam calumniati ſunt in medio tui: pupillum & viduam contriſtauerunt apud te.

8 Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbatha mea polluiſtis.

D 9 Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper montes comederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui.

10 Verecundiã patris diſcooperuerunt in te, immunditiam menſtruatæ humiliauerunt in te.

Leui.5.b.8. 11 *Et vnuſquiſque in vxorẽ proximi ſui operatus eſt abominationem, & ſocer nurum ſuam polluit nefarie, frater ſororem ſuam filiam patris ſui oppreſſit in te.

C 12 Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem: vſuram & ſuperabundantiam acceſiſti, & auare proximos tuos calumniaberis, meique oblita es, ait Dominus Deus.

13 Ecce, complosi manus meas ſuper auaritiam tuam quam feciſti, & ſuper ſanguinẽ qui effuſus eſt in medio tui.

14 Nunquid ſuſtinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus ſum, & faciam.

15 Et diſpergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiã tuam à te.

16 Et poſsidebo te in conſpectu Gentium: & ſcies quia ego Dominus.

17 Et factum eſt verbũ Domini ad me, dicẽs,

18 Fili hominis, verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam: omnes iſti æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, ſcoria argenti facti ſunt.

19 Propterea hæc dicit Dominus Deus,

20 Eo quòd verſi eſtis omnes in ſcoriã, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ieruſalem congregatione argenti, & æris, & ſtanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis, vt ſuccendam in ea ignem ad conflandũ. Sic congregabo in furore meo & in ira mea, & requieſcam, & conflabo vos.

21 Et congregabo vos, & ſuccendam vos in igne fururis mei, & conflabimini in medio eius.

22 Vt conflatur argẽtum in medio fornacis, ſic exitis in medio eius: & ſcietis quia ego Dominus, cum effuderim indignationem meam ſuper vos.

23 Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens,

24 Fili hominis, dic ei, Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris.

25 Coniuratio prophetarum in medio eius: ſicut leo rugiens rapiẽsque prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius.

26 Sacerdotes eius contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea: inter ſanctum & prophanum non habuerunt diſtantiam: & inter pollutum & mundum nõ intellexerunt: & à ſabbathis meis auerterunt oculos ſuos, & coinquinabar in medio eorum.

27 *Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam: ad effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & auare ſectanda lucra. Mich.3.b. & Soph.3.a

28 Prophetæ autem eius liniebant eos abſq; temperamento, videntes vana, & diuinantes ei mendacium, dicentes hæc dicit Dominus Deus: cum Dominus nõ ſit locutus.

29 Populi terræ calumniabantur calumnia, & rapiebant violenter: egenum & pauperẽ affligebant, & aduenam opprimebant calumnia abſque iudicio.

30 Et quæſiui de eis virum qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſsiparem eam: & non inueni.

31 Et effudi ſuper eos indignationem meam, & in igne iræ meæ conſumpſi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

CAP. XXIII.

De fornicatione, id eſt idolatria Samariæ & Ieruſalem, ſub nomine Oolæ & Ooliba. Comparatione Samariæ, fornicationem Ieruſalem impudentiorem oſtendit. Et vaſtatio Ieruſalem prædicitur. Vtriuſque meretricis adulterium vegetiſsimi. Earum exitium.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt.

3 Et fornicatæ ſunt in AEgypto, in adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt: ibi ſubactæ ſunt vbera earum, & fractæ ſunt mammæ pubertatis earum.

4 Nomina autem earum Oola maior, & Ooliba ſoror eius minor: & habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò earũ nomina, Samaria Oola, & Ieruſalem Ooliba.

5 Fornicata eſt igitur ſuper me Oola, & inſaniuit in amatores ſuos, in Aſſyrios propinquantes.

6 Veſtitos hyacintho, principes & magiſtratus, iuuenes cupidinis vniuerſos, equites, aſcenſores equorum.

7 Et dedit fornicationes ſuas ſuper eos electos filios Aſſyriorum vniuerſos: & in omnibus in quos inſaniuit, in immunditiis eorum polluta eſt.

8 Inſuper & fornicationes ſuas quas habuerat in AEgypto, nõ reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adoleſcentia ſua, & illi confregerũt vbera pubertatis eius, & effudẽ ſcitum fornicationem ſuam ſuper eam.

Propter-

9 Propterea tradidi eam in manus amatorum ſuorum, in manus filiorum Aſſur, ſuper quorum inſaniuit libidinem.

libidine Ezech.16.d. 10 *Ipſi diſcooperuerunt ignominiam eius: filios & filias eius tulerunt, & ipſam occiderunt gladio: & factæ ſunt fameſæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea.

11 Quod cum vidiſſet ſoror eius Ooliba, plus quàm illa inſaniuit libidine.

12 Et fornicationem ſuam ſuper fornicationem ſororis ſuæ ad filios Aſſyriorum prætuit impudenter, ducibus & magiſtratibus ad ſe venientibus induti veſte varia, equitibus qui vectabantur equis, & adoleſcentibus forma cunctis egregia.

13 Et vidi quòd polluta eſſet via vna amborum.

14 Et auxit fornicationes ſuas: cúmque vidiſſet viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas coloribus,

C 15 Et accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, ſimilitudinẽ filiorum Babylonis terræque Chaldæorum in qua orti ſunt,

16 Inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum, & miſit nuntios ad eos in Chaldæam.

17 Cúmque veniſſent ad eam filii Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam ſtupris ſuis, & polluta eſt ab eis, & ſaturata eſt anima eius ab illis.

18 Denudauit quoque fornicationes ſuas, & diſcooperuit ignominiam ſuam, & receſsit anima mea ab ea, ſicut receſſerat anima mea à ſorore eius.

19 Multiplicauit enim fornicationes ſuas, recordans dies adoleſcentiæ ſuæ, quibus fornicata eſt in terra AEgypti.

20 Et inſaniuit libidine ſuper concubitum eorum, quorum carnes ſunt vt carnes aſinorum: & ſicut fluxus equorum fluxus eorum.

21 Et viſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ, quãdo ſubacta ſunt in AEgypto vbera tua, & confractæ ſunt mammæ pubertatis tuæ.

D 22 Propterea Ooliba hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua: & congregabo eos aduerſum te in circuitu.

23 Filios Babylonis, & vniuerſos Chaldæos, nobiles, tyrannoſq; , & principes omnes filios Aſſyriorum, iuuenes forma egregia, duces & magiſtratus vniuerſos, principes principum, & nominatos aſcenſores equorum.

24 Et venient ſuper te inſtructi curru & rota, & multitudo populorum: lorica & clypeo & galea armabuntur contra te vndique: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudiciis ſuis.

25 Et ponam æmulum meum in te, quẽ exercent tecum in furore: naſum tuum & aures tuas præcident: & quæ remanſerint, gladio concident: ipſi filios tuos & filias tuas capient, & nouiſſimum tuum deuorabitur igni.

26 Et ſpoliabunt te veſtimentis tuis, & tollent vaſa gloriæ tuæ.

27 Et requieſcere faciam ſcelus tuum de te, & fornicationem tuam de Terra AEgypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & AEgypti non recordaberis amplius.

28 Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego tradam te in manus eorum quos odiſti, in manus de quibus ſatiata eſt anima tua,

29 Et agent tecum in odio: & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudã, & ignominia plenam, & reuelabitur ignominia fornicationum tuarum, ſcelus tuum & fornicationes tuæ.

30 Fecerunt hæc tibi: quia fornicata es poſt Gentes, inter quas polluta es in idolis earum.

31 In via ſororis tuæ ambulaſti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit Dominus Deus,

32 Calicem ſororis tuæ bibes profundum & latum: eris in deriſum & in ſubſannationẽ quæ eſt capaciſſima.

33 Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ.

34 Et bibes illum, & epotabis vſque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus.

35 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia oblita es mei, & proiecisti me poſt corpus tuum, tu quoque porta ſcelus tuum, & fornicationes tuas.

36 Et ait Dominus ad me, dicens, Fili hominis, nunquid iudicas Oolam & Oohibam, & annuntias eis ſcelera earum?

37 Quia adulteratæ ſunt, & ſanguis in manibus earum, & cùm idolis ſuis fornicatæ ſunt: inſuper & filios ſuos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum.

38 Sed & hoc fecerunt mihi. Polluerunt ſanctuarium meũ in die illa, & ſabbatha mea prophanauerunt.

39 Cúmque immolarent filios ſuos idolis ſuis, & ingrederentur ſanctuarium meum in die illa vt polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ.

40 Miſerunt ad viros venientes delonge, ad quos nuntium miſerant, itaque ecce venerunt, quibus te lauiſti, & circunliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri,

41 Sediſti in lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante te: thymiama meũ, & vnguentum meum poſuiſti ſuper eam.

42 Et vox multitudinis exultantis erat in ea: & in viris qui de multitudine hominũ adducebantur, & venichant de deſerto, poſuerunt armillas in manibus eorum, & coronas ſpecioſas in capitibus eorum.

43 Et dixi ei quæ attrita eſt in adulteriis, Nunc fornicabitur in fornicatione ſua etiam hæc.

44 Et ingreſſi ſunt ad eam, quaſi ad mulierem meretricem: ſic ingrediebantur ad Oolam & ad Oolibam mulieres nefarias.

45 Viri ergo iuſti ſunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium ſanguinem, quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus earum ſit.

sanguinem: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum, & cum idolis suis fornicatæ sunt.

46 Hæc enim dicit Dominus Deus, Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum & in rapinam.

47 Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladiis eorum: filios & filias earum interficient, & domos earum igne succendent.

48 Et auferam scelus de terra, & discent omnes mulieres ne faciant secundum scelus earum. Et dabunt scelus vestrum super vos & peccata idolorum vestrorum portabitis, & scietis quia ego Dominus Deus.

CAP. XXIIII.

Per ollam liquefactam incendium Ierusalem probat. Parabola de vxore Ezechielis mortua. Parabolam edisserit propheta.

1 ET factum est verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima die mensis, dicens,

2 Fili hominis, scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie.

3 Et dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolã, & loqueris ad eos, Hæc dicit Dominus Deus,

Pone ollam: pone inquam, & mitte in eam aquam. Congere frusta eius in eam, omnẽ partem bonam, femur & armum, electa & & ossibus plena.

4 Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea: efferbuit cotio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius.

5 6 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes suas eiice eam, non cecidit super eam sors.

7 Sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum: nũ effudit illum super terram, vt posset operiri puluere.

8 Vt superinducerem indignationem meam & vindictã vlciscerer, dedi sanguinem eius super petram limpidissimam, ne operiretur.

Pzchuas. 3. 9 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram.

10 Congero ossa quæ igne succendam, consumuntur carnes, & coquetur vniuersa cõpostio, & ossa tabescent.

11 Pone quoque eam super prunas vacuam, vt incalescat & liquefiat æs eius: & conflatur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius.

12 Multo labore sudarum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem.

13 Immunditia tua execrabilis: quia mundare te voluí, & non es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.

Venit 14 Ego Dominus locutus sum, "Veni, & faciam: non transeam, nec parcam, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit Dominus.

15 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

16 Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabilia oculorum tuorum in plaga: & non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ.

17 Ingemisce tacens, mortuorum luctum nõ faciet: corona tua circonligata sit tibi, & calceamẽta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.

18 Locutus sum ergo ad populum manè, & mortua est vxor mea vesperè: feci que manè sicut præceperat mihi.

19 Et dixit ad me populus, Quare non indicas nobis quid ista significent quæ tu facis?

20 Et dixi ad eos, Sermo Domini factus est ad me, dicens,

21 Loquere domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiã imperii vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra: & filii vestri & filiæ vestræ, quas reliquistis, gladio cadent.

22 Et facietis sicut feci. Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis.

23 Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamentum in pedibus: non plãgetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum.

24 Eritque Ezechiel vobis in portentum: iuxta omnia quæ fecit, facietis cum venerit istud: & scietis quia ego Dominus Deus.

25 Et tu fili hominis, ecce in die qua tollã ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum super quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum,

26 In die illa cùm venerit fugiens ad te, vt annuntiet tibi.

27 In die inquam illa aperietur os tuum cũ eo qui fugit, & loqueris, & non silebis vltrà: eris eis in portentum, & scietis quia ego Dominus.

CAP. XXV.

Sermo Domini contra filios Ammon qui super ruina Ierusalem suos lætati. Contra Moab & Seir. Contra Idumæam. Contra Palæsthinos.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis.

3 Et dices filiis Ammon, Audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quod dixisti, Euge, euge, super sanctuarium meum, quia pollutum est, & super terram Israel, quoniam desolata est: & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatem,

4 Idcirco "ego tradam te filiis Orientalibus in hæreditatem, & collocabunt cauilas suas

suas in te, & ponent in te tentoria sua: ipsi comedent fruges tuas: & ipsi bibent lac tuum,

5 Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammõ in cubile pecorum: & scietis quia ego Dominus,

6 Quia hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terrã Israel:

7 Idcirco ecce ego extendam manũ meam super te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conteram: & "scietis quia ego Dominus Deus.

8 Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, Ecce sicut omnes Gentes, domus Iudæ:

9 Idcirco ecce ego aperiam humerũ Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de finibus ejus inclytas terræ Beth-iesimoth, & Baalmeon, & Cariathaim,

10 "Filiis Orientis cum filiis Ammon, & dabo eam in hæreditatem: vt non sit vltrà memoria filiorum Ammon in Gentibus.

11 Et in Moab faciam iudicia: & scient quia ego Dominus,

12 Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecit Idumæa vltionem vt se vindicaret de filiis Iuda, peccauitque delinquens, & vindictam expetiit de eis:

13 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Extendam manum meã super Idumæam, & auferam de ea hominem & iumentum, & faciam eam desertam ab Austro: & qui sunt in Dedan, gladio cadent.

14 Et dabo vltionem meã super Idumæam per manum populi mei Israel, & facient in Edom iuxta iram meam & furorẽ meum: & scient vindictam meam, dicit Dominus Deus.

15 Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quod fecerunt Palæsthini vindictam, & vlti se sunt toto animo interficientes & implentes inimicitias veteres:

16 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego extendam manum meam super Palæsthinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis:

17 Faciamque in eis vltiones magnas arguens in furore: & scient quia ego Dominus, cùm dedero vindictam meam super eos.

CAP. XXVI.

Tyron euertendam prædicit, quòd insultauerit destructæ Ierusalem. Admiratio & stupor negotiatorum super vastatione Tyri.

1 ET factum est in vndecimo anno, prima mensis factus est sermo Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Ierusalem, Euge, confractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me: implebor, deserta est.

3 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans.

4 Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius: & radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram.

5 Siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem Gentibus.

6 Filiæ quoque eius quæ sunt in agro, gladio interficientur: & scient quia ego Dominus.

7 Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis, ab Aquilone regẽ regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & coetu, populóque magno.

8 Filias tuas quæ sunt in agro, gladio interficiet: & circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum.

9 Et vineas & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua.

10 Inundatione equorum eius operiet te pulus eorum: à sonitu equitũ & rotarum & curruum mouebuntur muri tui, cùm ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum vrbis dissipatæ.

11 Vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas, populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent.

12 Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & destruent muros tuos, domos tuas præclaras subuertent: & lapides tuos, & ligna tua pulueruem tuum in medio aquarum ponent.

13 "Et quiescere faciam multitudinem canti corum tuorum, & sonitus cithararum tuarum non audietur amplius.

14 Et dabo te in limpidissimã petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis vltrà quia ego Dominus locutus sum, ait Dominus Deus.

15 Hæc dicit Dominus Deus de Tyro, Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum tuorum cùm occisi fuerint, in medio tui commouebuntur insulæ?

16 Et descendẽt de sedibus suis omnes principes maris: & auferent exuuias suas, & vestimenta sua varia abicient, & induentur stupore, in terra sedebunt, & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur.

17 Et assumentes super te lamentum, dicent tibi, Quomodo peristi quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant vniuersi?

18 Nunc stupebunt naues in die paueris tui: turbabuntur insulæ in mari, eo quòd nullus egrediatur ex te.

19 Quia hæc dicit Dominus Deus, Cùm dedero te vrbem desolatam sicut ciuitates quæ non habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ:

20 Et detraxero te cum his qui descendunt in locum ad populum sempiternum, & collacauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres, cum his qui deducuntur in

facum, vt non habiteris: porrò cùm dedero gloriam in terra viuentium:
21 In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inueniéris vltrà in sempiternum, dicit Dominus Deus.

CAP. XXVII.

Incipiunt prophetia ad planctum ob Tyri desolationem. Tyri celebritate ex frequentia & variegata negotiatorum describitur.

1 ET factum est verbum Domini ad me dicens,
2 Tu ergo fili hominis, assume super Tyrum lamentum:
3 Et dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum, ad insulas multas. Hæc dicit Dominus Deus, O Tyre, tu dixisti, Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita.
4 Finitimi tui qui te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuum:
5 Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris: cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum:
6 Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & pretioſa de insulis Italiæ.
7 Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa, facta sunt operimentum tuum.
B 8 Habitatores Sidonis & Aradii fuerunt remiges tui: sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui.
9 Senes Giblii & prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium: variæ supellectilis tuæ: omnes naues maris & nautæ eorum fuerunt in populo negotiationis tuæ.
10 Persæ, & Lydii, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo.
11 Filii Aradii cum exercitu suo erant super muros tuos in circuitu: sed & Pigmæi qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam.
C 12 Carthaginienses negotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum: argento, ferro, stanno, plumbóque repleuerunt nundinas tuas.
13 Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui: mancipia, & vasa ærea adduxerunt populo tuo.
14 De domo Thogormæ equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum.
15 Filii Dedan negotiatores tui: insulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos cõmutauerunt in precio tuo.
16 Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum: in gemmis purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo.
D 17 Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumẽto primo: balsamũ, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis,
18 Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi.
19 Dan, & Græcia, & Mozel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stactæ & calamus in negotiatione tua.
20 Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum.
21 Arabia & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui.
22 Venditores Saba & Reema ipsi negotiatores tui: cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo.
23 Haran, & Channe, & Eden, negotiatores tui Saba: Assur & Chelmad venditores tui.
24 Ipsi negotiatores tui multifariam, in uolucris hyacinthi, & polymitorum, gazarumque pretiosarum, quæ obuolutæ & astrictæ erant funibus: cedrus quoque habebant in negotiationibus tuis.
25 Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris.
26 In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus Auster contriuit te in corde maris.
27 Diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum, nautæ tui, & guberna tores tui qui tenebant supellectilẽ tuam, & populo tuo præerant: viri quoque bellatores tui qui erãt in te, cum vniuersa multitudine tua quæ est in medio tui: cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.
28 A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes.
29 Et descendent de nautibus suis omnes qui tenebant remum: nautæ & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt.
30 Et ciulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè: & superiacient puluerem capitibus suis, & cinere conspergentur.
31 Et radent super te calutium, & accingentur ciliciis: & plorabunt in te in amaritudine animæ ploratu amarissimo.
32 Et assument super te carmen lugubre, & plangent te, Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris?
33 Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari, implesti populos multos: in multitudine diuitiarum tuarum & populorum tuorum ditasti reges terræ:
34 Nunc contrita es à mari, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderunt.
35 Vniuersi habitatores insularũ obstupuerunt super te: & reges earum omnes tempestate percussi mutauerunt vultus.
36 Negotiatores populorum ẽbilauerunt super te: ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum.

CAP. XXVIII.

Sermo Domini contra regem Tyri ob eius superbiam. Daniel. Inuitatus prophetæ ad planctum regem Tyri. Sermo Domini contra Sidonem. Promittit Dominus filiis Israel se congregaturum.

1 ET factus est sermo Domini ad me dicẽs,
2 Fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit Dominus Deus, Eo quod eleuatum est cor tuum: & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cùm sis homo, & non Deus: & dedisti cor tuum, quasi cor Dei.
3 Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te.
4 In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: & acquisisti aurum & argentum in thesauris tuis.
E 5 In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinẽ: & eleuatum est cor tuum in robore tuo.
6 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd eleuatum est cor tuum, quasi cor Dei:
7 Idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos Gentium: & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum.
8 Interficient & detrahent te: & morieris in interitu occisorum in corde maris.
9 Nunquid dicens loqueris, Deus ego sum, coram interficientibus te cum sis homo, & non Deus, in manu occidentium te?
F 10 Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.
11 Et factus est sermo Domini ad me dicẽs,
12 Fili hominis, leua planctum super regem Tyri: & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus, Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore.
13 In deliciis paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolith, & onyx, & beryllus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus: aurum quoque decoris tui, & foramina tua, in die qua conditus es præparata sunt.
14 Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti.
15 Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te.
16 In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti: & eiecì te de monte Dei, & perdidi te ô Cherub protegẽs, de medio lapidum ignitorum.
17 Et eleuatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proiecì te: ante faciem regũ dedi te vt cernerent te.
18 In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te.
19 Omnes qui viderint te in Gentibus, obstupescent super te: nihil factus es, & non eris in perpetuum.
20 Et factus est sermo Domini ad me, dicẽs,
21 Fili hominis, pone faciem tuam contra Sidonem, & prophetabis de ea, & dices,
22 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Sidon, & gloriabor in medio tui: & glorificabor in te cùm fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea.
23 Et immittam in eam pestilentiam & sanguinem in plateis eius: & corruet interfectus in medio eius gladio per circuitum: & scient quia ego Dominus.
24 Et non erit vltrà domus Israel offendiculum amaritudinis, & spina doloris infesta, vndique per circuitum eorum qui aduersantur eis: & scient quia ego Dominus Deus.
G 25 Hæc dicit Dominus Deus, Quando congregauero domum Israel de populis in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram Gentibus: & habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob.
26 Et habitabunt in ea securi: & ædificabũt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cùm fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum: & scient quia ego Dominus Deus eorum.

CAP. XXIX.

Prophetia contra Pharaonem. Aegypti desolationem prædicit, & Aegyptiorum dispersionem. Post quadraginta annos se restituturum Aegyptum pollicetur Dominus. Aegyptus, mercede regis Nabuchodonosor ob laborem quem subiit aduersus Tyrum.

1 IN anno decimo, decimo mense, vna die duodecì mensis, factum est verbum Domini ad me dicens,
2 Fili hominis, pone faciem tuam contra Pharaonem regem Aegypti: & prophetabis de eo, & de Aegypto vniuersa. Loquere, & dices,
3 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum: & dicis, Meus est fluuius, & ego feci memetipsum.
4 Et ponam frænum in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis: & extraham te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt.
H 5 Et projiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui: super faciem terræ cades, non colligeris, neque congregaberis: bestiis terræ & volatilibus cæli dedì te ad deuorandum.
6 Et scient omnes habitatores Aegypti, quia ego Dominus: pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israel.
7 Quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum: & innitentibus eis super te, comminutus es, & dissolutus omnes renes eorum.
8 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducam super te gladium, & interficiam de te hominem & iumentum.
I 9 Et erit Terra Aegypti in desertum, & in solitudinem: & scient quia ego Dominus: pro eo quòd dixisti, Fluuius meus est, & ego feci eum.
10 Idcirco ecce ego ad te, & ad fluuios tuos:

olimdi
s

dabóque Terram-AEgypti in solitudinem gladio dissipatam,à turre Syenes vsque ad terminos AEthiopiæ.

C 11 Non pertransibit eam pes hominis,neque pes iumenti gradietur in ea:& non habitabitur quadraginta annis.

12 Dabóque Terram-AEgypti desertam in medio terrarũ desertarum,& ciuitates eius in medio vrbium subuersarum,& erunt desolatæ quadraginta annis: & dispergam AEgyptios in nationes, & ventilabo eos in terras.

13 Quia hæc dicit Dominus Deus, Post finem quadraginta annorum congregabo AEgyptum de populis in quibus dispersi fuerunt.

14 Et reducam captiuitatem AEgypti, & collocabo eos in Terra Phathures, in terra natiuitatis suæ, in terra de qua sumpti sunt:& erunt ibi in regnum humile.

15 Et inter cætera regna erit humillima,& non eleuabitur vltrà super nationes, & imminuam eos ne imperent Gentibus.

16 Neque erunt vltrà domui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant & sequantur eos:& scient quia ego Dominus Deus,

D 17 Et factum est in vicesimo & septimo anno,in primo,in vna mensis:factum est verbum Domini ad me,dicens,

18 Fili hominis,Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercituum suum seruitute magna aduersus Tyrũ:omne caput decaluatum,& omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam.

19 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce,ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in Terra-AEgypti,& accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius,& diripiet spolia eius : & erit merces exercitui illius.

laborauerunt

20 Et operi pro quo seruiuit aduersus eam, dedit ei Terrã AEgypti : pro eo quòd laborauerint mihi,ait Dominus Deus.

21 In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum;& scient quia ego Dominus.

CAP. XXX.

Plangitur destructio AEgypti & vrbium eius.

1 ET factum est verbum Domini ad me dicens,

2 Fili hominis, propheta & die, Hæc dicit Dominus Deus,Vlulate,væ væ die:

appropinquat

3 Quia iuxtà est dies, & appropinquabit dies Domini:dies nubis, tempus Gentium erit.

4 Et veniet gladius in AEgyptum : & erit pauor in AEthiopia,cum ceciderint vulnerati in AEgypto,& ablata fuerit multitudo illius,& destructa fundamenta eius.

5 AEthiopia,& Libya,& Lydi,& omne reliquum vulgus,& Chub, & filii terræ fœderis,cum eis gladio cadent.

6 Hæc dicit Dominus Deus, Et corruent fulcientes AEgyptum, & destruetur superbia imperii eius:à turre Syenes gladio cadent in ea,ait Dominus Deus exercituum.

7 Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, & vrbes eius in medio ciuitatum desertarum erunt.

desolati

8 Et scient quia ego Dominus,cùm dedero ignem in AEgypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius.

9 In die illa egredientur nuntii à facie mea in triclinibus ad conterendam AEthiopiæ confidentiam,& erit pauor in eis in die AEgypti:quia absque dubio veniet.

10 Hæc dicit Dominus Deus, Et cessare faciam multitudinem AEgypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. G

11 Ipse & populus eius cum eo fortissimi gentium adducentur ad dispergendam terram;& euaginabunt gladios suos super AEgyptum,& implebunt terram interfectis.

disperdendam

12 Et faciam alueos fluminum aridos,& tradam terram in manus pessimorum: & dissipabo terram,& plenitudinem eius in manus alienorũ.Ego Dominus locutus sum.

13 *Hæc dicit Dominus Deus, Et disperdam simulacra,& cessare faciam idola de Memphis,& dux de Terra-AEgypti nõ erit amplius:& dabo terrorem in Terra-AEgypti. D *Zacha. 13. a. 2.

14 Et disperdam terram Phathures, & dabo ignem in Taphnis,& faciam iudicia mea in Alexandria.

15 Et effundam indignationem meam super Pelusium robur AEgypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ.

16 Et dabo ignem in AEgypto:quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit E dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ.

17 Iuuenes,Heliopoleos, & Pubasti gladio cadent,& ipsæ captiuæ ducentur.

18 Et in Taphnis nigrescet dies,cùm contriuero ibi sceptra AEgypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius; ipsam nubes operiet : filiæ autem eius in captiuitatem ducentur.

19 Et iudicia faciam in AEgypto : & scient quia ego Dominus.

20 Et factum est in vndecimo anno,in primo mense, in septima mensis, factum est verbum Domini ad me,dicens,

21 Fili hominis brachium Pharaonis regis F AEgypti confregi: & ecce non est obuolutum,vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur panis,& fasciretur linteolis,& recepto robore posset tenere gladium.

22 Propterea hæc dicit Dominus Deus,Ecce ego ad Pharaonem regem AEgypti:& cõminuam brachium eius forte, sed confractum:& deliciam gladium de manu eius.

23 Et dispergam AEgyptum in Gentibus, & ventilabo eos in terris.

24 Et confortabo brachia regis Babylonis, G dabóque gladium meum in manu eius! & confringam brachium Pharaonis, & gemet gemitibus interfecti coram facie eius.

brachia

25 Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident : & scient quia ego Dominus, cùm dedero gladium meum in manum regis Babylonis,& extenderit eum super Terram-AEgypti.

26 Et dispergam AEgyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXI.

Comparatio felicitatis Pharaonitæ cum felicitate Assyriorum. Vt excellentiam Pharaonis cum Assyriorum sublimitate conferat,huic similem eis futurum prædicit.

1 ET factum in anno vndecimo,tertio mensis, vna mensis, factum est verbum Domini ad me,dicens,

2 Fili hominis die Pharaoni regi AEgypti, & populo eius,Cui similis factus es in magnitudine tua?

3 Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus,excelsusque altitudine, & inter condensas frondes eleuatus est cacumen eius.

4 Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum:fluminа eius manabant in circuitu radicum eius,& riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis.

5 Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis, & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis.

6 Cumque extendisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum,& sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum.

7 Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatione arbustorum suorum: erat enim radix illius iuxta aquas multas.

8 Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei,abieres non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius : omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius.

9 Quoniam speciosum feci eum, & multis condensisque frondibus : & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei.

10 Propterea hæc dicit Dominus Deus,Pro eo quod sublimatus est in altitudine,& dedit summitatem suam virentem atque condensam, & eleuatum est cor eius in altitudine suа:

D 11 Tradidi eum in manus fortissimi Gentium,faciens faciet ei iuxta impietatem:& eieci eum.

12 Et succident eum alieni & crudelissimi nationum, & proicient eum super montes,& in cunctis conuallibus corruent rami eius,& confringetur arbusta eius in vniuersis rupibus terræ,& recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum.

E 13 In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli,& in ramis eius fuerunt vniuersę bestiæ regionis.

14 Quam ob rem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum,nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur aquis : quia omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hominum, ad eos qui descendunt in lacum.

15 Hæc dicit Dominus Deus,In die quando descendit ad inferos indixi luctum,operui eum abysso:& prohibui flumina eius,& coërcui aquas multas : contristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt.

indixi

16 A sonitu ruinæ eius commoui Gentes, cum deducerem eum ad inferum cum his qui descendebant in lacum : & consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, G vniuersa quæ irrigabantur aquis.

irrigan-tur

17 Nam & ipsi cum eo descendent ad infernum ad interfectos gladio:& brachium vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius, in medio nationum eius.

18 Cui assimilatus es ô inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce, deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam in medio incircumciſorum dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio. Ipse est Pharao,& omnis multitudo eius:dicit Dominus Deus.

CAP. XXXII.

Iubetur propheta plangere Pharaonem regem AEgypti. Vastationem AEgypto à rege Babylonis venturam prædicit. Planctus super descensu eius ad inferos. Qui cum AEgypto descenderint ad inferos.

1 ET factum est:duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis, factum est verbum Domini ad me,dicens,

2 Fili hominis assume lamentũ super Pharaonem regem AEgypti, & dices ad eum, Leoni Gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari : & ventilabas cornu in fluminibus tuis,& conturbabas aquas pedibus tuis,& conculcabas flumina eorum.

3 Propterea hæc dicit Dominus Deus,*Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum,& extraham te in sagena mea. *Sup. 12. d. 13. & 17. f. 20.*

4 Et proiiciam te in terram, super faciem agri abiiciam te: & habitare faciam super te omnia volatilia cæli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ.

5 Et dabo carnes tuas super montes,& implebo colles tuos sanie tua.

6 Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui, super montes,& valles implebuntur ex te. G

7 Et operiam cùm extinctus fueris, cælos: & nigrescere faciam stellas eius:*solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum. *Esaiæ. 13. b. 10. Ioel. 3. c. 15. Matth. 24. c. 29.*

8 Omnia luminaria cæli mœrere faciam super te: & dabo tenebras super terrã tuam, dicit Dominus Deus,quum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus.

9 Et irritabo cor populorum multorum, cum induxero contritionem tuam in Gentibus super terras quas nescis.

10 Et stupescere faciam super te populos

multos, & reges eorum horrore nimio formidabunt super te propter vniuersas iniquitates quas operatus es, cum volare cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescent repente singuli pro anima sua in die ruinæ suæ.

11 Quia hæc dicit Dominus Deus, Gladius regis Babylonis veniet tibi.

12 In gladiis fortium deficiam multitudinem tuam, inexpugnabiles omnes Gentes hæ: & vastabunt superbiam AEgypti, & dissipabitur multitudo eius.

13 Et perdam omnia iumenta eius quæ erant super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis vltrà, neque vngula iumentorum turbabit eas.

14 Tunc purissimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quasi oleum adducam, ait Dominus Deus,

15 Cùm dedero Terrã AEgypti desolatam: deseretur autem terra à plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores eius: & scient quia ego Dominus.

16 Planctus est, & *plangent eum: filiæ Gentium super AEgyptum, & super multitudinem eius plangent eũ, ait Dominus Deus.

17 Et factum est in duodecimo anno, in quin tadecima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens,

18 Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem AEgypti: & detrahe eam ipsam, & filias Gentium robustarum ad terrãm vltimam cum his qui descendent in lacum.

19 Quo pulchior es: descende, & dormi cum incircumcisis:

20 In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus est, & attraxerunt eam, & omnes populos eius.

21 Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt: & dormierunt incircumcisi *interfecti: sine commutatione, quæ *eius:

22 Ibi Assur, & omnis multitudo eius in circuitu illius sepulchra eorum: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio:

23 Quorum data sunt sepulchra in nouissimis lacI. Et facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius: vniuersi interfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem suam in terra viuentium.

24 Ibi AElam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui: omnes hi interfecti, ruentesque gladio, qui descenderunt incircumcisi ad terrãm vltimam: qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descenderunt in lacum.

25 In medio interfectorum posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius: in circuitu sepulchrum illius: omnes hi incircumcisi interfectique gladio: dederunt enim terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum, in medio interfectorum positi sunt.

26 Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius sepulchra illius, omnes hi incircumcisi interfectique gladio: quia dederunt formidinem suam in terra viuentium.

27 Et non dormient cum fortibus, cadentibus que, & incircumcisis qui descenderunt ad infernum cum armis suis: & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortium facti sunt in terra viuentium.

28 Et tu ergo in medio incircumcisorum conteréris, & dormies cum interfectis gladio.

29 Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio: & qui cum incircumcisis dormierunt, & cum his qui *descenderunt in lacum.

30 Ibi principes Aquilonis omnes & vniuersi venatores: qui adducti sunt cum interfectis, pauentes, & in sua fortitudine confusi: *Quia dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio, & portauerunt confusionem suam cum his qui descendunt in lacum: Vidit eos Pharao, & consolatus est super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio, Pharao & omnis exercitus eius, ait Dominus Deus.

31 Quia *dedit terrorem suum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircumcisorum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius: ait Dominus Deus.

CAP. XXXIII.

Euangelici pastoris officium describit: Desperantes confirmat, & promittiane misericordiæ Dei erigit. Vt iustus si ad peccandum se addixerit, nihil prosint priores iustitiæ: ita impio resipiscenti anteacta peccata non imputantur. Excidium Ierusalem factum nuntiatur. Sermo Domini contra reliquias populi. Increduli verborum prophetæ.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra cum induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem:

3 Et ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntauerit populo:

4 Audiens autem quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non *obseruauerit, venerítque gladius, & tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit.

5 Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam *saluabit.

6 Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina: & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de his animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram.

7 *Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me.

8 Si me dicente ad impium, Impie morte morieris: nõ fueris locutus vt se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

9 Si autem annuntiante te ad impium vt à viis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu animam tuam liberasti.

10 Tu ergo fili hominis dic ad domum Israel, Sic locuti estis, dicentes, Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterimus?

11 Dic ad eos, *Viuo ego dicit Dominus Deus: nolo mortem impii, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini *à viis vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel.

12 Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui, Iustitia iusti non liberabit eum in quacunque die peccauerit: & impietas impii non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit viuere in iustitia sua in quacunque die peccauerit.

13 Etiam si dixero iusto quòd vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur.

14 Si autem dixero impio, Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato suo, fecerítque iudicium & iustitiam,

15 Et pignus reddiderit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum: vita viuet, & non morietur.

16 Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iustitiam fecit, vita viuet.

17 Et dixerunt filii populi tui, Non est æqui ponderis via Domini, & ipsorum via iniusta est.

18 Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, fecerítque iniquitates, morietur in eis.

19 Et cum recesserit impius ab impietate sua, fecerítque iudicium & iustitiam, viuet in eis.

20 Et dicitis, Non est recta via Domini. *Vnumquemque iuxta vias suas iudicabo de vobis, domus Israel.

21 Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me qui fugerat de Ierusalem, dicens, Vastata est ciuitas.

22 Manus autem Domini facta fuerat ad me vesperè antequam veniret qui fugerat: aperuitque os meum donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non silui ampliùs.

23 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

24 Fili hominis, qui habitant in ruinosis his, super humum Israel, loquentes aiunt, Vnus erat Abrahã: & hæreditate possedit terrã: nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem.

25 Idcirco dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis: nunquid terram hæreditate possidebitis?

26 Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes, & vnusquisque vxorem proximi sui polluistis: & terrã hæreditate possidebitis?

27 Hæc dices ad eos, Sic dicit Dominus Deus, Viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandum: qui autem in præsidiis & speluncis sunt, peste morientur.

28 Et dabo terram in solitudinem & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius: & desolabuntur montes Israel, eo quòd nullus sit qui per eos transeat.

29 Et scient quia ego Dominus, cùm dedero terram eorum desolatam & desertam propter vniuersas abominationes suas, quas operati sunt.

30 Et tu fili hominis, filii populi tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in ostiis domorum: & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes, Venite, & audiamus quis sit sermo egrediés à Domino.

31 Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus meus: & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum.

32 Et es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur: & *audient verba tua, & non facient ea.

33 Et cùm venerit quod prædictum est (ecce enim venit) tunc scient quòd prophetes fuerit inter eos.

CAP. XXXIIII.

In pastores qui neglecto grege Christi, quæ sua sunt quærunt. Dicit Dominus se visitaturum oues suas dissipatas, & eas congregaturum. Arguit quorundam ex grege malitiam. Verum pastorem Christum promittit, & cum eo pacem.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens,

2 Fili hominis prophetã de pastoribus Israel: prophetabis, & dices pastoribus, Hæc dicit Dominus Deus, *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nõne greges à pastoribus pascuntur?

3 Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.

4 Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.

5 Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt.

6 Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso: & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat inquam qui requireret.

7 Propterea pastores audite verbũ Domini,

8 Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues mex in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor (neque enim quæsierunt pastores mei gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant.)

9 Propterea pastores audite verbũ Domini.

C 10 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciem vt vltrà non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in escam.

11 Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas.

12 Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis.

13 Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ:

14 In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.

15 Ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.

16 Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod confractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolidabo: & quod pingue & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio.

17 Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum.

E 18 Nonne satis vobis erat pascua bona depascit insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris turbastis.

*turbabatis

19 Et oues mex his quæ conculcata pestibus vestris fuerant, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant.

20 Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos, Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum,

21 Pro eo quod latcribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergeremtur foras.

22 Saluabo gregem meum, & nõ erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus.

Iosue.10.b. 11.15.f.4.40. 9.11. dam. 9.5.24.

23 *ET SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM VNVM, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.

F 24 Ego autem Dominus ero eis in Deum: & seruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego Dominus locutus sum.

25 Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus.

26 Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducam imbrem in tempore suo, & pluuiæ benedictionis erunt.

G 27 Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum: & erunt in terra sua absque timore: & scient quia ego Dominus, cùm contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi.

28 Et non erunt vltrà in rapinam in Gentibus, neque bestiæ terræ deuorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque vllo terrore.

29 Et suscitabo eis germen nominatum: & non erunt vltrà imminuti fame in terra, neque portabunt vltrà opprobrium Gentium.

30 Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel, ait Dominus Deus.

31 *Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis: & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

*Ioan.10. 6.11.

CAP. XXXV.

Futura montis Seir, hoc est Idumæorum, destructio, quòd populum Domini affixerit.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens.

2 Fili hominis, pone faciem tuam aduersum montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi,

3 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum atque desertum.

4 Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris: & scies quia ego Dominus.

5 Eo quod fueris inimicus sempiternus, & conclusseris filios Israel in manus gladii tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ:

6 Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur: & cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te.

7 Et dabo montem Seir desolatum atque desertum: & auferam de eo euntem & redeuntem.

8 Et implebo montes eius occisorum suorum in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent.

9 In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & scietis quia ego Dominus Deus.

C 10 Eo quod dixeris, Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hæreditate possidebo eas, cùm Dominus esset ibi:

11 Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam iuxta iram tuam, & secundum zelum tuum quem fecisti odio habens eos: & notus efficiar per eos, cùm te iudicauero.

12 Et scies quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israel, dicens, Deserti vobis ad deuorandum dati sunt.

Et

13 Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra: ego audiui.

14 Hæc dicit Dominus Deus, Lætante vniuersa terra in solitudinem te redigam.

15 Sicuti gauisus es super hæreditatem domus Israel, eo quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis: & scient quia ergo Dominus Deus.

CAP. XXXVI.

Promissio Israeli liberationem à Gentibus. Beneficia in Iudæos collata, misericordia Dei in hoc vsa, laudanda Deus eos restituens, vt in præceptis eius postmodum ambularent.

1.sup.6.a.2 1* TV autem fili hominis propheta super montes Israel, & dices, Montes Israel audite verbum Domini.

2 Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd dixerit inimicus de vobis, Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis:

3 Propterea vaticinare, & dic, Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quod desolati estis, & conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis Gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi:

4 Propterea montes Israel audite verbum Domini Dei, Hæc dicit Dominus Deus montibus & collibus, torrentibus, vallibusque, & desertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt & subsannatæ à reliquis Gentibus per circuitum.

5 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis Gentibus, & de Idumæa vniuersa quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gladio, & toto corde, & ex animo: & eiecerunt eam vt vastarent:

*gladio,

6 Idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus & collibus, iugis & vallibus, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum, eo quòd confusionem Gentium sustinueritis.

B 7 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ego leuaui manum meam, vt Gentes quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent.

8 Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel: propè enim est vt veniat.

C 9 Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis semen vestrum.

10 Et multiplicabo in vobis homines, omnemque domum Israel: & habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur.

11 Et replebo vos hominibus & iumentis: & multiplicabuntur, & crescent: & habitare vos faciam sicut à principio, bonisque donabo magis quàm habuistis ab initio: & scietis quia ego Dominus.

12 Et adducam super vos homines populum meum Israel: & hæreditare possidebunt te: & eris eis in hæreditatem, & non addes vltrà vt absque eis sis.

13 Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dicunt de vobis, Deuoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam:

14 Propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam nõ necabis vltrà, ait Dominus Deus:

D 15 Nec auditam faciam in te amplius confusionem Gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait Dominus Deus.

16 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

17 Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerunt eam in viis suis, & in studiis suis, iuxta immundiam menstruatæ facta est via eorum coram me.

18 Et effudi indignationem meam super eos pro sanguine quem fuderunt super terrã, & in idolis suis polluerunt eam.

19 Et dispersi eos in Gẽtes, & ventilati sunt in terras: iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum iudicaui eos.

20 *Et ingressi sunt ad Gentes, ad quas introierant, & polluerunt nomen sanctum meum, cùm diceretur de eis, Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt. *Esa. 52.b. rom. 2.d. 24.

21 Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in Gentibus, ad quas ingressi sunt.

22 Idcirco dices domui Israel, Hæc dicit Do E minus Deus, Non propter vos ego faciam, domus Israel: sed propter nomen sanctum meum quod polluistis in Gẽtibus ad quas intrastis.

23 Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter Gentes, quod polluistis in medio earum: vt sciant Gentes, quia ego Dominus, ait Dominus exercituũ, cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis.

24 Tollam quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducã vos in terram vestram.

25 Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos.

F 26 Et dabo vobis cor nouũ, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.

27 *Et Spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. *Sup.11.d. 9.

28 Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

29 Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famẽ.

30 Et multiplicabo fructũ ligni, & genimina agri: vt non portetis vltrà opprobrium famis in Gentibus.

31 Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum: & displicebunt vobis iniquitates vestræ & scelera vestra.

32 Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum sit vobis: confundimini &

uu.4.

G eruh escite super viis vestris, domus Israel.
33 Hæc dicit Dominus Deus, In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosa:
34 Et terra deserta fuerit exculta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris: dicent,
35 Terra illa inculta, facta est vt Hortus voluptatis: & ciuitates desertæ, & destitutæ atque subfossæ, munitæ sederunt.
36 Et scient Gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ædificaui dissipata, plantauique inculta: ego Dominus locutus sim & fecerim.
37 Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc in hoc inuenient me domus Israel, vt faciam eis:
38 Multiplicabo eos sicut gregem hominum, vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem in solennitatibus eius. Sic erunt ciuitates desertæ, plenæ gregibus hominum: & scient, quia ego Dominus.

CAP. XXXVII.

Reductionem populi captiui prophetat. Deum tribuum eum duabus vnionem ostendit. Christ vnius populi Christiani rex, & pastor sanctus atque æternus.

1 FACta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini: & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus:
2 Et circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me,
3 Fili hominis putásne viuent ossa ista? Et dixi, Domine Deus, tu nosti. Et dixit ad me, Vaticinare de ossibus istis: & dices eis,
4 Ossa arida audite verbum Domini.
5 Hæc dicit Dominus Deus ossibus his, Ecce, ego intromittam in vos spiritum, & viuetis.
6 Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem: & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis, quia ego Dominus.
7 Et prophetaui sicut præceperat mihi: factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam.
8 Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes ascenderunt: & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant.
C 9 Et dixit ad me, Vaticinare de spiritum vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum, Hæc dicit Dominus Deus, A quatuor ventis veni spiritus: & insufla super interfectos istos, & reuiuiscant.
10 Et prophetaui, sicut præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt: steterúntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde.
11 Et dixit ad me, Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israel est: ipsi dicunt, Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus.
12 Propterea vaticinare, & dices ad eos, Hæc D dicit Dominus Deus, Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terram Israel.
13 Et scietis, quia ego Dominus, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populi mei:
14 Et dedero spiritum meum in vobis, & viueritis, & requiescere vos faciã super humum vestram: & scietis quia ego Dominus locutus sum, & feci, ait Dominus Deus.
15 Et factus est sermo Domini ad me dicẽs,
16 Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum, & scribe super illud, Iudæ & filiorum Israel sociorum eius, & tolle lignum alterum, & scribe super illud, Ioseph lignũ Ephraim, & cunctæ domus Israel, sociorumque eius.
17 Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignum vnum: & erunt in vnionem in manu tua.
18 Cum autem dixerint ad te filii populi tui loquentes, Nónne indicas nobis quid in his tibi velis? loquẽris ad eos,
19 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego assumam lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iudæ, & faciam eas in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius.
20 Erunt autem ligna super quæ scripseris, in manu tua, in oculis eorum.
21 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus F Deus, Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam.
22 Et faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Israel: & rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna.
23 Neque polluentur vltrà in idolis suis, & abominationibus, & cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt, & emundabo eos. & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus.
24 *Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum: in iudiciis meis ambulabunt, & mandata mea custodient, & facient ea.
25 Et habitabunt super terram, quam dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri: & habitabunt super eam ipsi, & filii eorum, & filii filiorum eorum, vsque G in sempiternũ: & Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum.
26 Et percutiam cum illis fœdus pacis, * pactum sempiterum erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum.
27 Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus.
28 Et scient Gentes, quia ego Dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

CAP. XXXVIII.

Vaticinatur Gog & Magog venturos cum innumero exercitu in terram promissionis. Eorum

conatus. Reprimit Gog aduentum à prophetis iam olim prænuntiatum. Eiusdem interitus.

1 ET factus est sermo Domini ad me dicẽs,
2 *Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog & terram Magog, principem capitis Mosoch & Thubal: & vaticinare de eo, & dices ad eum,
3 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Gog principem capitis Mosoch, & Thubal,
4 Et circumagam te, & ponam frænum in maxillis tuis: & educam te & omnem exercitum tuum, equos & equites vestitos loricis vniuersos, & subuertentur montes & cadent scopes, & omnis murus corruet in terram.
21 Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus: gladius vnius cuiusque in fratrem suum dirigetur.
22 Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis: ignẽ & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo.
23 Et magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & scient, quia ego Dominus.

CAP. XXXIX.

Rursum ostendit destructionem Gog & Magog. Sepulchrum Gog, & eius exercitus. Ipsum cum suis à volucribus & bestiis deuorandũ prædicit. Quare domus Israel vastata. Reductio & captiuitatis promittitur.

1 TV autem fili hominis vaticinare aduersus Gog, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch, & Thubal.
2 Et circumagam te, * & reducam te, & ascendere te faciam de lateribus Aquilonis & adducam te super montes Israel.
3 Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua: & sagittas tuas de manu dextera tua deiiciam.
4 Super montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui sunt tecum: feris, auibus omnique volatili, & bestiis terræ dedi te ad deuorandum.
5 Super faciem agri cades: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.
6 Et immittam ignem in Magog, & in his, qui habitant in insulis cõfidenter: & scient quia ego Dominus.
7 Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, & nõ polluam nomen sanctũ meum amplius: & scient Gentes, quia ego Dominus Sanctus Israel.
8 Ecce venit, & factum est, ait Dominus Deus: Hæc est dies, de qua locutus sum.
9 Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent & comburent arma, clypeum & hastas, arcum & sagittas, & baculo manuum, & contos: & succendent ea igni septem annis.
10 Et non portabunt ligna de regionibus, C neque succidẽt de saltibus: quoniam arma succendent igne, & deprædabũtur eos, quibus prædæ fuerant, & diripient vastatores suos, ait Dominus Deus.

Universidad de Deusto Biblioteca

11 Et erit in die illa: dabo Gog locum nominatum sepulchrum in Israel, vallem viatorum ad Orientem maris, quæ obstupescere faciet prætereuntes: & sepelient ibi Gog & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog.

12 Et sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus.

13 Sepelient autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata die, in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus.

14 Et viros sugiter constituent lustrátes terram, qui sepeliant, & requirant eos, qui remanserant super faciem terræ, vt emundét eam: post menses autem septem quærere incipient.

15 Et circuibunt peragrantes terram: cúmq; viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud pollinctores in Valle multitudinis Gog.

16 Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram.

17 Tu verò fili hominis (hæc dicit Dominus Deus) Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri, Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel, vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem.

18 Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis: arietum, & agnorum, & hircorũ, taurorúmque, & altilium, & pinguium omnium.

19 Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima, quam ego immolaui vobis:

20 Et saturabimini super mensam meam de equo, & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.

21 Et ponam gloriam meam in gentibus: & videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim, & manum meam, quam posuerim super eos.

22 Et scient domus Israel, quia ego Dominus Deus eorum à die illa, & deinceps.

23 Et scient Gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel: eo quod dereliquerint me, & absconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi.

24 Iuxta immunditiam eorum & scelus feci eis, & abscondi faciem meam ab illis.

25 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Nũc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel: & æmulabor zelum pro nomine sancto meo.

26 Et portabunt confusionem suam, & omnem prævaricationem, qua prævaricati sunt in me, cum habitauerint in terra sua confidenter neminem formidantes,

27 Et reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in eis in oculis Gentium plurimarum,

28 Et scient, quia ego Dominus Deus eorũ, eo quod transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quenquam ex eis ibi.

29 Et non abscondam vltrà faciem meam ab eis, eo quod effuderim spiritum meum super omnem domum Israel, ait Dominus Deus.

CAP. XL.

Prophetæ ostenditur futura restauratio ciuitatis & templi.

1 IN viceſimoquinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno, postquam percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus Domini, & adduxit me illuc.

2 In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum.

3 Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius: stabat autẽ in porta.

4 Et locutus est ad me ider, Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendã tibi: quia vt ostendantur tibi adductus es huc: annuntia omnia quæ tu vides domui Israel.

5 Et ecce murus foris secus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo: & mensus est latitudinem ædificii calamo vno, altitudinem quoque calamo vno.

6 Et venit ad portam, quæ respiciebat viã Orientalem, & ascendit per gradus eius: & mensus est limen portæ calamo vno latitudinem, id est, limen vnum calamo vno in latitudine:

7 Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos, quinque cubita:

8 Et limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus, calamo vno.

9 Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis: vestibulum autem portæ erat intrinsecus.

10 Porro thalami portæ ad viam Orientalem, tres hinc & tres inde: mensura vna trium, & mensura vna frontium ex vtraque parte.

11 Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum: & longitudinem portæ tredecim cubitorum:

12 Et marginem ante thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinque. Thalami autem sex cubitorum erant hinc, & inde.

13 Et mensus est portam à tecto thalami, vsque ad tectum eius, latitudinem vigintiquinque cubitorum: ostium contra ostium.

14 Et fecit frontes per sexaginta cubitos: & ad frontem atrium portæ vndique per circuitum.

15 Et ante faciem portæ, quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos.

16 Et fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, quæ erant intra portam vndique per circuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus, & ante frontes pictura palmarum cælata.

17 Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrio per circuitum triginta gazophylacia in circuitu pauimenti.

18 Et pauimentum in fronte portarum, secundum longitudinem portarum, erat inferius.

19 Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris, vsque ad frontem atrii interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orientem, & Aquilonem.

20 Portam quoque quæ respiciebat viam Aquilonis atrii exterioris, mensus est, tam in longitudine quàm in latitudine.

21 Et thalamos eius tres hinc, & tres inde: & frontem eius, & vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum.

22 Fenestræ autem eius, & vestibulum, & sculpturæ secundum mensuram portæ, quæ respiciebat ad Orientem: & septem gradum erat ascensus eius, & vestibulum ante eam.

23 Et porta atrii interioris contra portam Aquilonis, & Orientalem: & mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos.

24 Et eduxit me ad viam Australem, & ecce porta quæ respiciebat ad Austrum: & mensus est frontem eius, & vestibulũ eius iuxta mensuras superiores.

25 Et fenestras eius & vestibula in circuitu, sicut fenestras cæteras: quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine viginti quinque cubitorum.

26 Et in gradibus septem ascendebatur ad eam: & vestibulum ante fores eius, & cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius.

27 Et porta atrii interioris in via Australi, & mensus est à porta vsque ad portam in via Australi, centum cubitos.

28 Et introduxit me in atrium interius ad portam Australem: & mensus est portam iuxta mensuras superiores.

29 Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius hisdem mensuris: & fenestras eius, & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos.

30 Et vestibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorũ, & latitudine quinque cubitorum.

31 Et vestibulum eius ad atrium exterius, & palmæ eius in fronte: & octo gradus erant, quibus ascendebatur per eam.

32 Et introduxit me in atrium interius per viam Orientalem: & mensus est portam secundum mensas superiores.

33 Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, sicut suprà: & fenestras eius, & vestibula eius in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum.

34 Et vestibulum eius, id est atrii exterioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascensus eius.

35 Et introduxit me ad portam, quæ respiciebat ad Aquilonem, & mensus est secundum mensuras superiores.

36 Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitũ. longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum.

37 Et vestibulum eius respiciebat in atrium exterius: & cælatura palmarum in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius.

38 Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum: ibi lauabant holocaustum.

39 Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immolaretur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto.

40 Et ad latus exterius quod ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ, duæ mensæ.

41 Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde: per latera portæ octo mensæ erant super quas immolabant.

42 Quatuor autem mensæ ad holocaustum, de lapidibus quadris extructæ: longitudine cubiti vnius & dimidii, & latitudine cubiti vnius & dimidii, & altitudine cubiti vnius: super quas ponent vasa in quibus immolatur holocaustum & victima.

43 Et labia earum palmæ vnius, reflexa intrinsecus per circuitum: super mensas autem, carnes oblationis.

44 Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem: & facies eorum contra viam Australem, vna ex latere portæ Orientalis quæ respiciebat ad viam Aquilonis.

45 Et dixit ad me, Hoc est gazophylacium quod respicit viam Meridianam, sacerdotum, qui excubant in custodiis templi.

46 Porrò gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. Isti sunt filii Sadoch, qui accedunt de filiis Leui ad Dominum, vt ministrent ei.

47 Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum, & altare ante faciem templi.

48 Et introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde.

49 Longitudinem autem vestibuli, viginti cubitorum: & latitudinem vndecim cubitorum, & octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnæ erant in frontibus: vna hinc, & altera inde.

CAP. XLI.

Dispositio ædificandi templi, & ad id pertinentium.

1 ET introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi.
2 Et latitudo portæ decem cubitorum erat: & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum.
3 Et introgressus intrinsecus, mensus est in fronte portæ duos cubitos: & portam, sex cubitorum, & latitudinem portæ, septem cubitorum.
4 Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum, ante faciem templi. Et dixit ad me, Hoc est sanctum sanctorum.
5 Et mensus est parietem domus sex cubitorum: & latitudinem lateris, quatuor cubitorum undique per circuitum domus.
6 Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminentia quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem templi.
B 7 Et platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi referebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, & in medium.
8 Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio.
9 Et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus domus.
10 Et inter gazophylacia latitudiem viginti cubitorum in circuitu domus undique.
11 Et ostium lateris ad orationem: ostium vnum ad viam Aquilonis, & ostium vnum ad viam Australem: & latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorum in circuitu.
12 Et ædificium quod erat separatum, versumque ad viam respicientè ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum. Paries autem ædificii, quinque cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo eius, nonaginta cubitorum.
C 13 Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum: & quod separatum erat ædificium & parietes eius, longitudinis centum cubitorum.
14 Latitudo autem ante faciem domus: & eius quod erat separatum cōtra Orientem, centum cubitorum.
15 Et mensus est longitudinem ædificii contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum: ethecas ex vtraque parte centum cubitorum, & templum interius, & vestibula atrii.
16 Limina & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vnius cuiusque limen, straminque ligno per gyrum in circuitu, terra autem vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ super ostia.
17 Et vsque ad domum interiorem, & forinsecus: " per omnem parietem in circuitu "& intrinsecus, & forinsecus, ad mensuram.
18 Et fabrefacta Cherubin & palmæ: & palma inter Cherub & Cherub, duásque facies habebat Cherub.
19 Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte: & faciē leonis iuxta palmam ex alia parte: expressam per omnem domum in circuitu.
20 De terra vsque ad superiora portæ, Cherubim & palmæ eclate erat in pariete templi. D
21 Limen, quadrangulum: & facies sanctuarii, aspectus contra aspectum.
22 Altaris lignei trium cubitorum altitudo: & longitudo eius, duorum cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus est ad me, Hæc est mensa coram Domino.
23 Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario.
24 Et in duobus ostiis ex vtraque parte bina erant ostiola, quæ in semuicem plicabantur: bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum.
25 Et cælata erant in ipsis ostiis templi Cherubim, & sculptura palmarum, sicut in parietibus quoque expressa erant: quam crassa rem & grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus.
26 Super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli: secundum latera domus, latitudinémque parietum.

CAP. XLII.

De gazophylaciis exteriſque ad vſum ſacerdotum præparandis.

1 ET eduxit me in atrium exterius per viam tendentem ad Aquilonem, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra separatum ædificium & contra ædem vergentem ad Aquilonem.
2 In facie longitudinis centum cubitos ostii Aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos contra viginti cubitos atrii interioris.
3 Et contra pauimentum stratum lapide atrii exterioris vbi erat porticus iuncta porticui triplici.
4 Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti vnius.
5 Et ostia "earum ad Aquilonem: vbi erant "eorum gazophylacia in superioribus humiliora: quia supportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de mediis B ædificii.
6 Triplex enim erant, & non habebant columnas, sicut erant columnæ atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta.
7 Et peribolus exterior, secundum gazophylacia, quæ erant in via atrii exterioris ante gazophylacia: longitudo eius quinquaginta cubitorum.
8 Quia longitudo erat gazophylaciorum atrii exterioris, quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi, centum cubi

cubitorum.
9 Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingredientium in ea de atrio exteriori:
10 In latitudine periboli atrii, quod erat contra viam Orientalem, in faciem ædificii separati, & erant ante ædificium gazophylacia.
11 Et via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis secundum longitudinem eorum, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines.
12 Et ostia eorum secundum ostia gazophylaciorum quæ erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite viæ, quæ via erat ante vestibulum separatum per viam Orientalem ingredientibus.
13 Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum: hæc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescuntur sacerdotes, qui appropinquant ad Dominum in sancta sanctorum ibi ponent sancta sanctorum, & oblationē pro peccato, & pro delicto, locus enim sanctus est.
14 Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius, & ibi reponent vestimenta sua in quibus ministrant, quia sancta sunt: vestientur quæ vestimentis aliis, & sic procedent ad populum.
D 15 Cúmque complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ quæ respiciebat ad viam Orientalem, & mensus est eam vndique per circuitum.
16 Mensus est autem contra ventum Orientalem calamo mensuræ, quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.
17 Et mensus est contra ventum Aquilonis quingentos calamos, in calamo mensuræ per gyrum.
18 Ad ventum Australem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.
19 Et ad ventum Occidentalem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ.
20 Per quatuor ventos mensus est murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum.

CAP. XLIII.

Videt gloriam Dei templum ingredientem, à quo ante reſſerat. Idololatriam plurium Iſrael commemorat, propter quam conſumpti ſunt. Inhortatur eos reuocare ad pœnitentiam. Deſcriptio altaris. Ritus ſacrificandi.

1 ET duxit me ad portam quæ respiciebat ad viam Orientalem.
2 Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem: & vox erat ei, quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius.
Sup. 9. 4. 1 Sup. 1. 4. 3 Et vidi visionem "secundū speciem quam videram, quando venit vt disperderet ciuitatem: & species secundum aspectum "quem videram iuxta fluuium Chobar: & cecidi super faciem meam.
4 Et maiestas Domini ingressa est templum per viam portæ quæ respiciebat ad Orientem.
5 Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria Domini domus.
6 Et audiui loquentem ad me de domo, & B vir stabat iuxta me.
7 Et dixit ad me, Fili hominis, locus solii mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum: Et non polluent vltrà domus Israel nomen sanctum meum, ipsi, & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum, & in excelsis.
8 Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meū, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos, & polluerūt nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea.
9 Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me: & C habitabo in medio eorum semper.
10 Tu autem fili hominis, ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam.
11 Et erubescant ex omnibus quæ fecerunt figuram domus, & fabricæ eius exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cunctúmque ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis: & scribes in oculis eorum, vt custodiant omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea.
12 Ita est lex domus. In summitate montis "omnes fines eius in circuitu sanctum sanctorum est. hæc est ergo lex domus. "omnis
13 Istæ autem mensuræ altaris in cubito veteri simo, qui habebat cubitum & palmum: in sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine: & definitio eius vsque ad labium eius, & in circuitu palmus vnus. hæc quoque erat fossa altaris. D
14 Et de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimam duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: & à crepidine minore vsque ad crepidinem maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnius.
15 Ipse autem ariel quatuor cubitorum: & ab ariel vsque ad sursum, cornua quatuor.
16 Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis, & quadrangulatum æquis lateribus.
17 Et crepido quatuor decim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidii cubiti, & sinus eius vnius cubiti per circuitum: gradus autem eius versū ad Orientem.
18 Et dixit ad me, Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum, vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis.
19 Et dabis sacerdotibus & Leuitis, qui sunt de

Universidad de Deusto Biblioteca

de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato.

20 Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronam in circuitu: & mundabis illud & expiabis.

21 Et tolles vitulum, qui oblatus fuerit pro peccato: & combures eum in separato loco domus extra sanctuarium.

22 Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatū pro peccato: & expiabūt altare, sicut expiauerunt in vitulo.

G 23 Cúmque compleueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum.

24 Et offeres eos in conspectu Domini: & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum Domino.

25 Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent.

26 Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius.

27 Expletis autem septē diebus, in die octaua & vltra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerūt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

CAP. XLIIII.

Quæ porta templi sit clausa ostendit. Reddit Dominus propheta attentum. Inbetur populo expiare sua scelera. Incircūcisus corde & carne. Qui admittendi ad ministerium templi, & qui a sacerdotio reiicendi. Quos ex sacerdotibus velit admitti in sanctuarium suum præfatur. Primi & eorum officium. Primum. Vxores. Hæreditas sacerdotum.

1 ET conuertit me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad Orientem: & erat clausa.

2 Et dixit Dominus ad me, Porta hæc, clausa erit: non aperietur, & vir nō transiet per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi.

3 Princeps ipse sedebit in ea vt comedat panem coram Domino: per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viam eius egredietur.

4 Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conspectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria Domini domum Domini: & cecidi in faciem meam.

B 5 Et dixit ad me Dominus, Fili hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor ad te de vniuersis cæremoniis domus Domini, & de cunctis legibus eius: & pones cor tuum in vijs templi, per omnes exitus sanctuarii.

6 Et dices ad exasperantem me domum Israel, Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra, domus Israel:

7 Eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde & incircumcisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem & sanguinem: & dissoluitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris.

8 Et non seruastis præcepta sanctuarii mei: C & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis.

9 Hæc dicit Dominus Deus, Omnis alienigena incircumcisus corde & incircumcisus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus, qui est in medio filiorum Israel.

10 Sed & Leuitæ qui longè recesserunt à me in errore filiorum Israel, & erraverunt à me post idola sua, & portauerunt iniquitatem suam:

11 Erunt in sanctuario meo ædituí, & ianitores portarum domus, & ministri domus: ipsi mactabunt holocausta, & victimas populi: & ipsi stabunt in conspectu eorum, vt ministrent eis.

12 Pro eo quod ministrauerunt illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis: idcirco leuaui manum meam super eos, ait Dominus Deus, & portauerunt iniquitatem suam.

13 Et non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quæ fecerunt.

14 Et dabo eos ianitores domus & in omni ministerio eius, & in vniuersis quæ fient in ea.

15 Sacerdotes autem & Leuitæ filii Sadoc, E qui custodierunt cæremonias sanctuarii mei, cùm errarent filii Israel a me, ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo, vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait Dominus Deus.

16 Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam, vt ministrēt mihi, & custodiant cæremonias meas.

17 Cúmque ingredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quicquam laneum, quando ministrant in portis atrii interioris & intrinsecus.

18 Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore.

19 Cúmque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimēt̄is suis in quibus ministrauerant, & reponent ea in gazophylacio sanctuarii, & vestient se vestimentis alijs: & non sanctificabunt populum in vestibus suis.

20 Caput autem suum non radent, neque F comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua. Et vinum non biber omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius.

21 Et viduam, & repudiatam non accipient *Leuit. 21.* vxores, sed virgines de semine domus Israel. 14.

22 Sed & viduam, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipient.

23 populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum: & inter mundum & immundum ostendent eis.

Et cum

24 Et cùm fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, & præcepta mea in omnibus solemnitatibus meis custodient, & sabbatha mea sanctificabunt.

25 Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur: nisi ad patrem & matrem, & filium & filiam, & fratrem & sororem quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabuntur.

G 26 Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei.

27 Et in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait Dominus Deus.

Deut. 18. c. 1. Num. 18. d. 20. 28 Non erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum.

29 Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel, ipsorum erit.

Exo. 13. 5. 12. 22. d. 29. 30 Et primitiua omnium primogenitorū, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt: & primitiua eorum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui tuæ.

Vitæ 22. 9. 32. d. 2. Leui. 22. 8. 31 Omne morticinum, & captum à bestia de auibus & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

CAP. XLV.

Ex tota terra promissionis separantur quatuor portiones, quarum prima sacerdotibus & templo deputatur, altera Leuitis, tertia ciuitati, quarta ipsi principi. Exhortatio ad principes Israel. De æquitate ponderis & mensuræ. Sicles. Mna. De primitijs. De oblationibus primi mensis. De oblationibus Paschæ. Sacrificium.

1 CVmque cœperitis terram diuidere sorti to, separate primitias Domino sanctificatum de terra longitudine viginti quinque millia, & latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum.

2 Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum, & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum.

3 Et à mensura ista mensurabis longitudinem viginti quinque millium, & latitudinem decem millium, & in ipso erit templum, sanctumque sanctorum.

4 Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarii, qui accedunt ad ministerium Domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctuarii.

5 Viginti quinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt Leuitis, qui ministrant domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia.

6 Et possessionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis viginti quinque millia, secundum separationem sanctuarii, omni domui Israel.

7 Principi quoque hinc & inde, in separationem sanctuarii, & in possessionem ciuitatis, contra faciem separationis sanctuarii & contra faciem possessionis vrbis: à latere Maris vsque ad Mare, & à latere Orientis vsque ad Orientem, *longitudini autem iuxta vnamquāque partem à termino Occidentali vsque ad terminū Orientalem.

8 De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabuntur vltra principes populum meum: sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum.

9 Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiat vobis D principes Israel: iniquitatem & rapinas interimite, & iudicium & iustitiam facite, separate confusiones vestras à populo meo, ait Dominus Deus.

10 Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis.

11 Ephi & batus æqualia, & vnius mensuræ erunt: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorum.

12 *Siclus autem, viginti obolos habet: por- *Exo. 30. b. ro viginti sicli, & viginti quinque sicli, & 15. *Leui. 27. quindecim sicli, manam faciunt. c. 25. Num. 3. g. 47.*

13 Et hæc sunt primitiæ quas tolletis: sex- E tam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei.

14 Mensura quoque olei batus olei, decima pars cori est. Quia decem bati implent *& decē eorum. bati, corū faciunt.

15 Et arietem vnum de grege ducentorum *nutriunt de his quæ *nutrierit Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus.

16 Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Israel.

17 Et super principem erunt holocausta, & sacrificium, & libamina in solennitatibus, & in Calendis, & in sabbathis, in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pa- F cificabit ad expiandum pro domo Israel.

18 Hæc dicit Dominus Deus, In primo mense, vna mensis sumes vitulum de armento immaculatum: & expiabis sanctuarium.

19 Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato: & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrii interioris.

20 Et sic facies in septima mensis pro vnoquoque qui ignorauit, & errore deceptus est: & *expiabis pro domo. *expiabi- tis

21 In primo mense, quartadecima die mensis erit vobis paschæ solennitas: septem diebus azyma comedentur.

22 Et faciet princeps in die illa pro se & pro vniuerso populo terræ, vitulum pro peccato.

23 Et in septem dierum solennitate faciet holocaustum Domino septem vitulos, & septem arietes immaculatos *septē diebus: *quoti- & pro peccato hircum caprarum. die

24 Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi.

25 Septimo mense, quintadecima die mensis in solennitate faciet sicut suprà dicta sunt per septem dies: tam pro peccato, quā pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

CAP. XLVI.

Sacrificia Sabbathi & Calendarum. Oblatio principis. Per quas partes templum ingredi, & ex eo egredi oportuit. De spontanea principis hostia. De donis eiusdem hereditariis. Coquina sacerdotum.

1 HAEc dicit Dominus Deus, Porta atrii interioris, quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus in quibus opus fit: die autem Sabbathi aperietur, sed & in die Calendarum aperietur.

2 Et introibit princeps per viam vestibuli portæ deforis, & stabit in limine portæ: & facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: & adorabit super limen portæ, & egredietur: porta autem non claudetur vsque ad vesperam.

3 Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in Sabbathis & Calendis coram Domino.

4 Holocaustum autē hoc offeret princeps Domino: in die Sabbathi sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum.

5 Et sacrificium ephi per arietem: in agnis autem sacrificii quod dederit manus eius: & olei hin, per singula ephi.

6 In die autem Calendarum vitulum de armento immaculatum: & sex agni, & arietes immaculati erunt.

7 Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium: de agnis autem, sicut inuenerit manus eius: & olei hin, per singula ephi.

8 Cumque ingressurus est princeps, per viā vestibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat.

9 Et cum introibit populus terræ in conspectu Domini in solennitatibus: qui ingreditur per portam Aquilonis, vt adoret, egrediatur per viam portæ Meridianæ: porro qui ingreditur per viam portæ Meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non reuertetur per viam portæ per quam ingressus est, sed eregione illius egredietur.

10 Princeps autem in medio eorū erit cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur.

11 Et in nundinis, & in solennitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: in agnis autem erit sacrificium sicut inuenerit manus eius: & olei hin, per singula ephi.

12 Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta quæ respicit ad Orientem, & faciet holocaustum suum, & pacifica sua, sicut fieri solet in die Sabbathi: & egredietur, claudetúrque porta postquā exierit.

13 Et agnum eiusdem anni, immaculatum, faciet holocaustum quotidie Domino: sem per mane faciet illud.

14 Et faciet sacrificium super eo cata mane mane sextam partem ephi: & de oleo tertiam partem hin, vt misceatur similæ: sacrificium Domino legitimum, iuge atque perpetuum.

15 Faciet agnum & sacrificium, & oleum cata mane mane holocaustum sempiternum.

16 Hæc dicit Dominus Deus, Si dederit princeps domum alicui de filiis suis, hæreditas eius, filiorum suorum erit, possidebūt eam hæreditariè.

17 Si autem dederit legatum de hæreditate sua vni seruorum suorum: erit illius vsque ad annū remissionis, & reuertetur ad principem: hæreditas autē eius filiis eius erit.

18 Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua hæreditatem dabit filiis suis: vt non dispergatur populus meus vnusquisque à possessione sua.

19 Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere portæ in gazophylacia sanctuarii ad sacerdotes, quæ respiciebāt ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad Occidentem.

20 Et dixit ad me, Iste est locus vbi coquēt sacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquent sacrificium, vt non offerant in atrio exteriori, & sanctificetur populus.

21 Et eduxit me in atrium exterius, & circunduxit me per quatuor angulos atrii: & ecce, atriolum erat in angulo atrii, atriola singula per angulos atrii.

22 In quatuor angulis atrii atriola disposita quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum: mensuræ vnius quatuor erant.

23 Et paries per circuitum ambiēs quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erāt subter porticus per gyrum.

24 Et dixit ad me, Hæc est domus culinarum in qua coquent ministri domus Domini victimas populi.

CAP. XLVII.

Visio aquarum è templo manantium. Baptismi gratia. Termini terræ promissionis, & eius diuisio per tribus.

1 ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Orientem: aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris.

2 Et eduxit me per viam portæ Aquilonis, & conuertit me ad viam foras portā exteriorem, viam quæ respiciebat ad Orientem: & ecce aquæ redundantes à latere dextro.

3 Cūm egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquā vsque ad talos.

4 Rursumque mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad genua: & mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes.

5 Et mensus est mille, torrentem quem nō potui pertransire: quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poterat transuadari.

6 Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis.

7 Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. Cumque me conuertissem, occe in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte.

8 Et ait ad me, Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli Orientalis, & descendūt ad plana deserti, introibunt mare, & exibunt & sanabuntur aquæ.

9 Et omnis anima viuens quæ serpit, quocunque venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabūtur: & viuent omnia ad quæ venerit torrens.

10 Et stabunt super illū piscatores, ab Engaddi vsque ad En-agallim siccatio sagenarum erit: pluriūæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ.

11 In litoribus autem eius, & in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur.

12 Et super torrentem oriētur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferū: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam.

13 Hæc dicit Dominus Deus. Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel: quia Ioseph duplicem funiculum habet.

14 Possidebitis autem eam singuli æquè vt frater suus, super quam leuaui manum meam vt darem patribus vestris: & cadet terra hæc vobis in possessionem.

15 Hic est autem terminus terræ: ad plagam Septentrionalem, à mari magno via Hethlon, venientibus Sedād,

16 Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter medium Damasci & confinium Emath, domus Tichon quæ est iuxta terminū Auran.

17 Et erit terminus à Mari vsque ad atrium Enō terminus Damasci, & ab Aquilone ad Aquilonem, terminus Emath: plaga Septentrionalis.

18 Porrò plaga Orientalis de medio Auran & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis diffeminans ad mare Orientale, metiemini, plagam Orientalem.

19 Plaga autem Australis Meridiana, à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades: & torrens vsque ad mare magnum: & hæc est plaga ad Meridiem Australis.

20 Et plaga Maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc est plaga Maris.

21 Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel:

22 Et mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum: & erunt vobis sicut indigenæ inter filios Israel: vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel.

23 In tribu autem quacunque suerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

Sortes septem tribuum. Repetuntur partes possessionis sacerdotum & templi, Leuitarum, Ciuitatis Principum. Sortes reliquarum tribuum. Porta ciuitatis.

1 ET hæc nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, atrium Enan terminus Damasci ab Aquilone iuxta viam Emath: (Et erit ei plaga Orientalis Mare.) Dan vna.

2 Et à termino Dan, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Aser vna:

3 Aser vna: & super terminum Aser, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Nephthali vna.

4 Et super terminum Nephthali, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Manasse vna.

5 Et super terminū Manasse, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Ephraim vna.

6 Et super terminū Ephraim, à plaga Orientali vsque ad plagā Maris, Ruben vna.

7 Et super terminum Ruben, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Iuda vna.

8 Et super terminum Iuda, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, erunt primitiæ quas separabitis, viginti quinque millibus calamis latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga Orientali vsque ad plagam Maris: & erit sanctuarium in medio eius.

9 Primitiæ quas separabitis Domino: longitudo viginti quinque millibus, & latitudo decem millibus.

10 Hæ autem erunt primitiæ sanctuarii sacerdotum: ad Aquilonem longitudinis viginti quinque millia, & ad mare latitudinis decem millia, sed ad Orientem latitudinis decem millia, & ad Meridiem viginti quinque millia: & erit sanctuarium Domini in medio eius.

11 Sacerdotibus sanctuarium erit de filiis Sadoc, qui custodierunt cæremonias meas, & non errauerunt, cùm errarent filii Israel, sicut errauerunt & Leuitæ.

12 Et erunt primitiæ de primitiuis terræ eis Sanctum sanctorum, iuxta terminum Leuitarum.

13 Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum, viginti quinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo, viginti & quinque millium, & latitudo decem millium.

14 Et non vendunt ex eo, neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt Domino.

15 Quinque millia autem quæ supersunt in latitudine per viginti quinque millia, profana erunt vrbis in habitaculum, & in suburbana: & erit ciuitas in medio eius.

16 Et hæ mensuræ eius: Ad plagam Septentrionalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Meridianam, quingenta & quatuor millia, & ad plagam Orientalē, quingenta & quatuor millia, & ad plagam Occidentalem, quingenta & quatuor millia.

17 Erunt autem suburbana ciuitatis, ad Aquilonem ducenta quinquaginta, & ad Meridiem ducenta quinquaginta, & ad Orientem ducenta quinquaginta millia, & ad

mare ducenta quinquaginta.

12 Quod autem reliquum fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarii, decem millia in Orientem,& decem millia in Occidentem, erunt sicut primitiæ sanctuarii: & erunt fruges eius in panes his qui seruiunt ciuitati.

19 Seruientes autem ciuitati, operabuntur ex omnibus tribubus Israel.

20 Omnes primitiæ, vigintiquinque millia, per vigintiquinque millia in quadrum, separabuntur in primitias sanctuarii, & in possessionem ciuitatis.

21 Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarii, & possessionis ciuitatis eregione viginti quinque millium primitiarum vsque ad

"ad Mare

termicum Orientale: sed & "à Mari eregione vigintiquinque millim vsque ad terminum Maris, similiter in partibus principis erit: & erũt primitiæ sanctuarii,& sanctuarium templi in medio eius.

22 De possessione autem Leuitarum, & de possessione ciuitatis in medio partiũ principis erit: "in terminum Iuda & in terminum Beniamin, & ad principem pertinebit.

"inter

23 Et reliquis tribubus, A plaga Orientali, vsque ad plagam Occidentalem, Beniamin vna.

24 Et contra terminum Beniamin, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Simeon vna.

25 Et super terminum Simeonis à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Issachar vna.

26 Et super terminum Issachar, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Zabulon vna.

27 Et super terminum Zabulon, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Gad vna.

28 Et super terminum Gad, ad plagam Austri in Meridiem: & erit finis de Thamar, vsque ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum.

29 Hæc est terra quã mittetis in sortem tribubus Israel: & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus.

30 Et hi egressus ciuitatis: A plaga Septentrionali quingẽtos & quatuor millia mensurabis.

31 Et portæ ciuitatis "omnibus tribubus Israel,portæ tres à Septentrione, porta Ruben vna,porta Iuda vna,porta Leui vna.

"in nomi nibus tri buum

32 Et ad plagam Orientalem, quingentos & quatuor millia & portæ tres,porta Ioseph vna,porta Beniamin vna,porta Dan vna.

33 Et ad plagam Meridianam quingẽtos & quatuor millia metiẽris: "porta Simeonis vna,porta Issachar vna,porta Zabulon vna.

"& portæ tres

34 Et ad plagam Occidentalem, quingentos & quatuor millia: & portæ eorũ tres, porta Gad vna,porta Aser vna, porta Nephthali vna.

35 Per circuitum, decem & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

HIC SCHEMA TOTIVS STRVCTVRAE TEMPLI (quod domus vocatur) cum his quæ ad ipsum attinent, quam Ezechiel à quadragesimo capite vsque ad decimumtertium versum quadragesimiseptimi capitis persequitur, tuis oculis subiecimus.

Significatis notarum litterarumque præcedentis schematis.

Quadragesimo capite Ezechielis, versu

5 *Et ecce murus, &c.* Murus de quo loquitur Propheta, ille est quem stella notauimus, qui templũ atriaque omnia claudebat. Et mẽsus est latitudinẽ ædificii calamo vno, &c. Id est, *muri crassitudinem* A B, latitudinis sex cubitorum. Calamus enim sex habebat cubitos, quos etiam murus explebat. Murus ille quingentis cubitis undique, hoc est, per quadraturas, constabat. quod ex fine quadragesimisecundi capitis colligi potest, nimirum ad Orientem quinquaginta C H, ad Aquilonem tantundem H I, ad Meridiem tantundem C K, atque etiam tantundem ad Occidentem. Illud conseptum constitutum erat, ex templum ab vrbe seiungeret.

6 *Et venit ad portam, quæ respiciebat viam Orientalem.* Illa est porta quæ litera D notatur, ad quam per septem gradus ascendebatur E. postea intra porticum seu vestibulum, in quo sex cubicula siue domunculæ, ingrediebatur F. Vndique vestibulum muro septum erat G. Sed quoniam hoc schema breuius est quam possit omnes dimensiones illius vestibuli exprimere, atrium quod seorsum pinximus accipiendũ erit, vt omnia facilius explanentur. *Et mensus est limen portæ calamo vno latitudinem, id est limen vnum calamo vno in latitudine.* Hæc porta A, illam maximi schematis exhibet D. *Et mensus est,&c.* hoc est, ab A vsque ad B. nam murus calamum vnum latus erat, vt iam diximus. itaque limen peræque latum fuisse oportuit. Quantum autem ad alterum limen, in extremitate vestibuli collocatur C D.

SCHEMA

SCHEMA SOLIVS ATRII.



7 *Et thalamum vno calamo in longum* E F. *& vno calamo in latum* E O. Altitudinem non exprimit. *Et inter thalamos quinque cubitos.* Hoc declarat Propheta: nẽpe quod inter thalamos vel cubicula quæ quadrata erant, mensura quinque cubitorũ vacuum intus spacium in longum & latum obtinebat G. Notandum est simile spacium quinque cubitorum fuisse à fine liminis primæ portæ A, vsque ad primum cubiculum: itidemque à tertio cubiculo vsque ad murum vestibuli G. *Et limen portæ, &c.* Id est, quod sex cubiti à principio liminis A, vsque ad vestibulũ seu porticum portæ B intercederint. Nam porticum vestibulum tam numero à litera B incipit, & in litera C terminatur. Quod dicit octauo versu, exponitur de altero limine portæ interioris vestibuli C D.

9 *Et mensus est vestibulum portæ, &c.* Hoc est, latitudinem portici portæ H I. Quando de vestibulo portæ intrinsecus fit menotio, de vestibulo portæ inter duo limina intelligendum. K C *Et frontem, &c.* Hi frontes, genus sunt vimbraculi, siue (vt aptius loquamur) appendices quæ summitati cubiculorum & portarum portici superponebantur K, in duos cubitos prominentes. Versu septimo de numero & ordine cubiculorum portici mentionem non fecit, sed tantum de longitudine & latitudine loquutus est. Verum in hoc versu bifariam disposita fuisse dicit: tria ex vno latere, & tria ex altero, vt ex schemate liquet.

11 *Et mensus est latitudinem liminis portæ, decem cubitorum* L M, *& longitudinem portæ tredecim cubitorum* A N. Altitudinem, suo more, pro longitudine accipit.

12 *Et marginem ante thalamos cubiti vnius.* Hoc spacium vnius cubiti O, ante cubicula quoque liberum erat.

13 *Et mensus est portam à tecto, &c.* Declarat porticum illam latam fuisse viginti quinque cubitos P Q. Nam vestibuli portæ latitudo octo cubitorum erat H I, postea inter quam vnius cubiti vtrinque iuxta vestibulum portæ & cubicula, decem sunt cubiti, sicuti ex E I, quibus vnumquodque cubiculũ vtrinque cõstabat, duodecim fuut cubiti, qui connexi decem

illis præcedentibus, viginti duo erunt. Desunt tres cubiti, qui inter cubicula & murum septimenti censentur: cubitus cum dimidio ex parte vna P (cubicula enim muro non adhærent) & totidem ex altera Q. Ita illis viginti quinque cubiti latitudinis portici. Quòd dicit, *Ostium contra ostium*, de ostiis cubiculorum accipiendum est, quod inter se sint oppolita. Cùm decimo-quarto versu frontium sexaginta cubitorum mentionem facit, de omnibus frontibus in porticu locatis censendum, vt ex fine huius versus apparet. Verum vt numerus horum sexaginta cubitorum perueltigetur, ea quæ suprà tractauimus in memoriam reducenda sunt: similium appendices cubiculis portisque portici superpositas esse. At sex cubicula esse constat, tria ex vno latere, & tria ex altero, longa sex cubitos, vt patuit: triginta sex sunt cubiti. nam appendices æquè longæ sunt ac cubicula. item appendices duarum portarum portici A C, quæ singulæ decem cubitos patebant I. M, vt ostendimus, viginti sunt: sed portarum appendices vtrinque cubito prolatiores sunt quàm patefactio portæ, quemadmodum hic depictum videre est K S. Itaque appendices portarum vtrinque portæ cubitos duodecim constituunt, viginti quatuor sunt: qui si exteris adiiciantur, sexaginta illos cubitos explebunt. Illæ appendices palmis adornatæ erant: atque in cubiculis fenestræ foris latius apertæ quàm intus collocabantur.

15 *Et ante faciem portæ, &c.* Ab A vsque ad D, quinquaginta cubiti: nam ab A ad B, quod est limen primæ portæ, sex sunt cubiti: & ab A ad C, triginta octo. postea à C ad D, quod est limen secundæ portæ, sex cubiti: qui omnes ad vnam summam relati, quinquaginta cubitos constituent. Nunc verò vt triginta octo illos cubitos spacii interiecti ab vno limine & vsque ad alterum C, teneamus: primum notandum tria extare cubicula longa sex cubitos, octodecim sunt cubiti. deinde quatuor loca vacua G, singula quinque cubitos, vt dictum est, viginti sunt cubiti: qui coadditi illis octodecim trium cubiculorum, & duodecim duorum liminum portarum, quinquaginta cubitos illos efficient.

17 *Et eduxit me ad atrium exterius, &c.* Postquam dimensiones portici huius, vt vidimus, elegantissimè Prophetæ descripsit, ingreditur atrium R, porta D. Quod autem hoc Atrium exterius appellet, id facit ob illud quod in maximo schemate templo proximum videtis, notatum litera N, quod posthac Atrium interius nominabit. *Et ecce gazophylacia* S. Illa latius quadragesimo secundo capite explanabimus. Quando decimonono huius versu dicit, *Et pauimentum in fronte portarum secundum longitudinem portarum, erat stratum*, declarat fuisse gradus quibus ad portas ascendebatur, vt ex ipso schemate cognosci potest. Portarum dicit, quoniam duæ erant G, portæ mediæ vel maximæ lateribus velut adherentes T.

19 *Et mensus est latitudinem, &c.* Hoc est, à prima porta Orientis A, quam inferiorem vocat, quoniam illa atrii interioris T hac altior erat, nam octo gradibus ad eam ascendebatur. Hoc igitur annuit, centum cubiti fuisse à prima porta A, vsque ad portam atrij interioris T, totidémque ad Orientem & Aquilonem, versus V X. Ostendit atria illa quadrata esse: nimirum centum cubiti per quadraturas.

20 *Portam quoque quæ respiciebat viam Aquilonis.* Nunc maximum schema adeamus. Hoc atrium M, illud est quod iam descripsimus, à Propheta longe latéque explanatum. Modò portam Aquilonis R describit, incipitque à porticu S atrii exterioris T, eiusdem mensuræ cum illo Orientis: sex videlicet cubicula intra porticum a, cuius longitudo quinquaginta cubitorum V X. & latitudo viginti quinque Y Z. Notandum mensuras portici & atrij huius æquales illis atrii Orientalis, de quo præfati sumus.

23 *Et porta atrii interioris contra portam Aquilonis, & Orientalem.* Sic portæ dispositæ erant, vt ostium portæ atrii interioris b cuiusuis plagæ, exterioribus portis plagæ eiusdem è regione obiceretur R c: ita vt in extremæ portæ octo constituus, fores templi per ostia interiecentium portarum quisque peruideret. *Et mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos.* Hoc est, à porta atrii exterioris b. quod idem dixit cùm describeret atrium Orientale, versu decimoquo, *Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris, vsque ad frontem atrii interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orientem.* Vers. 24. Nunc Propheta ad latus Meridianum perducitur, in quo porta d, quæ vt reliquæ (Orientales scilicet, & Aquilonares) septem gradibus constabat. Postea sic describit atrium exterius e, vt si interius esset. Memoria enim nobis semper tenendum, in omnibus atriis eadem mensura atque structura continuari.

27 *Et porta atrii interioris in via Australi.* Id ipsum declarat quod dixit de porta Aquilonis vigesimotertio versu. nimirum quòd porta atrii interioris f, atrio exteriori obtiebatur d.

28 *Et introduxit me in atrium interius ad portam Australem.* Nunc Propheta atrium à Meridie ingreditur g. quod etiamsi illo exteriori Orientali adhæreat, tamen Atrium interius causa illius exterioris Meridiani e, nominatur. Octo gradibus ad illud atrium ascendebatur h: sed impedit reliqua pictura quominus appareant. quamobrem Orientales animadvertendi erunt Q. Nam sicut ibi sunt dispositi, sic & alibi, & scilicet in latere Meridici & Aquilonis. Postquam Propheta hoc atrium interius ingressus est, breuiter illud explicat, quoniam ad formam aliorum omnino accedebat. quod etiam notandum est in omnibus atriis tam interioribus quàm exterioribus, vt suprà versu vigesimotertio patuit. Eandé quoque descriptionē atrii interioris ab Oriente, & atrii interioris ab Aquilone persequitur. Nūc verò superest vt hanc atriorum dispositionem quā vsus est Propheta in illis describendis expendamus: nimirum postequam atrium exterius Orientale M descripsit, ad exterius Aquilonare T pergit. postea ab Aquilonari ad Meridianum e. Illinc ex ordine interius Meridianum

Meridianum ingreditur g. postea interius Orientale N: itémque interius Aquilonare i. Ex his igitur tantùm sex atria absque templo extasse facilè deprehenditur: cóque qui ad Occidentem duo collocarunt, hoc adiuuentos, cùm non exprimat Scriptura: vt posthac quadragesimo sexto capite iterum demonstrabimus.

28 *Et per singula gazophylacia ostium, &c.* Loquitur de sex cubiculis quæ extant in porticu atrij interioris, Aquilonem versus i. Atque declarat quòd adiutus cubiculorum, hoc est ianua, subter appendicibus (quæ summitatem cubiculorū pertingebant, vt aliàs diximus, quando de porticu Orientis agebamus) sirus erat. Ac etiam quòd in porticu atrij interioris i quatuor mensæ, sicut in exteriori S, locabantur, longitudinis latitudinisque cubiti & semis, & altitudinis cubiti. Quòdo quadragesimotertio versu dicit, *Et labia earum palmæ vnius*, videre schema panum propositionis, Exo. 25. cap. Eadem res est.

44 *Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem, &c.* Hic agitur de cubiculis vel cellulis l in atrio interiori portæ Aquilonis h in quibus cantores, qui laudes canebant Domino inter mactandum & offerendum. Quod vero præter sententiam non appareant, id pictori tribues, qui ne imperitiæ artis suæ damnaretur, hic opticæ seruire voluit. quamobrem illa Orientis G anima duerrote. Hæc enim ad illarum exemplum sunt. Cætera etiam in atrio interiori à Meridie g, cantorum esse ait m, *quæ ex latere portæ Orientalis quæ respiciebat ad viam Aquilonis.* Nunc tenendum Prophetam constitutum in atrio interiori ad Orientem N.

45 *Hæ dixit ad me, &c.* Loquitur de duobus illis ordinibus cubiculorum in atrio interiori N, quod respicit viam Orientalem n o. atque dicit ea quæ ad Meridiem constituuntur n, sacerdotum esse, quæque ad Aquilonem o, illorum qui altaris custodias habebant. Ac quāuis cubicula [illegible]sita sint in atrio Orientali, tamen in Meridiem & Aquilonem vergebant. Hic igitur ordo cubiculorum n, Orientalis Meridianus est: ille verò o, Orientalis, Septentrionalis.

47 *Et mensus est, &c.* Hoc idem est quod suprà diximus: omnia scilicet atria centum cubitos vndique continere. *Et altare ante faciem templi* p. Ex his quæ suprà tractauimus liquet Prophetam in atrium interius ab Oriente perductum fuisse N. Nam si constitutus fuisset in atrio Aquilonari, cernere non potuisset atrium quod templi faciei obiiciebatur. Qua in re quidam allucinati sunt, cùm inquam Prophetam in atrio Aquilonari egisse existimarint. quod effecit vt in illis partibus viam templi collocarint. res equidem absurda, & templo Salomonis, huicque à Propheta descripto, ad aliud quàm maximè accedente, aliena. Ad hæc versus secundus & quartus quadragesimitertii capitis satis indicat viam patuisse ab Oriente. Nam ibi dicit Dominum ingressum fuisse templum via Orientali: quod ei licitum non fuisset, si via ab Aquilone patuisset. Vt enim suum atrium collocarunt, via Aquilonis templum ingredi non licebat. Insuper etiam hoc verbis Prophetæ repugnat. Nam postquam dixit, *Altare ante faciem templi, &c.* addit,

48 *Et introduxit me in vestibulum templi, &c.* Si igitur, vt illis placet, via ab Aquilone patuisset, longum Propheta circuitum egisset templum adeundum. *Et introduxit, &c.* Ingreditur hac porta q. vt ad templi vestibulum perueniat T. Ingressus illud, describit, ac etiam templum: sed quoniam hoc schema omnia hæc simul, ob eius breuitatem, complecti nequit, suis oculis templum seorsum pictum subiecimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHEMA TEMPLI.



Propheta his ascendit gradibus 9. vt ad vestibulum templi perueniat 7.

22 Et introduxit me in vestibulum templi: & mensus est vestibulum quinque cubitis, &c. Hîc mensi nem vestibuli pro mensione muri vestibulum claudens accipit. Ille murus crassus erat vtrinque quinque cubitos 12. *Et latitudinem portæ trium cubitorum.* Illa sunt ostiola quæ patentia vestibuli consepto, latitudinis trium cubitorum 12. Hæc ostiola viam cubiculorum templo annexorum aperiebant A B.

49 Longitudinem autem vestibuli, viginti cubitorum 5. 6. & latitudinem vndecim cubitorum 7. 2. Quantum ad columnas, illarum formam non exprimit: propterea illam columnarum templi Salomonis vt probabiliorem sequuti sumus.

Cap. quadragesimoprimo.

Et introduxit me in templum, & mensus est frontes, &c. Posteaquam dimensiones vestibuli descripsit, pergit ad templum. Appendices siue frontes, cubicula templum cingentia vocat A B, quod medium cubiculum prolatius sit primo, tertiúmque secundo A. Et quantum pronunent à fronte, tantum etiam à latere templi, vt depictum videris, murum eo in contractionem desinere, quo cubiculum latius patefecit. Hæ appendices, seu cubicula extrema, sex cubitos lata erant A B, hoc est superne. Qua de causa hanc latitudinem tecti fuisse addit: inferne enim tantum quatuor cubitos lata erant L K, vt infrà declarabit. Porta templi, latitudinem portarum arrinū habet: nimirum decem cubitos C D. A patefactione portæ vsque ad murum templi, vtrinque erant quinque cubiti, E C, D F. *Et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum.* Hoc est, à porta templi 8, vsque ad Sanctum sanctorum 1. Latitudo templi viginti erat cubitorum F F, vel G P. Nam porta lata est decem cubitos C D, vt diximus, postea quinque cubiti quos latera portæ vtrinque continent E C, D F, viginti sunt illi cubiti latitudinis templi, de cuius altitudine

altitudine meationem non agitat. quamobrem illius Salomonis alti triginta cubitos in hoc casu vestigia tenuimus.

3 *Et ingressus intrinsecus, &c.* Nunc ad Sanctum sanctorum accedit. *mensus est in fronte, &c.* Hoc est, limen portæ Sancti sanctorum, longitudinis duorum cubitorum H I: siue (vt ad verum propius accedamus) murum, Sanctum sanctorum à templo distinguentem, duorum cubitorum crassitudinis. *Et portam, sex cubitorum* K L. *Et latitudinem portæ, septem cubitorum,* hoc est, latera M K, & L N: Bis enim septem faciunt quatuordecim: postea sex cubitis patefactionis portæ K L, viginti sunt.

4 *Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum* G O. *Et latitudinem viginti cubitorum, ante faciem templi* G P. Hîc templum vndique viginti cubitis constantem ostendit.

5 *Et mensus est parietem domus, sex cubitorum, &c.* Q 6. Infimum cubiculum quatuor cubitos tantum habebat Q R: medium quinque S T: supremum sex A B. Tres ordines cubiculorum, siue tria tabulata extabant R S A. Quando dicit de eminentiis ingredientibus per parietem domus, schema satis illud planum facit. Quàtum ad cochleam, illam ideo non expressit pictor, ne reliquæ picturæ officeret. Hususmodi hodie in plurimis monasteriis extant.

6 *Et vidi in domo altitudinem, &c.* Denotat fundamenta cubiculum sex habuisse cubitos. Verum suprà diximus quatuor tantùm obtinuisse. Idcirco tenendum Prophetam altitudini cubiculorum superstare, quod etiam annuit. At supremo cubiculo sex cubiti depurantur, vt commeminimus. Si igitur à summo cubiculorum in imum despicias, æquè lata suprà ac infrà tibi videbuntur, quoniam contractio cubiculorum inferiorum non apparet. Exempli gratia, Si funiculus infrà demisseris, extremum eius ad imum cubiculi inferioris non feretur V. sed ad perpendiculum respondebit Z. Eâque de causa dicit fundamentum cubiculorum sex habere cubitos, respectu illorum supremorum.

9 *Et latitudinem per parietem, &c.* Declarat murum à supremo cubiculo (quod forinsecus nominat B X) quinque cubitos obtinuisse X Y. Nam infrà sex cubitos complectebatur Q 6, vt diximus. At quum ita sit murum suprà cubito vno tantum retrocedere & in crassitudine imminui, cubiculúmque supremum sex habere cubitos A B, infimúmque quatuor tantummodo Q R, vt patuit, facilè deprehenditur cubicula tantùm à fronte prominere quantum à tergo. Nam si solùm latere muri cubicula latius patuissent, & non à tergo, cubiculo supremo quinque cubiti tantum fuissent, quoniam murus cubito vno tantùm gracilior fit à Q vsque ad B: vt trabium termini super extantiam illam muri locarentur. Quod dicit decimo versu de cubitis inter cubicula, de latitudine templi viginti cubitorum E F intelligendum. Nam cubicula templum ambiunt. Tamen triginta duo cubiti inuenientur, si murum capiamus: quia hinc illincque latus erat sex cubitos. Sed Propheta interiorem partem templi viginti cubitorum tantum explicat E F.

11 *Et ostium Lateris, &c.* Ostia cubiculorum patuisse ab Aquilone & Meridie dicit. Cubicula quæ ad Aquilonem locabantur V, sua ostia illinc habebant: & quæ ad Meridiem R, sua etiam ostia ad Meridiem: quæ ne artis imperitiæ damnaremur, nobis illicita fuerunt exprimere. Addit quoque spacium liberum latitudinis quinque cubitorum ante ostia collocatum fuisse V Z, quod templum cingebat. itémque murus integer à tergo qui id consepiebat 2. Quantum ad illos septuaginta cubitos, quibus templum ab Occidente constabat, commodè non potuimus inuestigare. tamen pro viribus explanare conabimur. Centum cubiti ab a vsque ad b, vt infrà patebit. Verum tantum sexaginta commodè inuenio. nimirum viginti patefactionis templi c d: postea quinque à d vsque ad e, crassitudinis muri, & totidem ab altera parte e f: decem sunt. item quinque ab e vsque ad g, latitudini medii cubiculi deputati, ac quinque à g vsque ad h latitudini spacii vacui ante cubicula: & quinque ab h vsque ad i, crassitudini muri spacium vacuum consepientis: quindecim sunt, & quindecim à parte altera ab f ad m, triginta sunt. qui adiecti illis alteris triginta, summam sexaginta illorum cubitorum referent ab i vsque ad m. Amplius non reperiuntur. Nisi ita dicamus, Ab A vsque ad g, vel à B vsque ad l, septuaginta sunt cubiti. nam ab l ad f, quinque cubiti, vt diximus: & totidem ab f ad c. item à c ad d, triginta: & quinque à d ad e, triginta quinque: & quinque ab e ad g, quadraginta: & quinque à g ad h, quadraginta quinque: & quinque ab h ad i, quinquaginta: & quindecim ab i ad k, quod est separati latitudo, sexaginta quinque: postea quituplex crassitudo muri K b, septuaginta. quos alio modo inuestigare non potuimus. *Et longitudo eius nonaginta cubitorum.* Templum sexaginta cubitos inter duos muros complectitur. hoc est, latitudo eius intrinsecus, nempe à g vsque ad l, quadraginta cubiti: item viginti à G vsque ad O. posteà quinque, qui crassitudini muri à fronte 8, 12, & totidem à tergo Orientem versus depurantur. septuaginta sunt: & quatuor, quos postica templi cubicula obtinent, ac quinque latitudinis spacii vacui, nouem sunt: & vndecim latitudinis vestibuli 7, 2, viginti sunt. En nonaginta illi cubiti longitudinis templi. Adiicite bis quinque crassitudinis muri a o, & K b, centum erunt cubiti, quibus atrium templi sicut cætera constabat. Quod posteà addit R, versu decimotertio, de atrio templi centum cubitos vndique implente intelligendum: centum cubiti à p vsque ad r: centum à b vsque ad t, & ab a vsque ad b. totidémque ab f vsque ad t: & centum ab a vsque ad s. Decimosexto versu declarat cubiculo templo adhærentia à summo ad imum vsque asseribus tabulata fuisse, ita vt murus non appareret. Quod autem supereſt, satis liquet. ostendit enim pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rieres, ostiáque templi, cherubinis & palmis ornatas fuisse. Vigesimo secundo versu altaris dimensiones exprimit u, altitudinis trium cubitorum y, x, longitudinisque duorum y, z. Nunc verò maximum schema consulite.

Capite quadragesimo secundo.

Et eduxit me in atrium exterius, &c. Posteaquam Propheta dimensiones templi expressit, ad atrium exterius Aquilonem versus conducitur T. *Et introduxit in gazophilacium, &c.* De ordine illo cubiculorum s agit: qui, vt patuit, reliquæ picturæ causa non apparet. *Quod erat contra separatum.* Notatum litera t. declarat igitur hæc cubicula s, separatum spectare t. Nam altera u, non ita proxima separati vt hæc erant s.

2 *In facie longitudinis, centum cubitos ostii Aquilonis.* Hoc est, centum cubiti ab x vsque ad y. *Et Latitudinis, quinquaginta cubitos, &c.* A b vsque ad X. *Contra viginti cubitos atrii interioris.* Singuli ordines cubiculorum, longitudinem viginti cubitorum capiebant (vt dicemus.) Sic cubiculorum auersa pars viginti cubitos alii interioris i spectat. Hæc cubicula in atrio exteriori T locata erant. eáque ratione pauimento hærebant. Ante cubicula deambulatio, vbique designata hoc numero 12, lata decem cubitos: quod infrà quarto versu ostendemus. Circum has deambulationes breuis erat via latitudinis cubiti, vt ex schemate patet. Quando ostia Aquilonem versus collocat, hoc vt habitum cubiculorum demonstret facit. nam quemadmodum videtis ostia cubiculorum atriorum Orientalium Orientem spectare, consimiliter ostia cubiculorū atriorum Aquilonarium Aquilonem spectant, illáque Meridionalium, Meridiem. Caterum hæc cubicula ad formam illorum templ on accedebant, quod superna angustiora extarent infernis, versu quinto. sicque (vt architecti solent fastigia ædificiorum in angustum contrahere, ne structura pondere diffluat) in contractionem desinebant. at è contrario inferna templi angustiora superius extabant. Versu decimoseptimo quadragesimi capitis, vbi obiter istorum cubiculorum mentio habetur, triginta extasse dicit: hic verò tristega esse ait. quamobrem singulo ordini quinque deputauimus, vt videre est, nimirum ter quinque vnicuique lateri.

7 *Et peristolos, &c.* Quemadmodum sex cubicula V quæ extant in porticu atrii exterioris Aquilonis T, consepta sunt muro longitudinis quinquaginta cubitorum V X, consimiliter hi duo ordines cubiculorum u s, totidem cubitos capiebant. quod clarius schemate solius atrii exprimitur. Itaque hoc atrium, vnum illorum Aquilonis esse singamus, duósque hos ordines cubiculorum s, eos atrii exterioris Aquilonis T, notatos his literis u s, in maximo schemate. Diximus singulum ordinem cubiculorum longitudinem viginti cubitorum obtinere: hoc est, ab Y vsque ad 1, quod est vnus ordo cubiculorum: & à 1, vsque ad 3, viginti, quod est alter ordo cubiculorum, quadraginta sunt cubiti: & decem ab 1 ad 2, quod est portæ patefactio, quinquaginta sunt, qui eo modo ab Y, ad 3, inuestigantur: vt etiam in porticu atrii exterioris T, latere Aquilonis V X, in quo sex cubicula X, de quo suprà exquisite egimus. Diximus quoque deambulacra ante cubicula decem cubitos obtinuisse, hoc est ab Y ad 2. Quod enim videtis in hoc schemate solius atrii notatum numero 4, deambulacris maximi schematis 12 deputatur. Ad quod redeamus.

8 *Et longitudo ante faciem templi, centum cubitorum.* Id est, à latere templi centum cubiti 1, 2.

9 *Et erat subter gazophilacia, &c.* Hic lateribus cubiculorum ostiola constituit, quæ vbique hac litera z designauimus. quibus ostiolis patebat aditus ab atrio Orientali ad reliqua Meridiana & Aquilonaria. Decimo & vndecimo versu declarat cubicula P, atrii Orientis M, consimilia esse illis Aquilonis, quorum hactenus subinde commeminit. atque versu duodecimo Meridiana h, alteris adæquari, cum suis ostiolis, quibus aditus ab Oriente, sicut aliis omnibus huius ordinis, patuit.

13 *Et dixit ad me, &c.* Loquitur de cubiculis templum ambientibus 3. Dicit *gazophilacia Aquilonis, & gazophilacia Austri:* quoniam vna Aquilonem spectant, altera verò Meridiem. Addit quoque illa ante ædificium constituí. quod de duobus locis vtrisque 4 ante cubicula intelligendum. Ea sancta nominat, quòd templo adhærerent. Posteà dicit sacerdotes atrium externus cum suis vestimentis sanctis non ingressuros: quod latius versu 17, 18, 19, quadragesimi capitis declarat, vbi eos ab atrio interiori N cum sacrosancto illo vestitu non egressuros inquit. sed alienis vestimentis, id est vulgaribus amicturos, ingressuri atrium exterius M ad populum: sicque quibus induti erant in cubiculis templum cingentibus reposituros. Quod sequitur, initio quadragesimi capitis tractauimus: nimirum murum totum ædificium consepientem, quingentos cubitos vndique continere.

Capite quadragesimo tertio.

Et duxit me ad portam, &c. Propheta ad portam Orientalem ducitur D, vbi videt Dominum illac templum intrantem. inde ad atrium interius reuocatur, in quo onus suscipit annuntiandi omnes dimensiones altaris holocausti, quæ sunt eiusmodi.

13 *In sua cubito erat cubitus.* A. Basis vnius cubiti altitudinis I B. totidémque latitudinis B A. Huic basi labium vnum palmi vnius supra constituebatur, vt depictum videtis.

14 *Et de sinu terræ.* Duo sunt cubiti ab A vsque ad C. Quando de crepidine nouissima, id est inferiore, mentionem facit, hoc quod sit inferior maiore dicitur. *Et latitudo cubiti vnius:* C D. *Et à crepidine minore, &c.* Hoc est, à D, ad F, quatuor cubiti. Cùm decimo

decimo quinto versu repetit, Altare, siue Ariel, quatuor cubitos capere, id à D vsque ad F tantùm complectitur. quod maiorem crepidinem suprà nominauit. Supra crepidinem illam maiorem quatuor extabant cornua in quatuor angulis F. Quando dicit illud duodecim cubitos longum & latum esse: hoc est, duodecim cubiti per quadraturas: duodecim ab E ad F, duodecim ab F ad H, totidémque ab H ad G, & duodecim à G ad E. Quod decimo septimo versu dicit, quatuordecim cubitorum, de priore crepidine accipiendum est. nam quum ita sit illam secunda cubito vno prolatiorem extare, necessario etiam eam longam quatuordecim cubitos oportet C L: & ita de latitudine asserendum L K.

SCHEMA ALTARIS.



Notandum huic altari septem cubiti deputari: nimirum cubitus vnus basi I B & duo priori cupidini, ab A ad C: posteà quatuor maiori crepidini à D ad E. Sed hæc hactenus.

Capite quadragesimo sexto.

Hæc dicit Dominus Deus, &c. Ad maximum schema redeamus. Porta est illa atrii interioris Q, ad quam octo gradibus ascendebatur: quod manifestò schemate comperitur. Nono versu declarat, quòd ingressurus porta Aquilonis R, porta Meridiei d egrediebatur: ingressurúsque porta Meridiei d porta Aquilonis R egrediebatur atque in transcursu in atrio exteriori Orientis M, adorabant. Quæ cùm ita se habeant, multum ad ea quæ suprà allegauimus referunt: eos, scilicet, multis modis allucinatos fuisse, qui suum atrium è regione atrii templi collocarunt. Nam eo modo constituturum, is qui ingressus fuisset Aquilone, non potuisset exire Meridie: nec contrà qui ingressus fuisset Meridie, exire Aquilone. quoniam templum fuisset impedimento. Qua de causa primùm atria in prima fronte muri ad Orientem locauimus: deinde vt atrium interius ab Orieute N, proximus templo cæteris esset. sicut ex contextu Propheticí sermonis videtur. Nam addit, porta atrii interioris Orientem spectans Q, sabbathis & Neomenijs tantùm apertam fore.

9 *Et introduxit me, &c.* Accedit ad cubicula templo annexa ab Aquilone: posteà ducitur ad illum maximum atrium Orientem versus 5, quod atrium interius vocat: quod sit à tergo templi, ibi constitutus, circunducitur per quatuor angulos illius maximi atrii: in cuius singulis angulis paruulum atrium longitudinis quadrag nta cubitorum, 7, 8. latitudinisque triginta, 8, 9, & 7, 9. In longitudine consepti domus coquorum 10, locabantur. Hæc paruula quatuor atria veluti erant coquinæ in quibus elixabatur, lauabantúrque sacrificia.

Capite quadragesimo septimo.

Propheta ad ianuam templi, cuius fores gloria Dei semel introgressa, semper clausæ erũt, ab atrio exteriori per atrium interius deducitur. atque de subtus limine templi exilientes

quæ in modum rivuli sibi demonstrantur ire, profluere ea ad Meridiem versus, & eursum ad Orientem reflectentes, vbi valde augescere incipiebant: sicut ex verbis contextus colligitur. Videri potest allusum ad hunc locum Esa. 8, Propterea quòd renuit populus ille aquas Siloe, fluentes silenter. Igitur illis aquas has altas & profundas fore ostendit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymi in Danielem Præfatio.

Danielem prophetam iuxta Septuaginta interpretes Domini Saluatoris ecclesiæ non legunt, vtentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta interpretes easdem linguæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eorũ ab alio nescio quo non satis Chaldæam linguam sciente, editus est liber: siue aliud quid causæ extiterit ignoranti: hoc vnum affirmare possum, quòd multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Scitendum quippe est Danielem maximè & Esdram Hebraicis quidem literis, sed Chaldæo sermone conscriptos: & vnam Ieremiæ pericopen: Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullii lectionem ac flores rhetoricos, cùm me in linguæ huius pistrinum recl ere em: & multo sudore, multóque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiáque verba retonare, & quasi per cryptam ambulans, rarum désuper lumen aspicerem, impegi nouissimè in Danielem: & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit: qui mihi videbar sciolus, inter Hebræos cœpi rursus discipulus esse Chaldaicus Et, vt verum fatear, vsque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quàm sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem; qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis, draconisque fabulas: quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru antepositò, eásque iugulante subiecimus: ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audiui ego quendam de præceptoribus Iudæorum, cum Susannæ derideret historiam, & à Græco nescio quo eam diceret esse confictam: illud opponere quod Origeni quoque Africanus opposuit, etymologias has apo tou schinou schisai, cai apo tou prinou prisai, de Græco sermone descendere. Cuius rei non intelligentiam nostris hanc possumus dare: vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixisse eum, illico pereas: & à lentisco, in lentem te comminuat angelus: vel non lente pereas: aut lentus, id est flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Déinde tantum fuisse otii tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendii metro luderent: & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent, aut quod miraculum, diuinæque aspirationis iudicium, vel draconem interfectum ossa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas. quæ magis prudentia solertis viri, quàm prophetali essent spiritu perpetrata? Cùm verò ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum lectitaret, quærebat exemplum vbi legissemus in toto veteri Testamento quenquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse. Cui cùm quidam è nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatum: derisit hominem, & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Dénique & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse, Siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, nõ haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas: sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis Scriptura diuiditur: in legem, in prophetas, & in hagiographa: id est in quinque, & octo, & in vndecim libros: de quo non est huius temporis disserere. Quæ autem ex hoc propheta, imò contra hunc librum Porphyrius obiiciat: testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinarius: qui mulris versuum millibus eius vesaniæ respondentes, nescio, an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos, ô Paula & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces: vt quandiu in hoc corpusculo fuero, scribam aliquid gratum vobis, vtile ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudicia oblatrantium non satis moueor: qui in vtranque partem, aut amore labuntur, aut odio.

DANIELIS

DANIELIS PROPHETIA.

CAP. I.

Captiuitatem Ioacim regis Iudæ refert propheta. De filiis captiuis iubet rex eligi, qui doceãtur literas & linguam Chaldæorum. Annona regia eis constituitur. Daniel abstinet à cibis regiæ Babyloniorum. Horum puerorum scientia & disciplina.

1 ANNO tertio regni Ioacim regis Iudæ, venit Nabuchodonozor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam.

2 Et tradidit Dominus in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in terram Sennaar, in domum Dei sui, & vasa intulit in domum thesauri Dei sui.

3 Et ait Asphenes præposito eunuchorum, vt introduceret de filiis Israel, & de semine regio, & tyrannorum.

4 Pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorum.

5 Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis.

6 Fuerunt ergo inter eos de filiis Iudæ, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias.

7 Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomina: Danieli, Baltassar: Ananiæ, Sidrach: Misaeli, Misach: & Azariæ, Abdenago.

8 Proposuit autem Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius: & rogauit eunuchorum præpositum ne contaminaretur.

9 Dedit autem Deus Danieli gratiã & misericordiam in conspectu principis eunuchorum.

10 Et ait princeps eunuchorum ad Danielem, Timeo ego dominum meum regem qui constituit vobis cibum & potum: qui si viderit vultus vestros macilentiores præ cæteris adolescentibus coætaneis vestris, condemnabitis caput meum regi.

11 Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam, Misaelem & Azariam.

12 Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum:

13 Et contemplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cum seruis tuis.

14 Qui audito sermone huiusce modi, tentauit eos diebus decem.

15 Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebatur cibo regio.

16 Porrò Malasar tollebat cibaria, & vinum potus eorum: dabátque eis legumina.

17 Pueris autẽ his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum.

18 Completis itaque diebus post quos dixerat rex vt introducerentur: introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonozor.

19 Cùmque eis loquutus fuisset rex, nõ sunt inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misael & Azarias: & steterũt in conspectu regis.

20 Et omne verbum sapientiæ & intellectus quod scisciatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos qui erant in vniuerso regno eius.

21 *Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis. *Isa. 6. 3. 28

CAP. II.

Somnium Nabuchodonozor. Accersitis magis quærit ab eis & somnium, & eius interpretationem. Respondent se non posse indicare. Iubet rex omnes sapientes Babylonis interfici. Petit Daniel tempus sibi dari ad quæstionem dissoluendam. Danieli reuelat mysterium Dominus. Gratiarum actio. Confiteri & laudare. Introducitur Daniel ad regem. Regi somnium indicat Daniel, & eius interpretationem. De regno Christi æterno. Lapis Christus. Daniel à rege exaltatur.

1 IN anno secundo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo.

2 Præcepit autem rex vt conuocarentur ergo arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi: vt indicarẽt regi somnia sua: qui cum venissent steterunt coram rege.

3 Et dixit ad eos rex, Vidi somnium: & mẽte confusus ignoro quid viderim.

4 Responderuntque Chaldæi regi Syriacè, Rex in sempiternum viue: dic somniũ seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus.

5 Et respondens rex ait Chaldeis, Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius, peribitis vos, & domus vestræ publicabuntur.

6 Si autem somnium & coniecturã eius narraueritis: præmia & dona, & honorem multum accipietis à me. Somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi.

7 Responderunt secundo, atque dixerunt, Rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabimus.

8 Respõdit rex, & ait, Certè noui quòd tempus redimitis, scientes quod recesserit à me sermo. Respondit dicẽs esse iunctione, que

9 Si ergo somnium nõ indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quòd interpretationem quoque fallacé & deceptione plenã cõposueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quòd interpretationem quoque eius veram loquamini.

20 Respondentes ergo Chaldæi corã rege, dixerũt, Non est homo super terram, qui sermonem tuum, rex, possit implere: sed neq; regum quisquam magnus & potens verbũ huiusce modi scisciatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo.

21 Serm enim quem tu quæris, rex, grauis est: nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis, exceptis diis, quorũ non est cum hominibus conuersatio.

22 Quo audito, rex in furore & in ira magna præcepit vt perirent omnes sapientes Babylonis.

C 23 Et egressa sententia, sapientes interficiebantur: quærebatúrque Daniel & socii eius vt perirent.

24 Tunc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis.

25 Et interrogauit eum qui à rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa.

26 Cùm ergo rem indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regẽ vt tẽpus daret sibi ad solutionem indicandam regi.

27 Et ingressus est domum suã: Ananiæque & Misaeli, & Azariæ sociis suis, indicauit negotium.

28 Vt quærerent misericordiam à facie Dei cæli super sacramento isto, & non perirẽt Daniel & socii eius, cum cæteris sapientibus Babylonis.

29 Tunc Danieli mysterium per visionem nocte revelatum est: & benedixit Daniel Deum cæli, & locutus ait,

20 *Sit Nomen Domini benedictum à seculo & vsque in seculũ: quia sapientia & fortitudo eius sunt. *Psal. 112. 4. 2.

21 Et ipse mutat tẽpora & ætates: transfert regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam.

22 Ipse revelat profunda & abscondita: & nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est.

meorũ 23 Tibi Deus patrum "nostrorum confiteor, téque laudo: quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi quæ rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis.

24 Post hæc Daniel ingressus ad Arioch quẽ constituerat rex vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est, Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo.

25 Tunc Arioch festinans introduxit Danielẽ ad regem & dixit ei, Inueni hominem de filiis transmigrationis Iudæ, qui solutionẽ regi annuntiet.

26 Respondit rex: & dixit Danieli, cuius nomen erat Baltassar, Putásne verè potes mihi indicare somniũ quod vidi, & interpretationem eius?

27 Et respondens Daniel corã rege, ait, Mysteriũ quod rex interrogat, sapientes, magi, & arioli, & aruspices nequeunt indicare regi:

28 Sed est Deus in cælo revelans mysteria. E qui" indicabit tibi rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in nouissimis tẽporibus. Tui. Somnium tuum, & visiones capitis tui in cubili tuo, huiusce modi sunt, 'indicet

29 Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc: & qui revelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt.

30 Mihi quoque non in sapientia quæ est in me plus quã in cũctis viuentibus, sacramẽtum hoc revelatum est: sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires.

31 Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis.

32 Huius statuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem & brachia, de argento: porro venter & femora, ex ære.

33 Tibiæ autẽ, ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.

34 Videbas ita, donec abscissus est lapis de mõte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos.

35 Tunc contrita sunt pariter ferrũ, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in tenuillam æstiuæ aræ, quæ rapta sunt venti: nulliúsque locus inuentus est eis: lapis autem qui percusserat statuã, factus est mõs magnus, & implenit vniuersam terrã. Hoc est somnium.

36 Interpretationem quoque eius dicemus coram te, rex.

37 Tu rex regum es: & Deus cæli regnum & F fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi.

38 Et omnia in quibus habitãt filii hominũ & bestiæ agri, volucres quoque cæli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa cõstituit. Tu es ergo caput aureum.

39 Et post te cõsurget regnum aliud minus te, argenteum: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ.

40 Et regnum quartum erit velut "ferreum. quomodo ferrum comminuit & domat omnia: sic cõminuet & conteret omnia hæc. "ferrum

41 Porro quia vidisti pedũ & digitorũ partem "testeam figuli, & partem ferream: regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundũ quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto. "testa

42 Et digitos pedum ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnũ erit solidũ, & ex parte contritum.

43 Quod autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ.

44 In diebus autem regnorũ illorũ suscitabit Deus cæli regnum quod in æternũ nõ dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autẽ, & cõsumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum. G

45 Secundum quod vidisti, quòd de monte abscissus est lapis sine manibus, & commi-

nuit

nuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea: & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius.

45 Tunc rex Nabuchodonozor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit: & hostias, & incensum præcepit vt sacrificarent ei.

47 Loquẽs ergo rex, ait Danieli, Verè Deus vester, Deus deorum est, & Dominus regũ. "& 'revelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum.

48 Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & constituit eum principẽ super omnes prouincias Babylonis, & præfectum' & magistrum super cunctos sapientes Babylonis. magi-stratum

49 Daniel autẽ postulauit à rege: & constituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: ipse autẽ Daniel erat in foribus regis.

CAP. III.

Erigitur à rege aurea statua, quam adorari præcipit. Accusantur Sidrach, Misach, & Abdenago, quòd decretum regium cõtempserint. Ii ad regem adducti statuam adorare nolunt. Rex furens. Mittuntur in fornacem.

1 NAbuchodonozor rex fecit statuã auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis.

2 Itaque Nabuchodonozor rex misit ad cõgregandos satrapas, magistratus & iudices, duces & tyrannos, & præfectos, omnésque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonozor rex.

3 Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus & iudices, duces & tyranni, & optimates qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationẽ statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. Stabant autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabuchodonosor rex, & præco clamabat valenter,

4 Vobis dicitur populis, tribubus & linguis,

5 In hora qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ & citharæ, sambucæ, & psalterii, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorare statuam auream, quam constituit Nabuchodonozor rex.

6 Si quis autem nõ prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.

7 Post hæc igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterii, symphoniæ, & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream' quam constituerat Nabuchodonosor rex.

8 Statímque in ipso temporas accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos:

9 Dixerúntque Nabuchodonosor regi, Rex in æternum viue:

10 Tu rex, posuisti decretum vt omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ: & citharæ, sambucæ & psalterii, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam auream:

11 Si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis.

12 Sunt ergo viri Iudæi: quos constituisti super opera regionis Babyloniæ, Sydrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti non adorant. B

13 Tũc Nabuchodonosor in furore & in ira præcepit vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectum regis.

14 Pronuntiánsque Nabuchodonosor rex, ait eis, Verène Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos non colitis, & statuã auream quam' constitui non adoratis?

15 Nunc ergo si estis parati, quacunque ho- "erexi ra audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ & psalterii & symphoniæ, omnísque generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuam quam feci, quòd si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus qui eripiet vos de manu mea?

16 Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor, Non oportet nos de hac re respondere tibi.

17 Ecce enim Deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare.

18 Quòd si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti non adoramus.

19 Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach & Abdenago, & præcepit vt succenderetur fornax septuplum quàm succendi consueuerat.

20 Et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacẽ ignis ardentis.

21 Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, calceamentis & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. C nam iussio regis vrgebat: fornax autẽ succensa erat nimis.

22 Porrò viros illos qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis.

23 Viri autem hi tres, id est Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

¶ *Quæ sequuntur, in Hebræis voluminibus non reperi.*

Azariæ oratio fidei, & humilitatis plena. Ab igne intacti Deum laudant.

24 Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.
25 Stans autem Azarias orauit sic, aperiénsque os suum in medio ignis ait,
26 Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile & glorioſum nomen tuum in ſecula.
27 Quia iuſtus es in omnibus quæ feciſti nobis, & vniuerſa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera.
28 Iudicia enim vera feciſti iuxta omnia, quæ induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatem ſanctam patrum noſtrorum Ieruſalem: quia in veritate & in iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra.
29 Peccauimus enim & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus.
30 Et præcepta tua non audiuimus, nec obſeruauimus, nec fecimus ſicut præceperas nobis vt bene nobis eſſet.
31 Omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa quæ feciſti nobis, in vero iudicio feciſti:
32 Et tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorum & peſſimorum, prævaricatorúmque, & regi iniuſto & peſſimo vltra omnem terram.
33 Et nunc non poſſumus aperire os: confuſio & opprobrium facti ſumus ſeruis tuis, & his qui 'colebant te.

'colunt

D 34 Ne, quæſumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne diſſipes teſtamentum tuum.
35 Neque auferas miſericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctum tuum:
36 Quibus locutus es, pollicens quòd multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris,
37 Quia Domine imminuti ſumus plus quàm omnes Gentes, ſumúſque humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra.
38 Et non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te,
39 Vt poſſimus inuenire miſericordiam tuã: ſed in anima contrita & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.
40 Sicut in holocauſto arietũ & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non eſt confuſio confidentibus in te.
41 Et nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.
42 Ne confundas nos: ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinem tuam, & ſecũdum multitudinem miſericordiæ tuæ.
43 Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine:
44 Et confundantur omnes qui oſtendunt ſeruis tuis mala, confundantur in omni potentia, & robur eorum conteratur:
45 Et ſciant quia tu es Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbem terrarum.
46 Et non ceſſabant qui miſerant eos miniſtri regis ſuccendere fornacem, naphtha & ſtupa & pice & malleolis,
47 Et effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem.
48 Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.
49 Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſociis eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace,
50 Et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit.
51 Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant: E & glorificabant & benedicebant Deum in fornace: dicentes,
52 Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis, & glorioſus & ſuperexaltatus in ſecula: & benedictum nomen gloriæ

gloriæ tuæ ſanctum & laudabile & ſuperexaltatum in omnibus ſeculis.
53 Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ & ſuperlaudabilis & ſuperglorioſus in ſecula.
54 Benedictus es in throno regni tui, & ſuperlaudabilis, & "ſuperexaltatus in ſecula.

'super-glorioſus

55 Benedictus es qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubim: & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula.
56 Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & glorioſus in ſecula.
57 Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
58 Benedicite angeli Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
59 Benedicite cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
60 Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula
61 Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
62 Benedicite ſol & luna Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
63 Benedicite ſtellæ cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
64 Benedicite omnis imber & ros Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
65 Benedicite omnis ſpiritus Dei Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
66 Benedicite ignis & æſtus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

'æſtus vel æſtuma

67 Benedicite frigus & "æſtas Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
68 Benedicite rores & pruina Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
69 Benedicite gelu & frigus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
70 Benedicite glacies & niues Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

F 71 Benedicite noctes & dies Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
72 Benedicite lux & tenebræ Domino laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
73 Benedicite fulgura & nubes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
74 Benedicat terra Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
75 Benedicite montes & colles Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
76 Benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
77 Benedicite fontes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
78 Benedicite maria & flumina Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
79 Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
80 Benedicite omnes volucres cæli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
81 Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
82 Benedicite filii hominum Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
83 Benedicat Iſrael Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
84 Benedicite ſacerdotes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
85 Benedicite ſerui Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
86 Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
87 Benedicite ſancti & humiles corde Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.
88 Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula: quia eruit nos de inferno, & ſaluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.
89 Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.
90 Benedicite omnes religioſi Domino Deo deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia ſecula miſericordia eius.

¶ *Hucuſque in Hebræo non habentur: & quæ poſtmodùm, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.*

Fide in Deum liberantur Sidrach, Miſach, & Abdenago ab igne. Nabuchodonoſor confitetur potentiam Dei, viſo miraculo.

91 Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit, & G ſurrexit propere, & ait optimatibus ſuis, Nónne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? Qui reſpondentes regi, dixerunt, Verè rex.
92 Reſpondit rex, & ait, ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.
93 Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtiũ fornacis ignis ardentis, & ait Sidrach Miſach & Abdenago ſerui Dei excelſi, egredimini, & venite. Statimque egreſſi ſunt Sidrach, Miſach, & Abdenago de medio ignis.
94 Et congregati ſatrapæ & magiſtratus, & iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non eſſet aduſtus, etiam 'ſaraballa eorum non fuiſſet immutata, & "veſtimẽta odor ignis non tranſiſſet per eos.
95 Et erumpens Nabuchodonoſor, ait, Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Miſach, & Abdenago, qui miſit angelum ſuũ, & eruit ſeruos ſuos, qui crediderunt in eum: & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora ſua ne ſeruirent, & ne adorarent omnem deum, excepto Deo ſuo.
96 A me ergo poſitum eſt hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcũque locuta fuerit blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur. Neque enim eſt alius deus, qui poſſit ita ſaluare.
97 Tunc rex promouit Sidrach, Miſach, & Abdenago in prouincia Babylonis.
98 NABVCHODONOSOR rex, &

mnibus populis, tribus & linguis, qui habitant in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur.

99 Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus.

100 Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius, quia regnum sempiternum, & potestas eius in generatione & generationem.

CAP. IIII.

Rursum somnium Nabuchodonosor. Somnii regis Daniel interpretatur, de amissione regni, & habitatione eius cum bestiis, & tandem eius in regnum restitutione. Nabuchodonosor è regno eiectus, & cum bestiis comedit. Nabuchodonosor confitetur potentiam solius Dei, & in regnum restituitur.

1 EGo Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo.

2 Somnium vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in stratu meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me.

3 Et per me propositum est decretum, vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnii indicarent mihi.

4 Tunc ingrediebantur arioli, Magi, Chaldæi, & aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum: & solutionem eius non indicauerunt mihi.

5 Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar, secundū nomen dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso: & somnium coram ipso locutus sum.

6 Baltassar princeps Ariolorū, quoniā ego scio quod spiritus sanctorum deorum habeas in te, & omne sacramentum nō est impossibile tibi: visiones somniorum meorū quas vidi, & solutionem eorum narra.

7 Visio capitis mei in cubili meo, Videbā, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia.

8 Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cælū: aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ.

9 Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorū in ea. Subter eam habitabant animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cæli: & ex ea vescebatur omnis caro.

10 Videbā in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil & sanctus de cælo descendit:

11 Clamauit fortiter, & sic ait, Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius, fugiant bestiæ quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius.

12 Veruntamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris sunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ,

13 Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei: & septem tempora mutentur super eum.

14 In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum, & petitio, donec cognoscant viuentes quoniam dominatur Excelsus in C regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum.

15 Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: ergo Baltassar interpretationem narra festinus: quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi, tu autem potes, quia spiritus deorum sancto-rum in te est.

16 Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait, Baltassar, somnium & interpretatio eius non conturbent te.

17 Respondit Baltassar, & dixit, Domine mi, somnium his qui te oderunt: & interpretatio eius hostibus tuis sit.

18 Arborem quam vidisti sublimē atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aspectus illius in omnem terram: & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiæ agri, & in ramis eius commorantes aues cæli.

19 Tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vsque ad cælum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ.

20 Quod autem vidit rex vigilem, & sanctū descendere de cælo, & dicere, Succidite arborem, & dissipate illam, attamen germen radicū eius in terra dimittite, & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cæli cō spergatur, & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutētur super eū,

21 Hæc est interpretatio sententiæ Altissimi quæ peruenit super dominum meum E regem,

22 Eicient te ab hominibus, & cum bestiis feriisque erit habitatio tua, & fœnum, vt bos comedes, & rore cæli infundēris: septē quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quòd dominetur Excelsus super regnum hominum, & cuicunque voluerit det illud.

23 Quod autem præcepit, vt relinqueretur germen radicum eius, id est arboris, regnū tuum tibi manebit postquàm cognoueris potestatem esse cælestem.

24 Quamobrem rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis.

25 Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem.

26 Post finem mensium duodecim, in aula Babylonis deambulabat. F

27 Respōdit que rex, & ait, Nōne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domū regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?

28 Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit, *Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnum tuū* transibit à te. transiit

29 Et ab hominibus eicient te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua: fœnū quasi bos comedes. & septem tempora mutabū tur super te: donec scias quòd dominetur Excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit det illud.

30 Eadem hora sermo cōpletus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & G vngues eius quasi vngues auium.

31 Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui: quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in genera- Inf. 7. d. 14 tione & generationem.

32 Et omnes habitatores terræ apud eū in nihilum reputati sunt, iuxta voluntatē enim suam facit, tam in virtutibus cæli, quàm in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manui eius, & dicat ei, Quare fecisti?

33 In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremque perueni: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum, & magnificentia mea amplior addita est mihi.

34 Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico & glorifico regem cæli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

CAP. V.

Balthasar rex Babylonis, abutens vasis templi, videt manum scribentem ad parietem. Accersiti à rege Magi, nequeunt scripturam edisserere. Vocatur Daniel, scripturam legit, & interpretatur, regem videlicet è regno deturbandum. Interfecto Balthasar succedit Darius Medus.

1 BAlthasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem.

2 Præcepit ergo iam temulentus vt afferrentur vasa aurea & argentea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem : vt biberent in eis rex & optimates eius, vxóréque eius, & concubinæ.

3 Tunc allata sunt vasa aurea quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius.

4 Bibebant vinum, & laudabant deos suos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneósque & lapideos.

5 In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ, & rex aspiciebat articulos manus scribentis.

6 Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabãt eum: & compages renum eius soluebãtur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent Magos, Chaldæos & Aruspices.

7 Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis, Quicunque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit.

8 Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt, nec scripturam legere, nec interpretationem eius indicare regi.

9 Vnde rex Balthasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est : sed & optimates eius turbabantur.

10 Regina autem pro re quæ acciderat regi & optimatibus eius, domum conuiuii ingressa est: & proloquens ait, Rex in æternũ viue : non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur.

11 Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se : & in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo: nã & rex Nabuchodonosor pater tuus principem Magorum, incantatorũ, Chaldæorũ, & Aruspicum constituit eum, pater inquam tuus ô rex.

12 Quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiáque, & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele : cui rex posuit nomẽ Baltassar. Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit.

13 Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait, Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quem adduxerat pater meus rex de Iudæa?

14 Audiui de te quoniam spiritum deorum habeas: & scientia, intelligentiáque ac sapientia ampliores inuentæ sunt in te.

15 Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes Magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi: & nequiuerunt sensum huius sermonis edicere.

16 Porrò ego audiui de te quòd posis obscura interpretari, & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestiẽris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris.

17 Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: Munera tua sint tibi, & dona domus tuę alteri da: scripturã autem legam tibi, rex, & interpretationem eius ostendam tibi.

18 O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo.

19 Et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant, & metuebant eum. quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat, & quos volebat, exaltabat: & quos volebat humiliabat.

20 Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est: & à filiis hominũ iectus est,

21 Sed & cor eius cum bestiis positum est & cum onagris erat habitatio eius : fœnum quoque vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est : donec cognosceret, quod potestatem haberet Altissimus in regno hominũ, & quẽcumque voluerit suscitabit super illud.

22 Tu quoque filius eius Balthasar, non humiliasti cor tuum, cùm scires hæc omnia.

23 Sed aduersum Dominatorem cæli eleuatus es, & vasa domus eius allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis, deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneósque, & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua & omnes vias tuas, non glorificasti.

24 Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc, quod exaratum est.

25 Hæc est autem scriptura quæ digesta est, MANE, THECEL, PHARES.

26 Et hæc est interpretatio sermonis MANE: numerauit Deus regnum tuum, & cõpleuit illud.

27 THECEL, appensus es in statera, & inuentus es minus habens.

28 PHARES, diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.

29 Tunc iubẽte rege indutus est Daniel purpura, & circundata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in regno suo.

30 Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus.

31 Et Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.

CAP. VI.

Daniel constituitur à rege princeps super satrapas. Editi exceptatio aduersus Danielem. Editi promulgatio, cuius tanquam violator Daniel accusatur apud regem. Inijcitur regis mittitur in lacum leonum. Eius liberatio, quæ fidei in Deum tribuitur. Accusatores Danielis expanmuntur leonibus dilaniandi. Darius decreti publicatione Deum Danielis prædicat.

1 PLacuit Dario, & constituit super regnũ satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo.

2 Et super eos, principes tres, ex quibus Daniel vnus erat, vt satrapæ illis redderẽt rationem, & rex non sustineret molestiam.

3 Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo.

4 Porrò rex cogitabat constituere eum super omne regnum: vnde principes & satrapæ quærebant occasionem, vt inuenirent Danieli ex latere regni nullamque causam, & suspicionem reperire potuerint, eo quòd fidelis esset, & omnis culpa & suspicio non inueniretur in eo.

5 Dixerunt ergo viri illi, Non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui.

6 Tunc principes & satrapæ surrepserunt regi, & locuti sunt ei, Darii rex, in æternum viue,

7 Consiliũ inierunt omnes principes regni tui, magistratus & satrapæ, senatores & iudices, vt decretum imperatorium exeat, & edictum, Vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque Deo & homine, vsque ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonum.

8 Nunc itaque rex confirma sententiam, & scribe decretum: vt non immutetur quod statutum est à Medis & Persis, nec præuaricari cuiquam liceat.

9 Porrò rex Darius proposuit edictum, & statuit.

10 Quod cùm Daniel cõperisset, id est, constituram legem ingressus est domum suam: & fenestris apertis in cœnaculo suo, contra Ierusalem tribus tẽporibus in die flectebat genua sua & adorabat, confitebatúrque cõram Deo suo sicut & ante facere cõsueuerat.

11 Viri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obsecrantem Deum suum.

12 Et accedentes locuti sunt regi super edicto, Rex, nunquid non constituisti vt omnis homo, qui rogaret quenquam de diis & hominibus vsque ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacũ leonum? Ad quos respõdens rex, ait, Verus est sermo iuxta decretũ Medorum atque Persarum, quod præuaricari non licet.

13 Tunc respondentes dixerunt coram rege, Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, non curauit de lege tua, & de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua.

14 Quod verbum cùm audisset rex, satis contristatus est: & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat, vt erueret illum.

15 Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei, Scito, rex, quia lex Medorũ atque Persarum est, vt omne decretum quod constituerit rex, non ficeat immutari.

16 Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli, Deus tuus quem colis semper ipse liberabit te.

17 Allatúsque est lapis vnus, & positus est super os laci, quẽ obsignauit rex anulo suo, & annulo optimatum suorum, nequid fieret contra Danielem.

18 Et abiit rex in domum suam, & dormiuit incœnatus, cibúsque non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo.

19 Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit:

20 Appropinquánsque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamauit, & affatus est eũ, Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus cui tu seruis semper, putásne valuit te liberare à leonibus?

21 Et Daniel regi respondens ait, Rex in æternum viue,

22 Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me: sed & coram te rex, delictum non feci.

23 Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductúsque est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo.

24 Iubente autem rege adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielem: & in lacũ leonum missi sunt, ipsi & filii, & vxores eorũ: & non peruenerunt vsque ad pauimentum lacui, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerent.

25 Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis habitantibus in vniuersa terra, PAX vobis multiplicetur.

26 A me constitutum est decretũ, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant, & paueant Deũ Danielis. Ipse est enim Deus viuens & æternus in secula: & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in æternum.

27 Ipse liberator atque saluator, faciens signa & mirabilia in cælo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum.

28 Porrò Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darii, regnúmque Cyri Persæ.

CAP. VII.

Viso quatuor bestiarum Danieli ostendituo. Viso interpretatur de quatuor mundi regnis. De potentia & incremento Antichristi. De regno Christi æterno.

1 ANno primo Balthasar regis Babylonis, Daniel somnium vidit: visio autem capitis eius in cubili suo: & somniũ scribens, breui sermone comprehendit, summatimque perstringens ait.

2 Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno.

3 Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se.

4 Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ: aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei.

5 Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei, Surge co

mede carnes plurimas.

6 Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis, quatuor super se. & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei.

7 Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat cæteris bestiis, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.

8 Considerabã cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorũ: & tria de cornibus primis, euulsa sunt à facie eius. Et ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu illo, & os loquens ingentia.

9 Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius candidum, quasi nix, & capilli capitis eius, quasi lana munda, thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius, ignis accensus.

10 Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius: millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei, iudicium sedit, & libri aperti sunt. *Apoc. 5. c. 11.*

11 Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni.

12 Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas: & tempora vitæ constituta essent eis vsque ad tempus & tempus.

13 Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum pervenit: & in conspectu eius obtulerunt eum.

14 Et dedit ei potestatem & honorem, & regnũ, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient: potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. *Luc. 1. c. 33. Apoc. 11. c. 15. infra 7. c. 27.*

15 Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbauerunt me.

16 Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me.

17 Hæ quatuor bestiæ magnæ: quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra.

18 Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnum vsque in seculum & in seculum seculorum.

19 Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes & vngues eius ferrei: comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat.

20 Et de cornibus decem, quæ habebat in capite: & de alio quod ortum fuerat ante quod cecidérat tria cornua: & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cæteris.

21 Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis:

22 Donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti.

23 Et sic ait, Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam.

24 Porro cornua decem ipsius regni, decem reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit.

25 Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret: & putabit quòd possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis.

26 Et iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & dispereat vsque in finẽ.

27 Regnum autẽ, & potestas, & magnitudo regni quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi, cuius regnũ, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei & obedient.

Hucusque finis verbi. Ego Daniel multũ cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me, verbum autem in corde meo conseruaui.

CAP. VIII.

Visio pugnæ inter arietem & hircum. Visionis intelligentia de conflictu regis Persarũ & regis Græcorum. De rege impudenti Antichristo.

1 ANno tertio regni Balthasar regis, visio apparuit mihi, ego Daniel, post id quod videram in principio.

2 Vidi in visione mea, cum essem in Susan castro quod est in Aelam ciuitate: vidi autem in visione esse me super portam Vlai. *regione*

3 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & vnũ excelsius altero atque successcens.

4 Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem: & omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius, fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est.

5 Et ego intelligebam: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram: porro hircus habebt cornu insigne inter oculos suos.

6 Et venit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.

7 Cúmque appropinquasset prope arietem: efferatus est in eum, & percussit arietem: & comminuit duo cornua eius. & non poterat aries resistere ei: cúmque eum misisset in teram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius,

8 Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cúmque creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cæli.

9 De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem.

10 Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli: & deiecit de fortitudine & de stellis, & conculcauit eas.

11 Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locũ sanctificationis eius.

12 Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata: & prosterneretur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur.

13 Et audiui vnum de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti, Vsquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis quæ facta est: & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur?

14 Et dixit ei, Vsque ad vesperam & mane, dies duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium.

15 Factum est autem cùm viderem ego Daniel visionem: & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo, quasi species viri.

16 Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait, Gabriel fac intelligere istam visionem. *Infra 9. c. 21. istum masc. gen.*

17 Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabam: cúmque venisset, pauens corrui in faciem meam, & ait ad me, Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio.

18 Cúmque loqueretur ad me collapsus sum pronus in terram: & tetigit me, & statuit me in gradu meo, dixitque mihi.

19 Ego ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suum.

20 Aries quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum.

21 Porro hircus caprarum: rex Græcorum est. Et cornu grande quod erat inter oculos eius ipse est rex primus.

22 Quòd autem fracto illo surrexerũt quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius consurgent, sed non in fortitudine eius.
23 Et post regnum eorum cùm creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelliges propositiones:
24 Et roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: & supra quàm credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet.
G 25 Et interficiet robustos, & populum sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius: & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principẽ principum consurget, & sine manu cõteretur.
26 Et visio vespere & manè, quæ dicta est, vera est: tu verò visionem signa, quia post multos dies erit.
27 Et ego Daniel langui, & ægrotaui per dies: cùmque surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur.

CAP. IX.

Daniel postulat impleri à Deo quod promisit de reditu populi ab exilio Babylonico. Vera confessio. Exauditur Danielis oratio. Gabriel. Visionem septuaginta hebdomadum edisserit ei angelus. Vnctio Christi. Reædificatio Ierusalem sub Nehemia. Christi mors. Abiectio impiorum Iudæorum.

1 IN anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum:
2 Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus est sermo Domini ad Ieremiã prophetam, * vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni.
Ier.25.c. 11,29.c.10
3 Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiuniis, sacco & cinere.
4 Et orani Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi, *Obsecro Domine Deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodiẽtibus mandata tua.
2. Esd.1. d.5.
Baruch 1. d.17.
5 *Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus, & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis.
E 6 Non obediuimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omnique populo terræ.
7 Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda: & habitatoribus Ierusalem & omni Israel, his qui prope sunt, & his qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te.
8 Domine, nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccauerunt:
9 Tibi autem Domino Deo nostro miseri cordia & propitiatio, quia recessimus à te.
10 Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri vt ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos prophetas.
11 Et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuã, & stillauit super nos maledictio & detestatio * quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei.
Deut.27. c.14.
12 Et statuit sermones suos quos locutus est super nos & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt superinduceret in nos magnum malum quale nunquàm fuit sub omni cælo, secundum quod factum est in Ierusalem.
13 Sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam.
14 Et vigilauit Dominus super malitiam, & D adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quę fecit: non enim audiuimus vocem eius.
15 *Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de Terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus.
Baruch 2. c.11. & 3. c.34.
16 Domine in omnem iustitiam tuam auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.
17 Nũc ergo exaudi Deus noster orationem E serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est propter temetipsum.
18 Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum. neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.
19 Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac, ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem & super populũ tuum.
20 Cùmque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi "& mei Israel, "vt prosternerẽ preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei,
21 Adhuc me loquente in oratione mea, E *ecce vir Gabriel quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini.
Supra 8. d. 16.
22 Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque Daniel, Nunc egressus sum vt docerem te, & intelligeres.
23 Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu autẽ animaduerte sermonem, & intellige visionem.
Vers.
24 Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleat

prophetes
& impleatur visio & *prophetia: & vngatur Sanctus sanctorum.
G 25 Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christũ ducem, hebdomades septẽ & hebdomades sexaginta duę erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.
26 Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & nõ erit eius populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio.
27 Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ: * & erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.
Mat.24. c.15.

CAP. X.

Apparet Danieli vir lineis vestibus indutus. Quare ad eum missus sit declarat.

1 ANno tertio regni Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli cognomento Balthasar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitque sermonem, intelligentia enim est opus in visione.
2 In diebus illis ego Daniel lugebã trium hebdomadarum diebus,
3 Panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neque vnguento vnctus sum: donec complerentur trium hebdomadarum dies.
4 Die autem vicesima & quarta mensis primi eram iuxta fluuium magnũ qui est Tigris:

5 Et leuani oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo:
6 Et corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius vt vox multitudinis.
F 7 Vidi autem ego Daniel solus visionẽ: porrò viri qui erant mecum non viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum.
8 Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcuit, nec habui quicquã virium.
9 Et audiui vocem sermonũ eius: & audiens iacebam cõsternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ.
10 Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum earum.
11 Et dixit ad me, Daniel vir desideriorum intellige verba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo. nunc enim sum missus ad te. Cùmque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens.
12 Et ait ad me, Noli metuere Daniel: quia E ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos.
13 Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum.
14 Veni autem vt docerem te quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc visio in dies.
15 Cùmque loqueretur mihi huiuscemodi verbis, dejeci vultum meum ad terram, & tacui.
16 Et ecce quasi similitudo filii hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me, Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium.
17 Et quomodo poterit seruus domini mei D loqui cũ domino meo? nihil enim in me remansit virium, sed & halitus meus intercluditur.
18 Rursum ergo tetigit me, quasi visio homi-

dit, & confortauit me, & dixit,

19 Noli timere vir desideriorum, pax tibi: cõfortare, & esto robustus. Cúmque loqueretur mecum, conualui, & dixi, Loquere domine mi, quia confortasti me.

20 Et ait, Nunquid scis quare venerim ad te? & nunc reuertar, vt prælier aduersum principem Persarum, cùm 'enim egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens.

21 Veruntamẽ annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis: & nemo 'est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

CAP. XI.

Varia circa reges Persarũ. De regno Græcię. De regno Ægypti, & fœdere eius, & bello cum regno Syriæ. De Iudæis ad regem Ægypti confugientibus, quos rex Syriæ Antiochus persequitur, nobis Antichristum præfigurans. Antiochi elatio.

1 EGo autem ab anno primo Darii Medi stabã vt confortarẽtur & roborarẽtur.

2 Et nunc veritatem annũciabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabũt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimiis super omnes: & cum inualuerit diuitiis suis, concitabit omnes aduersum regnum Græciæ.

3 Surget verò rex fortis, & dominabitur potestate multa: & faciet quod placuerit ei.

4 Et cùm steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: sed non in posteros eius, neque secundum potentiam illius qua dominatus est. Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his.

5 Et confortabitur rex Austri, & de principibus eius: prævalebit super eum, & dominabitur ditione. Multa enim dominatio eius.

6 Et post finem annorum fœderabuntur: filiáque regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinẽ brachii, nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam, adolescentes eius, & qui confortabat eam in temporibus.

7 Et stabit de germine radicum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit.

8 Insuper & deos eorum, & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti & auri, captiua ducet in Ægyptum ipse prævalebit aduersus regem Aquilonis:

9 Et introibit in regnũ rex Austri, & reuertetur ad terram suam.

10 Filii autem eius prouocabuntur: & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properans & inundans: & reuertetur & concitabitur, & congredietur cum robore eius.

11 Et prouocatus rex Austri egredietur, & pugnabit aduersus regẽ Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manus eius.

12 Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deiiciet multa milia: sed non

13 Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinẽ multo maiorẽ quam prius: & in fine temporum annorúmque veniet properans cum exercitu magno & opibus nimiis.

14 'In temporibus illis multi consurgent aduersus regem Austri:

15 Filii quoque prævaricatorum populi tui extollentur vt impleant visionem, & corruent.

16 Et veniet rex Aquilonis, & cõportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas: & brachia Austri non sustinebunt, & cõsurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo.

17 Et faciet veniens super eum iuxta placitum suum, & non erit qui stet contra faciem eius: & stabit in terra inclyta, & consumetur in manu eius.

18 Et ponet faciem suam vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius: & recta faciet cum eo: & filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illud: & non stabit, nec illius erit.

19 Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrii sui, & opprobrium eius conuertetur in eum

20 Et conuertet faciem suã ad imperiũ terræ suæ, & impinget, & corruet, & non inuenietur. Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conterentur, non in furore nec in prælio.

21 Et stabit in loco eius despectus, & nõ tribuetur ei honor regius: & veniet clàm, & obtinebit regnum in fraudulentia.

22 Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur: insuper & dux fœderis.

23 Et post amicitias, cum eo faciet dolum: & ascendet, & superabit in modico populo.

24 Et abundantes & vberes vrbes ingredietur: & faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius, rapinas & prædã & diuitias eorum dissipabit, & contra firmissima cogitationes ineibit: & hoc vsque ad tempus.

25 Et cõcitabitur fortitudo eius & cor eius aduersus regem Austri in exercitu magno: & rex Austri prouocabitur ad bellum multis auxiliis & fortibus nimis: & non stabunt, quia ineunt aduersus eum consilia.

26 Et comedẽtes panem cum eo, cõterent illum, exercitúsque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi.

27 Duorum quoque regum cor erit vt malefaciant, & ad mensam vnam mendacium loquentur, & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus.

28 Et reuertetur in terram suam cum opibus multis: & cor eius aduersum testamentum sanctum, & faciet, & reuertetur in terram suam.

29 Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Austrum: & non erit priori simile nouissimum.

30 Et venient super eum trieres, & Romani, & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarii: & faciet: reuertenturque, & cogitabit aduersum eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarii.

31 Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium: & dabũt abominationem in desolationem.

32 Et impii in testamento simulabunt fraudulenter: populus autem sciẽs Deum suum obtinebit & faciet.

33 Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio & in flamma & in captiuitate & in rapina dierum.

34 Cúmque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter.

35 Et de eruditis ruẽt, vt cõflentur, & eligantur & dealbentur vsque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit.

36 Et faciet iuxta voluntatem suam rex, & elevabitur & magnificabitur aduersus omnem deum: & aduersus Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia: perperrata quippe est definitio.

37 Et Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentiis fœminarum, nec quenquam deorum ẽrabit, quia aduersùm vniuersa consurget.

38 Deum autẽ Maozim in loco suo venerabitur: & deum quem ignorauerunt patres eius colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebúsque pretiosis.

39 Et faciet vt muniat Maozim cum deo alieno quem non cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito.

40 Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri: & quasi tempestas veniet contra illum, rex Aquilonis in curribus & in equitibus & in classe magna: & ingredietur terras, & conteret & pertransiet.

41 Et introibit in terram gloriosam, & multi corruent: hi autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principes filiorum Ammon.

42 Et mittet manum suam in regiones: & Terra Ægypti non effugiet.

43 Et dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti, per Libyam quoque & Æthiopiam transibit.

44 Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos.

45 Et figet tabernaculum suum Apadno inter duo maria, super montem inclytum & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

CAP. XII.

Propheta mortuorum resurrectionem Doctorũ claritas. Prophetię huius obscuritas.

1 IN tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, 'qui stat pro filiis populi tui, & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro.

2 Et multi de his qui dormiũt in terræ pulvere, euigilabunt: alii in vitam æternam, 'alii in opprobrium vt videant semper.

3 Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

4 Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.

5 Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alii stabant: vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis.

6 Et 'dixi viro qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis, Vsquequo finis horum mirabilium?

7 Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, cùm eleuaſſet dexteram & ſiniſtram ſuã in cælum, & iuraſſet per viuentem in æternum, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Et cùm completa fuerit diſperſio manus populi ſancti, complebuntur vniuerſa hæc.

8 Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi, Domine mi quid erit poſt hæc? Et ait,

9 Vade Daniel: quia clauſi ſunt, ſignatique ſermones vſque ad præfinitum tempus.

10 Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur: multi & impiè agent impii, neque intelligent omnes impii, porrò docti intelligent.

D 11 Et à tempore cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem: dies mille ducenti nonaginta.

12 Beatus qui expectat, & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque.

13 Tu autem Daniel vade ad præfinitum: & requieſces, & ſtabis in ſorte tua, in finem dierum.

¶ *Hucuſque Danielis in Hebræo volumine legimus.*

Quæ ſequuntur vſque ad finem libri de Theodotionis editione tranſlata ſunt.

CAP. XIII.

Ioacim duxit vxorem Suſannam filiam Helciæ. Eam concupiſcunt duo presbyteri. Ab eis inuaditur. Oppreſſa ingemiſcit & exclamat. Accuſatur adulterii à ſenibus. Iuſſa eorum adduci coram populo. Falſum presbyterorum teſtimonium in Suſannam. Morti adiudicatur. Oratio eius ad Deum. Suſcitatur ſpiritus Danielis qui Suſannam liberat. Suſannæ calumniatores à Daniele conuicti, lege talionis plectuntur.

1 ERat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim:

2 Et accepit vxorem nomine Suſannam filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem Deum.

3 Parentes enim illius cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundũ legem Moyſi.

4 Erat autem Ioacim diues valde, & erat ei pomariũ vicinum domui ſuæ: & ad ipſum confluebant Iudæi, eo quòd eſſet honorabilior omnium.

5 Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo anno (de quibus locutus eſt Dominus, Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.)

6 Iſti frequentabant domum Ioacim, & veniebant ad eos omnes qui habebãt iudicia.

7 Cùm autem populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui.

8 Et videbãt eam ſenes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarſerunt in cupiſcentiam eius,

9 Et euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorũ.

10 Erant ergo ambo vulnerati amore eius, & nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum:

11 Erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam, volentes concumbere cum ea.

12 Et obſeruabant quotidie ſollicitius videre eam: diuitque alter ad alterum,

13 Eamus domum, quia hora prandii eſt.

14 Et egreſſi receſſerunt à ſe. Cúmque reuertiſſent venerunt in vnum: & ſciſcitantes ab inuicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: & tunc in communi ſtatuerunt tempus quando eam poſſent inuenire ſolam.

15 Factum eſt "autem, cùm obſeruarẽt diem aptum, ingreſſa eſt aliquando ſicut heri & nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis, voluitque lauari in pomario. "ergo

16 Æſtus quippe erat: & non erat ibi quiſquam, præter duos ſenes abſcõditos, & contemplantes eam.

17 Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum, & ſmigma, & oſtia pomarii claudite, vt lauer.

18 Et fecerunt ſicut præceperat: clauſerũntque oſtia pomarii, & egreſſæ ſunt per poſticum vt afferrent quæ iuſſerat: neſciebãtque ſenes intus eſſe abſconditos.

19 Cùm autem egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt, G

20 Ecce, oſtia pomarii clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concupiſcentia tui ſumus: quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.

21 Quòd ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te.

22 Ingemuit Suſanna, & ait, Anguſtiæ ſunt mihi vndique. Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras.

23 Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus "hominum, quàm peccare in conſpectu Domini. "veſtram

24 Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerunt autem & ſenes aduerſus eam.

25 Et cucurrit vnus ad oſtia pomarii, & aperuit.

26 Cùm ergo audiſſent clamorẽ famuli domus in pomario, irruerũt per poſticum, vt viderent quidnam eſſet.

27 Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna.

28 Et facta eſt dies craſtina. Cúmque veniſſet populus ad Ioacim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eam? D

29 Et dixerũt coram populo, Mittite ad Suſannam filiam Helciæ vxorem Ioacim. Et ſtatim miſerunt.

30 Et venit cum parentibus & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis.

31 Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie.

32 At iniqui illi iuſſerũt vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decore eius.

33 Flebãt igitur ſui, & omnes qui nouerãt eã.

34 Conſurgentes autem duo presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius.

35 Quæ flens ſuſpexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.

36 Et dixerunt presbyteri, Cùm deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cũ duabus puellis, & clauſit oſtia pomarii, & dimiſit à ſe puellas.

37 Veniſque ad eam adoleſcens qui erat abſconditus, & concubuit cum ea.

38 Porro nos cùm eſſemus in angulo pomarii, videntes iniquitatẽ, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſceri.

E 39 Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & aperto oſtio exiliuit. "apertis oſtiis

40 Hanc autem cùm apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis: hui" rei teſtes ſumus.

41 Credidit eis multitudo, quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem.

42 Exclamauit autem voce magna Suſanna, & dixit, Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant,

43 Tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horum fecerim quæ iſti malitioſe compoſuerunt aduerſum me.

44 Exaudiuit autem Dominus vocem eius.

45 Cúmque duceretur ad mortem, ſuſcitauit Dominus Spiritũ "pueri iuniores, cuius nomen Daniel: & exclamauit voce magna, "ſanctum

46 Mundus ego ſum à ſanguine huius.

47 Et conuerſus omnis populus ad eum, dixit, Quis eſt iſte ſermo quẽ tu locutus es?

48 Qui cùm ſtaret in medio eorum, ait, Sic fatui filii Iſrael, non iudicantes, neq; quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael?

49 Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam.

F 50 Reuerſus eſt ergo populus cũ feſtinatione, & dixerunt ei ſenes, Veni, & ſede in medio noſtrũ, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.

51 Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos.

52 Cùm ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum, Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris priùs.

Exod. 23. a 7. 53 Iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, "dicente Domino, Innocentem & iuſtum non interficies.

54 Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquẽtes ſibi. Qui ait, Sub ſchino.

55 Dixit autem Daniel, Rectè mentitus es in caput tuũ, ecce enim angelus Dei accepta ſententia ab eo ſcindet te medium.

56 Et amoto eo iuſſit venire "alium, & dixit ei, Semen Chanaãn, & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum. "alterum

57 Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes loquebantur vobis: ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.

58 Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comG prehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait, Sub prino.

59 Dixit autem ei Daniel, Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus Domini, gladium habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos.

60 Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum qui ſaluat ſperantes in ſe.

61 Et conſurrexerunt aduerſus duos presbyteros, (conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium)

62 Fecerũntque eis ſicut malè egerant aduerſus "proximam, vt facerent ſecundum legem Moyſi: & interfecerunt eos, & ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa. "proximũ

63 Helcias autem, & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus: quia non eſſet inuenta in ea res turpis.

64 Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu populi à die illa, & deinceps.

65 Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.

CAP. XIIII.

De idolo Bel & cibo eius, quem ſacerdotes vorabant. Monitus à Daniele rex, ſtatum iniit cũ ſacerdotibus, eorumque dolũ deprehendit. Deteſta eorum fraude occidantur cum vxoribus & filiis. Daniel Bel euertit & draconem interfecit. Conijcitur in lacum leonum. Paſcit eũ Habacuc. Rex inuocatque eum à leonibus iactatum, iubet è lacu educi.

1 ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus ſuper omnes amicos eius.

2 Erat quoq; idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies ſingulos, ſimilæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, vinique amphoræ ſex.

3 Rex quoque colebat eum, & ibat per ſingulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum ſuum. Dixitque ei rex, Quare non adoras Bel?

4 Qui reſpondens ait ei, Quia nõ colo idola manu facta, ſed viuentem Deum, qui creauit cælum & terram, & habet poteſtatem omnis carnis.

5 Et dixit rex ad eũ, Nõne videtur tibi eſſe Bel viuens Deus? Annon vides quanta comedat & bibat quotidie.

6 Et ait Daniel arridens, Ne erres rex. Iſte B eſt enim intrinſecus æreus, & forinſecus æreus, neque comedit aliquando.

7 Et iratus rex, vocauit ſacerdotes eius, & ait eis, Niſi dixeritis mihi, quis eſt qui comedat impenſas has, morieminí.

8 Si autem oſtenderitis quoniam Bel comeyy.iii.

dat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi, Fiat iuxta verbum tuum.

9 Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & paruulis & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Belis.

10 Et dixerunt, sacerdotes Belis, Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo.

11 Et cū ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel morte moriemur, vel Daniel, qui mentitus est aduersum nos.

12 Considebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea.

13 Factum est igitur, postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium: & signantes annulo regis abierunt.

14 Sacerdotes autē ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filii eorum: & comederunt omnia, & biberunt.

15 Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo.

16 Et ait rex, Saluāne sunt signacula Daniel. Qui respondit, Salua rex.

17 Statimque cum aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamauit voce magna, Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam.

18 Et risit Daniel: & tenuit regem, ne ingrederetur intro, & dixit, Ecce pauimentum, animaduerte cuius vestigia sint hæc.

19 Et dixit rex, Video vestigia virorum, & mulierum, & infantium.

20 Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes, & vxores & filios eorum: & ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur, & consumebant quæ erant super mensam.

21 Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum, & templum eius.

22 Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonii.

23 Et dixit rex Danieli, Ecce, nunc non potes dicere quia iste non sit deus viuens: adora ergo eum.

24 Dixitque Daniel regi, Dominum Deum meum adoro: quia ipse est Deus viuēs: iste autem non est deus viuens.

25 Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absq; gladio & fuste. Et ait rex, Do tibi.

26 Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: feciteque massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit Daniel, Ecce quem colebatis.

27 Quod cum audissent Babylonii, indignati sunt vehementer: & congregati aduersum regem, dixerunt, Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit.

28 Et dixerunt cùm venissent ad regem, Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum tuam.

29 Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehementer: & necessitate compulsus tradidit eis Danielem.

30 Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex.

31 Porrò in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem.

32 Erat autem Habacuc propheta, in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret messoribus.

33 Dixitque Angelus Domini ad Habacuc, Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum.

34 Et dixit Habacuc, Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio.

35 Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui.

36 Et clamauit Habacuc, dicens, Daniel serue Dei, tolle prandium quod misit tibi Deus.

37 Et ait Daniel, Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te,

38 Surgensque Daniel comedit. Porrò Angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo.

39 Venit ergo rex die septimo vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum.

40 Et exclamauit voce magna rex dicens, Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum.

41 Porrò illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

Hieronymi in duodecim Prophetas Præfatio.

Idem non est ordo duodecim prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens. Ioel planus in principiis, in fine obscurior. Et vsque ad Malachiam, habent singuli proprietates suas: quem Esdram scribam legisque doctorem Hebræi autumāt. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantum vos à Paula & Eustochium admonitas volo, vnum librum esse duodecim prophetarum: & Osee synchronum fuisse Mala chiam verò Aggæi & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in

rur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos prohetauerunt.

Alius Prologus.

Regulæ sunt hæ sub quibus significationibus nominum, ad quas tribus pro prophetæ sermo Domini dirigatur. Quotiescunque ad decem tribus tenditur prophetia, sub his nominibus designantur, id est Ephraim, Samaria, Israel, Ioseph, Iezrael, Beth-el, Beth-auen, & interdum Iacob. Quando autem ad duas loquitur tribus, sub his nominibus sermo profertur: id est Iuda, Ierusalem, Beniamin, Domus Dauid, & interdum Iacob. Aliquoties Israel ad totas duodecim tribus refertur. Duplex est apud Hebræos sententia de his quatuor versibus, qui in capite sunt prænotati. Plerique enim dicunt quòd ab Esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titularum: vt præscripto vniuscuiusque nomine, prophetia cuius sit sequens nosc atur. Ipse est autem Esdras qui vltimus prophetarum Malachiæ nomine scribitur. Alii verò dicunt quod ab ipsis prophetis per Spiritum sanctum, vt cætera, sunt conscripta.

Præfatio Hieronymi in Osee Prophetam.

Temporibus Oziæ, & Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & Ieroboam filii Ioas regis Israel, Osee filius Beeri, ad prophetiam dicendam Spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Israel, Dominum derelinquentes, vt historiæ regum & Paralipomenon indicant; etiam Israel idololatriæ crimen imperio ac potestate sua admittere coëgerunt. Propter quod Deus ad Osee hæc locutus est, dicens, Accipe tibi vxorem fornicariam, siue fornicationum: & fac tibi filios fornicationis. Fornicariam itaque, non elocati corporis meretricem, sed gentilem Deum ignorantem, appellat, quæ Dei creatoris sui amore contempto, simulacrorum se subiecit desideriis. Sed cum Dei præcepto propheta in hac re paruisset, conceptum ex ea filium, Iezrael præcepit nominare: Deo pollicente, post breue tempus sanguinem Iezrahel in domo Iehu vindicare. Cuius promissionis hæc causa est: Iehu per Elisæum in regem inunctus ad defendendum sanguinē Naboth ciuis Iezrahel (quæ tunc temporis metropolis erat) quem Iezabel Achab regis Israel vxor iniquè necauerat, sicut regum historia exponit: is cùm graniter iuxta diuinum præceptum vindicandi sanguinis causā, in omnem memorati domum desæuisset, hoc peracto Dominum dereliquisse inuenitur, cuius pro nepote Ieroboam (qui lectione comprehensus est) originis suæ facta imitante, ac contra Dei præcepta & religionem cum populo Israel agente: sanguis Naboth, qui in loco certè Iezrahel fuerat profusus, in domo Iehu patris memorati Ieroboā pro peccato redundaturus significatur. Hinc factum est vt ira Dei in populo Israel per denuntiationem prophetæ processura diceretur. Domui autem Iudæ misericordia lectione cōprehensa, ob hoc promissa est, quia Ezechias rex Iuda filius Achaz sublatis idolis quæ tam pater eius, quam cæteri reges cōsecrauerant, templum Dei purgasse & purificasse monstratur.

LIBER OSEE PROPHETÆ.

CAP. I.

Quo tempore Osee prophetauerit. Osee accepta vxore fornicaria, idololatriam populi significat. Iehu posteritatis, & Israelitarum exitium prædicitur. Iudæ electio. Gentium vocatio. Vtriusque populi coniunctio ad caput vnū Christum.

VErbum Domini quod factū est ad Osee filiū Beeri in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filii Ioas regis Israel.

2 Principium loquendi Dominum in Osee: & dixit Dominus ad Osee, Vade, fume tibi vxorem fornicationū, & fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino.

3 Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filium.

4 Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel.

5 Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrael.

6 Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei, Voca nomen eius Absque misericordia: quia non addam vltrà misereri domui Israel, sed oblivione obliuiscar eorum.

7 Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo: & non saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus.

8 Et ablactauit eam quæ erat Absque misericordia. Et concepit, & peperit filium.

9 Et dixit ei, Voca nomen eius, Non populus meus: quia vos non populus meus, &

ego non ero vester Deus,

D 10 Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris quæ sine mensura est, & nō numerabitur. *Et erit in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos: dicetur eis, Filii Dei viuentis. Ro.9.f.26

11 Et congregabūtur filii Iuda, & filii Israel pariter: & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrahel.

CAP. II.

Conuerso populo præcipit vt impiam synagogam ad pœnitentiam vocet. Fornicationes eius recenset additis minis. Vltimam eiusdem conuersionem prænuntiat. Pax in regno Christi. Iustitia. Iudicium. Misericordia. Fides. Gentiū conuersionem repetit.

1 Dicite fratribus vestris, Populus meus: & sorori vestræ, Misericordiam consecuta.

2 Iudicate matrem vestrā, Iudicate: quoniā ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum:

3 Ne fortè expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti.

4 Et filiorum illius non miserebor, quoniam filii fornicationum sunt.

5 Quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos, quia dixit, Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meā & linum meum, oleum meum & potum meum.

6 Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas
B suas non inueniet.

7 Et sequetur amatores suos, & non appræhendet eos, & quæret eos, & non inueniet: & dicet, Vadam, & reuertar ad virū meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quām nunc.

8 Et hæc nescíuit quia ego dedi ei frumentum & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal.

9 Idcireo conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius.

10 Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius: & vir nō eruet eam de manu mea.

11 Et cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, & omnia festa tempora eius,

C 12 Et corrumpam vineam eius, & ficū eius: de quibus dixit, Mercedes hæ meæ sunt quas dederunt mihi amatores mei, & ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri.

13 Et visitabo super eā dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit Dominus.

14 Propter hoc, ecce ego lactabo eam & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius.

15 Et dabo eis vinitores eius ex eodem loco, & Vallem-Achor ad aperiendam spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de Terra Ægypti.

16 Et erit in die illa, ait Dominus: Vocabit me, Vir meus: & non vocabit me vltrà Baalim.

17 Et auferam nomina Baalim de ore eius, D
& nō recordabitur vltra nominis eorum.

18 Et percutiam eum eis fœdus in die illa cum bestia agri, & cum volucre cæli, & cū reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellū conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter.

19 Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus.

20 Et sponsabo te mihi in fide; & scies quia ego Dominus.

21 Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiā cælos, & illi exaudient terrā:

22 Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezrahel.

23 Et semina bo eam mihi in terram, & miserebor eius quæ fuit absque misericordia. *Et dicam, Non populo meo. Populus meus es tu: & ipse dicet, Deus meus es tu. Ro.9.f.25

CAP. III.

Dei erga Israelitas peccatores amor. Eorum abiectio, & tandem ad Christum reuersio.

1 ET dixit Dominus ad me, Adhuc va de, & dilige mulierem dilectam amico & adulterā: sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi "respectāt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. "respiciūt

2 Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.

3 Et dixi ad eā, Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te.

4 Quia dies multos sedebunt filii Israel sine B
rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim.

5 Et post hæc reuertētur filii Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum.

CAP. IIII.

Peccata populi Israelitici recensentur. Foræ cæsio. Vinum. Cor. Adhortatur Iudam ne vitia Israelis sequatur.

1 AVdite verbū Domini filii Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.

2 Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.

3 Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli: sed & pisces maris congregabuntur.

Veruntamen

4 Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti.

5 Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte tacere feci matrē tuam.

6 Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego.

7 Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo.

8 Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Ro.24.f.
n.2.

9 *Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei.

10 Et comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt: quoniam Dominum reliquerunt in non custodiendo.

11 Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.

12 Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius pronūtiauit ei: spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati à Deo suo.

13 Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama: subtus quercum & populum & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt. D

14 Non visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cùm adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur: & cum effœminatis sacrificabant, & populus non intelligēs vapulabit.

15 Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Beth-auen, neque iuraueritis, viuit Dominus.

16 Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel: nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine.

17 Particeps idolorū Ephraim, dimitte eum.

18 Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.

19 Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

CAP. V.

Israelitas increpat: & maximè sacerdotes & principes. Eorum pœnitio. Carnalium sacrificia subsannat. Israelis destructio. Auxilia hominum vana aduersus manum Dei.

1 AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate, quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super Thabor.

2 Et victimas declinastis in profundum, & ego eruditor omnium eorum.

3 Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus à me: quia nunc fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel.

4 Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt.

5 Et respondebit arrogantia Israel in facie B
eius: & Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cum eis.

6 In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum: & non inuenient: ablatus ab eis.

7 In Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis.

8 Clāgite buccina in Gabaa, tuba in Rama: C
vlulate in Beth-auen, post tergum tuum Beniamin.

9 Ephraim in desolatione erit in die correptionis: in tribubus Israel ostendi fidem.

10 Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum: super eos effundam quasi aquam, iram meam.

11 Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire, post sordes.

12 Et ego quasi tinea Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. D

13 Et vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum: & abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem, & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum.

14 Quoniam ego quasi leæna Ephraim, & "ego
quasi catulus leonis domui Iudæ: "ego capiam & vadam: tollam, & nō est qui eruat.

15 Vadens reuertar ad locum meum: donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

CAP. VI.

Afflictio ducit ad Deum. Conqueritur Deus quòd Israel plagis non emendetur. Misericordia. Scire Deum.

1 IN tribulatione sua manè consurgent ad me, Venite, & reuertamur ad Dominum: quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos.

2 Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu B
eius.

3 Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.

4 Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.

5 Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredientur.

6 *Quia misericordiam volui, & non sacrificium: *& scientiam Dei plus quam holocaustum. Mat.9.f.13.12.4.7. Ecclesiast.4.d.17.t.15.d.23.

7 Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me.

8 Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine.

9 Et quasi fauces virorum latrantium, parti- Phlocata.
ceps sacerdotum, in via interficientium per- D
gentes de Sichem, quia scelus operati sunt.

10 In domo Israel vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim, contaminatus est Israel.
11 Sed & Iuda pone messem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei.

CAP. VII.

Israelis peccata. Mendacia. Adulteria. Ebrietas. Punitio. Israelitæ non ex corde conuersi ad Deum, à cęteris auxilium sperant.

1 CVm sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium: & fur ingressus est spolians, latrunculus foris.
2 Et ne forte dicant in cordibus suis omnē malitiam eorum me recordatum: nunc circundederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ sunt.
3 In malitia sua lætificauerunt regem: & in mendaciis suis principes.
B 4 Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente: quiesce paululum ciuitas à commistione fermenti, donec fermentetur totum.
5 *Dies regis nostri cœperunt principes furere à vino: extendit manum suam cum illusoribus.
6 Quia applicauerunt quasi clibanum cor suum, cum insidiaretur eis: tota nocte dormitauit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ.
7 Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos: omnes reges eorum ceciderunt, non est qui clamet in eis ad me.
8 Ephraim in populis ipse commiscebatur: Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuertatur.
C 9 Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.
10 Et humiliabitur superbia Israel in facie eius: nec reuersi sunt ad Dominum Deum suum, & non quæsierunt eum in omnibus his.
11 Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor: AEgyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt.
12 Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum, & quasi volucrem cæli detraham eos, cædam eos secundum auditionem cœtus eorum.
D 13 Væ eis, quoniam recesserunt à me: vastabuntur, quia præuaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.
14 Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis: super triticum & vinum rumiabantur, recesserunt à me.
15 Et ego erudiui eos, & cōfortaui brachia eorum: & in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt, vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus. cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in Terra AEgypti.

CAP. VIII.

Israel & Iuda destruendi propter idolorū cultum.

1 IN gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Domini: pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt.
2 Me inuocabunt, Deus meus cognouimus te, Israel. *inuocabunt*
3 Profecit Israel bonum, inimicus persequetur eum.
4 Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & nō cognoui: aurum suum, & argentum suum fecerunt sibi idola, vt interirent: *argentum suum, & aurum
5 Proiectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eos: vsquequo non poterunt emundari?
6 Quia ex Israel & ipse est: artifex fecit illum, & non est Deus: quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ.
7 Quia ventum seminabūt, & turbinem metent: culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam: quod & si fecerit, alieni comedent eam.
8 Deuoratus est Israel, nunc factus est in nationibus quasi vas immundum.
9 Quia ipsi ascenderunt ad Assur, onager solitarius sibi: Ephraim munera dederunt amatoribus suis.
10 Sed & cum mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quiescent paulisper ab onere regis & principum.
11 Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: factæ sunt ei aræ in delictum.
12 Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt.
D 13 Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum, ipsi in AEgyptum conuertentur.
14 Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

CAP. IX.

Eorum Israelis prædicit & captiuitatem.

1 NOli lætari Israel, noli exultare sicut populus: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici.
2 Area & torcular non pascet eos: & vinum mentietur eis.
3 Non habitabunt in terra Domini: reuersus est Ephraim in AEgyptū, & in Assyriis pollutum comedit.
4 Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: sacrificia eorum quasi panis lugentiū, omnes qui *comedunt eum, cōtaminabuntur: quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini. *comedēt
5 Quid facietis in die solenni, in die festiuitatis Domini? B
6 Ecce enim profecti sunt à vastitate: AEgyptus congregabit eos, Memphis sepelliet eos: desiderabile argentum eorum, vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum.
7 Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis: sciatoto Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ & *multitudinem amentiæ. *multitudinem
8 Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius, insania in domo Dei eius.
C 9 Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gaba: recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum.
10 Quasi vuas in deserto inueni Israel: quasi prima poma siculneæ in cacumine eius vidi patres eorum: ipsi autem intrauerunt ad Beel-phegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.
11 Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu.
12 Quòd & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus: sed & væ eis, cum recessero ab eis.
13 Ephraim (vt *vidit) Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios suos. *vidit
D 14 Da eis Domine. Quid dabis eis?
15 Da eis vulvam sine liberis, & vbera arentia. Omnes nequitiæ eorū in Galgal, quia ibi exosos habui eos propter malitiā adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos: non addam vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes.
16 Percussus est Ephraim, radix eorum exiccata est, fructum non quaquam faciēt. Quòd & si genuerint, interficiam amantissima vteri eorum.
17 Abiiciet eos Dominus Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

CAP. X.

Ingratitudo Israelit. Eius interitus. Plagis non emendatur. Vitulus quē colebat in Assyrios translatus. Exitium decem tribuum repetit.

1 VItis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei: secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulacris.
2 Diuisum est cor eorum, nunc interibunt: ipse confringet simulacra eorum, & depopulabitur aras eorum.
3 Quia nunc dicent, Non est rex nobis: non enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis?
B 4 Loquimini verba visionis inutilis, & feritis fœdus: & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri.
5 Vaccas Beth-auen coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit super eum populus eius, & ædituī eius super eum exultauerūt in gloria eius, quia migrauit ab eo.
6 Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi vltori: confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua.
7 Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquæ.
C 8 Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel: lappa & tribulus ascendet super aras eorum, & dicent montibus, Operite nos: & collibus, Cadite super nos.
9 Ex diebus Gabaa peccauit Israel, ibi steterunt: non comprehendet eos in Gabaa prælium super filios iniquitatis.
10 Iuxta desiderium meum corripiam eos: congregabuntur super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas.
11 Ephraim vitula docta diligere triturā, & ego transiui super pulchritudinem colli eius: ascendam super Ephraim, arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob.
12 Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ, *innouate vobis nouale: tempus autem requirendi Dominum, cum venerit qui docebit vos iustitiam. *Ierc.4.a.3
D 13 Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacii: quia confisus es in viis tuis, & in multitudine fortium tuorum.
14 Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuę vastabūtur sicut vastatus est Salmana à domo eius, qui in iudicauit Baal in die prælii, mater super filios allisa. *vindicauit
15 Sic fecit vobis Beth-el, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum. *malitia

CAP. XI.

Deus beneficia sua erga Israelem commemorat. Ingrati populi captiuitas. Eiusdem liberatio.

1 SIcut manè transit, *pertransiit rex Israel. Quia puer Israel, & dilexi eum: & *ex AEgypto vocaui filium meum. *pertransiit *Mat.2. c.15.
2 Vocauerunt eos, sic abierunt: à facie eorum: Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant.
3 Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & nescierunt quòd curarem eos.
4 In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinaui ad eum vt vesceretur.
5 Non reuertetur in terram AEgypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti.
6 Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & cōsumet electos eius, & comedet capita eorum.
7 Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur.
8 Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? quomodo dabo te sicut Adama, ponam te vt Seboim? Cōuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea.
9 Non faciam furorem iræ mæ: non conuertar vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego & non homo: in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem.
10 Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filii Maris.
11 Et auolabunt quasi auis ex AEgypto, & quasi columba de terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus.
12 Circūdedit me in negotiatione Ephraim, & in dolo domus Israel: Iudas autem rectus ne descendit cum Deo, & cū sanctis fidelibus. *negatio *fidelis

CAP. XII.

Vanam Israelis fiduciam describit. Exemplum Iacob proponit, vt conuertantur & sperent in Deo. Iniquitatem eorum damnat. Pacem promittit. Idololatriam Galaad & Galgal carpit. Beneficia in Iacob collata. Impietatem eorum redarguit & punit.

E Phraim pascit ventum, & sequitur æstum
tota die mendacium & vastitatem mul
tiplicat: & fœdus in Assyrios initt, & oleum
in AEgyptum ferebat.
2 Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visi
tatio super Iacob: iuxta vias eius, & iuxta
adinuentiones eius reddet ei.
Genes. 25. 3 *In vtero supplantauit fratrem suum: &
d. 25. 32. f. 34. in fortitudine sua directus est cum angelo.
B 4 Et inualuit ad angelum, & cõfortatus est:
flevit & rogauit eum: in Beth-el inuenit
eum, & ibi locutus est nobiscum.
5 Et Dominus Deus exercituum, Dominus
memoriale eius.
6 Et tu ad Dominum Deum tuum conuer
teris: misericordiam & iudicium custodi, &
spera in Deo tuo semper.
7 Chananæus in manu eius statera dolosa, ca
lumniam dilexit.
C 8 Et dixit Ephraim, Veruntamen diues effe
ctus sum, inueni idolum mihi: omnes labo
res mei non inuenient mihi iniquitatem
quam peccaui.
9 Et ego Dominus Deus tuus ex Terra AE
gypti, adhuc sedere te faciam in taberna
culis, sicut in diebus festiuitatis.
10 Et locutus sum super prophetas, & ego
visionem multiplicaui, & in manu prophe
tarum assimilatus sum.
*in Galaad *ergo 11 Si *Galgal idolum, *tamen frustra erant
in Galgal bubus immolantes: nam & altaria
eorum quasi acerui super sulcos agri.
D 12 *Fugit Iacob in regionem Syriæ, & *seruiuit Israel in vxorem, & in vxore seruiuit.
Genes. 28 a. 5. *seruauit (sub. gregem, Exod. 14. v. 21. 13 *In propheta autem eduxit Dominus Is
rael de AEgypto: & in propheta seruat* est.
14 Ad iracundiam me prouocauit Ephraim
in amaritudinibus suis, & sanguis eius su
per eum veniet, & opprobrium eius restitu
et ei Dominus Deus suus.

CAP. XIII.

Abominationes Israelis ostendit. Exitium minatur ob ingratitudinem. Auxilium à Deo. Rex. Victoria mortis & inferni per Christum.

1 Loquente Ephraim, horror inuasit Is
rael: & deliquit in Baal, & mortuus est.
2 Et nunc addiderunt ad peccandum: fece
runtque sibi conflatile de argento suo quasi
similitudinem idolorum, factura artificum
totum est. his ipsi dicunt, immolate homi
nes vitulos adorantes.
3 Idcireo erunt quasi nubes matutina, & si
cut ros matutinus præteriens, sicut pulvis
turbine raptus ex area, & sicut fumus, de
fumario.
B 4 *Ego autem Dominus Deus tuus ex ter
Esaiæ 43. b. 11. ra AEgypti: & deum absque me nescies, &
saluator non est præter me.
5 Ego cognoui te in deserto, in terra soli
tudinis.
6 Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & satu
rati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti
sunt mei.
7 Et ego ero eis quasi læna, sicut pardus
in via Assyriorum.
8 Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & C
dirumpam interiora iecoris eorum: & con
sumam eos ibi quasi leo, bestia agri scin
det eos.
9 Perditio tua Israel: tantummodo in me
auxilium tuum.
10 Vbi est rex tuus? maximè nunc saluet te
in omnibus vrbibus tuis: & iudices tui, *de
quibus dixisti, Da mihi regem & prin
cipes.
11 Dabo tibi regem in furore meo, & aufe
ram in indignatione mea.
12 Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius.
13 Dolores parturientis venient ei: ipse fi
lius non sapiens. Nunc enim non stabit in
contritione filiorum.
14 De manu mortis liberabo eos, de morte D
redimã eos; ero mors tua ô mors, morsus
tuus ero inferne, consolatio abscondita est
ab oculis meis.
15 Quia ipse inter fratres diuidet: adducet
vrentẽ ventum Dominus de deserto ascẽ
dentem: & siccabit venas eius, & desolabit
fontem eius, & ipse diripiet thesaurum o
mnis vasis desiderabilis.

CAP. XIIII.

Samariæ interitus. Ad respiscentiam vocat. Vituli labiorum pro laudibus. Misericordiam promittit Dominus conuersi ad se.

1 Pereat Samaria, quoniam ad amaritudi
nem concitauit Deum suum: in gladio
pereant, paruuli eorum elidantur, & fœtæ
eius discindantur.
2 Conuertere Israel ad Dominum Deum
tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua.
3 Tollite vobiscum verba, & conuertimini
ad Dominum: & dicite ei, Omnem auser
iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus
vitulos labiorum nostrorum.
B 4 Assur non saluabit nos, super equum non
ascendemus: nec dicemus vltrà, Dii nostri
opera manuum nostrarum: quia eius qui
*pupilli in te est, misereberis populi.
5 Sanabo contritiones eorum, diligam eos
spontanee: quia auersus est furor meus
ab eis.
6 Ero quasi ros Israel, germinabit sicut li- C
lium: & erumpet radix eius vt Libani. *Israeli, (datiuo casu.
7 Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria
eius: & odor eius vt Libani.
8 Conuertentur sedentes in vmbra eius: vi
uent tritico, & germinabunt quasi vinea:
memoriale eius sicut vinum Libani.
9 Ephraim quid mihi vltra idola? ego exau D
diam, & dirigam eum: ego vt abietem vi
rentem: ex me fructus tuus inuentus est.
10 Quis sapiens, & intelliget ista? intelliget,
& sciet hæc? quia recta via Domini, & iusti
ambulabunt in eis: prævaricatores verò
corruent in eis.

Prolo

Prologus in Ioel prophetiam, ex principio commentariorum Hieronymi in Ioel.

SANCTVS Ioel apud Hebræos post Osee ponitur. Et sicut ibi sub nomine Ephraim, ad decem tribus confertur vaticinium, quæ vel Samaria, vel Israel sæpe memorantur: sic in hoc propheta omne quod dicitur, ad tribum Iuda, & ad Ierusalem pertinere credendum est: & nullam omnino Israelis; id est decem tribuum, in hoc fieri mentionem. Tempora quoque quibus prophetauit, eadem debemus accipere quæ in Osee legimus. In diebus Oziæ, Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ regum Iudæ, & in diebus Ieroboam filii Ioas regis Israel. Porrò factum esse sermonem Domini, ad meritum eius refertur cui fit, non ad conditionem illius qui fieri dicitur, vt alibi legimus, Dominus factus est mihi in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis non est iste qui ad aures sonat, sed qui in corde percipitur: iuxta illud quod Dominus loquitur in Euangelio, Qui habet aures audiendi, audiat. Quod autem dicitur Hebraicè HAAZINV, Græcè, Enotisaste, Latinè sonat, auribus percipite: propriè non aure, sed corde percipitur. Qui senes sunt & cælestes, audiunt spiritualiter: qui autem habitant in terra, appellantúrque terreni, auribus percipiunt. Vbicunque autem hæc duo verba iuncta pronuntur, nõ ad simplicem tantũ verborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere intelligendum est. In Genesi Lamech loquitur ad vxores suas Ada & Sella, Audite verba mea vxores Lamech: auribus percipite sermones meos: quia virum occidi in vulnus meum & iuuenem in liuorem meum. Et Esaias, Audite cæli, & auribus percipe terra.

PROPHETIA IOEL.

CAP. I.

Ioel parabola proposita destructionem Ierusalem prædicit. Adhortatur sacerdotes ad orationem & ieiunium, ob instantem calamitatem. Planctus prophetæ.

1 Verbum Domini quod factum
est ad Ioel filium Phatuel,
Hæc 2 Audite hæc senes, & auri
bus percipite omnes habita
tores terræ: si factũ est istud
in diebus vestris, aut in die
bus patrum vestrorum.
3 Super hoc filiis vestris narrate, & filii ve
stri filiis suis, & filii eorum generationi
alteræ.
4 Residuum erucæ comedit locusta, & re
siduum locustæ comedit bruchus, & resi
duum bruchi comedit rubigo.
5 Expergiscimini ebrii, & flete, & vlulate o
mnes qui bibitis vinum in dulcedine: quo
niam periit ab ore vestro.
B 6 Gens enim *ascendit super terram meam, *Ascendit
fortis & innumerabilis: dentes eius vt den
tes leonis: & molares eius vt catuli leonis.
7 Posuit vineam meam in desertum, & sicum
meam decorticauit: nudans spoliauit eam
& proiecit, albi facti sunt rami eius.
Plange quasi virgo accincta sacco super
virum pubertatis *tuæ. Vlula.
9 Periit sacrificium & libatio de domo
Domini: luxerunt sacerdotes ministri Do
mini.
10 Depopulata est regio, luxit humus: quo
niam deuastatum est triticum, confusum est
vinum, elanguit oleum.
C 11 Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vini
tores super frumento, vino, & hordeo, quia
periit messis agri.
12 Vinea confusa est, & ficus elanguit: mala
granatum, & palma, & malus, & omnia li
gna agri aruerunt: quia confusum est gau
dium à filiis hominum.
13 Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlu
late ministri altaris: ingredimini, cubate in
sacco ministri Dei mei: quoniam interiit
de domo Dei vestri sacrificium & libatio.
14 *Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, con- Inf. 2. d.
gregate senes, omnes habitatores terræ in
domũ Dei vestri: & clamate ad Dominum, *Dominũ
15 A, a, a, dicite: quia propè est dies Domini, &
quasi vastitas à potente veniet.
16 Nunquid non coram oculis vestris ali
menta perierunt de domo Dei nostri, lætitia
& exultatio?
17 Computruerunt iumenta in stercore suo,
demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apo
thecæ: quoniam confusum est triticum.
18 Quid ingemuit animal, mugierunt greges
armenti? Quia non est pascua eis: sed & gre
ges pecorum disperierunt.
19 Ad te Domine clamabo: quia ignis come
dit speciosa deserti, & flamma succendit o
mnia ligna regionis.
20 Sed & bestiæ agri quasi area sitiens im
brem, suspexerunt ad te: quoniam exsecati
sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit
speciosa deserti.

CAP. II.

Aduentum hostium prædicat & crudelitatem. Adhortatio ad emendationem. Oratio. Amor Dei in populũ suum. Dolor ecclesiæ Christus. Laus, Missio Spiritus sancti. Inuocare Deum.

1 Canite tubam in Sion, vlulate in monte
sancto meo, conturbentur omnes ha
bitatores terræ:
2 Quia venit dies Domini, quia propè est
dies tenebrarum & caliginis, dies nubis &
turbinis, quasi manè expansum super mon-

tes populus multus & fortis: similis ei non
fuit à principio, & post eum non erit vsque
in annos generationis & generationis.
3 Ante faciem eius ignis vorans, & post eum
exurens flamma: quasi hortus voluptatis
terra coram eo, & post eum solitudo de-
serti... que est qui effugiat eum.
4 Quasi aspectus equorum, aspectus eorum:
& quasi equites sic current.
5 Sicut sonitus quadrigarum super capita
montium exilient, sicut sonitus flammæ
ignis devorantis stipulam, velut populus
fortis præparatus ad prælium.
6 A facie eius cruciabuntur populi: omnes
vultus redigentur in ollam.
7 Sicut fortes current: quasi viri bellatores
ascendent murum: viri in viis suis gradien-
tur, & non declinabunt à semitis suis.
8 Vnusquisque fratrem suum non coartabit,
singuli in calle suo ambulabunt: sed & per
fenestras cadent, & non demolientur.
C 9 Vrbem ingredientur, in muro current: do-
mos conscendent, per fenestras intrabunt
quasi fur.
10 *A facie eius contremuit terra, moti sunt
cæli: sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ
retraxerunt splendorem suum.
11 Et Dominus dedit vocem suam ante fa-
ciem exercitus sui: quia multa sunt nimis
castra eius, quia fortia, & facientia verbum
eius. *magnus enim dies Domini & terri-
bilis valde: & quis sustinebit eum?
12 Nunc ergo, dicit Dominus, convertimini
ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in
fletu, & in planctu.
13 Et scindite corda vestra, & nō vestimenta
vestra, & convertimini ad Dominum Deum
vestrum, *quia benignus & misericors est,
patiens & multæ misericordiæ, & præ-
stabilis super malitia.
14 *Quis scit si convertatur, & ignoscat Deus,
& relinquat post se benedictionem, sacri-
ficium & libamen Domino Deo nostro?
D 15 Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium,
vocate cœtum,
16 Congregate populum, sanctificate eccle-
siam, coadunate senes, congregate parvulos,
& sugentes ubera: egrediatur sponsus de
cubili suo, & sponsa de thalamo suo.
17 Inter vestibulum & altare plorabunt sa-
cerdotes ministri Domini: & dicent, Parce
Domine, parce populo tuo: & ne des hæ-
reditatem tuam in opprobrium, vt dominen-
tur eis nationes. quare dicunt in populis,
Vbi est Deus eorum?
18 Zelatus est Dominus terram suam, & pe-
percit populo suo.
19 Et respondit Dominus, & dixit populo suo,
E 20 Ecce ego mittam vobis frumentum, & vi-
num & oleum, & replebimini eis: & non
dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus.
Et eum qui ab Aquilone est, procul faciam
à vobis: & expellam eum in terram inviam
& desertam, faciem eius contra mare Orien
tale, & extremum eius vsque ad mare no-
vissimum: & ascendet fœtor eius: & ascendet
putredo eius, quia superbe egit.
21 Noli timere terra, exulta & lætare: quoniā
magnificauit Dominus vt faceret.
22 Nolite timere animalia regionis: quia ger
minauerunt speciosa deserti: quia lignum
attulit fructum suum, & ficus & vinea de-
derunt virtutem suam.
23 Et "filiæ Sion exultate, & lætamini in Do
mino Deo vestro: quia dedit vobis doctō-
rem iustitiæ, & descendere faciet Dominus
ad vos imbrem matutinum & serotinum,
sicut in principio.
24 Et implebuntur areæ frumento, & redun-
dabunt torcularia vino & oleo.
25 Et reddam vobis annos quos comedit lo-
custa, bruchus, & rubigo & eruca: fortitudo
mea magna quam misi in vos.
26 Et comedetis vescentes, & saturabimini:
& laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui
fecit mirabilia vobiscum, & non confunde
tur populus meus in sempiternum.
27 Et scietis quia in medio Israel ego sum:
& ego Dominus Deus vester, & non est am
plius: & non confundetur populus meus in
æternum.
28 Et erit post hæc, *effundam de Spiritu
meo super omnem carnem: & prophetabunt
filii vestri & filiæ vestræ: senes vestri somnia
somniabunt: & iuvenes vestri visiones vi-
debunt.
29 Sed & super servos meos & ancillas in
diebus illis effundam Spiritum meum.
30 Et dabo prodigia in cælo & in terra, &
sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.
31 *Sol convertetur in tenebras, & luna in
sanguinem: antequam veniat dies Domini
magnus & horribilis.
32 Et erit: * omnis qui invocaverit nomen
Domini, salvus erit: quia in monte Sion, &
in Ierusalem erit salvatio, sicut dixit Domi-
nus, & in residuis quos Dominus vocaverit.

CAP. III.

Promittit Dominus se iudicaturum hostes populi sui. Vocantur omnes gentes ad hoc iudicium. Prædicatio verbi Dei è Sion per apostolos Iudæos. Ecclesiæ æternitas.

QVia ecce in diebus illis, & in tempore
illo cum convertero captivitatem Iu-
da & Ierusalem:
2 Congregabo omnes Gentes, & deducam
eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum
eis ibi super populo meo, & hæreditate
mea Israel, quos disperserunt in nationi-
bus, & terram meam diviserunt.
3 Et super populum meum miserunt sor-
tem, & posuerunt puerum in prostibulo, &
puellam vendiderunt pro vino, vt biberent.
4 Verum quid mihi & vobis Tyrus & Sidon,
& omnis terminus Palæstinorum? numquid
vltionem vos reddetis mihi? & si vltiscē-
mini vos contra me, cito velociter reddam
vicissitudinem vobis super caput vestrum.
5 Argentum enim meum & aurum tulistis:
& desiderabilia mea & pulcherrima intu-
listis in delubra vestra.
6 Et filios Iuda, & filios Ierusalem vendidi-
stis filiis Græcorum, vt longè faceretis eos
de finibus suis.

Ecce

7 Ecce ego suscitabo eos de loco in quo
vendidistis eos, & convertam retributionem
vestram in caput vestrum.
8 Et vendam filios vestros & filias vestras
in manibus filiorum Iuda, & vænundabunt
eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus
locutus est.
9 Clamate "hæc in Gentibus, sanctificate
bellum, suscitate robustos, ascendant, ac-
cedant omnes viri bellatores.
10 Concidite aratra vestra in gladios, & ligo-
nes vestros in lanceas. Infirmus dicat, Quia
fortis ego sum.
C 11 Erumpite, & venite omnes gentes de cir-
cuitu, & congregamini: ibi occumbere fa-
ciet Dominus robustos tuos.
12 Consurgant, & ascendant Gentes in val-
lem Iosaphat: quia ibi sedebo vt iudicem
Gentes in circuitu.
13 *Mittite falces, quoniam maturavit mes-
sis: venite & descendite, quia plenum est
torcular, exuberant torcularia: quia mul-
tiplicata est malitia eorum.
14 Populi populi in valle concisionis: quia
iuxtà est dies Domini in valle concisionis.
15 *Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ re-
traxerunt splendorem suum.
16 *Et Dominus de Sion rugiet, & de Iern-
salem dabit vocem suam: & mouebuntur
cæli & terra, & Dominus spes populi sui,
& fortitudo filiorum Israel.
17 Et scietis quia ego Dominus Deus vester
habitans in Sion in monte sancto meo: &
erit Ierusalem sancta, & alieni non transi-
bunt per eam amplius.
18 *Et erit in die illa: stillabunt montes dul-
cedinem, & colles fluent lacte: & per omnes
rivos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo
Domini egredietur, & irrigabit torrentem
spinarum.
19 AEgyptus in desolationem erit, & Idu-
mæa in desertum perditionis: pro eo quòd
iniquè egerint in filios Iuda, & effuderint
sanguinem innocentem in terra sua.
20 Et Iudæa in æternum habitabitur, &
Ierusalem in generationem & generatio-
nem.
21 Et mundabo sanguinem eorum, *quos non
mundaveram: & Dominus commorabitur
in Sion.

Præfatio in Amos prophetiam.

OZIAS rex tùm Dei religionem sollicitè æmularetur, nimio religionis amore prouo-
catus, contra præceptum legis Moysi arrepto thuribulo (vt in historia libri secundi Paralli-
pomenon ostenditur) sacerdotale officium præsumere conatus est. Ob eam rem terræmo-
tum in templo Dei exortum constat, cuius etiam Zacharias propheta meminit. Ante hunc
itaque terræmotum Amos propheta temporibus prædicti regis, & temporibus Ieroboam
filii Ioas regis Israel: in eas gentes quæ lectione comprehensæ sunt, iram Dei ob eas cau-
sas quas memorauit, affuturam denuntiat. Et quia idem propheta in sequentibus ait, Su-
per tribus impietatibus, & super quatuor nō convertam eum: tertiò peccatorum indulgen
tiam Deum dare posse significat: quem quarto eadem peccata admittentibus, nec pœniten-
tiam nec indulgentiam daturum annūtiat. Nam per ignis similitudinem, quem in prædictas
gentes immittendum prædixit: grauem atque irrevocabilem Dei iram ad euersionem ea-
rundem ciuitatum processuram voluit demonstrare.

Alia præfatio, ex principio commentariorum Hieronymi in Amos.

HIC Amos propheta & pastor qui sequitur Ioelem, & est tertius duodecim prophetarum, non fuit pater Esaiæ prophetæ: quanquam & ille propheta extiterit. Nam aliis literis ille, aliis iste apud Hebræos scribitur: quæ differentia literarum apud Latinos non habe-
tur: & ille fortis vel robustus, hic verò populus auulsus interpretatur: quia loquitur contra
decem tribus, quæ per idololatriam à cultu Dei & à regno Dauid erant auulsæ. Fuit autem
cognatio eius ex oppido Thecue, quod sex milliariis distat à Beth-lehem: curam gerens
pecorum in latitudine camporum, qui sunt proximi oppido Thecue, in quibus humo arida
atque arenosa nihil omnino frugum gignitur, sed vberrimis pascuis abundant: & ideo
cuncta sunt plena pastoribus, & sterilitas terræ compensatur pecorum multitudine. Ex hoc
numero pastorum fuit Amos imperitus sermone, sed non scientia. Prophetauit autem
eisdem temporibus quibus Ioel, Nahum, Ionas, Osee, Esaias. Sed aliquantulum exortus est
prophetare antequam Esaias. Maximè autem contra decem tribus locutus est: pauca de
duabus interserens. Hunc ablatum de numero pastorum misit Dominus, vt in Samaria
prophetaret: quem Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit: tandem filius eius Ozias
vectē per tempora transfixit. Post hæc femininus in terram suam euectus, post aliquot dies
dolore vulneris expiravit: sepultúsque est cum patribus suis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROPHETIA AMOS.

CAP. I.

Amos conditio, & eius prophetiæ tempus. Sermo Domini contra Damascum. Contra Philistæos. Contra Tyrum. Contra Idumæam. Contra filios Ammon.

"pastoribus

1 VErba Amos, qui fuit in "pastoralibus Thecue: quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filii Ioas regis Israel, *ante duos annos terræmoti.

Zacha.14. a.5. ier.25 f 30. ioel. 3.c.16.

2 Et dixit, Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: & luxerunt speciosa pastorum, & exicatus est vertex Carmeli.

3 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum: eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad.

'deuorabit

4 Et mittam ignem in domũ Hazael, & 'deuorauit domos Benadad.

B 5 Et conteram vectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo idoli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus.

6 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertam 'eum: eo quod transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa.

'eam:

7 Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius.

8 Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus".

"Deus.

C 9 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam 'eum: eo quod concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum.

'immittam

10 Et 'mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius.

11 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem.

Rabbat.

12 Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ.

13 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum, eo quod dissecuerit prægantes Galaad ad dilatandum terminum suum.

Rabba:

14 Et succendam ignem in muro Rabbath: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis.

15 Et ibi Melchon in captiuitatem ipse, & & principes eius simul, dicit Dominus.

CAP. II.

Prophetat aduersum Moab. Aduersum Iudam; hoc est, regnum duarum tribuum. Aduersum Israel, hoc est, regnum decem tribuum.

1 HAEc dicit Dominus super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum: eo quod incenderit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem.

2 Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ:

3 Et disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus.

4 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit: deceperunt enim eos idola sua, post quæ ierunt patres eorum.

5 Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalem.

6 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis.

7 Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant, & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctum meum.

8 Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant in domo dei sui.

9 *Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo, cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, & radices eius subter.

*Numer. 21. d. 24. Deuter. 2. f. 31.

10 *Ego sum qui ascendere vos feci de terra AEgypti: & duxi vos "in desertum quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi.

*Exodus c. 22. ita dicit to

11 Et suscitaui de filiis vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos: nunquid non ita est filii Israel, dicit Dominus?

12 Et propinabatis Nazaræis vinum: & prophetis mandabatis, dicentes, Ne prophetetis.

13 Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno.

14 Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam:

15 Et tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animam suam:

16 Et robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

CAP. III.

Dominum Israel ingratitudinis arguit, aquissimâ in eam flagella pronuntians. Imminatur alienigenæ vt videant æquitatem iudiciorum Dei aduersus Israelem.

Audite

1 AVdite verbum quod locutus est Dominus super vos, filii Israël: super omnem cognationem quam eduxi de terra AEgypti, dicens.

2 Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.

3 Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis?

4 Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit?

B 5 Nunquid cadet auis in laqueum terræ, absque aucupe: nunquid auferetur laqueus de terra, antequam quid ceperit?

6 Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit?

7 Quia non faciet Dominus Deus verbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.

8 Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit?

C 9 Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ AEgypti: & dicite, Congregamini super montes Samariæ, & videte insanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius.

10 Et nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus suis.

11 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Tribulabitur & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripietur ædes tua.

12 Hæc dicit Dominus, Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: sic eruentur filii Israel, qui habitant in Samaria, in plaga lecti, & in Damasci grabato.

13 Audite, & contestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituum:

14 Quia in die cùm visitare cœpero præuaricationes Israel, super eum visitabo & super altaria Beth-el: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram.

15 Et percutiam domum hyemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes mulæ, dicit Dominus.

CAP. IIII.

Sub typo vaccarum pinguium in primates inuehitur, eorum pœnas prædicens. Eorum idolatriam subsannat. Laus. Tamè percussi, non sunt conuersi ad Deum. Adhortatio ad fiduciam in Deum post perpessa mala.

1 AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris, Afferte, & bibemus.

2 Iurauit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.

3 Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & proiiciemini in Armon, dicit Dominus.

4 Venite ad Beth-el, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate prævaricationem, & offerte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras.

B 5 Et sacrificate de 'fermento laudem, & vocate voluntarias oblationes, & annuntiate: sic enim voluistis filii Israel, dicit Dominus Deus.

'fermentato.

6 Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiã panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit Dominus.

7 Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses superessent vsque ad messem: & plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non pluit: pars vna compluta est, & pars super quam non pluit aruit.

C 8 Et venerunt duæ & tres ciuitates ad vnã ciuitatem vt biberent aquam, & non sunt satiatæ: & non rediistis ad me, dicit Dominus.

9 Percussi vos in vento vrente & in aurugine, multitudine hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum, oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca: & non rediistis ad me dicit Dominus.

10 Misi in vos mortem in via AEgypti, percussi in gladio iuuenes vestros, vsque ad captiuitatem equorum vestrorum, & ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non rediistis ad me, dicit Dominus.

D 11 Subuerti vos, *sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non rediistis ad me, dicit Dominus.

*Genes. 19. c. 24.

12 Quapropter hæc faciam tibi Israel: postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel.

13 Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius.

CAP. V.

Casum Israelis luget. Ad respiscentiam vocat. Odium populi in prophetas, ob quod & pauperum oppressionem, eius infelicitatem pronũtiat. Exhortatio ad opera bona. Diei Domini mala describit. Festiuitates & sacrificia eorum abiicit.

1 AVdite verbum istud quod ego leuo super vos, planctum domus Israel.

2 Cecidit, & non adiicit vt resurgat virgo Israel: proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam.

3 Quia hæc dicit Dominus Deus, Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel.

4 Quia hæc dicit Dominus Deus domui Israel, Quærite me, & viuetis.

C 5 Et nolite quærere Beth-el, & in Galgala nolite intrare, & in Ber-sabee non transibitis, quia Galgala captiua ducetur, & Beth-el erit inutilis.

C Quærite Dominũ, & viuite: ne forte comburatur vt ignis, domus Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Beth-el.
7 Qui conuertitis in absynthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis.
8 Facientem Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & " diem in noctem obtutarem: *qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: Dominus nomen est eius.
9 Qui subridet vastitatem super robustum, & depopulationem super potentem affert.
C 10 Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati sunt.
11 Ideirco pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: *domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum.
12 Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra: hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta.
D 13 Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.
14 Quærite bonum, & non malum, vt viuatis, & erit Dominus Deus exercituum vobiscum, sicut dixistis.
15 *Odite malum, & diligite bonum, & constituite in porta iudicium: si forte misereatur Dominus Deus exercitum reliquiis Ioseph.
16 Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituũ dominator, In omnibus plateis planctus, & in cunctis quæ foris sunt, dicetur, Væ væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere.
E 17 Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus.
18 *Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ, & non lux.
19 Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber.
F 20 Nunquid non tenebræ dies Domini, & non lux: & caligo, & non splendor in ea?
21 *Odi, & proieci festiuitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorum.
22 Quòd si obtuleritis mihi holocausto mata, & munera vestra, non suscipiam: & vota pinguium vestrorum non respiciam.
23 Auser à me tumultum carminũ tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam.
24 Et reuelabitur, quasi aqua iudicium, & iustitia, quasi torrens fortis.
25 *Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israel?
26 Et portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sydus dei vestri Remphan, figuras quas fecistis vobis adorare eas, quæ fecistis vobis.
G 27 Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius.

Quærite notẽ mutãtem: Inf. 9.a.6.
Soph. 1. c. 13.
Rom. 12. b. 9. psa. 96. d. 10.
Ierem. 30. b. 7. ioel. 2. c. 11. soph. 1. d. 15.
Esa. 1. c. 11.
Act. 7. c. 42.
dei vestri, quæ fecistis vobis

CAP. VI.

Aduersus optimates Israel propheta. Intat Dominus se implenturum quæ contra Israel proposuit.

1 *VAE vobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel.
2 Transite in Chalanne, & videte, & ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palæstinorum, & ad optima "quoque regua horum: si latior terminus eorum termino vestro est.
3 Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis.
4 Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti.
5 Qui canitis ad vocem psalterii, sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici.
6 Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph.
7 Quapropter nunc migrabunt capite transmigrantium, & auferetur factio lasciuientium.
8 *Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum, Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis.
9 Quòd si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur.
10 Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est, Nunquid adhuc est penes te? Et respondebit, Finis est. Et dicet ei, Tace, & non recorderis nominis Domini.
11 Quia ecce Dominus mandauit, & percutiet domũ maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus.
12 Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis, quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium.
13 Qui lætamini in nihili: qui dicitis, Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?
14 Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem: & conterent vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem deserti.

Lucæ 6. d. 24.
quæque
Ierem. 48. b. 29.
Q
Quia
D
D

CAP. VII.

Per locustã videns Amos tolli Israelis absumptionem, oratione sua eam auertit. Alia plaga quam itidem reuocat. Abiectio populi per multam cunctatiõem significata. Obsistit Amasiæ prophetæ Dei. Amos de se testimonium reddit, prophetans aduersum Amasiam, & populi captiuitatem pronuntians.

1 HAEc ostendit mihi Dominus Deus, & ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post "tonsorem gregis.
2 Et factum est: cùm cõsummasset comedere herbam terræ, dixi, Dominus Deus, propitius esto obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est?
3 Misertus est Dominus super hoc; Non erit

tonsor

erit, dicit Dominus Deus.
4 Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus, & deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem.
5 Et dixi, Domine Deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est?
6 Misertus est Dominus super hoc: Sed & istud non erit, dicit Dominus Deus.
B 7 Hæc ostendit mihi Dominus Deus, & ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarii.
8 Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Amos? Et dixi, Trullam cæmentarii. Et dixit Dominus, Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adiiciam vltra superinducere eum.
9 Et demolientur excelsa idõli, & sanctificationes Israel desolabuntur: & cõsurgam super domum Ieroboam in gladio.
C 10 Et misit Amasias sacerdos Beth-el ad Ieroboam regem Israel, dicens, Rebellauit cõtra te Amos in medio domus Israel: nõ poterit terra sustinere vniuersos sermones eius.
11 Hæc enim dicit Amos, in gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua.
12 Et dixit Amasias ad Amos, "Quid vides, gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi.
13 Et in Beth-el non adiicies vltrà vt prophetes: quia sanctificatio regis est, & domus regni est.
D 14 Respondit que Amos, & dixit ad Amasiã, Non sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicans sycomoros.
15 Et tulit me Dominus Deus cùm sequerer gregem: & dixit Dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Israel.
16 Et nunc audi verbum Domini, Tu dicis, Non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idõli.
17 Propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filii tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra pollua morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

Ieremi. 48. b. 29.
Qui
D
D

CAP. VIII.

Finis regni Israel ostenditur. In pauperũ oppressores. Acerbitate calamitatis Israeliticæ describit. Famem verbi Dei prophetat.

1 HAEc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus pomorum.
2 Et dixit, Quid tu vides Amos? Et dixi, Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me, Venit finis super populum meum Israel: non adiiciam vltrà vt pertranseam eum.
3 Et stridebũt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur, in omni loco proiicietur silentium.
B 4 Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ dicentes,
5 Quando transibit "mensis, & vendabimus merces: & sabbathum, & aperiemus frumentum: vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus statheras dolosas:
6 Vt possideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus?
7 Iurauit Dominus "in superbiam Iacob, Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum.
8 Nunquid super isto non commouebitur C terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi fluuius vniuersus, & eiicietur, & defluet quasi riuus Aegypti?
9 Et erit in die illa, dicit Dominus, "occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis.
10 *Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius, quasi diem amarum.
11 Et ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & D emittam famem in terram: non famẽ panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbũ Domini.
12 Et cõmouebuntur à Mari vsque ad Mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem: circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient.
13 In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti.
14 Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt, Viuit deus tuus Dan, & viuit via Ber-sabee, & cadent, & non resurgent vltrà.

Ioseph. 1. c. 13.
Ioel. 2. c. 11.
Tob. 2. b. 7. 1. macha. 1. c. 41.
Deus
Amos. 5. c. 8.

CAP. IX.

Duarum tribuum & templi euersionem prænuntiat. Manum Dei nemo potest euadere. Israelis ingratitudinem carpit. Ecclesiæ instauratio.

1 VIdi Dominum stantem super altare: & dixit, Percute cardinẽ, vt commoueantur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga "eis: fugient, & non saluabitur ex eis qui fugerit.
2 *Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsque in cælum, inde detrahã eos.
3 Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos.
4 Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: * & ponã oculos meos super eos in malum, & non in bonum.
5 Et Dominus Deus exercituum qui tangit terram, & "tabescit: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Aegypti.
9 Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit: *qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius.
7 Nunquid non vt filii Aethiopum vos estis mihi filii Israel, ait Dominus? nunquid non

eis qui fugient,
Psal. 138. a. 7.
Ierem. 44. c. 11.
tabescet;
Sup. 5. c. 8.

Israel ascendere feci de terra AEgypti: & Palæsthinos de Cappadocia, & Syrios de Cyrene?

C 8 Ecce oculi Domini Dei super regnũ peccans, & conteram illud à facie terræ: verumtamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus.

9 Ecce enim mandabo ego, & concutiã in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus super terram.

10 In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicũt, Non appropinquabit, & non veniet super nos malum.

Am.15. c.16. 11 In die illa * suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo, & reædificabo eum sicut in diebus antiquis.

12 Vt possideãt reliquias Idumææ, & omnes D nationes, eo quòd inuocatum sit nomen meum super eos, dicit Dominus faciens hæc.

13 *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen: & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. *Ioel 3.d.1*

14 Et conuertam captiuitatem populi mei Israel: & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibẽt vinum earum: & facient hortos, & comedẽt fructus eorum.

15 Et plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltrà de terra sua quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

Prologus in Abdiæ Prophetiam.

Iacob patriarcha habuit frãtrem Esau, qui ob coctionem rufam, propter quam vendidit primogenita, Edom Hebræa lingua appellatus est, quod Latinè rufus dicitur Is memoratum fratrem suum, qui Israel nomẽ acceperat, graui odio commotus interimere conatus est. Qua de causa omnes qui populum Israel, id est, filios patriarchæ Iacob, prædicti Esau odium imitati, persecuti sunt, Esau & Edom appellati sunt. Et quia populus Israel de captiuitate Chaldæorum per Cyrum regem Persarum nutu Dei reuocatus in Ierusalem, ab illo regno grauiter afflictus atque oppressus est: ideo hoc regnum, quod more Esau prædictum populum persecutum est, per denuntiationem Abdiæ prophetæ increpatur, quod non Dei indignatione, sed sua virtute populum superatum gloriabatur, de quo regno olim per Dauid in Psalmo centesimo trigesimosexto dictum est, Memorare Domine filiorum Edom in die Ierusalem. Nam reliqua lectione comprehensa futurum in Gentes iudicium ob causas lectione comprehensas, regnúmque Dei in populo Israel significatur. Hebræi hunc dicunt esse, qui sub rege Samariæ Achab, & impiissima Iezabel, pauit centum prophetas in specubus, qui non curnauerunt genu ante Baal, & de septem millibus erat, quos Helias arguitur ignorasse. Sepulchrum quoque eius vsque hodie cum mausoleo Elisæi prophetæ & Baptistæ Ioannis, in Sebaste veneratione habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Iudææ, Antipatri filius, in honorem Augusti Cæsaris Græco nomine vocauit Augustam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem: & de duce exercitus fit dux ecclesiæ. Tunc in Samaria parum gregem pauerat: nunc in toto orbe CHRISTI pascit ecclesias. & Pheronymos, sicut in Actis Apostolorum Stephanus martyrio coronatus: ita & hic, seruus appellatus est Domini. *Illud de principe commentatorum Hieronymi in diam.*

PROPHETIA ABDIAE.

CAP. I.

Abdias accipit legationem à Domino aduersus Edom contra superbiam eius in diuitias, in amicos, in prudentiam carnis. Euersionis Edom causa precipua. Prophetia de Christo & ecclesia. Destruitur Esau ab Israelitis.

Ierem.49. c.14. 1 VISIO Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad *Edõ, Audiuimus auditum à Domino, & legatum ad Gentes misit, Surgite & consurgamus ad uersus eum in prælium.

2 Ecce paruulum dedi te in Gentibus, contemptibilis tu es valde.

3 Superbia cordis tui extulit te, habitãtem in scissuris petræ in excelso solium tuum, qui * dicis in corde tuo, Quis detrahet me in terram? *ad dicit in corde suo*

4 *Si exaltatus fueris vt Aquila, & si inter sydera posueris nidum tuũ, inde detrahamte, dicit Dominus. *Ierem.49. c.16.*

5 Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, numquid saltẽ racemum reliquisset tibi?

6 Quomodo scrutati sunt Esau, inuestigauerunt abscondita eius?

7 Vsque ad terminum emiserunt te omnes C viri fœderis tui, illuserunt tibi: inualuerũt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecũ, ponent insidias subter te: non est prudentia in eo.

8 Nunquid non in die illa dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? *Esa.29. c.14.*

9 Et timebunt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Esau.

10 Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum.

D 11 In die cùm stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem: tu quoque eras quasi vnus ex eis.

12 Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & nõ lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum: & nõ magnificabis os tuum in die angustiæ.

E 13 Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius: & nõ emittẽs aduersus exercitum eius in die vastitatis illius.

14 Neque stabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint: & nõ concludes reliquos eius in die tribulationis.

15 Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi, retributionem tuam * conuertam in caput tuum. *conuertet*

16 Quomodo enim * bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter: & bibent & absorbebunt, & erunt quasi non sint. *bibisti* F

17 Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus: & possidebit domus Iacob eos qui se possederant.

18 Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & Domus Esau stipula: & succendentur in eis, & deuorabunt eos: & non erunt reliquiæ domus Esau, quia Dominus locutus est.

19 Et hæreditabunt hi qui ad Austrum sunt montem Esau, & qui in campestribus Philisthiim: & possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ: & Beniamin possidebit Galaad. G

20 Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel, omnia loca Chananæorum vsque ad Saréptam: & transmigratio Ierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri.

21 Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit Domino regnum.

Prologus in prophetiam Ionæ, ex proœmio commentariorum Hieronymi in Ionam.

Ionam sanctum Hebræi affirmant filium fuisse mulieris viduæ Sareptanæ, quem Elias prophetæ mortuum suscitauit: matre postea dicẽte ad eum, Nunc cognoui quia vir Dei es tu: & verbum Dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiam causam ipsum puerum sic vocant, Amathi. Amithi enim in nostra lingua, veritatem sonat. Et ex eo quod verum Elias locutus est, ille qui suscitatus est, filius esse dicitur veritatis. Ideo de veritate columba nascitur: quia Ionæ columbam sonat. In condemnatione autem Israel Ionas ad Gentem mittitur: quod Ninive antè pœnitentiam, illi in malitia perseuerant. Tẽporibus quippe Ieroboam filii Ioas regis Israel, qui Deo derelicto, cum populo suo in Samaria idolis sacrificabat, Ionam prophetam fuisse, quarto liber Regum iudicat. Is cùm prophetia illuminante peccatores ciuitatis Niniue Dei misericordiam consecuturos videret: me falsa prædicare videretur, ad denuntiandum interitum eiusdem ciuitatis ire nolebat. Nam sicut Deus ad Abraham de impietate Sodomorum & Gomorrhæorum locutus est, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum peruenit ad me: Ita & de Niniue dicitur, Eo quod ascenderit clamor malitiæ eius ad Deum. Et quia sententia Dei de Sodomis facta, minimè reuocata est: ita & Ionas aduersum Niniuen prolatam sententiam reuocari nolebat: diuinæ dispensationis ignarus, qui salutem hominum ad se conuertentium magis vult quàm interitum. Hoc illi acciderat, quod & sancto Elisæo, qui filium Sunamitidis mulieris mortuum ignorauit. Ideo à conspectu Dei fugere se Ionas putabat, humanum aliquid passus, dicente Dauid, Quò ibo à spiritu tuo: & à facie tua quo fugiam?

IONAE PROPHETIA.

CAP. I.

Ionas missus in Niniuen ad prophetandum, fugit. Orta tempestate ob eius inobedientiam, in mare præcipitatur. Hostia, Votæ.

1 ET factum est verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens,

2 Surge, & vade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea quia ascendit malitia eius coram me.

3 Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntẽ in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis à facie Domini.

4 Dominus autem misit ventum magnum in B mare: & facta est tẽpestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri.

5 Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad deum suum, & miserunt vasa quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dor-

miebat sopore graui.
6 Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si forte recogitet Deus de nobis, & non pereamus.
7 Et dixit vir ad collegam suum, Venite & mittámus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Ionam.
8 Et dixerunt ad eum, Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum? & quæ terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu?
9 Et dixit ad eos, Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare & aridam.
10 Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc fecisti.
11 Cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis Ionas. Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumescebat super eos.
12 Et dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.
13 Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos.
14 Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt, Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti fecisti.
15 Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo.
16 Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

CAP. II.

Ionæ à pisce absorptus. Eiusdem canticum.

1 ET præparauit Dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam.
Matt. 12. c. 40. 16. d. 4. Luc. 11. d. 30
2 "Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis, Et dixit,
Psal. 119. 6. 2.
3 *Clamaui de tribulatione mea ad Dominū, & exaudiuit me de ventre inferi clamaui, & exaudiui vocem meam.
4 Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.
5 Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum.
Psal. 68. 9
6. 2.
6 *Circumdederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum.
7 Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.
8 Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.
9 Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquent.
10 Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque vouì reddam pro salute mea Domino.
11 Et dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

CAP. III.

Rursum iubetur prædicare Niniuitis. Eius prædicatio. Niniuitæ resipiscentes, misericordiam consequuntur.

1 ET factum est verbum Domini ad Ionam secundò, dicens,
2 Surge, & vade in Niuiuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quã ego loquor ad te.
3 Et surrexit Ionas, & abiit in Niniue iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum.
4 Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.
Matt. 12. d. 41. Luc. 11. d. 32.
5 *Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum: & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem.
6 Et peruenit verbum ad regem Niniue: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.
7 Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens, Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant.
8 Et operientur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine: & conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum.
Iere. 18. d. 11. Ezech. 33. 14.
9 *Quis scit si cõuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non perimus?
10 Et vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitiam quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

CAP. IIII.

Affligitur Ionæ quòd sermo eius contra Niniuen non fuerit impletus. Increpatur à Domino. Per hederam, iniustam eius iracundiam ostendit Dominus.

1 ET afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est.
2 Et orauit ad Dominum, & dixit, Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbũ meũ, cùm adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharsis, scio enim* quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia.
Psal. 85. 5. 102. 8. 13.
3 Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me, quia melior est mihi mors quàm vita.
4 Et dixit Dominus, Putásne bene iracsceris tu?
5 Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contrà

contra Orientem ciuitatis: & fecit sibimet umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec videret quid accideret ciuitati.
6 Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset umbra super caput eius, & protegeret eum. Laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera, lætitia magna.
7 Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum: & percussit hederam, & exaruit.
8 Et cùm ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido & vrenti: & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petiuit animæ suæ vt moreretur, & dixit, Melius est mihi mori quàm viuere.
9 Et dixit Dominus ad Ionam, Putásne bene iracsceris tu super hederam? Et dixit, Bene iracsor ego vsque ad mortem. "Deus
10 Et dixit Dominus, Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte periit.
11 Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?

Prologus in Michææ Prophetiam.

TEmporibus Ioatham' & Achaz & Ezechiæ regum Iuda Michæam prophetam ad hanc prophetiam Spiritu sancto repletũ fuisse, lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum, Ioatham & Ezechiam Deo ob religionem placuisse, historia libri quarti Regum, & secundi Paralipomenon indicat. Achaz vero relicto Deo, idola Samariæ, quibus etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat, coluisse constat. Quam ob rem, Deus Samariam, quæ reges Israel & Iuda memoratorum simulacrorum superstitione fefellerat, increpans, indignationem suam in eam processuram comminatus est. Populo etiam Israel præuaricatori, & principibus eius, qui eundem populum fallaci suasione ad colenda idola impulerant, verbis insequentibus, captiuitatem & interitum assuturum denunciat.

MICHAEAE PROPHETIA.

CAP. I.

Quo tempore prophetauit Michæas. Comminatio in regnũ Israelitici, in Philisthæos, & Iudæos.

1 VErbum Domini quod factũ est ad Michæam Morasthitem, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iudæ: quod vidit super Samariã & Ierusalem.
2 Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius: & sit Dominus Deus vobis in testem.
Psal. 96. d. 11. "egredi-tur
3 Quia "ecce Dominus "egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit excelsa terræ.
4 Et consumentur montes subtus eum: & valles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrunt in præceps.
5 In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. Quod scelus Iacob? nónne Samaria? & quæ excelsa Iudæ? nónne Ierusalem?
6 Et ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cùm plantatur vinea, & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo.
7 Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditione, quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur.
8 Super hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum:
9 Quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudã, tetigit portam populi mei vsque ad Ierusalem.
10 In Geth nolite annuntiare, lacrymis ne ploretis: in domo Pulueris puluere vos conspergite.
11 Et transite vobis habitatio Pulchra, confusa ignominia: non est egressa, quæ habitat in exitu: planctum Domus vicinæ accipiet ex vobis, quæ stetit sibimet.
12 Quia infirmata est in bonum quæ habitat in amaritudinibus: quia descendit malum à Domino in portam Ierusalem.
13 Tumultus quadrigæ fluporis habitanti Lachis, principium peccati est filiæ Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel.
14 Propterea dabit emissarios super hæreditatem Geth: domos Mendacii in deceptionem regibus Israel.
15 Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Maresa: vsque ad Odollam veniet gloria Israel.
16 Decaluare, & tondere super filios delicias tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

CAP. II.

Peccata populi recensentur, ob quæ sua gesta prænuntiat.

1 VAE qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in lu-

te matutina faciunt illud, quoniam contra
Deum Dominum est manus eorum.
2 Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos, & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius.
3 Ideirco hæc dicit Dominus, Ecce ego cogito super familiam istam malum unde non auferetis colla vestra.
4 Et non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentibus, Depopulatione vastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet à me, quum reuertatur qui regiones nostras diuidat?
5 Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini Israel.
6 Ne loquamini loquentes, Non stillabit super istos, non comprehendet confusio.
7 Dicit Domus Iacob, Nunquid abbreuiatus est Spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cũ eo qui rectè graditur.
8 Et contrario populus meus in aduersarium consurrexit, desuper tunicam pallium subtraxistis: & eos qui transibant simpliciter conuertistis in bellum.
9 Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum.
10 Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima.
11 Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer: stillabo tibi in vinum, & in ebrietate: & erit super quẽ stillatur populus iste.
12 Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum.
diuidet. 13 Ascendet enim pandens iter ante eos: diuidet, & transibunt portam, & egredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

CAP. III.

Contra principum tyrannidem. Contra pseudoprophetas. Prophetæ Dei authoritas. Rursum in primis scelera inhabitat Ierusalem. Eius destructio.

ET dixi, Audite principes Iacob, & duces domus Israel.
2 Nunquid non vestrum est scire iudicium qui odio habetis bonum, & diligitis malũ: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum.
3 Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ.
4 Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abscondet faciẽ suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis.
5 Hæc dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis nõ dederit in ore eorum quippiam, sanctificãt super eum prælium.
6 Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies.
7 Et confundentur qui vident visiones, & C
confundentur diuini: & operiẽt omnes vultus suos, quia non est responsum Dei.
8 Verumtamen ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio & virtute: vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum.
9 Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel: qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis.
10 (Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ie- D
rusalem in iniquitate. Ezech. 22.
11 *Principes eius in muneribus iudicabant, f. 27. Sophon. 3.d
& sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super Dominũ requiescebant, dicentes, Nunquid non Dominus in medio nostrum? non venient super nos mala.
12 Propter hoc causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidũ erit, & mons templi in excelsa syluarum.

CAP. IIII.

Prophetia de Christo, ecclesia, & verbo Dei, Israelitarum vocatio in regnum Christi. Et ecclesia confirmatio aduersus hostes.

ET * in nouissimo dierũ erit mons do- *erit
mus Domini præparatus in vertice mõtium, & sublimis super colles: & fluent ad eum populi. Esa. 2. d. 2.
2 Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, ascendamus ad montem Domini & ad domũ Dei Iacob: & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ierusalem.
3 Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum: & concidẽt gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltrà belligerare.
4 Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suã, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum est.
5 Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & vltrà.
6 In die illa dicit Dominus, cõgregabo claudicantem: & eam quam eieceram, colligã, & quam afflixeram, consolabor.
7 *Et ponam claudicantem, in reliquias: & Soph. 3. d
eam quæ laborauerat, in gentem robustã: *& regnabit Dominus super eos in mõ- 15.
te Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum. Luc. 3. c. 28 Apoc. 7. d. 17
8 Et tu turris gregis, nebulosa *filia Sion C
vsque ad te veniet, & veniet potestas pri- *filiæ
ma regnum filiæ Ierusalem.

9 Nunc quare mœrore, contraheris? nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem?
10 Dole, & satage filia Sion quasi parturiẽs: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.
D 11 Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ: quæ dicũt, Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster.
12 Ipsi autem non cognouerũt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos quasi fœnum areæ.
13 Surge & tritura filia Sion: quia cornu tuũ ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudines eorum Domino vniuersæ terræ.

CAP. V.

Imminens vrbis Ierusalem vastatio. Christus dux. Reliquiarum Israel exaltatio. A vero Israele auferri Deus omnem extraneam fiduciam.

1 NVNC vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel.
2 *ET TV BETHLEHEM Ephrata, Matth. 2. d. Iohan. 7. Luc. 2.
paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis.
3 Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: *reliquiæ fratrũ eius conuertentur ad filios Israel. *vt
4 Et stabit, & pascet in fortitudine Dominii, & sublimitate nominis Domini Dei sui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ.
5 Et erit iste pax: Assyrius quum venerit in terram nostram, & quãdo calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates hominũ.
6 Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur, quum venerit in terram nostram, & cum calcauerit in finibus nostris.
C 7 Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum, & non præstolatur filios hominum.
8 Et erunt reliquiæ Iacob in Gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit, & eõculcauerit, & receperit, nõ est qui eruat.
9 Et exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.
10 Et erit in die illa, dicit Dominus: auferã equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas.
D 11 Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruã omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te.
12 Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà opera manuum tuarum.
13 Et euellam lucos tuos de medio tui; & conteram ciuitates tuas.
14 Et faciam in furore & indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ non audierunt.

CAP. VI.

Adhortatio ad audiendum Dei iudicium aduersus ingratum Israelem. Quæ sacrificia te quirat Dominus. Israelis impietates arguit.

1 AVdite quæ Dominus loquitur, Surge, c.
contende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam. 1.
2 Audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur.
3 Populi meus, quid feci tibi, aut quid mo- Exod. 15.
lestus fui tibi? responde mihi. c. 16.
4 *Quia eduxi te de Terra AEgypti, & de domo seruientium liberaui te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam?
5 Populi meus memento quæso *quid co- Numer. 22.
gitauerit contra te Balach rex Moab: & d. 5. 23.
quid responderit ei Balaam filius Beor, de b. 7.
Setim vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini.
6 Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos?
7 Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo: fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?
8 Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.
9 Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus C
erit timentibus nomen eius: audite tribus, ruum
& quis approbabit illud?
10 Adhuc ignis in domo impii thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena.
11 Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacculi pondera dolosa?
12 In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.
D
13 Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis.
14 Tu comedes, & non saturaberis, & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & non saluabis: & quos saluaueris, in gladiũ dabo.
15 *Tu seminabis, & non metes: tu calcabis Deut. 28.
oliuam, & non ungeris oleo: & mustum, & d. 38. aggæ
non bibes vinum. 1. 5. 6.
16 Et custodisti præcepta Amri, & omne op- *volũta-
domus Achab: & ambulasti in voluptatibus tibus
eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

CAP. VII.

Impiorum multitudinem, & vere pios rem luget paucitatem. Contra veritatem ne propinquissimis quidem acquiescendum. Suam in Deum fiduciam ostendit in persona sanctorum. Ecclesiæ prosperitas. Spe promissionum Dei eam confortat.

1 VAE mihi quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea.

2 Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur.

3 Malum manuum suarum dicunt bonum: princeps postulat, & iudex in reddendo est: & magnus locutus est desiderium animæ suæ, & conturbauerunt eam.

4 Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nunc erit vastitas eorum.

5 Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui.

6 Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrũ suam: & inimici hominis domestici eius.

7 Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum: audiet me Deus meus.

8 Ne lęteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam quum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.

9 Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei: donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum: adducet me in lucẽ, videbo iustitiam eius.

10 Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me, Vbi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem, vt lutum platearum.

11 Dies vt ædificentur macerię tuæ: in die illa longè fiet lex.

12 In die illa & vsque ad te veniet Assur, & vsque ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte.

13 Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum.

14 Pasce populũ tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli: pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos.

15 Secundum diem egressionis tuæ de Terra Aegypti ostendam ei mirabilia.

16 Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua: ponent manum super os, aures eorum surdæ erunt.

17 Lingẽt puluerẽ sicut serpentes, velut reptilia terræ proturbabũtur de ędibus suis: Dominum Deum nostrum desiderabunt, & timebunt te.

18 Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet vltrà furorẽ suũ, quoniam volens misericordiam est.

19 Reuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

20 Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

Prologus in prophetam Nahum, ex proœmio commentariorum Hieronymi in Nahum.

NAHVM propheram ante aduentum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat, fuisse, Hebræorũ traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis, prædicti regis aduentum idem propheta annuntiare monstratur. Sed cum habitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prædicante ne diuina ira denuntiatum interitum sustinerẽt, peccatorum & impietatis pœnitentiam egissent, accepta Dei misericordia grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus propheta Spiritu sancto plenus, iudiciũ Dei annuntians, ita locutus est, Deus zelans, & vlciscens Dominus est, &c. Iam enim decem tribus ab Assyriis deductæ fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Iuda: sub quo etiam nũc in cõsolationem populi, transmigrati aduersum Niniuen visio cernitur. Nec erat parua consolatio tam his qui iam Assyriis seruiebant, quam reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab eisdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoque à Chaldæis esse capiendos, sicut in sequentibus libri huius demonstrabitur. Sciendum autem est quòd Niniue in nostra lingua de Hebræo, speciosa sonat. Speciosus autẽ hic mũdus dicitur. Vnde & apud Græcos cosmos ab ornatu accepit. Et quicquid nunc aduersum Niniuen dicitur: de mundo figuraliter prædicari sentiamus. Quam ob causam & assumptio quam Septuaginta interpretantur lemma, & Aquila arma interpretatus est, apud Hebræos MASSA ponitur, id est graue onus: eo quòd eam aduersus quam videtur premat, nec sinat eleuare cernicem. Simũlque hoc attendendũ, quòd hæc ipsa vel assumptio, vel onus, vel põdus prophetæ, visio sit. Non enim loquitur propheta in extasi, vt Montanus & Prisca, Maximillaque delirant: sed quòd prophetæ liber est visionis intelligentia: vniuersa quæ loquitur: & pondus hostium facientis suo populo visionem. De consummatione itaque mundi secundum anagogen ó; Paula & Eustochium in con-

solationem sanctorum prophetia texitur: vt quæcunque in mundo vident quasi prætereuntia & caduca contemnant, & præparẽt se ad iudicii diem, vbi vltor aduersum veros Assyrios astaturus est Dominus.

PROPHETIA NAHVM.

CAP. I.

Prædicat Nahum Dei vindictam in Assyrios, & bonitatem in Iudæos. Liberationem ab Assyriis promittit.

1 ONus Niniue, Liber visionis Nahum Elcesæi.

2 Deus æmulator & vlciscẽs Dominus, vlciscẽs Dominus & habens furorem: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.

3 Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem: Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius.

4 Increpans mare & exiccans illud: & omnia flumina ad desertum deducens. Infirma tus est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit.

5 Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo.

6 Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? Iudignatio eius effusa est vt ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo.

7 Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se.

8 Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebræ.

9 Quid cogitatis contra Dominum? cõsummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio.

10 Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena.

11 Ex te enim exibit cogitans contra Dominum malitiam: mente pertractans prauaricationem

12 Hæc dicit Dominus, Si perfecti fuerint: & ita plures, sic quoque arrodentur, & pertransibit: afflixi te, & non affligam te vltrà,

13 Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrumpam.

14 Et præcipiet super te Dominus, non seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiam sculptile & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es.

15 *Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adiiciet vltrà vt pertranseat in te Belial, vniuersus interiit.

CAP. II.

Victoriam Chaldæorum aduersum Assyrios describit, Eorum superbiam ridet.

1 ASCendit qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem: contẽplare viã, conforta lumbos, robora virtutem valde:

2 Quia reddit Dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt.

3 Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: ignea habenæ currus in die præparationis eius, & agitatores conspiti sunt:

4 In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia.

5 Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum.

6 Portę fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum:

7 Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis.

8 Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi vero fugerunt: state, state & non est qui reuertatur.

9 Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.

10 Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum sicut nigredo ollæ.

11 Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc catulus leonis, & non est qui exterreat?

12 Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda spelũcas suas, & cubile suum rapina.

13 Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituũ: & succendam vsque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius, & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nuntiorũ tuorum.

CAP. III.

Niniuen rebem sanguinum enerẽdam prædicit. Huius vastationem confirmando repetit, proposito exemplo Alexandriæ. Vires carnis quibus inniteba tur, subsannat.

VAE ciuitas sanguinum, vniuersa mendacii dilaceratione plena: non recedet à rapina.

2 Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frumentis, & quadrigæ ferentis, & equitis ascendentis:

3 Et micantis gladii, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis,

4 Propter multitudinem fornicationū meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficiis suis:

5 *Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituū: & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.

6 Et proiiciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum.

7 Et erit omnis qui viderit te, refiliet à te, & dicet, Vastata est Niniue: quis cōmouebit super te caput? vnde quæram consolatorem tibi?

8 Nunquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ, muri eius:

9 AEthiopia fortitudo eius, & AEgyptus, & non est finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo.

10 Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius constricti sunt compedibus.

11 Et tu ergo inebriaberis: & eris despecta, & tu quæres auxilium ab inimico.

12 Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis.

13 Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad apertionē pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos.

14 Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, subigens tene laterem.

15 Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt bruchus. congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locusta.

16 Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sunt cæli: bruchus expansus est, & auolauit.

17 Custodes tui quasi locustæ: & principes tui quasi locustæ locustarum, quæ consident in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerint.

18 Dormitauerunt pastores tui rex Assur, sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget.

19 Non est obscura cōtritio tua: pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionē tuam, compresserunt manum super te, quia super quē non transiit malitia tua semper.

Esa.47. a.3.

Prologus in prophetiam Habacuc, ex proœmio commentariorum Hieronymi in Habacuc.

QVATVOR prophetæ in duodecim propheta rum volumine continentur è quibus tres in principio, lemma, id est pondus, titulum habent, Nahum, Habacuc, & Malachias. Porrò Zacharias, in medio & circa finem duos huiusce modi ponit titulos: è quibus vnus est, Onus verbi Domini in terra Adrach & Damasci requiei eius: alter in fine, Onus verbi Domini super Israel, De Nahum, orationibus tuis iam liber editus est de Zacharia & Malachia, si vita comes fuerit, differetur. Nunc Habacuc habemus in manibus, qui vel ex eo quod amabilis Domini est, vocatur amplexatio, vel quòd in certamen & luctam, & (ne ita dicam) amplexum eum Deo congreditur, amplexantis: id est luctantis, sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationē iustitiæ prouocare, & dicere ei, Cur in rebus humanis, & in mundi istius politia, tanta rerum versatur iniquitas? Vociferabor ad te vim patiens: & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem videre? Lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium: quia impius præualet aduersum iustum: ideo egreditur iudicium peruersum. Vides quod temeraria vox sit, & quodammodo blasphemantis, creatorem suum ad iudicium prouocare: & vas fragile aduersus figulum: cur tale vel tale factum sit disputare? Necnon & hoc animaduertendum, quòd assumptio vel pondus, quæ grauia esse iam diximus, prophetæ visio est: & aduersum Montani dogma peruersum, intelligit quod videt, nec vt amens loquitur: nec more insanientium fœminarum dat sine mente sonum. Vnde & Apostolus inbet, vt si prophetantibus alijs, alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Et statim, Non est, inquit, dissensionis Deus, sed pacis. Ex quo intelligitur eum quis voluntate retinere, & alteri locum dare ad loquendum, posse & loqui & tacere cum velit. qui autem in extasi, id est inuitus loquitur, nec tacere nec loqui in sua potestate habet. Illud quoque discendum quia semel à me violenter exigis, vt quasi quosdam gradus & scalas ad altiora nitenti, historiam tibi interpretet) prophetam esse contra Babylonem & Nabuchodonosor regem Chaldæorum: vt quomodo prior propheta Nahum, quem Habacuc sequitur, varicinium habuit contra Niniuen & Assyrios, qui vastauerunt decē tribus, quæ vocantur Israelitæ: Habacuc propheriā habeat aduersus Babylonē & Nabuchodonosor: à quibus Iuda & Ierusalē, tempus inq; subuersa sunt. Et vt scias eo tēpore fuisse Habacuc, quo iā duæ tribus, quæ vocabantur Iudas, ductæ erant in captiuitatem, Daniel docere te poterit: ad quem in lacum leonum Habacuc cū prandio mittitur: quanquā apud Hebræos hæc ipsa non legatur historia. Igitur siue quis recipiat scripturam illā, siue non recipiat, vtrunq; pro nobis est. Aut enim recipit: & iam post factam rem liber Habacuc texitur: aut non recipit, & quasi prophe

propheta scribit, quæ ventura cognoscit. Interim secundum literam eanfatur aduersum Deum propheta: cur Nabuchodonosor templum Dei vastet & Iudam: cur Ierusalem quondam vrbs Domini destruatur: quare clamet populus & non exaudiatur, vociferetur ad Dominum oppressus à Chaldæis, & non saluetur: quare etiam ipse propheta vel populus, ex cuius persona nunc loquitur, ad hoc vixerit, & hucusque perduētus sit, vt iniquitatem hostium & suum laborem videat: cur iniustitia præualeat aduersum se. Et hoc dicit præmentis angustia, nescions aurum in igne conflari, & tres pueros de camino ignis puriores exisse, quàm intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere possumus, quod ex persona humanæ impatientiæ loquatur: vt in querulam vocem, & plenam doloris erumpat, dicens, Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? Hæc autem loquitur, nescions iudicia Dei inuestigabilia, & profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ eius, quòd non ita videat Deus, vt videt homo. homo tantùm præsentia respicit: Deus futura & æterna cognoscit. Et quomodo si ægrotus & æstuans febribus aquam frigidam postulet, & dicat ad medicum, Vim patior, crucior, vror, exanimor, vsquequo medice clamabo, & non exaudies? Et respondeat ei sapientissimus ac clementissimus medicus, Scio quo tempore tibi debeam quod postulas: & non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita & Deus noster sciensclementiæ suæ ponderans atque mensuras, interdum non exaudit clamantem: vt eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quasi igne excoctum, iustiorem & puriorem faciat. Quod intelligens Apostolus secundum id quod misericordiam consecutus est à Domino, ait, Sed non deficimus in tribulationibus. Et benedicit Dominum in omni tempore, & scit quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: & gloriatur in labore & dolore. Et cum Ieremia dicit, Tribulationem & miseriam inuocabo: vt quomodo alius inuocat Deum, sic sanctus vir & bellator inuictus ad exercendum se & probandum, tribulationem & miseriam venire desiderat.

PROPHETIA HABACVC.

CAP. I.

In persona sanctorum piè conquerentur propheta, quod mali iustos persequantur. Chaldæos fuscitatos esse à Domino ostendit ad iustorum correptionem. Eorum ruinā. Querelam repetit.

1 ONus quod vidit Habacuc propheta.

2 Vsquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis?

3 Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem videre prædam & iniustitiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem?

4 Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum.

5 *Aspicite in Gentibus & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cùm narrabitur.

6 Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula sua.

7 Horribilis & terribilis est, ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur.

8 Leuiores quidem equi eius, & velociores lupis vespertinis, & dissundentur equites eius: equites namque eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum.

9 Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens, & congregabit quasi arenam, captiuitatem.

10 Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit: & comportabit aggerem, & capiet eam.

11 Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corrues: hæc est fortitudo eius dei sui.

12 Nunquid nō tu à principio Domine Deus meus: Sancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes, fundasti eum.

13 Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se?

14 Et facies homines quasi pisces, maris, & quasi reptile non habens principem.

15 Totum in hamo sublenauit, traxit illud in sagenam suam, & congregauit in rete suum.

16 Super hoc lætabitur & exultabit, propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere Gentes non cessat. parcet.

Abac.13. b.41.

CAP. II.

Responsurum expectat à Domino. Iubetur confidere. Fidei efficacia. Superbia impios corripit. Auaritia. Ebrietas. Contra idolorum cultum.

1 SVper custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam arguentem me.

2 Et respondit mihi Dominus, & dixi, Scribe visum, & explana eum super tabulas: vt percurrat qui legerit eum.

8 Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit, expecta illum quia veniens veniet, & non tardabit.

Psa. 21. c. 4 *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ei in semetipso: *iustus autem in fide sua viuet.

Rom. 1. b. 17. hebr. 10. g. 38. gal. 3. b. 11

5 Et quo modo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregauit ad se omnes gentes, & coacervauit ad se omnes populos.

B 6 Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius: & dicent, Væ ei qui multiplicat non sua? vsquequo & aggrauat contra se densum lutum?

7 Nunquid non repentè consurgent qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?

8 Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter sanguinem hominis, & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

9 Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali.

10 Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua.

11 Quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit.

C 12 Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.

13 Nunquid non hæc sunt à Domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum, & deficient.

14 Quia replebitur terra, vt cognoscant gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare.

15 Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius.

16 Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & consopire: circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam.

D 17 Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

18 Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus conflatile & imaginem falsam? quia speranit in figmento fictor eius vt faceret simulacra muta?

19 Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti, nunquid ipse docere poterit? Ecce, iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius.

20 *Dominus autem in templo sancto suo: Psa. 10. b. 4 sileat à facie eius omnis terra.

CAP. III.

Ex concepto timore, prophetiæ suæ magnitudinem ostendit Habacuc. Christi aduentus & victoria aduersus peccatum, mortem, & infernum. Rursum quam magna sint quæ audiuit, docet.

1 ORatio Habacuc pro ignorantiis.

2 Domine audiui auditionem tuam, & timui: Domine opus tuum in medio annorum, vivifica illud: in medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

3 Deus ab Austro venier, & sanctus de monte Pharan. "Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. "Semper

4 Splendor eius vt lucerit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

5 Ante faciem eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius.

6 Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit Gentes, & contriti sunt montes seculi: incurrati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius. E

7 Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.

8 Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, quia ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio? 'quia ascendes

9 Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es: fluuios scindes terræ.

10 Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum trãsiit, dedit abyssus vocem suam, & altitudo manus suas leuauit.

11 Sol & luna stetерunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ. C

12 In fremitu conculcabis terram, & in furore obstupefacies Gentes.

13 Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo: percussisti caput de domo impii: denudasti fundamentum vsque ad collum semper.

14 Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorũ eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

15 Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. D

16 Audiui, & conturbatus est venter meus, "à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrum. "ad vocē

17 Ficus enim nõ florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus.

18 Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.

19 Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quasi cervorum: & super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem,

Prologus

Prologus in Sophoniæ prophetiam, ex principio commentariorum Hieronymi in Sophoniam.

TRADVNT Hebræi, cuiusque prophetæ pater aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos vnus de duodecim prophetis qui dixerat, Non sum propheta, nec filius prophetæ, sed pastor caprarum vellicans sycomoros: patris nomen in titulo non habet. Hoc si verum est, Sophonias propheta, nomine (vt ita dicam) prophetico & gloriosa maiorum suorum stirpe generatus est: habuit enim patrem Chusi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam: & talem quadrigam ipse velut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ, alii speculam: alii arcanum Domini transtulerunt. Siue igitur specula, siue ascenditum Domini interpretetur: vtrumque prophetæ conuenit. Dicitur enim & Ezechielem, Fili hominis, speculatorem te posui domui Israel. Iste ergo propheta [illegible] erat in specula & in sublimibus cõstitutus, & nouerat mysteria Domini: filius erat Chusi, qui interpretatur humilitas. Habebat quoque auum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini, & proauum Amariam, qui & ipse vertitur in sermonem Domini: & atauum Ezechiam, qui sonat fortitudo Domini. De fortitudine itaque Domini natus est sermo Domini: & de sermone Domini nata est magnitudo Domini: & de magnitudine nata humilitas: vt cum peruenerit aliquis ad perfectum, dicat, Quia non sum dignus vocari Apostolus. Et illud in Psalmis, Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei. Iosiam regem Iudæ, cuius temporibus Sophonias prophetasse inuenitur, Deo præ omnibus regibus Iudæ placuisse, historia quarti libri Regum & secundi Paralipomenon demonstrat. Iosias simulacra quæ pater suus Amon, vel auus Manasses in templo Dei collocauerant, deiecta comminuisse monstratur. In quibus etiam serpentem æreum à Moyse factum: quem errori inductus populus, superstitione idolorum derentus, adiserat. Idem custodisse Pascha: & intermissis temporibus multis solus celebrasse monstratur. Ideo Deus per prophetam temporibus memorati regis, quæ ventura erant ostendens gentibus quidem lectione comprehensis affuturum iudicium: populo verò Israel salutem: & ciuitati Ierusalem restaurationem tunc temporis tribuendam textu lectionis denuntiauit.

SOPHONIAE PROPHETIA.

CAP. I.

De rerum omnium cõsummatione prophetat. Comminatur Iudæ ob idololatriã. De die Domini.

1 VErbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filii Godoliæ, filii Amariæ, filii Ezechiæ, in diebus Iosiæ filii Amon regis Iudæ.

2 Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus:

3 Congregans hominem & pecus, congregans volatilia cæli & pisces maris: & ruinæ impiorum erunt: & disperdam homines à facie terræ, dicit Dominus,

4 Et extendam manum meam super Iudam & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum sacerdotibus:

5 Et eos qui adorant super tecta militiam cæli, & adorant, & iurant in Domino, & iurant in Melchom:

6 Et qui auertuntur de post tergum Domini, & qui non quæsierunt Dominum, nec inuestigauerunt eum.

7 Silete à facie Domini Dei: quia iuxtà est dies Domini, quia præparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos.

8 Et erit in die hostiæ Domini visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina:

9 Et visitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum Domini Dei sui iniquitate & dolo.

10 Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris a porta piscium, & vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus. C

11 Vlulate habitatores Pilæ: conticuit omnis popu lus Chanaan, disperierunt omnes inuoluti argento.

12 Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fœtibus suis: qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene Dominus, & non faciet malè.

13 Et erit fortitudo eorum in direptionem, *& domus eorum in desertum: & ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Amos. 5. f. 11.

14 Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. D

15 *Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, Ier. 30. d. 7 ioel. 2. 11. amos 5. c. 18.

16 Dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, super angulos excelsos,

17 Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora,

Exc.7.c. 19. 18 *Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra: quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

CAP. II.

*Omnes gentes ad respiscentiam vocat. Prophetat aduersum Philistheos, Aduersum Moabitas & filios Ammon. Aduersus AEthiopes, Assyrios, & Niniuen.

1 COnuenite, congregamini gens non amabilis.
2 Priusquam pariat iussio quasi pulueren transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris Domini, antequam veniat super vos ira indignationis Domini.
3 Quærite Dominum omnes mansueti terræ, quia iudicium eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quo modo abscondamini in die furoris Domini.
4 Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in Meridie eiicient, & Accaron eradicabitur.
B 5 Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbum Domini super vos Chanaan terrra Philisthinorum, & dispersam te, ita vt non sit inhabitator.
6 Et erit funiculus maris requies pastorum, & caulæ pecorum.
7 Et erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda, ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos, Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum.
8 Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super terminos eorum.
9 Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituum Deus Israel, quia Moab vt Sodoma erit, & filii Ammon, quasi Gomorrha, siccitas spinarum & acerui salis, & desertum vsque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt illos.
10 Hoc enim eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum Domini exercituum.
11 Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium.
D 12 Sed & vos AEthiopes interfecti gladio meo eritis.
13 Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur: & ponet Speciosam in solitudinem & inuium & quasi desertum.
Esa.34. c.13. 14 *Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ Gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fenestras, coruus in superliminari: quoniam auenuabo robur eius.
15 Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & extra me non est alia amplius. Quomodo facta est in desertum cubile bestiæ omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

CAP. III.

*Totam Ierosolymam arguit, & præcipuè rectores eius. Vltima Israelis conuersio post Gentium plenitudinem.

1 VAE prouocatrix & redempta ciuitas, columba.
2 Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquauit.
Ezech.22. f.27. mich. 3.d.11. 3 *Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere, non relinquent in mane.
4 Prophetæ eius vesani, viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem.
5 Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem: mane mane iudicium suum dabit in lucem, & non obscondetur: nescivit autem iniquus confusionem.
6 Disperdidi Gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias eorum nimium non est qui transeat: desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque vllo habitatore.
7 Dixi, Attamen timebis me, suscipies disciplinam: & non peribit habitaculum eius propter omnia in quibus visitaui eam: verumtamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas.
8 Quapropter expecta me, dicit Dominus, B in die resurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum vt congregem Gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.
9 Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen Domini, & seruiant ei humero vno. *in nomine
10 Vltra flumina AEthiopiæ, inde supplices mei filii dispersorum meorum deferent munus mihi.
11 In die illa non confunderis super cunctis C adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adiicies exaltari amplius in monte sancto meo.
12 Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & sperabunt in nomine Domini.
13 Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ibi pascentur & accubabunt, & non erit qui exterreat.
14 Lauda filia Sion, iubila Israel: lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalem.
15 Abstulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum vltrà.
16 In die illa dicetur Ierusalem, Noli timere: Sion, non dissoluentur manus tuæ. D
17 Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude.
18 Nugas qui à lege recesserant, congrega-

bo, quia ex te erant: vt non vltrà habeat super eis opprobrium.
19 Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo: & saluabo claudicantem, & eam quæ ejecta fuerat congregabo, & ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum:
20 In tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cùm conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

Prologus in Prophetiam Aggæi

Ieremias propheta ob causam periurii Sedechiæ regis (vt historia libri secundi Paralipomenon indicat) qui fidem promissam Nabuchodonosor regi Chaldæorum non seruauerat, populum Israel reformans cum memorato rege Ierusalem, expugnata Ierusalem, captiuum in Babylonem fuisse perductum. Sed cùm memoratus populus multis temporibus idolis seruiendo, & effusione sanguinis innocentum se grauiter impiasset, volens Deus generationem vniuersam & fidem populi ob causas memoratas penitus deperire, septuaginta annorum captiuitate eundem populum in regno Chaldæorum statuit sustinere: hac ratione, vt completo numero annorum, nouus populus à memoratis peccatis immunis ad renouationem Ierusalem peruenirent. Sexagesimo itaque secundo anno, regno Chaldæorum subuerso, cui adhuc octo anni restabãt ad regnandum, quod etiam sexta visio Danielis ostendit: cum propter causam sacrilegii, quod in eadem visione continetur, fuisset extinctum, Darius qui Medo imperabat, vt septima visio Danielis ostendit, memoratorum regno successit. Cuius primo anno regni, vt decima visio Danielis manifestat, Daniel supputatis annis videns appropinquare tempus reuersionis quæ per Ieremiam fuerat promissa, orans tam pro se quàm pro populo, eandem promissionem à Deo postulabat impleri. Cui per Gabrielem archangelum in eadem visione iuxta preces eiusdem, vniuersa completa esse, Deus dixit. Nam moriente supradicto Dario rege Medorum, & succedente in regno Cyro rege Persarum: promissione Dei completa, per eundem regem populum Israel in Ierusalem reductum, historia secundi libri Paralipomenon, & initium Esdræ prophetæ confirmant. Cúmque à populo Israel & senioribus templum Dei ædificari cœpisset, mortuo Cyro rege, ac regnante Dario rege Persarum, qui memorato Cyro successerat: vicinæ Gentes ciuitatis Ierusalem, (vt idem Esdras refert) restaurationem templi & ciuitatis resistendo impedire cœperunt. Qua ratione deterritus populus Israel, reparationem supradicti templi Domini necdum iuxta promissionem concessam esse credebat, propter quod in secundo anno regni memorati Darii regis Persarum, Aggæus propheta à Deo missus, Zorobabel, qui de tribu erat Iuda, qui potestatem regni susceperus erat, & Iesum filium Iosedec summum sacerdotem admonet, vt credant completo numero annorum tempus restaurationis Ierusalem aduenisse: hoc etiam addito, ne incredulitatem populi vellent imitari, de quo Deus per eum dixit, Populus hic dicit, Nondum venit tempus vt ædificetur domus Dei. Omnia autem quæ textu huius prophetiæ continentur, reuersionem populi, ædificationẽ templi, renouationem ciuitatis, obseruantiam sacerdotalem, & interitum regnorum gentium exterarum significant.

AGGAEI PROPHETIA.

CAP. I.

*Increpat Aggæus Iudæos, qui neglectò templo propria ædificia curabant. Incommoda eorum ob dilationẽ operis retentes. Zorobabel & Iesus sacerdos, excitati à Domino, opus aggrediuntur.

1 IN anno secundo Darii regis, in mẽse sexto, in die vna mẽsis: factũ est verbũ Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filiũ Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, dicens,
2 Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Populus iste dicit, Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.
3 Et factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens,
4 Nunquid tempus vobis est vt habitetis in domibus *laqueatis, & domus ista deserta? *vestris
5 Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras. B Deu.28.d. 3. mic. 6. d.15.
6 *Semi nastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.
7 Hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras.
8 Ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus.
9 Respexistis ad amplius, & ecce factum est C minus: & intulistis in domum, & exuflauistis illud: quam ob causam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam.
10 Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum:

11 Et vocaui ſiccitatem ſuper terram,& ſuper montes,& ſuper triticum , & ſuper vinum,& ſuper oleum,& quæcunque profert humus,& ſuper homines,& ſuper iumenta,& ſuper omnem laborem manuum.

D 12 Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec ſacerdos magnus,& omnes reliquiæ populi vocem ᵃ Dei ſui , & verba Aggæi prophetæ,ſicut miſit eum Dominus Deus eorum ad eos,& timuit populus à facie Domini.

ᵃDomini

13 Et dixit Aggæus nuntius Domini de nuntiis Domini,populo dicens, Ego vobiſcum ſum,dicit Dominus.

14 Et ſuſcitauit ᵇ Deus ſpiritum Zorobabel filii Salathiel ducis Iuda,& ſpiritum Ieſu filii Ioſedec ſacerdotis magni , & ſpiritum reliquorum de omni populo , & ingreſſi ſunt , & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei ſui.

ᵇ Domin⁹

CAP. II.

Futurum dicit vt gloria ſecundi templi maior ſit,quàm fuerit prioris,ob Chriſti aduentũ.Sacrificia eorũ,& opera omnia polluta aſſerit. Vt opus templi negligentibus, erant aduerſa omnia,ita reſipiſcentibus ſe benedictũ promittit Dominus.Prophetia de Chriſto ſub typo Zorobabel.

1 IN die vicеſima & quarta menſis,in ſexto menſe,in anno ſecundo Darii regis,

2 In ſeptimo menſe,vicеſima & prima menſis,factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ,dicens,

3 Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec ſacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens,

4 Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima:& quid vos videtis hanc nunc:nunquid non ita eſt,quaſi non ſit in oculis veſtris?

5 Et nunc confortare Zorobabel,dicit Dominus:& confortare Ieſu fili Ioſedec ſacerdos magne , & confortare omnis populus terræ,dicit Dominus exercituum.

6 Et facite (quoniam ego vobiſcum ſum, dicit Dominus exercituum) verbum quod ᵃpepigi placaui vobiſcũ cùm egrederemini de Terra AEgypti, & ſpiritus meus erit in medio veſtrum:nolite timere.

ᵃpepigi

B 7 Quia hæc dicit Dominus exercituum,* Adhuc vnum modicum eſt,& ego commouebo cælum & terram,& mare,& aridam.

*Hebr.12. 26.

8 Et mouebo omnes gentes , ET VENIET DESIDERATVS cunctis gentibus,& implebo domum iſtam gloria dicit Dominus exercituum.

9 Meum eſt argentum: & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum.

10 Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ plus quàm primæ,dicit Dominus exercituũ: & in loco iſto dabo pacem,dicit Dominus exercituum.

11 In vicеſima & quarta noni menſis, in anno ſecundo Darii regis, factum eſt verbum Domini ad Aggæum prophetam,dicens,

12 Hæc dicit Dominus Deus exercituũ, Interroga ſacerdotes legem,dicens,

13 Si tulerit homo carnem ſanctificatam in ora veſtimenti ſui,& tetigerit de ſummitate eius panem , aut pulmẽtum, aut vinum, aut oleum,aut omnem cibum:numquid ſanctificabitur? Reſpondentes autem ſacerdotes, dixerunt, Non.

C 14 Et dixit Aggæus,Si tetigerit immundus in anima,ex omnibus his,nunquid contaminabitur? Et reſponderunt ſacerdotes,& dixerunt:Contaminabitur.

15 Et reſpondit Aggæus, & dixit: Sic populus iſte , & ſic gens iſta ante faciem meam, dicit Dominus , & ſic omne opus manuum eorum:& omnia quæ obtulerunt ibi,contaminata erunt.

16 Et nunc ponite corda veſtra,à die hac & ſuprà antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo Domini.

17 Cùm accederetis ad acerruum viginti modiorum, & fierent decem : & intraretis ad torcular,vt exprimeretis quinquaginta lagenas,& fiebant viginti:

18 ᵃPercuſſi vos vẽto vrente & aurugine, & grandine omnia opera manuũ veſtrarum: & non fuit in vobis , qui reuerteremini ad me,dicit Dominus.

Amos 4. 9.

19 Ponite corda veſtra ex die, & in futurũ,à die vicеſima & quarta noni menſis : à die quà fundamenta iacta ſunt templi Domini,ponite ſuper cor veſtrum.

D

20 Nunquid iam ſemen in germine eſt : & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ non floruit? Ex die iſta benedicam.

21 Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad Aggæum,in vicеſima & quarta menſis, dicens,

22 Loquere ad Zorobabel ducẽ Iuda,dicẽs, Ego mouebo cælum pariter & terram.

23 Et ſubuertam ſolium regnorum,& conteram fortitudinem regni Gentium,& ſubuertam quadrigam & aſcenſorem eius: & deſcendent equi , & aſcenſores eorum,vir in gladio fratris ſui.

Ezech.38. cap.

24 ᵃIn die illa , dicit Dominus exercituum, aſſumam te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus,dicit Dominus: & ponam te,quaſi ſignaculum , quia te elegi , dicit Dominus exercituum.

Prologus in Zachariæ Prophetiam.

Secundo anno Darii regis Medorũ Aggæum & Zachariam prophetaſſe, lectiones eorundem declarant. Sed hæc de cauſa Aggæus Zachariæ in ordine propheratum præiarus eſſe viderur , quòd eum duobus menſibus,vt prædictorum lectiones oſtendunt,in prophetia præceſſiſſe inuenitur,& ad reparationem templi præcepto Dei populum animaſſe , vt Eſdras

Eſdras refert , dicens, In ſecundo anno Darii regis Perſarum prophetauerunt Aggæus & Zacharias filius Addò prophetæ,ſuper Iudæos qui erant in Iuda & Ieruſalem, ſuper Iſrael in nomine Dei Iſrael ſuper eos.Tunc ſurrexerũt Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec, & principes eius : inchoauerũntque ædificare domum Dei,quæ eſt in Ieruſalem. Quibus cùm adeſſent prophetæ , exhortatione ſua adiuuerunt eos. Nam & populum Iſrael ab imitatione paternorum delictorum , per ſuam admonitionem idem propheta cupiens reuocare,verbis lectione comprehenſis vſus eſt.Vidi nocte:& ecce vir aſcenderat ſuper equum rubeum,&c.Vidit propheta virum equo rubeo ſedentem, & ſtantem in medio myrteti vmbroſi:cuius viſionis hæc ſolutio eſt,Vir aſcendens equum rubeum, licet angelus intelligatur:tamen quia prædicti coloris equum conſcendere viſus eſt , vindictam ſanguinis in eam gentem ſignificat aſſerendam , quæ populum Iſrael in captiuitatem redegerat. Nam & Eſaias propheta, per ruborem veſtimentorum , inter Gentes vindictam cum ſanguine à Deo proferendam demonſtrans,his verbis vſus eſt,dicens, Quis eſt iſte qui venit de Edom,tinctis veſtibus de Boſra,&c. Stantem verò in medio myrteti vmbrãtis quòd dixit lætificandum populo aſſuturam per myrteti ſignificationem voluit deſignari. Eius ſigni Moyſes leuitico cùm faceret mentionem,ait, Accipietis die prima fructus ligni ſpecioſi, vbertatem populi per bene olentis ligni & ſpecioſi vmbraculum demonſtraret. Sed hãc viſionem quæ liberationem populi,& vindictam de aduerſariis aſſumeret demonſtrat,ob hoc noctu propheta ſe vidiſſe memorauit , quia populum Iſrael in prima liberatione de Terra AEgypti,noctu diſceſiſſe conſtabat : cuius exempli quia præſens populus aliquam partem in ſe retinere videbatur,liberatio eiuſdem ac reditus captiuitatis de terrra Chaldæorum per noctem prophetæ eſt reuelata.

PROPHETIA ZACHARIAE.

CAP. I.

Monet populum vt conuertatur ad Dominum,& parentum ſcelera vitet.Chriſtum præſignat & apoſtolos.Iudæorum liberationem promittit. In aduerſarios populi Dei.

1 IN menſe octauo, in anno ſecũdo Darii regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filii Addo prophetam:

2 ᵃIratus eſt Dominus ſuper patres veſtros iracundia,& dices ad eos,

ᵃDicens

3 Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini ad me,ait Dominus exercituum: & conuertar ad vos,dicit Dominus exercituum.

Iſa.31.b. Ezech.6. 33.d.21. Ier.3.e.12. 44.e.18.g. Dan.10.d. Zach.1.c. 13. Oſee 14.e. 5. Ioel 2.e. 12.

4 Ne ſitis ſicut patres veſtri,*ad quos clamabant prophetæ priores,dicentes, Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini de viis veſtris malis , & de cogitationibus veſtris peſſimis.Et non audierunt,neque attenderunt ad me,dicit Dominus.

B

5 Patres veſtri vbi ſunt?Et prophetæ numquid in ſempiternum viuent?

6 Verumtamen verba mea & legitima mea quæ mandaui ſeruis meis prophetis , numquid non comprehẽderunt patres veſtros: & conuerſi ſunt,& dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis ſecũdum vias noſtras,& ſecundum adinuentiones noſtras fecit nobiſ.

7 In die vicеſima & quarta vndecimi menſis Sabatin anno ſecundo Darii,factum eſt verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filii Addo prophetam,dicens,

8 Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum ruſum,& ipſe ſtabat inter myrtera quæ erant in profundo , & poſt eum equi ruſi,varii,& albi.

9 Et dixi, Quid ſunt iſti,Domine mi?& dixit ad me angelus Dominꝰ qui loquebatur in me,Ego oſtendam tibi quid ſint hæc.

10 Et reſpondit vir qui ſtabat inter myrteta,& dixit , Iſti ſunt quos miſit Dominus, vt perambulent terram.

11 Et reſponderunt angelo Domini,qui ſtabat inter myrteta,& dixerunt, Perambulauimus terram , & ecce omnis terra habitatur & quieſcit.

C

12 Et reſpondit angelus Domini , & dixit, Domine exercituum vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem & vrbium Iuda, quibus iratus es , iſte iam ſeptuageſimus annus eſt?

13 Et reſpondit Dominus angelo , qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria.

14 Et dixit ad me angelus , qui loquebatur in me, Clama, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum,

15 Zelatus ſum Ieruſalẽ & Sion zelo magno. Et ira magna ego irаſcor ſuper Gentes opulentas:quia ego iratus ſum parum , ipſi verò adiuuerunt in malum.

D

16 Propterea hæc dicit Dominus, Reuertar ad Ieruſalem in miſericordiis: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituũ: & perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem.

17 Adhuc clama dicens , Hæc dicit Dominus exercituum , adhuc affluent ciuitates meæ bonis:& conſolabitur adhuc Dominus Sion & eliget adhuc Ieruſalem.

18 Et leuaui oculos meos , & vidi : & ecce quatuor cornua.

19 Et dixi ad angelum , qui loquebatur in me, Quid ſunt hæc?& dixit ad me, Hæc ſunt cornua quæ ventilauerũt Iudam,& Iſrael, & Ieruſalem.

20 Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros:

21 Et dixi, Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicens, Hæc sunt cornua quæ vētilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum: & venerunt isti deterrere eo, vt deiiciant cornua Gentium quæ leuauerunt cornu super terram Iuda vt dispergerent eam.

CAP. II.

Instauratio Ierusalem promittitur. Dispersi reuocantur. Aduentus Christi, & Gentium ingressus in ecclesiam.

1 ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum.

2 Et dixi, Quò tu vadis? & dixit ad me, Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius.

3 Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius.

B 4 Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerū istum, dicens, Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius.

5 Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius.

C 6 O, ô, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus.

"fuge 7 O Sion" fugite quæ habitas apud filiam C Babylonis.

8 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Post gloriam misit me ad Gentes quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi "mei:

"eius: 9 Quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his qui seruiebant sibi: & cognoscetis quia Dominus exercituum misit me.

10 Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. D

11 Et applicabuntur Gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populū, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te.

12 Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata, & eliget adhuc Ierusalem.

13 Sileat omnis caro à facie Domini, quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

CAP. III.

De ignominia & gloria Christi sub typo Iesu sacerdotis. De Christo prophetia.

1 ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini: & satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei.

2 Et dixit Dominus ad satan, Increpet Dominus in te satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem: nunquid non iste torris est, erutus de igne?

3 Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli.

4 Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens, Auferte vestimenta sordida ab eo.

5 Et dixit ad eum, Ecce, abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis, & dixi: Ponite cidarim mundam super caput eius. & posuerunt cidarim mundā super caput eius, & induerunt eum vestibus. & angelus Domini stabat.

6 Et cotestabatur angelus Domini Iesum, dicens,

7 Hæc dicit Dominus exercituum, Si in viis C meis ambulaueris, & custodiam meā custodieris: tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hīc assistunt.

8 Audi Iesu sacerdos magne tu & amici tui qui habitant coram te, quoniam viri portendentes sunt. Ecce enim ego adducam SERVVM MEVM ORIENTEM. *Luc.1.g.7* D

9 Quia ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt. Ecce ego cælabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.

10 In die illa, dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vineam, & subter ficum.

CAP. IIII.

Visio candelabri aurei. Eius expositio, in qua multa de Christo & ecclesia habentur.

1 ET reuersus est angelus qui loquebatur in me: & suscitauit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo.

2 Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius: & septem e & septē lucernæ eius super illud: & septem infusoria lucernis quæ erant super caput eius.

B 3 Et duæ oliuæ super illud: vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius.

4 Et respondi, & aio ad angelum qui loquebatur in me: dicens, Quid sunt hæc domine mi?

5 Et respondit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me, Nunquid nescis quid sunt hæc? & dixi, Non, Domine mi.

6 Et respondit, & ait ad me, dicens, Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens, Nō in exercitu, nec in robore: sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum.

7 Quis tu mons magne coram Zorobabel? C in planum: & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius.

8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

9 Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam: & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos.

10 Quis enim despexit dies paruos? & lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti, oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram. D

11 Et respōdi, & dixi ad eum, Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius?

12 Et respondi secūdo, & dixi ad eum, Quid sunt duæ spicæ olivarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex aura?

13 Et ait ad me, dicens, Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi, Non, domine mi.

14 Et dixit, Isti sunt duo filii olei splēdoris qui assistunt dominatori vniuersæ terræ.

CAP. V.

Visio libri volantis, maledictionem furum & Dei nomine abutentium significantis. Visio amphoræ, qua Iudæ translatio in Babylonem designatur.

1 ET conuersus sum, & leuaui oculos meos: & vidi, & ecce volumen volans.

2 Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Ecce ego video volumen volans, longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum.

3 Et dixit ad me, Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptū est, iudicabitur: & omnis iurās, ex hoc similiter iudicabitur

B 4 Educam illud, dicit Dominus exercitū, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & consumet eum, & ligna eius & lapides eius.

"eam, 5 Et egressus est angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide quid est quod egreditur.

6 Et dixi, Quidnam est? Et ait, Hæc est amC "Hæc, phora egrediens. Et dixit, "Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.

7 Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedēs in medio amphoræ.

8 Et dixit, Hæc est impietas. Et proiecit eā in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius.

9 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas milui: & leuauerunt amphoram inter terram & cælum.

10 Et dixi ad angelum qui loquebatur in D me, Quo istæ deferunt amphoram?

11 Et dixit ad me, Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basim suam.

CAP. VI.

Per quatuor quadrigas quatuor regnorum successiones describit. Figura regni & sacerdotii Christi.

1 ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes montes æreī.

2 In quadriga prima equi rufi,

"& 3 "& in quadriga secunda equi nigri: "in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii & fortes.

4 Et respondi, & dixi ad Angelum qui loquebatur in me, Quid sunt hæc, domine mi?

5 Et respōdit Angelus, & ait ad me, Isti sunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur vt stent coram dominatore omnis terræ.

6 In qua erant equi nigri, egrediebantur in terrā Aquilonis: & albi egressi sunt post eos: & varii egressi sunt ad terram Austri.

7 Qui autem erant robustissimi, exierunt, & quærebant ire & discurrere per omnem terram. Et dixit, Ite, & perambulate terram. Et perambulauerunt terram.

8 Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens, Ecce, qui egrediuntur in terrā Aquilonis, requiescere fecerūt spiritum meum in terra Aquilonis.

9 Et factum est verbum Domini ad me, di- C a.
cens,

10 Sume à transmigratione ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ filii Sophoniæ, qui venerunt de Babylone.

11 Et sumes aurum & argentum, & facies coronas: & pones in capite Iesu filii Iosedec sacerdotis magni. & loqueris ad eū, dicens,

12 Hæc ait Dominus exercituum, dicens, "ECCE VIR ORIENS NOMEN EIVS: & subter eum orietur, & *Luc.1.g.7* ædificabit templum Domino.

13 Et ipse extruet templum Domino: & ipse D portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo: & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos.

14 Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini.

15 Et qui procul sunt, venient, & ædificabunt in templo Domini, & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc, si audito audieritis vocem Domini Dei vestri.

CAP. VII.

Quæstio proponitur sacerdotibus super ieiunio & planctu. Respondet Dominus per Zachariam, ieiunia absque operibus misericordiæ sibi non placere. Iudicium. Misericordia.

1 ET factum est in anno quarto Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu.

2 Et miserunt ad domū Dei Sarāsar & Rogomelech, & viri qui erant cum "eis ad "eo deprecandam faciem Domini:

3 Vt dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum & propheti, loquentes. Nunquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo, sicut iam feci multis annis?

4 Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens,

5 Loquere ad omnem populum terræ, & ad B sacerdotes, dicens, Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: "nunquid ieiunium ieiu- *Esa.58.b.3* nastis mihi?

6 Et cùm comedistis & bibistis, nunquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis?

7 Nunquid non sunt verba quæ locutus est Dominus in manu prophetarum priorum, cum adhuc Ierusalem habitaretur, & esset

opulenta ipsa,& vrbes in circuitu eius, & ad Austrum, & in campestribus habitaretur?

8 Et factum est verbum Domini ad Zachariam,dicens,

9 Hæc ait Dominus exercituum,dicens, Iudicium verum iudicate: & misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo.

10 *Et viduam & pupillum,& aduenā,& pauperem nolite calumniari:& malum vir fratri suo non cogitet in corde suo.

11 Et noluerunt attendere,& auerterūt scapulam recedentes:& aures suas aggrauauerunt,ne audirent.

12 Et cor suum posuerunt vt adamantem,ne audirent legem & verba quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum prophetarum priorum: & facta est indignatio magna à Domino exercituum.

13 Et factum est sicut locutus est,& non audierunt:sic clamabunt,& non exaudiam,dicit Dominus exercituum.

14 Et dispersi eos per omnia regna quæ nescunt:& terra desolata est ab eis, eo quòd non esset transiens & reuertens: & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

CAP. VIII.

De redita Israelitici populi in Ierusalem,cui pro spera multa promittit. Præcepta sanctissima. Concussa Gentium ad Christum.

1 ET factum est verbum Domini exercituum,dicens,

2 Hæc dicit Dominus exercituum, Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam.

3 Hæc dicit Dominus Dominus exercituum, Reuersus sum ad Sion: & habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis,& Mons Domini exercituū, mons sanctificatus.

4 Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc habitabunt senes,& anus in plateis Ierusalem: & vir baculus in manu eius præ multitudine dierum.

5 Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis ludentibus in plateis eius.

6 Hæc dicit Dominus exercituum, Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum?

7 Hæc dicit Dominus exercituū, Ecce ego saluabo populum meum de terra Orientis,& de terra Occasus solis.

8 Et adducam eos: & habitabunt in medio Ierusalem:& erunt mihi in populum,& ego ero eis in Deum in veritate & in iustitia.

9 Hæc dicit Dominus exercituum,Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum in die qua fundata est domus Domini exercituum,vt templum ædificaretur.

10 Siquidem ante dies illos merces hominum non erat,nec merces iumentorū erat, neque introeunti neque exeunti erat pax præ tribulatione:& dimisi omnes homines vnumquemque contra proximum suum.

11 Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius,dicit Dominus exercituum,

12 Sed semen pacis erit:vinea dabit fructum suum,& terra dabit germen suum,& cœli dabunt rorem suum:& possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc.

13 Et erit: sicut eratis maledictio in Gentibus,domus Iuda & domus Israel:sic saluabo vos,& eritis benedictio:nolite timere, confortentur manus vestræ.

14 Quia hæc dicit Dominus exercituum,Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiam prouocassent patres vestri me, dicit Dominus,& non sum misertus.

15 Sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam domui Iuda & Ierusalem:nolite timere.

16 Hæc sunt ergo verba quæ facietis,Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo:veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris.

17 Et vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris:& iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi,dicit Dominus.

18 Et factum est verbum Domini exercituum ad me,dicens,

19 Hæc dicit Dominus exercituum, Ieiunium quarti,& ieiunium quinti,& ieiunium septimi,& ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam & in solennitates præclaras: veritatem tantum & pacem diligite.

20 Hæc dicit Dominus exercituum, Vsquequo veniant populi,& habitent in ciuitatibus multis,& vadant habitatores vnus ad alterum,dicentes,

21 Eamus,& deprecemur faciem Domini,& quæramus Dominum exercituum, vadam etiam ego.

22 Et venient populi multi & gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Ierusalem, & deprecandam faciem Domini.

23 Hæc dicit Dominus exercituum, In diebus illis,in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vobiscum:audiuimus enim quoniā Deus vobiscum est.

CAP. IX.

Gentium conuersio.Christi aduentus sedentis super asinam.

ONus verbi Domini in terra Hadrach, & Damasci requies eius,quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel.

2 Emath quoque in terminis eius,& Tyrus, & Sidon: assumpserunt quippe sibi sapientiam valde.

3 Et ædificauit Tyrus munitionem suam, & congregauit argentum quasi humum,& aurum vt lutum platearum.

4 Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius,& hæc igne deuorabitur.

5 Videbit Ascalon,& timebit:& Gaza,& dolebit nimis:& Accaron, quoniam confusa est spes eius:& peribit rex de Gaza,& Ascalon non habitabitur.

6 Et sedebit separator in Azoto, & dispergam superbiam Philisthinorum,

7 Et auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius:& relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus.

8 Et circumdabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & reuertentes,& non transibit super eos vltrà exactor:quia nūc vidi in oculis meis.

9 *Exulta satis filia Sion,iubila filia Ierusalem: ECCE REX TVVS veniet tibi iustus & saluator:ipse pauper, & ascendens super asinam,& super pullum filium asinæ.

10 Et disperdam quadrigam ex Ephraim,& equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli:& loquetur pacem Gentibus,& potestas eius à mari vsque ad mare,& à fluminibus vsque ad fines terræ.

11 Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua.

12 Conuertimini ad munitionē vincti spei, hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi.

13 Quoniam extendi mihi Iudam, quasi arcum, implenī Ephraim: & suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia, & ponā te quasi gladium fortium.

14 Et Dominus Deus super eos videbitur,& exibit vt fulgur iaculum eius:& Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri.

15 Dominus exercituum proteget eos:& deuorabunt,& subiicient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur, quasi à vino,& replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris.

16 Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa,vt gregem populi sui:quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius.

17 Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?

CAP. X.

Monetur populus doctrinā veritatis petere à Domino. Domum Israel & Iuda se visitaturum promittit Dominus, & confortaturum.

1 PEtite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet nubes, & pluuiam imbris dabit eis, singulis herbam in agro:

2 Quia simulacra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium,& somniatores locuti sunt frustra, & vanè consolabantur: idcirco abducti sunt quasi grex:affligentur, quia non est eis pastor.

3 Super pastores iratus est furor meus,& super hircos visitabo: quia visitauit Dominus exercituum gregem suum domum Iudæ, & posuit eos, quasi equum gloriæ suæ in bello.

4 Ex ipso angulus, & ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii,ex ipso egredietur omnis exactor simul.

5 Et erunt quasi fortes,conculcantes lutum viarum in prælio:& bellabunt,quia Dominus cum eis: & confundentur ascensores equorum.

6 Et confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo:& conuertam eos,quia miserabor eorum: & erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos: ego enim Dominus Deus eorum, & exaudiam eos.

7 Et erunt quasi fortes Ephraim,& lætabitur cor eorum quasi à vino: & filii eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Domino:

8 Sibilabo eos,& congregabo illos,quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut antè fuerant multiplicati.

9 Et seminabo eos in populis,& delonge recordabuntur mei,& viuent cum filiis suis, & reuertentur.

10 Et reducam eos de Terra AEgypti,& de Assyriis congregabo eos:& ad Terram Galaad,& Libani adducam eos: & nō inuenietur eis locus.

11 Et transibit in maris freto,& percutiet in mari fluctus,& confundentur omnia profunda fluminis: & humiliabitur superbia Assur,& sceptrum AEgypti recedet.

12 Confortabo eos in Domino,& in nomine eius ambulabunt,dicit Dominus.

CAP. XI.

Destructionem templi per Romanos præsumtæ. Fidelium cura Christo à patre commissa. Visgrauis in Israelem & Iudam. Christus triginta argenteis æstimatur. De pastore Antichristo.

1 APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas.

2 Vlula abies,quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: Vlulate quercus Basan,quoniam succisus est saltus munitus.

3 Vox vlulatus pastorum: quia vastata est magnificentia eorum:vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis.

4 Hæc dicit Dominus Deus meus, Pasce pecora occisionis.

5 Quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant,& vendebant ea,dicentes,Benedictus Dominus,diuites facti sumus:& pastoresecorum non parcebant eis.

6 Et ego non parcam vltrà super habitantes terram,dicit Dominus: ecce ego tradā homines,vnumquemque in manu proximi sui,& in manu regis sui:& concident terrā, & non eruam de manu eorum.

7 Et pascam pecus occisionis propter hoc, & pauperes gregis, & assumpsi mihi duas virgas,vnam vocaui, Decorem, & alteram vocaui,Funiculum:& paui gregem.

8 Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variauit in me.

9 Et dixi,Non pascam vos:* quod moritur moriatur,& quod succiditur,succidatur, &

reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui.

C 10 Et tuli virgam meã quæ vocabatur Decus, & " abscõdi eam: vt irritum faceret fœdus meum quod percussi cum omnibus populis.

11 Et in irritũ deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est.

12 Et dixi ad eos, Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedẽ meam: & si non, quiescite. * Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos.

13 Et dixit Dominus ad me, Proijce illud ad statuarium decorum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domũ Domini, ad statuarium.

D 14 Et præcidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, vt dissoluerẽ germanitatem inter Iudam & Israel.

15 Et dixit Dominus ad me, Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti.

16 Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat nõ enutriet: & carnes pinguiũ comedet: & vngulas eorum dissoluet.

17 O pastor & idolum, derelinquẽs gregem: gladius super brachium eius & super oculum dextrum eius: brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

CAP. XII.

De vastatione ac restitutione Ierusalem. De effusione Spiritus sancti in Iudæos, & eorum conuersione.

1 ONus verbi Domini super Israel. Dicit Dominus extendens cælum, & fundãs terram, fingens spiritum hominis in eo.

2 Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem.

3 Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, conquassione lacerabuntur, & colligentur aduersus eam omnia regna terræ.

B 4 In die illa, dicit Dominus, percutiam omnẽ equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorũ percutiam cæcitate.

5 Et dicent duces Iuda in corde suo, Confortentur mihi habitatores Ierusalem in Domino exercituum Deo eorum.

6 In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut * faciem ignis in fœno: & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu: & habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem.

*Pharem. LXX. Iegnue lampada.

7 Et saluabit Dominus tabernacula Iudæ, sicut in principio: vt non magnificẽ gloriẽtur domus Dauid, & gloria habitãtium Ierusalem contra Iudam.

8 In die illa proteget Dominus habitatores Ierusalem & erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid: & domus Dauid quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspectu " eius.

C

" eorum.

9 Et erit in die illa, quæram conterere omnes Gentes quæ veniunt contra Ierusalẽ.

10 Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem Spiritum gratiæ & precum: * & aspicient ad me, quẽ cõfixerunt: & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti.

Ioan. 19. f. 37.

D

11 In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, * sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon.

2. Par. 35. d. 2.

12 Et planget terra, familiæ, & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum:

13 Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum.

14 Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

CAP. XIII.

De fonte gratiæ & veritatis Christo. De ablatione idolorum & pseudoprophetarum. De passione Christi. De probatione electorum.

1 IN die illa erit Fons patens domui Dauid & habitantibus Ierusalẽ, in ablutionem peccatoris & menstruatæ.

2 Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, * Disperdam nomina idolorũ de terra, & non memorabuntur vltrà: & pseudoprophetas & spiritum immundum auferam de terra.

Ezech. 30. d. 3.

3 Et erit cùm prophetauerit quispiam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum, Non viues: quia mendaciũ locutus es in nomine Domini. & configẽt eum pater eius & mater eius genitores eius cum prophetauerit.

B

4 Et erit in die illa confundentur prophetæ vnusquisque ex visione sua cum " prophetauerint, nec operientur pallio saccino, vt mentiantur.

" prophetauerit

5 Sed dicet, Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea.

C

6 Et dicetur ei, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebãt me.

7 Phramea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: * percute pastorem, & dispergentur oues, & couertam manum meã ad paruulos.

Matt. 26. f. & 1. Marc. 14. c. 27.

8 Et erunt in omni terra, dicit Dominus: partes duæ in ea " dispergentur, & deficient, & tertia pars relinquetur in ea.

" disperdẽtur

9 Et ducam tertiam partem per ignẽ, & vrã eos sicut vritur argentum: & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum, Et dicam, Populus meus es, & ipse dicet, Dominus Deus meus.

D

Ecclesia

CAP. XIIII.

Ecclesiæ vastatio sub typo Ierusalem. Huius propugnator Christus. De die iudicii soli Deo nota. De viuo Dei verbo ex ecclesia manante. Rex vnus & Dominus Christus. De plagis hostium ecclesiæ. De ascensu Gẽtium ad ecclesiam. Omnia sancta in ecclesia Dei. Impii ex ecclesia pellendi.

" venient

1 ECce dies Domini " venient, dicit Dominus, & diuidentur spolia tua in medio tui.

2 Et congregabo omnes Gentes ad Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex ea.

3 Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas: sicut præliatus est in die certaminis.

4 Stabunt pedes eius in die illa super Montem-oliuarum, qui est contra Ierusalem ad Orientem. & scindetur Mons-oliuarum ex media parte sui ad Orientem & ad Occidentem præruptu grandi valde: & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem.

5 Et fugietis ad vallem montium eorum, quòniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum: & fugietis sicut fugistis à facie terræmotus * in diebus Oziæ regis Iuda: & veniet Dominus Deus meus omnesque sancti cum eo.

Amos 1. d. 1.

6 Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus & gelu.

7 Et erit dies vna (quæ nota est Domino,) non dies neque nox, & in tempore vesperi erit lux.

8 Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem: medium earum ad mare Orientale, & medium earũ ad mare nouissimum: in æstate, & in hyeme erunt.

9 Et erit Dominus rex super omnem terram: in die illa erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum.

10 Et reuertetur omnis terra vsque ad deserturn, de colle Remmon ad Austrum Ierusalem: & exaltabitur, " & habitabitur in

" habitauit

loco suo, à porta Beniamin vsque ad locũ portæ prioris, & vsque ad portam angulorum: & à turre Hananeel vsque ad torcularia regis.

11 Et habitabunt in ea, & anathema non erit amplius: sed sedebit Ierusalem secura.

12 Et hæc erit plaga qua percutiet Dominus omnes Gentes quæ pugnauerunt aduersus Ierusalem, Tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo.

C

13 In die illa erit tumultus Domini magnus in eis: & apprehendet vir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manũ proximi sui.

14 Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalẽ, & congregabuntur diuitiæ omnium Gentium in circuitu, aurum & argentum & vestes multæ satis.

15 Et sic erit ruina equi & muli & cameli & asini, & omnium iumentorum quæ fuerint in castris illis sicut ruina hæc.

16 Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis Gentibus quæ venerunt contra Ierusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorent regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum.

17 Et erit, qui non ascenderit de familiis terræ ad Ierusalem, vt adoret regem Dominum exercituum, nõ erit super eos imber.

D

18 Quòd & si familia Aegypti non ascenderit, & non venerit: nec super eos erit, sed erit ruina qua percutiet Dominus omnes Gentes quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum.

19 Hoc erit peccatum omnium Gentium quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum.

20 In die illa erit quod super frænum equi est sanctum Domino: & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari.

21 Et erit omnis lebes in Ierusalem & in Iuda sanctificatus Domino exercituum: & venient omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator vltrà in domo Domini exercituum in die illo.

Prologus in Malachiæ prophetiam.

DEVS per Moysen populo Israel præceperat, sacerdotes tabernaculi sui omni corporali vitio liberos, hostias omni vitio vacuas sibi offerre. Quibus legem suam ad regendum populum ob hoc dederat, vt per sacrificiorum oblationem, intereunti Deũ & hominum facti, populum præceptis cælestibus facerent obedire. Vnde sacerdotes angelos Dei esse, hoc in loco Scriptura testatur. Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes supradictus populus ac sacerdotes sacrificia vitio deturpata ipsi crimen bus atque impietatibus maculati Deo offerre ceperunt: ideo per Malachiam prophetam Deus populum suum Israel increpans, ait, Dilexi vos, dicit Dominus. Et dixistis, In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus? & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? Esau autem fratrem Iacob non iniqua aut spontanea voluntate odio habiens à Deo, vel sine meriti gratia Iacob dilectum, manifestum est: cum secundum præscientiam suam Esau quidem effusionem fraterni sanguinis concupiscere, Iacob autem in subeogitione obseruandam legem desiderare cognosceret. Cuius rei gratia, supradicto vius est exemplo, dicens, Dilexi Iacob. Esau autem odio habui. Quamis ex operibus memoratorum, (quorum liber Genesios meminit) in quo vnusquisque eorum futurus erat propositus, manifeste constaret, vt scripta

est. Creuerunt pueri: & erat Esau homo agrestis sciens venari: Iacob autem homo simplex manens in tabernaculo. Nam reliqua quæ lectione comprehensa sunt, prævaricationem populi Israel in obseruandis sacrificiis Dei, increpationémque in eundem, quod deos alienos coluerit, significant.

PROPHETIA MALACHIAE.

CAP. I.

De electione Iacob, & reprobatione Esau. De honore & timore Domini in sacerdotes nominis Dei contemptores. Eorum auaritia. De munda electionum ex Gentibus hostia.

1 ONus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ prophetæ,

2 Dilexi vos, dicit Dominus: & dixistis, In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus? & dilexi Iacob.

Rom. 9. c. 13.

3 Esau autem odio habui, & posui montes eius in solitudinem, & hæreditatem eius, in dracones deserti.

in desertum draconis

4 Quod si dixerit Idumæa, Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt: hæc dicit Dominus exercituum, Ipsi ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur terminiimpietatis, & populus cui iratus est Dominus vsque in æternum.

B

5 Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis, Magnificetur Dominus super terminum Israel.

6 Filius honorat patrem, & seruus dominũ suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit Dominus exercituum ad vos ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum. & dixistis, In quo despeximus nomen tuum?

7 Offertis super altare meum panem pollutum: & dicitis, In quo polluimus te? In eo quòd dicitis, Mensa Domini despecta est.

C

8 Si offeratis exeum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.

9 Et nunc deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri (de manu enim vestra factũ est hoc) si quomodo suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituum.

10 Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra.

11 Ab ortu enim solis vsque ad Occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

12 Et vos polluistis illud in eo quòd dicitis, Mensa Domini contaminata est: & quod superponitur, contemptibile est cum igne qui illud deuorat.

D

13 Et dixistis, Ecce de labore: & exsufflastis illud, dicit Dominus exercituum, & intulistis de rapinis claudũ & languidum, & intulistis munus. Numquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus?

14 Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum suum immolat debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

CAP. II.

Sacerdotibus respicientes nolentibus eos audire. Eorum officium iuxta pactum Dei cum Leui sit. Proximorũ contemptores increpat, & eos qui alienigenas vxores ducebant. Sacrificiorum reprobatio ob violatum ab eis conjugii fœdus.

1 ET nunc ad vos mandatũ hoc ô sacerdotes. *Si nolueritis audire,

Leuit. 26. b. 14. deut. 28. b. 15.

2 Et si nolueritis ponere super cor vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris: & maledicam illis, quoniam non posuistis super cor.

3 Ecce ego proiiciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum, & adumet vos secum.

4 Et scietis quia misi ad vos mandatũ istud, vt esset pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum.

5 Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem: & timuit me, & à facie nominis mei pauebat.

E

6 Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius: in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.

7 Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est.

8 Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum.

9 Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis: sicut nõ seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege.

10 Numquid non pater vnus omnium nostrum? numquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisque vestrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum?

C

11 Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel & in Ierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quã dilexit, & habuerunt filiam dei alieni.

habuit

12 Disperdet Dominus virũ qui fecerit hoc magi

tabernaculis

magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob, & offerentem munus Domino exercituum.

13 Et hoc rursum fecistis, Operiebatis lacrymis altare Domini, fletu & mugitu, ita vt non respiciam vltrà ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra.

14 Et dixistis, Quam ob causam? Quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui.

D

15 Nõne vnus fecit, & reliquum spiritus eius est. Et quid vnus quærit, nisi semẽ Dei? Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorẽ adolescentiæ tuæ noli despicere.

16 Cùm enim habueris, dimittre, dicit Dominus Deus Israel. operiet autem iniquitas vestimentum eius, dicit Dominus exercituum. Custodite spiritum vestrum, & nolite despicere.

Iob 27. b. 14.

17 Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & dixistis, In quo eum fecimus laborare? In eo quòd dicitis, Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: aut certè vbi est Deus iudicii?

D

CAP. III.

De Ioanne baptista præcursore Christi. De purgatione fidelium, & eorum sacrificiis. De iudicio Christi aduersus impios. Hypocritarum secreta nunquam peccata sua agnoscentium. Blasphemiæ impiorum in Deum. Sermo fidelium de cura Dei erga seruos suos. Peculium Dei. Parcit Deus.

Matt. 11. b. 1. Marc. 1. b. 2. Luc 1. b. 76. & 7. b. 27. Ioan. 1. b. 23. Psal. 103. b. 17.

1 ECce *ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meã: & statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis: ecce venit, dicit Dominus exercituum.

2 Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum.

3 Et sedebit conflans & emundans argentũ, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.

4 Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui.

B

5 Et accedã ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.

6 Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filii Iacob non estis consumpti.

Rom. 11. c. 13.

7 A diebus enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis, & nõ custodistis. *Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis, In quo reuertemur?

8 Si affliget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis, In quo configimus te? In decimis, & in primitiis.

confixi-mus

9 Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota.

10 Inferte omne decimã in horreum meum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam.

C

11 Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.

12 Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum, *Inualuerunt super me verba vestra, dicit Dominus.

Iob 21. b. 14.

13 Et dixistis, Quid locuti sumus contra te? Dixistis,

14 Vanus est qui seruit Deo: & quod emolumẽtum quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum.

D

15 Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & salui facti sunt.

16 Tunc locuti sunt timentes Dominum vnusquisque cum proximo suo. Et attendit Dominus, & audiuit: & scriptus est liber monimenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius.

17 Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio in peculium, & parcã eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi.

18 Et conuertimini, & videbitis quid sit inter iustum & impium: & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

CAP. IIII.

De die aduentus Domini. De Ioanne Baptista in spiritu Eliæ venturo.

1 ECce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum: quæ non derelinquet eis radicem & germen.

Luc 1. c. 78

2 *Et orietur vobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: Et egrediemini, & salietis sicut vituli de armento.

3 Et calcabitis impios, cũ fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum.

B

4 *Memẽtote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel præcepta & iudicia.

Exod. 20. c. 3.

5 *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.

Marc. 9. c. 11. Luc 1. b. 17.

6 Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

Præfatio in libros Machabæorum.

MACHABAEORVM libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. Notant autem prælia inter Hebræorum duces gentésque Persarum, pugnam quoque sabbathorum, & nobiles Machabæi triumphos: fœdus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus, atque legationum. Machabæi, septem fratres ab vna matre Machabæa nomine geniti, custodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam: ob hoc ab Antiocho rege sæuissimo in Antiochia martyrii gloria coronati sunt cum matre sua, atque sepulti cum magna veneratione, ibi quiescunt.

LIBER PRIMVS MACHABÆORUM.

CAP. I.

Alexander Macedone mortuo regnum suscipit Antiochus. Multi ex filiis Israel pactum iniunt cum gentibus. Antiochus Aegyptũ & Ierusalem suæ subiicit ditioni, Ierusalem exuta, proprias leges condit, & Dei legem seruari vetat. Idolum erigit Antiochus super altare Dei.

1 ET factum est postquam percussit Alexander Philippi rex Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum & Medorum,

2 Constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones: & interfecit reges terræ,

3 Et pertransiit vsque ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis Gentium: & siluit terra in conspectu eius.

4 Et cõgregauit virtutem, & exercitum fortem nimis:

5 Et exaltatum est & eleuatum cor eius: & obtinuit regiones Gentium, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum.

6 Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur.

7 Et vocauit pueros suos nobiles, qui secũ erant nutriti à iuuentute sua: & diuisit illis regnum suum, cùm adhuc viueret.

8 Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est.

9 Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnusquisque in loco suo:

10 Et imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filii eorũ post eos annis multis, & multiplicauerunt mala in terra.

11 Et exiit ex eis radix peccati Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimo tricesimoseptimo regni Græcorum.

12 In diebus illis exierunt ex Israel filii iniqui, & suaserũt multis, dicentes, Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala.

13 Et bonus visus est sermo in oculis eorũ.

14 Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem, & dedit illis potestatem vt facerent iustitiam Gentium.

15 Et ædificauerunt gymnasium in Hierosolymis secundum leges Nationum:

16 Et fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt Nationibus, & venundati sunt vt facerent malum.

17 Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in Terra AEgypti, vt regnaret super duo regna.

18 Et intrauit in AEgyptum in multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, & copiosa nauium multitudine.

19 Et constituit bellum aduersus Ptolemæũ regem AEgypti, & veritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi.

20 Et comprehendit ciuitates munitas in Terra AEgypti: & accepit spolia Terræ AEgypti.

21 Et conuertit Antiochus, postquam percussit AEgyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno:

22 Et ascendit ad Israel, & ascendit Ierosolymam in multitudine graui.

23 Et intrauit in sanctificationem eũ superbia, & accepit altare aureum, & candelabrũ luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia,

24 Et accepit argentum & aurum & vasa cõcupiscibilia, & accepit thesauros occultos, quos inuenit: & sublatis omnibus abiit in terram suam.

25 Et fecit cædem hominum, & locutus est in superbia magna.

26 Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum:

27 Et ingemuerunt principes & seniores, & iuuenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est.

28 Omnis maritus sumpsit lamentum: & quæ sedebant in toro maritali lugebant:

29 Et commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem.

30 Et post duos annos dierũ misit rex princeps tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba magna.

31 Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei.

32 Et irruit super ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel.

33 Et accepit spolia ciuitatis: & succendit eam igni, & destruxit domos eius, & muros eius in circuitu:

34 Et captiuas duxerunt mulieres, & natos, & pecora possederunt.

35 Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem:

36 Et posuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos, & munierunt se in ea.

37 Et posuerunt firma, & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illhic: & facti sunt in laqueum magnum.

38 Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel:

39 Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem.

40 Et fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera semini suo, & nati eius reliquerunt eam.

41 Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbatha eius in opprobrium, honores eius in nihilum.

42 Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctum.

43 Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus vnus: & relinqueret vnusquisque legem suam.

44 Et consenserunt omnes Gentes secundum verbum regis Antiochi:

45 Et multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt sabbathum.

46 Et misit rex libros per manus nunciorum in Ierusalem, & in omnes ciuitates Iudæ: vt sequerentur leges Gentium terræ,

47 Et prohiberent holocausta & sacrificia & placationes fieri in templo Dei,

48 Et prohiberent celebrari sabbathum, & dies solennes.

49 Et iuſsit coinquinari sancta, & sanctum populum Israel.

50 Et iuſsit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes suillas, & pecora communia.

51 Et relinquere filios suos incircunciſos, & coinquinari animas eorum in omnibus immunditiis & abominationibus, ita vt obliuiſcerentur legem, & immutarent omnes iuſtificationes Dei.

52 Et quicunque non feciſſent secundum verbum regis Antiochi, morerentur.

53 Secundum omnia verba hæc scripsit omni regno suo: & præposuit principes populo, qui hæc fieri cogerent.

54 Et iuſserunt ciuitatibus Iudæ ſacrificare.

55 Et congregati sunt multi de populo ad eos, qui dereliquerant legem Domini: & fecerunt mala super terram;

56 Et effugauerunt populum Israel in abditis, & in abſconditis fugitiuorum locis.

57 Die quintadecima menſis Caſleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno ædificauit rex Antiochus abominandum idolum deſolationis super altare Dei, & per vniuerſas ciuitates Iudæ in circuitu ædificauerunt aras.

58 Et ante ianuas domorum, & in platéis incendebant thura, & ſacrificabant.

59 Et libros legis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos:

60 Et apud quemcunque inueniebantur libri teſtamenti Domini, & quicunque obſervabat legem Domini, ſecundum edictum regis trucidabant eum in virtute ſua.

61 Secundum hæc faciebant populo Israel, qui inueniebatur in omni menſe & menſe in ciuitatibus.

62 Et quinta & viceſima die menſis ſacrificabant ſuper aram, quæ erat contra altare.

63 Et mulieres quæ circunciderant filios ſuos, trucidabantur ſecundum iuſſum.

64 Et ſuſpendebant pueros à ceruicibus per vniuerſas domos eorum: & eos qui circunciderant illos, trucidabant.

65 Et multi de populo Israel definierunt apud ſe vt non manducarent immunda:

66 Et elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis: & noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt.

67 Et facta eſt ira magna ſuper populum Israel valde.

CAP. II.

Planctus Mathathiæ & filiorum eius ob deſolationem ciuitatis ſanctæ. Auſi idolis ſacrificare recuſant. Zelus Mathathiæ pro lege Dei. Die ſabbathi repugnare nolentes intimantur. Conſilium Iudæorum in defenſionem ſuam aduerſus hoſtes. Moritur Mathathias filios legem Dei tueri iubet exemplo patrum.

1 IN diebus illis ſurrexit Mathathias filius Iohannis filii Simeonis, ſacerdos ex filiis Ioarim ab Ieruſalem, & conſedit in monte Modin.

2 Et habebat filios quinque, Iohannem, qui cognominabatur Gaddis:

3 Et Simõnem, qui cognominabatur Thaſi,

4 Et Iudam, qui vocabatur Machabæus:

5 Et Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Ionathan, qui cognominabatur Apphus.

6 Hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda, & in Ieruſalem,

7 Et dixit Mathathias, Væ mihi, vt quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis ſanctæ, & ſedere illhic, cùm datur in manibus inimicorum?

8 Sancta in manu extrancorum facta ſunt: templum eius ſicut homo ignobilis.

9 Vaſa gloriæ eius captiua abducta ſunt: trucidati ſunt ſenes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum.

10 Quæ gens non hereditauit regnum eius, & non obtinuit ſpolia eius?

11 Omnis compoſitio eius ablata eſt: quæ erat libera, facta eſt ancilla.

12 Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinau erunt ea Gentes.
13 Quo ergo nobis adhuc viuere?
14 Et scidit vestimenta sua Mathathias, & filii eius: & operuerunt se ciliciis, & planxerunt vehe.
15 Et venerunt illhuc qui missi erant à rege Antiocho, vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei discedere.
16 Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos: sed Mathathias & filii eius constanter steterunt.
17 Et respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ, Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus.
18 Ergo accede prior, & fac iussum regis, sicut fecerũt omnes gẽtes, & viri Iuda, & qui remanserunt in Ierusalem: & eris tu, & filii tui inter amicos regis, & amplificaris auro & argento & muneribus multis.
19 Et respondit Mathathias, & dixit magna voce, Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiant mandatis eius:
20 Ego & filii mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum.
21 Propitius sit nobis Deus: non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei.
C 22 Non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus, transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via.
23 Et vt cessauit loqui verba hæc accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin secundum iussum regis:
24 Et vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram.
25 Sed & virum quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit,
Num.25. b.7. 26 Et zelatus est legem, *sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi.
27 Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate, dicens, Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me.
28 Et fugit ipse, & filii eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate.
29 Tunc descenderunt multi quærentes iudicium, & iustitiam in deserrum:
30 Et sederunt ibi ipsi, & filii eius & mulieres eorum, & pecora eorum, quoniam *indurauerunt inundauerunt super eos mala.
D 31 Et renuntiarum est viris regis, & exercitui qui erant in Ierusalem ciuitate Dauid, quoniam discessissent viri quidam, qui dissipauerunt mandatum regis in loca occulta in deserto, & abiissent post eos multi:
32 Et statim perrexerunt ad eos, & constituerunt aduersus eos prælium in die sabbathorum, & dixerunt ad eos,
33 Resistitis & nunc adhuc? exite, & facite secundum verbum regis Antiochi, & viuetis.
34 Et dixerunt, Non exibimus, neque faciemus verbum regis, vt polluamus diem sabbathorum.
35 Et concitauerunt aduersus eos prælium,
36 Et non responderunt eis nec lapidem miserunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes,
37 Moriamur omnes in simplicitate nostra: & testes erunt super nos cælum & terra, quod iniustè perditis nos.
38 Et intulerunt illis bellum sabbathis: & mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filii eorum, & pecora eorum vsque ad mille animas hominum.
39 Et cognouit Mathathias & amici eius, & luctum habuerunt super eos valde.
40 Et dixit vir proximo suo, Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus Gentes pro animabus nostris & iustificationibus nostris nunc citius disperdent nos à terra.
E 41 Et cogitauerunt in die illa, dicentes, Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die sabbathorum, pugnemus aduersus eum: & non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis.
42 Tunc congregata est ad eos synagóga *Iudæorum fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege:
43 Et omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum.
44 Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua: & exteri fugerunt ad nationes, vt euaderent.
45 Et circuiuit Mathathias & amici eius, & destruxerunt aras:
46 Et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitudine.
47 Et persecuti sunt filios superbiæ: & prosperatum est opus in manibus eorum:
48 Et obtinuerunt legem de manibus Gentium, & de manibus regum: & non dederunt cornu peccatori.
49 Et appropinquauerunt dies Mathathiæ F moriendi, & dixit filiis suis, Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis.
50 Nunc ergo filii, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum:
51 Et mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. *Gen.22. b.9.*
52 *Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis, & reputatum est ei ad iustitiam? *Gene.41. c.40.*
53 *Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuit mandatum: & factus est Dominus AEgypti. *Numer.25. finis.45.*
54 *Phinees pater noster, zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotii æterni. *d.2.8. Iosue.1.c.*
55 *Iesus dum impleuit verbum, factus est dux in Israel. *Num.14.d. 6.Ios.14.d*
56 *Caleb dum testificatur in ecclesia, accepit hæreditatem. *13. 2.Reg.7.c*
57 *Dauid in sua misericordia consecutus est sedem *4.A*

sedem regni in secula.
*4.Reg.2.b. 58 *Elias dum zelat zelum legis, receptꝰ est in cælum.
*Dan. 3.c. 59 *Ananias & Azarias & Misael, credentes liberati sunt de flamma.
*Dan.6.f. 60 *Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum.
G 61 Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur.
62 Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius, stercus & vermis est.
63 Hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt.
64 Vos filii confortamini, & viriliter agite in lege: quia cùm feceritis quæ vobis præcepta sunt in lege à Domino Deo vestro, ipsa gloriosi eritis.
65 Et ecce Simon frater vester, scio quòd vir consilii est: ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater.
66 Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi.
67 Et adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictam populi vestri.
68 Retribuite retributionem Gentibus, & intendite in præceptum legis.
69 Et benedixit eos, & appositus est ad patres suos.
70 Et defunctus est anno centesimo & quadragesimosexto: & sepultus est à filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

CAP. III.

Iudas Iudæis præfectus Apollonium & Seron Syriæ principem interficit. Fiducia Iudæ in Deum. Contra Lysiam ab Antiocho exercitui præfectum pugnare statuit Iudas. Oratio Nazaræorum.

1 ET surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo:
2 Et adiuuabant eum omnes fratres eius: & vniuersi qui se coniunxerant patri eius, & præliabantur prælium Israel cum lætitia.
3 Et dilatauit gloriam populo suo, & induit se loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in prælijs, & protegebat castra gladio suo.
4 Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiẽs in venatione.
5 Et persecutus est iniquos perscrutans eos: & qui conturbabant populum suum, omnes succendit flammis.
6 Et repulsi sunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarii iniquitatis conturbati sunt: & directa est salus in manu eius.
7 Et exacerbabat reges multos, & lætificabat Iacob in operibus suis, & in seculum memoria eius in benedictione.
8 Et perambulabat ciuitates Iudæ, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israel.
9 Et nominatus est vsque ad nouissimum terræ, & congregauit pereuntes.
10 Et congregauit Apollonius Gentes, & à Samaria virtutem multam & magnam, ad bellandum contra Israel.
11 Et cognouit Iudas, & exiit obuiam illi: & percussit, & occidit illum: & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt.
12 Et accepit spolia eorum: & gladium Apollonii abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. F
13 Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quòd congregauit Iudas congregationem fidelium & ecclesiam secum, & alt,
14 Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam, & eos qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum regis.
15 Et præparauit se, & ascenderunt cum eo castra impiorum fortes auxiliarij, vt facerent vindictam in filios Israel.
16 Et appropinquauerunt vsque ad Bethoron: & exiuit Iudas obuiam illis cum *illis paucis.
17 Vt autem viderunt exercitum venientem sibi obuiam, dixerunt Iudæ, Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tantam, & tam fortem, & nos fatigati sumus ieiunio hodie?
18 Et ait Iudas, Facile est concludi multos in C manu paucorum: & non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis & in paucis.
19 Quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est.
20 Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci & superbia, vt vt disperdant nos, & vxores nostras, & filios nostros, & vt spoliẽt nos.
21 Nos verò pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris.
22 Et ipse Dominus cõteret eos ante faciem nostram. Vos autem ne timueritis eos.
23 Vt cessauit autem loqui, insiluit in eos subitò: & contritus est Seron, & exercitus eius in conspectu ipsius:
24 Et persecutus est eum in descensu Bethoron vsque in campum: & ceciderunt ex eis octingenti viri: reliqui autem fugerunt in terram Philisthiim.
25 Et cecidit timor Iudæ ac fratrũ eius, & formido super omnes gentes in circuitu eorũ:
26 Et peruenit ad regem nomen eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes Gentes.
27 Vt audiuit autem rex Antiochus sermo- D nes istos, iratus est animo: & misit, & congregauit exercitum vniuersi regni sui, castra fortia valde:
28 Et aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exercitui in annum, & mandauit illis, vt essent parati ad omnia.
29 Et vidit quòd defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica propter dissensionem & plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erant à primis diebus.
30 Et timuit ne non haberet vt semel & bis in sumptus & donaria quæ dederat antè larga manu: & abundauerat super reges, qui ante eum fuerant.
31 Et consternatus erat animo valdè, & cogitauit ire in Persidem, & accipere tributa regionum, & congregare argentum multum.

32 Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali, super negotia regia, à flumine Euphrate vsque ad fluminem Aegypti:
33 Et vt nutriret Antiochum filium suum, donec rediret.
34 Et tradidit ei medium exercitum, & elephantos, & mandauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæam & Ierusalem:
35 Et vt mitteret ad eos exercitum ad conterendam & extirpandam virtutem Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendam memoriam eorum de loco:
36 Et vt constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & sorte distribueret terram eorum.
37 Et rex assumpsit partem exercitus residui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui anno centesimo & quadragesimo septimo: & transfretauit Euphratem flumen, & perambulabat superiores regiones.
38 Et elegit Lysias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem & Gorgiem, viros potentes ex amicis regis:
39 Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & septem millia equitum: vt venirent in terram Iuda, & disperderent eam secundum verbum regis.
40 Et processerunt cum vniuersa virtute sua, & venerunt: & applicuerunt Emmaum in terra campestri.
41 Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum & aurum multum valde, & pueros, & venerunt in castra, vt acciperent filios Israel in seruos, & additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum.
42 Et vidit Iudas, & fratres eius, quia multiplicata sunt mala, & exercitus applicabat ad fines eorum, & cognouerunt verba regis quæ mandauit populo facere in interitum & consummationem: & dixerunt vnusquisque ad proximum suum,
43 Erigamus deiectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & sanctis nostris.
44 Et congregatus est conuentus, vt essent parati in prælium: & vt orarent & peterent misericordiam & miserationes.
45 Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & sanctum conculcabatur, & filii alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio Gentium: & ablata est voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara.
46 Et congregati sunt, & venerunt in Maspha contra Ierusalem: quia locus orationis erat in Maspha ante Israel.
47 Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se ciliciis, & cinerem imposuerunt capiti suo: & discidernt vestimenta sua.
48 Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulacrorum suorum:
49 Et attulerunt ornamenta sacerdotalia, & primitias, & decimas, & suscitauerunt Nazaræos, qui impleuerant dies:
50 Et clamauerunt voce magna in cælum, dicentes, Quid faciemus istis, & quò eos ducemus?
51 Et sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum, & in humilitatem.
52 Et ecce, Nationes conuenerunt aduersum nos, vt nos disperdant: tu scis quæ cogitant in nos.
53 Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu Deus adiuues nos?
54 Et tubis exclamauerunt voce magna:
55 Et post hæc constituit Iudas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.
56 *Et dixit his qui ædificant domos, & sponsabant vxores, & plantant vineas, & formidolosis, vt redirent vnusquisque in domum suam secundum legem. *Deuter. 20. a. 5. sub. fin. a. 3.
57 Et mouerunt castra, & collocauerunt ad Austrum Emmaum.
58 Et ait Iudas, Accingimini, & estote filii potentes, & estote parati in mane vt pugnetis aduersus nationes has, quæ conuenerunt aduersus nos disperdere nos & sancta nostra:
59 Quoniam melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostræ & sanctorum.
60 Sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat.

CAP. IIII.

Insidianti Gorgiæ occurrit Iudas Gorgiam & exercitum eius in fugam adigit. Iudæam inuadit Lysias, quem & debellat Iudas. Iudas templum purificat, & altare dedicat. Institutio Encæniorum.

1 ET assumpsit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & mouerunt castra nocte,
2 Vt applicarent ad castra Iudæorum, & percuterent eos subitò: & filii qui erant ex arce, erant illis duces.
3 Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & potentes percutere virtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum.
4 Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris.
5 Et venit Gorgias in castra Iudæ nocte, & neminem inuenit, & quærebat eos in montibus: quoniam dixit, Fugiunt hi à nobis.
6 Et cum dies factus esset, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum tantùm: qui tegumenta & gladios non habebant vt volebant.
7 Et viderunt castra Gentium valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium.
8 Et ait Iudas viris qui secum erant, Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis.
9 *Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in Mari-rubro, cum sequeretur eos Pharao cum exercitu multo. *Exod. 14. b. 9.
10 Et nunc clamemus in cælum: & miserebitur nostri Dominus, & memor erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie:

11 Et scient omnes Gentes quia est qui redimat & liberet Israel.
12 Et eleuauerunt alienigenæ oculos suos, & viderunt eos venientes ex aduerso.
13 Et exierunt de castris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda.
14 Et cōgressi sunt, & contritæ sunt Gentes, & fugerunt in campum.
15 Nouissimi autē omnes cecidерunt in gladio, & persecuti sunt eos vsque Gezeron, & vsque in campos Idumeæ, & Azoti, & Iamniæ: & cecidерunt ex illis vsque ad tria millia virorum.
16 Et reuersus est Iudas, & exercitus eius, sequens eum
17 Dixit ad populum, Non concupiscatis spolia, bellum contra nos est.
18 Et Gorgias & exercitus eius prope nos in monte: sed state nunc cōtra inimicos nostros, & expugnate eos, & sumetis posteà spolia securi.
19 Et adhuc loquente Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam prospiciens de monte.
20 Et vidit quòd in fugam conuersi sunt, & succenderunt castra, fumus enim qui videbatur, dēe larabat quod factum est.
21 Quibus illi conspectis timuerunt valde, aspicientes simul & Iudam & exercituum in campo paratum ad prælium.
22 Et fugerunt omnes in campum alienigenarum:
23 Et Iudas reuersus est ad spolis castrorū, & acceperūt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas.
24 Et conuersi hymnum canebant, & benedicebant Deum in cælum, quoniam bonus est, quoniam in seculum misericordia eius.
25 Et facta est salus magna in Israel in die illa.
26 Quicunque autem alienigenarum euaserunt, venerunt, & nuntiauerunt Lysiæ vniuersa quæ acciderant.
27 Quibus ille auditis, consternatus animo deficiebat: quòd non qualia voluit, talia contigerunt in Israel, & qualia mandauit rex.
28 Et sequenti anno congregauit Lysias virorum electorum sexaginta milia, & equitum quinque millia, vt debellaret eos.
29 Et venerunt in Iudæam, & castra posuerunt in Bethahoron, & occurrit illis Iudas cum decem millibus viris.
30 Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit, Benedictus es saluator Israel, *qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui Dauid, *& tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filii Saul, & armigeri eius. *1. Reg. 17. *2. Reg. 14.
31 Cōclude exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundatur in exercitu suo & equitibus.
32 Da illis formidinē, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur contritione sua.
33 Deiice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes, qui nouerunt nomen tuum in hymnis.
34 Et commiserunt prælium, & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia virorum.
35 Videns autem Lysias fugam suorū, & Iudæorum audaciam, & quòd parati sunt aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rursus venirent in Iudæam.
36 Dixit autem Iudas, & fratres eius, Ecce cōtriti sunt inimici nostri: ascendamus nūc mundare sancta, & renouare.
37 Et congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montem Sion.
38 Et viderunt sanctificationem desertam, & altare prophanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu vel in mōtibus, & pastophoria diruta.
39 Et sciderunt vestimenta sua, & planxerūt planctu magno, & imposuerūt cinerem super caput suum:
40 Et ceciderunt in faciem super terram, & exclamauerunt tubis signorum, & clamauerunt in cælum.
41 Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarēt aduersus eos qui erāt in arce, donec emūdarent sancta.
42 Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei:
43 Et mundauerunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.
44 Et cogitauit de altari holocaustorum quod prophanatum erat, quid de eo faceret.
45 Et incidit illis consilium bonum, vt destruerent illud: ne forte illis esset in opprobrium: quia contaminauerunt illud Gentes, & demoliti sunt illud.
46 Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusq; veniret propheta, & responderet de eis.
47 Et acceperunt lapides integros secūdum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit priùs:
48 Et ædificauerunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus: & ædem, & atria sanctificauerunt.
49 Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum.
50 Et incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo.
51 Et posuerunt super mensam panes, & appenderunt vela, & consummauerūt omnia opera quæ fecerant.
52 Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicesima die mensis noni (hic est mensis Casleu) cētesimi quadragesimi octaui anni:
53 Et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum, quod fecerunt.
54 Secundum tempus & secundum diem in qua contaminauerunt illud Gentes, in ipsa renouatum est in canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis.
55 Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt & benedixerunt in cælum eum qui prosperauit eis.

56 Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo,& obtulerunt holocaustа cum lætitia, & sacrificium salutaris & laudis.

57 Et ornauerũt faciem templi coronis aureis & scutulis: & dedicauerunt portas & pastophoria,& imposuerunt eis ianuas.

58 Et factus est lætitia in populo magna valde,& auersum est opprobrium Gentium.

59 Et statuit Iudas & fratres eius & vniuersa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo à quinta & vicesima die mensis Casleu,cum lætitia & gaudio. Iosue.10. d.22.

60 Et ædificauerunt in tempore illo montẽ Sion,& per circuitum muros altos & turres firmas,ne quando venirent Gentes, & conculcarent eum sicut antea fecerunt.

61 Et collocauit illhic exercitum,vt seruarent eum,& muniuit eum ad custodiẽdam Beth-suram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

CAP. V.

Iudæ fuitimæ gentes Israelem perdere tentãtes percutit,auxiliantibus fratribus Simone & Ionatha. Ciuitatem Ephron euertit Iudæ ob denegatum transitum. Iosephi & Azariæ temeritas. Filios Esau expugnat Iudæ. Idola Gentium succendit.

1 FActum est, vt audierunt Gentes in circuitu quia ædificatum est altare & sanctuarium sicut prius,iratæ sunt valde:

2 Et cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo & persequi.

3 Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa,& eos qui erant in Arabathane: quia circunsedebant Israelitas. & percussit eos plaga magna.

4 Et recordatus est malitiã filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & in scandalum,insidiantes ei in via:

5 Et conclusi sunt ab eo in turribus,& applicuit ad eos,& anathematizauit eos,& incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant.

6 Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum:

7 Et commisit cum eis prælia multa,& contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos:

8 Et cepit Gazer ciuitatem, & filias eius, & reuersus est in Iudæam.

9 Et congregatæ sunt Gentes quæ sunt in Galaad,aduersus Israelitas,quæ erant in finibus eorum,vt tollerent eos: & fugerunt in Datheman munitionem.

10 Et miserunt literas ad Iudam & fratres eius,dicentes,

11 Congregatæ sunt aduersum nos Gentes per circuitum,vt nos auferant:& parant venire,& occupare munitionem in quam confugimus: & Timotheus est dux exercitus eorum.

12 Nunc ergo veni,& eripe nos de manibus eorum,quia cecidit multitudo de nobis.

13 Et omnes fratres nostri, qui erant in locis Tubin,interfecti sunt: & captiuas duxerunt vxores eorũ,& natos,& spolia,& peremerunt illhic ferè mille viros.

14 Et adhuc epistolæ legebantur,& ecce alii nuntij venerunt de Galilæa conscissis tunicis nunciantes secundum verba hæc:

15 Dicentes conuenisse aduersum se à Ptolemaida & Tyro, & Sidone: & repleta est omnis Galilæa alienigenis vt nos consumant

16 Vt audiuit autem Iudas & populus sermones istos, conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis.

17 Dixitque Iudas Simoni fratri suo, Elige tibi viros, & vade,& libera fratres tuos in Galilæa: ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditis.

18 Et reliquit Iosephum filium Zachariæ,& Azariam duces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiam:

19 Et præcepit illis,dicens, Præstote populo huic:& nolite bellum cõmittere aduersum Gentes,donec reuertamur.

20 Et partiti sunt Simoni viri tria millia,vt iret ad Galilæam:Iudæ autem octo millia in Galaaditim.

21 Et abiit Simon in Galilæam, & commisit prælia multa cum Gentibus: & contritæ sunt Gentes à facie eius, & persecutus est eos vsque ad portam Ptolomaidis.

22 Et ceciderunt de Gentibus ferè tria milia virorum,& accepit spolia eorum.

23 Et assumpsit eos qui erant in Galilæa & in Arabia cum vxoribus & natis & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna.

24 Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanẽ,& abierunt viam trium dierum per desertum

25 Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè,& narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide,

26 Et quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis, & in Casphor,& Mageth,& Carnaim.hæ omnes ciuitates munitæ & magnæ.

27 Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi,& in crastinum constituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in vna die.

28 Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum Bosor repentè, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum in ore gladii,& accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni.

29 Et surrexerunt inde nocte,& ibant vsque ad munitionem.

30 Et factum est diluculo,cùm eleuassent oculos suos,& ecce populus multus: cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas vt comprehenderent munitionem: & expugnabant eos.

31 Et vidit Iudas quia cœpit bellum,& clamor belli ascendit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de ciuitate: & dixit exercitui suo,

32 Pugnate hodie pro fratribus vestris.

33 Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione.

34 Et cognouerunt castra Timothei, quia Machabæus est,& refugerunt à facie eius: & percusserunt eos plaga magna,& ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum.

35 Et diuertit Iudas in Masphã,& expugnauit,& cepit eam: & interfecit omnem masculum eius,& spolia eius,& succendit eam igni.

36 Inde profectus & cepit Casbon,& Mageth, & Bosor reliquas ciuitates Galaaditidis.

37 Post hæc autem verba, congregauit Timotheus exercitum alium,& castra posuit contra Raphon trans torrentem.

38 Misit Iudas speculari exercitum & renunciauerunt ei,dicentes,Quia conuenerunt ad eum omnes Gentes quæ in circuitu nostro sunt,& exercitus multus nimis:

39 Et Arabas cõduxerunt in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrentem,parati ad te venire in prælium. Et abiit Iudas obuiam illis.

40 Et ait Timotheus principibus exercitus sui,Cùm appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ: si transierit ad nos prior, nõ poterimus sustinere eum: quia potens poterit aduersum nos.

41 Si verò timuerit transire, & posuerit castra extra fluuen,transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum.

42 Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi super eum torrentem,& mandauit eis,dicens, Neminẽ hominum reliqueritis, sed veniant omnes in prælium.

43 Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum, & contritæ sunt omnes Gentes à facie eorum,& proiecerunt arma sua,& fugerunt ad phanum, quod erat in Carnaim.

44 Et occupauit ipsam ciuitatẽ, & phanum succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso:& oppressa est Carnaim,& non potuit sustinere contra faciem Iudæ?

45 Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas,qui erant in Galaaditide,à minimo vsque ad maximum,& vxores eorum, & natos, & vasa, & exercitum magnum valde, & venerunt in terram Iudæ.

46 Et venerunt vsque Ephron: & hæc ciuitas magna in ingressu posita,munita valde. Et non erat declinare ab ea dextra vel sinistra,sed per mediam iter erat.

47 Et inclusserunt se qui erant in ciuitate,

48 Et obstruxerunt portas lapidibus:

49 Et misit ad eos Iudas verbis pacificis, dicens,

50 Transeamus per terram vestram, vt eamus in terram nostram:& nemo vobis nocebit, tantùm pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire.

51 Et præcepit Iudas prædicari in castris vt applicarent vnusquisque in quo erat loco, & applicuerunt se viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte,& tradita est ciuitas in manus eius:

52 Et peremerunt omnem masculum in ore gladii,& eradicauit eam, & accepit spolia eius,& transiuit per totam ciuitatem super interfectos. Et transgressi sunt Iordanem in campo magno,contra faciem Beth-san.

53 Et erat Iudas cõgregans extremos,& exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iudæ:

54 Et ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pace.

55 Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad,& Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolomaidis,

56 Audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias principes virtutis res bene gestas, & prælia quæ facta sunt,& dixit,

57 Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus Gentes quæ in circuitu nostro sunt.

58 Et præcepit his qui erat in exercitu suo & abierunt Iamniam.

59 Et exiuit Gorgias de ciuitate,& viri eius obuiam illis in pugnam.

60 Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsque in fines Iudææ:& ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est plaga magna in populo:

61 Quia non audierũt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos.

62 Ipsi autem non erant de semine virorum illorum per quos salus facta est in Israel.

63 Et vir Iuda & fratres eius magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel, & Gentium omnium vbi audiebatur nomen eorum.

64 Et conuenerunt ad eos frustra acclamantes.

65 Et exiuit Iudas & fratres eius,& expugnabant filios Esau in terra quæ ad Austrũ est, & percussit Chebron, & filias eius: & muros eius & turres succẽdit igni in circuitu.

66 Et mouit castra,vt iret in terram alienĩ genarum,& perambulabat Samariam.

67 In die illa ceciderunt sacerdotes in bello,dum * volunt fortiter facere, dum sine consilio * exierunt in prælium.

68 Et declinauit Iudas in Azotum in terrã alienigenarum,& diruit aras eorũ, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni: & cepit spolia ciuitatum,& reuersus est in terram Iuda.

CAP. VI.

Antiochus Elymaidem urbem volens deprædari,à ciuibus propellitur. Incidit in morbũ. Moritur. Constituunt rex filium eius Antiochus Eupator. Obsidio arcis Sion. Antiochũ aduentus in Iudæam cum numeroso exercitu. Eleazari magnanimitas. Rex fœdere Lysiæ initi pacem cum Iuda. Rex fœdus violat.

1 ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones,& audiuit esse ciuitã

rem Elymaidem in Perside nobilissimam, & copiosam in argento & auro.

3 Templúmque in ea locuples valde: & illic vela aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo qui regnauit primus in Græcia.

3 Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eã, & non potuit: quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate.

4 Et insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam.

5 Et venit qui nuntiaret ei in Perside, Quia fugata sunt castra quæ erãt in terra Iuda:

6 Et quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & inualuerunt armis & viribus, & spoliis multis quæ ceperunt de castris quæ exciderunt:

7 Et quia diruerũt abominationẽ quam ædificauerant super altare quod erat in Ierusalem: & sanctificationem, sicut priùs circundederunt muris excelsis: sed & Bethsuram ciuitatem suam.

8 Et factum est, vt audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in langorem præ tristitia, quia non factum est sicut cogitabat.

9 Et erat illhic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori.

10 Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis, Recessit somnus ab oculis meis, & cõcidi, & corrui corde præ solicitudine:

11 Et dixit in corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum: qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea?

12 Nunc vero reminiscor malorum quæ feci Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam, sine causa.

13 Cognoui ergo quia propterea inuenerũt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena.

14 Et vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum:

15 Et dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret.

16 Et mortuus est illhic Antiochus rex anno centesimo quadragesimo.

17 Et cognouit Lysias quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filiũ eius, quem nutriuit adolescentem: & vocauit nomen eius Eupatorem.

18 Et hi qui erant in arce, concluserãt Israel in circuitu Sanctorum: & quærebat eis mala semper & firmamentum Gentium.

19 Et cogitauit Iudas disperdere eos: & conuocauit vniuersum populum, vt obsiderent eos.

20 Et conuenerunt simul, & obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo, & fecerũt balistas & machinas.

21 Et exierunt quidã ex eis qui obsidebantur: & adiunxerunt se illis aliqui impii ex Israel, & abierunt ad regem, & dixerunt,

22 Quousque non facis iudicium & vindicas fratres nostros?

23 Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius: & filii populi nostri.

24 Propter hoc alienabãt se à nobis, & quicunque inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur.

25 Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros.

26 Et ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalem occupare eam: & munitionem in Bethsuram munierunt.

27 Et nisi præueneris eos velociora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos.

28 Et iratus est rex vt hæc audiuit: & cõuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos qui super equites erant.

29 Sed & de regnis aliis, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitii.

30 Et erat numerus exercitus eius, centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo docti ad prælium.

31 Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter.

32 Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharam contra castra regis.

33 Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum contrà viam Bethzacharam: & comparauerunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt:

34 Et elephantis ostenderunt sanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium.

35 Et diuiserunt bestias per legiones: & astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuique bestiæ electi erant.

36 Hi ante tempus vbicunque erat bestia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant, & non discedebant ab ea.

37 Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias: & super eas machinæ: & super singulas, viri virtutis triginta duo, qui pugnabant désuper, & intus magister bestiæ.

38 Et residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius.

39 Et vt refulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis.

40 Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos, & alia per loca humilia: & ibant cautè & ordinatè.

41 Et commouebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & incessu tubæ, & collisione armorum, erat enim exercitus magnus valde & fortis.

Et

42 Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælium: & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri.

43 Et vidit Eleazar filius Saura, vnam de bestiis loricatam loricis regis, & erat eminens super cæteras bestias, & visum est ei quòd in ea esset rex:

44 Et dedit se vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum.

45 Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris & à sinistris, & cadebant ab eo hinc atque illhinc.

46 Et iuit sub elephantis, & supposuit se ei, & percussit eum: & cecidit in terrã super illum, & mortuus est illhic.

47 Et viderunt virtutem regis, & impetum exercitus eius, diuerterunt se ab eis.

48 Castra autem regis ascenderunt contra eos in Ierusalem, & applicuerunt castra regis ad Iudæam & montem Sion.

49 Cum fecit pacem eum his qui erant in Bethsura: & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta conclusis, quia sabbatha erant terræ.

50 Et comprehendit rex Bethsuram: & constituit illhic custodiam seruare eam.

51 Et conuertit castra ad locum sanctificationis dies multos: & statuit illhic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpios ad mittendas sagittas & fundibula.

52 Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos.

53 Escæ autem non erant in ciuitate, eo quòd septimus annus esset, & qui remanserant in Iudæa de Gentibus, consumpserant reliquias eorum quæ reposita fuerant.

54 Et remanserunt in Sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames, & dispersi sunt vnusquisque in locum suum.

55 Et audiuit Lysias quòd Philippus quem constituerat rex Antiochus cùm adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum, & regnaret.

56 Reuersus est à Perside & Media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat susciperе regni negotia.

57 Et festinauit ire, & dicere ad regem & ducès exercitus, Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno.

58 Nunc itaque demus dextras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum:

59 Et constituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut priùs. Propter legitima enim ipsorum quæ despeximus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc.

60 Et placuit sermo in conspectu regis & principum: & misit ad eos pacem facere: & receperunt illam.

61 Et iurauit illis rex & principes: & exierũt de munitione.

62 Et intrauit rex montẽ Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit destruere murum in gyro.

63 Et discessit festinanter, & reuersus est Antiochiam, & inuenit Philippum dominantẽ ciuitati: & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem.

CAP. VI.

Decisis Antiocho & Lysia, Demetrius regnat. Rex impiorum consilio mittens Bacchidẽ & Alcimum in Iudæam, filios Israel affligit. Postrediit Bacchidis & Alcimi mittit rex Nicanorẽ. Oratio sacerdotum audet sus Nicanorẽ. Iudas, oratione facta, Nicanorẽ interficit.

1 ANno centesimo quinquagesimo primo exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic.

2 Et factum est, vt ingressus esset domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lysiam, vt adducerent eos ad eum.

3 Et res ei innotuit: & ait, Nolite mihi ostẽdere faciem eorum.

4 Et occiderunt eos exercitus, & sedit Demetrius super sedem regni sui.

5 Et venerunt ad eum viri iniqui & impii ex Israel: & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos.

6 Et accusauerunt populum apud regem, dicentes, Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos disperdidit de terra nostra.

7 Nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat & videat exterminium omne quod fecit nobis in regionibus regis: & puniat omnes amicos eius & adiutores eorum.

8 Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno: & fidelem regi: & misit eum vt videret exterminium quod fecit Iudas.

9 Sed & Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel.

10 Et surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terrã Iuda, & miserunt nuntios, & locuti sunt ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo.

11 Et non intenderunt sermonibus eorũ: viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno.

12 Et conuenerunt ad Alcimum & Bacchidẽ congregatio scribarum requirere quæ iusta sunt.

13 Et primi, Asidæi qui erant in filiis Israel, & exquirebant ab eis pacem.

14 Dixerunt enim, Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos.

15 Et locutus est cum eis verba pacifica, & iurauit illis, dicens, Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris.

16 Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in vna die secundum verbum quod scriptum est:

17 *Carnes sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. *Psal. 78.

18 Et incubuit timor & tremor in omnem populum: quia dixerunt, Non est veritas &

iudicium in eis transgressi sunt enim constitutum, & iusiurandum quod iurauerunt.
29 Et monit Bacchides castra ab Ierusalem, & applicuit in Bethzecha: & misit, & comprehendit multos ex eis qui ad se refugerant, & quosdam de populo mactauit, & in puteum magnum proiecit.
30 Et commisit regionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi: & abiit Bacchides ad regem.
31 Et satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotii sui.
32 Et conuenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum, & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt plagam magnam in Israel.
D 33 Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus, & qui cum eo erant filiis Israel, multò plus quàm Gentes.
34 Et exiit in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in viros desertores, & cessauerunt vltrà exire in regionem.
35 Vidit autem Alcimus quòd prævaluit Iudas, & qui cum eo erant: & cognouit quia non potest sustinere eos, & regressus est ad regem, & accusauit eos multis criminibus.
1. Macha. 7. a, 1. 36 *Et misit rex Nicanorem, vnum ex principibus suis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Israel: & mandauit ei euertere populum.
37 Et venit Nicanor in Ierusalem cum exercitu magno, & misit ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis cum dolo, dicens,
38 Non sit pugna inter me & vos: veniam cum viris paucis, vt videam facies vestras cum pace.
39 Et venit ad Iudam, & salutauerunt se inuicem pacificè: & hostes parati erant rapere Iudam.
40 Et innotuit sermo Iudæ, quoniam cum dolo venerat ad eum, & conterritus est ab eo, & amplius noluit videre faciem eius.
41 Et cognouit Nicanor quoniam denudatum est consilium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Capharsalama.
42 Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinque millia viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid.
43 Et post hæc verba ascendit Nicanor in montem Sion: & exierunt de sacerdotibus populi salutare eum in pace, & demonstrare ei holocaustomata, quæ offerebantur pro rege.
44 Et irridens, spreuit eos & polluit: & locutus est superbè.
45 Et iurauit cum ira dicens, Nisi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas: continuò cùm regressus fuero in pace, succendam domum istam. Et exiit cum ira magna.
46 Et intrauerunt sacerdotes, & steterunt ante faciē altaris & templi: & flentes dixerunt,
47 Tu Domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset domus orationis & obsecrationis populo tuo.
48 Fac vindictam in homine isto, & exercitu eius, & cadant in gladio: memento blasphemias eorum, & ne dederis eis vt permaneant.
49 Et exiit Nicanor ab Ierusalem, & castra applicuit ad Beth-horon: & occurrit illi exercitus Syriæ.
50 Et Iudas applicuit in Adarsa cum tribus millibus virisc & orauit Iudas, & dixit,
51 *Qui missi erant à rege Sennacherib, Domine, quia blasphemauerunt te, exiit angelus, & percussit ex eis centum octoginta quinque millia:
52 Sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie, & exteri quia male locutus est super Iam & iudica illum secundum malitiam ill.
53 Et commiserunt exercitus in tertiadecima die mensis Adar: & conclusa sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio.
54 Vt autem vidit exercitus eius quòd cecidisset Nicanor, proiecerunt arma, & fugerunt:
55 Et persecuti sunt eos viam vnius diei ab Adasser, vsquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt post eos cum significationibus.
56 Et exierunt de omnibus castellis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & conuertebantur iterum ad eos, & ceciderunt omnes gladio, & non est relictus ex eis nec vnus.
57 Et acceperunt spolia eorum in prædā: & caput Nicanoris amputauerūt, & dextram eius quam extēderat superbè, & attulerūt, & suspenderunt contra Ierusalem.
58 Et lætatus est populus valdè, & egerunt diem illam in lætitia magna.
59 Et constituit agi omnibus annis diem illam tertiadecimā die mensis Adar.
60 Et siluit terra Iuda dies pauces.

CAP. VIII.

Iudas Romanorum res bene gestas considerans, pacem cum eis iuit. Rescriptum Romanorum ad Iudaos.

1 ET audiuit Iudas nomen Romanorum quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia quæ postulantur ab eis, & quicunque accesserunt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus:
2 Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum:
3 Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quod in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quæ illic sunt.
4 Et possederunt omnem locum consilio suo & patientia, locaque quæ longè erant valde ab eis, & reges qui superuenerant eis ab extremis terræ, contriuerunt, & percusserunt eos plaga magna: cæteri autem dant eis tributum omnibus annis.
5 Et Philippum & Persen Cæteorum regē, & cæteros qui aduersum eos arma tulerant contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos.
6 Et Antiochum magnum regem Asiæ, qui eis pu-

gnam intulerat: habens centum viginti elephantes, & equitatum, & currus, & exercitum magnū valde, contritum ab eis:
7 Et quia ceperunt eum viuum, & statuerunt ei vt daret ipse & qui regnarent post ipsum, tributum magnum, & daret obsides & constitutum:
8 Et regionem Indorum, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum, & acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi.
9 Et quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire, & tollere [illegible] & innotuit sermo his.
10 Et misit [illegible] ducem vnum, & pugnauerunt contra illos, & ceciderunt ex eis multos, & captiuas duxerunt vxores eorum & filios, & diripuerunt eos, & terram eorum possederunt, & destruxerunt muros eorum, & in seruitutem illos redegerunt vsque in hunc diem: & residua regna:
11 Insulas quæ aliquando resistiterant illis, exterminauerunt, & in potestatem redegerunt.
12 Cum amicis autem suis, & qui in ipsis requiem habebant, confirmauerunt amicitias, & obtinuerunt regna quæ erant proxima, & quæ erant longè: quia quicunque audiebant nomen eorum, timebant eos.
13 Quibus verò vellent auxilio esse vt regnarent, regnabant: quos autem vellent regno deturbabant, & exaltati sunt valde.
C 14 Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea.
15 Et quia curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant.
16 Et committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ: & omnes obediunt vni, & non est inuidia, neque zelus inter eos.
17 Et elegit Iudas Eupolemum filiū Iohannis filii Iacob, & Iasonem filium Eleazari, & misit eos Romam confirmare cum illis amicitiam & societatem.
18 Et vt auferretur ab eis iugū Græcorum, quia viderunt quòd in seruitutem premerent regnum Israel.
19 Et abierunt Romam viam multam valde, & introierunt Curiam, & dixerunt,
20 Iudas Machabæus, & fratres eius, & populus Iudæorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem & pacem, & conscribere nos socios & amicos vestros.
21 Et placuit sermo in conspectu eorum.
22 Et hoc rescriptum est quod rescripserunt in tabulis æreis: & miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis.
D 23 BENE SIT ROMANIS, & genti Iudæorum in mari & in terra in æternum: gladiusque & hostis procul sit ab eis.
24 Quòd si inferierit bellum Romanis prius, aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum,
25 Auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus dictauerit, corde pleno:
26 Et præliantibus non dabunt, neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes.
27 Similiter autem & si genti Iudæorū prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit,
28 Et adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum absque dolo.
29 Secundum hæc verba constituerunt Romani populo Iudæorum.
30 Quòd si post hæc verba hi aut illi addere aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quæcunque addiderint vel dempserint, rata erunt.
31 Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicentes, Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros, & socios Iudæos?
32 Si ergo iterum adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terràque.

CAP. IX.

Nicanore mortuo rursum mittit Demetrius Bacchidem & Alcimum contra Iudam. Iudas interficitur. Impii affligentes Iudam Ionathā fratri substituunt Iudæi. Constituit Ionathas & Bacchidis. Alcimus paralysi dissolutus interiit. Reuertitur ad regem Bacchides. Bacchides implorum fastu Ionathan aggressus vincitur. Fœdus Ionathæ cum Bacchide.

1 INterea vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prælio, apposuit & Bacchidem & Alcimum rursum mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis.
2 Et abierunt viam quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis: & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum multas.
3 In mense primo anni centesimi & quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem:
4 Et surrexerunt, & abierunt in Bareā viginti millia virorum, & duo millia equitū.
5 Et Iudas posuerat castra in Laisa, & tria millia viri electi cum eo:
6 Et viderunt multitudinem exercitus quia multi sunt, & timuerunt valde: & multi subtraxerunt se de castris, & non remanserunt ex eis nisi octoginti viri.
7 Et vidit Iudas quòd deduxit exercitus suus, & bellum prægrediebatur eum, & confractus est corde: quia non habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est.
8 Et dixit his qui residui erant, Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, si potuerimus pugnare aduersus eos.
9 Et auertebant eum, dicentes, Non poterimus, sed liberemus animas nostras modò, & reuertamur ad fratres nostros: & tunc pugnabimus aduersus eos: nos autem pauci sumus.
10 Et ait Iudas, Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis, & si appropiauit tempus no-

strum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ.

22 Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam: & diuisi sunt equites in duas partes, & funditularii & sagittarii præibãt exercitum, & primi certaminis omnes potentes.

23 Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis.

24 Exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & commota est terra à voce exercituum, & commissum est prælium à mane vsque ad vesperam.

25 Et vidit Iudas quòd firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, & cõueuerunt cũ ipso omnes constantes corde:

26 Et contrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vsque ad montem Azoti.

27 Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quod contrita esset dextrum cornu, & secutisunt post Iudam & eos qui cum ipso erãt à tergo:

28 Et ingrauatum est prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & exillis.

29 Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt.

C 30 Et Ionathas & Simon tulerũt Iudam fratrem suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modin.

31 Et fleuerunt eum omnis populus Israel planctu magno: & lugebant dies multos, & dixerunt,

32 Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat populum Israel.

33 Et cætera verba bellorum Iudæ, & virtutum quas fecit, & magnitudinis eius, non sunt descripta, multa enim erant valde.

34 Et factum est post obitum Iudæ emerserũt iniqui in omnibus finibus Israel, & exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem.

24 In diebus illis facta est fames magna valde, & tradidit se Bacchidi omnis regio eorum cum ipsis,

25 Et elegit Bacchides viros impios, & constituit eos dominos regionis:

26 Et exquirebant & perscrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat.

27 Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die qua non est visus propheta in Israel.

Et congregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ,

29 Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non est qui exeat contra inimicos, Bacchidem, & eos qui inimici sunt gentis nostræ.

30 Nunc itaque te hodie eligimus esse pro eo nobis in principem & ducem ad bellandum bellum nostrum.

31 Et suscepit Ionathas tempore illo principatum, & surrexit loco Iudæ fratris sui.

32 Et cognouit Bacchides, & quærebat eum occidere.

33 Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui cum eo erant, & fugerunt in desertum Thecuæ, & consederunt ad aquam lacus Asphar.

34 Et cognouit Bacchides die sabbathorum venit ipse & omnis exercitus eius trãs Iordanem.

35 Et Ionathas misit fratrem suum ducem populi, & rogauit Nabuthæos amicos suos vt commodarent illis apparatum suum qui erat copiosus.

36 Et exierunt filii Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannem & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea.

37 Post hæc verbum nuntiatum est Ionathæ & Simoni fratri eius quòd filii Iambri faciunt nuptias magnas, & sponsam ex Madaba filiam vnius de magnis principibus Chanaan cum ambitione magna.

38 Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris sui: & ascenderunt, & absconderunt se sub tegumento montis.

39 Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus, & sponsus processit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & musicis, & armis multis.

40 Et surrexerunt ad eos ex insidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi, & residui fugerunt in montes: & acceperũt omnia spolia eorum.

H 41 Et conuersæ sunt nuptiæ in luctũ, & vox musicorum ipsorum in lamentum.

42 Et vindicauerunt vindictam sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad ripã Iordanis.

43 Et audiuit Bacchides, & venit die sabbathorum vsque ad oram Iordanis in virtute magna.

44 Et dixit ad suos Ionathas, Surgamus, & pugnemus contra inimicos nostros. Non est enim hodie sicut heri, & nudiustertius.

45 Ecce enim bellum ex aduerso, aqua verò Iordanis hinc & inde, & ripæ, & paludes, & saltus: & non est locus diuertendi.

46 Nunc ergo clamate in cælum, vt liberemini de manu inimicorum vestrorum. Et commissum est bellum.

47 Et extendit Ionathas manum suam percutere Bacchidem, & diuertit ab eo retrò.

48 Et dilsiliit Ionathas & qui cum eo erant in Iordanem, & transnatauerũt ad eos Iordanem:

49 Et ceciderũt de parte Bacchidis die illa mille viri.

50 Et reuersi sunt in Ierusalem, & ædificauerunt ciuitates munitas in Iudæa, munitionẽ quæ erat in Iericho, & in Ammaum, & in Beth-horon, & in Bethel, & Thamnata, & Phara, & Thopo muris excelsis & portis & seris.

51 Et posuit custodiam in eis, vt inimicitias exercerent in Israel:

52 Et muniuit ciuitatem Bethsuram, & Gazaram, & arcem, & posuit in eis auxilia: & apparatum escarum:

53 Et accepit filios principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalem in custodiam.

54 Et anno centesimo quinquagesimotertio mense secundo præcepit Alcimus destruí muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarum: & cœpit destruere.

55 In tempore illo percussus est Alcimus: & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi. nec vltrà potuit loqui verbum & mandare de domo sua.

56 Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno.

57 Et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus: & reuersus est ad regem, & siluit terra Iuda annis duobus.

58 Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes, Ecce Ionathas & qui cum eo sunt, in silentio habitant confidenter: nunc ergo adducamus illum (ipse enim solus est) & comprehendet eos omnes hac nocte.

59 Abierunt, & consilium ei dederunt.

60 Et surrexit vt veniret cum exercitu multo: & misit occultè epistolas sociis suis qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionathan, & eos qui eo erant: sed non potuerunt, quia innotuit eis consilium eorum.

61 Et apprehendit de viris regionis qui principes erant militiæ quinquaginta viros, & occidit eos,

G 62 Et secessit Ionathas & Simon, & qui cum eo erant, in Beth-bessen, quæ est in deserto, & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam.

63 Et cognouit Bacchides, & cõgregauit vniuersam multitudinem suam: & his qui de Iudæa erant denuntiauit.

64 Et venit, & castra posuit desuper Bethbessen: & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas.

65 Et reliquit Ionathas Simonem fratrem suum in ciuitate, & exiit in regionem, & venit cum numero.

66 Et percussit Odaren & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cædere, & crescere in virtutibus.

67 Simon verò, & qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate, & succenderunt machinas.

68 Et pugnauerunt contra Bacchidem, & contritus est ab eis, & afflixerunt eum valdè, quoniam consilium eius & congressus eius erat inanis.

69 Et iratus contra viros iniquos qui ei consilium dederant vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occidit: ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam.

70 Et cognouit Ionathas: & misit ad eum legatos componere pacem cum ipso, & reddere ei captiuitatem.

71 Et libenter accepit, & fecit secundũ verba eius, & iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vitæ eius.

72 Et reddidit ei captiuitatem quam priùs erat prædatus de terra Iuda: & conuersus abiit in terram suam, & non apposuit amplius venire in fines eius.

73 Et cessauit gladius ex Israel: & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

CAP. X.

Cupit Demetrius inire pactum cum Ionatha, qui id refellens Alexandro adhæret. Bellum cõmittit Alexãder cũ Demetrio. Demetrius interimitur. Amicitiã inter se statuunt Ptolemæus & Alexander. Occurrerat eis Ionathas sumo afficitur honore. Appollonius dux exercitus Demetrii cum Ionatha congressus, ad eodem deuincitur.

1 ET anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus est Nobilis: & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eũ, & regnauit illic.

2 Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copiosum valdè, & exiuit obuiam illi in prælium.

3 Et misit Demetrius epistolam ad Ionathan verbis pacificis vt magnificaret eum:

4 Anticipemus facere pacem cum eo, priusquàm faciat cũ Alexandro aduersum nos:

5 Recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum, & in fratrem eius, & in gentem eius.

6 Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium eius, & obsides qui erant in arce iussit tradi ei.

7 Et venit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi & eorum qui in arce erant.

8 Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum,

9 Et traditi sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos parentibus suis:

10 Et habitauit Ionathas in Ierusalem, & cœpit ædificare & innouare ciuitatem.

11 Et dixit facientibus opera, vt extruerent muros, & montẽ Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: & ita fecerunt.

12 Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat:

13 Et reliquit vnusquisque locum, & abiit in terram suam:

14 Tantum in Beth-sura remanserunt aliquæ ex his qui reliquerant legem & præcepta Dei. Erat enim hæc eis ad refugium.

15 Et audiuit Alexander rex promissa quæ promisit Demetrius Ionathæ: & narrauerunt ei prælia, & virtutes quas ipse fecit, & fratres eius, & labores quos laboraverunt, & ait,

16 Nunquid inueniemus aliquem virum talem? & nunc faciemus eum amicum, & socium nostrum.

17 Et scripsit epistolam, & misit ei secundũ hæc verba, dicens,

18 REX Alexander fratri Ionathæ salutẽ.

19 Audiuimus de te quòd vir potens sis viribus, & aptus es vt sis amicus noster:

20 Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, vt amicus vocẽris regis (& misit ei purpuram, & coronam auream) & quæ nostra sunt sentias nobiscum, & conserues amicitias ad nos.

21 Et Induit se Ionathas stola sanctæ sept-

me mense, anno centesimo sexagesimo in die solenni scenopeæ: & congregauit exercitum, & fecit arma copiosa.

21 Et audiuit Demetrius verba ista, & contristatus est nimis, & ait,

23 Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander appreheudere amicitiam Iudæorum ad munimen sui?

24 Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona, vt sint mecum in adiutorium.

25 Et scripsit eis in hæc verba, REX Demetrius genti Iudæorum salutem.

26 Quoniam seruastis ad nos pactum, & manssistis in amicitia nostra, & non acceisistis ad inimicos nostros, audiumus, & gauisi sumus.

27 Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiscum.

C 28 Et remittemus vobis præstationes multas, & dabimus vobis donationes.

29 Et nunc absoluo vos & omnes Iudæos à tributis, & præta salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis,

30 Et dimidiam partem fructus ligni quod est portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilæa ex hodierna die & in totum tempus.

31 Et Ierusalem sit sancta & libera cum finibus suis: & decimæ & tributa, ipsius sint.

32 Remitto etiam potestatem arcis quæ est in Ierusalem: & do eam summo sacerdoti, vt constituat in ea viros quoscunque ipse elegerit qui custodiant eam.

33 Et omnem animam Iudæorũ, quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberam gratis, vt omnes à tributis soluantur, etiam pecorum suorum.

34 Et omnes dies solennes, & sabbatha, & neomenias, & dies decreti, & tres dies ante diem solennẽ, & tres dies post diem solennẽ sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudæis qui sunt in regno meo:

35 Et nemo habebit potestatem agere aliquid, & mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni causa.

36 Et ascribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorum, & dabuntur illis copiæ vt oportet omnibus exercitibus regis.

37 Et ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni: & ex his constituentur super negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iuda.

D 38 Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur: vt sint sub vno, & non obediant alicui potestati, nisi summo sacerdoti.

*summi sacerdotis:

39 Ptolemaida & cõfines eius, quas dedi domum sanctis qui sunt in Ierusalem ad necessarios sumptus sanctorum.

*do

40 Et ego dabo singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis, quæ nec contingunt:

41 Et omne quod reliquũ fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus.

42 Et super hæc quinque millia siclorum argenti, quæ accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos, & hæc ad sacerdotes pertineant, qui ministerio funguntur.

43 Et quicunque confugerint in templum quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius: obnoxii regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa quæ sunt eis in regno meo libera hæ[illegible]

44 Et ad ædificanda vel [illegible]da opera sanctorum sumptus dabu[illegible] ratione regis.

45 Et ad extruendos muros in Ier[illegible] & communiendos in circuitu, sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudæa.

46 Vt audiuit autem Ionathas & po[illegible]s sermones istos, non crediderant eis, nec receperunt eos: quia recordari sunt malitiæ magnæ quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valdè. Sup. 7. b. 14.

47 Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. *in Alexandro

48 Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra contra Demetrium.

49 Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos.

50 Et inualuit prælium nimis, donec occidit sol: & cecidit Demetrius in die illa.

51 Et misit Alexãder ad Ptolemæum regem Aegypti legatos secundum hæc verba dicens,

B 52 QVONIAM regressus sum in regnum meũ, & sedi in sede patrum meorũ, & obtinui principatum, & corrui Demetrium, & possedi regionem nostram,

53 Et commisi pugnam cum eo, & contritus est ipse, & castra eius à nobis, & sedemus in sede regni eius:

54 Et nunc statuamus adinuicẽ amicitiam: & da mihi filiam tuam vxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipsi dignitatem.

55 Et respondit rex Ptolemæus, dicens, FOELIX dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum.

56 Et nunc faciam tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus inuicem nos, & sponsabo tibi sicut dixisti.

57 Et exiuit Ptolemæus de Aegypto, ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo octauo.

58 Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram filiam suã: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut reges, in magna gloria.

59 Et scripsit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiam sibi.

60 Et abiit cum gloria Ptolemaidam: & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum

gentum multum, & aurum, & dona: & inuenit gratiam in conspectu eorum.

61 Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eum: & non intendit ad eos rex.

62 Et iussit spoliari Ionathan vestibus suis, & indui eum purpurã: & ita fecerunt.

63 Et collocauit eum rex sedere secum. Dixitque principibus suis, Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate vt nemo aduersus eum interpellet de vllo negotio, nec quisquam molestus sit de vlla ratione.

64 Et factum est vt viderunt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes:

65 Et magnificauit eum rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem, & participem principatus.

66 Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum pace & lætitia.

67 In anno centesimo sexagesimoquinto, venit Demetrius filius Demetrii à Creta in terram patrum suorum.

68 Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valdè, & reuersus est Antiochiam.

69 Et constituit Demetrius rex Apollonium dacem, qui præerat Cœlesyriæ: & congregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam: & misit ad Ionathan summum sacerdotem, dicens,

70 Tu solus resistis mihi: ego autem factus sum in derisum & in opprobrium, propterea quia tu potestatem aduersum nos exerces in montibus.

71 Nunc ergo si confidis in viribus tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem: quia mecum est virtus bellorum.

72 Interroga & disce quis sum ego & ceteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicũt quia non potest stare pes vester ante faciem nostram, quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terra sua.

73 Et nũc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo, vbi non est lapis, neque saxum, neque locus fugiendi.

74 Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonii, motus est animo: & elegit decem millia virorum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium.

75 Et applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum à ciuitate: quia custodia Apollonii Ioppe erat, & oppugnauit eam.

76 Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen.

G 77 Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitum multum. Et abiit Azotum tanquam iter faciens, & statim exiit in cãpum: eo quòd haberet multitudinem equitum, & confideret in eis.

78 Et insecutus est eum Ionathas in Azotum, & commiserunt prælium.

79 Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occulte.

80 Et cognouit Ionathas quoniam insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & iecerunt iacula in populum à manè vsque ad vesperam.

81 Populus autem stabat, sicut præceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum.

82 Et eiecit Simon exercitum suum, & commisit contra legionem (equites enim fatigati erant) & contriti sunt ab eo, & fugerunt.

83 Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethdagum idolum suum, vt ibi se liberarent.

84 Et succendit Ionathas Azotum, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templũ Dagon: & omnes qui fugerunt in illud succendit igni.

85 Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui succensi sunt, ferè octo millia virorum.

86 Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonem: & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria.

87 Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis habentibus spolia multa.

88 Factum est, vt audiuit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionatham.

89 Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regum: & dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionem.

CAP. XI.

Diſſidium inter Ptolemæum & Alexandrum generum ſuum. Ptolemæo mortuo regnat Demetrius, qui cum Ionatha fœdus confirmat. Iudæam liberam permittit. Videns Demetrius omnia pacata, dimittit exercitum. Ia ipſum ſuſcitat Typhon Antiochum Alexandri filium. Per Ionatham liberatur. Liberatus Demetrius iſtum fœdus violat. Expulſo Demetrio regnat Antiochus. Bellum Ionatha aduerſus alienigenas.

1 ET rex Aegypti congregauit exercitum sicut arenam quæ est circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno suo.

2 Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexander rex exire eis obuiã, eo quod socer suus esset.

3 Cum autem introiret ciuitatem Ptolemæus, ponebat custodiã militum in singulis ciuitatibus.

4 Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei templum Dagon succensum igni, & Azotũ, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorum qui exciderant in bello tumulos quos fecerant secus viam.

5 Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam faceret ei: & tacuit rex.

6 Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierunt illic.

7 Et abiit Ionathas cum rege vsque ad fluuium qui vocabatur Eleutherus: & reuersus est in Ierusalem.

Rex autem Ptolemæus obtinuit domi-

nium ciuitatum vsque Seleuciam mariti-mam, & cogitabat in Alexandrum consilia mala.

9 Et misit legatos ad Demetrium, dicens, VENI, componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam, quã habet Alexander, & regnabis in regno patris tui.

10 Pœnitet enim me quod dederim illi filiam meam: quæ suit enim me occidere.

11 Et vituperauit eum, propterea quòd concupierat regnum eius.

12 Et abstulit filiam suam, & dedit eam Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatæ sunt inimicitiæ eius.

13 Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo, AEgypti & Asiæ.

14 Alexander autem rex erat in Cilicia, illis temporibus: quia rebellabant qui erant in locis illis.

15 Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum: & produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum.

16 Et fugit Alexander in Arabiam, vt ibi protegeretur: rex autem Ptolemæus exaltatus est.

17 Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemæo.

18 Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia: & qui erant in munitionibus, perierũt ab his qui erant intra castra.

19 Et regnauit Demetrius anno centesimo-*sexagesimoseptimo.* *septuagesimoseptimo.

20 In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcem quæ est in Ierusalem: & fecerunt contra eam machinas multas.

C 21 Et abierunt quidam qui oderant gentem suam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei quòd Ionathas obsideret arcem.

22 Et vt audiuit iratus est: & statim venit ad Ptolemaidam, & scripsit Ionathæ, ne obsideret arcem, sed occurreret sibi ad colloquium festinato.

23 Vt audiuit autem Ionathas, iussit obsidere: & elegit de senioribus Israel, & de sacerdotibus, & dedit se periculo.

24 Et accepit aurum & argentum, & vestem & alia xenia multa, & abiit ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conspectu eius.

25 Et interpellabant aduersus eum quidam iniqui ex gente sua.

26 Et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in conspectu omnium amicorum suorum.

27 Et statuit ei principatum sacerdotii, & quæcunque alia habuit prius pretiosa, & fecit eum principem amicorum.

28 Et postulauit Ionathas à rege vt immunem faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius, & promisit ei talenta trecenta.

29 Et consensit rex: & scripsit Ionathæ epistolas de his omnibus, hunc modum continentes.

30 REX Demetrius fratri Ionathæ, salutem & genti Iudæorum.

31 Exemplum epistolæ, quam scripsimus Lastheni parenti nostro de vobis, misimus ad vos vt sciretis:

32 Rex Demetrius Lastheni parenti salutem.

33 Genti Iudæorum amicis nostris, & conseruantibus quæ iusta sunt apud nos, decreuimus benefacere, propter benignitatẽ ipsorum quam erga nos habent.

34 Statuimus ergo [illegible] omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, [illegible] Ramatham, quæ additæ sunt Iudææ ex [illegible] & omnes confines earum sequestrari [illegible] sacrificantibus in Ierosolymis pro [illegible] quæ ab eis prius accipiebat rex per singulos annos, & pro fructibus terræ & pomorum.

35 Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis: & areas salinarum, & coronas quæ nobis deferebantur, omnia ipsis concedimus.

36 Et nihil horum irritum erit ex hoc & in omne tempus.

37 Nunc ergo curate facere horum exemplũ, & detur Ionathæ, & ponatur in monte sancto, & in loco celebri.

38 Et videns Demetrius rex quòd siluit terra in conspectu suo, & nihil ei restitit, & dimisit totum exercitum suum, vnumquemque in locum suum, excepto peregrino exercitu quem traxit ab insulis Gentium: & inimici erant ei omnes exercitus patrum eius.

39 Tryphon autem erat quidam partium Alexandri prius: & vidit quoniam omnis exercitus murmurauit cõtra Demetrium, & iuit ad Emalchuel Arabẽ, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri.

40 Et assidebat ei, vt traderet eum ipsi, vt B regnaret loco patris sui: & enuntiauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum eius aduersus illum. Et mansit ibi diebus multis.

41 Et misit Ionathas ad Demetrium regem vt eiiceret eos qui in arce erant in Ierusalem, & qui in præsidiis erant: quia impugnabant Israel.

42 Et misit Demetrius ad Ionathan, dicens, Non hæc tantum faciam tibi & genti tuæ, sed gloria illustrabo te & gentem tuam cum fuerit opportunum.

43 Nunc ergo recte feceris, si miseris in auxilium mihi viros: quia discessit omnis exercitus meus.

44 Et misit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerũt ad regem, & delectatus est rex in aduentu eorum.

45 Et conuenerunt qui erant de ciuitate, centum viginti millia virorum, & volebãt interficere regem.

46 Et fugit rex in aulam: & occupauerunt quæ erant de ciuitate, itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare.

47 Et vocauit rex Iudæos in auxilium, & conuenerunt omnes simul ad eum, & dispersi sunt omnes per ciuitatem,

Et

48 Et occiderunt in illa die centum millia hominum, & succenderunt ciuitatem, & ceperunt spolia multa in die illa, & liberauerunt regem.

49 Et viderunt qui erant de ciuitate, quòd obtinuisset Iudæi ciuitatem sicut volebãt: & infirmati sunt mente sua, & clamauerunt ad regem cum precibus, dicentes,

50 Da nobis dextras, & cessent Iudæi oppugnare nos & ciuitatem.

51 Et proiecerunt arma sua, & fecerunt pacem, & glorificati [illegible] daei, in conspectu regis, & in conspectu [illegible] nium qui erant in regno eius: [illegible] ati sunt in regno: & regressi [illegible] erusalem, habentes spolia multa.

52 [illegible] Demetrius rex in sede regni sui: & [illegible] terra in conspectu eius.

53 Et mentitus est omnia quæcunque dixit. & [illegible] alienauit se à Ionatha, & no retribuit ei [illegible] undum beneficia quæ sibi tribuerat, & vexabat eum valde.

54 Post hæc autem reuersus est Tryphon, & Antiochus cum eo puer adolescens: & regnauit, & imposuit sibi diadema:

55 Et congregati sunt ad eum omnes exercitus quos dispersérat Demetrius, & pugnauerunt contra eum, & fugit, & terga vertit.

56 Et accepit Tryphon bestias, & obtinuit Antiochiam:

57 Et scripsit Antiochus adolescens Ionathæ dicens, Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor ciuitates, vt sis de amicis regis.

58 Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream.

59 Et Simónem fratrem eius constituit ducem à terminis Tyri vsque ad fines AEgypti.

60 Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitates: & congregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium, & venit Ascalonem, & occurrerunt ei honorificè de ciuitate.

61 Et abiit inde Gazam: & concluserunt se qui erant Gazæ, & obsedit eam, & succendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus est eam.

62 Et rogauerunt Gazenses Ionathan, & dedit illis dextram: & accepit filios eorum obsides, & misit illos in Ierusalem: & perambulauit regionem vsque Damascum.

63 Et audiuit Ionathas, quòd prævaricati sunt principes Demetrii in Cades, quæ est in Galilæa cum exercitu multo, volentes eum remouere à negotio regni:

64 Et occurrit illis: fratrem autem suum Simónem reliquit intra prouinciam.

65 Et applicuit Simon ad Beth-suram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos.

66 Et postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & posuit in ea præsidium.

67 Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquam Geneſar, & ante lucem vigilauerunt in campo Asor:

68 Et ecce castra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei insidias in montibus: ipse autem occurrit ex aduerso.

69 Insidiæ verò exurrexerunt de locis suis, & commiserunt prælium.

70 Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ, omnes: & nemo relictus est ex eis, nisi Mathathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi princeps militiæ exercitus.

71 Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit.

72 Et reuersus est Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerunt.

73 Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuersi sunt ad eum, & insequebantur cum eo omnes vsque Cades ad castra sua, & peruenerunt vsque illuc.

74 Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum: & reuersus est Ionathas in Ierusalem.

CAP. XII.

Confirmandi fœderis gratia, legatos Romam & ad Spartiatas mittit Ionathas. Fugat Ionathæ principes Demetrii. Ionathan dolo circumuentum comprehendit Tryphon.

1 ET vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & elegit viros, & misit eos Romam *b.* statuere & renouare cum eis amicitiam. *a.*

2 Et ad Spartiatas, & ad alia loca misit epistolas secundum eandem formam. *b.*

3 Et abierunt Romam, & intrauerunt curiam, & dixerunt, Ionathas summus sacerdos, & gens Iudæorum miserunt nos, vt renouaremus amicitiam & societatem secundum pristinum.

4 Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pace.

5 Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Ionathas Spartiatis.

6 IONATHAS summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum, Spartiatis fratribus salutem.

7 Iampridem missæ erant epistolæ ad Oniã summum sacerdotem à Dario, qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut scriptum continet, quod subiectum est.

8 Et suscepit Onias virũ, qui missus fuerat, cum honore: & accepit epistolas, in quibus B significabatur de societate & amicitia.

9 Nos enim quum nullo horũ indigeremus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris,

10 Maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, ne forte alieni efficiamur à vobis: multa enim tẽpora transierunt ex quo missistis ad nos.

11 Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus solennibus, & cæteris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis quæ offerimus, & in obseruationibus, sicut fas est, & decet meminisse fra-

truth.
22 Lætamur itaque de gloria vestra.
23 Nos autem circumdederunt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerunt nos reges qui sunt in circuitu nostro.
24 Noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris fœdis, & amicis nostris in suis prælijs.
25 Habuimus enim de cælo auxilium, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri.
C 26 Elegimus itaque Numenium Antiochi filium, & Antipatrem Iasonis filium, & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & societatem pristinam.
27 Mandauimus itaque eis vt veniant etiam ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innouatione fraterni tatis nostræ.
28 Et nunc benefacietis respondentes nobis ad hæc.
29 Et hoc rescriptum est epistolarum, quod
miserat *misit Onias,
20 REX Spartiatarum Onias, Ionathæ sacerdoti magno salutem.
21 Inuentum est in scriptura de Spartiatis & Iudæis, quoniam sunt fratres, & quod sunt de genere Abraham.
22 Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pace vestra.
23 Sed & nos rescripsimus vobis, Pecora nostra, & possessiones nostræ, vestræ sunt: & vestræ, nostræ. Mandauimus itaque hæc nuntiari vobis.
D 24 Et audiuit Ionathas quoniam regressi sunt principes Demetrii cum exercitu multo suprà quam prius, pugnare aduersus eum:
25 Et exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathite regione: non enim dederat eis spatium, vt ingrederentur regionem eius.
26 Et misit speculatores in castra eorum: & reuersi renuntiauerunt quòd constituunt superuenire illis nocte.
27 Cùm occidisset autem sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte, & posuit custodes per circuitum castrorum.
28 Et audierunt aduersarii, quòd paratus est Ionathas cum suis in bello: & timuerũt & formidauerunt in corde suo, & accenderunt focos in castris suis.
29 Ionathas autem & qui cum eo erant, non cognouerunt vsque mane: videbant autem luminaria ardentia.
30 Et secutus est eos Ionathas, & non comprehendit eos: *transierunt enim flumen Eleutherum.
*transierant
E 31 Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabadæi: & percussit eos, & accepit spolia eorum.
32 Et iunxit, & venit Damascum, & perambulabat omnem regionem illam.
33 Simon autem exiit, & venit vsque ad Ascalonem, & ad proxima præsidia: & declinauit in Ioppen, & occupauit eam.
34 (Audiuit enim quod vellent præsidium eradere partibus Demetrij,) & posuit ibi custodes, vt custodirent eam.
Et reuersus est Ionathas: & conuocauit seniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præsidia in Iudæa,
36 Et ædificare muros in Ierusalem, & exaltare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis, vt separaret eam à ciuitate, vt esset ipsa singulariter, & neque emant; neque vendant.
37 Et conuenerunt vt ædificarent ciuitatem: & cecidit murus qui erat super torrentem ab ortu solis, & reparauit cum qui vocatur Caphenetha:
38 Et Simon ædific[illegible]ta in Sephela, & munuit eam, & [illegible] portas & seras.
F 39 Et cùm cogitasset Tryphon r[illegible] Asiæ, & assumere diadema, & extendere [illegible]um in Antiochum regem:
40 Timens ne forte non permitteret eum Ionathas, sed pugnaret aduersus eum: quærebat comprehendere eum, & occidere. Et exurgens abijt in Beth-san.
41 Et exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in prælium, & venit Beth-san.
42 Et vidit Tryphon, quia venit Ionathas cum exercitu multo, vt extenderet in eum manus, & timuit.
43 Et excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus suis vt obedirent ei, sicut sibi.
44 Et dixit Ionathæ, Vt quid vexasti vniuersum populum, cùm bellum nobis non sit:
45 Et nunc remitte eos in domos suas: elige autem tibi viros paucos, qui tecum sint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia, & exercitum, & vniuersos præpositos negotij, & conuersus abibo: propterea enim veni.
46 Et credidit ei, & fecit sicut dixit: & dimisit exercitum, & abierunt in terram Iuda.
47 Retinuit autem secum tria millia virorum: ex quibus remisit in Galilæam duo millia, mille autem venerunt cum eo.
G 48 Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptolemenses: & comprehenderunt eum: & omnes qui cum eo intrauerant, gladio interfecerunt.
49 Et misit Tryphon exercitum & equites in Galilæam, & in campum magnum, vt perderent omnes socios Ionathæ.
50 At illi cùm cognouissent quia comprehensus est Ionathas, & periit, & omnes qui cum eo erant: hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in prælium.
51 Et videntes hi qui insequuti fuerant, quia pro anima res est illis, reuersi sunt:
52 Illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda, & planxerunt Ionathan, & eos qui cum ipso erant valde: & luxit Israel luctu magno.
53 Et quæsierunt omnes Gentes, quæ erant in circuitu eorum, conterere eos. dixerunt enim,
54 Non habent principem, & adiuuantem: nunc

nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

CAP. XIII.

Capto Ionatha Simon dux eligitur, à quo Tryphon pro Ionathæ redemptione, liberis eius & argentum accipiens, ipsum cum liberis interimit. Sepulchrum Ionathæ. Occiso Antiocho regnum occupat Tryphon. Pacem facit Demetrius cum Simone, Simon Gazam expugnat. Arcem Syon occupat. Iohannem filium ducem constituit.

1 ET audiuit Simon, quòd congregauit Tryphon exercitum copiosum, vt veniret in terram [illegible]ar tereret eam.
2 Videns o[illegible]more populus est & in timore [illegible]it Ierusalem, & congregauit pop[illegible]
3 E[illegible]rtans dixit, Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias quales vidimus:
4 [illegible]um gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus.
5 Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis:
6 Vindicabo itaque gentem meam, & sancta, natos quoque nostros, & vxores: quia congregatæ sunt vniuersæ Gentes conterere nos inimicitiæ gratia.
7 Et accensus est spiritus populi simul, vt audiuit sermones istos: & responderunt voce magna, dicentes,
8 Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui.
9 Pugna prælium nostrum: & omnia quæcunque dixeris nobis faciemus.
10 Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit consummare vniuersos muros Ierusalem, & munuit eam in gyro.
11 Et misit Ionathan filium Absalomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in arce, remansit illhic ipse.
12 Et monit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo vt veniret in terram Iudæ, & Ionathas cum eo in custodia.
13 Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi.
14 Et vt cognouit Tryphon, quia surrexit Simon loco fratris sui Ionathæ: & quia conmissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos, dicens,
15 Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis, propter negotia quæ habuit, detinuimus eum.
16 Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obsides, vt non dimissus fugiat à nobis) & remittemus eum.
17 Et cognouit Simon, quia cum dolo loquerentur secum: iussit tamen dari argentum, & pueros, ne incitaret ad populum Israel, dicentem,
18 Quia non misit ei argentum, & pueros, propterea periit,
19 Et misit pueros, & centum talenta: & mendacius est, & non dimisit Ionathan,
20 Et post hæc venit Tryphon intra regionem, vt contereret eam, & gyrauerunt per viam quæ ducit Ador, & Simon & castra eius ambulabant in omnem locum quocunque ibant.
21 Qui autem in arce erant, miserunt ad Tryphonem legatos, vt festinaret venire per desertum, & mitteret illis alimonias.
22 Et parauit Tryphon omnem equitatum, vt veniret illa nocte: erat autem nix multa valde, & non venit in Galaaditim.
23 Et cùm appropinquasset Bascaman, occidit Ionathan & filios eius illhic,
24 Et conuertit Tryphon, & abiit in terram suam.
25 Et misit Simon, & accepit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius.
26 Et planxerunt eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos,
27 Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui & fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retro & ante.
28 Et statuit septem pyramides, vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus.
29 Et his circumposuit columnas magnas, & super columnas arma, ad memoriam æternam: & iuxta arma naues sculptas quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare.
30 Hoc est sepulchrum quod fecit in Modin vsque in hunc diem.
31 Tryphon autem cùm iter faceret cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum.
32 Et regnauit loco eius, & imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit plagam magnam in terra.
33 Et ædificauit Simon præsidia Iudææ, muniens ea turribus excelsis, & muris magnis, & portis, & seris: & posuit alimenta in munitionibus.
34 Et elegit Simon viros, & misit ad Demetrium regem, vt faceret remissionem regioni: quia actus omnes Tryphonis per direptionem fuerant gesti.
35 Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei, & scripsit epistolam talem,
36 REX Demetrius Simoni summo sacerdoti, & amico regum, & senioribus, & genti Iudæorum salutem.
37 Coronam auream, & bahem quam misistis, suscepimus, & parati sumus facere vobiscum pacem magnam, & scribere præpositis regis vt remittere vobis quæ indulsimus.
38 Quæcunque enim constituimus, vobis constant. Munitiones quas ædificastis, vobis sint.
39 Remittimus quoque ignorantias, & peccata vsque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis: & si quid aliud erat tributarium in Ierusalem, iam non sit tributarium.
40 Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nostros, conscribantur, & sit inter nos pax.
41 Anno centesimo septuagesimo ablatum est

iugum Gentium ab Israel.

42 Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis, anno primo sub Simóne summo sacerdote, magno duce, & principe Iudæorum.

43 In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circundedit eam castris: & fecit machinas, & applicuit ad ciuitatem, & percussit turrem vnam, & compræhendit eam.

44 Et qui erupérant, erant intra machinam, in ciuitatem: & factus est motus magnus in ciuitate.

45 Et ascendernnt qui erant in ciuitate cum vxoribus & filiis supra murum scissis tunicis suis, & clamauerunt voce magna, postulantes à Simóne dexteras sibi dari, & dixerunt,

46 Non nobis reddas secundum malitias nostras, sed secundum misericordias tuas: & seruiemus tibi.

47 Et flexus Simon non debellauit eos: eiecit tamen eos de ciuitate, & mundauit ædes in quibus fuerant simulacra, & tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens Dominum.

C 48 Et iecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros qui legem facerent: & munuit eam, & fecit sibi habitationem.

49 Qui autem erant in arce Ierusalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere & vendere: & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt.

50 Et clamauerunt ad Simónem vt dextras acciperet, & dedit illis, & eiecit eos inde, & mundauit arcem à contaminationibus.

51 Et intrauerunt in eam tertia & vicesima die secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo, cum laude & ramis palmarum, & citharis, & cinnyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel.

52 Et constituit vt omnibus annis agerentur
D dies hi cum lætitia.

53 Et muniuit montem templi, qui erat secus arcem, & habitauit ibi ipse, & qui cum eo erant.

54 Et vidit Simon Iohannem filium suum, quòd fortis vir prælii esset, & posuit eum ducem virtutum vniuersarum, & habitauit in Gazaris.

CAP. XIIII.

Demetrius ab Arsace deuincitur. Simone duce summa in Israel quies. Renouatur fœdus cum Spartiatis & Romanis.

1 ANno centesimo septuagesimo secundo congregauit rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediam ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem.

2 Et audiuit Arsaces rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines suos, & & misit vnum de principibus suis, vt comprahenderet eum viuum.

3 Et abiit, & percussit castra Demetrii: & comptæhendit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit eum in custodiam.

4 Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simónis, & quæsiuit bona genti suæ, & placuit illis potestas eius & gloriæ eius omnibus diebus.

5 Et cum omni gloria sua accepit Ioppen in portum, & fecit introitum in insulis maris.

6 Et dilatauit fines gentis suæ, & obtinuit regionem.

7 Et congregauit captiuitatem multam, & dominatus est Gazaræ & Beth-suræ, & arci: & abstulit immunditias ex ea, & non erat qui resisteret ei.

8 Et vnusquisque colebat terram suam cum pace: & te[illegible]dabat fructus suos, & ligna camporum. [illegible]suum.

9 Seniores in platéis [illegible]omnes, & de bonis terræ tractabant, & [illegible]es induebant se gloriam, & stolas bei.

10 Et ciuitatibus tribuebat alimo[illegible] & constituebat eas, vt essent vasa munitionis quoadusque nominatum est nomen gloriæ eius vsquè ad extremum terræ.

11 Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna.

12 Et sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua: & non erat qui eos terreret.

13 Defecit impugnans eos super terram: & reges contriti sunt in diebus illis.

14 Et confirmauit omnes humiles populi sui, & legem exquisiuit, & abstulit omnem iniquum & malum.

15 Sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorum.

16 Et auditum est Romæ, quia defunctus C
esset Ionathas, & vsque in Spartiatas: & contristati sunt valde.

17 Vt audierunt autem quòd Simon frater eius factus esset sum mus sacerdos loco eius, & ipse obtineret omnem regionem, & ciuitates in ea,

18 Scripserunt ad eum in tabulis æreis, vt renouarent amicitias & societatem quam fecerant cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius.

19 Et lectæ sunt in conspectu ecclesiæ in Ierusalem.

20 Et hoc exemplum epistolarum quas Spartiatæ miserunt, SPARTIANORVM principes & ciuitates Simóni sacerdoti magno, & senioribus, & sacerdotibus, & reliquo populo Iudæorum fratribus salutem.

21 Legati qui missi sunt ad populum nostrum, nuntiauerunt nobis de vestra gloria, & honore & lætitia: & gauisi sumus in introitu eorum.

22 Et scripsimus quæ ab eis erant dicta in conciliis populi, sic, Numenius Antiochi, & Antipater Iasonis filius, legati Iudæorum, venerunt ad nos, renouantes nobiscum amicitiam pristinam.

23 Et placuit populo excipere viros gloriosè, & ponere exemplum sermonum eorum in segretatis populi libris, vt sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum scripsimus Simóni magno sacerdoti.

24 Post hæc autem misit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille ad statuendam cum

eum eis societatem.

25 Cùm autem audisset populus Romanus sermones istos, dixerunt, Quam gratiarum actionem reddemus Simóni & filiis eius?

26 Restituit enim ipse fratres suos, & expugnauit inimicos Israel ab eis, & statuerunt ei libertatem, & descripserunt in tabulis æreis, & posuerunt in titulis in monte Sion:

27 Et hoc est exemplum scripturæ, OCTAVA DECIMA die mensis Elul, anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno in Asaramel.

28 In conuen[illegible]sacerdotum, & populi, & pri[illegible]ntis, & seniorum regionis, n[illegible]a sunt hęc, Quoniam frequenter [illegible]pt prælia in regione nostra:

B 29 [illegible]i autem Mathathiæ filius ex filiis Iarib, & fratres eius dederunt se periculo, & restiterunt aduersariis gentis suæ, vt staret sancta ipsorum & lex, & gloria magna g[illegible]ificauerunt gentem suam.

30 Et congregauit Ionathas gentem suam, & factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum suum.

31 Et voluerũt inimici eorum calcare sancta, & atterere regionem ipsorum, & extendere manus in sancta 'sanctorum.

'eorum.

32 Tunc restitit Simon, & pugnauit pro gente sua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis suæ, & dedit illis stipendia:

33 Et muniuit ciuitates Iudææ, & Bethsuram quæ erat in finibus Iudææ, vbi erant arma hostium antea: & posuit illhic præsidium viros Iudæos.

34 Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare: & Gazaram quæ est in finibus Azoti, in qua hostes antea habitabant, & collocauit illhic Iudæos: & quæcunque apta erant ad correptionem eorum, posuit in eis.

F 35 Et vidit populus actum Simónis, & gloriam quam cogitabat facere genti suæ, & posuerunt eum ducem suum, & principem sacerdotum, eo quòd ipse 'fecerit hæc omnia, & iustitiam, & fidem quam conseruauit genti suæ, & exquisiuit omni modo exaltare populum suum.

'fecerat

36 Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius vt tollerẽtur Gentes de regione ipsorum, & qui in ciuitate Dauid erant in Ierusalem in arce, de qua procedebant, & contaminabant omnia quæ in circuitu sanctorum sunt, & inferebant plagã magnam castrati:

37 Et collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ierusalem.

38 Et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium.

39 Secundum hæc fecit eum amicum suum, & glorificauit eum gloria magna.

40 Audiuit enim quòd appellati sunt Iudæi à Romanis amici, & socii, & fratres, & quia susceperunt legatos Simónis glorioſe.

41 Et quia Iudæi & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum & summũ sacerdotem in æternum, donec surgat propheta fidelis:

42 Et vt sit super eos dux, & vt cura esset illi pro sanctis, & vt constitueret præpositos super opera eorum & super regionẽ & super arma & super præsidia:

43 Et cura sit illi de sanctis: & vt audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes cõscriptiones in regione: & vt operiatur purpura & auro:

44 Et ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso: & vestiri purpura, & vti fibula aurea.

45 Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit.

46 Et complacuit omni populo statuere Simõnem, & facere secundum verba ista.

47 Et suscepit Simon, & placuit ei vt summo sacerdotio fungeretur: & esset dux & princeps gentis Iudæorum & sacerdotum, & præesset omnibus.

Et scripturam istam dixerunt ponere in
48 tabulis æreis.

49 Et ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri: exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simo & filii eius,

CAP. XV.

Antiochus cum Simone fœdus ferit, & Tryphonem persequitur. Missam Romani epistolam ad reges & regiones ad Iudæorum protectionem. Missum à Simone auxilium recusant Antiochus pallium rumpit.

1 ET misit rex Antiochus filius Demetrii epistolas ad insulas maris Simóni sacerdoti, & principi gentis Iudæorum, & vniuersæ genti.

2 Et erant cõrinentes hunc modum, REX Antiochus Simóni sacerdoti magno, & genti Iudæorum salutem.

3 Quoniam quidam pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum,

4 Volo autem vẽdicare regnum, & restituere illud sicut erat antea: & electã feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas.

Volo autem procedere per regionem, vt vi
ciscar in eos, qui corruperunt regionem nostram, & qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo.

5 Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quæcunque alia dona remiserunt tibi:

6 Et permitto tibi facere percussuram proprii numismatis in regione tua:

7 Ierusalem autem sanctam esse, & liberam, B
& omnia arma quæ fabricata sunt, & præsidia quę construxisti, quæ tenes, maneant tibi.

8 Et omne debitum regis, & quæ futura sunt regi, ex hoc & in totum tempus remittuntur tibi.

9 Cùm autẽ obtinuerimus regnũ nostrum, glorificabimus te, & gentem tuam, & templum gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra

10 Anno centesimo septuagesimo quarto exiit Antiochus in terram patrum suorum,

& conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cum Tryphone.
21 Et insecutus est eũ Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimam:
22 Sciebat enim quòd congregata sunt mala in eum, & reliquit eum exercitus.
23 Et applicuit Antiochus super Doră cum centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitum.
24 Et circuluit ciuitatem, & naues à mari accesserunt: & vexabant ciuitatem à terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egredi.
25 Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes epistolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc:
26 LVCIVS consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem.
27 Legati Iudæorum venerunt ad nos amici nostri, renouantes pristinam amicitiam & societatem, missi à Simone principe sacerdotum, & populo Iudæorum.
28 Attulerunt autem & clypeum aureum mnarum mille.
29 Placuit itaque nobis scribere regibus & regionibus, vt non inferant illis mala, neque impugnent eos, & ciuitates eorum, & regiones eorum: & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos.
D 30 Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum.
31 Siqui ergo pestiferi fugerint de regione ipsorũ ad vos, tradite eos Simõni principi sacerdotum, vt vindicet in eos secundum legem suam.
32 Hæc eadem scripta sunt Demetrio regi & Attalo & Arabæ,
33 Et Arsaci, & in omnes regiones, & Sampsanæ & Spartiatis & Delo & Mydo & Sicioni & Cariæ & Samum & Pamphyliam & Lyciam &, Halicarnassum & Rhodum & Phaselida & Coo & Siden & Arado & Corynam & Cnidum & Cyprum & Cyrenen.
34 Exemplum autem eorum scripserunt Simõni principi sacerdotum, & populo Iudæorum.
25 Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundo, admouens ei semper manus, & machinas faciens: & conclusit Tryphonem, ne procederet:
E 26 Et misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium, & argẽtum, & aurum, & vasa copiosa:
27 Et noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus est cum eo antea, & alienauit se ab eo.
28 Et misit ad eum Athenobium vnum de amicis suis, vt tractaret cum ipso, dicens, Vos retinetis Ioppen, & Gazaram, & arcem quæ est in Ierusalem ciuitates regni mei:
29 Fines earum desolastis, & feciſtis plagam magnam in terra, & dominati estis per loca multa in regno meo.
30 Nunc ergo tradite ciuitates quas occupastis: & tributa locorum in quibus dominati estis extra fines Iudææ.
31 Sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, & extermino quod exterminastis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingẽta: sin autem, veniemus, & expugnabimus vos.
32 Et venit Athenobius amicus regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simõnis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit: & retulit ei verba regis.
33 Et respondit ei Simon, & dixit ei, Neque alienam terram sumpsimus, neque alienã detinemus: sed hæreditatem patrum nostrorum, quæ in[illegible] inimicis nostris alio quo tempore pos[illegible]
34 Nos verò tempus h[illegible]endicamus hæreditatem patrum nostr[illegible]
35 Nam de Ioppe & Gazara qu[illegible]tulas, ipsi faciebant in populo plagam [illegible]m, & in regione nostra: horum damus tasentã centum. Et non respondit ei Athenobius verbum.
36 Reuersus autem cum ira ad regem, [illegible]un tiauit ei verba ista, & gloriam Simõnis, & vniuersa quæ vidit: & iratus est rex ira magna.
37 Tryphon autẽ fugit naui in Orthosiada.
C 38 Et constituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi.
39 Et mandauit illi mouere castra contra faciem Iudææ: & mandauit ei ædificare Cedronem, & obstruere portas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonem.
40 Et peruenit Cendebæus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum, & interficere: & ædificare Cedronem.
41 Et collocauit illic equites, & exercitũ: vt egressi perambularent viam Iudææ, sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

Cendebæus dux exercitus Antiochi à filiis Simonis profligatur. Ptolemæus Abobi filius. Simonem cum duobus filiis in conuiuio interficit. Iohannes vitæ suæ insidiantes interimit.

1 ET ascendit Iohannes de Gazaris, & nũtiauit Simõni patri suo quæ fecit Cendebæus in populo ipsorum.
2 Et vocauit Simon duos filios suos seniores, Iudam & Iohannan, & ait illis, Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem: & prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquoties.
3 Nunc autem senui, sed estote loco meo, & fratris mei, & egredi pugnate pro gente nostra: auxilium verò de cælo vobiscum sit.
4 Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites, & profecti sunt ad Cendebæum: & dormierunt in Modin.
5 Et surrexerunt manè, & abierunt in campum: & ecce exercitus copiosus iit obuiam illis peditum & equitum, & fluuius torrẽs erat inter medium ipsorum.
6 Et admouit castra contra faciem eorum E ipse

ipse & populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus: & viderunt eum viri, & transierunt post eum.
7 Et diuisit populum, & equites in medio peditum. Erat autẽ equitatus aduersariorum copiosus nimis.
8 Et exclamauerũt sacris tubis: & in fugam conuersus est Cendebæus, & castra eius, & ceciderunt ex eis multi vulnerati: reliqui autem in munitionem fugerunt.
9 Tunc vulneratus est Iudas frater Iohannis: Iohannes autem [illegible]us est eos, donec venit Ce[illegible]am ædificauit:
10 Et fugerunt [illegible]e ad turres quæ erant in agris [illegible]& succendit eas igni. & ceciderũt [illegible]duo millia virorum, & reuersus [illegible]Iudæam in pace.
11 Et Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argẽt[illegible]& aurum multum.
12 Erat enim gener summi sacerdotis.
13 Et exaltatum est cor eius, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simõnem & filios eius vt tolleret eos.
C 14 Simon autem perambulãs ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & solicitudinem gerens earum, descendit in Iericho ipse & Mathathias filius eius, & Iudæ anno centesimo septuagesimo septimo, mense vndecimo, hic est mensis Sabat.
15 Et susceperunt eos filius Abobi in munitiũculam, quæ vocatur Doch, cum dolo, quã ædificauit: & fecit eis cõuiuium magnum, & abscondit illhic viros.
16 Et cùm inebriatus esset Simon & filii eius, surrexit Ptolemæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerunt in conuiuium, & occiderũt eum, & duos filios eius, & quosdam pueros eius.
17 Et fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis.
18 Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & ciuitates eorum, & tributa.
19 Et misit alios in Gazaram tollere Iohannem: & tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, & daret eis argentum, & aurum, & dona.
20 Et alios misit occupare Ierusalẽ, & montem templi.
21 Et præcurrens quidam, nuntiauit Iohanni in Gazara quia perlit pater eius, & fratres eius, & quia misit te quoque interfici.
22 Vt audiuit autem, vehementer expauit: & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit eos. Cognouit enim quia quærebant eum perdere.
23 Et cætera sermonum Iohannis, & bellorum eius, & bonarum virtutum quibus fortiter gessit, & ædificii murorum quos extruxit, & rerum gestarum eius:
24 Ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotii eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

LIBER SECVNDVS Machabæorum.

CAP. I.

Epistolæ Iudæorum habitantium Ierosolymis ad eos qui in Ægypto, qua super morte Antiochi Deo gratias agere eos adhortantur. De igne in puteo recondito.

1 FRatribus qui sunt per Ægyptum Iudæis, salutẽ dicit fratres, qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonam.
2 Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruorum suorum fidelium:
3 Et det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti.
4 Aperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem.
5 Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tẽpore malo.
6 Et nunc hîc sumus orantes pro vobis.
7 Regnãte Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudæi scripsimus vobis in tribulatione & impetu, qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra & à regno magno.
8 Portam succenderunt, & effunderunt sanguinem innocentem: & orauimus ad Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes.
9 Et nunc frequẽtate dies scenopegiæ mensis Casleu.
10 Anno centesimo octuagesimo octauo, populus qui est in Ierosolymis, & in Iudæa, senatusq; & Iudas, Aristobolo magistro Ptolomæi regis, qui est de genere Christorum sacerdotum, & his qui in Ægypto sunt Iudæis salutem & sanitatem.
11 De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem regem dimicauimus.
12 Ipse enim ebullire fecit de Perside eos, qui pugnauerunt contra nos & sanctam ciuitatem.
13 Nam cùm in Perside esset dux ipse & exercitus immensus, cecidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum Naneæ.
14 Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt accipe- v accipe-
ret pecunias multas dotis nomine. reut
15 Cùmq; proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis ingressus esset in-

tra ambitum phani, clauserunt templum.
16 Cum autem intrasset Antiochus, apertóque occulto aditu templi, mittêtes lapides percusserunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus amputatis foras projecerunt.
17 Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios.
18 Facturi igitur quinta & vicesima die mẽsis Casleu, purificationem templi, necessarium duximus significare vobis: vt & vos quoque agatis diẽ scenopegiæ, & diẽ ignis qui datus est quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia.
19 Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occultè absconderunt in valle vbi erat puteus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita vt omnibus ignotus esset locus.
20 Cùm autem præteriissent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à rege Persidis: * nepotes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam.
21 Et iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ imposita erant, iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita.
22 Vtque hoc factũ est, & tempus affuit quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.
21 Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Ionatha inchoante: cæteris autem respondentibus.
24 Et Nehemiæ erat oratio hunc habẽs modum, DOMINE Deus omnium creator, terribilis & fortis, iustus & misericors,
25 Qui solus es bonus rex, solus præstis, solus iustus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos:
26 Accipe sacrificium pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam, & sanctifica.
27 Congrega dispersionem nostram, libera eos qui seruiunt Gentibus, & contemptos & abominatos respice: vt sciant Gentes quia tu es Deus noster.
28 Afflige opprimentes nos & contumeliam facientes in superbia.
29 Constitue populum tuum in loco sancto tuo, * sicut dixit Moyses.
30 Sacerdotes autem psallebant hymnos, vsquequo consumptum esset sacrificium.
31 Cùm autem consumptum esset sacrificiũ, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi.
32 Quod vt factum est, ex eis flamma accensa est: sed & ex lumine quod refulsit ab altari, consumpta est.
33 Vt verò manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum quòd in loco in quo ignẽ absconderant hi, qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias, & qui cum eo erant, purificauerunt sacrificia.
34 Considerans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum vt probaret quod factum erat: & cùm probasset,
35 Sacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis.
36 Appellauit autem Nehemias hunc locũ Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

Leuit.6.b. 23,10.a.2, 26.a.1.

Deut.30. a.5.

CAP. II.

Quo pacto occulta... ac tabernaculum, arcem, & altare in... quinque libris Iasonis in vnum volumen.

1 INuenitur autem in descriptione, * hus Ieremiæ prophetæ, quod iussu nem accipere qui transmigrabantur, vt significatum est, & vt mandauit transmigratis,
2 Et dedit illis legẽ ne obliuiscerentur præcepta Domini, & vt non exerrarent cogitationibus videntes simulacra aurea & argentea, & ornamenta eorum.
3 Et alia huiusmodi dicens hortabatur ne legem amouerent à corde suo.
4 Erat autem in ipsa scriptura quomodo tabernaculum & arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secum, vsquequo exiit in montem, * in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hæreditatem.
5 Et veniens ibi Ieremias inuenit locum speluncæ: & tabernaculum, & aream, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit.
6 Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, vt notarẽt sibi locum: & non potuerunt inuenire.
7 Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, Quòd ignoratus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat.
8 Et tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, & nubes erit sicut & Moysi manifestabatur, & sicut cum Salomon petiit vt locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc.
9 Magnifice etenim sapientiam tractabat: & vt sapientiam habens, * obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis templi.
10 * Sicut & Moyses orabat ad Dominum, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum: sic * & Solomon orauit, & descẽdit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum.
11 Et dixit Moyses, * eo quòd non sit comestum quod erat pro peccato, & consumptum est.
12 Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem.
13 Inferebantur autem in descriptionibus & commentariis Nehemiæ hæc eadem, & qualiter construens bibliothecam congregauit de regibus libros & prophetarum & Dauid, & epistolas Regum, & de donariis.
14 Similiter autem & Iudas ea quæ * dissiderat per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos.

Deut.34. a.1.

1.Reg.8.b. 63,2.par. 6.d.21. Leuit.9.c. d.24.

2.Par.7. a.1. Leuit.10. d.16.

Si

15 Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis.
16 Acturi itaque purificationem scripsimus vobis: bene ergo facietis si egeritis hos dies.
17 Deus autem qui liberauit populum suũ, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnũ & sacerdotium, & sanctificationem,
18 * Sicut promisit in lege, speramus quòd citò nostri miserebitur, & congregabit de sub cælo in locum sanctum.
19 Eripuit enim nos de ... is periculis, & locum purgauit ...
20 De Iuda ... nabæo, & fratribus eius, & de ... magni purificatione, & de ... ione:
21 Sed ... prælliis quæ pertinẽt ad Antiochum ... nobilem, & filium eius Eupatorem:
22 Et de illaminationibus quæ de cælo factæ ... ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerant, ita vt vniuersam regionem, cùm pauci essent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent.
23 Et famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, * vt leges quæ abolendæ erant restituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis.
24 Iasonemque ab Iasone Cyrenæo, quinque libris comprehensa, tentauimus nos vno volumine breuiare.
25 Considerantes enim multitudinem librorum: & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum, propter multitudinem rerum:
26 Curauimus volentibus quidem legere, vt esset animi oblectatio: studiosis verò, vt facilius possint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur.
27 Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarũ, & sudoris assumpsimus.
28 Sicut hi qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parêre, propter multorum gratiam, libenter laborem sustinemus.
29 Veritatem quidem de singulis authoribus concedentes, ipsi autem secundum datam formam breuitati studentes.
30 Sicut enim nouæ domus architecto de vniuersa structura curandum est: ei verò qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita æstimandum est & in nobis.
31 Etenim intellectum colligere, & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas quasque disquirere, historiæ congruit authori:
32 Breuitatem verò dictionis sectari, & exe cutiones rerum vitare, breuitati concedendum est.
33 Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantũ dixisse sufficiat. stultum etenim est antè historiam effluere: in ipsa autem historia succingi.

Deut.30. a.

CAP. III.

De honore templi à regibus exhibito. Simon templi thesauros prodit. Mittitur Heliodorus ad eos auferendi. Heliodorus percutitur à Deo. Sanatur ad Oniæ orationem.

1 IGitur cùm sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ pontificis dispositionẽ & pietatem, & animos odio habentes mala,
2 Fiebat vt & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent,
3 Ita vt Seleucus Asiæ rex de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes.
4 Simon autem de tribu Beniamin præpositus templi constitutus, contendebat obsistente sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri.
5 Sed cum vincere Oniam non posset, venit ad Apollonium Tharsææ filium, qui eo tempore erat dux Cœlesyriæ, & Phœniciæ:
6 Et nuntiauit ei pecuniis innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis, & communes copias immensas esse quæ non pertinent ad rationem sacrificiorum: esse autem possibile, sub potestate regis cadere vniuersa.
7 Cùmque retulisset ad regem Apollonius de pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum qui erat super negotia eius, misit cum mandatis, vt prædictam pecuniã transportaret.
8 Statimque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem quasi per Cœlesyriam & Phœnicen ciuitates esset peraraturus, re vera autem regis propositum perfecturus.
9 Sed cùm venisset Ierosolymam, & benignè à summo sacerdote in ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adesset, aperuitque interrogabat autem si verè hæc ita essent.
10 Tunc summus sacerdos ostendit depositæ hæc, & vidualia viduarum & pupillorum.
11 Quædam verò esse Hircani Tobiæ viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: vniuersa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta:
12 Decipi verò eos qui credidissent loco & templo, quod per vniuersum mundum honoratur, pro sui veneratione & sanctitate omnino impossibile esse.
13 At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni * genere regi ea esse deferenda.
14 Constituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per vniuersam ciuitatẽ erat trepidatio.
15 Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cælo eũ qui de depositis legem posuit, vt his, qui deposuerant ea, salua custodiret.
16 Iam verò qui videbat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat interiorum

C regia

d decidebant.

Cibi.

animi dolorem.

27 Circunfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror corporis: per quæ manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur.

28 Alii etiã gregatim de domibus confluebant: publica supplicatione obsecrantes, pro eo quòd in contemptum locus esset venturus.

29 Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas confluebant: sed & virgines quæ conclusæ erant procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam vero per fenestras aspiciebant:

30 Vniuersæ autem protendentes manus in cælum, deprecabantur.

31 Erat enim misera commixtæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone constituti expectatio.

32 Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt credita sibi, his qui crediderant, cum omni integritate conseruarentur.

33 Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium, præsens.

34 Sed Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita vt omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidinem conterterentur.

35 Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea.

36 Alii etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosiq; amictu: qui circunsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes.

37 Subitò autem Heliodorus cõcidit in terram, eumque multa caligine circunfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria posi tũ eiecerunt.

38 Et is qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente.

39 Manifesta Dei cognita virtute: & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus.

30 Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum: & templũ quod paulo antè timore ac tumultu erat plenũ, apparente Omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum est.

31 Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, vt inuocaret Altissimum, vt vitam donaret ei qui in supremo spiritu erat constitutus.

32 Considerans autem summus sacerdos ne forte rex suspicaretur maliziam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem.

33 Cumque summus sacerdos exoraret, iidẽ iuuenes eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro dixerunt, Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit.

34 Tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei & protestatem. Et his dictis, non comparuerunt.

35 Heliodorus autem hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem.

36 Testabatur autem omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magna Dei.

37 Cùm autem rex interrogasset Heliodorũ quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti, air,

38 Si quem habes inimicum regni tui insidiatorem, mitte illuc, flatu meum eum recipies, si tamen euaserit. Ipse enim in loco sit vere Dei quædam virtus:

39 Nam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit ac perdit.

40 Igitur de Heliodoro & ærarii custodia ita se res habet.

CAP. IIII.

Oniæ Simon calumniatur. Ambiens Iason sacerdotiũ regem muneribus corrumpit. Peruersa Iasonis institutio. Expulsi Iasone sacerdotiũ occupat Menelaus: à quo itidem detrudatur succedente Lysimacho. Menelai facta. Andronicus Oniam dolo interficit. Antiochi iussu occiditur Andronicus. Lysimachum populus opprimit. Accusatus Menelaus corrupto Ptolemæo absoluitur.

1 Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, malè loquebatur de Onia tãquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset inuentor malorum.

2 Prouisoremque ciuitatis ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiatorem regni dicere.

3 Sed cùm inimicitiæ in tantum procederẽt, vt etiam per quosdam Simõnis necessarios homicidia fierent:

4 Considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vtpote ducem Cœlesyriæ, & Phœnicis, ad augendam malitiam Simõnis ad regem se contulit,

5 Non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatẽ apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans.

6 Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simõnem posse cessare à stultitia sua.

7 Sed post Seleuci vitæ excessum, cùm suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Oniæ summum sacerdotium:

8 Adire rege promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex reditibus alis talenta octoginta.

9 Super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere, & eos qui in Ierosolymis erant, Antiochenos scribere.

10 Quod cùm rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad Gentilem ritum conuer-

contribules suos transferre cœpit:

11 Et amotis his quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, & per Iohannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima, ciusdem iura destituẽs prauæ instituta sanciebat.

12 Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasiũ constituere, & optimos quosque ephebos in lupanaribus ponere.

13 Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam, & professus Gentilis, & alienigenæ conuersationis, propter impietatem & non sacerdotalis nefarium & inauditum [illegible]

14 Ita vt altaria iam non circa altaris officia [illegible]ti essent, sed cõtempto templo, & [illegible]cis neglectis, festinarent participes fieri palestræ, & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis disci.

15 Patrios quidem honores nihil habentes, Græcas gloriãs optimas arbitrabantur:

16 Quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerant.

17 In leges enim diuinas impiè agere impunè non cedit: sed hoc tempus sequens declarabit.

18 Cum autem quinquennalis agon Tyro celebraretur, & rex præsens esset,

19 Misit Iason facinorosus ab Ierosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificiũ Herculis, quas postulauerunt hi qui asportauerant ne in sacrificiis erogarentur, quia non oporteret sed in alios sumptus eas deputari.

20 Sed hæc oblata sunt, quidem ab eo qui miserat in sacrificium Herculis: propter præsentes autem datæ sunt in fabricam nauium triremium.

21 Misso autem in AEgyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, cùm cognouisset Antiochus alienum se à negotiis regni effectum, propriis vtilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolymam.

22 Et magnificè ab Iasone & ciuitate susceptus, cum clarorum luminibus & laudibus ingressus est, & inde in Phœnicẽ exercitum conuertit.

23 Et post triennij tempus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem portantem pecunias regi, & de negotiis necessariis responsa perlaturum.

24 At ille commendatus regi, cùm magnificasset faciẽ potestatis eius, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, superponẽs Iasoni talenta argenti trecenta,

25 Acceptisque à rege mandatis venit, nihil quidem habẽs dignum sacerdotio: animos verò crudelis tyranni, & feræ belluæ iram gerens.

26 Et Iason quidem qui proprium fratrem captiuauerat, ipse deceptus profugus in Ammanitem expulsus est regionem.

27 Menelaus autem principatũ quidem obtinuit: de pecuniis verò regi promissis nihil agebat, cùm exactionem faceret Sostratus, qui arci erat præpositus.

28 Nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat: quam ob causam vterque ad regẽ sunt euocati.

29 Et Menelaus amotus est à sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus autem prælatus est Cypriis.

30 Et cùm hæc agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eo quòd Antiochi regis concubinæ dono essent dati.

31 Festinanter itaque rex venit sedare illos relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico.

32 Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunũ, aurea quædam vasa è templo furatus donauit Andronico, & alia venditerat Tyri, & per vicinas ciuitates.

33 Quod cum certissimè cognouisset Onias arguebat eũ, ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem.

34 Vnde Menelaus accedens ad Andronicũ, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cùm venisset ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quanuis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, non veritus iustitiam.

35 Ob quam causam non solùm Iudæi, sed etiam aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece tanti viri iniusta.

36 Sed regressum regẽ de Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochũ, simul & Græci conquerentes de iniqua nece Oniæ.

37 Corristatus itaque est animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lacrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam.

38 Accensisque animis Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circunduci: & in eodem loco in quo in Oniã impietatem commiserat, sacrilegum vita priuari, Domino illi condignam retribuente pœnam.

39 Multis autem sacrilegiis in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersum Lysimachum, multo iam auro exportato.

40 Tubis autem insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus vti cœpit duce quodam tyranno, ætate pariter & dementia prouecto.

41 Sed vt intellexerunt conatum Lysimachi, alii lapides, alii fustes validos arripuere: quidam verò cinerem in Lysimachum iecere.

42 Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati: omnes verò in fugam conuersi sunt ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt.

43 De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari.

44 Et cùm venisset rex Tyrum ad ipsum negotium detulerunt missi tres viri à se-

nioribus.

45 Et cùm superaretur Menelaus, promisit
D Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum regi.

46 Itaque Ptolemæus in quodã atrio positum, quasi refrigerãdi gratia, regem adiit, & deduxit à fidẽtia.

47 Et Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit: miseros autem qui etiã si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit.

D 48 Citò ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & sacris vasis causam prosecuti sunt.

49 Quam ob rem Tyrii quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt.

50 Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant, auaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium.

CAP. V.

Signa Ierosolymis visa in cœlestibus. Iason ciues suos persequens, eadem exul permittit. Persecutio Iudæorum per Antiochum, Templi spoliatio per eundem.

1 EOdem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in AEgyptum.

2 Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas,

3 Et cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorũ motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum.

4 Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti.

5 Sed cum falsus rumor exisset, tanquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iasonẽ nõ minus mille viris, repente aggressus est ciuitatem: & ciuibus ad murum conuocatis, tandem vltimum apprehensa ciuitate,

6 Menelaus fugit in arcem: Iason verò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium se tropæa capturum.

7 Et principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abiit in Ammanitem.

8 Ad vltimum in exitium sui conclusus ab Aretа Arabum tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus vt refugã legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hosti, in AEgyptum extrusus est:

9 Et qui multos dè patria sua expulerat, peregre periit, Lacedæmona profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus.

10 Et qui insepultos multos abiecerat, ipse & illametatus, & in sepultus abiicitur: sepultura neque peregrina vsus, neque patrio sepulchro participans.

11 His itaque gestis, suspicatus est rex societatem descituros Iudæos: & ab hoc profectus ex AEgypto efferatis animis, ciuitatem quidem armis cepit.

12 Iussit autem militibus interficere, nec parcere occurrentibus, & per domos ascendentes trucidare.

13 Fiebant ergo cædes iuuenum ac seniorum, & mulierum & natorum exterminia, virginúmque & parvulorum neces.

G 14 Erant autem [illegible] octogiuta millia interfectis: quau[illegible] millia vincti, nõ minus autem v[illegible]

15 Sed nec ista sufficiunt: au[illegible]tiam intrare templum vniuersa terr[illegible]is, Menelao ductore, qui legum & p[illegible] fuit proditor:

16 Et scelestis manibus sumens sancta vasa quæ ab aliis regibus & ciuitatibus [illegible] posita ad ornatum loci & gloriam, con[illegible]ciabat indigne & contaminabat.

17 Ita alienatus mente Antiochus, non considerabat quòd propter peccata habitantium ciuitatem modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum despectio.

18 Alioquin, nisi cõtigisset eos multis peccatis esse inuolutos, sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim aduenies flagellatus, & repulsus vtique fuisset ab audacia:

19 Verùm non propter locum, gentem: sed propter gentem, locum Deus elegit.

20 Ideóque & ipse locus particeps factus est populi malorum, posteà autem fiet socius bonorum: & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.

21 Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendũ, deducturum propter meatis elationem.

22 Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem: Ierosolymis quidem Philippum genere Phrygem, moribus crudeliore eo ipso à quo constitutus est:

23 Garizim autem Andronicum & Menelaum, qui grauius quàm cæteri imminebãt ciuibus.

24 Cúmque appositus esset contra Iudæos, misit odiosum priacipẽ Apolloniũ cũ exercitu viginti & duobus milibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere.

25 Qui cum venisset Ierosolymam, pacem simulans, quiescit vsque ad diem sanctum sabbathi: & runc, feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit.

26 Omnesque simul qui ad spectaculum processerant trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit.

27 Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat,

ræ, secesserat in desertum locum, ibiq; inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

CAP VI.

Iudæi legem Dei reliquere compellantur. Templum violatur. Monentur Iudæi ne aduersa quibus Dominus filios afflixit, abhorrescant. Eleazari passio.

1 SEd non [illegible]ost multum temporis misit rex senem quẽ[illegible] Antiochenum, qui compelleret [illegible]t se transferrẽt à patriis [illegible],

2 Con[illegible]e etiam quod in Ierosolymis era[illegible]m, & cognominare Iouis Olympii Garizim, prout erant hi qui loc[illegible] inhabitabant Ionis hospitalis.

3 Pessima autem & vniuersis grauis erat malorum incursio.

4 Nam templum luxuria & commessationibus Gentium erat plenum, & scortantiũ cum meretricibus, sacratisque ædibus mulieres se vltrò ingerebant: intrò ferentes ea quæ non licebat.

5 Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur.

6 Neque autem sabbatha custodiebantur, neque dies solennes patrii seruabantur, nec simpliciter Iudæum se esse quisquam confitebatur.

7 Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia, & cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire.

8 Decretum autem exiit in proximas Gentilium ciuitates, suggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipsi aduersus Iudæos agerent, vt sacrificarent:

9 Eos autem qui nollẽt transire ad instituta Gentilium, interficerent. erat ergo videre miseriam.

10 Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circuncidisse: quas infantibus ad vbera suspensis, cum publicè per ciuitatem circunduxissent, per muros præcipitauerunt.

11 Alii verò ad proximas coeũtes speluncas & latenter sabbathi diem celebrantes, cum indicati essent Philippo, flammis succensi sunt: eo quòd verebantur propter religionem & obseruantiam, manu sibimet auxilium ferre.

12 Obsecro autem eos qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri.

13 Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltionis adhibere, magni beneficii est indicium.

14 Non enim sicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cum iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniatica & in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet.

15 Propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens vero in aduersis populum suum non derelinquit.

16 Sed hæc nobis ad commonitionem legẽtium dicta sint pauca.

17 Iam antè veniendum est ad narrationẽ.

18 Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur eam porcinam manducare.

19 At ille gloriosissimam mortem magis quàm odibilem vitam complectens, voluntarie præibat ad supplicium.

20 Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens, destinauit non admittere illicita propter vitæ amorem.

21 Hi autem qui aderant, iniqua miseratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secretò rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse sicut rex imperat de sacrificii carnibus:

22 Vt hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem.

23 Et ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuersionis actus. & secundum sanctæ & à Deo conditæ legis constituta, respondit citò: dicens præmitti. se velle in infernum.

24 Non enim ætati nostrę dignũ est, inquit, fingere: vt multi adolescentes, arbitrantes Eleazarum nonagintа annorum transisse ad vitam alienigenarum:

25 Et ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti conquiram.

26 Nam etsi in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam.

27 Quam ob rem fortiter vita excedendo, senectute quidem digna apparebo:

28 Adolescentibus autem exemplum fortè reliquam, si prompto animo, ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad supplicium trahebatur.

G 29 Hi autem qui eum ducebãt, & paulo antè fuerant mitiores, in iram conuersi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur.

30 Sed cùm plagis perimeretur, ingemuit, & dixit, Domine, qui habes sanctam scientiã, manifestè tu scis quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.

31 Et iste quidem hoc modo vita decessit, non solùm iuuenibus, sed & vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exemplũ virtutis & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII.

Septem fratrum matrisque eorum supplicia.

7 CONtigit autem septē fratres vnà cum
matre sua apprehensos, compelli à re
ge edere contra fas carnes porcinas, fla
gris & taureis cruciatos.
8 Vnus autem ex illis qui erat primus, sic
ait, Quid queris, & quid vis discere à nobis?
parati sumus libri magis quā patrias Dei
leges prævaricari.
9 Iratus itaque rex iussit sartagines & ol
las æneas succendi.
10 Quibus statim succēsis, iussit ei qui prior
fuerat locutus, amputari linguā: & cute ca
pitis abstracta, summas quoque manus &
pedes ei præscindi, cæteris eius fratribus
& matre inspicientibus.
11 Et cùm iam per omnia inutilis factus es
set, iussit ignem admoueri, & adhuc spiran
tem torreri in sartagine: in qua cùm diu
cruciaretur, cæteri vnà cum matre inuicē
se hortabantur mori fortiter, dicentes,
B
Deut. 32. 6 c. 42. *Dominus Deus aspiciet veritatem, &
consolabitur in nobis, quemadmodum in
protestatione cantici declarauit Moyses.
Et in seruis suis consolabitur.
13 Mortuo itaque illo primo hoc modo, se
quentem deducebant ad illudendū: & cute
capitis eius cū capillis abstracta, interro
gabant si manducaret prius quàm toto cor
pore per membra singula puniretur.
14 At ille respondens patria voce, dixit, Non
faciam.
15 Propter quod & iste sequenti loco primi
tormenta suscepit: & in vltimo spiritu con
stitutus, sic ait, Tu quidem scelestissime in
præsenti vita nos perdis: sed Rex mundi
defunctos nos pro suis legibus, in æternæ
vitæ resurrectionem suscitabit.
16 Post hunc tertius illuditur, & linguam
C postulatus cito protulit, & manus constan
ter extendit:
17 E cælestia possideo, sed propter Dei le
ges nūc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso
me ea recepturum spero.
18 Ita vt rex, & qui cum ipso erant, miraren
tur adolescentis animum, quòd tanquam
nihilum duceret cruciatus.
19 Et hoc ita defuncto, quartum vexabant
similiter torquentes.
20 Et cùm iam esset ad mortem, sic ait. Po
tius est ab hominibus mortis datos spem ex
pectare à Deo, iterum ab ipso resuscitan
dos: tibi enim resurrectio ad vitā non erit.
21 Et cùm admouissent quintum, vexabant
eum. At ille respiciens in eum, dixit,
22 Potestatem inter homines habens, cùm
sis corruptibilis, facis quod vis: noli autem
putare genus nostrum à Deo esse derelic
tum.
23 Tu autem patienter sustine, & videbis ma
D gnam potestatem ipsius, qualiter te & se
men tuum torquebit.
24 Post hūc ducebant sextum, & is mori in
cipiens, sic ait, Noli frustra errare: nos enim
propter nosmetipsos hoc patimur,
peccantes in Deum nostrum, & digna ad
miratione facta sunt in nobis.
25 Tu autem ne existimes tibi impunè futu
rum, quod contra Deum pugnare tenta
ueris.
26 Supra modum autem mater mirabilis, &
bonorum memoria digna, quæ pereuntes
septem filios sub vnius diei tempore consp
iciēs, bono animo ferebat, propter spem
quam in Deo habebat,
27 Singulos illorum hortabatur voce patria
fortiter, repleta sapientia: & fœminæ co
gitationi masculinum animum inferens, di
xit ad eos,
28 Nescio qualiter in vtero meo apparuis
tis: neque enim ego spiritum & animā do
naui vobis: & vitam singulorum membra
non ego ipsa compeg.
29 Sed enim mundi Creator formauit
hominis natiuitatem, quique omnium inue
nit originem, & spiritum vobis
cū misericordia reddet & vitam, sicut
vosmetipsos despicitis propter leges eius.
30 Antiochus autem contemni se arbitra
tus, simul & exprobrantis voce despe
cùm adhuc adolescentior superesset,
solum verbis hortabatur, sed & cum iura
mento affirmabat se diuitem & beatum fa
cturum, & translatum à patriis legibus a
micum habiturum, & res necessarias ei pra
biturum.
31 Sed ad hæc cùm adolescens nequaquam
inclinaretur, vocauit rex matrem, & suade
bat ei vt adolescenti fieret in salutem.
32 Cùm autem multis eam verbis esset hor
tatus, promisit suasuram se filio suo.
33 Itaque inclinata ad illum, irridens crude
lem tyrannum, ait patria voce, Fili mi mise
rere, mei, quæ te in vtero nouem mensibus
portaui, & lac trimnio dedi & alui, & in æ
tatem istam perduxi.
34 Peto nate, vt aspicias ad cælum & ter
ram, & ad omnia quæ in eis sunt: & intelli
gas quia ex nihilo fecit illa Deus & homi
num genus:
35 Ita fiet vt non timeas carnificem istum,
sed dignus fratribus tuis effectus particeps
suscipe mortem, vt in illa misericordia cùm
fratribus tuis te recipiam.
36 Cùm hæc illa adhuc diceret: ait adole
scēs, Quem sustinetis? nō obedio præcepto
regis, sed præcepto legis, quæ data est no
bis per Moysen.
37 Tu verò qui inuentor omnis malitiæ fa
ctus es in Hebræos, non effugies manum
Dei.
38 Nos enim pro peccatis nostris hæc pa
timur.
39 Etsi nobis propter increpationem, & cor
reptionem Dominus Deus noster modi
cum iratus est: sed iterum reconciliabitur
seruis suis.
40 Tu autem ô scelestè & omnium hominū
flagitiosissime, noli frustra extolli vanis
spebus in seruos eius inflammatus.
41 Nondum enim omnipotentis Dei & om
nia inspicientis iudicium effugisti.
42 Nam fratres mei modico nunc dolore sus
tentato, sub testamento æternæ vitæ effe
cti sunt: tu verò iudicio Dei iustas super
biæ tuæ pœnas exolues.
43 Ego autem sicut & fratres mei animam

& corpus meum trado pro patriis legibus,
inuocans Deum maturius genti nostræ pro
pitium fieri, teque cum tormētis & verbe
ribus confiteri quòd ipse est Deus solus.
44 In me verò, & in fratribus meis desinet
Omnipotentis ira, quæ super omne genus
nostrum iustè superducta est.
45 Tunc rex accensus ira, in hunc super om
nes crudelius desæuit, indignè ferens se de
risum.
46 Et hic itaque mundus obiit, per omnia
in Domino confi
47 Nouissim post filios & mater cō
sumpt
48 I acrificiis, & de nimiis crudeli
tatis dictum est.

CAP. VIII.

Iudas peccatum colligit. Mittitur Nicanor aduersus Iudæum. Iudas suos hortatur ad constantiam. Vincitur Nicanor. Profligatis hostibus agunt gratias Iudæi, spolia orphanit & viduis diuidūtur. Fugit ad Antiochū Nicanor.

1 IVdas verò Machabæus, & qui cum illo
erant, introibant latenter in castella: &
conuocantes cognatos, & amicos, & eos
qui permanserunt in Iudaismo assumētes,
eduxerunt ad se sex millia virorum.
2 Et inuocabant Dominum vt respiceret
in populum qui ab omnibus calcabatur: &
misereretur templo quod contaminaba
tur ab impiis.
3 Misereretur etiam exterminio ciuitatis,
quæ esset illico complanāda, & vocem san
guinis ad se clamantis audiret.
4 Memoraretur quoque iniquissimas mor
tes paruulorum innocentum, & blasphe
mias nomini suo illatas, & indignaretur su
per his.
5 At Machabæus congregata multitudine,
intolerabilis gentibus efficiebatur, ira e
nim Domini in misericordiā conuersa est.
6 Et superueniens castellis & ciuitatibus
improuisus, succendebat eas: & opportuna
loca occupans, non paucas hostium strages
dabat:
7 Maximè autem noctibus ad huiusce modi
excursus ferebatur, & fama virtutis eius
vbique diffundebatur.
8 Videns autem Philippus paulatim virum
ad profectum venire, ac frequentiùs res ei
cedere prosperè: ad Ptolemæum ducem Cœ
lesyriæ & Phœnicis scripsit, vt auxilium
ferret regiis negotiis.
9 At ille velociter misit Nicanorem Patro
cli de primoribus amicum, datis ei de per
mistis gentibus armatis non minus viginti
millibus, vt vniuersum Iudæorū genus de
leret, adiuncto ei & Gorgia viro militari,
& in bellicis rebus experientissimo.
C 10 Constituit autem Nicanor, vt regi tribu
tum quod Romanis erat dandum, duo mil
lia talentorum de captiuitate Iudæorum
supplerent:
11 Statimque ad marsimas ciuitates misit,
conuocans ad coemptionem Iudaicorum
mancipiorum, promittens se nonaginta
mancipia talento distracturum, non respi
ciens ad vindictam quæ eum ab Omnipo
tente esset consecutura.
12 Iudas autem vbi comperit, indicauit his
qui secum erant Iudæis, Nicanoris aduen
tum.
13 Ex quibus quidam formidantes, & non
credentes Dei iustitiæ, in fugam vertebān
tur:
14 Alii verò siquid eis supererat vendebant,
simúlque Dominum deprecabantur vt eri
peret eos ab impio Nicanore, qui eos pri
D quàm cominus venirent, vendideret.
15 Et si non propter eos, propter testamen
tum tamen quod erat ad patres eorum, &
propter inuocationem sancti & magnifici
nominis eius super ipsos.
16 Conuocatis autem Machabæus septem
millibus, qui cum ipso erant, rogabat ne
hostilibus reconciliarentur, neque metue
rent iniquā venientium aduersum se hos
tium multitudinem, sed fortiter contende
rent: ante oculos habentes contumeliam
quæ loco sancto ab his iniustè esset illata.
17 Itémque & ludibrio habitæ ciuitatis in
iuriam, adhuc etiam veterum instituta con
tulit.
18 Nam illi quidem armis confidunt, ait: si
mul & audaciamnos autem in omnipoten
te Domino qui potest venientes aduersum
nos, & vniuersum mundum vno nutu de
lere, confidimus.
19 Admonuit autem eos & de auxilliis Dei, 4. Reg. 19.
quæ facta sunt erga parentes: quòd sub 2. Par. 32.
Sennacherib cecum octogintaquinque mil- 1. d. 21. 2. Par.
lia perierunt. eccles. 48
20 Et de prælio quod eis aduersus Galatas d. 24. esa.
fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem vē 37. 36.
tum est, Macedonibus sociis hæsitantibus, E
ipsi sex millia soli peremerunt centum vi
ginti millia, propter auxilium illis datū de
cælo, & beneficia pro his plurima consecu
ti sunt.
21 His verbis confirmati sunt, & pro
legibus & patria mori parati.
22 Constituit itaque fratres suos duces v
trique ordini, Simōnem & Iosephum, & Io
natham, subiectis vnicuique millenis &
quingentenis.
23 Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto
libro, & dato signo adiutorii Dei, in prima
acie ipse dux commisit cum Nicanore.
24 Et facto sibi adiutore Omnipotente in
terfecerūt super nouem millia hominum:
maiorem autem partem exercitus Nicano
ris vulneribus debilem factam fugere
compulerunt.
25 Pecuniis verò eorum qui ad emptionem F
ipsorum venerant, sublatis, ipsos vsque
quaque persecuti sunt, sed reuersi sunt ora
conclusi.
26 Nam erat ante sabbathum: quam ob cau
sam non persequerentur insequentes.
27 Arma autem ipsorum & spolia congre
gantes, sabbathum agebant: benedicentes
Dominum qui liberauit eos in isto die, mi
sericordiæ initium stillans in eos.
28 Post sabbathum verò debilibus, & orpha
nis, & viduis diuiserunt spolia: & residua

ipsi cum suis habuere.

29 His itaque gestis, & communiter ab omnibus facta obsecratione, misericordem Dominum postulabant vt in finem seruis suis reconciliaretur.

30 Et ex his qui cum Timótheo & Bacchide erant contra se contendentes, super viginti millia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt: & plures prædas diuiserunt, æquam portionem debilibus, pupillis, & viduis, sed & senioribus facientes.

C 31 Et cum arma eorum diligenter collegissent, omnia composuerunt in locis opportunis, residua vero spolia Ierosolymam detulerunt.

32 Et Philarchen qui cum Timótheo erat, interfecerunt, virum scelestum, qui in multis Iudæos afflixerat.

33 Et cum epinicia agerent in Ierosolymis, eos qui sacras ianuas incenderunt, id est Callisthenem, cum in quoddam domiciliū refugissent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus suis reddita.

34 Facinorosissimus autē Nicanor, qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat,

35 Humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos existimauerat, deposita veste gloriq, per Mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summam infœlicitatem de interitu sui exercitus consecutus.

36 Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eo quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

Antiochus Persepolim expoliare volens, in fugam vertitur. Iudæos persequens à Domino percutitur. Simulata Antiochi pœnitentia. Moritur Antiochus.

1 EOdem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside.

2 Intrauerat enim in eam quæ dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templum & ciuitatem opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita contigit vt Antiochus post fugam turpiter rediret.

3 Et cum venisset circa Ecbatanam, recognouit quæ erga Nicanorē & Timótheum gesta sunt.

4 Elatus autem in ira, arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugauerant, posse in Iudæos retorquere: ideoq; iussit agitari curum suum sine intermissione agens iter, cœlesti eum iudicio perurgente, eo quòd ita superbè locutus est se venturum Ierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum.

2. Par. 16. 19. 5 Sed qui vniuersa cōspicit, Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta:

6 Et quidem satis iustè, quippe qui multis & nouis cruciatib⁹ aliorū torserat viscera, licet ille nullomodo à sua malitia cessaret.

7 Super hoc autem superbia repletus, ignē E spirans in animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & grauī corporis collisione membra vexari.

8 Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestā Dei virtutem in semetipso contestans:

9 Ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in do[lore] carnes eius effluerent, odore etiam illiu[s] re[pu]gnantibus, miserabili obitu vita fugeret.

10 Et qui paulo antè sidera cæli con[de]scendere arbitrabatur, cum nemo poterat, pter intolerantiam fœtoris portare.

11 Hinc igitur cœpit ex grauī superbia deductus ad agnitionem sui venire, diuina [ ] monitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus.

12 Et cùm nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita ait, iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.

13 Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam cōsecuturus.

14 Et ciuitatem ad quam festinans veniebat vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret.

15 Nunc optat liberam reddere: & Iudæos C quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum parentis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenienſibus facturum pollicetur.

16 Templum etiam sanctum, quod priùs expoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de reditibus suis præstaturum.

17 Super hæc & Iudæum se futurum, & omnem locum terræ perambaturum, & prædicaturum Dei potestatem.

18 Sed non cessantibus doloribus (superuenerat enim in eum iustū Dei iudicium) desperans scripsit ad Iudæos in modū deprecationis epistolam hæc continentem,

19 OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimam salutem, & bene valere, & esse fœlices rex & princeps Antiochus.

20 Si bene valetis, & filii vestri, & ex sententia vobis cūcta sunt, maximas agimus gratias.

21 Et ego in infirmitate constitutus, vestri autem memor benigne reuersus de Persidis locis, & infirmitate graui apprehensus, necessarium duxi pro communi vtilitate curam habere:

22 Non desperans memetipsum, sed spem D multam habens effugiendi infirmitatem.

23 Respiciens autem quòd & pater meus, quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum, ostendit qui post se susciperet principatum:

24 Vt siquid contrarium accideret, aut dissimile nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erāt, cui esset rerum summa derelicta, non

non turbarentur.

25 Ad hæc considerans de proximo potentes quosque & vicinos temporibus insidiantes, & euentum expectantes, designaui filium meum Antiochum regem, quem sæpe recurrens in superiora regna multis vestrum commendabam: & scripsi ad eum quæ subiecta sunt.

26 Oro itaque vos & peto memores beneficiorum publicè & priuatim, vt vnusquisq; conseruet fidem ad me, & ad filium meum.

27 Confido enim eum modestè & humanè actarum, & se[quen]tem propositum meum, & com[mo]dis vestris fore.

28 Igitur homicida & blasphemus pessimè per[ditus], & vt ipse alios tractauerat, pereg[rinis] montibus, miserabili obitu vita fun[ctus] est.

29 Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius: qui metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Egyptum abiit.

CAP. X.

Iudas Machabæus ciuitatem recipit & templum. Eupatoris gesta narrare incipit. Pugnant Iudæi aduersus Idumæos. Iudæam inuadit Timotheus, cum quo prælium committit Iudas. Apparens è cælo vir quinque in auxilium Iudæorum. Timotheus interimitur.

1 MAchabæus autem & qui cum eo erant, Domino se protegente, templum quidem & ciuitatem recepit:

2 Aras autem quas alienigenæ per plateas extruxerant, itémque delubra demolitas est.

3 Et purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerunt post biennium, & incensum & lucernas & panes propositionis posuerunt.

4 Quibus gestis, rogabant Dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent: sed & siquando peccassent, vt ab ipso mitius corriperentur, & non barbaris ac blasphemis hominibus traderentur.

5 Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vicesimaquinta mensis, qui fuit Casleu.

B 6 Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum: recordātes quòd ante modicum temporis diem solennem tabernaculorum in montibus, & in speluncis more bestiarum egerant.

7 Propter quod thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei qui prosperauit mundare locum suum.

8 Et decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuersæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies istos.

9 Et Antiochi quidem, qui apppellatus est Nobilis, vitæ excessus ita se habuit.

10 Nunc autem de Eupatore Antiochi impii filio, quæ gesta sunt narrabimus, breuiantes mala quæ in bellis gesta sunt.

11 Hic enim suscepto regno, constituit super negotia regni Lysiam quendam Phœnicis & Syriæ militiæ principem.

12 Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iusti tenax erga Iudæos esse constituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in eos, & pacificè agere cum eis. C

13 Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorem, cùm frequenter proditor audiret, eo quòd Cyprum creditam sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem transfugisset etiam ab eo recessisset, veneno vitam finiuit.

14 Gorgias autem cùm esset dux locorum, assumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat. 9 d. d. 2.

15 Iudæi verò qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab Ierosolymis suscipiebant, & bellare tentabant.

16 Hi verò qui erant cum Machabæo per orationes Dominum rogantes, vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum. I

17 Multáque vi insistentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes simul non minus viginti quinque millibus trucidauerunt.

18 Quidam autem cùm fugissent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes:

19 Machabæus ad eorum expugnationem, relicto Simone & Iosepho, itémque Zacchæo, eisque qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad eas quæ amplius perurgebant pugnas, conuersus est. 9. b. 10. 2.

20 Hi verò qui cum Simōne erant, cupiditate ducti, à quibusdam qui in turribus erant, suasi sunt pecunia: & septuaginti millibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere.

21 Cum autem Machabæo nuntiatum esset, E quod factum est principibus populi congregatis accusauit, quòd pecunia fratres vendi dissent, aduersariis eorum dimissis.

22 Hos igitur proditores factos interfecit, & confestim duas turres occupauit.

23 Armis autem ac manibus, omnia prosperè agendo, in duabus munitionibus, plus quam viginti millia peremit. per m

24 Et Timótheus, qui priùs à Iudæis fuerat superatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Asiano, aduenit, quasi armis Iudæam capturus.

25 Machabæus autem & qui cum ipso erant, appropinquante illo deprecabantur Dominum,

26 Caput terra aspergentes, lumbósque ciliciis præcincti ad altaris erepidinem prouoluti, vt sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus, & aduersariis aduersaretur, sicut lex dicit. 3. d. 3. d.

27 Et ita post orationem sumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi F hostibus effecti, resederunt.

28 Prima autem solis ortu vtrique commiserunt: isti quidem victoriæ & prosperitatis sponsorem cum virtute dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant.

29 Sed cum vehemens pugna esset, apparue-

Universidad de Deusto Biblioteca

runt aduersarijs de cælo viri quinque in equis fræni aureis decóri, ducatum Iudæis præstantes:

30 Ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circunseptum incolumen conseruabant: in aduersarios autem tela, & fulmina iaciebant: ex quo & cæcitate consusi, & repleti perturbatione eadebant.

31 Interfecti sunt autem viginti millia quingenti, & equites sexcenti.

32 Timótheus verò confugit in Gazaram præsidium munitum, cui præerat Chæreas.

33 Machabæus autem & qui cum eo erant lætantes obsederunt præsidiũ diebus quatuor.

34 At hi qui intus erant, loci firmitate confisi, supra modum maledicebant, & sermones nefandos iactabant.

35 Sed cùm dies quinta illuxisset, viginti iuuenes, ex his qui cum Machabæo erant, accensi animis propter blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo incedentes turres ascendebant.

36 Sed & alii similiter ascendentes, turres portásque succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos vivos concremare.

37 Per continuum autem biduum præsidio vastato, Timótheum occultantem se in quodam repertum loco peremerunt: & fratrem illius Chæream, & Apollophanem occiderunt.

38 Quibus gestis, in hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

CAP. XI.

Conatur Lysias Iudæos expugnare. Iudæis celsius adiutor mittitur, quo duce Lysiam in fugam vertunt, & pactum inire compellunt. Lysiæ epistola ad Iudæos. Regis Antiochi epistola ad Lysiam. Eiusdem epistola ad Iudæos. Romanorum epistola ad populum Iudæorum.

1 SEd paruo post tempore, Lysias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpositus, grauiter ferens de his quę acciderant:

2 Congregatis octoginta millibus, & equitatu vniuerso veniebat aduersus Iudæos, existimans se ciuitatem quidem captam Gentibus habitaculum facturum,

3 templum verò in pecuniæ quæstum, sicut cætera delubra Gentium habiturum, & per singulos annos venale sacerdotium:

4 Nusquam recogitans Dei potestatem, sed mente efferatus in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta elephantis confidebat.

5 Ingressus autem Iudæam, & appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco, ab Ierosolyma interuallo quinque stadiorum, illud præsidium expugnabat.

6 Vt autem Machabęus, & qui cum eo erant cognouerunt expugnari præsidia, cum fletu, & lacrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israel.

7 Et ipse primus Machabæus sumptis armis, cæteros adhortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium fratribus suis.

8 Cumque pariter prompto animo procederent, Ierosolymis apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans.

9 Tunc omnes simul benedixerunt misericordem Dominum, & cõualuerunt animis: non solùm homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare.

10 Ibant igitur prompti de cælo habentes adiutorem, & miserantem super eos Dominum.

11 Leonum autem [illegible] impetu irruentes in hostes, prostrauerunt [illegible] decim millia peditum, & equitum m[illegible]ntos:

12 Vniuersos autem in fugam ver[illegible] plures autem ex eis vulnerati nudi e[illegible]. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens eu[illegible]

13 Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans factam erga se diminutionem: & intelligens inuictos esse Hebræos, Omnipotentis Dei auxilio innitentes, misit [illegible] eos:

14 Promisitque se consensurum omnibus quæ iusta sunt, & regem compulsurum amicum fieri.

15 Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ, in omnibus vtilitati consulens, & quæcumque Machabæus scripsit Lysiæ de Iudæis, ea rex concessit.

16 Nam erant scriptæ Iudæis epistolæ à Lysia, siquidem hunc modum continentes. LYSIAS populo Iudæorum salutem.

17 Iohannes & Abesalom, qui missi fuerant à vobis, tradentes scripta postulabant vt ea quæ per illos significabantur, implerem.

18 Quæcunque igitur regi potuerunt perferri exposui: & quæ res [illegible]permittebat, consensi. [illegible]permittebant,

19 Si igitur in negotiis fidem conseruaueri [illegible]cessit. tis etiam deinceps bonorum vobis causa esse tentabo.

20 De cæteris autem per singula verba mandaui & istis, & his qui à me missi sunt colloqui vobiscum.

21 Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, mensis Dioscori die vicesima & quarta.

21 Regis autem epistola, ista continebat, E
REX Antiochus Lysiæ fratri salutem.

23 Patre nostro inter deos translato, nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam:

24 Audiuimus Iudæos non consensisse patri meo vt transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenere velle suum institutum, ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua:

25 Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, statuentes iudicauimus templum restitui illis, vt agerent secundum suorum maiorum consuetudinem.

26 Bene igitur feceris si miseris ad eos, & dexteram dederis: vt cognita nostra voluntate bono animo sint, & vtilitatibus propriis deseruiant.

27 Ad Iudæos verò regis epistola talis erat, F
REX

REX Antiochus senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis salutem.

28 Si valetis, sic estis vt volumus: sed & ipsi bene valemus.

29 Adiit nos Menelaus dicens velle vos descendere ad vestros qui sunt apud nos.

30 His igitur qui commeant vsque ad diem tricesimum mensis Xanthici damus dexteras securitatis,

31 Vt Iudaicis vtantur cibis, & legibus suis, sicut & priùs: & nemo eorum vllo modo molestiam patiatur [illegible] his quæ per ignorantiam gesta [illegible]

32 Missus [illegible] Menelaum, qui vos alloquatur [illegible]

33 Valet [illegible] anno centesimo quadragesimo [illegible] Xanthici mensis quintadecima die.

34 Scripserunt autem etiam Romani epistolam ita se habentem, QVINTVS Memmius, & Titus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorum salutem. C

35 De his quæ Lysias cognatus regis concessit vobis, & nos concessimus.

36 De quibus autem ad regem iudicauit referendum, confestim aliquem mittite, diligentius inter vos conferentes: vt decernamus, sicut congruit vobis. Nos enim Antiochiam accedimus.

37 Ideóque festinate referre, vt nos quoque sciamus cuius estis voluntatis.

38 Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, quintadecima die mensis Xanthici.

CAP. XII.

Iudæi infestiat Timotheus: Ioppitarum facinus in Iudæos. Iudas in eos vlciscitur. In quos pugnauerit Machabæus cum Timotheo insequente, Capitur Timotheus, & dimittitur illesus. Gorgiam persequitur Iudas. Iudas oblato pro mortuis sacrificio spem resurrectionis ostendit.

1 HIs factis pactionibus Lysias pergebat ad regem, Iudæi autem agriculturæ operam dabant.

2 Sed hi qui resederant Timotheus & Apollonius Gennęi filius, sed & Hieronymus, & Demophon, [illegible]superbus & Nicanor Cypriarches, non finebant eos in silentio agere, & quietè. [illegible]super bus

3 Ioppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrarunt: rogauerunt Iudæos cum quibus habitabant, ascendere scaphas, quas paranerant, cum vxoribus & filiis, quasi nullis inimicitiis inter eos subjacentibus.

4 Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causa nihil suspectum habentibus: cum in altum processissent, submerserunt non minus ducentos.

5 Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipso:

6 Et inuocato iusto iudice Deo, venit aduersus interfectores fratrum, & portũ quidem nocte succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerãt, gladio peremit.

7 Et cum hæc ita egisset, discessit quasi itarum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus,

8 Sed cum cognouisset & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus secum Iudæis,

9 Iamnitis quoque nocte superuenit, & portum cum nauibus succendit: ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis à stadiis ducentis quadraginta.

10 Inde cùm iam abiissent nouem stadiis, & iter facerent ad Timótheum, commiserunt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites quingenti.

11 Cumque pugna valida fieret, & auxilio Dei prospere cessisset, resídui Arabes victi petebant à Iuda dextras sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos.

12 Iudas autem arbitratus vere in multis eos vtiles, promisit pacem: dextrísque acceptis discessere ad tabernacula sua.

13 Aggressus est autem & ciuitatem quandam firmam pontibus murísque circunseptam, quæ à turbis habitabatur Gentium promiscuarum, cui nomen Caspin.

14 Hi verò qui intus erant confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissiùs agebant, maledictis lacessentes Iudam, ac blasphemantes, ac loquentes quæ fas non est.

15 Machabæus autem inuocato magno mundi Principe, qui sine arietibus & machinis *temporibus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: *Ios 6.v.20

16 Et capta ciuitate per Domini volũtatem, innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorum duorum latitudinis sanguine [illegible]interfectorum fluere videretur. [illegible]infectum

17 Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos qui dicuntur Tubiæni.

18 Iudæos, & Timótheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nullóque negotio perfecto regressus est relicto in quodam loco firmissimo præsidio.

19 Dositheus autem & Sosipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præsidio, decem millia viros.

20 At Machabæus ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes, aduersus Timotheum processit, habentem secum centum viginti millia peditum, equitúmque duo millia quingentos.

21 Cognito autem Iudæ aduentu Timótheus præmisit mulieres & filios, & reliquum apparatum in præsidium quod Carnion dicitur. Erat enim in expugnabile, & accessu difficile propter locorum angustias.

22 Cumque cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia Dei qui vniuersa conspicit, & in fugam versi sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deiicerentur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur.

23 Iudas autem vehementer instabat puniens prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorum.

24 Ipse verò Timótheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris, & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eo quod mul-

torum ex Iudæis parentes haberet, ac fra-
B tres, quos morte eius decipi eueniret.
25 Et cum fidem dedisset restituturum se eos
secundum constitutum, illæsum eum dimi-
serunt propter fratrum salutem.
26 Iudas autem regressus est à Carnion, in-
terfectis viginti quinque millibus.
27 Post horum fugam & necem, mouit exer-
citum ad Ephron ciuitatem munitam, in
qua multitudo diuersarum Gentium habi-
tabat: & robusti iuuenes pro muris consi-
stentes fortiter repugnabant: in hac autem
machinæ multæ & telorum erat apparatus.
28 Sed cum Omnipotentem inuocassent, qui
potestate sua vires hostium confringit, ce-
perunt ciuitatem: & ex eis qui intus erant,
viginti quinque millia prostrauerunt.
29 Inde ad ciuitatem Scythárum abierunt,
quæ ab Ierosolymis sexcentis stadiis aberat.
30 Contestantibus autē his qui apud Scytho-
polítas erant Iudæis, quòd benignè ab eis
haberentur, etiam temporibus infœlicitatis
quòd modestè secum egerint, gratias agen-
tes eis.
31 Et exhortati etiam de cætero erga genus
F suum benignos esse, venerunt Ierosolymam
die solenni septimanarum instante.
32 Et post Pentecosten abierunt contra
Gorgiam præpositum Idumææ.
33 Exiit autem cum peditibus tribus mil
libus, & equitibus quadringentis.
34 Quibus congressis, contigit paucos ruere
Iudæorum.
35 Dositheus verò quidam de Bacenoris e-
ques, vir fortis, Gorgiam tenebat: & cum
vellet illum capere viuum, eques quidam
de Thracibus irruit in eum, humerumque
eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in
Mariesa.
36 Et illis qui cum Esdrin erant diutius pu-
gnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Do-
minum adiutorem, & ducem belli fieri:
37 Incipiens voce patria, & cum hymnis cla-
morem extollens, fugam Gorgiæ militibus
incussit.
38 Iudas autem collecto exercitu venit in ci-
uitatem Odollam: & cum septima dies su-
peruenirer, secundum consuetudinem puri-
fícari in eodem loco sabbathum egerunt.
39 Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt
corpore prostratorum tolleret, & cum pa-
rentibus poneret in sepulchris paternis.
G 40 Inuenerunt autem sub tunicis interfecto-
rum de donariis idolorum, quæ apud Ia-
mniam fuerunt, * à quibus lex prohibet Iu-
dæos: omnibus ergo manifestum factum est
ob hanc causam eos corruisse.
41 Omnes itaque benedixerunt iustum iudi-
cium Domini, qui occulta fecerat ma-
nifesta.
42 Atque ita ad preces conuersi, rogauerunt
vt id quod factum erat delictum, obliuioni
tradererur. At verò fortissimus Iudas hor-
tatur populum conseruare se sine peccato,
sub oculis videntes quæ facta sunt pro pec-
catis eorum qui prostati sunt.
43 Et facta collatione, duodecim millia dra-
chmas argenti misit Ierosolymam offerri
pro peccatis mortuorum sacrificium, bene
& religiosè de resurrectione cogitans.
44 (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrectu-
ros speraret, superfluum videretur & va-
num orare pro mortuis)
45 Et quia considerabat quòd hi qui cum
pietate dormitionem acceperant, optimam
haberent repositam gratiam.
46 Sancta ergo & salubris est cogitatio pro
defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

CAP. XII.

Expeditio aduersus Timotheum. Bathsuræ expugnatio. Dositheus Tobiæ filius, & Sosipater, Timotheum interficiunt. Ephron expugnatur. Iudas Machabæus Scythopolim ingreditur. Iudæi Machabæo & exercitui gratias agunt.

1 ANno centesimo quadragesimonono
cognouit Iudas Antiochum E[illegible]
rem venire cum multitudine aduersus Iu-
dæam.
2 Et cum eo Lysiam procuratorem & præ-
positum negotiorū, secum habentem pedi-
tum centum decem millia, & equitum
quinque millia, & elephantos viginti quos,
currus cum falcibus trecentos.
3 Commiscuit autem se illis & Menelaus: &
cum multa fallacia deprecabatur Antio-
chum, non pro patriæ salute, sed sperans se
constitui in principatum.
4 Sed Rex regum fuscitauit animos Antio-
chi in peccatorem: & suggerente Lysia
hunc esse causam omnium malorum, iussit
(vt eis est consuetudo) apprehensum in eo-
dem loco necari.
5 Erat autem in eodem loco turris quin-
quaginta cubitorum, aggestum vndique ha-
bens cineris: hæc prospectum habebat in
præceps.
6 Inde in cinerem deiici iussit sacrilegum,
omnibus eum propellentibus ad interi-
tum.
7 Et tali lege prænaricatorem legis contigit
mori, nec terræ dari Menelaum.
8 Et quidem satis iuste. Nam quia multa
ergo aram Dei delicta commisit, cuius ignis
& cinis erat sanctus, ipse in cineris morte
damnatus est.
9 Sed rex mente efferatus veniebat ne-
quiorem se patre suo Iudæis ostensurus.
10 Quibus Iudas cognitis, præcepit populo,
vt die ac nocte Dominum inuocarent, quo
sicut semper, & nunc adiuuaret eos:
11 Quippe qui lege & patria, sanctóque tem
plo priuari vererentur, ac populum qui
nuper paululum respirasset, ne sineret blas-
phemis rursus nationibus subdi.
12 Omnibus itaque simul id facientibus, &
petentibus à Domino misericordiam cum
fletu & ieiuniis per triduum continuum
prostratis, hortatus est eos Iudas vt se præ-
pararent.
13 Ipse verò cum senioribus cogitauit prius
quàm rex amoueret exercitum ad Iudæam,
& obtineret ciuitatem, exire, & Domini
iudicio committere exitum rei.

14 Dans itaque potestatem omnium Deo
mundi creatori, & hortatus suos vt fortiter
dimicarēt, & vsque ad mortem pro legibus,
templo, ciuitate, patria, & ciuibus starent:
circa Modin exercitum constituit.
E 15 Et dato signo suis Dei victorig, iuuenibus
fortissimis electis, nocte aggressus aulam
regiam, in castris interfecit viros quatuor-
decim millia, & maximum elephantorum
cum his qui superpositi fuerant:
16 Summóque metu ac perturbatione hos-
tium castra repleuerunt, rebúsque prospe-
rè gestis abierunt.
17 Hoc au[illegible] est die illucescente, ad-
iuuante [illegible] ei protectione.
18 Se[illegible] accepto genu audaciæ Iudæorū,
[illegible]ueniebat occultatem locorum tentabat.
19 [illegible]Bethsuræ, quæ erat Iudæorum præsi-
dium munitum, castra admouebat: sed fu-
gabatur, impingebat, minorabatur.
F 20 [illegible]is autem qui intus erant, Iudas necessa-
ria mittebat.
21 Enuntiauit autē mysteria hostibus Rho-
docus quidam de Iudaico exercitu, qui re-
quisitus comprehensus est, & conclusus.
22 Iterum rex sermonem habuit ad eos qui
erant in Bethsuris. dextram dedit: accepit,
abiit, commisit cum Iuda, superatus est.
23 Vt autem cognouit rebellasse Philippum
Antiochiæ, qui relictus erat super negotia,
mente consternatus Iudæos deprecis, sub-
dítúsque eis iurat de omnibus quibus iu-
stum visum est: & reconciliatus obtulit sa-
crisium, honorauit templum, & munera
posuit.
G 24 Machabæum amplexatus est, & fecit eum
à Ptolomaide vsque ad Gerrenos ducem,
& principem.
25 Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter
ferebant Ptolemenses amicitiæ conuentio-
nē, indignantes ne forte fœdus irrumperēt.
26 Tunc ascendit Lysias tribunal, & expo-
suit rationem, & populū sedauit, regressúsque
est Antiochiam: & hoc modo regis pro
fectio & reditus processit.

CAP. XIIII.

Institutu Domini Demetrius Nicanorem ad interficiendum Iudam mittit. Nicanor pallum initi cum Iudæa: quod tamen rege impellente soluit. Raziam iubet Nicanor comprehendi. Raziæ magnanimitas.

1 SEd post triennii tempus cognouit Iu-
das, & qui cum eo erant, Demetrium
Seleuci cum multitudine valida, & nauibus
per portum Tripolis ascendisse ad loca op
portuna,
2 Et tenuisse regiones aduersus Antiochum
& ducem eius Lysiam.
3 Alcimus autem quidā, qui summus sacer-
dos fuerat, sed voluntariè coinquinatus
est temporibus commistionis, considerans
nullo modo sibi esse salutem, neque acces-
sum ad altare,
4 Venit ad regem Demetrium centesimo
quinquagesimo anno, offerens ei coronam
auream, & palmam, super hæc & ramos, qui
templi esse videbantur. Et ipsa quidem die
siluit.
5 Tempus autem opportunū dementię suæ
nactus, conuocatus à Demetrio ad consi-
lium, & interrogatus quibus rebus & con-
siliis Iudæi niterentur respondit.
6 Ipsi qui dicuntur Asidæi Iudæorum, qui-
bus præest Iudas Machabæus, bella nutriūt,
& seditiones mouent: nec patiuntur regnū
esse quietum.
7 Nam & ego defraudatus parentum gloria
(dico autem summo sacerdotio) huc veni:
8 Primò quidem vtilitatibus regis fidē ser-
uans; secundò autē etiam ciuibus consules.
Nam illorum prauitate vniuersum genus
nostrum non minimè vexatur.
9 Sed oro his singulis ô rex cognitis, & re-
gioni, & generi secundū humanitatē tuam
promulgatam omnibus prospice.
10 Nam quandiu supereſt Iudas, impossibi-
le est pacem esse negotiis.
11 Talibus autē ab hoc dictis, & cæteri amici
hostiliter se habentes aduersus Iudam, in-
flammauerunt Demetrium.
12 Qui statim Nicanorem præpositū elephā
torum ducem misit in Iudæam.
13 Datis mandatis vt ipsum quidem Iudam
caperet viuum: eos verò qui cū illo erant,
dispergeret, & constitueret Alcimum ma-
ximi templi summum sacerdotem.
14 Tunc gentes quæ de Iudæa fugerant Iu-
dam, congregatim se Nicanori miscebant:
miserias & clades Iudæorum, prosperitates
rerum suarum existimantes.
15 Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, C
& conuentu nationum, conspersi terra ro-
gabant eum qui populum suum constituit,
in æternum custodiret. quique suam por-
tionem signis euidentibus protegit.
16 Imperante autem duce, statim inde mo-
uerunt, cōueneruntque ad castellū Dessau.
17 Simon verò frater Iudæ commiserat cum
Nicanore: sed conterritus est repentino ad-
uentu aduersariorum.
18 Nicanor tamen audiens virtutem comi-
tum Iudæ, & animi magnitudinem quam
pro patriæ certaminibus habebant, sangui-
ne iudicium facere metuebat.
19 Quam ob rem præmisit Posidonium, &
Theodotium, & Matthiam, & vt darent de-
xtras, at que acciperent.
20 Et cum diu de his consilium ageretur, &
ipse dux ad multitudinem retulisset, omniū
vna fuit sententia amicitiis annuere.
21 Itaque diem constituerūt qua secretò in-
ter se agerent: & * singulis sellæ prolatæ
sunt & positæ. D
22 Præcepit autem Iudas armatos esse locis
opportunis, ne forte ab hostibus repente
mali aliquid oriretur: & congruum collo-
quium fecerunt.
23 Morabatur autem Nicanor Ierosolymis,
nihilque iniquè agebat, gregésque turba-
rum quæ congregatæ fuerant, dimisit.
24 Habebat autem Iudam semper carum
ex animo, & erat viro inclinatus,
25 Rogauitque eum ducere vxorē, filiósque
procreare. Nuptias fecit: quietè egit, comi-
térque viuebant.

26 Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem & conuentiones, venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis assentire, Iudámque regni insidiatorem successorem sibi destinasse.

27 Itaque rex exasperatus, & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens grauiter quidem se ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctum mittere Antiochiam.

28 Quibus cognitis Nicanor consternabatur, & grauiter ferebat, si ea quæ conuenerant irrita faceret, nihil læsus à viro.

29 Sed quia regi resistere non poterat, opportunitatem obseruabat qua præceptum perficeret.

30 At Machabæus videns secũ austerius agere Nicanorem, & consuetum occursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suorum congregatis occultauit se à Nicanore.

31 Quod cum ille cognouit fortiter se à viro præuentum, venit ad maximum & sanctissimum templum: & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, iussit sibi tradi virum.

32 Quibus cum iuramento dicentibus nescire se vbi esset qui quærebatur, extendens manum ad templum, iurauit, dicens,

33 Nisi Iudam mihi vinctũ tradideritis, istud Dei phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo.

34 Et his dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cælum, inuocabant eũ qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes,

35 Tu Domine vniuersorum, qui nullius indiges voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis.

36 Et nunc sancte sanctorum omniũ Domine, conserua in æternum impollutam domum istam, quæ nuper mundata est.

37 Razias autem quidam de senioribus ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiens: qui pro affectu, Pater Iudæorum appellabatur.

38 Hic multis temporibus continentiæ propositum tenuit in Iudaismo, corpúsque & animam tradere contentus pro perseuerantia.

39 Volens autem Nicanor manifestare odiũ quod habebat in Iudæos, misit milites quingentos, vt eum comprehenderent.

40 Putabat enim si illum decepisset, sese cladem Iudæis maximam illaturum.

41 Turbis autem irruere in domum eius, & ianuam disrumpere atque ignem admouere cupientibus, cum iam cõprehenderetur, gladio se petiit:

42 Eligens nobiliter mori, potiùs quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi.

43 Sed cum per festinationem nõ certo ictu plagam dedisset, & turbæ in ra ostia irrumperent, recurrens audacter ad murum præcipitauit semetipsum viriliter in turbas.

44 Quibus velociter locum dantibus cecidit eius, venit per mediam ceruicem.

45 Et cum adhuc spiraret accensus animo, surrexit: & cùm sanguis eius magno fluxu defluxisset, & grauissimis vulneribus esset sauciatus, cursu turbam pertransit.

46 Et stans supra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, compressis intestina sua vtrisque manibus proiecit in per turbas, inuocans dominatorem vitæ ac spiritus vt hæc illi iterum redderet: atque ita vita defunctus.

CAP.

Nicanor die sabbathi Iudam ad[illegible] blasphemia. Machabæus visione [illegible] suasione [illegible] Prostrato Nicanoris exercitu Machabæus capiti eius cum manu lingua præsecanti iubet, & linguam paruisculatim auibus dari.

1 NIcanor autem vt comperit Iudam esse in locis Samariæ, cogitauit cum omni impetu die Sabbathi committere bellum.

2 Iudæis verò qui illum per necessitatem sequebantur dicentibus, Ne ita ferociter, & barbare feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, & honora eũ qui vniuersa conspicit:

3 Ille infelix interrogauit si est potens in cælo, qui imperauit agi diem sabbathorum.

4 Et respondentibus illis, *Est Dominus vivus ipse in cælo potens, qui iussit agi septimam diem. *Exod. 20. 8.*

5 At ille ait, Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit vt consilium perficeret.

6 Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitauerat commune tropæum statuere de Iuda.

7 Machabæus autem semper cõfidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum.

8 Et hortabatur suos ne formidarét ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cælo, & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victoriam.

9 Et alloquutus eos de lege & prophetis, admonens etiã certaminum quæ fecerãt priùs, promptiores constituit eos:

10 Et ita animis eorum erectis simul ostendebat Gentium fallaciam, & iuramentorũ præuaricationem.

11 Singulos autem illorum armauit, nõ clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lætificauit.

12 Erat autem huiusmodi visus: Oniam qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protẽdentem, orare pro omni populo Iudæorum,

Post

13 Post hoc apparuisse & alium virum ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illum.

14 Respondentem verò Oniam dixisse, Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei.

15 Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem,

16 Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel.

17 Exhortatus [illegible] sermonibus bonis valde, de[illegible] extolli posset impetus, & animi[illegible] consortari, statuerunt dimicare, & constigere fortiter: vt virtus de manibus iudicaret, eo quod ciuitas sancta, & templum periclitarentur.

18 Erat enim pro vxoribus & filiis, itémque patribus & cognatis minor sollicitudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi.

19 Sed & eos qui in ciuitate erant, non minima sollicitudo habebat pro his qui congressuri erant.

20 Et cùm iam omnes sperarét iudicium futurum, hostésque adesse, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ equitésque opportunè in loco compositi,

21 Considerans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dominum inuocauit, qui non secundum armorũ potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam.

22 Dixit autẽ inuocans hoc modo, *Tu Domine, qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octogintaquinque millia: *4. Reg. 19. 4. Esdr. 1. Paralip. 32. 21. Isai. 37. 36.*

23 Et nunc dominator cælorum mitte angelum tuum bonũ ante nos in timore & tremore magnitudinis brachii tui.

24 Vt metuãt qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit.

25 Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cũ tubis & canticis admouebant.

26 Iudas verò, & qui cum eo erãt inuocato Deo, per orationes congressi sunt: manu quidem pugnantes.

27 Sed Dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus triginta quinque millia: præsentia Dei magnificè delectati.

28 Cúmque cessassent, & cum gaudio rédirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis.

29 Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotẽtem Dominum benedicebant.

30 Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Ierosolymam perferri.

31 Quò cùm peruenisset, conuocatis contribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersiit & eos qui in arce erant.

32 Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus est.

33 Linguam etiam impii Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum suspendi.

34 Omnes igitur cæli benedixerunt Dominum, dicentes, Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit.

35 Suspẽdit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidens esset, & manifestum signum auxilii Dei.

36 Itaque omnes cõmuni consilio decreuerunt nullo modo diem istũ absque celebritate præterire:

37 Habere autem celebritatem tertiadecimæ die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei.

38 Igitur his ergà Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis.

39 Et si quidem bene, & vt historiæ competit, hoc & ipse velimsi autem minus digneq; concedendum est mihi.

40 Sicut enim vinũ semper bibere aut semper aquam, contrarium est, alterutris autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus. Hic ergo erit consummatus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymi in Euangeliſtas, ad Damaſum Præfatio.

Nouum opus me facere cogis ex veteri:vt poſt exemplaria Scripturarum toto orbe di
ſperſa,quaſi quidam arbiter ſedeam:& quia inter ſe variant,quæ ſint il[illegible] quæ cum Græca
conſentiant veritate,decernã. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, iudicare de cæteris
ipſum ab omnibus iudicandum:ſenis mutare linguam,& caneſcentem iam mundum ad ini-
tia retrahere paruulorum:Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen
aſſumpſerit,& à ſaliua quam ſemel imbibit,viderit diſcrepare quod lectitat: non ſtatim e-
rumpat in vocem,m[illegible]ſariam,me clamitans eſſe ſacrilegum,qui audeam aliquid in veteri-
bus libris adde[illegible]e,corrigere? Aduerſus quam inuidiam duplex cauſa me conſolatur:
quod & [illegible]mus ſaccidos es,fieri iubes:& verum non eſſe quod variat,etiam maledi-
corum [illegible]o comprobatur. Si enim Lati is exemplaribus fides eſt adhibenda, reſpon-
dean[illegible]us:tot enim ſunt exemplaria penè quot codices. Sinautem veritas eſt quæren-
d[illegible]ribus,cur non ad Græcam originem reuertentes,ea quæ vel à vitioſis interpreti-
[illegible]male reddita:vel a præſumptoribus imperitis emendata peruerſius:vel à librariis dor-
mitantibus aut addita ſunt,aut mutata corrigimus? Neque vero ego de Veteri diſputo teſta
mento: quod à Septuaginta ſenioribus in Græcam linguam verſum,tertio gradu ad nos vſ-
[illegible] peruenit.Non quæro quid Aquila,quid Symmachus ſapiant :quare Theodotion inter
nouos & veteres medius incedat.Sit illa vera interpretatio quam Apoſtoli probauerunt.De
Nouo nunc loquor teſtamento.quod Græcum eſſe non dubium eſt:excepto apoſtolo Mat-
thæo,qui primus in Iudæa euangelium Chriſti Hebraicis literis edidit.Hoc certè cum in no
ſtro ſermone diſcordat,& in diuerſos riuulorum tramites ducit:vno de fonte quærendum
eſt.Prætermitto eos codices quos à Luciano & Eſychio nuncupatos, paucorum hominum
aſſerit peruerſa contentio: quibus vtique nec in toto veteri inſtrumento poſt Septuaginta
interpretes emendare quid licuit,nec in Nouo profuit emendaſſe: cum multarum gentium
linguis ſcriptura antè tranſlata,doceat falſa eſſe quæ addita ſunt.Igitur hæc præſens præfa-
tiuncula pollicetur quatuor tantùm euangelia,quorũ ordo eſt iſte,Matthæus, Marcus, Lu-
cas,Iohannes:codicum Græcorum emendata collatione,ſed & veterũ, quæ ne multum à le-
ctionis Latinæ conſuetudine diſcreparent,ita calamo temperauimus,vt his tantùm quæ ſen-
ſum videbantur mutare correctis,reliqua manere pateremur vt fuerant.

Alia eiuſdem præfatio, ex proœmio commentariorum quos ſcripſit in Matthæum.

Plures fuiſſe qui euangelia ſcripſerunt, Lucas euangeliſta teſtatur dicens,Quoniam
quidem multi conati ſunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ ſunt : ſicut
tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt ſermonem, & miniſtrauerunt ei : & perſeue-
rantia vſque in præſens tempus monimenta declarant, quæ à diuerſis authoribus edita,di-
uerſarum hæreſum fuêre principia:vt eſt illud iuxta AEgyptios & Thomam & Matthiam &
Bartholomæum,& duodecim quoque apoſtolorum,& Baſilidis atque Apellis ac reliquorũ,
quos enumerare longiſsimum eſt : cum hæc tantum impreſentiarum neceſſe ſit dicere,
extitiſſe quoſdam qui ſine Spiritu & gratia Dei conati ſunt magis ordinare narrationem,
quam hiſtoriæ texere veritatem.Quibus iure poteſt illud prophetieum coaptari,Væ qui pro
phetant de corde ſuo:qui ambulant poſt ſpiritum ſuum: qui dicunt, Hæc dicit Dominus : &
Dominus non miſit eos.De quibus & Saluator in euangelio Iohannis loquitur,Omnes qui
ante me venerunt,fures fuerunt & latrones.Qui venerunt,non qui miſsi ſunt.Ipſe enim ait,
Veniebant,& ego non mittebam eos.In venientibus præſumptio temeritatis,in miſsis obſe-
quium ſeruitutis eſt. Eccleſia autem,quæ Domini voce ſupra petram fundata eſt, quam in-
troduxit rex in cubiculum ſuum, & ad quam per foramen deſcenſionis occultè miſit manum
ſuam,ſimilis damulæ hinnulóque ceruorum:quatuor flumina,paradiſi iuſtat eructans : qua-
tuor angulos & annulos habet, per quos quaſi arca teſtamenti & cuſtos legis Domini, li-
gnis immobilibus vehitur.Primus omnium Matthæus eſt publicanus,cognomento Leui:qui
euangelium in Iudæa Hebræo ſermone edidit:ob horum vel maximè cauſam qui in Ieſum
crediderant ex Iudæis,& nequaquam legis vmbra ſecedente,euangelii veritatem ſeruabant.
Secundus Marcus,interpres Apoſtoli Petri,& Alexandrinæ eccleſiæ primus epiſcopus, qui
Dominum quidem Saluatorem ipſe non vidit,ſed ea quæ audierat magiſtrum prædicantem,
iuxta fidem magis geſtorum narrauit quã ordinem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus
Antiochenſis:cuius laus in euangelio,qui & ipſe diſcipulus Apoſtoli Pauli, in Achaiæ Bi-
thyniæque partibus volumen condidit quædam altius repetens:& vt ipſe in proœmio con-
fitetur,audita magis quàm viſa deſcribens.Vltimus Iohannes Apoſtolus & euangeliſta,quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesus amauit plurimum: qui supra pectus Domini recumbens, purissima doctrinarum fluenta potauit: & qui solus de cruce meruit audire, Ecce mater tua. Is cum esset in Asia, & iam tunc hæreticorum semina pullularent Cherinthi, Ebionis, & cæterorum, qui negant Christum in carne venisse, quos & ipse in epistola sua antichristos vocat, & apostolus Paulus frequenter persecutit: coactus est ab omnibus pene tunc Asiæ episcopis, & multarum ecclesiarum legationibus de diuinitate Saluatoris aliius scribere, & ad ipsum (vt ita dicam) Dei verbum tam audaci etiam fœlici temeritate prorumpere. Vnde & ecclesiastica narrat historia, cum à fratribus cogeretur vt scriberet, ita facturum se respondisse, si indicto ieiunio in commune omnes Deum deprecarentur, quo expleto, reuelatione saturatus, in illud procemium è cælo veniens eructauit, In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Hæc igitur quatuor euangelia multo antè prædicta, Ezechielis quoque volumen probatim quo prima visio ita contexitur, Et in medio similitudo quatuor animalium, & vultus eorum facies hominis, & [illegible]onis, & facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies, Matthæum significat: qui [illegible]enine exor sus est scribere, Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham. [illegible]Marcum, in qua vox leonis in eremo rugientis auditur, Vox clamantis in deserto, Parate [illegible]Domini, rectas facite semitas eius. Tertia vituli, quæ euangelistam Lucam à Zacharia [illegible]te sumpsisse initium præfigurat. Quarta Iaannem euangelistam, qui assumptis pennis aqu[illegible]& ad altiora festinans, de verbo Dei disputat. Cætera quæ sequuntur, in eundem sen[illegible]um proficiunt. Crura eorum recta & pennati pedes: & quocunque spiritus ibat, ibant, & non reuertebantur: & dorsa eorum plena oculis: & scintillæ ac lampades in medio discurrentes, & ro[illegible]a rota, & in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Ioannis, post expositionem vigiliquatuor seniorum, qui tenentes citharas & phialas, adorant agnum Dei, introducit fulgura & tonitrua & septem spiritus discurrentes, & mare vitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens, Animal primum simile leoni, & secundum simile vitulo, & tertium simile homini, & quartum simile aquilæ volanti. Et post paululum, Plena erant, inquit, oculis, & requiem non habebant, die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat & qui est, & qui venturus est. Quibus cunctis perspicuè ostenditur quatuor debere tantum euangelia suscipi, & omnes apocryphorum nænias, mortuis magis hæreticis, quam ecclesiasticis viuis canendas.

Hieronymus in Catalago scriptorum Ecclesiasticorum.

Matthæus qui & Leui, ex publicano apostolus, primus in Iudæa propter eos qui ex circuncisione crediderant, euangelium Christi Hebraicis literis verbisque composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur vsque hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissimè confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Berrhœa vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quòd vbicunque Euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona Domini saluatoris, Veteris Scripturæ testimoniis vtitur, non sequitur Septuaginta trãslatorum authoritatem, sed Hebraicam: è quibus illa duo sunt, Ex AEgypto vocaui filium meum. Et, Quoniam Nazaræus vocabitur.

SANCTVM

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

CAP. I.

Iesus sit Christus ille promissus saluator patribus.

LIBER Generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham.

Gene. 21. 4.2. *Abrahã genuit Isaac. *Isaac autẽ genuit Iacob. *Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

Genes. 25. 6.24 Genes. 29. 3 d 35. 3. Paral. 2 Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. *Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram.

2.d.5.ru,b 4.d.18. 1.Reg.16. 4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon.

a.1,17.b. 12. 5 Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse.

2. Reg. 12. f. 24. 1. Paral. 3 b. 10. 6 *Iesse autem genuit Dauid regem. *Dauid autem rex, genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ.

E 7 *Salomon autem genuit Roboam, Roboã autẽ genuit Abiam. Abia autẽ genuit Asa.

8 Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.

9 Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.

4. Reg. 20 d 21. 10 *Ezechias autem genuit Manassem, Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam.

4. Reg. 23. 2.34. 11 *Iosias autem genuit Iechoniã & fratres eius in transmigratione Babylonis.

1. Paral. 3. 15. 12 Et post trãsmigrationem Babylonis, *Iechonias genuit Salathiel, * Salathiel autem genuit Zorobabel.

1. Esdr. 3.2. 13 Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

14 Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

15 Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.

C 16 Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

17 Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim, & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim, & à transmigratione Babylonis vsq; ad Christum, generationes quatuordecim.

18 Christi autem generatio sic erat: Cùm esset desponsata mater eius Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

19 Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & *nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. Deute. 24. 1. D ei

20 Hæc autẽ eo cogitãte, ecce Angelus Domini apparuit in somnis * Ioseph, dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam cõiugem tuam. Quod enim in ea natũ est, de Spiritu Sancto est. Luc. 2. e 21. Act. 4. b. 12.

21 Pariet autem Filium: & * vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim * saluũ faciet populũ suum à peccatis eorum.

22 Hoc autem totum factum est vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem,

23 *Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiũ, & *vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Esa. 7. 14. vocabũ

24 Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam.

25 Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

CAP. II.

Christus à Magis adoratur, & pueri à Herode trucidantur.

1 CVm ergo natus esset Iesus in Beth-lehẽ *Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam, dicentes, * Iudææ

2 Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

3 Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo.

4 Et congregans omnes principes sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur.

5 At illi dixerunt ei, In Beth-lehem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam,

6 *Et tu Beth-lehem Terra-Iuda, nequaquã minima es in principibus Iudæ: ex te enim exiet dux qui * regat populum meum Israel. Mich. 5. a. 2. Ioa. 7. f. 42. reget

7 Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.

8 Et mittens illos in Beth-lehem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum.

9 Qui cùm audissent regem, abierunt: & ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer.
10 Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde.
11 Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.
C 12 Et responso accepto in somnis ne rediret ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.
13 Qui cùm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius & fuge in AEgyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.
"surgens 14 Qui" consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & recessit in AEgyptum.
15 Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per propheram dicentem, *Ex AEgypto vocaui filium meum.
Oseæ.11.d.1
16 Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Beth-lehem & in omnibus finibus eius: à bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis.
17 Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem,
D 18 Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.
19 Defuncto autem Herode ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in AEgypto, dicens,
20 Surge, & accipe puerum & matrem eius & vade in terram Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.
21 Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in Terram Israel.
22 Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in Partes Galilææ.
23 Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur.

CAP. III.

Baptizat Ioannes Christum & turbas, docetque pœnitentiam.

1* IN diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens,
2 Pœnitentiam agite: "appropinquabit enim regnum cælorum.
3 Hic est enim de quo dictū est per Esaiam prophetam, dicentem, * Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.
4 *Ipse autem Ioannes habebat vestimentū de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ & mel syluestre.
5 Tunc exibat ad eum Ierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.
6 Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.
7 Videns autem multos Pharisæorum & Saduczorū venientes ad baptismum suum, dixit eis, *Progenies viperarum, quis "de monstrabit vobis fugere à ventura ira?
8 Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.
Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quoniam "potens est Deus de istis lapidibus suscitare filios Abrahæ.
10 Iam enim securis ad radicem arborum posita est. *Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum "excidetur, & in ignem mittetur.
11 Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.
12 *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum "in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.
13 *Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.
14 Ioannes autem prohibebat eum, dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?
15 Respondens autem Iesus, dixit ei, Sine modò. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum.
16 Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super "se.
17 Et ecce vox de cælis dicens, * Hic est filius meus *dilectus in quo mihi complacui.

CAP. IIII.

Iesus ieiunat, tentatur, vocat piscatores, & curat langores.

1 TVnc* Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.
2 Et cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.
3 Et accedens tentator, dixit ei, Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.
4 Qui respondens dixit, Scriptum est, * Non in solo pane "viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.
5 Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei,
6 Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptū est enim, * Quia Angelis suis "mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
7 Ait illi Iesus, Rursum scriptum est, *Non tentabis Dominum Deum tuum.
8 Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei,
9 Hæc omnia tibi dabo, si cadens adora-

Universidad de Deusto Biblioteca

ueris me.
"post me 10 Tunc dicit ei Iesus, Vade "Satana: scriptū
Exod. 20. est enim, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.
Deuter. 6. 11 Tunc reliquit eum diabolus: & ecce an-
13. & 10. geli accesserunt, & ministrabant ei.
d. 10. 12 *Cum autem audisset Iesus quòd Ioan-
Marc. 1. nes traditus esset, *secessit in Galilæam.
b. 14. 13 Et relicta ciuitate Nazareth, venit &
Luc 4.c.14 habitauit in ciuitate Capharnaum maritima,
in. 4. f. 43. in finibus Zabulon & Nephtali:
C 14 Vt adimpleretur quod dictum est per
Esaiam prophetam, dicentem,
Esa. 9. a. 1 15 *Terra Zabulon & terra Nephtali, "via
viam, maris, "trans Iordanem "Galilææ Gentium:
pro iuxta 16 populus qui "ambulabat in tenebris, vi-
viam. dit lucem magnam: & sedentibus in regione
*Galilæa umbræ mortis, lux orta est eis.
debat 17 Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere,
& vm- "pœnitentiam agite: "appropinquabit e-
bra enim regnum cælorum.
appro- 18 Ambulans autem Iesus iuxta mare Gali
pinquabit lææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur
Marc. 1. Petrus, & Andream fratrem eius, mit-
a. 15. tentes rete in mare (erant enim piscatores)
& ait illis,
19 Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum.
20 At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.
21 Et procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos.
D 22 Illi autē statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.
23 Et circuibat Iesus totam Galilæam docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni: & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo.
*fama 24 Et abiit "opinio eius in totam Syriam. & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos: & curauit eos.
25 Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans-Iordanem.

CAP. V.

Enarramur Ms beatitudines, & Euangelica perfectiones.

1 VIdens autem Iesus turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.
2 Et aperiens os suum docebat eos, dicens,
Luc 6. 3 *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum
c. 20. est regnum cælorum.
4 Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.
5 Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.
6 Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.
7 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.
8 Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.
9 Beati pacifici: quoniā "filii Dei vocabūtur. "ipsi
10 *Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. 1. Pet. 3. c. 14.
11 Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos *mentientes: propter me. 1. Pet. 4. d. 13.
12 Gaudete & exultate: quoniam merces B vestra copiosa est in cælis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.
13 *Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà quàm nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Marc. 9. g. 50, Luc 14. g. 34.
14 Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.
15 *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Marc 4. c. 21, Luc 8. n. 16, 11.
16 Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificēt Patrem vestrum qui in cælis est. Luc 6. 33.
17 Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. C
18 *Amen quippe dico vobis, donec trāseat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Luc 16. d. 17.
19 *Qui ergo soluerit vnum de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cælorum, qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum. Luc 2. f. 9. 8. mar. 2.
20 Dico "autem vobis, quia nisi abūdauerit "enim iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Luc. 11. f. 39. Exod. 20.
21 Audistis quia dictum est antiquis, *Non occides. Qui autē occiderit, reus erit iudicio. c. 13. D
22 Ego autem dico vobis quia omnis qui iracitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.
23 Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: "per um
24 Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade "prius reconciliari fratri tuo. & tunc "prius reveniens offeres munus tuum. conciliа-
25 Esto consentiens aduersario tuo cito dū es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & Luc 12. in carcerem mittaris. g. 58.
26 Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.
27 Audistis quia dictum est antiquis, *Non mœchaberis. Exod. 20. c. 14.
28 Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.
29 *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Infr. 18. b. 8, marc 9. g. 47. E
30 Et si, dextra manus tua scandalizat te,

abscinde eam, & proiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

Deut.24.c.1. Matt.19.b.7. Marc.10.c.4. Luc.16.d.18. 1.Cor.7.b.10. Exod.20.b.7. Deut. Iudith.

31 Dictum est autem, *Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudii.

32 *Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.

F

33 Iterum audistis quia dictum est antiquis, *Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua.

34 Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neqs per cælum, quia thronus Dei est:

35 Neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis:

36 Neque per caput tuum iurabis: quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum.

Leuit.5.c.12

37 *Sit autem sermo vester, est, est: non, nō: quod autem his abundantius est, a Malo est.

Exod. 21. d.2 4.

38 Audistis quia dictum est, *Oculum pro oculo, & dentem pro dente.

39 Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed siquis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

40 Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

41 Et quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.

G

Deuter. 15. b.8 Leuit. 19. d.18. Luc 6.d 27.

42 *Qui autem petit a te, da ei, & volēti mutuare a te, ne auertaris.

43 Audistis quia dictum est, *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

44 Ego autem dico vobis, *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderūt vos: & orate pro persequentibus & calumnian tibus vos:

45 Vt sitis filii Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

Phabetis?

46 Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt?

Luc.6.c. 32.

47 Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? *nónne & ethnici hoc faciunt?

*qui in cælis

48 Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester *cælestis perfectus est.

CAP. VI.

Quomodo eleemosyna danda, ieiunandumque, orandum Deo seruiendum, &c.

1 ATtendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est.

2 Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagógis & in vicis vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.

3 Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

4 Vt sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi".

5 Et cùm oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagógis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.

"in propatulo, vel in manifesto, vel in palam.

6 Tu autem cùm orueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuū in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet

B

7 Orantes autem no[illegible] loqui, sicut ethnici faciunt: puta[illegible] quod in multiloquio suo exaudiantur.

8 Nolite ergo assimilari eis. Scit Pater vester quid opus sit vobis, ante petatis eum.

Luc 11.d.2.

9 Sic ergo vos orabitis, *PATER noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum.

10 Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra.

11 Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie:

12 Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

13 Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a *Malo. "Amen.

Iust.13. b.19.

14 *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra.

"quia tu es rex Israel & Deus & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

15 Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.

16 Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam.

Marc 11. c.23, recte 25. Matt.6. c.2.

17 Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua:

C

18 Ne videaris hominibus ieiunās, sed Patri tuo qui est in abscōso: & Pater tuus qui videt in abscōso, reddet tibi.

19 Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.

Luc.12.d.33

20 *Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo neque tinea demolitur: & vbi fures nō effodiunt nec furantur.

"enim

21 Vbi "est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū.

22 Lucerna corporis tui, est oculus tuus.

"igitur

23 Si "oculus tuus fuerit simplex: totū corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quātæ erūt?

Luc.16. c.13.

24 *Nemo potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum cōtemnet. Non potestis Deo seruire, & mammónæ.

D

Luc.12.c.22

25 *Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nónne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum?

1.per.5. Psal.54.d.23.

26 Respicite volatilia cæli quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit illa. Nónne vos magis pluris estis illis?

27 Quis autem vestrum cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?

*vestimēto

28 Et de *vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent.

29 Dico autē vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis.

*autem

30 Si[illegible] enim fœnum [illegible] quod hodie est, & cras in clibanum [illegible]tur, Deus sic vestit: quanto [illegible] modicæ fidei?

*minimæ

31 Nolite ergo solliciti esse, dicentes, Quid manducemus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

32 Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis.

33 Quærite ergo primum regnum Dei & iustitiā eius: & hæc omnia adiicientur vobis.

34 Nolite ergo solliciti esse in crastinum crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.

CAP. VII.

Temerariè nemo iudicandum: margaritæ ante porcos non mittendæ.

Luc.6.c.37 Rom.2.d.1. *vt nō iudicemini. Marc 11. c.24 Luc 6. d.38.

1 *NOlite iudicare," & non iudicabimini. nolite condemnare, & non condemnabimini

2 In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini: & in qua mensura mēsi fueritis, remetietur vobis.

3 Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides?

4 Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine eiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo?

5 Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui,

6 Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos.

Marc 11. c.24. Luc 11. b.9. Ioan. 2 c.16.3.

7 *Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis.

8 Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur.

B

9 Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei?

10 Aut si piscem petierit: nunquid serpentem porriget ei?

11 Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?

Luc.6.d. 31.

12 *Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, "& vos facite illis. Hæc est enim Lex & prophetæ.

*ita

Ioan.13. c.34.

13 "Intrate per angustam portamiquis lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eā.

*Quoniā

14 "Quàm angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam.

Deū. Quia

15 Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

C

16 A fructibus eorum cognoscetis eos.

Luc 6. c. 43. 44.

17 *Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit.

18 Non potest autem arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala, bonos fructus facere.

Sup. 3. c. 10

19 *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

9.d. Iac. 2. 1.

20 Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

21 Non omnis qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum

22 Multi dicent mihi in illa die, Domine domine nónne in nomine tuo prophetauimus*, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.

D

Luc 13. c.26. Psal.6. b.9.

23 *Et tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos *discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

24 Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam super petram.

25 Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domū illam, & non cecidit. fundata enim erat super petram.

Marc.4. b.9. Matt.2.

26 Et omnis qui audit verba mea hæc, & nō facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domum suam super arenam:

27 Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

28 Et factum est, cùm consummasset Iesus verba hæc, *admirabantur turbæ super doctrina eius.

Marc.1. c.22. Luc 4 c.32.

29 Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisæi.

per um

CAP. VIII.

Iesus leprosum mundat: centurionis puerum sanat. Socrum Petri à febre curat, &c.

1 CVm autem descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ:

Marc 1. d.40. Luc

2 *Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens, Domine, si vis, potes me mundare.

3 Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens, Volo, Mundare. Et confestim mundata est lepra eius.

5.c.12

4 Et ait illi Iesus, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: & offer munus tuum *quod præcepit Moyses, in testimonium illis.

17.d. 3.d. Leuit.14. c.4.

5 *Cùm autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, & dicens,

Luc 7.d.2

6 Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

7 Et ait illi Iesus, Ego veniam, & curabo eum.

Universidad de Deusto Biblioteca

8 Et respondens centurio, ait, Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus.
9 Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habèns sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alii, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.
10 Audiens autem Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit, Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel.
11 Dico autem vobis quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbèt cum Abrahã & Isaac & Iacob in regno cælorũ.
12 Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentiũ.
13 Et dixit Iesus centurioni, Vade: & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.
14 *Et cum veniſſet Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem:
15 Et tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat ei.
16 *Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat spiritus verbo: & omnes malè habentes curauit,
17 Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: *Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit.
18 Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum.
19 *Et accedens vnus Scriba, ait illi, Magister, sequar te quocunque ieris.
20 Et dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.
21 Alius autem de discipulis eius ait illi, Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum.
22 Iesus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
23 *Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius.
24 Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat.
25 Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum dicentes, Domine, salua nos, perimus.
26 Et dixit eis Iesus, Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.
27 Porrò homines mirati sunt dicẽtes, Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?
28 *Et cum veniſſet Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, & de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.
29 Et ecce clamauerunt dicentes, Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos?
30 Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum pascens.
31 Dæmones autem rogabãt eum dicentes, Si eicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.
32 Et ait illis, Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos, & ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis.
33 Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt hæc omnia, & de iis qui dæmonia habuerant.
34 Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu. Et viso eo, rogabant eum vt transiret à finibus eorum.

CAP. IX.

Curantur varii morbi... sanat infirmi...

1 ET ascendens Iesus in n... transfretauit: & venit in ciuitatem...
2 *Et ecce offerebant ei paralyticum in lecto. Et vidés Iesus fidem illo... dixit paralytico, Confide fili remittuntur tibi peccata tua.
3 Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat.
4 Et cùm vidisset Iesus cogitationes eorum dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?
5 Quid est facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula?
6 Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.
7 Et surrexit: & abiit in domum suam.
8 Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.
9 *Et cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telònio, Matthæum nomine. Et ait illi, Sequere me. Et surgens, secutus est eum.
10 Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius.
11 Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?
12 At Iesus audiens, ait, Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.
13 Euntes autem discite quid est, *Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, *sed peccatores".
14 *Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant?
15 Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filii sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt.
16 Nemo autem immittit commissurã panni rudis in vestimentum vetus. tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit.
17 Neque mittunt vinũ nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur.

Hæc

18 Hæc illo loquente ad eos, *ecce princeps vnus accessit, & "adorabat eum dicens, Domine filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eã, & viuet.
19 Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius.
20 (Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.
21 Dicebat enim intra se, Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.
22 At Iesus conuer... videns eam, dixit, Confide filia... te saluam fecit. Et salua f... ex illa hora)
23 Et ... uenisset Iesus in domum principis... isset tibicines & turbam tumultuantem, *dicebat,
24 Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.
25 Et cùm eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit, Puella, surge. Et surrexit puella.
26 Et exiit fama hæc in vniuersam terram".
27 Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci clamantes & dicentes, Miserere nostri fili Dauid.
28 Cùm autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci, & dixit eis Iesus. Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, vtique Domine.
29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundùm fidem vestram fiat vobis.
30 Et aperti sunt oculi eorum & comminatus est illis Iesus, dicens, Videte nequis sciat.
31 Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.
32 Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem.
33 Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes Nunquam apparuit sic in Israel.
34 *Pharisæi autem dicebant, In principe dæmoniorum eiicit dæmones.
35 Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagógis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem.
36 *Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati & iacentes sicut oues non habentes pastorem.
37 Tunc dicit discipulis suis, *Messis quidem multa, operarii autem pauci.
38 Rogate ergo dominum messis vt "mittat operarios in messem suam.

CAP. X.

Docetur administratio verbi Dei.

1 ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum vt ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.
2 Duodecim autem "discipulorum nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius,
3 Philippus & Bartholomæus, Iacob° Zebedæi, & Ioannes frater eius, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi & "Thaddæus.
4 Simon Cananæus: & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum.
5 Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens, In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.
6 *Sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.
7 Euntes autem prædicate dicentes, Quia 'appropinquabit regnum cælorum.
8 Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite: gratis accepistis, gratis date.
9 *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.
10 Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. *dignus enim est operarius cibo suo.
11 *In quãcunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis.
12 Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes, Pax huic domui.
13 Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.
14 Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo° vel ciuitate" *excutite pulueremde pedibus vestris.
15 Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicii: quàm illi ciuitati.
16 *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.
17 Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs: & in synagógis suis flagellabunt vos,
18 Et ad præsides & ad reges ducẽ ini propter me, in testimonium illis & Gentibus.
19 *Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.
20 Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.
21 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient.
22 Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.
23 Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel donec veniat Filius hominis.
24 *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum.
25 Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebul vocauerũt, quanto magis domesticos eius?
26 Ne ergo timueritis eos, *Nihil enim est bitur: & opertum, quod nõ 'reuelabitur: & occultum, occultũ, quod

quod nō scient.

quod non sciatur.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

28 Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

29 Nonne duo passeres asse veneunt? & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro?

2.Reg.14. c.11. 30 Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.

31 Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.

Mar.8.d. 38.Luc.9. d.26.& 12.b.8. 32 *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.

33 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.

Luc.12.f. 51. 34 *Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium.

D

35 Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam:

Mich.7. b.6. 36 *Et inimici hominis domestici eius.

Luc.14.f. 26. 37 *Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.

Infrà 16. d.24. 38 *Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, me non est me dignus.

Luc.9.c. 24.10.17. d.25. Luc.10.f. 16.10.13. c.20. 39 *Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

40 *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.

41 Qui recipit propheram in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

Mar.9.f. 41. 42 *Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

CAP. XI.

Præconium Ioannis.

1 ET factum est, cùm consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

Luc.7.c. 35 2 *Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, ait illis,

3 Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

4 Et respondens Iesus ait illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis:

5 Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.

6 Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

7 Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?

8 Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

9 Sed quid existis videre? propheram? Etiam B dico vobis, & plusquam prophetam.

10 Hic est enim de quo scriptum est, *Ecce Mal.3.d.4 ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

11 Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum ma[illegible]ne Baptista. Qui autem minor est in re[illegible]m, maior est illo.

Luc.16.d. 12 *A diebus autem Ioannis Ba[illegible] vsque nunc regnum cælorum vim patit[illegible] & violenti* rapiunt illud. *diripiũt

13 Omnes enim prophetæ & Lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt.

Mal.4.b.5 14 Et si vultis recipere, *ipse est E qui venturus est.

15 Qui habet aures audiendi, audiat.

Luc.7.f.31 16 *Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus, dicunt,

C

17 Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.

18 Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet.

19 Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis.

20 Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam.

21 *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: Luc.10.b. 13. quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.

22 Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicii, quàm vobis.

23 Et tu Capharnaum nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes: quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hanc diem.

24 Veruntamen dico vobis, quia Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, quàm tibi.

D

25 In illo tempore respondens Iesus dixit, *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. *Confiteor

26 Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te.

27 Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. *Et Io.6.c.46 nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

28 Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.

29 Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: *& Ier.6.d. inuenietis requiem animabus vestris. 16.

30 *Iugum enim meum suaue est, & onus 1.Io.5.d.3 meum leue.

CAP.

PAP. XII.

Discipulos excusat, medetúrque variis morbis.

Mar.2.d. 23.Luc.6. c.1. 1 *IN illo tempore abiit Iesus per sata Sabbatho: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare.

2 Pharisæi autem videntes, dixerunt ei, Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbathis.

1.Reg.21. b.6. 3 At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant,

4 Quomodo intrauit domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?

Leuit.24. b.9. 5 Aut non legistis in lege quia sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant, & rei sint culpæ?

6 Dico autem vobis, quia templo maior hic est.

Hic ad- verbium 7 Si autem scires quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam condemnasseris innocentes.

8 Dominus enim est Filius hominis etiam sabbathi.

Mar.3.a.1 Luc.6.b.6 erat 9 *Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum.

10 Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes, Si licet sabbathis curare, vt accusarent eum.

11 Ipse autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam?

12 Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbathis benefacere.

13 Tunc ait homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est sanitati, sicut altera.

14 Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum.

D 15 Iesus autem sciens, recessit inde: & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes:

16 Et præcepit eis ne manifestum eum facerent:

17 Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam propheram, dicentem,

18 Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium Gentibus nuntiabit.

Isa.42. a.1. 19 Non contendet, neque clamabit: neque audiet aliquis in plateis vocem eius.

20 Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet: donec eiciat ad victoriam iudicium.

21 Et in nomine eius Gentes sperabunt.

22 Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus: & curauit eum, ita vt loqueretur & videret.

23 Et stupebant omnes turbæ, & dicebant, Nunquid hic est filius David?

Mar.3.a. Luc.11. b.15.sup. b.d.343 24 *Pharisæi autem audientes, dixerunt, Hic non eicit dæmones, nisi in Beel-zebul principe dæmoniorum.

25 Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis, Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit.

26 Et si Sathanas Sathanam eiicit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo stabit regnum eius?

27 Et si ego in Beel-zebub eicio dæmones, filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

28 Si autem ego in Spiritu Dei eicio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.

29 Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?

30 Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.

C

Mar.3.d. 31 *Ideo dico vobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemiæ non remittetur.

Luc.12.d. 10. *blasphemia (non) initium) casus & Spiritus genitiui.

32 Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: *siquidem ex fructu arbor agnoscitur.

Luc.6.g. 44.

34 Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? ex abundantia enim cordis, os loquitur.

Luc.6.g. 45.

35 *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala.

36 Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.

37 Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

38 Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes, Magister, volumus a te signum videre.

Luc.11.b. 29. 39 Qui respondens ait illis, *Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ.

Ionæ 1.a.9 40 *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

41 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hic.

*hic ad- uerbium & infrà D

42 *Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic.

3.Reg.10 a.1. 3.Par.9.c.1.

43 Cum autem immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit.

44 Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam.

45 Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & *fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ.

2.Pet.2. d.20.

Mar. 3.d. 31, luc. 8.c. 20.

46 *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

47 Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te".

48 At ipſe reſpondens dicenti, ait, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?

49 Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt: ipſe "meus frater, ſoror, & mater eſt.

"alloqui, vel quærenter ioqui tecũ.

"meus & frater & ſoror.

CAP. XIII.

Parabolæ diuerſi generis.

Mar. 4. a. 1.

1* IN illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare:

2 Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet, & omnis turba ſtabat in litore.

Luc. 8. a. 4

3 *Et locutus eſt eis multa in parabolis, dicens, Ecce, exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum.

4 Et dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt ea.

5 Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam, & continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ.

6 Sole autem orto æſtuauerunt & quia non habebant radicem, aruerunt.

7 Alia autem ceciderunt in ſpinas, & creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea.

8 Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud "centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud tricesimum.

"centum, aliud ſexaginta, aliud triginta.

9 Qui habet aures audiendi audiat.

10 Et accedentes diſcipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis?

B 11 Qui reſpondens, ait illis, Quia vobis datum eſt noſſe "myſterium regni cælorum: illis autem non eſt datum.

"myſteria

Iſa. 25. c. 29.

12 *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.

13 Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt:

*Et adimpleatur *dicens Eſa. 6. c. 9. marc 4. b. 12. Iu. 8. b. 10. 10. 12 f. 40. act. 28 f. 26. 10. 11 b. 8. Luc 10. d. 24.

14 *Vt adimpleatur in eis prophetia Eſaiæ *dicentis, *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis.

15 Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

16 Veſtri autem beati oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiunt.

17 *Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & audierunt.

Mar. 4. b. 15, luc. 8. b. 11.

18 *Vos ergo audite parabolam ſeminantis.

19 Omnis qui audit verbum regni & non intelligit, venit Malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt.

C

20 Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt: hic eſt qui verbum Dei audit, & continuò cum gaudio accipit illud.

21 Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Facta autem tribulatione & perſecutione propter verbum continuò ſcandalizatur.

22 Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt qui verbum Dei audit, & ſollitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur.

23 Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt: hic eſt qui audit [illegible], & intelligit, & fructum affert, & facit [illegible] idem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò tricesimum.

24 Aliam parabolam propoſuit [illegible]ens, Simile factum eſt regnum cælorum [illegible]ini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.

25 Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abiit.

26 Cùm autem creuiſſet herba & fructum D feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.

27 Accedentes autem ſerui patrisfamiliàs, dixerunt ei, Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania?

28 Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis "imus, & colligamus ea.

"igitur

29 Et ait, Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul" & triticum.

"cum eis

30 Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

31 *Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo:

Mar. 4. d. 30, luc 13. d. 18.

32 Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cùm autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius.

E

33 *Aliam parabolam locutus eſt eis, Simile eſt regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus donec fermentatum eſt totum.

Luc 13. d. 20.

34 *Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis non loquebatur eis:

Mar. 4. d. 33.

35 Vt implereretur quod dictum erat per prophetam dicentem, *Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.

pſal. 77. a. 2.

36 Tunc dimiſſis turbis venit in domum: & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, "Diſſere nobis parabolam zizaniorum agri.

"Diſſere (vel exponere)

37 Qui reſpondens ait illis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis

38 Ager autem, eſt mundus. Bonum verò ſemen hi ſunt filii regni. Zizania autem, filii ſunt nequam.

39 Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus, *Meſsis vero, conſummatio ſeculi eſt. Meſſores.

Apoc. 14. c. 15.

Meſſores autem angeli ſunt.

40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi.

41 Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcãdala, & eos qui faciunt iniquitatem.

42 Et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Dan. 3. b. 7. dan. 12. a. 3.

43 *Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat.

44 Simile eſt regnum [illegible]um theſauro abſcondito in [illegible] qui inuenit homo, abſcondit, & [illegible]gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa [illegible]habet, & emit agrum illum.

45 I[illegible]imile eſt regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.

46 Inuenta autem vna pretioſa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

47 Iterum ſimile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti:

48 Quam, cùm impleta eſſet, educentes & ſecus litus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.

C

49 Sic erit in conſummatione ſeculi; exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum:

50 Et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium.

51 Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.

52 Ait illis, Ideo omnis ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.

53 Et factum eſt, cum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſiit inde.

54 *Et veniẽs in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes?

Mar. 6. a. 1. luc. 4. c. 16. ioã. 4. 44. 6. a. 42

55 *Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria: & fratres eius Iacobus & Ioſeph, & Simon & Iudas?

56 Et ſorores eius, nonne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta?

57 Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autem dixit eis, Non eſt prophèta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua.

58 Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

CAP. XIIII.

Ioannis interitus, & miracula aliquot.

Marc. 6. b. 1. luc. 9. a. 7.

1* IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu: & ait pueris ſuis,

2 Hic eſt Ioannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.

Marc. 6. c. 3 17, luc. 3. b. 19.

3 *Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eum: & poſuit in carcerem propter Herodiadem vxorem *fratris ſui.

*Philippi

4 Dicebat enim illi Iohannes, Non licet tibi habere eam.

5 Et volẽs illum occidere, timuit populum: *quia ſicut prophetam eum habebant.

Supra 2. 2. c. 26.

6 Die autem natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis in Medio: & placuit Herodi.

7 Vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare quodcunque poſtulaſſet ab [illegible].

8 At illa præmonita à matre ſua, Da mihi, inquit, hîc in diſco caput Ioãnis Baptiſtæ.

9 Et contriſtatus eſt rex: propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant, iuſsit dari.

B

10 Miſitq; & decollauit Iohannẽ in carcere.

11 Et allatum eſt caput eius in diſco: & datũ eſt puellæ, & illa attulit matri ſuæ.

12 Et accedẽtes diſcipuli eius, tulerunt corpus eius, & ſepelierunt illud, & venientes nuntiauerunt Ieſu.

13 *Quod cum audiſſet Ieſus, ſeceſsit inde in nauicula in locum deſertum ſeorſum. Et cùm audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.

Marc. 6. c. 32, luc. 9. b. 10.

14 Et exiens vidit turbam multam: & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum.

15 *Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, Deſertus eſt locus, & hora iã præteriit: dimitte turbas, vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas.

Mar. 6. b. 35, luc. 9. b. 12.

16 Ieſus autem dixit eis, Non habent neceſſe ire, date illis vos manducare.

C

17 Reſponderunt ei, Non habemus hîc niſi quinque panes & duos piſces:

18 Qui ait eis, Afferte mihi illos huc.

19 Et cùm iuſsiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnũ, acceptis quinque panib* & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum benedixit & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis.

20 Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.

21 Manducãtium autem fuit numerus quinquè millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.

22 Et ſtatim *iuſsit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas.

*cõpulit

23 Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare.

24 *Veſpere autem facto ſolus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus.

Mar. 1. f. 47, ioã. 6. b. 16.

D

25 Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare.

26 Et videntes eum ſuper mare ambulantẽ, turbati ſunt dicentes, Quia phantaſma eſt, & præ timore clamauerunt.

27 Statimque Ieſus locutus eſt eis, dicens, Habete fiduciam, ego ſum, nolite timere.

28 Reſpondens autem Petrus dixit, Domine, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquam.

29 At ipſe ait, Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum.

30 Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamauit, dicens, Domine, ſaluum me fac.

31 Et continuò Ieſus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi, Modicæ fidei quare dubitaſti?

H. 3

ascendis-sent 32 Et cùm ascendisset in nauiculam, cessauit ventus.
33 Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes, Verè filius Dei es.
Marc.6. g.53. 34 *Et cùm trãsfretassent venerunt in Terram Gènes-
35 Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam re- illam, & obtulerunt ei omnes male habentes,
36 Et rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, salui facti sunt.

CAP. XV.

Traditiones humanæ reiiciuntur.

Mar.7.a.1 1 *TVnc accesserunt ad eum ab Ierosolymis scribæ & Pharisæi, dicentes,
traditionem 2 Quare discipuli tui transgrediuntur *traditiones seniorum? non enim lauant manus suas cum panem manducant.
3 Ipse autem respondens ait illis, Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?
Exo.20.b.4 12. Deut.5. a.2. Exod.21. c.17. 4 Nam Deus dixit, *Honora patrem, & matrem: & *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.
5 Vos autem dicitis, Quicunq; dixerit patri vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit.
6 Et non honorificabit patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mãdatum Dei propter traditionem vestram.
B 7 Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens,
Esa.29.d. 13. Marc.7. b.6. 8 *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me.
9 Sine causa autem colunt me, *docentes doctrinas, & mandata hominum.
*Legitur enim apochryphus 10 *Et conuocatis ad se turbis, dixit eis, Audite & intelligite.
11 Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.
12 Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei, Scis quia Pharisæi, audito verbo hoc, scandalizati sunt?
13 At ille respondens, ait, *Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cælestis eradicabitur.
Lu.6.f.39 14 Sinite illos: *cæci sunt, & duces cæcorum. cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.
Marci 7. a.17. 15 Respondens autem Petrus dixit ei, *Edissere nobis parabolam istam.
16 At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis?
17 Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?
18 Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.
Gen.6.a. 8.d.21. 19 De corde enim exeunt *cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furto, falsa testimonia, blasphemiæ.
C 20 Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Nõ lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.
21 *Et egressus inde Iesus secessit in Partes Tyri & Sidõnis. Mar.7.a. 24.
22 Et ecce mulier Cananæa à finibus illis egressa clamauit dicens ei, Miserere mei Domine fili Dauid filia mea malè à dæmonio vexatur.
23 Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes, Dimitte eam quia clamat post nos.
24 Ipse autem respondens, ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domꝰ Israel. Supra 10. d.6.
25 At illa venit, & adorauit eum, dicens, Domine adiuua me.
26 Qui respondens, non est bonum sumere panem filiorum, canibus.
27 At illa dixit, Etiam Domine & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.
28 Tunc respondens Iesus, ait illi, O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.
29 Et cùm transisset inde Iesus, venit ad Mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi.
30 Et accesserunt ad eum turbæ multæ: habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, *& curauit eos. Esa.35c
31 Ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes. & magnificabant Deum Israel. 4.5.
32 *Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit, Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerant mecum, & non habẽt quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Mar.8.a.
33 Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tantos vt saturemus turbam tantam?
34 Et ait illis Iesus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos piscu-
35 Et præcepit turbæ vt discumberent super terram.
36 Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agẽs, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo.
37 Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.
38 Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres.
39 Et dimissa turba, ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedan.

CAP. XVI.

Pharisæis signum cæleste negatur, discipulorumque de Christo opinio.

1 *ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerunt eum vt signum de cælo ostenderet eis. Mar.8.b. 11.
2 *At ille respondens, ait illis, Facto vespere dicitis, Serenum erit: rubicundum est enim cælum. Luc.12. c. 54.
3 Et manè, Hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. *Faciem ergo cæli diiudicare nostis; signa autem temporum non potestis? *Hypocritæ

*Gene

Supra 12. c.39. 4 *Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum *Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abiit.
Ionæ 2.c.1 Mar.8.b. 14. Luc.12.a.1. 5 *Et cum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere.
6 Qui dixit illis, Intuemini, & cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum.
E 7 At illi cogitabant inter se, dicentes, Quia panes non accepimus.
8 Sciens autem Iesus, dixit, Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis?
9 Nondum intelligitis neque recordamini *quinque panum quinque millium hominum cophinos tulistis?
Supra 14. c.13. Ioan. 6.b.9. in quinque millia. 10 Neque septem panum, *& quatuor millium hominum & quot sportas sumpsistis.
Supra 15. c.34. 11 Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum?
12 Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum.
Mar.8.c. 27. Luc.9.c.18 Ioan. 6.c.68. 13 *Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens, *Quem dicũt homines esse, Filium hominis?
14 At illi dixerunt, Alii Ioannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut vnum ex prophetis.
C 15 Dicit illis Iesus, Vos autem quem me esse dicitis?
Mar.8.c. 29. 16 Respondens Simon Petrus dixit, *Tu es Christus filius Dei viui.
17 Respondens autem Iesus, dixit ei, Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.
Isa.28.f.16 18 Et ego dico tibi *quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.
Ioan.20.c. 23. 19 *Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.
20 Tunc præcepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus.
21 Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oporteret eum ire Ierosolymã, & multa pati à Senioribus & Scribis & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere.
D 22 Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens, Absit à te Domine: non erit tibi hoc.
23 Qui conuersus, dixit Petro, Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.
Supra 10. c.38. Marci 8.d.34. Luc. 9.c. 23. Gala.5.d.24. 24 Tunc Iesus dixit discipulis suis, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, *& tollat crucem suam, & sequatur me.
25 *Qui enim voluerit animã suam saluam facere, perdet eam, qui autem perdiderit animam suam propter me, inuenìet eam.
26 Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?
27 Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.
Rom.2.d. 6. Mar.9.a.1 Luc.9.d.26. 28 *Amen dico vobis, sunt quidã de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.

CAP. XVII.

Iesus transfiguratur, lunaticum sanat, & vectigal soluit.

Mar.9.a. 2. Luc.9.d. 28. 1 *ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum & Ioannem fratrem eius,
assumit subducit vel ducit præcipites. 2 Et *duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et resplendit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.
3 Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes.
4 Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum.
5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube, dicens, *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite.
2. Pet.1.c. 17. supra 3. d.17. B
6 Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde.
7 Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitque eis, Surgite, & nolite timere.
8 Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum.
9 Et descendentibus illis de monte præcepit *Iesus, dicens, Nemini dixeritis visionem: donec Filius hominis à mortuis resurgat.
Esa.53. B
10 Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes, Quid ergo Scribæ dicunt quod Eliam oportet primum venire?
Marc.9.f. 11. malac. 4.b.5. sup. 11.c.14. primum
11 At ille respondens, ait, Elias quidem venturus est, & restituet omnia.
12 Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis.
13 Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis,
Marc.9.b. 14. Luc.9.c. 37. C 14 *Et cùm venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutus, dicte eum, dicens,
15 Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam.
16 Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.
17 Respondens autem Iesus, ait, O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me.
18 Et increpauit illum Iesus: & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora.
19 Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt, Quare nos non potui-

mus eiicere illum.

20 Dixit illis Iesus, Propter incredulitatem
Luc.17. b.6. vestram. *Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.

21 Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem & ieiunium.

Marc.9. c.31. Luc.9 c.44.inf. 20.c.18. 22 *Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus:

23 * Filius hominis tradendus est in manus hominum: & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

D 24 Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester non soluit didrachma.

25 Ait, Etiam. Et cùm intrasset in domum, præuenit eum Iesus dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab alienis?

26 Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filii.

27 Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

CAP. XVIII.

Docet Christus humilitatem, vitare scandalum, & quomodo peccans arguendus.

Luc.9. f.46. 1 IN * illa hora accesserũt discipuli ad Iesum, dicentes, Quis, putas, maior est in regno cælorum?

2 Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit,

Infr.19 b. 3 Amen dico vobis, * nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.

1.cor. 14.d.20. 4 Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum.

5 Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit

Marc.9. f.42. 6 *Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Luc.17.a.1 7 Væ mundo à scandalis. *Necesse est enim vt veniant scandala: verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit.

Supra 5.c.8 30.mar.9. f.43. 8 *Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te: bonum tibi est ad vitã ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

B 9 Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Psal.33. b.8. Luc.9. d.19. 10 Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis quia *angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.

11 *Venit enim Filius hominis saluare quod perierat.

Luc.15.d.4 12 *Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis, nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam quæ errauit?

13 Et si contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis quia gaudet super eam magis quàm supra nonagintanouem, quæ non errauerunt.

14 Sic non est voluntas ante patrem vestrũ qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

Luc.17.d.3 Leuit.19. d.17.eccles. 19.b.13. iac.5.d.18. 15 *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucrifecisti fratrem tuum.

C 16 Si autẽ te non audierit: adhibe tecum vnum vel duos: vt in ore duorũ vel trium testium stet omne verbum.

Deu.19.d. 15.heb.10 c.28. 2.Thess.3. d.14.1.tim. 5.c.19. Io.20.f.23 17 *Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ: si autem ecclesiam nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

18 *Amẽ dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.

19 Iterũ dico vobis, quia si duo ex vobis cõsenserint super terram: de omni re quancunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cælis est.

20 Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

21 Tunc accedens Petrus ad eum, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? *vsque septies?

Luc.17.c 22 Dixit illi Iesus, Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies.

23 Ideo assimilatum est regnũ cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.

24 Et cum cœpisset rationem ponere oblatus est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta.

25 Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius vænundari, & vxorem eius & filios & omnia quæ habebat, & reddi.

26 Procidẽs autem seruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

D 27 Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.

28 Egressus autem seruus ille, inuenit vnũ de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens, Redde quod debes.

29 Et procidens conseruus eius rogabat eũ, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

30 Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem donec redderet debitum.

31 Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant.

32 Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me:

Nónne

33 Nónne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

34 Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet ei vniuersum debitum.

35 Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

CAP. XIX.

Vxor non dimittenda, mandata Dei obseruanda, & diuitiæ spernendæ.

Marc.10. a.1. 1 *ET factum est cum consummasset Iesus sermones hos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem:

2 Et secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.

3 Accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa?

Genes.2. d.24.pheb. 13.31. 1.cor.6. c.16. 4 Qui respondens, ait eis, *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos?

Genes.2. 5 Et dixit, *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & *erunt duo in carne vna.

6 Itaque iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Deut.24. c.1. 7 Dicunt illi, *Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudii, & dimittere?

B 8 Ait illis, Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non sic fuit.

Supra 5. c.32. Luc. 16.d.18. Marc.10.d. 4.c.11.vt. 7. Rom. 9 *Dico autem vobis quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur.

10 Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.

11 Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

12 Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnũ cælorum. Qui potest capere capiat.

Marc.10.b. 13. Luc. 18. c.16. supra 14.c.3. 13 *Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos.

C 14 Iesus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum cælorum.

15 Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.

Marc.10.b. 17. Luc.18. d.18. 16 *Et ecce vnus accedens, ait illi, Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?

17 Qui dixit, Quid me interrogas de bono: vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Exod. 20. 18 Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit, * Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices,

19 Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

20 Dicit illi adolescens, Omnia hæc custodiui à iuuẽtute mea: quid adhuc mihi deest?

21 Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

22 Cum audisset autem adolescens verbum abiit tristis: erat enim habens multas possessiones.

23 Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis quia diues difficile intrabit in regnum cælorum.

24 Et iterum dico vobis, Facilius est camelũ per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.

D 25 Audientes autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit saluus esse?

26 Aspiciens autem Iesus, dixit illis, Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.

Marc.10 d.28. Luc. 18.c.28. 27 *Tunc respondẽs Petrus, dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis.

28 Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

29 Et omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

30 Multi autem erunt primi nouissimi: & nouissimi, primi.

CAP. XX.

Operariorum æquale præmium: matrisque filiorum Zebedæi petitio.

1 SImile est regnum cælorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

2 Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

3 Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis,

4 Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit, dabo vobis.

5 Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam: & fecit similiter.

6 Circa vndecimã verò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis, Quid hic statis tota die otiosi?

7 Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam meam.

8 Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos.

9 Cum venissent ergo qui circa vndecimam horã venerãt, acceperunt singulos denarios.

10 Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios.

Eiii,

Universidad de Deusto Biblioteca

32 Et accipientes murmurabant aduersus pátrem familiæ, dicentes,
32 Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus.
33 At ille respondens, vni eorum dixit, Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum?
34 Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi.
An 15 An non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequa est, quia ego bonus sum?
Supra 19. 16 *Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci verò electi.
Marc. 13. 5. 17 C *Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis.
Marc. 10. c.
32 Luc. 18. 18 Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte,
19 Et tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.
Mar. 10. c. 20 *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo.
21 Qui dixit ei, Quid vis, Ait illi; Dic vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.
22 Respondens autem Iesus, dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, Possumus.
23 Ait illis, Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis: sed quibus parátum est à Patre meo.
Mar. 10. 5. 24 *Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.
D 25 Iesus autem vocauit eos ad se, & ait, Scitis quia * principes Gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt potestatè exercent in eos.
Luc. 22. c. Isa. 60.
26 Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister:
27 Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.
Philip. 2. c. 7. 28 *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.
Mar. 10. 5. 46. Luc. 18. 35. 29 *Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa.
30 Et ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus transiret: & clamauerunt dicentes, Domine miserere nostri, fili Dauid.
31 Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant dicentes, Domine, miserere nostri, fili Dauid.
32 Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis?
33 Dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi nostri.
34 Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum: & confestim viderunt, & secuti sunt eum.

CAP. XXI.

Christus asinâ insidens ingreditur Ierusalem, eiis de templo ementes & vendentes.

1 ET cùm appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad Montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis. Mar. 11. d. 1. Luc. 19. c. 29.
2 Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite, & adducite mihi.
3 Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus h[abet] opus habet: & confestim dimittet eos.
4 Hoc autem factum est vt impleretur quod dictum est per prop[hetam] dicentem,
5 *Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Esa. 62. d. Zach. 9. b. Ioan. 12. b. 15.
6 Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. &
7 Et adduxerunt asinam & pullum: & posuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.
8 Plurima autem turba straurerunt vestimenta sua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.
9 Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant, dicentes, Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini Hosanna in altissimis.
10 *Et cùm intrasset Ierosolymam commota est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? Mar. 11. d. 11.
11 Populi autem dicebant, Hic est Iesus propheta, à Nazareth Galilææ.
12 *Et intrauit Iesus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum: & cathedras vendentium columbas euertit, & dixit eis. Luc. 19. c. 45. Ioan. 2. c. 14. Deut. 14. 24. Esa. 25. c.
B
13 Scriptum est, *Domus mea domus orationis vocabitur. *vos autem fecistis illam, speluncam latronum. Esa. 56. c. Ier. 7. Ier. 7. bis.
14 Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo: & sanauit eos.
15 Videntes autem principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei,
16 Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis, Vtique. Nunquam legistis, *Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Psal. 8. c. 3.
17 Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit.
18 Mane autem reuertens in Ciuitatem esurijt.
19 *Et videns fici arborem vnam secus viã, venit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi, Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et aresacta est continuò ficulnea. Mar. 11. b. 13.
20 Et videntes discipuli mirati sunt, dicentes, Quomodo continuò aruit?
21 Respondens autem Iesus, ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitauerit is, non solùm de ficulneâ facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare fiet. Supr. 17. 19. Mar. 11. c. 24. Ioan. 14. 12.
22 *Et omnia quæcunque petieritis in oratione

tione credentes, accipietis.
Mar. 11. d. 27. Luc. 20. a. 23 *Et cùm venisset in templum, accesserũt ad eum docentem principes Sacerdotum & Seniores populi, dicentes, In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem?
C 24 Respondens Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio.
25 Baptismus Ioannis vnde erat: è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes, Si dixerimus, de cælo, dicet nobis, Quare non credidistis illi?
26 Si autem dixerimus, ex hominibus: timemus turbam: omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam.
Supr. 14. a. 5. habent
27 Et respondentes Iesu, dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipse, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.
28 Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primum, dixit, Fili, vade hodie operari in vinea mea.
operare in peran.
29 Ille autem respondens ait, Nolo.
30 Postea autem pœnitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait, Eo domine: & non iuit.
31 Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis quia publicani & meretrices præcedent vos in regnũ Dei.
præcedunt vos in regnũ
32 Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ: & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.
Mat. 12. c. 8. Luc. 20. b. 8. esa. 5. a. 2. Ierem. 2. & 31.
D 33 Aliam parabolam audite. *Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est.
34 Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.
35 Et agricolæ apprehensis seruis eius, aliũ ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt.
36 Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter.
37 Nouissimè autem misit ad eos Filium suũ, dicens, Verebuntur fortè filium meũ.
38 Agricolæ autem videntes filium, dixerũt intra se, *Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Isa. 26. 8. 30. Ioan. 11. 8. 53. Mar. 12. b. 7.
39 Et apprehensum eum ciecerunt extra vineam & occiderunt.
40 Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid facier agricolis illis?
41 Aiunt illi, Malos malè perdet: & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.
Psal. 117. 22. Act. 4. 11. 1. Pet. 2. 7. 42 Dicit illis Iesus, Nunquam legistis in scripturis, *Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?
43 Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Genti faciẽti fructus eius.
44 Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.
45 Et cùm audissent principes Sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret.
46 Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniã sicut prophetã eum habebant.

CAP. XXII.

Parabola nuptiarum, census dandus Cæsari, & resurrectio probatur mortuorum.

1 *ET respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis, dicens, Luc. 14. d. 16. aperuit. 19. c. 7.
2 Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.
3 Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire.
4 Iterum misit alios seruos dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum parauí, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias.
5 Illi autem neglexerunt, & abierũt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam:
6 Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.
7 Rex autem cùm audisset, iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.
8 Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni.
9 Ite ergo ad exitus viarum: & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.
10 Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discũbentium.
11 Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: & ait illi.
12 Amice, quomodo huc intrasti non habẽs vestem nuptialem? At ille obmutuit.
13 *Tunc dixit rex ministris, ligatis manibus & pedibus eius mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Supr. 8. 12. infra 24. 51. 25. 30.
14 Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.
15 *Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt vt caperent eum in sermone. Mar. 12. b. 13. Luc. 20. d. 20.
16 Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum:
17 Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cẽsum dare Cæsari, an non?
18 Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait, Quid me tentatis hypocritæ?
19 Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.
20 Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc, & superscriptio?
21 Dicunt ei, Cæsaris. Tũc ait illis, *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Rom. 13. b. 7.

Dei, Deo.
22 Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.
C 23 In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, *qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogauerunt eum dicentes,
24 Magister, * dixit, Siquis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo.
25 Erant autem apud nos septem fratres: & primus vxore ducta defunctus est: & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo.
26 Similiter secundus & tertius vsque ad septimum.
27 Nouissimè autem omnium & mulier defuncta est.
28 In resurrectione ergo, cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerunt eam.
29 Respondens autem Iesus ait illis, Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.
30 In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed "erunt sicut Angeli Dei in cælo.
31 De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis,
D 32 *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium.
33 Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.
34 *Pharisæi autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum.
35 *Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum.
36 Magister, quod est mandatum magnum in Lege?
37 Ait illi Iesus, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.
38 Hoc est maximum & primum mandatum.
39 Secundum autem simile est huic, *Diliges proximum tuum sicut teipsum.
40 In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.
41 *Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens,
42 Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid
43 Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dominum, dicens,
44 *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
45 Si ergo Dauid vocat eum Dominum: quo modo filius eius est?
46 Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Marc.12. 28. Luc. 20. 27. Act. 23. b. 6. Deut. 25. b. 5.
Il sunt

Exod. 3. b. 6.
Marc. 12. 6. 28.
Luc. 10. 6. 25.
Deut. 6. a. 5.
Levit. 19. d. 18. 22. c. 31.
Marc. 12. d. 35. Luc. 20 g. 41.
Psal. 09. g. 1.

CAP. XXIII.

Pharisæorum hypocrisis execratur.

1 TVnc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens,
2 Super cathedram Moysi *sederunt Scribæ & Pharisæi.
3 Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.
4 *Alligant "autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.
5 Omnia verò opera sua faciunt vt videantur ab hominibus, dilatant enim * phylacteria sua, & magnificant fimbrias.
6 *Amant autem recubitus in cœnis & primas cathedras . . . nagogis,
7 Et salutationes in foro, . . . ab hominibus Rabbi.
8 Vos autem nolite vocari Rabb. . . . est enim magister vester: omnes autem vos fratres estis
9 Et *patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester qui in cælis est.
10 Nec vocemini magistri, quia magister vester, vnus est, Christus.
11 Qui maior est vestrũm, erit minister vester.
12 *Qui autem se exaltauerit humiliabitur: & qui se humiliauerit exaltabitur.
13 Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia claditis regnum cælorum ante homines. vos enim non intratis: nec intrantes finitis intrare.
14 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: *"qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc, amplius accipietis iudicium.
15 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, "quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.
16 Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, "debitor est.
17 Stulti & cæci: quid enim maius est, aurũ, an templum, quod sanctificat aurum?
18 Et quicunq; iurauerit in altari, nihil est: quicunque autẽ iurauerit in dono quod est super illud, debet.
19 Cæci: quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum?
20 Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt:
21 *Et quicunq; iurauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso:
22 Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei & in eo qui sedet super eum.
23 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, *"qui decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ graviora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.
24 Duces cæci: excolantes culicem, camelum autem glutientes.
25 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, "qui mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia.

Phari

Luc. 11. f. 46.
Mala. 1. b. 6.
Marc. 12. d. 38. Luc. 11. f. 43. & 20. d. 46.
Luc. 14. c. 11. 18. b. 14.
Marc. 12. d. 40. Luc. 20. f. 48
quia
C
debet
2. Paral. 6. a. 20.
3. Reg. 8. b. 13.
Lu. 11. f. 42
quia
plena sunt

26 Pharisæe cæce, mundã prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id quod deforis est mundum.
27 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.
28 Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.
29 Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, "quia ædificatis . . . hra prophetarum, & ornatis mo . . . iustorum, & dicitis,
D 30 Si . . . in diebus patrum nostrorum . . . mus socii eorum in sanguine prophetarum.
31 Itaque testimonio estis vobismetipsis quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt.
32 Et vos implete mensuram patrum vestrorum,
33 Serpentes & genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?
34 Ideo dico vobis, Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem:
35 Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, *a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, "quem occidistis inter templum & altare.
36 Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.
37 *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos "quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti?
38 Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.
39 Dico enim vobis, Non me videbitis ámodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Gen 4. b. 8
heb. 11. a. 4.
2. Par. 24. f. 22.
Luc. 13. f. 34.
4. Esd. 1. c. 30
Marc. 12. d. 40. Luc. 20. f. 48

CAP. XXIIII.

Mundi consummationem multa mala præcurrent.

Marc. 13. a. 1. Lu. 21. c. 5.
Lu. 19. f. 44.
Eph. 5. b. 6. col. 2. d. 18.

1 *ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi.
2 Ipse autem respondens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, *non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.
3 Sedente autem eo super Montem-olivarum, accesserunt ad eum discipuli secretò dicentes, Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui & consummationis sæculi?
4 Et respondens Iesus dixit eis, *Videte ne quis vos seducat.
5 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducent.
6 Audituri enim estis prælia & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis.
7 Consurget enim gens in gentem, & regnũ in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.
8 Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.
9 *Tunc tradent . . . tribulationem, & occident . . . eritis odio omnibus gentibus . . . nomen meum.
10 . . . tunc scandalizabuntur multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.
11 Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos
12 Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.
13 Qui autem perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit.
14 Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio.
15 *Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele prophetа, stantem in loco sancto, (qui legit intelligat)
16 Tunc qui in Iudæa sunt, fugient ad montes:
17 Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua:
18 Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.
19 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.
20 Orate autem vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbatho.
21 Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet.
22 Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.
23 *Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illhic, nolite credere.
24 *Surgẽt enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.
25 Ecce prædixi vobis.
26 Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. ecce in penetralibus: nolite credere.
27 Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus Filii hominis.
28 Vbicunque fuerit corpus, illhuc congregabuntur & aquilæ.
29 Statim autem post tribulationem dierũ illorum *sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur:
30 Et tunc parebit signum Filii hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & *videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate.
31 Et mittet angelos suos *cum tuba & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum.

Marc. 13. c. 1. Luc. 21. b. 5. C
Luc. 21. c. 20. 16.
Isa. 19. c. 2. 10. a. 20. 19. a. 4.
Marc. 13. c. 9. Luc. 21. b. 12.
Marc. 13. c. 14.
Dan. 9. 21. d. 20.
Apoc. 1. b. 7. 1. Cor. 15. g. 52.

32 Ab arbore autem fici discite parabolam. cùm iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas.
33 Ita & vos cùm videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis.
34 Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc [illegible] fiant.
35 *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.
36 De die autē illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi solus Pater.
37 *Sicut autem in diebus Noe: ita erit & aduentus Filii hominis.
38 Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubētes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam,
39 Et non cognouerūt donec venit diluuiū, & tulit omnes: ita erit & aduentus Filii hominis.
40 Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur.
41 Duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. duo in lecto: vnus assumetur, & vnus relinquetur.
42 *Vigilate ergo: quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.
43 *Illud autem scitote quoniam si sciret pater familiās qua hora fur vēturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.
44 Ideo & vos estote parati: quia nescitis qua hora Filius hominis venturus est.
45 *Quis putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore?
46 Beatus ille seruus quem, cùm venerit dominus eius, inuenerit sic facientem.
47 Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet eum.
48 Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire:
49 Et cœperit percutere cōseruos suos, māducet autem & bibat cum ebriosis.
50 Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat,
51 Et diuidet eum, partemque eius ponet cùm hypocritis. *illic erit fletus & stridor dentium.

CAP. XXV.

Seueritas futuri iudicii per parabolas indicatur.

1 TVnc simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ.
2 Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.
3 Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum:
4 Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.
5 Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt.
6 Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.
7 Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.
8 Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro quia lampades nostræ extinguuntur.
9 Respondērunt prudentes dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.
10 Dum autem irent emere, venit Sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.
11 Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines dicentes, Domine, Domine, aperi nobis.
12 At ille respondens, [illegible] dico vobis, Nescio vos.
13 *Vigilate itaque, quia nescitis neque diem neque horam.
14 *Sicut enim homo proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.
15 Et vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vnum: vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim.
16 Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque.
17 Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo.
18 Qui autem vnum acceperat, abiens, fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.
19 Post multùm verò temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis.
20 Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens, Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum.
21 Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.
22 Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum.
23 Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.
24 Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait, Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti:
25 Et timens abii, & abscondi talentum tuū in terra: ecce habes quod tuum est.
26 Respondens autem dominus eius, dixit ei, Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi:
27 Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura.
28 Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.
29 *Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.
30 Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.

Sūm

31 Cùm autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tūc sedebit super sedem maiestatis suæ:
32 Et congregabuntur ante eum omnes gētes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis:
33 Et statuet ouesquidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris.
34 Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.
35 *Esurīui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & [illegible]mi bibere: hospes eram, & col[illegible]me,
36 N[illegible], & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.
37 Tunc respondebunt ei iusti, Dicentes, Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus: sitientem, & dedimus tibi potum?
38 Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te?
39 Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere: & venimus ad te?
40 Et respondens rex, dicit illis, Amen dico vobis, quandiū fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.
41 Tum dicet & his qui à sinistris erunt, *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius:
42 Esurīui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum:
43 Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me.
44 Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientē, aut sitientem, aut hospitem, aut nudū, aut infirmum, aut in carcere: & non ministrauimus tibi?
45 Tunc respondebit illis, dicens, Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis.
46 *Et ibūt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

CAP. XXVI.

Cœnas Iesus cum discipulis, traditur à Iuda, capitur à Iudæis.

1 ET factum est: cùm consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis,
2 *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur.
3 *Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas:
4 Et concilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.
5 Dicebant autem, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.
6 *Cùm autem Iesus esset in Bethania in domo Simōnis leprosi,
7 Accessit ad eum mulier habens alabastrū vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.
8 Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes,
9 Vt quid perditio hæc? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus.
10 Sciens autem Iesus, ait illis, Quid molesti estis huic mulieri? opus bonum operata est enim in me.
11 Nam semper [illegible] habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.
12 Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me, fecit.
13 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.
14 *Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariōtes, ad principes sacerdotum: & ait illis,
15 Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.
16 Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.
17 *Prima autem die Azymorū accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?
18 At Iesus dixit, Ite in ciuitatem ad quēdā: & dicite ei, Magister dicit, Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.
19 Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus: & parauerunt Pascha.
20 *Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis.
21 Et edentibus illis dixit, Amen dico vobis quia vnus vestrum me traditurus est.
22 Et contristati valdè, cœperunt singuli dicere, Nunquid ego sum Domine?
23 At ipse respondens, ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.
24 Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi per quem Filius hominis traditur. bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.
25 Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi, Tu dixisti.
26 *Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit: deditque discipulis suis, & ait, Accipite & comedite: hoc est corpus meum.
27 Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes.
28 Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum.
29 Dico autē vobis, nō bibam à modo de hoc genimine vitis vsque in diē illū cū illud bibā vobiscū nouū, in regno Patris mei.
30 Et hymno dicto: exierunt in Montē Oliueti.
31 Tunc dicit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim, *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.
32 Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

33 Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor:
34 Ait illi Iesus, *Amen dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.
35 Ait illi Petr[illegible]si oportuerit me mori tecum, non te negab[illegible]ter & omnes discipuli dixerunt.
36 *Tũc venit Iesus cum illis in villa[illegible] dicitur Geth-semani: & dixit discipulis suis, Sedete hic, donec vadam illhuc & orem.
37 Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari, & mœstus esse.
38 Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate mecum.
39 Et progressus pusillum, prócidit in faciẽ suam orans, & dicens, Pater mi, si possibile est transeat à me calix iste, veruntamen nõ sicut ego vôlo, sed sicut tu.
40 Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro, Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?
41 Vigitate, & orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.
42 Iterum secundo abiit: & orauit, dicẽs, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua.
43 Et venit iterum, & inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati.
44 Et relictis illis, iterũ abiit: & orauit tertio, eundem sermonem dicens.
45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.
46 Surgite, eamus, ecce appropinquabit qui me tradet.
47 *Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim vẽit, & cum eo turba multa cũ gladiis & fustibus, missi à principibus sacerdotum & senioribus populi.
48 Qui autem tradidit eum, dedit illis signũ dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum.
49 Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Ave rabbi. Et osculatus est eum.
50 Dixitq; illi Iesus, Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.
51 Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum: & percutiens seruum principis sacerdotũ, amputauit auriculam eius.
52 Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.
53 An putas quia non possum rogare Patrẽ meum: & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum?
54 Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?
55 In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo: & non me tenuistis.
56 Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur Scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.
57 *At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphan principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant.
58 Petrus autem sequebatur eum ælonge, vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt videret finem.
59 *Princeps autẽ s[illegible]um, & omne cõcilium quærebant falsu[illegible]nium cõtra Iesum, vt eum morti tra
60 Et nõ inuenerunt, cum multi[illegible]testes accessissent.
61 Nouissimè autem venerunt duo falsi testes: & dixerunt, Hic dixit, *Possum destruere templum Dei, & post triduũ reædificare illud.
62 Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur?
63 Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei.
64 Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Verũtamen dico vobis, ámodo videbitis *Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.
65 Tunc princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam.
66 Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis.
67 *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem eius dederunt,
68 Dicentes, Prophetiza nobis quis est qui te percussit?
69 *Petrus vero sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna ancilla dicens, Et tu cum Iesu Galilæo eras.
70 At ille negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicis.
71 Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: & ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno.
72 Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem.
73 Et post pusillum accesserunt qui stabant: & dixerunt Petro, Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.
74 Tunc cœpit deuotari & iurare quia non nouisset hominem. Et continuò gallus cantauit.
75 Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat, Priùs quàm Gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flenit amarè.

CAP. XXVII.

Pilato vinctus Christus traditur. Iudas suspendit seipsum. Condemnatus Christus crucigitur, & sepelitur.

Mane

1 MAne autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.
2 Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.
3 (Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens,
4 Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.
5 Et proiectis [illegible]is in templo, recessit: & abi[illegible]o se suspendit.
6 Pri[illegible] autem sacerdotum acceptis argen[illegible] dixerunt, Non licet eos mittere in [illegible]onam: quia pretium sanguinis est.
7 Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.
8 Propter hoc vocatus est ager ille, *Haceldama, Hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.
9 Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem, *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati quem appretiauerant à filiis Israel:
10 Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.)
11 Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, dicens, Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus, Tu dicis.
12 *Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit.
13 Tunc dicit illi Pilatus, non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?
14 Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehementer.
15 Per diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum quem *voluissent.
16 Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.
17 Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis? Barabbã, an Iesum qui dicitur Christus?
18 Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.
19 Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.
20 *Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populo vt peterent Barabbam: Iesum vero perderent.
21 Respondens autem præses, ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam.
22 Dixit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur.
23 Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicẽtes, Crucifigatur.
24 Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis.
25 Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros.
26 Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur.
27 *Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætori[illegible] congregauerunt ad eum vniue[illegible]ortem.
28 E[illegible]tes eum, chlamydem coccineam [illegible]ndederunt ei:
29 Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum.
30 Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.
31 Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem: & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent.
32 *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simõnem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius.
33 *Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus.
34 Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cùm gustasset, noluit bibere.
35 Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt implerẽtur *quod dictum est per prophetam dicentem, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.
36 Et sedentes seruabant eum.
37 Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam, HIC EST IESVS REX IVDAEORVM.
38 Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris.
39 Prætereuntes autem blasphemabant eum: mouentes capita sua, & dicentes,
40 Vah *qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce.
41 Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant,
42 Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.
43 *Confidit in Deo: liberet nunc eum si vult: dixit enim, Quia Filius Dei sum.
44 Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.
45 A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam.
46 Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens, Eli, eli, lamma sabacthani? hoc est, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?
47 Quidam autem illhic stantes & audientes dicebant, Eliam vocat iste.
48 Et continuò curreus vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto: & imposuit arundini, & dabat ei bibere.
49 Cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.
50 Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit Spiritum.

Par.3. 51 Et ecce *velum templi scissum est in duas
f.14. partes,a summo vsque deorsum,& terra mo-
ta est,& petræ scissæ sunt,
52 Et monumẽta aperta sunt : & multa cor-
pora sanctorum, qui dormierant, surrexe-
runt.
53 Et exeuntes [illegible]tis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis.
54 Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu, & quæ fiebant, timuerunt valde,dicentes, Vere filius Dei erat iste.
55 Erant autem ibi mulieres multæ à longe quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei:
56 Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.
57 *Cùm autem sero factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph,qui & ipse discipulus erat Iesu.
58 Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.
59 Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda:
60 Et posuit illud in monumẽto suo nouo, quod excíderat in petra.
61 Et adoluit saxum magnum ad ostium monumenti,& abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene,& altera Maria,sedentes contra sepulchrum.
62 Altera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum,dicentes,
63 Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam.
64 Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium : ne forte veniant discipuli eius,& furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis : & erit nouissimus error peior priore.
65 Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, custodite,sicut scitis.
66 Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum,signantes lapidem, cum custodibus.

Mat. 15.d. 42,Luc.23. 3.50,Ioan. 19.38.

CAP. XXVIII.

Angelus nuntiat Christi resurrectionem.

Marci 16. a.1. 1 *VEspere autem sabbathi, quæ lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene,& altera Maria videre sepulchrum.
Ioan.20. c.11. 2 Et ecce : terræmotus factus est magnus. *Angelus enim Domini descendit de cælo:
& accedens,reuoluit lapidem,& sedebat super eum.
3 Erat autem aspectus eus sicut fulgur : & *vestimenta eius,sicut nix.
4 Præ timore autem eius exterriti sunt custodes,& facti sunt velut mortui.
5 Respondens autem Angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos:scio enim quod Iesum,qui crucifixus est quæritis.
6 Non est hic,surrexit enim sicut dixit, venite, & videte locum vbi positus erat Dominus.
7 Et cito euntes, dicite discipulis eius quia surrexit:& ecce *præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis.ecce prædixi vobis.
8 Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno,currentes nunciare discipulis eius.
9 Et ecce Iesus occurrit illis,dicens,Auete. Illæ autem accesserunt,& tenuerunt pedes eius,& adorauerunt eum.
10 Tunc ait illis Iesus, Nolite timere. Ite, nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam,ibi me videbunt.
11 Quæ cùm abiissent,ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant.
12 Et congregati cum senioribus, consilio accepto,pecuniam copiosam dederunt militibus,dicentes,
13 Dicite, Quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus.
14 Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei,& secures vos faciemus.
15 At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti.Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos,vsque in hodiernum diem.
16 Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus.
17 Et videntes eum adorauerunt : quidam autem dubitauerunt.
18 Et accedens Iesus locutus est eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.
19 *Euntes ergo docete omnes gentes : baptizantes eos in nomine Patris,& Filii, & Spiritus sancti,
20 Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

Marc.16.

Hieronymus in cathalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

Marcus discipulus & interpres Petri,iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus breue scripsit Euangelium. Quod cùm Petrus audisset, probauit, & Ecclesiæ legendum sua authoritate edidit,sicut Clemens in sexto ipotiposeon libro scribit. Et Papias Ierosolymitanus episcopus meminit huius Marci : & Petrus in epistola prima,sub nomine Babylonis,figuraliter Romam significans. Salutat vos quæ in Babylone coelecta, & Marcus filius meus. Assumpto itaque Euangelio quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum:& primus Alexandriæ Christum annuntians, constituit Ecclesiam, tanta doctrina & vitæ

continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit, & quomodo Lucas narret Ierosolymæ credentes omnia habuisse communia: sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat,memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ:succedente sibi Aniano.

SANCTVM IESV CHRISTI Euangelium secundum Marcum.

CAP. I.

Baptizatur Iesus, tentatur in deserto, vocat discipulos, & curat dæmoniacos, atque infirmos.

INITIVM Euangelii Iesu Christi Filii Dei, sicut scriptum est in Esaia propheta, ("Ecce" mitto Angelum meum ante faciẽ tuam, qui præparabit viam tuam ante te,)
Mal.3.a.1. *ego
Esa.40.a.3. Ioan.1.c. 23, Luc.3. a.4. 3 *Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini,rectas facite semitas eius:
4 Fuit Ioannes in deserto baptizãs, & prædicans baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum.
Mat.3.d.5 5 *Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio,& Ierosolymitæ vniuersi:& baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua.
*camelli. Leuit.11.c. 22. 6 Et erat Ioannes vestitus pilis *camelorũ, & zona pellicea circa lumbos eius : *& locustas & mel syluestre edebat.
Matth.3.c. 11,Luc.3.d. 16,Ioan.1. d.27. 7 *Et prædicabat,dicẽs, Venit fortior me post me cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius.
*Venit Præsẽte. 8 *Ego baptizaui vos aqua:ille vero baptizabit vos Spiritu sancto.
9 *Et factum est in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galilææ:& baptizat* est à Ioãne in Iordane.
Act.1.a.5, 2.d.4,11.b. 16. 10 Et statim ascendens de aqua, vidit cælos apertos,& Spiritum sanctum tanquam columbam descẽdentem & manentẽ in ipso.
Matt.3.d. 13,Luc.3.d. 22. 11 Et vox facta est de cælis, Tu es Filius meus dilectus,in te complacui.
Matt.4.a.1, 2,Luc.4.a.1. 12 *Et statim Spiritus expulit eũ in desertũ.
13 Et erat in deserto quadraginta diebus,& quadraginta noctibus : tentabatur à Satana,erátque cum bestiis:& angeli ministrabant illi.
Matt.4.b. 12,Luc.4.c. 14,Ioan.4. f.43. *appropiquauit, vel appropinquat. 14 *Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam,prædicans Euangelium regni Dei,& dicens,
15 Quoniam impletum est tẽpus, & *appropinquabit regnum Dei pœnitemini, & credite Euangelio.
Matt.4.a. 18,Luc.5.a. 2. 16 *Et prætereins secus Mare Galilææ, vidit Simonẽ & Andreã fratrem eius,mittentes retia in mare(erant enim piscatores.)
17 Et dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.
18 Et protinus relictis retibus,secuti sũt eũ.
19 Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui.
20 Et statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, secuti sunt eum.
Matt. 4.d. 13, Luc.4. c.31. 21 *Et ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbathis ingressus in synagogam, docebat eos.
Matt.7.d. 28. Luc.4. c.32. 22 *Et stupebant super doctrina eius:erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ.
C 23 Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo:& exclamauit,dicens,
24 Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos? scio quòd sis Sanctus Dei. *qui fuit
25 Et comminatus est ei Iesus,dicens, Obmutesce,& exi de homine.
26 Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna,exiit ab eo.
27 Et mirati sunt omnes : ita vt conquirerent inter se, dicentes, Quidnam est hoc? Quenam doctrina hæc noua,quia in potestate spiritus immundis imperat,& obediunt ei? *etiã(vel &, pro etiam.
28 Et processit rumor eius statim in omnem Regionem Galilææ.
Matt. 6.b. 14, Luc.4. f.38. 29 *Et protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne.
30 *Recubebat autem socrus Simonis febricitans:& statim dicunt ei de illa. *Decumbebat.
31 Et accedens eleuauit eam apprehẽsa manu eius: & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis,
32 Vespere autem facto, cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes & dæmonia habentes:
33 Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam:
34 Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus : & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniã sciebãt eũ.
35 Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locumibique orabat.
D 36 Et prosecutus est eum Simon,& qui cum illo erant.
37 Et cum inuenissent eum,dixerũt ei, Quia omnes quærunt te.
38 Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni.
39 Et erat prædicans in synagogis eorum, & in omni Galilæa:& dæmonia eiiciens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.8.d. 3. luc.5.c. 40 *Et venit ad eum leprosus deprecans eum:& genu flexo dicit ei, Si vis, potes me mundare.

41 Iesus autem misertus eius, extendit manum suam: & tangens eum, ait illi, Volo, Mundare.

42 Et cum dixit [illegible] discessit ab eo lepra,& mundatus est.

43 Et comminatus est ei, statim[illegible]cit illum & dicit ei,

44 Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua *quæ præcepit Moyses, in testimonium illis.

Leu.14.d. 3. a Ei ille 45 "Et egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem: ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset, & conuenichant ad eum vndique.

CAP. II.

Sanat Iesus paralyticum, vocat Matthæum, & excusat discipulos sabbatho euellentes spicas.

1 ET iterum intrauit Capharnaum post dies octo,& audirum est quod in domo esset.

a cõfestim 2 Et "conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam: & loquebatur eis verbum.

Mat.9.a. 2. luc. 5. d.18. 3 *Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

4 Et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat:& patefacientes submiserunt grabbatum in quo paralyticus iacebat.

5 Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

6 Erant autem illhic quidam de Scribis sedentes:& cogitantes in cordibus suis,

Psa 31.a. 4. esa.43. d.25. 7 Quid hic sic loquitur? blasphemat. *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus.

8 Quo statim cognito Iesus Spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis; Quid ista cogitatis in cordibus vestris?

B 9 Quid est facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge, tolle grabbatum tuum,& ambula?

10 Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata(ait paralytico:)

11 Tibi dico surge, tolle grabbatum tuum,& vade in domum tuam.

12 Et statim surrexit ille:& sublato grabbato abiit inde coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes, Quia nunquam sic vidimus.

13 Et egressus est rursus ad mare:omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos.

Mat.9.d. 9. luc.5.f. 27. b Leuin 14 *Et cum præteriret, vidit *Leui Alphæi sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et surgens secutus est eum.

15 Et factum est, cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.

c & 16 Erant enim multi qui" sequebantur eum. Et Scribæ &Pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, "dixerunt discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester?

d dicebat 17 Hoc audito Iesus ait illis, Non necesse habent sani medico: sed qui male habent: non enim veni vocare iustos, *sed peccatores.

C 1.Tim.1.c. 15. mat.9. b.13. 18 Et erant discipuli Iohannis & Pharisæorum ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi. *Quare discipuli Iohanis & Pharisæorum ieiunant: tui autem discipuli non ieiunant?

Luc.5.f.34 19 Et ait illis Iesus, Nu[illegible]possunt filii nuptiarum quandiu Sponsus[illegible]illis est, ieiunare? Quanto tempore habe[illegible]cum Sponsum,non possunt ieiunare.

20 Venient autem dies cum auferetur ab Sponsus:& tunc ieiunabunt in illis diebus.

21 Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin auferet supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit.

22 Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres:alioquin dirumpet vinum vtres,& vinum effundetur,& vtres peribunt,sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

D Mat.12.d. 1. luc.6. a. 23 *Et factum est iterum cum Dominus sabbathis ambularet per sata,& discipuli eius cœperunt progredi & vellere spicas.

24 Pharisæi autem dicebant ei, Ecce,quid faciunt discipuli tui sabbathis quod non licet?

1.Reg.21.b. 6.a. 25 Et ait illis, Nunquam legistis *quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit,& esurijt ipse,& qui cum eo erant?

26 Quomodo introiuit in domum Dei sub Abiatha principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit,quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, & dedit eis,& qui cum eo erant?

Leuit. 24. b.9. 27 Et dicebat eis, Sabbathum propter hominem factum est: & non homo propter sabbathum.

28 Itaque dominus est Filius hominis etiam sabbathi.

CAP. III.

Sanat Christus manum aridam,prædicat turbis, & discipulos instituit.

1* ET introiuit iterum in synagogam:& erat ibi homo habens manum aridam.

Mat.12.d. 9. luc.6. b.6. 2 Et obseruabant eum si sabbathis curaret, vt accusarent illum.

3 Et ait homini habenti manum aridam, Surge in medium.

4 Et dicit eis, Licet sabbathis benefacere, an malè:animam saluam facere, an perdere?At illi tacebant.

5 Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit homini; Extende manum tuam Et extendit.& restituta est manus illi.

6 Exeuntes autem Pharisæi,statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent.

7 Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare.& multa turba a Galilæa & Iudæa secuta est eum,

8 Et ab Ierosolymis & ab Idumæa & trans Iordanem,& qui circa Tyrum,& Sidônem, multitudo magna;audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

B 9 Et dixit Iesus discipulis suis *vt in naucula sibi deseruiret propter turbam, ne cõprimerent eum.

10 Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas.

11 Et spiritus immundi cùm illum videbãt, procidebant ei[illegible]abant, dicentes, Tu es filius Dei.

12 Et vehementer cõminabatur eis ne manifestum[illegible]illum.

13 Ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum.

14 Et fecit vt essent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare.

15 Et dedit illis potestatem curandi infirmitates,& eiiciẽdi dæmonia.

16 Et imposuit Simõni nomen Petrus.

17 Et Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrẽ Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitrui.

C 18 Et Andræam,& Philippum, & Bartholomæũ,& Matthæum,& Thomam, & Iacobũ Alphæi,& Thadæũ, & Simõnẽ Chananæũ.

19 Et Iudam Iscariotem, qui & tradidit illũ.

20 Et veniunt ad domum: & conuenit iterũ turba,ita vt non "posset neque panem manducare.

21 Et cum audissent sui,exierunt tenere eũ. dicebant enim, Quoniam in furorem versus est.

Matth.9. d.34.11.b. 24.luc.11. b.14. 22 *Et Scribæ qui ab Ierosolymis descenderant,dicebant,Quoniam Beelzebub habet & quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

23 Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis, Quomodo potest Satanas Satanam eiicere.

24 Et si regnum in se diuidatur,non potest regnum illud stare:

25 Et si domus super semetipsam dispertiatur,non potest domus illa stare:

26 Et si satanas cõsurrexerit in semetipsum, dispartitus est,& non poterit stare, sed finẽ habet.

D 27 Nemo potest vasa fortis ingressus in domum *diripere,nisi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet.

Matth.12. d.31.luc.12 b.10.1.Ioa. 5.d.16. 28 *Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blasphemiæ quibus blasphemauerint:

29 Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum,non habebit remissionem in æternum,sed reus erit æterni delicti.

30 Quoniam dicebãt, Spiritum immundum habet.

Matth.12. d.46, luc. 8.c.19. 31 *Et veniunt mater eius & fratres:& foris stantes miserunt ad eum vocantes eum.

32 Et sedebat circa eũ turba:& dicunt ei Ecce mater tua & fratres tui foris quærũt te.

33 Et respondens eis,ait,Quę est mater mea & fratres mei?

34 Et circũspiciens eos qui in circuitu eius

sedebant, ait, Ecce mater mea & fratres mei.

35 Qui enim fecerit voluntatem Dei: hic frater meus & soror mea & mater est.

CAP. IIII.

Parabolicè loquitur [illegible]grano sinapis,& eximit[illegible]

1* ET [illegible]cœpit docere ad mare:& cõgregata est ad eum turba multa ita vt [illegible]m ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat:

Matth. 13. d.1. 2 *Et docebat eos in parabolis multa,& dicebat illis in doctrina sua.

Luc.15.a.3 3 Audite:ecce exiit seminans ad seminandũ

4 Et dum seminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt illud.

5 Aliud verò cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam,& statim exortum est;quoniam non habebat altitudinem terræ:

6 Et quando exortus est Sol,exæstuauit: & eo quod non habebat radicem,exaruit.

7 Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud,& fructum nõ dedit.

8 Et alius cecidit in terram bonã: & dabat fructum ascendentem &crescentem,& afferebat vnum "trigesimũ, & vnum sexagesimum, & vnum centesimum.

a triginta, & vnum sexaginta & vnum centum.

9 Et dicebat, Qui habet aures audiendi,audiat.

b. c. 10 Et cum esset singularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam.

B 11 Et dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autẽ qui foris sunt in parabolis omnia fiunt.

Esa.6.c. 9. mat.13. b.14.luc.8 b.10.ioan. 12.f.40. act.28.f. 12 *Vt videntes videant,& non videant:& audientes audiant,& nõ intelligant:nequãdo cõuertantur &dimittantur eis peccata.

13 Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

26.tom.2 b.2. 14 Qui seminat,verbum seminat.

15 Hi autem sunt qui circa viam, vbi seminatur verbum,& cùm audierint, co[illegible]festim venit Satanas,& aufert verbum quod seminatum est in cordibus eorum.

16 Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur:qui cùm audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud:

17 Et non habent radicem in se, sed temporales sunt:deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur.

18 Et alii sunt qui in spinis seminantur: hi sunt qui verbum audiunt:

1.Tim.6. d.17. C 19 Et ærumnę seculi,& deceptio diuitiarũ, & circa reliqua concupiscentiæ introeũtes suffocant verbum,& sine fructu efficitur.

20 Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum & suscipiũt, & fructificant,vnum trigesimum,vnũ sexagesimum,& vnum centesimum.

Matth.5.b. 15.luc.8.b. 16.m.4.21. 21 Et dicebat illis,*Nunquid venit lucerna vt sub modio ponatur,aut sub lecto: nonne

vt super candelabrum ponatur?
22 *Non est enim aliquid absconditū, quod
nō manifestetur: nec factum est occultum,
"quod non veniat in palam.
23 Si quis habet aures audiendi, audiat.
24 Et dicebat illis: Videte quid audiatis. *In
qua mensura mensi fueritis, remetietur
vobis, & adijcietur vobis.
25 *Qui enim habet, dabitur ei: & qui non
habet, etiam quod habet auferetur ab eo.
26 Et dicebat, Sic est regnum Dei, quasi
admodum, si homo iaciat sementem in
terram.
27 Et dormiat, & exurgat nocte & die, &
semen germinet, & increscat dum nescit
ille.
28 Vltro enim terra frūctificat, primum her
bam, deinde spicam, deinde plenum frumē
tum in spica.
29 Et cum ex se produxerit fructus: statim
mittit falcem quoniam adest messis.
30 *Et dicebat, Cui assimilabimus regnum
Dei? aut cui parabolæ coparabimus illud?
31 Sicut granum Sinapis,
D 32 Quod cū seminatū fuerit in terra, minus
est omnibus seminibus quæ sunt in terra,
& cum "natum fuerit, ascendit in arborem
& fit maius omnibus oleribus, & facit ra
mos magnos, ita vt possint sub vmbra eius
aues cæli habitare.
33 Et talibus multis parabolis loquebatur
eis verbum, prout poterant audire:
34 Sine parabola autem nō loquebatur eis.
seorsum autem discipulis suis disserebat
omnia.
35 *Et ait illis in illa die, cùm serò esset fa
ctum, Transeamus contra.
36 Et dimittentes turbam assumunt eū ita
vt erat in naui: & aliæ naues erant cū illo.
37 Et facta est procella magna venti, & flu
ctus mittebat in nauim, ita vt impleretur
nauis.
38 Et erat ipse in puppi super cervical dor
miens: & excitant eum, & dicunt illi, Magi
ster, non ad te pertinet quia perimus?
39 Et exurgens comminatus est vento, & di
xit mari, Tace, obmutesce. Et cessauit ven
tus: & facta est tranquillitas magna.
40 Et ait illis, Quid timidi estis? necdum ha
beris fidem? Et timuerunt timore magno,
& dicebant ad alterutrum, Quis, putas, est
iste, quia "ventus & mare obediunt ei?

CAP. V.

Christus demoniacum & malitiem à profluuio sanguinis sanat, & puellam suscitat.

1 *ET venerunt trans fretum maris in Re
gionem Gerasenorum.
2 Et exeunti de naui, statim occurrit de
monumentis homo in spiritu immundo,
3 Qui domicilium habebat in monumentis.
& neque catenis iam quisquam poterat
eum ligare.
4 Quoniam sæpe cōpedibus & catenis vin
ctus dirupisset catenas, & compedes com
minuisset: & nemo poterat eum domare.
5 Et semper die ac nocte in monumentis
& in montibus erat, clamans & concidens
se lapidibus
6 Videns autem Iesum à longe, cucurrit,
& adorauit eum:
7 Et clamans voce magna, dixit, Quid mihi
& tibi Iesu fili Dei "altissimi? adiuro te per "summū
Deum ne me torqueas.
(Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde
ab homine isto.)
9 Et interrogabat eum, Quod tibi nomen
est? Et dicit ei, Legio mihi nomen est: quia
multi sumus.
10 Et "deprecabantur eum multum, ne se "deprecē
expelleret extra regionem. batur
11 Erat autem ibi circa montem grex por
corum magnus, pascens.
12 Et deprecabantur eum spiritus dicentes,
Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.
13 Et concessit eis statim Iesus. Et
euntes spiritus immundi, introierunt in
porcos: & magno impetu grex præcipi
tus est in mare, ad duo millia, & suffo
cati sunt in mari.
14 Qui autem pascebant eos, fugerunt, &
nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et
egressi sunt videre quid esset factum:
15 Et "venerunt ad Iesum, & vident illum "veniūt
qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestī
tum, & sanæ mentis: & timuerunt.
16 Et narrauerunt illis, qui viderant, quali
ter factum esset ei qui dæmonio habebat,
& de porcis.
17 Et rogare cœperūt eum vt discederet de
finibus eorum.
18 Cumque ascenderet nauim, cœpit illum
deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat:
vt esset cum illo:
19 Et non admisit eum, sed ait illi, Vade in
domum tuam ad tuos, & annuntia illis
quanta tibi Dominus fecerit, & misertus
sit tui.
20 Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli
quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mira
bantur.
21 Et cùm "ascēdisset Iesus in nauim rursum "transfē
trans fretum, conuēnit turba multa ad eū, disset Ie
& erat circa mare. sus in na
22 *Et venit quidam de archisynagógis no ui.
mine Iairus: & videns eum procidit ad pe
des eius,
23 Et deprecabatur eum multum, dicens, C
Quoniam filia mea in extremis est, Veni, "manus
impone "manum tuam super eam, vt salua
sit & viuat.
24 Et abiit cum illo, & sequebatur eum tur
ba multa, & comprimebant eum.
25 (Et mulier quæ erat in profluuio sangui
nis annis duodecim.
26 Et fuerat multa perpessa à compluribus
medicis, & erogauerat ōnia sua, nec quic
quam profecerat, sed magis deterius ha
bebat:
27 Cùm audisset de Iesu, vēnit in turba retrō, & tetigit vestimentum eius.
28 Dicebat enim, Quia si vel vestimentum
eius tetigero, salua ero.
29 Et confestim siccatus est fons sanguinis
eius: & sensit corpore quia sanata esset à
plaga.

30 Et statim Iesus in semetipso cognoscens
virtutem quæ exierat de illo, conuersus
ad turbam aiebat, Quis tetigit vestimenta
mea?
31 Et dicebāt ei discipuli sui, Vides turbam
comprimentē te, & dicis, Quis me tetigit?
32 Et circunspiciebat videre eam quæ hoc
fecerat.
33 Mulier verò timens & tremens, sciens
quod factum esset in se: venit & procidit
ante eum, & dixit ei omnem veritatem.
34 Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te fe
cit: vade in pace, & esto sana à pla
ga tua.)
D 35 Adhuc eo loquente veniunt nuntii "ad
archisynagogum, dicentes, Quia filia tua
mortua est: quid vltrà vexas Magistrum?
36 Iesus autem audito verbo quod diceba
tur, ait archisynagōgo, Noli timere: tan
tummodo crede.
37 Et non admisit quenquam se sequi, nisi
Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem
Iacobi.
38 Et veniunt in domum archisynagógi, & "vidit tumultum, & flentes, & eiulantes
multum.
39 Et ingressus ait illis, Quid turbamini &
ploratis? puella non est mortua, sed dor
mit.
40 Et irridebant eum. Ipse verò eiectis om
nibus assumit patrem & matrem puellæ,
& qui secū erant, & ingrediuntur vbi puel
la erat iacens.
41 Et tenens manum puellæ, ait illi, "Tabi "Talitha.
tha cumi, quod est interpretatum, Puella
(tibi dico) surge.
42 Et confestim surrexit puella: & ambula
bat, erat autem annorum duodecim. Et
obstupuerunt stupore magno.
43 Et præcepit illis vehementer vt nemo id
sciret: & "iussit dari illi manducare. "dixit.

CAP. VI.

Christus à suis contemptus: propter virtutes pio Ioanne decollato habetur.

ET egressus inde, "abiit in patriam suā: "&
& sequebantur eum discipuli sui.
2 Et facto sabbatho cœpit in synagoga do
cere. & multi audientes admirabantur in
doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc om
nia? & quæ est sapientia quæ data est illi?
& virtutes tales quæ per manus eius fīū
ciuntur?
3 Nonne hic est "faber filius Mariæ frater "fabri fi
Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? nōne lius &Ma
& sorores eius hic nobiscum sunt? Et scan ria
dalizabantur in illo.
4 Et dicebat illis Iesus, Quia non est pro
pheta sine honore, nisi in patria sua, & in
domo sua, & in cognatione sua.
5 Et non poterat ibi virtutem vllam face,
remisi paucos infirmos impositis manibus
curauit:
6 Et mirabatur propter incredulitatem eo
rum, & circuibat castella in circuitu, docēs.
7 *Et vocauit duodecim: & cœpit eos mit
tere binos, & dabat illis potestatem spiri
tuum immundorum.
8 *Et præcepit eis ne quid tolleret in via, "
nisi virgam tantùm non peram, non pane,
neque in zona æs.
9 Sed calceatos "sandaliis, & ne induerent "Act.12.d.
tur duabus tunicis. 8.
10 Et dicebat eis, Quocunque introieritis in
domum, illic ma[illegible]e exeatis in
de,
11 *Et q[illegible] non receperint vos, nec au
die[illegible] euntes inde excutite pulverem
pedum vestrīs in testimonium illis.
12 Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam
agerent:
13 Et dæmonia multa eliciebant, & *vnge
bant oleo multos ægros, & "sanabant.
14 *Et audiuit rex Herodes (manifestū enim
factum est nomen eius) & dicebat, Quia
Ioannes Baptista resurrexit à mortuis: &
propterea virtutes operantur in illo.
15 Alii autem dicebant, Quia Elias est. Alii C
verò dicebant, Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis.
16 Quo audito, Herodes ait, Quem ego de
collaui Ioannem, hic à mortuis resurre
xit.
17 *Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioan
nem, & vinxit eum in carcere propter He
rodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia
duxerat eam.
18 Dicebat enim Ioānes Herodi, *Non licet
tibi habere vxorem fratris tui,
19 Herodias autem insidiabatur illi: & vole
bat occidere eum, nec poterat.
20 Herodes "autem metuebat Ioannem, "enim
sciens eum virum iustum & sanctum: & cu
stodiebat eum, & audito eo multa faciebat
& libenter eum audiebat.
21 Et cum dies opportunus accidisset, Hero
des "natalis sui cœnam fecit principibus "in nata
& tribunis & primis Galilææ: litiis suis
22 Cumque introisset filia ipsius Herodia vel in na
dis, & saltasset, & placuisset Herodi, simul talī suo.
que recumbentibus: rex ait puellæ, Pete à
me quod vis: & dabo tibi.
23 Et iurauit illi, Quia quicquid petieris da
bo tibi, licet dimidium regni mei.
24 Quæ cum exisset, dixit matri suæ, Quid
petam? At illa dixit, Caput Ioannis Bapti
stæ.
25 Cumque introisset statim cum festinatio
ne ad regem, petiuit dicens, Volo vt protī
nus des mihi in disco caput Ioannis Bapti
stæ.
26 Et contristatus est rex. Propter iusturan
dum: & propter simul discumbentes, nolu
it eam contristare:
27 Sed misso spiculatore præcepit afferri ca
put eius in disco, & decollauit eum in car
cere.
28 Et attulit caput eius in disco: & dedit il
lud puellæ, & puella dedit matri suæ.
29 Quo audito, discipuli eius venerunt, & tu
lerunt corpus eius: & posuerunt illud in
monumento.
30 Et conuenientes Apostoli ad Iesum, re
nuntiauerunt ei omnia quæ egerant & do
cuerant.
31 Et ait illis, Venite seorsum in desertum,
Et

locum,& requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi:& nec spatium manducandi habebant.

Matth.14. b.23,luc. 6.a.10. 32* Et ascendentes in nauim,abierunt in desertum locum seorsum.

E concurrerũt,id est simul cucurrerũt. 33 Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi [illegible] de omnibus ciui tatibus 'cucurrerunt i. præuenerunt eos.

34 Et exiens vidit turbam multam & misertus est super eos, qui erant oues non habentes pastorem,& cœpit illos docere multa,

Matt. 14. a.15,luc.9 b.12. 35* Et cùm iam hora multa fieret,accesserũt discipuli eius, dicentes. Desertus est locus hic,& iam hora præterijt:

36 Dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos manducent.

'pas 37 Et respondens ait illis, Date illis'manducare. Et dixerunt ei,Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare.

38 Et dicit eis, Quot panes habetis?ite,& videte. Et cùm cognouissent, dicunt, Quinq; & duos pisces.

39 Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, secundum contubernia super viride fœnum.

40 Et discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos.

41 Et acceptis quinq; panibus, & duobus piscibus:intuens in cœlum benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis vt ponerent ante eos, & duos pisces diuisit omnibus.

42 Et manducauerũt omnes,& saturati sunt.

43 Et sustulerunt reliquias, fragmentorum duodecim cophinos plenos: & de piscibus.

44 Erant autem qui manducauerunt, quinque millia virorum.

45 Et statim'coegit discipulos suos ascẽdere nauim, vt præcederent eum trans-fretum ad Bethsaidam: dum ipse dimitteret populum.

46 Et cùm dimisisset eos abiit in montem orare.

47* Et cùm sero esset,erat nauis in medio mari,& ipse solus in terra.

Matt.14.c. 23, luc.6. b.16. 48 Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulãs supra mare:& volebat præterire eos.

49 At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt.

50 Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis:& dicit eis, Confidite ego sum: nolite timere:

51 Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant,

6 52 Non enim intellexerunt de panibus. erat enim cor eorum obcæcatum.

Matth.14. d.34. 53* Et cùm transfretassent, venerunt in Terram Genezareth:& applicuerunt.

54 Cùmque egressi essent de naui, continuò cognouerunt eum:

55 Et percurrentes vniuersam regionem illam,cœperunt in grabbatis eos qui se malè habebant circunferre vbi audiebant eum esse.

56 Et quocunque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos,& deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tãgerent,& quotquot tangebant eum,salui fiebant.

CAP. VII.

Manibus non lotis comedentes apostoli reprehenduntur. Cananæa orãs pro demoniaca filia. Surdus muti [illegible]natur.

18* ET conueniunt ad [illegible]pharisæi,& quidam de scribis, venientes [illegible]b Ierosolymis. Matt. 15. a.1.

2 Et cùm vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est non lotis,manducare panes,vituperauerunt.

3 Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus,non manducant,tenentes traditionem seniorum:

4 Et à foro venientes, nisi baptizentur,non comedunt, & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare,baptismata calicum & vrceorum & æramentorum & lectorum,

5 Et interrogabant eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem?

6 At ille respondens dixit eis, Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est* Populus hic, labijs me honorat, cor autem eorum longe'est à me. B Esa.29.b 13. 'abest

7 In vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum.

8 Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum: & 'similia his facitis multa. 'alia

9 Et dicebat illis,Bene irritum 'fecistis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis. facitis. Exod.20. b.12,deut. 6.a.2,deut. 10.c.16. Exod.21. c.17. Levit. b.9,prou. 20.c.20

10 Moyses enim dixit*Honora patrem tuum & matrem tuam: &*Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur:

11 Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri,Corban(quod est donum)quodcunque ex me,tibi profuerit.

12 Et vltrà non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri.

13 Rescindentes verbum Dei per traditionẽ vestram quam tradidistis. & similia huiusmodi multa facitis. Matth.15. b.10.

14* Et adnocans iterum'turbas dicebat illis,Audite me omnes,& intelligite: 'turbam

15 Nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eum coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem.

16 Si quis habet aures audiendi,audiat.

17 Et cùm introisset in domum à turba,interrogabant eum discipuli eius parabolam. C

18 Et ait illis, Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominẽ, non potest eum communicare.

19 Quia non intrat in cor eius,sed in ventrẽ vadit

vadit,& in secessum exit, purgans omnes escas.

20 Dicebat autem quoniam quæ de homine exeunt,illa communicãt hominem.

21 Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt,adulteria,fornicationes,homicidia.

22 Furta,auaritiæ,nequitiæ,dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia.

23 Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominem.

24* Et inde surgens abijt in fines Tyri & Sidonis: & intrans domũ, neminem voluit scire,& non potuit latere.

25 Mulier enim statim vt audiuit de eo cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit,& procidit ad pedes eius.

26 Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmonium 'iaceret de filia eius. 'ejiceret

27 Qui dixit illi, Sine prius saturari filios. non est enim bonum sumere panem filiorum,& mittere canibus.

28 At illa respondit,& dixit illi, Vtique Domine, nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. D

29 Et ait illi,propter hunc sermonem vade, exijt dæmonium à filia tua.

30 Et cùm abijsset domum 'suam inuenit puellam iacentem supra lectum & dæmonium exijsse. 'suam

31 Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

32 Et adducunt ei surdum & mutum : & deprecabãtur eum vt imponeret illi manum.

33 Et apprehendens eum de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius: & expuens,tetigit linguam eius.

34 Et suspiciens in cœlum, ingemuit : & ait illi, Ephphetha,quod est,adaperire.

35 Et statim apertæ sũt aures eius: & solutũ est vinculum linguæ eius , & loquebatur rectè.

36 Et præcepit illis ne cui dicerent, Quanto autem eis præcipiebat , tanto magis plus prædicabant,

37 Et eò amplius admirabantur , dicentes, Bene omnia fecit : & surdos fecit audire,& mutos loqui.

CAP VIII.

Saciatur turba,& corripiuntur discipuli ab intempestiuitate.

1 * IN diebus illis iterum cùm turba multa esset cum Iesu , nec haberent quod manducarent:conuocatis discipulis,ait illis.

2 Misereor super turbam: quia ecce iam tridùo sustinent me, nec habent quod manducent.

3 Et si dimisero eos ieiunos in domũ suam, deficient in via.quidam enim ex eis delonge venerunt.

4 Et respondernnt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hic saturari panibus in solitudine?

5 Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt,septem.

6 Et præcepit turbæ discumbere super terram.Et accipiens septem panes , gratias agens fregit:& dabat discipulis suis vt apponerent,& appossuerunt turbæ.

7 Et habebant pisciculos paucos : & ipsos benedixit,& iussit [illegible]

8 Et manducauerunt & saturati sunt: & sustulerunt [illegible] superauerat de fragmentis, septem sportas.

9 Erant autem qui manducauerant , quasi quatuor millia:& dimisit eos,

10 Et statim ascendens nauim cum discipulis suis,venit in partes Dalmanũtha.

11 *Et exierunt Pharisæi , & cœperunt conquirere cum eo , quærentes ab illo signum de cælo,tentantes eum. B Matt. 16. a.1. 9.d. a.2.

12 Et ingemiscens spiritu,ait, Quid generatio ista signum quærit?Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum. 'panes.

13 E dimittens eos , ascendit iterum nauim, & abiit transfretum.

14 Et obliti sunt 'panem sumere ; & nisi vnũ panem non habebant secum in naui.

15 Et præcipiebat eis,dicẽs,Videte,& cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Hꝛodis.

16 Et cogitabant ad alterutrum , dicentes, Quia panes non habemus.

17 Quo cognito,ait illis Iesus , Quid cogitatis quia panes non habetis:nondum cognoscitis nec intelligitis? adhuc excæcatum habetis cor vestrum?

18 Oculos habentes non videtis?& aures habentes non auditis? 9.b. a.2.

19 Nec recordamini quando quinque panes fregi in quinque millia : & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim. Io.6.a.13

20 Quando & septem panes in quatuor millia,quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei, Septem.

21 Et dicebat eis , Quomodo nondum intelligitis?

22 Et veniunt Bethsaidam:& adducunt ei cæcum,& rogabant eum vt illum tangeret.

23 Et apprehensa manu cæci eduxit eũ extra vicum.& expuens in oculos eius impositis manibus suis,interrogauit eum si quid videret. per im

24 Et aspiciens ait,Video homines velut arbores,ambulantes.

25 Deinde iterum imposuit manus super oculos eius:& cœpit videre,& restitutus est,ita vt clarè videret omnia. 'egressus.

26 Et misit illum in domum suã, dicens vade in domum tuam : & si in vicum introieris,nemini dixeris. 'in.

27 *Et ingressus est Iesus , & discipuli eius 'castella Cæsareæ-Philippi & in via interrogabat discipulos suos , dicens eis, Quem me dicunt esse homines? Matt.15. b.13,luc.9. c.18. 2.d. 3.d.

28 Qui respondentes illi,dicentes, Alii Ioannem Baptistam, alii Eliam , alii verò quasi vnum de prophetis.

29 Tunc dicit illis , Vos verò quem me esse dicitis? Respondens Petrus ait ei , Tu es Christus. 29

30 Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.

D 31 Et cœpit docere eos quoniam oportet Filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus & à summis Sacerdotibus, & Scribis & occidi: & post tres dies resurgere.

32 Et palam [illegible]ebatur. Et apprehendés eum Petrus, [illegible]pare eum.

33 Qui conuersus, & videns [illegible]os suos, comminatus est Petro, dicens, V[illegible]ro me Satana, quoniam non sapis quæ sunt, sed quæ sunt hominum.

34 Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis, Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucé suam, & sequatur me.

Matth. 10. d. 38, 16. d. 24, Ioan. 12. d. 25.

35 Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangelium, saluam faciet eam.

36 Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentū animæ suæ faciat?

37 Aut, quid dabit homo cōmutationis pro anima sua?

Matth. 10. 6. 32, Luc. 9. d. 26, 12. b. 8.

38 *Qui enim me' confessus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & Filius hominis "confitebitur eum cùm venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis.

* cōfusus "confundetur.

CAP. IX.

Transfiguratur Iesus. Prædicitur aduentus Eliæ. Dæmoniacus curatur.

Matth. 16. d. 28, Luc. 9. c. 27.

1 * ET dicebat illis, Amen dico vobis, quia sunt quidam de hîc stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.

Matth. 17. a. 1, Luc. 9. d. 28.

2 * Et post dies sex "assumpsit Iesus Petrū & Iacobum & Ioannem: & ducit illos in montem excelsum "solos, & transfiguratus est coram ipsis.

" assumit " seorsū.

3 Et vestimenta eius facta sunt splendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere.

4 Et apparuit illis Elias cum Moyse: & erāt loquentes cum Iesu.

5 Et respondens Petrus, ait Iesu, Rabbi, bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum.

B 6 Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.

7 Et facta est nubes obumbrans eos: & vēnit vox de nube, dicens*, Hic est filius meus charissimus: audite illum.

Matth. 17. a. 5

8 Et statim circumspicientes, neminem amplius viderunt nisi Iesum tantum secum.

9 Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam' quod vidissent narrarent: nisi cum Filius hominis à mortuis 'resurrexit.

" quæ 'resurrexerit.

10 Et verbū continuerunt apud se: conquirentes quid esset, Cum à mortuis resurrexerit.

Malach. 4 b. 5. "oportet

11 Et interrogabant eum dicentes, Quid ergo dicunt Pharisæi & Scribæ 'quia Eliam 'oporteat venire primum?

12 Qui respondens, ait illis, Elias cùm venerit primò restituet omnia: & quomodo scriptum est in Filium hominis, "vt multa patiatur, & contemnatur.

Esa. 53. d. 4.

13 Sed dico vobis quia & Elias vēnit (& fecerūt illi quæcunque voluerūt) sicut* scriptum est de eo.

Malach. 4 b. 5.

C 14 *Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis.

Matth. 17. b. 14, Luc. 9. c. 37.

15 Et cōfestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerunt, & accurrentes salutabant eum.

16 Et interrogauit eos, [illegible]inter vos conquiritis?

17 Et respondens vnus de turba [illegible]r, Magister, attuli filium meum ad te hab[illegible]tem spiritum mutum.

18 Qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis vt eiicerent illum, & non potuerunt.

19 Qui respōdens eis, dixit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? Afferte illum ad me.

20 Et attulerunt eum. Et cùm vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terram, volutabatur spumans.

21 Et interrogauit patrem eius, Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia:

D 22 Et frequenter eum in ignē & in* aquam "aquas misit vt eum perderet. sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri.

23 Iesus autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

24 Et continuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam.

25 Et cùm vidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum.

26 Et exclamans & multum discerpēs, eum, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus est.

27 Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & surrexit.

28 Et cùm introisset in domū, discipuli eius secretò interrogabāt eum, Quare nos non E potuimus eiicere eum?

29 Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

30 Et inde profecti prætergrediebātur* Galilæam: nec volebat quenquam scire.

Matth. 17. c. 22. Luc. 9. c. 22.

31 Docebat autem discipulos suos: & dicebat illis, *Quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum: & occisus, tertia die resurget.

32 At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.

33 Et venerunt Capharnaū. Qui cum domi 'essent, interrogabat eos, Quid in via tractabatis?

"esset,

34 At illi tacebant. *Siquidem in via inter se disputauerant quis eorum maior esset.

Matth. 18. a. 1, Luc. 9. f. 46.

F residens vocauit duodecim: & ait illis, Siquis

Siquis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister.

35 Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum. Quem cùm complexus esset, ait illis,

37 Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo: me recepit, & quicunque me susceperit: non me susceperit, sed eum qui misit me.

F 38 Respondit illi Ioannes, dicens, Magister, vidimus quendam in nomine tuo eiicientē dæmonia qui non sequitur nos, & prohibuimus eum.

39 Iesus autem [illegible]olite prohibere eum. *Nemo [illegible]qui faciat virtutem in nomine [illegible]possit citò male loqui de me.

Luc. 11. c. 23.

40 Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.

d. 42

* Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis. Amen dico vobis non perdet mercedem suam.

G 42 *Et quisquis scandalizauerit vnū ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur.

Matth. 18. d. 6, Luc. 17. a. 2.

43 *Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam: bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem,

Matth. 18. a. 8.

44 *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Esa. 66. g. 24.

45 Et si pes tuus te scandalizat, amputa illū: bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habētem mitti in gehennam ignis inextinguibilis,

46 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

47 Quòd si oculus tuus scandalizat te, eiice eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis,

48 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

49 Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur.

50 Bonum est sal. Quòd si sal insulsum fuerit in quo illud condietis? * Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

Matth. 5. a. 13, Luc. 14. g. 34.

CAP. X.

Repudium prohibitum. Paruuli Deo grati. Mortem sacra pronunciat discipulis Christus. Cæcus visum recipit.

Matth. 19. a. 1.

1 * ET inde exurgens, venit in fines Iudææ vltra Iordanem, & conueniunt iterum turbæ ad eum: & sicut consueuerat, iterum docebat illos.

2 Et accedentes Pharisæi interrogabant eum, Si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum.

3 At ille respondens dixit eis, Quid vobis præcepit Moyses?

Deut. 24. a.

4 Qui dixerunt, *Moyses permisit libellum repudii scribere, & dimittere.

5 Quibus respondens Iesus ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.

6 *Ab initio autē creaturæ masculū & fœminam fecit eos Deus.

Gen. 1. d. 27.

7 *Propter hoc relinquet homo patrē suū & matrem: & adhærebit ad vxorem suam.

Gen. 2. d. 24. 1. Corinth 6. d. 16, 7.

8 *Et erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vn[illegible]. homo non

9 Quod ergo [illegible], separet

10 E[illegible]mo iterum discipuli eius de eo[illegible]interrogauerunt eum.

11 Et ait illis, Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium cōmittit super eam.

12 Et si vxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur.

13 Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus.

14 Quos cùm videret Iesus, indignè tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos. Talium enim est regnum Dei.

15 Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.

16 Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

17 Et cum ingressus esset in "viā, procurrens quidā genu flexo ante eum, rogabat eum dicens, Magister bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam?

"vlam Matt. 19. b. d. 16.

18 Iesus autem dixit ei, Quid me dicis bonū? Nemo bonus, nisi vnus Deus.

19 Præcepta nosti, *Ne adulteres: Ne occidas: Ne furaris: Ne falsum testimonium dixeris: Ne fraudem feceris: Honora patrem tuum & matrem?

Exod. 20. c. 13.

20 At ille respondens ait illi, Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea.

21 Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei, Vnum tibi deest: vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

22 Qui contristatus in verbo, abiit mœrens: erat enim habens multas possessiones.

23 Et circumspiciens Iesus ait discipulis suis, Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt?

24 Discipuli autem obstupescebāt in verbis eius. At Iesus rursus respondens ait illis, Filioli, quàm difficile est confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire?

25 Facilius est camēlum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

D

26 Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos, Et quis potest saluus fieri?

27 Et intuens illos Iesus ait, Apud homines impossibile est, sed non apud Deum, omnia enim possibilia sunt apud Deum.

28 *Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

Matth. 19. d. 27, Luc. 18. c. 28.

29 Respondens Iesus ait, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter Euangelium,

F iiij.

30 Qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam.

Matth.19. d.30.marc 10.d.31.&c. 13.f.30.

31 * Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi, primi.

32 Erant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat eos Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. Assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei ventura

Luc. 18. f. 31.

ventura.

33 Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis & Senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus,

34 Et illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget.

35 * Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filii Zebedæi, dicentes, Magister, volumus ut quodcunque petierimus facias nobis.

Matt. 20. c.20.

36 At ille dixit eis, Quid vultis Vt faciam vobis?

37 Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.

38 Iesus autem ait eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor, baptizari?

39 At illi dixerunt ei, Possumus. Iesus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini:

40 Sedere autem ad dexteram meam Vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est.

41 * Et audientes decem, indignati sunt de Iacobo & Ioanne.

Matth.20. c.24.

cœperũ indignari Luc.22.c. 26.

42 Iesus autem vocans eos ait illis, Scitis quia hi qui videntur principari Gentibus dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum.

43 Non ita est autem in vobis: sed quicunque voluerit fieri maior, erit vester minister.

44 Et quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus.

45 Nam & filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.

46 * Et veniunt Iericho: & proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans

Matth.20 d. 9. luc 28.f.35.

47 Qui cum audisset quia Iesus Nazarænus est: cœpit clamare: & dicere, Iesus fili Dauid miserere mei.

48 Et comminabantur ei multi vt taceret. At ille multò magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei.

49 Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum, dicentes ei, Animæquior esto, surge, vocat te.

50 Qui proiecto vestimento suo exiliens, venit ad eum.

51 Et respondens Iesus dixit illi, Quid tibi vis faciam. Cæcus autem dixit ei. Rabboni vt videam.

51 IESVS autem ait illi, Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

CAP. XI.

Excipitur Iesus palmis, asino insidens, & ramis lectis sternitur.

1 * ET cum appropinquaret Ierosolymæ & Bethaniæ ad montem oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis.

Matth.21. d.1. marc.11. d.1. luc.19. c.29.

2 Ite in castellum quod contra vos est, & statim introeuntes illuc inuenietis pullum ligatum super quem nullus hominum sedit: soluite illum, & adducite.

3 Et si quis vobis dixerit, Quid facitis? dicite, quia Domino necessarius est: & statim illum dimittet huc.

4 Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt eum.

5 Et quidam de illic stantibus * dicebat illis, Quid facitis soluentes pullum?

dicebat.

6 Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus, & dimiserunt eos.

7 * Et duxerunt pullum ad Iesum: & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum.

Ioan.12.b. 14.

8 Multi autem, vestimenta sua straverunt in via, alii autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via

9 Et qui præibant, & qui sequebantur clamabant, dicentes, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini.

10 Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis.

11 * Et introiuit Ierosolymam in templum: & circumspectis omnibus, cum iam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.

Matth.21. c. 10. luc 19.f.45.

12 Et alia die cùm exirent à Bethania, esuriit.

13 * Cumque vidisset à longe ficum habentem folia, venit, si quid forte inueniret in ea. Et cùm venisset ad eam, nihil inuenit præter folia. non enim erat tempus ficorum.

Matth.21. b.19.

14 Et respondens dixit ei, Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius.

15 Et veniũt iterum Ierosolymam. Et cùm introisset in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

16 Et non sinebat vt quisquam transferret vas per templum:

17 Et docebat, dicens eis, Nonne scriptum est, Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum.

Esa.56.c. 7. Iere. 7.b. 11.

18 Quo audito, principes Sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eum perderent. timebant enim eum: quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius.

19 Et cum vespera facta esset egrediebatur de ciuitate.

20 * Et cum mane transirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus.

Matth.21. b.19.

21 Et recordatus Petrus dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui maledixisti aruit.

Et

22 Et respondens Iesus ait illis, Habete fidem Dei.

23 Amen dico vobis quia quicunque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei.

Matth.7. d.7. 21.b. 21.luc.11. 6.9.

24 Propterea dico vobis, * Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.

Matth.6 b.14.

25 Et cum stabitis ad orandum, * dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & Pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra.

D 26 Quòd si vos non dimiseritis: nec Pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra.

27 * Et veniunt rursus Ierosolymam. Et cùm ambularet in templo, accedũt ad eum summi Sacerdotes & Scribæ & Seniores, & dicunt ei.

28 In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem vt ista facias?

29 Iesus autem respondens ait illis, Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi: & dicam vobis in qua potestate hæc faciam.

30 Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? Respondete mihi.

31 At illi cogitabant secum, dicentes, Si dixerimus de cælo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis ei?

timebãt 32 Si dixerimus ex hominibus, * timemus populum: omnes enim habebant Ioannem quia verè propheta esset.

33 Et respondentes dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

CAP. XII.

Parabola vineæ, & insidiosæ quæstiones.

Matth.21.f. 33. luc. 20.b.2. e. 5.a.2. marc.12.d.1.

1 * ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineam plantauit homo, & circumdedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est.

2 Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.

3 Qui apprehensum eum ceciderunt: & dimiserunt vacuum.

4 Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumeliis affecerunt.

5 Et rursum alium misit, & illum occiderunt: & plures alios: quosdam cædentes, alios vero occidentes.

6 Adhuc ergo vnum habens filium charissimum: & illum misit ad eos nouissimum, dicens, Quia reuerebuntur filium meum.

7 Coloni autem dixerunt ad inuicem, Hic est hæres: venite, occidamus eum: & nostra erit hæreditas.

Psal. 117. d.23. esa. 28.d.16. act. 4.b. 11. rom. 9. f.33.1 pet. 2.a.3.mat. 21.d.42.

8 Et apprehendentes eum occiderunt: & eiecerunt extra vineam.

9 Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam aliis.

10 Nec scripturam hanc legistis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli,

11 A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?

12 Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbam: cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.

B

13 * Et mittunt ad eum quosdã ex Pharisæis & Herodianis, vt eum caperent in verbo.

Matth.22. b.15. luc. 20.d.20.

14 Qui venientes dicunt ei, Magister, scimus quia verax es, & non curas quenquam: nec videres in faciem hominum, sed in veritate viam Dei doces, licet dare tributum Cæsari an non dabimus?

15 Qui sciens versutiam illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam.

16 At illi obtulerunt ei. Et ait illis, Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris.

attulerunt

17 Respondens autem Iesus, dixit illis, * Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo.

Ro.13.b.7

18 * Et venerũt ad eum Sadducæi qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabant eum dicentes,

Matth.22. c.23. luc. 20.c.27.

19 Magister, Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit: accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo.

Deut.25. b.5.

20 Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine.

21 Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec iste reliquit semen: & tertius similiter.

C

22 Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier.

23 In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerunt eam vxorem.

24 Et respondens Iesus ait illis, Nonne ideo erratis, non scientes Scripturas, neque virtutem Dei?

25 Cùm enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cælis.

26 De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens, * Ego sum Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob?

Exo. 3. b. 6.

27 Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Vos ergo multum erratis.

28 * Et accessit vnus de Scribis qui audierat illos conquirentes: & videns quoniam bene illis respondisset, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum.

Matth.22. d.34.

29 Iesus autem respondit ei, Quia primum omnium mandatum est. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.

Deut.6.d. 4. nostes.

30 Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua: Hoc est primum mandatum.

Dominũ Leuit.19. d.18. ma. tth. 22.d.

31 Secundum autem simile est illi, * Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est.

39.rom.13. c.9.gal.5. c.14. iacob. 2.b.8.

32 Et ait illi Scriba, Bene magister in veritate

te dixisti, quia vnus est Deus, & nō est alius prater eum.

33 Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis

34 Iesus autem videns quia sapienter respondisset, dixit illi, Nō es lōge a Dei. Et nemo iam audebat eum interrog.

D 35 *Et respondens Iesus dicebat, docens in templo, Quomodo dicūt Scribæ Christum filium esse Dauid?

Mat. 22 d. 41, luc. 20. f. 41. Psal. 109. a. 1.

36 Ipse enim Dauid dicit in Spiritu Sancto, *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

37 Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum: & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.

Matth. 23 a. 6. luc. 11. f. 43.

38 Et dicebat eis in doctrina sua, *Cauete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro,

39 Et in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis:

40 Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.

Luc. 21. d. 1.

41 *Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa.

42 Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.

43 Et conuocans discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis quoniam vidua hæc pauper, plus omnibus misit qui miserunt in gazophylacium.

44 Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum.

CAP. XIII.

De consummatione mundi multa prædicuntur.

Mat. 24. a. 1, luc. 21. a. 5.

1* ET cùm egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis, Magister aspice quales lapides, & quales structuræ.

2 Et respondens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? non relinquetur lapis super lapidem qui nō destruatur.

3 Et cùm sederet in Monte oliuarum contra templum, interrogabāt eum separatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas,

4 Dic nobis quando ista fient? & quod signū erit quando hæc omnia incipient consummari?

5 Et respondens Iesus, cœpit dicere illis. Videte ne quis vos seducat.

6 Multi enim venient in nomine meo dicētes quia ego sum: & multos seducent.

7 Cùm audieritis autem bella & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim fieri: sed nondum finis:

8 Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum: & erunt terræ motus per loca, & fames. Initium dolorum hæc.

B 9 Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis vapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me, in testimonium illis

10 Et in omnes gentes primùm oportet prædicari euangelium.

11 *Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos estis loquentes: sed Spiritus Sanctus.

Matth. 10 b. 19.

12 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filii in parentes, & morte afficient eos

13 Et eritis odio omnib propter nomen meum.

14 Qui autem sustinuerit in fine, hic salvus erit. *Cùm autem videritis abominationem desolationis stantem vbi non debet, (qui legit intelligat) tùc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes,

Matth. 24 b. 15, luc.

15 Et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua,

27

16 Et qui in agro erit: non reuertatur retrò tollere vestimentum suum.

17 Væ autem prægnantibus & nutricantibus in illis diebus.

18 Orate vero vt hyeme non fiant.

19 Erunt enim Dies illi tribulationes tales quales non fuerunt ab initio creaturæ, quā condidit Deus vsque nunc, neque fient.

20 Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies.

21 *Et tunc si quis vobis dixerit, Ecce hīc est Christus, ecce illic: ne credideritis.

Matth. 24 b. 23. Luc. 21. b. 8.

22 *Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos.

23 Vos ergo videte. Ecce prædixi vobis omnia.

24 Sed in illis diebus post tribulationem illam *Sol tenebrabitur, & Luna nō dabit splendorem suum.

Ezech. 32 b. 7. ysaiæ 13. b. 10. ioel. 3. c. 15.

25 Et stellæ cæli erunt decidentes, & virtutes quæ in cælis sunt, mouebuntur.

D

26 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & gloria.

27 Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ vsque ad summum cæli.

28 A ficu autem discite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit æstas.

29 Sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis.

30 Amen dico vobis quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant,

31 Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt.

32 De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque Filius nisi Pater.

33 Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit.

34 Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcipit vt vigilet.

Vigi

35 Vigilate ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat: serò, an media nocte, an galli cantu, an manè)

36 Ne cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes.

37 Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

CAP. XIIII.

Post cœnam Christus capitur, conspuitur, & cæditur.

Matth. 26 a. 2, luc. 22. a. 1.

1* ERat autem Pascha & Azyma post biduum: & quærebant summi Sacerdotes & Scribæ quomodo dolo eum tenerent & occiderent.

2 Dicebant enim, Non in die festo: ne fortè tumultus fieret in populo.

3 Et cùm esset Bethaniæ in domo Simōnis Leprosi, & recumberet, venit mulier habēs alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro effudit super caput eius.

*pistici

4 Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes, Vt quid perditio ista vnguenti facta est?

5 Poterat enim vnguentum istud venundari plus quàm trecentis denariis, & dari paupēribus. Et fremebant in eam.

6 Iesus autem dixit, Sinite eam: quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me.

7 Semper enim pauperes habebitis vobiscum: & cùm volueritis, potestis illis benefacere, me autem non semper habetis.

*habetis

8 Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam.

9 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius.

B 10 *Et Iudas Iscariōtes vnus de duodecim abiit ad summos Sacerdotes, vt proderet eum illis.

Matth. 26 b. 14, luc. 22. a. 4.

11 Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet.

12 * Et primo die Azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli, Quò vis eamus, & paremus tibi vt manduces Pascha?

Matth. 26 b. 17, luc. 22. a. 7.

13 Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis, Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenā aquæ bajulans, sequimini eum:

14 Et quocunque introierit, dicite domino domus quia Magister dicit, Vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem?

15 Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum: & illic parate nobis.

16 Et abierunt discipuli eius, & venerunt in Ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha.

17 *Vespere autem facto venit cum duodecim.

Matth. 26 b. 20, luc. 22. b. 14, ioan. 13. a. 21.

18 Et discumbentibus eis & manducantibus, ait Iesus, Amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

19 At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim, Nunquid ego?

20 Qui ait illis, Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

21 Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis tradetur, bonum erat ei, si non esset natus homo ille.

C

*traditur

22 *Et manducantibus illis accepit Iesus panem: & benedixit, & dedit eis, & ait, sumite, hoc est corpus meum.

Matth. 26. c. 26. 2. cor. 11. c. 23.

23 Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes.

24 Et ait illis, Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur.

25 Amen dico vobis quia iam non bibam de hoc genimine vitis vsque in diē illum cùm illud bibam (nouum) in regno Dei.

26 Et hymno dicto exierant in Montem oliuarum.

27 Et ait eis Iesus, Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est, *Percutiam pastorem: & dispergentur oues.

*in me

Ioan. 16. d. 32, zacha. 13. c. 7.

28 Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

29 Petrus autem ait illi, Et si omnes scandalizati fuerint: *sed non ego.

*in me

30 Et ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

31 At ille amplius loquebatur, Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

D

Matth. 26 d. 36, luc. 22. d. 39.

32 *Veniunt in prædium cui nomē Gethsemani. Et ait discipulis suis, Sedete hic donec orem.

33 Et assumit Petrum & Iacobū & Ioannem secum: & cœpit pauere & tædere.

34 Et ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic & vigilate.

35 Et cùm processisset paululum, procidit super terram: & orabat vt si fieri posset trāsiret ab eo hora,

36 Et dixit Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicē hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu.

37 Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro, Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare?

38 Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est: caro verò infirma.

39 Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens.

40 Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes: erant enim eorum oculi corum grauati) & ignorabant quid responderent ei.

41 Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam, & requiescite. Sufficit, venit hora, ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorū.

E

42 Surgite, eamus. Ecce, qui me tradet propè est.

43 *Et adhuc eo loquente venit Iudas Iscariōtes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis missi à summis Sacerdotibus & scribis & Senioribus.

Matth. 26 c. 47, luc. 22. c. 47, ioan. 18. a.

44 Dederat autem traditor eis signum, dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè.

45 Et cùm venisset, statim accedens ad eum, ait, Aue rabbi. & osculatus est eum.

eius signum

Universidad de Deusto Biblioteca

Nonne 47 At illi manus iniecerunt in* Iesum, & tenuerunt eum.
47 Vnus autem quidam de circunstantibus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis & amputauit illi auriculam.
48 Et respondens Iesus, ait illis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me?
49 Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ.
50 Tunc discipuli eius relinquentes, eum omnes fugerunt.
51 Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum.
F 52 At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis.

Matth.26 f.57, Luc. 22.f.54. Ioan.18.e. 24. 53 * Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes Sacerdotes & Scribæ & seniores.
54 Petrus autem alonge secutus est eum vsque intro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se.
55 Summi verò Sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent: nec inueniebant.
Plures 56 Multi* autem testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant.
57 Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes,
Ioan.2.d. 19. *per 58 Quoniam nos audiuimus eum dicentem, * Ego dissoluam templū hoc manufactum, & * post triduum aliud non manufactum ædificabo.
59 Et non erat conueniens testimonium illorum.
*Et exurgens 60 *Exurgēs autem summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens, Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his?
61 Ille autem tacebat: & nihil respondit. Rursum summus Sacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu es Christus Filius Dei Benedicti?
Matth.24 c.30. 62 Iesus autem dixit illi, Ego sum* & videbitis Filium hominis sedentem á dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli.
G 63 Summus autem Sacerdos scindens vestimenta sua, ait, Quid adhuc desideramus testes?
64 Audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.
65 Et cœperunt quidam conspuere in eum: & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei, Prophetiza, & ministri alapis eum cedebant.
66 * Et cum esset Petrus in atrio deorsum, Matth.26 venit vna ex ancillis summi Sacerdotis:
g.69, Luc. 22.f.55, Ioan.18.e. 25. 67 Et cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait, Et tu cum Iesu Nazareno eras.
68 At ille negauit, dicens, Neque scio, neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit.
69 * Rursus autem cùm vidisset illum ancilla cœpit dicere circunstantibus, Quia hic ex illis est. Matth.26 g.71, Luc. 22.f.58,
70 At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant Petro, Verè ex illis es, nam* & Galilæus es. Ioan.18.f. 25.
71 Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia nescio hominem istum quem dicitis.
72 Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus* * quod dixerat ei Iesus, Priùs quàm gallus bis, ter me negabis. Et cœpit flere. Matth.26 g.75, Ioan. 13.d.38.

CAP. XV.

Condemnatus Dominus Iesus crucifigitur & sepelitur.

1 * ET confestim, manè consilium facientes M summi Sacerdotes cum senioribus & Scribis & vniuerso concilio, vinctentes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato. 7.d. Luc. 22 f.66, Ioa. 18.c.28.
2 Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi, Tu dicis.
3 * Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Matth.27. b.12, Luc. 23.d.5,
4 Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens, Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant. Ioan.18.f. 33.
5 Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus.
6 Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quēcunque petissent.
7 Erat autem qui dicebatur Barrabbas, qui cum seditionis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium.
8 Et cùm ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis.
9 Pilatus autem respondit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum?
10 Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi Sacerdotes.
11 Pontifices autem concitauerunt turbam vt magis Barrabbam dimitteret eis.
12 Pilatus autem iterum respondens, ait illis, Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum? E
13 At illi iterum clamauerunt, Crucifige eū.
14 Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum.
15 Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barrabbam: & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur.
16 Milites autem duxerunt eum in atrium prætorii, & conuocant totam cohortem:
17 Et indunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam.
18 Et cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum.
19 Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum.
20 Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimētis suis: & educunt illum vt crucifigerent eum.

21 * Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simōnem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. Matth.27 d.32, Luc. 23.d.26.
22 * Et perduxit illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus. Matth.27. d.33, Luc. 23.d.33, Ioan.19.c. 17.
23 Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit.
C 24 Et crucifigētes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortē super eis, quis quid tolleret.
25 Erat autē hora tertia & crucifixerūt eū.
26 Et erat titulus causæ eius inscriptus REX IVDAEORVM.
27 Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alterum à sinistris eius.
28 Et impleta est scriptura quæ dicit, * Et cū iniquis reputatus est.
29 Et prætereuntes blasphemabāt eum, mouentes capita sua, & dicētes, Vah* qui destruis templum Dei, & in tribus diebus rædificas: Ioan. 19. *vel destruis, & rexdificatus
30 Saluum fac temetipsum descendens de cruce.
31 Similiter & summi Sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.
32 Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. Et qui cū eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.
33 Et facta est hora sexta, tenebræ factæ sunt super totam terram vsque in horā nonam.
Psal.21.a 2. 34 Et hora nona exclamauit Iesus voce magna dicens, * Eloi, Eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum, Deus meus, Deus D meus, vt quid dereliquisti me?
35 Et quidam de circunstantibus audientes dicebant, Ecce Eliam vocat.
36 Currens autē vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potū dabat ei, dicens, Sinite videamus si veniat Elias ad deponendum eum.
37 Iesus autē emissa voce magna expirauit.
38 Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum.
39 Videns autem centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset: ait, Verè hic homo, filius Dei erat.
40 Erant autem & mulieres delonge aspicientes: inter quas erat Maria Magdalēne, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome,
Luc.8.d.2. 41 Quæ, cum esset in Galilæa, * sequebantur eum & ministrabant ei: & aliæ multæ quæ simul, cum eo ascenderant Ierosolymam.
Matth.27. g.57, Luc. 23.g.50. Ioan.19.g. 38. 42 * Et cum iam serò esset factum (quia erat Parasceue, quod est Antesabbathum)
43 Venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei: & audacter introiit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.
44 Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et accersito centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset.
45 Et cùm cognouisset à centurione: donauit corpus Ioseph.
46 Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eū inuoluit sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.
47 Maria autem Magdalēne & Maria Iosephi aspiciebant vbi ponitur.

CAP. XVI.

Resurrectio Christi & Ascensio in cælum.

Luc.24.a 1, Ioan.20.a. 1. ET cùm transisset sabbathum, Maria Magdalēne & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes ungerent Iesum.
2 Et valde manè vna sabbatharum, veniunt ad monumentum, orto iam sole.
3 & dicebāt adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti?
4 (Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem) erat quippe magnus valdè.
5 Et introeuntes in monumentū, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerunt.
6 * Qui dicit illis, Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic: ecce locus vbi posuerunt eum. Matth.28. d.5, Ioan.c. 20.c.12.
7 Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia* præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, * sicut dixit vobis. * præcedit. Matth.26 c.32, sup. 14.c.27.
8 At illæ exeuntes, fugerunt, de monumento: inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerunt: timebant enim.
9 Surgens autem Iesus manè prima sabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalēne, de qua ejecerat septem dæmonia.
10 Illa vadens nūtiauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.
11 Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. C
12 Post hæc autem * duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam. Luc.24.b.
13 Et illi euntes nuntiauerunt cæteris: nec illis crediderunt.
14 * Nouissimè autē recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Luc.24.c. 36, Ioan. 20.e.19.
15 Et dixit eis, * Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Matth.28. d.19. D
16 Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit. qui verò non crediderit: condemnabitur.
17 Signa autem eos qui crediderint, hæc sequētur, In nomine meo * dæmonia eicient, * Linguis loquentur nouis, Act.16.d. 18.
18 * Serpētes tollent, Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Super ægros manus imponent: & bene habebunt. Act.2.e. 4.10.f. 46. Act. 28.6.5.
19 Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, * assumptus est in cælum, & * sedet à dextris Dei. Luc.24.f. 51. *Sedit
20 Illi autem profecti prædicauerunt vbique: Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

quibus visitauit nos *Oriens ex alto,
79 Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
80 Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

CAP. II.

Censetur vniuersus orbis à Cæsare Augusto describi. 8 Nascitur Christus & circumciditur. 21 Templo consecratur. 40 Puer crescit.

1 FActum est autem in diebus illis: exiit edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.
2 Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino.
3 Et ibant omnes vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem.
4 Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, "ciuitatem Dauid, quæ vocabatur Beth-lehem: eo quod esset de domo & familia Dauid,
5 Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, prægnante.
6 Factum est autem: cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret.
7 Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat "ei locus in diuersorio.
8 Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.
9 Et ecce, Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos: & timuerunt timore magno.
10 Et dixit illis Angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo:
11 Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.
12 Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum: & positum in præsepio.
13 Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium,
14 Gloria in altissimis Deo: & in terra pax "hominibus bonæ voluntatis.
15 Et factum est: vt discesserunt ab eis angeli in cælum, pastores loquebantur adinuicem, Transeamus vsque Beth-lehem, & videamus hoc verbũ quod factum est, quod fecit Dominus: & ostendit nobis.
16 Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio.
17 Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.
18 Et omnes qui "audierant, mirati sunt, & de his quæ dicta erat à pastoribus ad ipsos.
19 Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.
20 Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deũ in omnibus quæ audierant, & viderant sicut dictum est ad illos.
21 *Et postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer: * vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatũ est ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur.
22 *Et postquã impleti sũt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerũt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino.
23 (Sicut scriptũ est in lege Domini, * Quia omne masculinũ adaperiens vuluam, Sanctum Domino vocabitur.)
24 Et vt darent hostiam *secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.
25 Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomẽ Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel: & Spiritus sanctus erat in eo.
26 Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.
27 Et venit in Spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo:
28 Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit,
29 Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace:
30 Quia viderunt oculi mei Saluatare tuum,
31 Quod parasti ante faciem omnium populorum,
32 Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.
33 Et erat pater eius & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo.
34 Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius, * Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur:
35 (Et tuam ipsius animam pertransibit gladius) vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
36 Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.
37 Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.
38 Et hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem "Israel.
39 Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth.
40 Puer autem crescebat, & confortabatur, "plenus sapientia: & gratia Dei erat in "illo.
41 Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, "in die solenni Paschæ.
42 Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis in Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi,
43 Consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem: & non cognouerunt parentes eius.
44 Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum

Hæc genealogiæ Christi descriptio collocanda est post 3. Lucæ caput.

DESCRIPTIO AD SOLVENDVM QVÆSTIONEM QVÆ apud Matthæum & Lucam de Christi generatione filij Dauid, illiúsque regni legitimi successoris, subdifficilis existit. Hæc verò descriptio non longius quàm à Dauide petitur: quia tota huius loci difficultas ab illius solum posteritate pendet.

Ad huius descriptionis faciliorem exactionemque habendam intellectum, aduertendum primum est, Matthæum & Lucam, etsi vnus alio ordine quàm alter, Christi generationem secuti sint, & in carne descripserit: eundem tamen quem exitum

Genealogia Christi, ex Matthæo.

Salomon Rex.
Roboamus.
Abia.
Asa.
Iosaphat.
Ioram.
Ochosias.

Amasias.*
Azarias.*
Ioathan.
Achaz.
Ezechias.
Manasses.
Amon.
Iosias.
Iechonias.*
Ioachim.*
Iechonias.
Salathiel.

Abiud.
Eliacim.
Azor.
Sadoc.
Achim.
Eliud.
Eleazar.
Mathan.
Iacob.
Ioseph, virginis Mariæ Christi mariti vir.

Dauid, ex quo

Progenie Salomonis in Ochosia deficiente, Regnum Iosiæ filio Iudæ è familia Nathan delatum est.

Simeõ, qui & Ioas, ex quo

Hi omnes, qui tum dextro, tum sinistro latere continentur, à Ioas orti, varia sortiuntur nomina. Animaduertendũ itaque quos Matthæus sinistro recenset latere, eosdem prorsus esse cũ iis qui in dextro à Luca aliis nominibus, ad Salathiel vsque, appellantur.

Zorobabel, ex quo

Zorobabel, cum populo Israelio è Babylone reduci annos 58. præfuisse, multos reliquit liberos superstites, in quibus Resa & Abiud, quippe qui reliquos ætate antecedebant, fuere principes. Verum Iudæorum Reip. administratio cessit Resæ, eiúsque posteris ad Iannem vsque. Hinc orta est Virgo Maria, vt ex ea genealogia quæ à Luca describitur, videre est. Ioseph quoque illius coniux à Zorobabele genus duxit, quippe qui ex Abiud Resæ fratre, vt Matthæus ea quæ describit genealogia, aperte ostendit oriundus fuit. Atque in hunc modum verque è tribu Iudæ originem traxit.

Iesus Christus

(Frater.
Nathan Regis
Mathatha.
Menan.
Melcha.
Eliacim.
Iana.
Ioseph.
Iuda.*

Leui.
Maibath.
Horam.
Eliezer.
Iesus.
Her.
Helmadam.
Cosan.
Addi.
Melchi.
Neri.
Salathiel.

Resa, qui annis præfuit 66 Ioannæ, an. 53.
Iuda, 14.
Ioseph, 7.
Semei, 11.
Mathathias 12
Nahai, 9.
Naggæ, 10.
Heli, 8.
Nahum, 7.
Amos, 14.
Mathathias 10
Ioseph, 66.
Iannæ, 6.
Melchi.
Leui.
Matthath.
*Heli, qui & Ioachim.
Maria Christi mater.

*Iuda ex Nathan progenie ortus, Simeopem, alio nomine Ioas, genuit: qui posteritate Salomonis in Ochosia deficiente, ex suprema Dauidis sententia (vt tradit Philo) regiam dignitatem est adeptus. Nam ea lege Dauid regnum Salomoni dederat, vt illius extincta posteritate, regia dignitas posteritati Nathan Salomonis ex Bethsabee fratris natu minoris deferretur. Eáque de causa Nathan vocatus fuit Ahiscar, id est principis frater: illiúsque posteri, Ahiscarim, hoc est fratres principis: & Matthithim, quæ vox successores datos declarat. Refert deinde Philo Iosaphat tanto in honore Nathan posteros habuisse, vt fratres Ioram filii sui, eorúmque filios fratres etiam Ochosiæ nepotis sui appellauerit. Vnde Scriptura meritò ait Ochosiam filium fuisse Ioas: cuius verus pater erat Iuda ex Nathan oriundus.

Quoniam quidem D. Lucas nullã (vt videtur) de virginis Mariæ, sed Ioseph potius generatione mentionem facit: fatetur enim his verbis, Filius, vt existimabatur, Ioseph qui fuit Heli) animaduertẽdum est, hoc loco filiũ pro genere positum fuisse, vt is sit D. Lucæ sensus, Ioseph filiũ fuisse Heli, quia illius filiam vxorem duxerat. Quod loquendi genus non nouum nec inusitatum est Scripturæ. Noemi enim Ruth, quæ cùm filio suo nupsisset, solum ei erat nurus, filiã suam vocabat.

Index Evangeliorum, quæ leguntur in Ecclesia, diuino auxilio, secundum Missale reformatum ex decreto sacri Concilii Tridentini, edito ex mandato Summi Pontificis V. et correcto ex autoritate Papæ Clementis VII.

Adventus & December.

|Dom. I. Luc. XXI. de v. 25 usque 33.| Dom. II. Mt. XI. 2-10.| Dom. III. Jo. I. 19-28.| Fer. IV. Temp. Luc. I. 26-38.| Fer. VI. Temp. Luc. I. 39-47.| Sab. Luc. III. 1-6.| Dom. IV. Luc. III. 1-6.| Vig. Nat. Mt. I. 18-21.| A Sacro Ieron. Luc. II. 15-[illegible] Sancti Sancti Jo. I. 1-14.|| December 26.| Stephani Protomartyris Mt. XXIII. 34-39.| Dber. 27.| Joannis Apostoli et Evangelistæ Jo. XXI. 19-24.| Dber. 28.| SS. Innocentium martyrum Mt. [illegible] 13-18.| Dber. 29.| Thomæ Cantuariensis Episcopi et martyris Jo. X. 11-16.| Dom. infra oct. Nat. Luc. II. 33-40.| Sanctum octavæ Nat. Luc. II. 18-20.| Dber. 31.| Silvestri Papæ et Confes. Luc. XII. 35-40.|

|Januarius 1.| Circumcisio Domini et octava Nativ. suæ Luc. II. 21.| Sabbato Vigilia Epiphaniæ Mt. II. 1-12.| Dominica infra octavam Epiphaniæ Luc. II. 42-52.| Octava Epiphaniæ | Dom. II. post Epiphaniam Jo. II. 1-11.| Dom. III. post Epph. Mt. VIII. | Dom. IV. post Epph. Mt. VIII. 23-27.| Dom. V. post Epph. Mt. XIII. 24-30.| Dom. VI. post Epph. Mt. XIII. 31-[illegible] | Dominica Septuagesima Mt. XX. 1-16.| Dom. Sexagesima Luc. VIII. 4-15.| Dominica Quinquagesima Luc. XVIII. 31-43.| Fer. IV. Cinerum Mt. VI. 16-21.| Fer. V. Mt. VIII. 5-13.| Fer. VI. Mt. V. 43-48. VI.| Sabatum Mac. VI. 47-56.|

Quadragesima.

Dom. I. Mt. IV. 1-11.| Fer. II. Mt. XXV. 31-fine.| Fer. III. Mt. XXI. 3-17.| Fer. IV. Quator Temporum, Mt. XII. 38-fine.| Fer. V. Mt. XV. 21-28.| Fer. VI. Jun. Temp. Jo. V. 1-15.| Sab. Luc. Temp. Mtt. XVIII. 1-9.| Dom. II. Mt. I. 17-9.| Fer. II. Jo. VIII. 21-29.| Fer. III. Mt. XXIII. 1-12.| Fer. IV. Mt. XX. 17-28.| Fer. V. Lu. XVI. 19-31.| Fer. VI. Mt. XXI. 33-46.| Sab. Lu. XV. 11-fine.| Dom. III. Lu. XI. 14-28.| Fer. II. Lu. IV. 23-30.|

inter cognatos & notos.

45 Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum.

46 Et factum est: post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantē eos.

47 Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius.

48 Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

49 Et ait ad illos, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

50 Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.

51 Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.

52 Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum, & homines.

CAP. III.

Ioannes prædicans pœnitentiam, Baptizat Christum, Genealogia Christi.

1 ANno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudææ, terrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius terrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ terrarcha.

Mtt. 4. d. 6 2 *Sub principibus sacerdotū Anna & Caipha: factum est verbū Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.

Mat. 3. d. 1. 3 *Et venit in omnem regionem Iordanis, mar. 1. d. 4. prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum:

Esa. 40. d. 4 Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ. *Vox clamātis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.

B 5 Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa: & aspera in vias planas:

6 Et videbit omnis caro Salutare Dei.

Mat. 3. b. 7. 7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarētur ab ipso, *Genimina viperarū, quis ostendit vobis fugere a ventura ira?

8 Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

*arborū. 9 Iam enim securis ad radicem *arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, *excidetur, & in ignē mittetur.

*excidetur, & in ignē mittetur.

10 Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus?

C 11 Respondens autem dicebat illis, *Qui habet duas tunicas, det nō habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

2. Mach. 5. c. 17. 12 Venerunt autem & publicani vt baptizarentur: & dixerunt ad illum, Magister, quid faciemus?

13 At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, faciatis.

14 Interrogabant autem eū & milites dicētes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.

15 Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset [illegible]

16 *Respondit [illegible] omnibus, Ego quidem [illegible] baptizo vos: veniet autē fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.

17 *Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

18 Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

19 *Herodes autem tetrarcha cùm corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes:

20 Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem.

21 Factum est autem cùm baptizaretur omnis populus, *& Iesu baptizato & orante, apertum est cælum:

22 *Et descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est. Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi.

23 Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta: vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli.

24 Qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph.

25 Qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,

26 Qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda,

27 Qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,

28 Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadam, qui fuit Her,

29 Qui fuit Iesu, qui fuit Eliézer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui,

30 Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim,

31 Qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid.

32 Qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,

33 Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ,

34 Qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,

35 Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,

36 Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,

37 Qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,

38 Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Mat. 3. d. 12. mar. 1. b. 8. Ioan. 1. d. 26. Act. 1. c. 5. Mat. 3. c. 12. mar. 1. d. 2. Mat. 14. a. 3. mar. 6. c. 17. Philippi 1. c. 6. Mat. 3. d. 12. mar. 1. b. 9. Ioan. 1. c. 32.

CAP. IIII.

Christus in deserto tentatur à diabolo, docet in synagoga, & eicit demonia.

1 IEsus autem plenus Spiritu Sancto regressus est à Iordane: & agebatur in Spiritu in deserto diebus quadraginta.
2 Et tentabatur [illegible]. Et nihil manducauit in diebus illis: & [illegible]matis illis esurijt.
3 Dixit autem illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.
4 Et respondit ad illum Iesus, Scriptum est, *Quia non in solo pane* viuit homo, sed in omni verbo Dei.
5 Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis: & ait illi,
6 Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa.
7 Tu ergo procidens si adoraueris coram me, erunt tua omnia.
8 Et respondens Iesus, dixit illi, Scriptum est* Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruies.
9 Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi: & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.
10 Scriptum est enim quod* Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te.
11 Et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
12 Et respondens Iesus, ait illi, Dictum est, *Non tentabis Dominum Deum tuum.
13 Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.
14 Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam: & fama exijt per vniuersam regionem de illo.
15 Et ipse docebat in synagogis eorum: & magnificabatur ab omnibus.
16 *Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbathi in synagogam: & surrexit legere.
17 Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat,
18 *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde.
19 Prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.
20 Et cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.
21 Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.
22 Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebat de ore ipsius, & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph?
23 Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.
24 Ait autem, Amen dico vobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua.
25 *In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra:
26 Et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonix, ad mulierem viduã.
27 Et* multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.
28 Et repleti sunt omnes in synagoga, ira, hæc audientes.
29 Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.
30 Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.
31 *Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: ibique docebat illos sabbathis.
32 *Et stupebãt in doctrina eius: *quia in potestate erat sermo ipsius.
33 Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum: & exclamauit voce magna, dicens,
34 Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazaræne? venisti perdere nos? scio te qui sis, Sanctus Dei.
35 Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo.
35 Et cùm proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illi nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem dicentes, Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt?
37 Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.
38 Surgens autem Iesus de synagoga, * intrauit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea.
39 Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis.
40 Cùm autem Sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos.
41 *Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse Christum.
42 Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis.
43 Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euãgelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.
44 Et erat prædicans in synagogis Galileæ.

CAP. V.

Christi concio ex naui, & aliquot miracula.

1 FActum est autem: cùm turba irrueret eum in eum vt audirẽt verbum Dei, *& ipse stabat secus stagnum Genesareth:

Et

2 Et vidit duas naues stantes secus stagnũ: piscatores autem descenderant, & lauabãt retia.
3 Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum: & sedens docebat de nauicula turbas.
4 Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.
5 Et respondens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.
6 Et cùm hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. rumpebatur autem rete eorum.
7 Et annuerunt sociis qui erant in alia naui vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur.
8 Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me, quia homo peccator sum Domine.
9 Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant.
10 Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere: ex hoc iam, homines eris capiens.
11 Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.
12 Et factum est cùm esset in vna ciuitatũ, * ecce vir plenus lepra" videns Iesum, & procidens in faciem suam, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare.
13 Et extendens manum, tetigit eum dicẽs, Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo.
14 Et ipse præcepit illi vt nemini diceret: sed Vade, ostende te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua* sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.
15 Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis.
16 Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.
17 Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes & legis Doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ierusalem. & virtus Domini erat ad sanandum eos.
18 *Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus. & quærebant eum inferre, & ponere ante eum.
19 Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt eũ cum lecto in medium, ante Iesum.
20 Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo remittuntur tibi peccata tua.
21 Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?
22 Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos, Quid cogitatis mala in cordibus vestris?
23 Quid est facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?
24 Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) tibi dico, surge, tolle lectum tuum [illegible] in domum tuam.
25 Et confestim consurgens coram illis, tulit* lectum in quo iacebat: & abiit in domũ suam, magnificans Deum.
26 Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie.
27 *Et post hæc exijt, & vidit Publicanum nomine Leui, sedentem ad Telonium, & ait illi, Sequere me.
28 Et relictis omnibus, surgens secutus est eum.
29 Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa Publicanorum, & aliorum qui cum illis erant discũbentes.
30 Et murmurabant Pharisæi & Scribæ eorũ, dicentes ad discipulos eius, Quare cum Publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?
31 Et respondens Iesus, dixit ad illos, Non egent qui sani sunt medico: sed qui malè habent.
32 Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.
33 At illi dixerunt ad eum, *Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: e.28. tui autem edunt & bibunt?
34 Quibus ipse ait, Nunquid potestis filios Sponsi, dum cum illis est Sponsus, facere ieiunare?
35 Venient autem dies: & cùm ablatus fuerit ab illis Sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus
35 Dicebat autem & similitudinem ad illos, Quia nemo commissuram a nouo vestimẽto immittit in vestimẽtum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura a nouo.
37 Et nemo mittit vinum nouum in vtres "rumpet veteres: alioquin "rumpit vinum nouum "ipsum vires, & vinum effundetur, & vtres peribũt.
38 Sed vinum nouum in vtres nouas mittendum est: & vtraque conseruantur.
39 Et nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim, Vetus melius est.

CAP. VI.

Christus excusat discipulos, sanat manum aridam, & docet Euangelii pietatem.

1 *FActum est autem in Sabbatho secundo primo cùm transiret per sata, vellebãt discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus.
2 Quidam autem Pharisæorum dicebant illis. Quid facitis quod non licet in Sabbathis?
3 Et respondens Iesus ad eos, dixit, Nec hoc legistis * quod fecit Dauid, cùm esuriret, ipse & qui cum illo erant.

G. ii.

4 Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his, qui cum ipso erant, quos non licet manducare *nisi tantum Sacerdotibus?

Exuit. 24. 6. 9.

5 Et dicebat illis [illegible] Dominus est Filius hominis etiam [illegible] Sabbathi.

B 6 *Factum est autem & in alio Sabbatho vt intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat aridaMat. 12. 1. 9. mar. 3. a. 1.

7 Obseruabant autem Scribæ & Pharisæi si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum.

8 Ipse vero sciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam, Surge, & sta in medium.

9 Et surgens stetit. Ait autem ad illos Iesus *Interrogo vos, si licet sabbathis benefacere an malefacere: animam saluam facere, an perdere?

*Interrogabo.

10 Et circumspectis omnibus dixit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius.

11 Ipsi autem repleti sunt insipientia: & colloquebantur ad inuicem quidnam facerēt de Iesu.

12 Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

13 Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.

Mat. 10. a. c. 14 mar. 3. b. 13.

14 *Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum,

15 Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonem, qui vocatur Zelotes

16 Et Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotē qui fuit proditor.

C 17 Et descendens cū illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Ierusalem: & maritima & Tyri & Sidonis,

18 Qui venerant vt audirent eum, & sanarētur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur.

19 Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Mat. 5. a. 2. Esa. 65. c. 13.

20 Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat, *Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei.

Esa. 61. a. 3

21 *Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. *Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.

22 Beati eritis cum vos oderint homines, & cū separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malū, propter Filium hominis.

23 Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo. secundum hæc enim faciebāt Prophetis patres eorū.

D 24 Veruntamen *væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.

Amos 6. a. 1. eccles. 31. c. 7.

25 *Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.

*quia Esa. 55. c. 13.

26 Væ cum benedixerint vobis omnes homines, secundum hæc enim faciebant *pseudoprophetis patres eorum.

*prophetis.

27 Sed vobis dico qui auditis, *Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos.

Matth. 5. g. 44.

28 Benedicite maledicentibus vobis: & orate pro calumniantibus vos.

29 *Et qui te percutit in maxillam, præbe illi & alteram. *Et ab eo qui aufert tibi vestimentū, etiam tunicam noli prohibere.

Matth. 5. f. 39. 1. Corin. 6. 7.

30 Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.

Matth. 7. c. 12, 106. 4. c. 16.

31 *Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

32 Et si diligitis eos qui vos diligunt: quæ vobis est gratia? nam & peccatores, dilectē tes se, diligunt.

Matth. 5. g. 47.

E

33 *Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.

34 *Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere: quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.

5. 5. c. idem. 15. 9. 2.

35 Veruntamen diligite inimicos vestros, benefacite & mutuum date, nihil inde sperātes. & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.

36 Estote ergo misericordes sicut & Pater vester misericors est.

37 *Nolite iudicare: & nō iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini.

Mat. 7. a. 1.

38 Date, & dabitur vobis: mensuram bonā, & confertam & coagitatam & superefluentem dabunt in sinum vestrum. Eadē quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.

Matt. 7. a. 2. mar. 4. c. 24. F Mat. 15. b.

39 Dicebat autē illis & similitudinem, *Nūquid potest cæcus cæcū ducere? nónne ambo in foueam cadunt?

14 *cadent Matt. 10. c. 24. Ioan. 15 b 16.

40 *Non est discipulus super magistrū: perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius.

Mat. 7. a. 3

41 *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non consyderas?

"videns?

42 Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non "vides? Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo: & tunc pertpicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

43 *Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum.

Matt. 7. c. 17. Matt. 12. c. 33.

44 *Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligūt ficus: neque de rubo vindemiant vuam.

Matt. 12. c. 35.

45 *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundātia enim cordis os loquitur.

G

*Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis quæ dico?

Matth. 7. c. 21.

47 Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit.

rom. 2. b. 25 Iacob. 1. d. 22.

Simi-

48 Similis est homini ædificāti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram: inundatione autem facta illisum est flumen domui illi, & non potuit eā mouere: fundata enim erat supra petram.

49 Qui autem audit, & non facit: similis est homini ædificanti domum suam supra terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

CAP. VII.

Centurionis puer à Christo sanatur. Filius viduæ [illegible]atur in Naim. Ioannes misit discipulos suos ad Christum.

Mat. 8. a. 5 1 *CVm autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaū.

2 Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus.

3 Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & "saluaret seruum eius.

"sanaret.

4 At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitē, dicentes ei, Quia dignus est vt hoc illi præstes:

5 Diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ædificauit nobis.

6 Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset à domo, misit ad eum centurio amicos, dicens, Domine, noli vexari. Non enim sum dignus vt sub tectū meum intres.

7 Propter quod & meipsum non sum dignū arbitratus vt venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

B 8 Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habēs sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alii, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.

9 Quo audito, Iesus miratus est & conuersus, sequentibus se turbis dixit, Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.

10 Et reuersi qui missi fuerant, domum: inuenerunt seruum, qui languerat, sanum.

11 Et factum est deinceps ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa.

12 Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa.

13 Quā cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere.

14 Et accessit, & tetigit loculum. Hi autē qui portabant steterunt. Et ait, Adolescens, tibi dico, surge.

C 15 Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ.

16 Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicētes, Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

17 Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circā regionem.

Matth. 11. c. 2. 18 *Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his:

19 Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes: & misit ad Iesum, dicens, Tu es qui venturus es an alium expectamus?

20 Cùm autem venissent ad [illegible] viri, dixerunt, Ioannes baptista misit nos ad te, dicens, Tu es qui venturus es: an aliū expectamus?

21 In ipsa [illegible] hora [illegible] albos curauit à languoribus malis & plagis, & spiritibus malis: *cæcis multis donauit visum.

D 22 Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis, Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes euangelizantur:

23 Et beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me.

24 Et cum discessissent nuntii Ioannis, cœpit de Ioāne dicere ad turbas, Quid existis in desertum videre? arundinem vento "agitatam?

"moueri

25 Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt.

26 Sed quid existis videre? prophetam? Vtique: dico vobis & plusquam prophetam.

27 Hic est de quo scriptum est, *Ecce mitto angelum meum ante faciē tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Malach. 3. a. 1.

E

28 Dico enim vobis, maior inter natos mulierum propheta Ioāne Baptista nemo est. qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.

29 Et omnis populus audiens & Publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis.

30 Pharisæi autem & legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo.

31 Ait autem Dominus, *Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt.

Matth. 11. b. 16.

32 Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus, Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis.

33 Venit autem Ioannes Baptista neq; manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet.

34 Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus Publicanorum & peccatorum.

35 Et iustificata est Sapientia ab omnibus filiis suis.

F

36 Rogabat autem illum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit.

37 Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit "quod Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti:

"quod ac cubuisset.

38 Et stās retro secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.

39 Videns autem Pharisæus, qui vocauc-

rat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.

40 Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon, habeo aliquid tibi dicere. At ille ait, Magister, dic.

41 Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.

G 42 Non habentibus illis vnde redderent donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diliget?

43 Respondens Simon dixit, Æstimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti.

44 Et conuersus ad mulierem dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intrasti in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autē lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit.

45 Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos.

46 Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

47 Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

48 Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata.

49 Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit?

50 Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

CAP. VIII.

Parabola seminantis, Christus verus imperat. Sedatur mare. Dæmoniacus liberatus.

1 ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicās & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo,

Marc.15.d. 41. 2 *Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant.

3 Et Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Mat.13.a.3 4 Cùm autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum: *dixit per similitudinem,

5 Exiit qui seminat seminare semen suum. & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud.

6 Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. *

7 Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud.

8 Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructū centuplum. Hæc dicēs clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat.

B 9 Interrogabant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola.

10 Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Esa.6.c.9. matt. 13.b. 14, mar.4. b. 12, ioan.12.f.40, act.28.f. 26, rom.11.a.8.

11 Est autem hæc parabola, Semen, est verbum Dei.

12 Qui autē secus viam hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.

13 Nam qui supra petram: qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. & hi radices non habent: * quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. *qui

14 Quod autē in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur, & non referunt fructum.

15 Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

16 *Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. Mat. 5.b. 15, mar.4. c.21. C

17 *Non est enim occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur & in palam veniat. Mat. 10.c. 26, mar.4. c.22.

18 Videte ergo * quid audiatis. * Qui enim habet dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo. *quomodo Mat. 25.b. 29, 25.c.29 mar.4.c. 25.

19 Venerunt autem ad illum mater & fratres eius: & non poterant adire eum præ turba.

20 *Et nunciarum est illi, Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. Mat. 12.d. 46, mar.3. d.31.

21 Qui respondens dixit ad eos, Mater mea & fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciunt.

22 *Factum est autem in vna dierum: & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius: & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Mat.8.c.23 mar.4.d. 35.

23 Et nauigantibus illis obdormiuit: & descendit procella venti in stagnum, & 'compellebantur, & periclitabantur. 'complebantur

24 Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes, Præceptor, perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas.

25 Dixit autē illis, Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt, adinuicem dicentes, Quis, putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?

26 *Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Mat. 8.d. 28, mar.5. a.1.

27 Et cùm de naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimēto non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.

28 Is vt vidit Iesum, procidit ante illum: & exclamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te ne me torqueas.

29 Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custodiens, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta.

E 30 Interrogauit autem illum Iesus, dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio, quia intrauerant dæmonia multa in eum.

31 Et rogauerunt illum ne imperaret illis vt in abyssum irent.

32 Erat autem ibi grex porcorū multorum pascentium in monte: & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.

33 Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.

34 Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt: & nunciauerunt in ciuitatem & in villas.

35 Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentē a quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente, ad pedes eius: & timuerunt.

36 Nunciauerunt autem illis & qui viderāt, quomodo sanus factus esset à legione.

'regionis 37 Et rogauerunt illū omnis multitudo 'Gerasenorum vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens naui, reuersus est. F

'rogabat 38 Et 'rogauit illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autē eum Iesus, dicens,

39 Redi in domū tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.

40 Factum est autem: cum rediisset Iesus, excepit illum turba. erant autem omnes expectantes eum.

Mat.9.c.18 marc 5.b. 22. 41 *Et ecce vēnit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius.

42 Quia vnica filia erat ei ferè annorū duo decim, & hæc moriebatur. (Et contingit, dum iret, a turbis comprimebatur.

43 Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari:

44 Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius.

45 Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negātibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te cōprimunt & affligunt: & dicis, Quis me tetigit?

G 46 Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis: nam & ego noui virtutem de me exiisse.

47 Videns autem mulier quia non latuit, tremens vēnit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodū confestim sanata sit.

48 At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace.)

49 Adhuc illo loquente, vēnit quidam ad principem synagogæ, dicens ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.

50 Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantum, & salua erit.

51 Et cùm venisset domum non permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem & matrem puellæ.

52 Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere: non est mortua puella, sed dormit.

53 Et deridebant eum, scientes quod mortua esset.

54 Ipse autem tenens manum eius clamauit, dicens, Puella, surge.

55 Et reuersus est spiritus eius: & surrexit cōtinuo. Et iussit illi dare manducare.

56 Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

CAP. IX.

Instituuntur Apostoli ad docendum, & mittuntur ibi. Quinque panes.

1 *CONuocatis autem Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Mat.10.a 1. mar. 3. 13.

2 Et misit illos prædicare regnum Dei: & sanare infirmos.

3 Et ait ad illos *Nihil tuleritis, * in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Mat.10.b. 9, mar.6. b.8. *in viam.

4 Et in quancunque domū intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.

5 *Et quicunq; non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Act.13. 51.

6 Egressi autē circuibant per castella euangelizantes & curantes vbique.

7 *Audiuit autē Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, eo quòd dicerētur à quibusdam, Quia Ioannes surrexit à mortuis: Mat.14.a. mar.6. b.14.

8 A quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia propheta vnus de antiquis surrexit.

9 Et ait Herodes, Ioannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

10 Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerunt: & assumptis illis * secessit seorsum in locum desertum, qui est Beth saidæ. Mat.14.c 13, mar.6 c.32.

11 Quod cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui curā indigebant, sanabat.

12 Dies autem cœperat declinare, Et accedētes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella vill sque quæ circà sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hîc in loco deserto sumus. B

13 Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces: nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hāc turbam escas.

14 Erant autem ferè viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere per contubernia quinquagenos.
15 Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes.
16 Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & dabat discipulis suis vt ponerent ante turbas.
17 Et manducauerũt omnes: & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.
18 Et factum est: cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens, *Quem me dicunt esse turbæ?
19 Et illi respondentes, & dixerunt, Ioannẽ Baptistam, alii autem Eliam, alii vero quia vnus prophetarum de prioribus surrexit.
20 Dixit autem illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Christum Dei.
21 At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc: dicens,
22 *Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere.
23 Dicebat autẽ ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.
24 *Qui enim voluerit animã suam saluam facere, perdet illam. Nam qui perdiderit animam suam propter me: saluam faciet illam.
25 Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?
26 *Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua & Patris & sanctorum Angelorum.
27 *Dico autem vobis verè, sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei.
28 *Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret.
29 Et facta est, dum oraret, species vultus eius, altera: & vestitus eius, albus & refulgens.
30 Et ecce duo viri loquebantur cum illo: erant autem Moyses & Elias.
31 Visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.
32 Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes, viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabãt cum illo.
33 Et factum est, cùm discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnũ tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nesciẽs quid diceret.
34 Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem.
35 Et vox facta est de nube, dicens, Hic est Filius meus dilectus: ipsum audite.
36 Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.
37 Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit * illis turba multa.
38 Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi:
39 Et ecce spiritus apprehendit eũ, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spumate: & vix discedit dilanians eum.
40 Et rogaui discipulos tuos vt eicerent illum: & non potuerunt.
41 Respondens autem Iesus, dixit, O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum.
42 Et cùm accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum: & reddidit illum patri eius.
43 Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibúsque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos.
44 Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum.
45 At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eũ interrogare de hoc verbo.
46 *Intrauit autẽ cogitatio in eos, quis eorum maior esset.
47 At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illũ secus se, & ait illis,
48 Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit. & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est.
49 Respondens autem Ioannes dixit, Præceptor, vidimus quẽdam in nomine tuo eicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.
50 Et ait ad illos Iesus, Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.
51 Factum est autem dum complerẽtur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem.
52 Et misit nuntios ante conspectum suum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi.
53 Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Ierusalem.
54 Cùm vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicamus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos?
55 Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis.
56 Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.
57 *Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunque

"Domine: Et cunque ieris".
58 *Dixit illi Iesus, vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.
59 Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum.
60 Dixit autẽ ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei.
61 Et ait alter, Sequar te Domine: sed permitte mihi primum renuntiare his qui domi sunt.
62 Ait ad illum Iesus, Nemo mittẽs manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

CAP. X.

Conditiones docendi verbi prescribuntur, & Leuiprouidus Christum recipit.

1 POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus.
2 Et dicebat illis, *Messis quidem multa: operarii autem pauci: Rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem".
3 Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos:
4 *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per viam salutauerritis.
5 In quancunque domum intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui.
6 Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: si autem, ad vos reuertetur.
7 In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. Nolite trãsire de domo in domum.
8 *Et in quancunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis:
9 Et curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, 'Appropinquabit in vos regnum Dei.
10 In quancunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite,
11 Etiam pulueren qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. tamen hoc scitote quia appropinquauit regnum Dei.
12 Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi ciuitati.
13 *Væ tibi Chorozaim, Væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœnituerunt.
14 Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quam vobis.
15 Et tu Capharnaum vsque ad cælũ exaltata: vsque ad infernum demergẽris.
16 *Qui vos audit me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit: spernit eum qui misit me.
17 Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.
18 Et ait illis, Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem.
19 Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpẽtes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.
20 Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.
21 In ipsa hora exultauit in Spiritu Sancto, & dixit, "Confitebor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Etiam Pater, quoniam sic placuit ante te.
22 Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.
23 Et conuersus ad discipulos suos dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis.
24 *Dico enim vobis quod multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.
25 *Et ecce quidam Legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?
26 At ille dixit ad eum, In lege quid scriptũ est? quomodo legis?
27 Ille respondens dixit, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & Proximum tuum sicut teipsum.
28 Dixitque illi, Rectè respondisti: hoc fac & viues.
29 Ille autem volens iustificare seipsum dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus?
30 "Suspiciens autem Iesus dixit, Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.
31 Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterijit.
32 Similiter & Leuita, cùm esset secus locũ, & videret eum, pertransiit.
33 Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est.
34 Et appropians, alligauit vulnera eius: infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curam eius egit.
35 Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego, cùm rediero, reddam tibi.
36 Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones?
37 At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.
38 Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in do-

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

mum suam,
39 Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.
40 Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait, Domine, non est tibi cura quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi ut me adiuuet.
41 Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurimus.
42 Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

Orandi formulam Christus præscribit. Perseuerandum in oratione.

1 ET factum est: cùm esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos.
2 Et ait illis, Cùm oratis dicite, Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum.
3 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
4 Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.
5 Et ait ad illos, Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice commoda mihi tres panes,
6 Quoniã amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum.
7 Et ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi.
8 Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi, surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.
9 Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.
10 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.
11 Quis autem ex vobis patrem petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi?
12 Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem?
13 Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cælestis de cælo dabit Spiritum bonum petentibus se?
14 Et erat eiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ.
15 Quidam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.
16 Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo.
17 Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur: & domus supra domum cadet.
18 Si autem & Satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beel-zebub me eiicere dæmonia.
19 Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.
20 Porrò si in digito Dei eiicio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei.
21 Cùm fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea quæ possidet.
22 Si autem fortior eo superueniens vicerit eũ: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.
23 Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.
24 Cùm immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem. Et non inueniens, dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui.
25 Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam.
26 Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.
27 Factum est autem: cùm hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.
28 At ille dixit, Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.
29 Turbis autem concurrentibus cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequam est, signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ.
30 Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti.
31 Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & ecce plus quam Salomon hic.
32 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illã: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. & ecce plus quàm Ionas hic.
33 Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant.
34 Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.
35 Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint.
36 Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.
37 Et cùm loqueretur rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Ingressus autem recubuit.
38 Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere quare non baptizatus esset ante prandium.

Et ait

39 Et ait Dominus ad illum, Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate.
40 Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est fecit?
41 Veruntamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.
42 Sed væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentam & rutam & omne olus: & præteritis iudicium & charitatem Dei. hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.
43 Væ vobis Pharisæis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.
44 Væ vobis quia estis vt monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt.
45 Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi, Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.
46 At ille ait, Et vobis Legisperitis væ: quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas.
47 Væ vobis, qui ædificatis monumẽta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos.
48 Profectò testificamini quòd consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra.
49 Propterea & Sapientia Dei dixit, Mittã ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur:
50 Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista.
51 A sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zacharię, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.
52 Væ vobis Legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.
53 Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi & Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis,
54 Insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

CAP. XII.

Similitudinibus quibusdam aduersus Anti-Christum discipulos roborat.

1 MYriis autem turbis concurrentibus ita vt inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis.
2 Nihil enim opertum est, quod non reuelabitur: neque absconditum, quod non sciatur.
3 Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.
4 Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.
5 Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. ita dico vobis, hunc timete.
6 Nonne quinque passeres væneunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo?
7 Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos.
8 Dico autem vobis, omnis quicunque cõfessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.
9 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei.
10 Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi, ei autem qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.
11 Cùm autem inducẽt vos in synagogas, ad Magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis.
12 Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.
13 Ait autem ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem.
14 At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos?
15 Dixitque ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet.
16 Dixit autem similitudinem ad illos, dicẽs, Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit.
17 Et cogitabat intra se, diceus, Quid faciam quia non habeo quo congregem fructus meos?
18 Et dixit, hoc faciam. Destruã horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea,
19 Et dicam animæ meæ, Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiescе, comede, bibe, epulare.
20 Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?
21 Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.
22 Dixitque ad discipulos suos, Ideo dico vobis, nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis: neque corpori, quid induamini.
23 Anima plus est quàm esca: & corpus plus quàm vestimentum.
24 Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis?
25 Quis autem vestrum cogitãdo potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?
26 Si ergo neque quod minimum est potestis: quid cæteris soliciti estis?
27 Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, neque nent, dico autẽ vobis nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis.
28 Si autem fœnum quod hodie est in agro

& cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, pusillæ fidei?

29 Et vos nolite quærere quid manducetis aut quid bibetis: & nolite in sublime tolli.

30 Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis.

31 Verumtamen quærite primum regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.

32 Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.

33 Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem, in cælis: quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit,

34 Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

35 Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

36 Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.

37 Beati serui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

38 Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi.

Mat.24.d. 43. apoc. 16.c.15. 39 *Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domũ suam.

'venit. (præsens pro futu. Mat.24.d. 44. 40 Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis 'venit.

41 Ait autem ei Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an ad omnes?

42 Dixit autem Dominus, *Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem 'constituit dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore triticũ mensuram?

'constituet

43 Beatus ille seruus, quem cùm venerit dominus, inuenerit ita facientem.

44 Verè dico vobis quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illum.

45 Quod si dixerit seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari:

46 Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eũ, partemque eius cum infidelibus ponet.

47 Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & nõ fecit secundum voluntatem eius: vapulabit multis.

48 Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

G 49 Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur?

Mat. 10.d. 34. 'dare 50 Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsquedum perficiatur?

51 Putatis quia pacem veni 'mittere in terram? Non, dico vobis: sed separationem.

52 Erũt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres:

53 Diuidentur pater in filium, & filius in patrem: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

54 Dicebat autem 'ad turbas, 'Cùm videritis nubem orientem ab Occasu, statim dicitis, Nimbus venit: & ita fit. 'Mat.16.d. 2.

55 Et cùm austrum flantem dicitis, Quia æstus erit: & fit.

56 Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?

57 Quid autem & à vobisipsis non iudicatis quod iustum est?

58 *Cùm autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.

59 Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

CAP. XIII.

Adhortatur Dominus ad pœnitentiam, & conuersionem.

1 ADerant autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæa, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.

2 Et respondens dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sint?

3 Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos

4 Putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem?

5 Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non 'habueritis, omnes similiter peribitis.

'egeritis

6 Dicebat autem & hanc similitudinem, Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.

B 7 Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructũ in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?

8 At ille respondens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsquedum fodiam circa illam, & mittam stercora:

9 Et si quidem fecerit fructum, sin autem, in futurum succides eam.

10 Erat autem docens in synagóga eorum sabbathis.

11 Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.

12 Quam cùm videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi, Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.

C 13 Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum.

Respon

14 Respondens autem Archisynagógus, indignans quia 'sabbathis curasset Iesus, dicebat turbæ, Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbathi.

'sabbatho

15 Respondens autem ad illum Dominus dixit 'Hypocritæ, vnusquisque vestrum sabbatho non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare?

'Hypocrita

D 16 Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbathi?

17 Et cùm hæc diceret, erubescebant omnes aduersarii eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.

Mat.13.d. 31. 18 *Dicebat ergo, Cui simile est regnũ Dei, & cui similem æstimabo illud?

19 Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in ortum suum, & creuit: & factum est in arborem magnam, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.

Mat.13.c. 33. 20 *Et iterum dixit, Cui simile æstimabo regnum Dei?

21 Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentatum est totum.

22 Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem.

E 23 Ait autem illi quidam, Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autẽ dixit ad illos,

Mat.7.b. 13. 24 *Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.

25 Cùm autem intrauerit pater familiãs, & clauserit ostium, 'incipietis foris stare, & pulsare ostium dicentes, Domine aperi nobis: & respondens dicet vobis, Nescio vos vnde sitis:

'& 'incipietis

26 Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

27 Et dicet vobis, Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes operarii iniquitatis.

F 28 Ibi erit fletus & stridor dentium: cum videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.

29 Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro: & accumbent in regno Dei.

Mat. 19.d. 30. 20.a. 25. marc. 10.d. 31. 'erunt 30 *Et ecce, sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi, qui erant nouissimi.

31 In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi, Exi & vade hinc: quia Herõdes vult te occidere.

32 Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor.

G 33 Verumtamen oportet me hodie & cras & sequẽti die ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem.

Mat.23.d. 37. 34 *Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos quem admodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti?

35 Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me donec veniat cùm dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

CAP. XIIII.

Hydropicus sanatur, & docetur humilitas.

1 * ET factum est: cùm introisset Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

2 Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

3 Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos & Pharisæos, dicens, Si licet sabbatho curare?

4 At illi tacuerunt. Ipse vero apprehẽsum sanauit eum ac dimisit.

5 Et respondens ad illos dixit, Cuius vestrum asinus aut bos in puteũ cadet: & non continuo extrahet illum die sabbathi?

6 Et non poterant ad hæc respondere illi.

7 Dicebat autem & ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos,

B 8 Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo:

9 Et veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.

10 Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt cùm venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

Iof.2.c. 24. mat.23.b. 11 *Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

12 Dicebat autem & ei qui se inuitauerat, Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites: ne forte te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio.

C Tob.4.b.7 prou.3.b.9

13 Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos:

14 Et beatus eris, quia non habẽt retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

15 Hæc cùm audisset quidã de simul discumbentibus, dixit illi, Beatus qui 'manducabit panem in regno Dei.

D 'manducat

16 Et ipse dixit ei, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.

17 Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia.

18 Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villam emi: & necesse habeo exire & videre illam, rogo te habe me excusatum.

19 Et alter dixit, Iuga boum emi quinque: & eo probare illa, rogo te habe me excusatum.

20 Et alius dixit, Vxorem duxi: & ideo non possum venire.

21 Et reuersus seruus, nuntiauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles & cæcos & claus-

dos introduc huc.
22 Et ait seruus, Domine, factum est vt imperasti: & adhuc locus est.
23 Et ait Dominus seruo, Exi in vias & sepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea.
F 24 Dico autem vobis quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.
25 Ibat autem turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos,
26 Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus.
Mar.8.d. 34. 27 *Et qui non baiulat crucem suam & venit post me: nō potest meus esse discipulus.
28 Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, *nonne prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum:
*posteaquàm 29 Ne *posiquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes,
G 30 Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare?
31 Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se?
32 Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt.
33 Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus.
Mat.5.b. 13, mar.9. 2.50. 34 *Bonum est sal. Si autem sal quoque euanuerit in quo condietur?
35 Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

Pœnitentia nostra lætificat angelos. De filio qui consumpsis omnibus bonis tandem ad patrem.

1 ERant autem appropinquãtes ei Publicani & peccatores vt audirent illum.
2 Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.
3 Et ait ad illos parabolam istam, dicens,
4 Quis ex vobis homo qui habet centum oues? & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonaginta nouem in deserto & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam?
5 Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens:
6 Et veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.
7 Dico vobis quòd ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia.
8 Aut quæ mulier habens drachmas decẽ: si perdiderit drachmam vnã, nónne accendit lucernam, & *euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam?
9 Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi, quia C inueni drachmam quam perdideram,
10 Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitẽtiam agente.
11 Ait autem, Homo quidam habuit duos filios:
12 Et dixit adolescentior ex illis patri, Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam.
13 Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longe quam: & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.
14 Et postquam omnia *consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere.
15 Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius: & misit illum in villam suam vt pasceret porcos.
16 Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat.
17 In se autem reuersus dixit, Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo.
18 Surgam, & ibo ad patrem meũ, & dicam ei, Pater, peccaui in cælum & coram te:
19 Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis.
20 Et surgens venit ad patrem suũ. Cùm autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. E
21 Dixitque ei filius, Pater, peccaui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus.
22 Dixit autem pater ad seruos suos. Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & *calceamentum in pedes eius: *calceamenta.
23 Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus & epulemur.
24 Quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari.
25 Erat autem filius eius senior in agro, & F cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum:
26 Et vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent.
27 Ipse dixit illi, Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit.
28 Indignatus est autem: & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. G
29 At ille respondens dixit patri suo, Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, & nũquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer:
30 Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

*euertit

31 At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.
32 Epulari autẽ & gaudere oportebat: quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

CAP. XVI.

Iuuandus proximus & soli Deo seruiendum. Diues in inferno.

1 DIcebat autẽ & ad discipulos suos. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.
2 Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationẽ villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare.
3 Ait autem villicus intra se, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationẽ? fodere non valeo, mendicare erubesco.
4 Scio quid faciam: vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.
Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantum debes domino meo?
6 At ille dixit, Cẽtum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam: & sede, citò scribe quinquaginta.
7 Deinde alii dixit, Tu verò quantum debes? Qui ait, Centum choros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta.
8 Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi, prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.
9 Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammõna iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.
C 10 Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est: & in maiori iniquus est.
11 Si ergo in iniquo mammõna fideles non fuistis: quod verum est quis credet vobis?
12 Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est quis dabit vobis?
Mat.6.c. 24. 13 *Nemo seruus potest duobus dominis seruire, aut vnũ enim odiet, & alterum diliget, aut vni adhærebit, & alterum contẽnet. non potestis Deo seruire & mammonæ.
D 14 Audiebant autem omnia hæc Pharisæi qui erant auari: & deridebant illum.
15 Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.
Matt.11.b. 12. 16 *Lex & prophetæ, vsque ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.
Mat.5.c.18 17 *Facilius est autem cælum & terrã præterire, quàm de lege vnum apicem cadere.
1.Cor.7.b. 11. 18 *Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.
E "& 19 Homo quidam erat diues "qui induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendidè.
20 Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus:
21 Cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.
22 Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. F
23 Eleuans autem oculos suos cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius.
24 Et ipse clamans dixit, Pater Abrahã, miserere mei, & mitte Lazarũ vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flãma.
25 Et dixit illi Abrahã, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter malanunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris,
26 Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volũt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.
27 Et ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei.
28 Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. G
29 Et ait illi Abraham, Habent Moysen & Prophetas: audiant illos.
30 At ille dixit, Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.
31 Ait autem illi, Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAP. XVII.

Cauendum à scandalo. Peccanti in nos fratri remittendum. Leprosi decem sanantur Samaritano Deo gratias agit.

Mat.18.a. 7. 1 ET ait ad discipulos suos, *Impossibile est vt non veniant scandala: væ autem illi per quem veniunt.
Mar.9.f. 42. 2 *Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius, & proiiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis.
Mat.18.b. 15. 3 Attendite vobis, *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi.
4 Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: dimitte illi.
B 5 Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem.
Mat.17.20. 6 *Dixit autem Dominus, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, *dicetis huic arbori moro, Eradicare & transplantare in mare: & *obedier vobis. *habere tis. *dicerete obedi ret. *ei
7 Quis autem vestrum habẽs seruum arantem aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, & recumbe:
8 Et non dicit", Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes?
C 9 Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto.
10 Sic & vos cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.

Universidad de Deusto Biblioteca

11 Et factum est, dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam.
12 Et cum ingrederetur quoddã castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui stetерunt à longe:
13 Et leuauerunt vocem dicentes, Iesu præceptor miserere nostri.
Deu.24.d.2 14 Quos vt vidit, dixit, Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Et factum est: dum irent, mundati sunt.
D 15 Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est: regressus est, cum magna voce magnificans Deum,
16 Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus
17 Respondens autem Iesus, dixit, Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt?
18 Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.
19 Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit.
Mar. 34. 20 Interrogatus autem à Pharisæis quando veniret regnum Dei, respondens eis dixit: Non veniet regnum Dei cum obseruatione, neque dicent,
non 21 Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnũ Dei intra vos est.
E 22 Et ait ad discipulos suos, Venient dies quando desideretis videre vnum diem Filii hominis, & non videbitis.
Mat.24.c. 23 Et dicent vobis, Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini.
23, mar.13. e.21. 24 Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt fulget: ita erit Filius hominis in die sua.
25 Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.
Ma 23. Ge.5 Gen.6.d. 26 Et sicut factum est in diebus Noe: ita erit & in diebus Filii hominis.
32, gen.7. 27 Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias vsque in diem qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes.
Gen.19.c. 24. F 28 Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebant & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant & ædificabant:
29 Qua die autẽ exiit Lot à Sodomis, pluit ignẽ & sulphur de cælo, & omnes perdidit,
30 Secundum hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur.
G 31 In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro.
32 Memores estote vxoris Lot.
Supra 9.c. Mat.16.c. 24.c. Mar. 8.d.35. Ioã.12.d. 25. Mat.24.d. 40. 33 *Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, viuificabit eam.
34 Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur.
35 Duæ erunt molentes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur.
36 Respondentes dicunt illi, Vbi Domine?
37 Qui dixit illis, Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ.

CAP. XVIII.

Christus docet orare.

1 DIcebat autem & parabolam ad illos, *quoniã oportet semper orare & non Eccles. 18. c.22, 1. Thes. 5.d.17. desicere, dicens,
2 Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur.
3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo.
4 Et nolebat per multum tẽpus. Post hæc autem dixit intra se. Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor:
5 Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam: ne in nouissimo veniens fugiller me.
6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit.
7 Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamãtium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis?
8 Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorũ. Verumtamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?
9 Dixit autem & ad quosdã qui in se confidebant tanquã iusti, & aspernabantur exteros, parabolam istam, ascens,
10 Duo homines ascendebant in templum, vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus.
11 Pharisæus stãs, hæc apud se orabat, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus.
12 Ieiuno bis in sabbatho: decimas do omnium quæ possideo.
C 13 Et Publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori.
14 Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, * quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Sup.14.d.11, mat.23. b.12.
15 Afferebant autem ad illam & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. Mat.19.b. 13.
16 Iesus autem conuocans illos dixit, *Sinite pueros venire ad me: & nolite vetare eos, talium est enim regnum Dei. Mat.10.b. 13.
17 Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. D
18 *Et interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? Mat.19.b. 30, mar.10. b.17.
19 Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus.
20 Mandata nosti? *Non occides, Non Mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem? Exo.20.d. 17.
21 Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.
22 Quo audito Iesus ait ei, Adhuc vnum tibi deest: omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.
23 His ille auditis contristatus est: quia diues E

erat valde.
24 Videns autem Iesus illum tristem factũ, dixit, Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.
25 Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.
26 Et dixerunt qui audiebant, Et quis potest saluus fieri?
27 Ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.
Matth.19.c. 4.27, mar. 10.d.28. 28 *Ait autem Petrus, Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.
F 29 Qui dixit eis, Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres aut vxorẽ, aut filios propter regnum Dei,
30 Et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo * futuro vitam æternam.
2. 6.17, 10.c.32. 31 *Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & cõsummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis.
32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur:
33 Et postquam flagellauerint occident eũ, & tertia die resurget.
34 Et ipsi nihil horum intellexerunt: & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.
G Mat.20.d. 29, marci 10.c.46. 35 Factum est autem: * cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans.
36 Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset.
37 Dixerunt autem ei quod Iesus Nazarænus transiret.
38 Et clamauit, dicens, Iesu fili Dauid miserere mei.
39 Et qui præibant, increpabant eum vt taceret: ipse verò multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei.
40 Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum, dicens.
41 Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, vt videam.
42 Et Iesus dixit illi, Respice: fides tua te saluum fecit.
43 Et confestim vidit: & sequebatur illũ magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

Cum Zacheo Publicano manet Christus. Parabola de talentis concreditis.

1 ET ingressus perambulabat Iericho.
2 Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat Publicanorum, & ipse diues,
3 Et quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.
4 Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat trãsiturus.
5 Et cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zachæe, festinans descẽde, quia hodie in domo tua oportet me manere.
6 Et festinans descendit: & excepit illũ gaudens.
7 Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quòd ad hominem peccatorem diuertisset.
8 Stans autem Zachæus dixit ad Iesum. "Domine. Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. num.
9 Ait Iesus ad eum, Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse filius sit Abrahæ.
10 *Venit enim Filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Mat.18.b. 11.
11 Hæc illis audientibus adiiciens dixit parabolam, eo quòd esset prope Ierusalem, & quia existimarẽt quod confestim regnum Dei manifestaretur.
12 Dixit ergo, Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti.
13 Vocatis autem decẽ seruis suis dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio.
C 14 Cives autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos.
15 Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniã: vt sciret quantum quisq; negotiatus esset.
16 Venit autem primus, dicẽs, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit.
17 Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates.
18 Et alter vẽnit, dicens, Domine, mna tua fecit quinque mnas.
19 Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates.
20 Et alter venit, dicens, Domine, ecce mna tua quam habui repositam in sudario.
21 Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod nõ posuisti, & metis quod non seminasti. D
22 Dicit ei, De ore tuo te iudico serue nequã, sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui:
23 Et quare non dedisti pecuniam meã ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique "illam exegissem illud?
24 Et astantibus dixit, Auferte ab illo mnã, & date illi qui decem mnas habet.
25 Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas.
26 Dico autem vobis, * quia omni habenti dabitur & abundabit: ab eo autem qui nõ habet, & quod habet, auferetur ab eo. Sup. 8. c. 18, mat. 13. b. 12. 25. c.
27 Verumtamen inimicos meos illos qui no luerunt me regnare super le, adducite huc & interficite ante me. 29, marci 11. c. 25. E
28 Et his dictis præcedebat ascendens Ierosolymam.
29 *Et factum est: cùm appropinquasset ad Bethphagẽ & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos Mat.21.a. 1. Mar. 11. a.
dicens.

30 Ite in castellum quod contra vos est: in quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit: soluite illum, & adducite.
31 Et si quis vos interrogauerit, Quare soluitis? sic dicetis ei, Quia Dominus operam eius desiderat.
32 Abierunt autem qui missi erant: & inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum.
33 Soluentibus autem illis pullum, dixerũt domini eius ad illos, Quid soluitis pullum?
34 At illi dixerunt. Quia Dominus eum necessarium habet.
35 *Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum.
36 Eunte autem illo substernebant vestimẽta sua in via.
37 Et cum appropinquaret iam ad descensum Montis oliueti, cœperunt omnes turbæ "descendentium gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes,
38 Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelsis.
39 Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum, Magister, increpa discipulos tuos.
40 Quibus ipse ait, Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.
41 Et vt appropinquauit, videns Ciuitatem fleuit super illam, dicens,
42 Quia si cognouisses & tu, & quidẽ in hac die tua, quæ ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
43 Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique,
44 Et ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & * non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.
45 Et ingressus in templum cœpit eiicere vendentes "& ementes, dicens illis,
46 Scriptum est, Quia* domus mea, domus orationis est, *Vos autem fecistis illam, spelunam latronum.
47 Et erat docens quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum & Scribæ & principes plebis quærebant illum perdere:
48 Et non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

CAP. XX.

Disceptat Iesus cum Iudæis æmulis suis.

1 * ET factum est in vna dierum docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes Sacerdotum & Scribæ cum senioribus,
2 Et aiunt, dicentes ad illum, Dic nobis in qua potestate hæc facis? aut, quis est, qui dedit tibi hanc potestatem?
3 Respondens autem Iesus dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi,
4 Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus?
5 At illi cogitabant intra se, dicentes, Quia si dixerimus de cælo: dicet, Quare ergo nõ credidistis illi?
6 Si autem dixerimus ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim Ioannem prophetam esse.
7 Et responderunt se nescire vnde esset.
8 Et Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.
9 *Cœpit autem dicere ad plebem parabo. Iam hanc, Homo quidam plantauit vineã, & locauit eam colonis: & ipse peregrè fuit multis temporibus.
10 Et in tempore illo misit ad cultores fructum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem.
11 Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes & afficientes contumelia, dimiserunt inanem.
12 Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes eiecerunt.
13 Dixit autem dominus vineæ, Quid faciã? mittam filium meum dilectum: forsitã cum hunc viderint, verebuntur.
14 Quem cùm vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes, Hic est hæres, occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas.
15 Et eiectum illũ extra vineam, occiderũt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineã aliis.
16 Quo audito dixerunt illi, Absit. Ille autẽ aspiciens eos, ait,
17 Quid est ergo hoc quod scriptum est, *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?
18 Omnis qui ceciderit super illum lapidẽ, conquassabitur: super quem autem ceciderit, commiuet illum.
19 Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum. cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hanc.
20 *Et obseruantes, miserunt insidiatores qui se iustos simularent, vt caperẽt eum in sermone, "& traderent illum principatui & potestati præsidis.
21 Et interrogauerunt eum, dicentes. Magister, scimus quia rectè dicis & doces: & non accipis personã, sed viã Dei in veritate doces:
22 Licet nobis tributũ dare Cæsari, an non?
23 Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis?
24 Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt, Cæsaris.
25 Et ait illis, *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: quæ sunt Dei, Deo.
26 Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt.
27 *Accesserunt autem quidam Sadducæorum qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes,
28 Magister, *Moyses scripsit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorẽ, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eã frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo.

Septem

29 Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filiis.
30 Et sequens accepit illam: & ipse mortuus est sine filio.
31 Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem: & non reliquerunt semen, & mortui sunt.
32 Nouissimè omniũ mortua est & mulier.
33 In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? si quidem septem habuerunt eam vxorem.
34 Et ait illis Iesus, Filii huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias:
35 Illi verò qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores:
36 Neq; vltrà mori poterunt. æquales enim angelis sunt: & filii sunt Dei, cùm sint filii resurrectionis.
37 Quia verò resurgant mortui, & * Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit Dominũ, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob.
38 Deus autem non est mortuorum, sed viuorum, omnes enim viuunt ei.
39 Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt ei, Magister, bene dixisti.
40 Et amplius non audebant eũ quicquam interrogare.
41 *Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Christum, filium esse Dauid:
42 Et ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis:
43 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
44 Dauid ergo dominum illũ vocat: & quo modo filius eius est?
45 Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis.
46 *Attendite à Scribis qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuiis.
47 "Qui deuorant domos viduarum: simulantes longã orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

CAP. XXI.

Dicens extremum multa mala præcedent.

1 * RESpiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites.
2 Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.
3 Et dixit, Verè dico vobis quia vidua hæc pauper, plus quàm omnes misit.
4 Nam omnes hi ex abundanti sibi miserũt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit misit.
5 * Et quibusdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus & donis ornatum est, dixit,
6 Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.
7 Interrogauerunt autem illum, dicentes, Præceptor, quando hæc erunt: & quod signum cum fieri incipient?
8 Qui dixit, Videte ne seducamini. multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum: & tempus appropinquauit: nolite" ire post eos.
9 Cùm autẽ audieritis "prælia & seditiones nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, sed nondum statim finis.
10 Tunc dicebat illis, Surget gens cõtra gentem, & regnum aduersus regnum:
11 Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt.
12 Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas: & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen meum.
13 Continget autem vobis in testimonium.
14 Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis.
15 Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri.
16 Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis.
17 Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum:
18 Et capillus de capite vestro non peribit.
19 In patientia vestra possidebitis animas vestras.
20 *Cùm autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius.
21 Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam:
22 Quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt.
23 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus, erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic.
24 Et cadent in ore gladii: & captiui ducentur in omnes gentes. & Ierusalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.
25 *Et erunt signa in Sole & Luna & stellis: & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum,
26 Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. nam virtutes cælorum mouebuntur:
27 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.
28 His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: * quoniam appropinquat redemptio vestra.
29 Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores:
30 Cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas.
31 Ita & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei.
32 Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

H. ii.

33 Cælum & terra transibunt: verba autem
G mea non transibunt.
Ro.13.d. 34 *Attendite autem vobis ne forte grauen
tur corda vestra in crapula & ebrietate &
curis huius vitæ: & superueniat in vos re-
pentina dies illa.
35 Tanquam laqueus enim superueniet in
omnes, qui sedent super faciem omnis ter-
ræ,
36 Vigilate itaque, omni tempore orantes,
vt digni habeamini fugere ista omnia
quæ futura sunt, & stare ante Filium ho-
minis.
37 Erat autem diebus docens in templo: no
ctibus vero exiens, morabatur in Monte,
qui vocatur oliueti.
M 38 *A manè
34 ibat
a 38 Et omnis populus manicabat ad eum in
templo audire eum.

CAP. XXII.

Christus post cœnam capitur à Iudæa.

Matth. 26. 1 *APpropinquabat autem dies festus A.
a. 2, marc. zymorum, qui dicitur Pascha:
14.a.1. 2 Et quærebant principes Sacerdotum &
Scribæ quomodo eum interficerent: time-
bant vero plebem.
3 Intrauit autem Satanas in Iudam, qui co-
gnominabatur Iscariótes, vnum de duode-
cim:
Matth. 4 *Et abiit, & locutus est cum principibus
26. b 14. Sacerdotum & magistratibus, quemadmo-
mar. 14. b. dum illum traderet eis.
10. 5 Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi
dare.
6 Et spopondit. Et quærebat opportunita-
tem vt traderet illum sine turbis.
M Matth. 26. 7 *Venit autem dies Azymorum, in qua ne-
73 b. 17, marc. cesse erat occidi pascha.
Σ 14.b.12. 8 Et misit Petrum & Ioannem, dicens, Eun-
tes parate nobis pascha, vt manducemus.
9 At illi dixerunt. Vbi vis paremus?
10 Et dixit ad eos, Ecce, introeuntibus vo-
bis in Ciuitatem occurret vobis homo qui
dam amphoram aquæ portans: sequimini
eum in domum in qua intrat,
11 Et dicetis patrifamiliâs domus, dicit tibi
B Magister, Vbi est diuersorium vbi pascha
cum discipulis meis manducem?
12 Et ipse ostendet vobis cœnaculum ma-
gnum stratum: & ibi parate.
13 Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis:
& parauerunt pascha.
14 Et cùm facta esset hora, discubuit, & duo
decim Apostoli cum eo, & ait illis,
15 Desiderio desideraui hoc pascha manduca-
re vobiscum, antequam patiar.
16 Dico enim vobis quia ex hoc non man-
ducabo illud donec impleatur in regno
Dei.
17 Et accepto calice gratias egit, & dixit, Ac
cipite, & diuidite inter vos.
18 Dico enim vobis quòd non bibam de ge-
neratione vitis, donec regnum Dei veniat.
Matth. 26. 19 *Et accepto pane gratias egit, & fregit, &
c. 26. dedit eis, dicens: Hoc est corpus meũ quod
marc. 14. c. pro vobis datur hoc facite in meam cõme-
22, 1. cor. 11 morationem.
c. 2. 9. 20 Similiter & calicem, postquam cœnauit,
dicens, Hic est calix nouum testamentum
in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.
21 *Verumtamen ecce manus tradentis me, Matth. 26.
mecum est in mensa. b. 21, marc.
22 Et quidem Filius hominis* secundũ quod 14. b. 20.
definitum est, vadit, verumtamen væ homi iean. 13. b.
ni illi per quem* tradetur. 18.
23 Et ipsi cœperunt quærere inter se quis C
esset ex eis qui hoc facturus esset. Psal. 40.
24 Facta est autem & contentio inter eos, b. 10.
quis eorum videretur esse maior.
*traditur
25 Dixit autem eis,* Reges Gentium domi- Mat. 20. d.
nantur eorum: & qui potestatem habent su 25. marc.
per eos, benefici vocantur. 10. f. 42.
26 Vos autem non sic: sed qui maior est in *iunior:
vobis, fiat sicut* minor: & qui præcessor est
sicut ministrator.
27 Nam quis maior est, qui recumbit, an qui
ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem
in medio vestrum sum sicut qui ministrat.
28 Vos autem estis qui permansistis mecum
in tentationibus meis.
29 Et ego dispono vobis, sicut disposuit mi
hi Pater meus, regnum:
30 Vt edatis & bibatis super mensam meam
in regno meo, & sedeatis super thronos iu-
dicantes duodecim tribus Israel.
D 31 Ait autem Dominus* Simõni, Simon ecce *Simon,
Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut tri Simon
ticum:
32 Ego autem rogaui pro te vt non deficiat
fides tua: & tu aliquando conuersus, confir
ma fratres tuos.
33 Qui dixit ei, Domine, tecum paratus sum
& in carcerem & in mortem ire. Mat. 26. e.
34 *Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantа- 69. 34. marc.
bit hodie gallus, donec ter abneges nosse 14. c. 30.
me. Matth. 10.
35 Et dixit eis, Quando misi vos* sine sac- 9.
culo & pera & calceamentis: nunquid ali-
quid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil.
36 Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacco
lum tollat, similiter & peram: & qui non ha
bet, vendat tunicam suam, & emat gla-
dium.
37 Dico enim vobis quoniã adhuc hoc quod Esa. 53. d.
scriptũ est, oportet impleri in me, *Et cum 12.
iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt
de me, finem habent.
38 At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii
hîc. At ille dixit eis, Satis est. E
39 *Et egressus ibat secundum consuetudi- Mat. 26. e.
nem in Montem oliuarum. Secuti sunt au- 36. marc.
tem illum & discipuli. 14. d. 32, 39.
40 Et cùm peruenisset ad locum, dixit illis, 18. a. 1.
Orate ne intretis in tentationem.
41 Et ipse auulsus est ab eis quantũ iactus
est lapidis: & positis genibus orabat, dicẽs.
42 Pater, si vis, transfer calicem istum à me.
Verumtamen nõ mea voluntas, sed tua fiat.
43 Apparuit autem illi Angelus de cælo
confortans eum.
44 Et factus in agonia, prolixiꝰ orabat. Et
factus est sudor eus sicut guttæ sanguinis
decurrentis in terram.
45 Et cùm surrexisset ab oratione, & veni-
sset ad discipulos suos, inuenit eos dormie
tes præ tristitia.

48 Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate
ne intretis in tentationem.
Mat. 26. c. 47 *Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vo-
47. marc. cabatur Iudas, vnus de duodecim, antece-
14. c. 43. debat eos, & appropinquauit Iesu vt oscu
iean. 18. d. laretur eum.
3. 48 Iesus* autem dixit illi, Iuda, osculo Filium
hominis tradis?
49 Videntes autem hi, qui circa ipsum erant
quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si
percutimus in gladio?
50 Et percussit vnus ex illis seruum princi-
pis Sacerdotum: & amputauit auriculam
eius dexteram.
F 51 Respondens autem Iesus, ait, Sinite, vsque
huc. Et cùm tetigisset auriculam eius, sa-
nauit eum.
52 *Dixit autem Iesus ad eos, qui venerunt
ad se, principes Sacerdotum & magistratus
templi & seniores, Quasi ad latronem exi-
stis cum gladio & fustibus?
53 Cùm quotidie vobiscum fuerim in tem-
plo, non extendistis manus in me, sed hæc
est hora vestra, & potestas tenebrarum.
Marc. 14. 54 *Comprehendentes autem eum, duxerunt
f. 53. Iean. ad domum principis Sacerdotum: Petrus
18. d. 24. verò sequebatur eum à longe.
55 Accenso autem igne in medio atrii, & cir
Matth. 26. cumsedentibus illis, * erat Petrus in medio
f. 69, eorum.
marc. 14. g. 56 Quem cùm vidisset ancilla quædam se-
f. 6, iean. dentem ad lumen, & eum fuisset intuita,
18. c. 25. dixit, Et hic cum illo erat.
57 At ille negauit eum, dicens, Mulier non
noui illum
58 Et post pusillum alius videns eum, dixit,
Et tu de illis es. Petrus verò ait: O homo,
non sum.
59 Et interuallo facto, quasi horæ vnius, a-
lius quidam affirmabat, dicens, Vere & hic
cum illo erat, nam & Galilæus est.
60 Et ait Petrus, Homo, nescio quid dicis.
Et continuò, adhuc illo loquente, cantauit
gallus.
G 61 Et conuersus Dominus respexit Petrum:
& recordatus est Petrus verbi Domini, sic-
Mat. 26. e. ut dixerat, * Quia prius quam gallus can-
34. c. 13. d. tet, ter me negabis,
38. 62 Et egressus foras Petrus flenit amarè.
63 Et viri qui tenebant Iesum, illudebant
ei, cædentes.
64 Et velauerunt eum, & percutiebant fa-
ciem eius, & *interrogauerunt eum dicen- *interro-
tes, Prophetiza, quis est qui te percussit? gabant.
65 Et alia multa blasphemantes dicebant in
eum.
Matth. 27. 66 *Et vt factus est dies: conuenerunt se-
a. 1, marc. nio res plebis, & principes Sacerdotum & Scri
15. c. 1, iue. bæ, & duxerunt illum in concilium suum,
22. c. 28. dicentes,
67 Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis, Si
vobis dixero, non credetis mihi:
68 Si autem & interrogauero, non respon-
debitis mihi, neque dimittetis.
69 Ex hoc autem erit Filius hominis sedens
à dextris virtutis Dei.
70 Dixerũ autem omnes, Tu ergo es filius
Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum,
71 At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAP. XXIII.

Christus morti adiudicatus, crucifigitur, derideri, moritur & sepelitur.

1 *ET surgens omnis multitudo eorum, du
xerunt illum ad Pilatum. Matth. 27.
2 Cœperunt autem illum accusare, di- b. 22, marc.
centes, 15. a. 2, luc.
3 Hunc inuenimus subuertentem gentem 23. a. 28.
nostram, & *prohibentem tributa dare Cæ
sari, & dicentem se Christum regem esse. Matth. 21.
4 Pilatus autem interrogauit eum, dicens, b. 11, marc.
Tu es Rex Iudæorum? At ille respondens 12, b. 17
ait, Tu dicis. Ait autem Pilatus ad princi-
pes Sacerdotum & turbas, Nihil inuenio
causæ in hoc homine.
5 At illi inualescebant, dicentes, Commo- *commo-
uit populũ, docẽs per vniuersam Iudæam, uet
incipiens à Galilæa vsque huc.
6 Pilatus autem audiens Galilæam, interro
gauit si homo Galilæus esset.
B 7 Et vt cognouit quòd de Herodis potestа
te esset, remisit eum ad Herodem, qui &
ipse Ierosolymis erat illis diebus.
8 Herodes autem viso Iesu, gauisus est val-
de, erat enim cupiens ex multo tempo-
re videre eum, eo quod audiret multa de
eo: & sperabat signum aliquod videre ab
eo fieri.
9 Interrogabat autem eum multis sermo-
nibus. At ipse nihil illi respondebat.
10 Stabant autem principes Sacerdotum &
Scribæ constanter accusantes eum.
11 Spreuit autem illum Herodes cum exer-
citu suo: & illusit indutum veste alba, & re
misit ad Pilatum.
12 Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in
ipsa die: nam antea inimici erant adin-
uicem.
13 Pilatus autem conuocatis principibus Sa C
cerdotum & magistratibus & plebe, dixit
ad illos,
14 *Obtulistis mihi hunc hominẽ, quasi a- Matth. 27.
uertentem populum: & ecce, ego coram vo c. 23, marc.
bis interrogans, nullam causam* inue- 15. b. 14, luc.
nio in homine isto ex his in quibus eum 23. g. 3. *inuenio
accusatis.
15 Sed neque Herodes, nam remisi vos ad
illum: & ecce, nihil dignum morte actum
est ei.
16 Emendatum ergo illum dimittam.
17 Necesse autem habebat dimittere eis per
Diem festum, vnum.
18 Exclamauit autem simul vniuersa tur-
ba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Ba-
rabban.
19 Qui erat propter seditionem quandam
factam in Ciuitate & homicidium, missus
in carcerem.
20 Iterum autem Pilatus locutus est ad eos
volens dimittere Iesum.
21 At illi succlamabant, dicentes, Crucifige,
crucifige eum.
22 Ille autẽ tertiò dixit ad illos. Quid enim
mali fecit iste? nullam causam mortis in-

uenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam.

D 23 At illi instabant vocibus magnis postulantes ve crucifigeretur: & invalescebant voces eorum.

24 Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.

25 Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum verò tradidit voluntati eorum.

Matth. 27. d. 32. Marc. 15. b. 21. 26 Et cùm ducerent eum, *apprehenderunt Simónem quendam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.

27 Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum.

28 Conuersus autem ad illas Iesus, dixit, Filiæ Ierusalem, nolite flere super me: sed super vosipsas flete, & super filios vestros.

Psal. 54. d. 8. 29 Ecce, venient dies in quibus dicent, *Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.

E Esa. 2. d. 19. Osee. 10. b 8. Apoca. 9. b. 6. 30 Tunc incipient dicere mõtibus, *Cadite super nos: & collibus, Operite nos.

31 Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

32 Ducebantur autem & alii duo nequam, cum eo, vt interficerentur.

33 Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & latrones, vnum à dextris, "alterũ à sinistris.

34 Iesus autem dicebat, Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius: miserunt sortes.

*spectãs, 35 Et stabat populus "expectans. & deridebant eum principes eum eis, dicentes, Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus, Dei electus.

"& 36 Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, "dicentes,

F 37 Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac.

38 Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis & Hebraicis, HIC EST REX IVDAEORVM.

39 Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens, Si tu es Christus, saluum fac "teipsum & nos.

*semetipsum "quod 40 Respondens autem alter, increpabat eũ, dicens, Neque tu times Deum, "qui in eadem damnatione es?

41 Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit.

42 Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei cùm veneris in regnum tuum.

43 Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.

44 Erat autem ferè hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam Terram vsque in horam nonam.

45 Et obscuratus est Sol: & velum templi scissum est medium.

Psal. 30. d. 6. 46 Et clamans voce magna Iesus ait, *Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meum. Et hæc dicens, expirauit.

47 Videns autem centurio quod factũ fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè, hic homo iustus erat.

48 Et omnis turba eorum qui simul aderãt ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant: percutientes pectora sua reuertebantur.

49 Stabant autem omnes noti eius à longe & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes.

Matth. 27. d. 57. Ioan. 19. b. 38. 50 *Et ecce, vir nomine Ioseph qui erat decurio, vir bonus & iustus,

51 Hic non consenserat consilio & actibus eorum ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei:

52 Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu:

53 Et depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento excisо, in quo nondũ quisquam positus fuerat.

54 Et dies erat Parasceues, & Sabbathũ illucescebat.

55 Subsecutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius.

56 Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & Sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum.

CAP. XXIIII.

Resurrectio Christi multis probatur argumentis.

Marc. 16. a. 1. Ioan. 20. a. 1. 1 *VNa autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata,

2 Et inuenerũt lapidem reuolutum à monumento.

3 Et ingressæ, non inuenerunt corpus Domini Iesu.

4 Et factum est dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.

5 Cùm timerent autem, & declinarent vultũ in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis viuentem cum mortuis?

6 Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter *locutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset, dicens,

Matth. 17. d 23. Marc. 9. c. 31. Luc. 9. c. 22. 7 Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi: & die tertia resurgere.

8 Et recordatæ sunt verborum eius.

9 Et regressæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia, illis vndecim, & cæteris omnibus. R

10 Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc.

11 Et visa sunt ante illos sicut deliramentũ verba ista, & non crediderunt illis.

12 Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit, secum mirans quod factum fuerat.

Marc. 16. b. 12. 13 *Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus:

14 Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant.

15 Et factum est: dum fabularentur & secum quærerẽt, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.

C 16 Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.

17 Et ait ad illos, Qui sũt hi sermones quos confertis adinuicem, ambulantes, & estis tristes?

18 Et respõdens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa, his diebus?

19 Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt, De Iesu Nazarẽno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo.

20 Et quomodo eũ tradiderunt summi sacerdotes & Principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

21 Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nũc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt.

22 Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum,

23 Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere.

24 Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum verò non inuenerunt.

25 Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ,

26 Nonne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suam?

27 Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.

28 Et appropinquauerũt castello quò ibãt: & ipse se finxit longiùs ire.

29 Et coëgerunt illum, dicentes, Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies, & intrauit cum illis.

E 30 Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

31 Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum.

F 32 Et dixerunt ad inuicem, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?

33 Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cùm illis erant, dicentes

34 Quòd surrexit Dominus vere, & apparuit Simõni.

35 Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Marc. 16. b. 14. 36 *Dum autem hæc loquũtur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis. Pax vobis: ego sum, nolite timere. c. 29.

37 Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre.

38 Et dixit eis, quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?

39 Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum, palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

40 Et cùm *hæc dixisset, ostendit eis manus *hos & pedes.

41 Adhuc autem illis non credẽtibus & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur?

42 At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis:

43 Et cùm manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

44 Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis, de me.

45 Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerẽt G scripturas, & dixit eis,

46 Quoniam *sic scriptũ est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die. Psa. 18. b. 8.

47 Et "prædicare in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. *prædicatum

48 Vos autem testes estis horum.

Ioan. 15. d. 26. Act. 1. a. 4. 49 *Et "ego mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoad vsque induamini virtute ex alto. *e. 5.

50 Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & "eece eleuatis manibus suis benedixit eis.

51 Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, & *ferebatur in cælum.

Marc. 16. b. 19. 52 Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno:

53 Et erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum. Amen.

Hieronymus in Cathalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

Ioannes Apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi Apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit Euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis, aduersus Corinthum aliósque hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius Scripturæ ferunt, quòd cum legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina probauerit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnius tantum anni, in quo passus & actum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnius tantum anni, in quo passus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

post carcerem Ioannis, historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Ioannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor Euangeliorum volumina legerint. Quæ res, etiam diaphonian quæ videtur Ioannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem & vnam epistolam, cuius exordium est, Quod fuit ab initio, quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum prima principium est, Senior Electæ dominæ: & sequenti, Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate, Ioannis presbyteri esse ferunt, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur. & nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis Euangelistæ esse: super quæ cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit, differemus. Quartodecimo igitur anno, secundam post Neronē persecutionē mouente Domitiano, in Patmon insolam relegatus, scripsit Apocalypsin: quam interpretatur Iustinus martyr & Hyrenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à Senatu rescissis, sub Pertinace principe rediit Ephesum, ibique vsque ad Traianum principē perseuerans, totas Asiæ fundauit, rexitque Ecclesias, & confectus senio, sexagesimo octauo post passionem Domini anno mortuus, iuxta eandem vrbem sepultus est.

SANCTVM IESV CHRISTI Euangelium secundum Ioannem.

CAP. I.

Christus Deus & Homo.

IN principio erat verbū, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
2 Hoc erat in principio apud Deum.
3 Omnia per ipsū facta sūt: & sine ipso factum est nihil.
4 Quod factum est, in ipso Vita erat, & Vita erat lux hominum;
5 Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.
Mat.3.c.1. marc.1.c.4. luc.3.d.3. 6 *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.
7 Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de Lumine, vt omnes crederent per illum.
8 Nō erat ille Lux, sed vt testimoniū perhiberet de lumine.
9 Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
Hebr.11.d.3. 10 In mundo erat, & mundus * per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.
11 In propria venit: & sui eum non receperunt.
B 12 Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.
13 Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.
Rom.1.c.16. 1.ad.Cor.2.c.7. 14 *Et Verbum caro factum est & habitauit in nobis: (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.
15 Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicēs, Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.
C 16 Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.
17 Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.
18 *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. v.Ioan.4.c.5 12.
19 Et hoc est testimoniū Ioānis quādo miserūt Iudæi ab Ierbsolymis Sacerdotes & Leuitas ad eū, vt interrogarēt eū, Tu quis es?
20 Et cōfessus est, & non negauit: & cōfessus est, quia non sum ego Christus.
21 Et interrogauerūt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum, Prophēta es tu? Et respondit, Non.
22 Dixerunt ergo ei, Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de teipso? Ait,
23 Ego * vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias propheta. Esa.40.d. D
24 Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.
25 Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizes, si tu non es Christus, neque Elias, neque prophēta?
26 *Respondit eis Ioannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Mat.3.d.11. luc.3.d.16.
27 Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. act.13.c.25.
28 Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.
29 *Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui die videt tollit *peccata mundi. *posterā *peccatū
30 Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat.
31 Et ego nesciebam eum, sed vt manifestetur *in Israel, propterea veni ego in aqua *Israeli. baptizans.
32 Et testimoniū perhibuit Ioannes, dicēs, E *Quia vidi spiritum descendentem, quasi columbam de cælo, & mansit super eum. Mat.3.d. 16, marc.1.d. 10, luc.3.d.22.
33 Et ego nesciebam eum, sed qui misit me ad.10, facere baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris Spiritum descendentem & manentem

maneatem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.
34 Et ego vidi: & testimoniū perhibui quia hic est Filius Dei.
35 Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo.
36 Et respiciens Iesum ambulantem, dicit, Ecce agnus Dei.
37 Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.
38 Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum, magister) vbi habitas?
F 39 Dicit eis, Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima.
40 Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierat à Ioanne, & secuti fuerant eum.
Ioan. 41 Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus.
42 Et adduxit eum ad Iesum: intuitus autem eum Iesus, dixit, Tu es Simon filius Ioannis: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.
43 In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, Sequere me.
44 Erat autē Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri.
G 45 Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quē scripsit Moyses in Lege, & Prophetæ, Genes.49. balo, d.at. 18.c.2. Esa.40.c. 11, 45.b.2. ierem.23.d. 5. ezech.34 f.23. dan. 9.f.24. inuenimus Iesum filium Ioseph, à Nazareth.
46 Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni, & vide.
47 Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo, Ecce verè Israelita in quo dolus non est.
48 Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Priùs quam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu vidi te.
49 Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.
50 Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis.
51 Et dicit ei, Amen amen dico vobis, *videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis. *à modo

CAP. II.

Iesus honorat nuptias.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi.
2 Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias.
3 Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent.
4 Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.
5 Dicit mater eius ministris, Quodcunque dixerit vobis facite.
6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundùm purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.
7 Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum.
8 Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte B architriclino. Et tulerunt.
9 Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserāt aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei,
10 Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.
11 Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.
12 Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus. *hoc
13 Et prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit C Iesus Ierosolymam:
14 Et inuenit in templo vendentes *oues & boues & columbas, & numularios sedētes: *oues & boues
15 Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit.
16 Et his qui columbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.
17 Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptū est, *Zelus domus tuæ comedit me. psal.68.b. 10.
18 Respōderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signū ostendis nobis quia hæc facis? Mat. 26.f. 61, 27.c. 40, marc. 14 f.58, 15.c. 29.
19 Respondit Iesus, & dixit eis, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.
20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud?
21 Ille autem dicebat de templo corporis sui.
22 Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus.
23 Cùm autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat.
24 Ipse autem Iesus nō credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes.
25 Et quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

Regeneratio ad salutem necessaria.

ERat autem homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.
2 Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.
3 Respondit Iesus, & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis *renatus fuerit denuo, *natus

non potest videre regnum Dei.

4 Dixit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci cum sit senex? nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci?

5 Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

6 Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.

7 Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuo.

8 Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu.

9 Respondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?

10 Respondit Iesus, & dixit ei, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?

11 Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

12 Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia, credetis?

13 Et nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui est in cælo.

14 *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: sic exaltari oportet Filiū hominis:

15 Vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam.

16 *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filiū suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

17 Non enim misit Deus filiū suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

18 Qui credit in eum, non iudicatur. qui autem non credit iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filii Dei.

19 Hoc est autem iudicium: quia *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim eorum malæ opera.

20 Omnis enim qui *malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.

21 Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

22 Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic *morabatur cum eis, & *baptizabat.

23 Erat autem & Ioānes baptizans in Aenō iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur.

24 Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.

25 Facta est autem quæstio ex discipulis Ioānis cum Iudæis de purificatione:

26 Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

27 Respondit Ioānes, & dixit, Non potest homo accipere, quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo.

28 Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis quòd dixerim, Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum.

29 Qui habet sponsam, Sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocē Sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.

30 Illum oportet crescere: me autē minui.

31 Qui desursum venit, super omnes est. Qui de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cælo venit super omnes est.

32 Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit.

33 *Qui autem acceperit eius testimonium, signauit quia Deus verax est.

34 Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.

35 Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu eius.

36 *Qui credit in Filium habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

CAP. IIII.

Colloquium Christi cum Samaritana.

1 VT ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi quod Iesus plures discipulos facit, & *baptizat, quàm Ioannes.

2 (Quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius)

3 Reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam:

4 Oportebat autem eum transire per mediam Samariam.

5 Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædiū, quod *dedit Iacob Ioseph filio suo.

6 Erat autem ibi fons Iacob. Iesus *autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta.

7 Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere.

8 Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.

9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu, Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? (non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.)

10 Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

11 Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam?

12 Nunquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius?

13 Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum:

14 Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15 Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.

Dicit

16 Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.

17 Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Benedixisti, Quia non habeo virum.

18 Quinque enim viros habuisti: & nunc quē habes, non est tuus vir. hoc vere dixisti.

19 Dicit ei mulier, Domine, video quia propheta es tu.

20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia *Ierosolymis est locus vbi adorare oportet.

21 Dicit ei Iesus, Mulier crede mihi, quia *veniet hora quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.

22 *Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est.

23 Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate, Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.

24 *Spiritus est Deus: & eos qui adorant eū, in Spiritu & veritate oportet adorare.

25 Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit qui dicitur Christus. Cùm ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia.

26 Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecū.

27 Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur. nemo tamen dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?

28 Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus,

29 Venite, & videte hominem qui dicit mihi omnia quæcunque feci. nunquid ipse est Christus?

30 Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.

31 Interea rogabant eum discipuli dicentes, Rabbi, manduca.

32 Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis.

33 Dicebant ergo discipuli ad inuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare?

34 Dicit eis Iesus, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.

35 Nónne vos dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem.

36 Et qui metit mercedem accipit, & cōgregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat, simul gaudeat & qui metit.

37 In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.

38 Ego misi vos metere quod vos non laborastis, alii laborauerunt, & vos in labores eorum ingressi estis.

39 Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

40 Cùm venissent ergo ad illum Samaritani rogauerunt eum vt ibi maneret.

41 Et mansit ibi duos dies: & multò plures crediderunt in eum propter sermonē eius.

42 Et mulieri dicebant, Quia *non propter

tuam loquelam credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi.

43 Post duos autem dies exiit inde: & abiit in Galilæam.

44 Ipse enim Iesus *testimonium perhibuit quia propheta in sua patria honorem non habet.

45 Cùm ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad Diem festum.

46 Venit ergo iterum in Cana Galilææ, *vbi fecit aquā vinum. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaū.

47 Hic cùm audisset quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum: & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius. incipiebat enim mori.

48 Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

49 Dicit ad eum regulus. Domine, descende priùs quàm moriatur filius meus.

50 Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat.

51 Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei: & nuntiauerunt dicentes quia filius eius viueret.

52 Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eum febris.

53 Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota.

54 Hoc iterum secundum signum fecit Iesus cùm venisset à Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

Sanat Iesus apud probaticam piscinam.

1 POst hæc erat *Dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.

2 Est autem Ierosolymis *Probatica piscina quæ cognominatur Hebraicè *Beth-saida, quinque porticus habens.

3 In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.

4 Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.

5 Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

6 Hunc cùm vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet: dicit ei, Vis sanus fieri?

7 Respondit ei languidus, Domine, hominem nō habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.

8 Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula.

9 Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabbatum suum, & ambulabat.

10 Erat autem Sabbatum in die illo. Dix

Universidad de Deusto Biblioteca

ecebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat, Sabbathum est, *no licet tibi tollere grabbatum tuum.
*Ier.17.c. 21.
21 Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabbatum tuum & ambula.
22 Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabbatū tuum, & ambula?
23 Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco.
C 24 Postea inuenit eum Iesus in templo & dixit illi, Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.
25 Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis quia Iesus esset qui fecit eum sanum.
26 Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in Sabbatho.
27 Iesus autem respondit eis, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.
28 Propterea ergo magis quærebat eum Iudæi interficere, quia non solùm solebat Sabbathum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.
29 Respondit itaque Iesus, & dixit eis, Amē amen dico vobis, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. quæcunque enim ille fecerit, hæc & similiter Filius facit.
D 30 Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.
31 Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat: sic & Filius quos vult viuificat.
32 Neque enim Pater iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit Filio,
33 Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum.
34 Amen amen dico vobis, Quia qui verbū meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam: & in iudicium non venit: sed *transiet à morte in vitam.
*transijt
35 Amen amen dico vobis quia venit hora
E & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: & qui audierunt, viuent.
36 Sicut enim Pater habet vitam in semetipso:
*&, vel, etiam
37 Sic dedit & Filio habere vitam in semetipso: & potestatem dedit ei *iudicium facere, quia Filius hominis est.
38 Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii *Dei,
*eius, Matth.25. d.46.
39 *Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.
40 Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meū iustum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.
41 Si ego testimonium perhibeo de meipso: testimonium meum non est verum.
Mar.3.d.17
F 42 *Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me.
Inp.1.c.24
43 *Vos misistis ad Ioānem, & testimonium perhibuit veritati.
44 Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis,
45 Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.
46 Ego autem habeo testimonium maius Ioanne: Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea: ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.
47 Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me, neque vocem eius vnquā audistis, neque speciem eius vidistis.
48 Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.
49 Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me:
50 Et non vultis venire ad me vt vitam habeatis:
51 Claritatem ab hominibus non accipio.
52 Sed cognoui vos quia dilectionem Dei non habetis in vobis.
53 Ego veni in nomine Patris mei, & non *accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.
*accipitis
54 Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis?
55 Nolite putare quia ego accusaturus *sum vos apud Patrem: est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis.
*sum Gen.2.c.15. 22.d.18.46 b.10. deut. 18.c.15.
56 Si enim crederetis Moysi: crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.
57 Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

CAP. VI.

Christus corpus & animam cibat.

1 POst hæc abiit Iesus trans Mare Galilææ, quod est Tiberiadis:
2 Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur.
3 Subiit ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis.
4 Erat autem proximum Pascha, *dies festus Iudæorum.
*Leuit.23.d.2. deut.16.a.1.
5 *Cum sublenasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt manducent hi?
Matth.14.b.15. marc. 6.b.35. luch 9.b.12.
6 Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset *facturus.
7 Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.
8 Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri,
B
9 Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?
10 Dicit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

Accepit

11 Accepit ergo Iesus panes: & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus, similiter & ex piscibus quantum *volebat.
*volebāt.
12 Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant.
13 Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmētorum ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus quę superfuerunt: his qui manducauerant.
*Iesus
14 Illi ergo homines cùm vidissent quod *fecerat signū, dicebant, Quia hic est verè Propheta qui venturus est in mundum.
15 Iesus ergo cùm cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.
16 *Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare.
17 Et cùm ascēdissent nauim, venerunt trās mare in Caphar-naum, & tenebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos Iesus.
C 18 Mare autem vento magno flante, exurgebat.
19 Cùm remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem super mare, & proximum naui fieri, & timuerunt.
20 Ille autem dicit eis, Ego sum nolite timere.
21 Voluerunt ergo accipere eum in nauim & statim nauis fuit ad terram quam ibant:
22 Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abiissent:
33 Aliæ verò superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, *gratias agentes Deo.
*gratias-gente Domino.
24 Cùm ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerūt Capharnaum quærentes Iesum.
25 Et cùm inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc venisti?
26 Respondit eis Iesus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.
27 Operamini non eibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius
D hominis dabit vobis. hunc enim Pater *signauit Deus.
Sap.2.c.12. matth.17.d 21.ioan. 3. d.33.
28 Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei?
29 Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille.
30 Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris?
Exo. 16.c. 14. num 11. b.7. psal. 77.c.24. sap.16.c. 20.
31 *Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare.
32 Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis Panem de cælo, sed pater meus dat vobis Panem de cælo verum.
*Dei
33 Panis enim *verus est qui de cælo descēdit, & dat vitam mundo.
34 Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis Panem hunc.
35 Dixit autem eis Iesus, Ego sum Panis vitæ: *qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet *in æternum.
Ecclesiastic. 24.c.29.
36 Sed dixi vobis quia *vidistis me, & non *creditis.
*quoniam *creditis
37 Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eiiciam foras.
38 Quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.
39 Hæc est enim voluntas eius qui misit me, Patris: vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.
B
40 Hæc est *enim voluntas Patris mei qui *autem misit me: vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
41 *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi: & dicebant,
42 *Nonne hic est *filius Ioseph, cuius nos nouimus Patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, Quia de cælo descendi?
Matth.13. g.55. *Iesus
43 Respondit ergo Iesus, & dixit eis, Nolite murmurare in inuicem.
44 Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
45 Est scriptum in Prophetis, *Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.
*Et Esa.54. c.13.
46 Non quia Patrem vidit quisquam, *nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrem.
*Matt. 11.d 27.
47 Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.
48 Ego sum panis vitæ.
49 Patres vestri manducauerunt *manna in deserto: & mortui sunt.
Exo. 16.c. 15.
50 Hic est Panis de cælo descēdens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.
51 Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.
52 Litigabant ergo Iudæi adinuicem dicentes, Quomodo potest hic nobis carnē suam dare ad manducandum?
53 Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vo
B bis, nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.
54 *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
1.Cor.11.f 27.
55 Caro enim mea, verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus.
56 Qui manducat meā carnē & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.
57 Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.
58 Hic est panis qui de cælo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna

& mortui sunt. Qui mãducat hunc panem, viuet in æternum.

59 Hæc dixit in synagóga docens, in Capharnaum.

60 Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

61 Sciens autẽ Iesus apud semetipsum, quia murmurarẽt de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat?

62 Si ergo videritis Filium hominis ascendentem *vbi erat prius?

63 Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam, verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

64 Sed sunt quidam ex vobis qui non credũt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent *credentes, & quis traditurus esset eum.

65 Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.

66 Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabãt.

67 Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire?

68 Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.

69 Et nos credimus, & cognouimus quia *tu es Christus filius Dei.

70 Respondit eis Iesus, Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est?

71 Dicebat autem *de Iuda Simonis Iscariote: hic enim erat traditurus eum cùm esset vnus ex duodecim.

CAP. VII.

Christus in die festo expostulat cum Iudæis.

1 Post hæc autem ambulabat Iesus in *Galilæam. Non enim volebat in *Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere.

2 Erat autem in proximo Dies festus Iudæorum, *Scenopegia.

3 Dixerunt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis.

4 Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse: si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

5 Neque enim fratres eius credebant in eum.

6 Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum.

7 Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quod opera eius mala sunt.

8 Vos ascendite ad Diẽ festum hunc: ego enim *non ascendam ad Diẽ festum istũ: quia meum tempus nondum impletum est.

9 Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.

10 Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad Diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.

11 Iudæi ergo quærebant eum in Die festo, & dicebant, Vbi est ille?

12 Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, Quia bonus est. Alii autem dicebant, Non, sed seducit turbas.

13 Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.

14 Iam autem Die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat.

15 Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic litteras scit, cùm non didicerit?

16 Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.

17 Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

18 Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.

19 Nonne Moyses *dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere?

20 Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere?

21 Respondit Iesus, & dixit eis, Vnum opus feci: & omnes miramini.

22 Propterea Moyses *dedit vobis circumcisionem: (non quia ex Moyse est, sed ex patribus,) & in sabbatho circumciditis hominem.

23 Si circumcisionem accipit homo in sabbatho, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbatho?

24 *Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate.

25 Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis, Nonne hic est quem quærunt interficere?

26 Ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus?

27 Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit.

28 Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens, Et me scitis, & vnde sim scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.

29 Ego scio eum: & si dixero quia nescio eũ, ero similis vobis mendax, sed scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit.

30 Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.

31 De turba autẽ multi crediderunt in eum, & dicebant, Christus cùm venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?

32 Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt principes "& Sacerdo Pharisæi ministros vt apprehenderent *eum. sum.

33 Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui me misit.

34 *Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire.

35 Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem Gentium iturus est,

& docturus Gentes?

36 Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire?

37 In nouissimo autem die *magno festiuitatis stabat Iesus: & clamabat, dicẽs, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

38 Qui credit in me *sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

39 (Hoc autem dixit de Spiritu quem acceperuri erant credẽtes in eum. Nondum enim erat Spiritus *datus: quia Iesus nondum *erat glorificatus.)

40 Ex illa ergo turba cùm audissent hos sermones eius, dicebãt, Hic est verè propheta.

41 Alii dicebant, Hic est Christus. Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit Christus?

42 Nonne scriptura dicit quia ex semine David, & de Beth lehem castello vbi erat David, venit Christus?

43 Dissensio itaque facta est in turba propter eum.

44 Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eũ manus.

45 Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Pharisæos. Et dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum?

46 Responderunt ministri, Nunquàm sic locutus est homo, sicut hic *loquitur.

47 Responderunt ergo eis Pharisæi, Nunquid & vos seducti estis?

48 Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?

49 Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.

50 Dixit Nicodẽmus ad eos *ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis,

51 Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & *cognouerit quid faciat?

52 Responderunt, & dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide, quia à Galilæa prophera non *surgit.

53 Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

CAP VIII.

Christus lux mundi, adultera ignoscit.

1 Iesus autem perrexit in Montem oliueti:

2 Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.

3 Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei,

4 Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio.

5 *In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?

6 Hoc autem dicebãt tentantes eũ: vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se déorsum, digito scribebat in *terram.

7 Cùm ergo perseuerarent interrogãtes *eum, erexit se, & dixit eis, *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.

8 Et iterum se inclinans scribebat in terram.

9 Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus: & remãsit solus Iesus, & mulier in medio stans.

10 Erigens autem se Iesus, dixit ei, Mulier, vbi sunt qui te accusabãt? nemo te condemnauit?

11 Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

12 Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens, Ego sum Lux mundi, qui sequitur me, non *ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ.

13 Dixerunt ergo ei Pharisæi. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.

14 Respondit Iesus, & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado.

15 Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam.

16 Et si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, Pater.

17 Et in lege vestra scriptũ est, *quia duorum hominum testimonium verum est.

18 Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me qui misit me, Pater.

19 Dicebant ergo ei, Vbi est pater tuus? Respondit Iesus, Neque me scitis, neque Patrem meum, si me sciretis: forsitan & Patrem meum sciretis.

20 Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

21 Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego vado: & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire.

22 Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?

23 Et dicebat eis, Vos *de ösum estis, ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo.

24 Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

25 Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, Principium *qui & loquor vobis.

26 Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

27 Et non cognouerunt quia Patrem *eius dicebat Deum.

28 Dixit ergo eis Iesus, Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor.

29 Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

30 Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

31 Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei, Iudæos, Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis:

32 Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

33 Responderunt ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis, Liberi eritis?

34 Respondit eis Iesus, Amen amen dico vobis, quia *omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

35 Seruus autem non manet in domo in æternum: Filius autem manet in æternum.

36 Si ergo vos Filius liberauerit: verè liberi eritis.

37 Scio quia filii Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.

38 Ego quod vidi apud Patrem, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis.

39 Responderunt, & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus, Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

40 Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo, Hoc Abraham non fecit.

41 Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione non sumus nati, Vnum patrem habemus Deum.

42 Dixit ergo eis Iesus, Si Deus pater vester esset: diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo processi, & veni, neque enim à meipso veni, sed ille me misit.

43 Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

44 *Vos ex patre diabolo estis: & desyderia patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius.

45 Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.

46 Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare *non creditis mihi?

47 *Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

48 Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

49 Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo. sed honorifico Patrem meum, & vos inhonoratis me.

50 Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet.

51 Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.

52 Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & Prophetæ: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.

53 Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis?

54 Respondit Iesus, Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus noster est:

55 Et non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.

56 Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est.

57 Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

58 Dixit eis Iesus, Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

59 Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

CAP. IX.

Cæco nato, visus restituitur.

1 ET præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate:

2 Et interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?

3 Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.

4 Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. venit nox, quando nemo potest operari.

5 Quandiu sum in mundo, Lux sum mundi.

6 *Hoc cum dixisset, exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linuit lutum super oculos eius, & dixit ei,

7 Vade laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns.

8 Itaque vicini & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebãt, Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat?

9 Alii dicebant, Quia hic est. Alii autem, Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat, Quia ego sum.

10 Dicebant ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi?

11 Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit. & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe: & laua. Et abii, & laui & video.

12 Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, Nescio.

13 Adducunt ad Pharisæos eum, qui cæcus fuerat.

14 Erat autem sabbathum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.

15 Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui: & video.

16 Dicebãt ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo, qui sabbathũ non custodit. Alii autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma

schisma erat inter eos.

17 Dicunt ergo cæco iterum, Tu, quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit Quia Propheta est.

18 Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat:

19 Et interrogauerũt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?

20 Responderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est:

21 Quomodo autem nunc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interroga te: ætatem habet, ipse de se loquatur.

22 Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagógam fieret.

23 Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipsum interroga te:

24 Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerũt ei, Da gloriã Deo, nos scimus quia hic homo peccator est.

25 Dixit ergo eis ille, Si peccator est, nescio, vnum scio, quia cæcus cùm essem, modo video.

26 Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

27 Respondit eis, Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?

28 Maledixerunt ergo ei: & dixerunt, Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus.

29 Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit.

30 Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos.

31 Scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.

32 A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.

33 Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.

34 Responderunt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerũt eum foras.

35 Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras: & cùm inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in Filium Dei?

36 Respondit ille, & dixit, Quis est Domine, vt credam in eum?

37 Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est.

38 At ille ait, Credo Domine. Et procidens adorauit eum.

39 Et dixit ei Iesus, In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.

40 Et audierunt quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei, Nunquid & nos cæci sumus?

41 Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis, Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

CAP. X.

Christus pastor bonus, ostium, vita.

1 AMen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est & latro.

2 Qui autem intrat per ostium: pastor est ouium.

3 Huic ostiarius aperit: & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.

4 Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.

5 Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.

6 Hoc prouerbium dixit eis Iesus, Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

7 Dixit ergo eis iterum Iesus, Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium.

8 Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues.

9 Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur & pascua inueniet.

10 Fur non venit, nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

11 *Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

12 Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues.

13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est & non pertinet ad eum de ouibus.

14 Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.

15 Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animã meã pono pro ouibus meis.

16 Et alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor.

17 Propterea me diligit Pater: *quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam.

18 Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso. potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo.

19 Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos.

20 Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet & insanit: quid eum auditis?

21 Alii dicebant. Hæc verba non sunt dæmonium habentis. nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

22 *Facta sunt autem Encenia in Ierosolymis: & hyems erat.

23 Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.

24 Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, die nobis palam.

25 Respondit eis Iesus. Loquor vobis: &

non creditis opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.

26 Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis".

27 Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me.

28 Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

29 Pater meus" quod dedit mihi maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei.

30 Ego & Pater vnum sumus.

31 Sustulerunt' lapides Iudæi, vt lapidarent eum.

32 Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?

33 Responderunt ei Iudæi. De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum.

34 Respondit eis Iesus, Nónne scriptum est in lege vestra, quia Ego dixi, dii estis?

35 Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura:

36 Quem Pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemas quia dixi Filius Dei sum?

37 Si non facio opera Patris mei: nolite credere mihi.

38 Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.

39 Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum.

40 Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioannes baptizãs primùm: & mansit illic.

41 Et multi venerunt ad eum, & dicebant Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant.

42 Et multi crediderunt in eum.

CAP. XI.

Suscitat Lazarum à morte.

1 ERat autem quidam" languens Lazarus, à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ "sororum eius.

2 (Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.)

3 Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes, Domine, ecce quem amas infirmatur.

4 Audiens autem Iesus dixit eis, Infirmus hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam.

5 Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum.

6 Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.

7 Deinde post hæc dicit discipulis suis, Eamus in Iudæam iterum.

8 Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare: & iterum vadis illuc?

9 Respondit Iesus, Nónne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt.

10 Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo.

11 Hæc ait: & post" hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno exsuscitem eum.

12 Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit.

13 Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerũt quia de dormitione somni diceret.

14 Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est:

15 Et gaudeo propter vos (vt credatis) quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum,

16 Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, 'vt ad condiscipulos, Eamus & nos, '& moriamur cum eo.

17 Venit itaque Iesus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

18 (Erat autẽ Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim.)

19 Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo.

20 Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat.

21 Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.

22 Sed & nunc scio quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

23 Dixit illi Iesus, Resurget frater tuus.

24 Dicit ei Martha, Scio quia resurget" in resurrectione, in nouissimo die.

25 Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita" qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.

26 Et omnis qui viuit, & credit in me: non morietur in æternum. Credis hoc?

27 Ait illi, Vtique Domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui qui in hunc mundum venisti.

28 Et cùm hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suam silentiò, dicens, Magister adest, & vocat te.

29 Illa vt audiuit' surrexit citò, & venit ad eum

30 Nondum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha.

31 Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cùm vidissent Mariam quia citò surrexerit & exiit, secuti sunt eã, dicentes, Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi.

32 Maria ergo cùm venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

33 Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit,

34 Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide.

35 Et lachrymatus est Iesus.

36 Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.

37 Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic" qui aperuit oculos cæci nati facere vt hic non moreretur?

38 Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei.

39 Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Domine iam fœtet, quatriduanus est enim.

40 Dicit ei Iesus, Nónne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?

41 Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me.

42 Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti.

43 Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras.

44 Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus" manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata.

45 Dixit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus crediderunt in eum.

46 Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.

47 Collegerunt ergo pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.

48 Si dimittimus eum sic, omnes credent in eũ: & venient Romani, & tollent" nostrum locum & gentem.

49 Vnus autẽ ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam,

50 Nec cogitatis quia expedit" vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

51 Hoc autẽ à semetipso non dixit: sed cùm esset pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente:

52 Et nõ tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum,

53 Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

54 Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrẽ, & ibi morabatur cum discipulis suis.

55 Proximum autem erat Pascha Iudæorũ, & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarẽt seipsos.

56 Quærebant ergo Iesum: & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes, Quid putatis quia non venit ad diem festum istũ?

57 Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

CAP. XII.

Pastus Iesus à Maria, ingreditur Ierosolymam.

1 IEsus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam," vbi Lazarus fuerat mortuus quem suscitauit Iesus.

2 Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo.

3 Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti.

4 Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes qui erat eum traditurus,

5 Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis?

6 Dixit autem hoc, nõ quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.

7 Dixit ergo Iesus, "Sinite illã, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.

8 Pauperes enim semper habebitis vobiscum me autem non semper habebitis.

9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderẽt, quem suscitauit à mortuis.

10 Cogitauerunt autem principes Sacerdotum vt & Lazarum interficerent:

11 Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

12 In crastinum autem turba multa quæ venerat ad Diem festum, cùm audissent quia venit Iesus Ierosolymam:

13 Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel

14 Et inueniens Iesus asellum, sedit super eum, sicut scriptum est,

15 "Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinæ.

16 Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus tũc recordati sunt quia hæc erãt scripta de eo, & hæc fecerunt ei.

17 Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis.

18 Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum.

19 Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit.

20 Erant autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant vt adorarent in Die festo:

21 Hi ergo accesserunt ad Philippũ qui erat à Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes, Domine, volumus Iesum videre.

22 Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu.

23 Iesus autem respondit eis, dicens, Venit hora vt clarificetur Filius hominis.

24 Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

25 "Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam,

26 Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi

sū ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.

27 Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc.

28 Pater, clarifica nō̄ en tuum. Venit ergo vox de cælo, dicens, Et clarificaui, & iterum clarificabo.

29 Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii autem dicebant, Angelus ei locutus est.

30 Respondit Iesus, & dixit, Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.

E 31 Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

32 Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.

33 (Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.)

Psal. 109. 5,116.a.2, 34 Respondit ei turba, * Nos audiuimus ex
esa. 40.b. lege quia Christus manet in æternū: & quo
8 ezechi. 37 modo tu dicis, Oportet exaltari Filium ho
g.26. minis? & quis est iste Filius hominis?

35 Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.

36 Dum Lucem habetis, credite in Lucē, vt filii Lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abiit, & abscondit se ab eis.

F 37 Cùm autem tanta signa fecisset corā eis, non credebant in eum:

Prophe te. Esa.53.a.1 70.10.d.16 38 vt sermo Esaiæ impleretur quem dixit, * Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?

Esa 6.c.9 mat, 13.b. 24,mar.4. b.12, lu.18 b.10, act. 39 Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias,

28.f.25. *rom.11.b.8.* 40 Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorum vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur. & sanē eos.

41 Hæc dixit Esaias quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.

42 Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur vt è synagōga non eiicerentur.

43 Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.

44 Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.

G 45 Et qui videt me, videt eum qui misit me.

46 Ego Lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

47 Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum. non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.

Mat, 15.d. 28. 48 Qui spernit me, & nō accipit verba mea: habet qui iudicet eum: sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die:

49 Quia ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatū dedit quid dicam, & quid loquar.

50 Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

Christus lauat pedes apostolorum, & proditorem suum Iudam indicat.

1 ANte diem "* festum Paschæ, sciens Ie- "autem
sus quia venit hora eius vt transeat *Matth.26.*
ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset *a.2, marc*
suos, qui erant in mundo, in finem dilexit *14.a.1.*
eos.

2 Et cœna facta, (cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simōnis Iscariotes:)

3 Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deū vadit:

4 Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se.

5 Deinde * misit aquam in peluim, & cœpit "mi
lauare pedes discipulorū, & extergere linteo quo erat præcinctus.

6 Venit ergo ad Simōnem Petrum. Et dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes?

7 Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modò: scies autem postea.

8 Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non" habebis partem mecum. 'habes

9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus & caput.

10 Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget B
nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

11 Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum: propterea dixit, Non estis mundi omnes.

12 Postquam ergo lauit pedes eorum, "accepit vestimenta sua: & cum recubuisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? '& accepit vestimēta sua

13 Vos vocatis me, Magister & Domine: & bene dicitis, sum etenim.

14 Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes.

15 Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. *Matth. 10. c.24, luc.6 f.40.*

16 Amen amen dico vobis, * non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior est eo qui misit illum.

17 Si hæc scitis: beati eritis si feceritis ea.

18 Nō de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura *Psal.40.* *Qui manducat mecum panem: "leuabit, *c.10.* contra me calcaneum suum. "leuauit C

19 Amodo dico vobis, priùs quàm fiat: vt cùm factum fuerit, credatis quia ego sum. *Matth.10. d.40, luc.* *10.c.16.*

20 Amen amen dico vobis, * qui accipit siquē *Matth.26.* misero, me accipit: qui autem me accipit, *b.24, mar.* accipit eum qui me misit. *14.b.18, la.* *22.b.24.*

21 Cùm hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit, * Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me.

22 Aspiciebāt ergo adinuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.

23 Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu: quem diligebat Iesus.

24 Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit eis,

Quis est de quo dicit?

25 Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Domine, quis est?

26 Respondit Iesus, Ille est cui ego intinctū panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Iudæ Simōnis, Iscariotæ.

*Iunc 27 Et post buccellam, "introiuit in eum Satanas. Et dixit ei Iesus, Quod facis, fac citius.

28 Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei.

29 Quidam enim putabāt, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret.

D 30 Cum ergo accepisset ille buccellam, exiit continuo. Erat autem nox.

31 Cùm ergo exisset, dixit Iesus, Nūc clarificatus est Filius hominis: & Deus clarificatus est in eo.

32 Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum.

33 Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. *Quæritis me: & sicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo. *sup.7.c.34*

Leuit 19. d. 2, mat. 22.d.39, inf.15.b. 12. 34 *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.

35 In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.

36 Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò vadis? Respondit Iesus, Quò ego vado, non potes me modò sequi, sequēris autem postea.

37 Dicit ei Petrus, Quare non possum te sequi modò? animam meam pro te ponam.

Matt. 26. c.34, mar. 14.c.30, luc.22.c. 34. 38 Respondit ei Iesus, Animam tuam pro me pones? * Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

CAP. XIIII.

Christus, Via, Veritas, & Vita.

1 ET ait discipulis suis, Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.

2 In domo Patris mei mansiones multæ sunt: si quò minus: dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum.

3 * Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

4 Et quò ego vado scitis, & viam scitis.

5 Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire?

6 Dicit ei Iesus, Ego sum Via, & Veritas, & Vita. nemo venit ad Patrem nisi per me.

7 Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis: & amodo * cognoscetis eum, & vidistis eum. *cognoscitis *cognouisti.

8 Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

*vidit me, vidit *Et 9 Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & non "cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. "Quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem?

10 Non * creditis quia ego in Patre, & Pater *credis in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso nō loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera.

11 Nō creditis quia ego in Patre, & Pater in B me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

12 Amen amen dico * vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrē vado. *Inf.16.c.* *24,matth.* *7.a.7,mar* *ci 11.c.24*

13 *Et quodcunque petieritis Patrē in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in filio.

14 Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

15 Si diligitis me: mandata mea seruate.

16 Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum,

17 Spiritum veritatis, quem mundus nō potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum, vos autem " cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. 'cognoscetis

18 Non relinquam vos orphanos: veniam C ad vos.

19 Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis.

20 In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

21 Qui habet mādata mea, & seruat ea: ille est qui diligit me. qui autem diligit me: diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

22 Dicit ei Iudas non ille Iscariōtes, Domine quid factum est quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?

23 Respondit Iesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

24 Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, nō est meus: sed eius qui misit me, Patris.

25 Hæc locutus sum vobis, apud vos manēs.

D 26 Paracletus autē, Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcūque dixero vobis.

27 Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

28 Audistis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est.

29 Et nunc dixi vobis priùs quàm fiat: vt cùm factum fuerit, credatis.

30 Iam non multa loquar vobiscum. venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

31 Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc.

CAP. XV.

Christus viti comparatus monuit præsertim charitatem.

1 EGo sum vitis vera, & Pater meus agricola est.
2 Omnem palmitem in me non ferentem fructum * tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.
Sup.15.b. 3 Iam vos * mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.
4 Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vitc: sic nec vos nisi in me manseritis.
5 Ego sum vitis: vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.
6 Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & * arescet, & * colligent eũ, & in ignem * mittent, & ardet.
7 Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.
Matth.7.a & 7,21.b.22. 8 In hoc clarificatus est Pater meus: vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.
9 Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos, Manete in dilectione mea.
10 Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione.
11 Hæc locutus sum vobis: vt gaudiũ meum in vobis sit, & gaudium vestrũ impleatur.
Sup.15.d. 12 * Hoc est præceptum meum, Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.
Ephe.5. b.9.1.thes.4.b.9. 13 Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.
14 Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.
15 Iam non * dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.
C 16 Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: & posui vos vt * eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.
Matth.28. d.19. 17 Hæc mando vobis, Vt diligatis inuicem.
18 Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit.
19 Si de mundo fuissetis: mundus quod suũ erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus.
20 Memento sermonis mei, quem ego dixi vobis, * Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persequentur. si sermonem meum seruauerunt: & vestrũ seruabunt.
Sup.13.b. 16.mat.10 c.24.
21 Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meũ, quia nesciunt eum qui misit me.
D 22 Si non venissem & locutus fuissẽ eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.
23 Qui me odit, & Patrem meum odit.
24 Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent, nunc autem & viderunt, & oderunt & me & patrem meum.
25 Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, * Quia odio habuerunt me gratis.
Psal.34.b. 19.
26 Cùm autem venerit Paraclẽtus, * quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.
Luc.24.b. 49.
27 Et vos testimonium * perhibebitis, quia ab initio mecum estis.
perhibetis.

CAP. XVI.

Christus suum abituros suos consolatur.

1 HAEc locutus sum vobis, vt non scandalizemini.
2 Absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.
3 Et hæc facient vobis quia non nouerunt Patrem, neque me.
4 Sed hæc locutus sum vobis: vt cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.
5 Et nunc vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis?
6 Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implent cor vestrum.
7 Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. si enim * non abiero, Paraclẽtus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.
* ego
8 Et cum venerit ille, arguet mundũ de peccato, & de iustitia, & de iudicio.
9 De peccato quidem quia non * credidernnt in me.
* credunt
10 De iustitia verò: quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.
11 De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est.
12 Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ Potestis portare modo.
13 Cùm autẽ venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso: sed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis.
14 Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.
15 Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.
16 Modicum & iam non * videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem.
videtis
17 Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem?
18 Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur.
G 19 Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare: & dixit eis, de hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.
20 Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.
21 Mulier cùm parit, tristitiã habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.
22 Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.
tollit
23 Et in illo die me non * interrogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.
rogabitis
24 Vsque modò non petistis quicquã in nomine meo: * petite, & accipietis: vt gaudiũ vestrum sit plenum.
Matth.7.b. Luc.11.c. Iac.4.b. 1.Ioan.3.c.22. 1.Ioan.5.c.14. Luc.24.b. Iac.1.b.5. 25 Hæc in prouerbiis locutus sum vobis: venit hora cùm iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palàm de Patre annuntiabo vobis.
D 26 In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis.
27 Ipse enim Pater amat vos quia vos me amastis, & credidistis quia * à Deo exiui.
ego
28 Exiui à Patre, & veni in mundũ: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.
29 Dicunt ei discipuli eius, Ecce, nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis.
30 Nũc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi.
31 Respondit eis Iesus, Modò creditis.
32 * Ecce, venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solũ relinquatis. & tamen non sum solus, quia Pater mecum est.
Mat.26.c. 31.mar.14. c.27.
33 Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

CAP. XVII.

Oratio Iesu ad Patrem.

1 HAEc locutus est Iesus: & sublenatis oculis in cælum dixit, Pater, venit hora, clarifica Filiũ tuum, vt Filius tuus clarificet te:
2 * Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.
Matth.28. d.18.
3 Hæc est autem vita æterna, Vt cognoscãt te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.
4 Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam.
5 Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsũ, clarificate quam habui priùs quàm mundus * fieret, apud te.
esset,
6 Manifestaui nomen tuũ hominibus quos dedisti mihi de mundo (tui erant: & mihi eos dedisti) & sermonem * meum seruauerunt.
verum.
B 7 Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt.
8 Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti.
9 Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt.
10 Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis.
11 Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut & nos.
12 Cùm essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, * vt scriptura impleatur.
Psal. 108 l.8.
13 Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.
C 14 Ego dedi eis sermonem tuum: & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.
15 Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.
16 De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.
17 Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est.
18 Sicut tu me misisti in mundum: ita & ego misi eos in mundum.
19 Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate.
20 Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me:
D 21 Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus quia tu me misisti.
22 Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.
23 Ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti.
24 Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.
25 Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui: & hi cognouerunt quia tu me misisti.
26 Et notum feci eis nomen tuum, & notũ faciam: vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAP. XVIII.

Iesus in orto capitur & accusatur.

Matth.26 c.36. mar. 14.d.32. luc.22.d. 39.
1 * HAEc cùm dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans * Torrentem cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius.
2 Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.
2 Reg.15 c.23. Matth.26. 3 * Iudas ergo cùm accepisset cohortem, & à pontificibus & Pharisæis ministros: venit illuc cum lanternis & facibus & armis.
c.47. mar. 14.c.43. luc.22.c. 47.
4 Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eũ, processit, & dixit eis,

Quem quæritis?
5 Respondérunt ei, Iesum Nazarænum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipsis.
6 Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.
7 Iterum ergo interrogauit eos, Quẽ quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarænum.
8 Respõdit Iesus, Dixi vobis quia ego sum, si ergo me quæritis, sinite hos abire.
Sup.17.6.9.12. 9 Vt impleretur sermo quem dixit, * Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quẽquam.
10 Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen serui, Malchus.
11 Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum?
C 12 Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum:
Luc.3.d.2. 13 Et adduxerunt eum ad * Annam primum. Erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.
Sup.11.f.50. 14 Erat autem Caiphas * qui consilium dederat Iudæis: Quia expedit vnũ hominem mori pro populo.
Matth.26.f.58.mar.14.f.54.luc.22.f.54. 15 * Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis:
54. 16 Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus * alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrum.
17 Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum.
D 18 Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & * calefaciebãt se: erat autem cum eis & Petrus, stans & calefaciens se.
19 Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius.
20 Respondit ei Iesus, Ego palãm locutus sum mundo, ego semper docui in synagóga, & in templo quò omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil.
21 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego.
22 Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes pontifici?
23 Respondit ei Iesus, Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?
E Mat.26.f.57.mar.14.24.luc.22.f.55. 24 * (Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem.)
Mat.26.g.69.mar.14.f.66.luc.22.f.55. 25 * Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum.
26 Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Nónne ego te vidi in horto cum illo?
27 Iterũ ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit.
28 * Adducunt ergo Iesum [a] ad Caipham in Matth.27.b. mar.15.a.2.luc.23.a. praetorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in praetorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha.
29 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, [a] Caiphã. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?
30 Respondérunt, & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.
31 Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerũt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quẽquam.
Matth.20.a.1. 32 * Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus.
Matth.20.a.19. 33 * Introiuit ergo iterum in praetorium Pilatus: & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es Rex Iudæorum?
34 Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me?
35 Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti?
36 Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus:
37 Ergo Rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.
38 Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos, & dicit eis, * Ego nullam inuenio in eo causam.
Mar.15.b.14.luc.23.c.4. 39 Est autem cõsuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum?
40 Clamauerunt [a] rursum omnes, dicentes * ergo Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas, latro.

CAP. XIX.

Coronatus filius Christus, crucifigendus Iudæis traditur.

1 * TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit.
Mat.27.f.7.mar.15.b. 2 Et milites plectentes coronam de spinis, impoſuerunt capiti eius: & veste purpurea circundederunt eum.
3 Et veniebãt ad eum, & dicebant, Aue Rex Iudæorum, & dabant ei alapas.
4 Exiuit * iterum Pilatus foras, & dicit eis, * ergo Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis quia in eo nullam inuenio causam.
5 Exiuit ergo Iesus * portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis, Ecce Homo.
* foras
6 Cùm ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos & crucifigite. ego enim non inuenio in eo

---

Hæc dierum descriptio inserenda est post 18. caput D. Ioãnis, tùm ad illud caput, tum etiam ad capita 26. Matth. 14. Mar. & 22. Luc. facili negotio intelligenda.

Dierum initium,

- *ex Iudæorum more.* — Dies 22. horarum, quo lux & nox continetur, à solis occasu ad illius alterum occasum procedit.
- *ex nostra siue Rom. consuetudine.* — Dies 24. horarum, vno cæli circumactu à media nocte capto initio, media nocte proxima completur.

Dierum nomina.

ex Iudæorum consuetudine.	Dies primus Sabbathi, siue hebdomadæ primus.	II. Sabbathi, siue 2. hebdomadæ.	III. Sabbathi, siue 3. hebdomadæ.	IIII. Sabbathi, siue 4. hebdomadæ.	V. Sabbathi, siue 5. hebdomadæ.	VI. Sabbathi, siue 6. hebdomadæ.	Sabbathum, id est requiei dies, 7. hebdomadę dies	Primus Sabbathi, vt suprà.
ex nostro siue Rom. more.	Dies Dominici. Domingo	Lunæ. Lunes.	Martis. Martes.	Mercurii. Miercoles.	Iouis. Jueues.	Veneris. Viernes.	Saturni, qui & Sabbathum.	Dies Dominici, vt suprà.

Dierum Martii, cùm omni passus est, mensis primi.

10	11	12	13	14	15	16	17
Christus Iesus pulso insidẽs cũ asino, Hierosolymã ingreditur.	Ficus execrata & refecta.	Christus cœnat apud Simonem Leprosum.	Christus venditur à Iuda.	Paraſceue Paschę ex Legis præcepto.	Paraſceue Paschę ex Iudæorum consuetudine obseruata.	Pascha festũ ex Iudæorum traditione obseruata.	Christus resurrexit ea nocte quæ diẽ Dominicũ præcessit.

Subdifficilis sanè quæstio est de Paschæ festi celebratione, illius paraſceue, atque illo triduo quo corpus Domini nostri Iesu Christi in sepulchro quieuit: quæ vt facili negotio persolueretur, hac descriptione morem quẽ Iudæi in dierum initio, nominibus, & suppuratione tenebãt, cum eo quẽ nos hac in re Romanos secuti seruamus, contulimus. Certos etiã aliquot dies Martij, illius anni quo Christus passus est, mensis primi, vt nodus is omnino dissolueretur, in medium attulimus. Qua in re animaduertendum, Dominum Iesum non eodem die quo Iudæi, signi immolationem celebrasse, quin potius cùm ille non vt legem solueret, sed vt omni ex parte adimpleret, nobis aduenerit, Agnũ cum suis edit tempore à lege præscripto (Exo. 12.) hoc est 14. die mensis primi (is est Martius) post vesperum, quo auspicabantur festum illum diem qui eo anno in diẽ Veneris, Sabbathi vigilias, incidit. Christus ergo verus Agnus, vt veritas figuræ conformaretur, eo die immolatus fuit. Verùm Iudæi hanc Agni immolationem vespere diei subsequentis post solis occasum, Iesu Christo in sepulchro quiescente, celebrarunt. nam maiorum suorum traditione obseruata festũ illud quod ex Legis præscripto Veneris die agi debuerat, in craſtinũ, qui Sabbathum dicebatur, translatum fuit.

Discipuli agnũ præparant, quẽ Christus vnà cum illis post illius diei vespe rum quo festus dies agi incipiebat edit.

Iesus, Agno vnà cum suis discipulis comesso, Cœnæ sacramentũ instituit, in orto osculo à Iuda proditur, damnatur, crucifigitur, moritur, & sepelitur.

Christus totũ hũc diem in sepulchro quieſcit.

Mulieres primo diluculo vnguẽtis acceptis ad sepulchrũ contendunt.

Hi sunt illi tres dies, quibus Christus in sepulchro quieuit. Veneris enim die ante vesperum qui pro die integro συνεκδοχικῶς, habetur, vt in Scriptura sæpissimè vsurpari solet eo cõditus fuit. Deinde totũ diẽ Saturni siue Sabbathi, (quod Iudæorum erat Sabbathũ) in eo quieuit. Postremò nocte proximè subsequente, initio primi diei Sabbathi, quem nos Dominicum appellamus, surrexit. Parte igitur συνεκδοχικῶς pro toto accepta, tres dies in sepulchro quieuit.

eo causam.

B 7 Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem *debet mori, quia Filium Dei se fecit.
*nostram

8 Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

9 Et ingressus est prætorium iterum: & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei.

10 Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?

11 Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

C 12 Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari.

13 Pilatus autem cùm audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

14 Erat autem parasceue Paschæ, hora quasi sexta: & dicit Iudæis, Ecce Rex vester.

15 Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Respondérunt pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem.

16 Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum: & eduxerunt".
*eum.

Mat.27.d.32, mat.15.6.21, luc.23.d.26 17 *Et bajulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha:

D 18 Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.

19 Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum, IESVS NAZARAENVS REX IVDAEORVM.

20 Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope Ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.

21 Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribere Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum.

22 Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.

23 Milites ergo cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimẽta eius (& fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partẽ) & tunicam.

E Erat autem tunica inconsutilis, désuper contexta per totum.

24 Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit. Vt scriptura impleretur, dicens, *Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.
Psal.21, c.29.

25 Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria *Cleophæ, & Maria Magdalénæ.
*Cleopæ.

26 Cùm vidisset ergo Iesus matrem & discipulum *stantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus.
*astantem

27 Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in *suam.
*sua.

28 Postea sciens Iesus quia *omnia consummata sunt, *vt cõsummaretur Scriptura, dicit, Sitio.
*iam
Psal.68.c.22.

29 Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius.

30 Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum.

31 Iudæi ergo (quoniam Parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum vt frangerẽtur, eorum crura, & tollerentur.

32 Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo.

33 Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura:

34 Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua.

35 Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis.
G

36 Facta sunt enim hæc vt Scriptura impleretur, *Os non comminuetis ex eo.
Exo.12.c.46, numer.9.c.12. Zach.12.c.10.

37 Et iterum alia Scriptura dicit, *Videbunt in quem transfixerunt.
Matth.27.

38 *Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, (eò quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorũ) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu.
g.57, mar. 15.d.42. luc.23.c. 50. Sup.3.c.2.

39 *Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primùm, & ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum.
*ergo

40 Acceperunt *autem corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.
*ergo

41 Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat.

42 Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

CAP. XX.

Christus multis indiciis probauit suam resurrectionem.

1 *VNa autem Sabbathi, Maria Magdalénæ venit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento.
Mar.16.a, luc.24. d.1.

2 Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus: & dixit illis, Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum.

3 Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.

4 Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.

5 Et cùm se inclinasset, vidit posita linteamina: non tamen introiuit.
6 Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum: & vidit linteamina posita,
7 Et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in vnum locum.
8 Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit.
9 Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportuit eum a mortuis resurgere.
10 Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.
11 Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum:
12 Et vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu.
13 Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum.
14 Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est.
15 Dicit ei Iesus, Mulier, quid ploras? quem quæris? illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam.
16 Dicit ei Iesus, Maria, Conuersa illa dicit ei, Rabboni (quod dicitur magister.)
17 Dicit ei Iesus, Noli me tangere (nondum enim ascendi ad Patrem meum.) vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.
18 Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, Quia vidi Dominũ, & hæc dixit mihi.
19 Cùm ergo sero esset die illo, vna sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis.
20 Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.
21 Dixit ergo eis iterum, Pax vobis: sicut misit me Pater, & ego mitto vos.
22 Hæc cum dixisset, insufflauit: & dicit eis, Accipite Spiritum Sanctum:
23 Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.
24 Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus.
25 Dixerunt ergo ei alii discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius figuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius: non credam.
26 Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis,
27 Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.
28 Respondit Thomas, & dixit, Dominus meus & Deus meus.
29 Dicit ei Iesus, Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.
30 Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.
31 Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

CAP. XXI.

Capiunt discipuli multitudinem piscium.

1 Postea manifestauit se iterum Iesus ad Mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic.
2 Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ: & filii Zebedæi: & alii ex discipulis eius duo.
3 Dicit eis Simon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt.
4 Mane autem facto stetit Iesus in litore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est.
5 Dicit ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Respondernnt ei, Non.
6 Dicit eis, Mittite in dexteram nauigii rete: & invenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.
7 Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon Petrus cũ audisset quia Dominus est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.
8 Alii autem discipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.
9 Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.
10 Dicit eis Iesus, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.
11 Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti essent non est scissum rete.
12 Dicit eis Iesus, Venite prandere. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum. Tu quis es? scientes quia Dominus est.
13 Et venit Iesus, & accepit panẽ, & dabat eis & piscem similiter.
14 Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis cùm surrexisset à mortuis.
15 Cùm ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiã Domine tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos.
16 Dicit ei iterum, Simon Ioannis, diligis me? Ait illi, Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit iterum, Pasce agnos meos.
17 Dicit ei tertiò, Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertiò amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei Pasce oues meas.
18 Amen amen dico tibi, cùm esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis.
19 Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cùm hoc dixisset, dicit ei, Sequere me.
20 Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit.

Domine quis est qui tradet te?
21 Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dicit Iesu. Domine, hic autem quid?
22 Dicit ei Iesus, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.
23 Exiit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit eis Iesus, Non moritur: sed, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?
24 Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius.
25 Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

ACTA APOSTOLORVM.

CAP. I.

Ascensio Christi in cælum, & electio Matthiæ.

1 Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere,
2 Vsque in diem qua præcipiens Apostolis per Spiritũ sanctum, quos elegit, assumptus est:
3 Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.
4 Et conuescens, præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris,
5 Quam audistis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.
6 Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?
7 Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.
8 Sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.
9 Et cum hæc dixisset, videntibus illis elevatus est: & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ.
10 Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt,
11 Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.
12 Tunc reuersi sunt Ierosolymam à monte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, Sabbathi habens iter.
13 Et cùm introissent, in cœnaculum ascenderunt vbi manebat Petrus & Ioannes, & Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi.
14 Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius.
15 In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominum simul, fere centum viginti)
16 Viri fratres, oportet impleri Scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum.
17 Qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii huius.
18 Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera eius.
19 Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorũ, Hacel-dema, hoc est ager sanguinis.
20 Scriptum est enim in libro Psalmorum, Fiat commoratio eorum deserta: & non sit qui inhabitet in ea: Et episcopatum eius accipiat alter.
21 Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus:
22 Incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est à nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.
23 Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam,
24 Et orantes dixerũt, Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum,
25 Accipere locum ministerii huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locum suum.
26 Et dederunt sortes eis: & cecidit sors super Matthiam: & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

CAP. II.

Apostoli accepto Spiritu sancto loquuntur variis linguis.

1 ET cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco:
2 *Et factus est repentè de cælo sonus: tanquam aduenientis spiritus vehementis, & replenit totam domum vbi erant sedentes.
3 Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum:
4 *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.
5 Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est.
6 Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes.
B 7 Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes, Nónne, ecce, omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt?
8 Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus?
9 Parthi, & Medi, & Aelamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam,
10 Phrygiam, & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Libiæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani,
11 Iudæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.
12 Stupebant autem omnes, & mirabantur, admodum dicentes, Quidnam vult hoc esse?
13 Alii autem irridentes dicebant, Quia musto pleni sunt isti.
C 14 Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis, Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea.
15 Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cùm sit hora diei tertia:
16 Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel,
17 *Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.
18 Et super seruos meos, & ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt:
19 Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem vaporem fumi.
20 Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus.
21 Et *omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.
22 Viri Israelitæ audite verba hæc, Iesum Nazarænum Virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigiis & signis quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis:
23 Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes, interemistis.
24 Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.
25 Dauid enim dicit in eum, *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear,
26 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe,
27 Quoniam non derelinques animam meam in inferno nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.
28 Notas mihi fecisti vias vitæ: & replebis iucunditate cum facie tua.
29 Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid quoniam defunctus est, & sepultus est: & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem.
30 *Propheta igitur cùm esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius:
31 Prouidens locutus est de resurrectione Christi quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.
32 Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius nos testes sumus.
33 Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hoc donum quod vos videtis & auditis.
34 Non enim Dauid ascendit in cælum: dicit autem ipse, *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis,
35 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
36 Certissimè sciat ergo omnis domus Israel quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis.
37 His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres?
38 Petrus autem ad illos, Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm, in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donû Spiritus sancti.
39 Vobis enim est repromissio, & filiis vestris & omnibus qui longè sunt, quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster.
40 Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens, Saluamini à generatione ista praua.
41 Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.
42 Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.
43 Fiebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant: & metus erat magnus in vniuersis.
44 Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.
45 Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat.
46 Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis,
47 Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum.

CAP. III.

Claudus in nomine Christi sanatur, & populus ad pœnitentiam excitatur.

1 PEtrus autem & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam.
2 Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.
3 Is cùm vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet.
4 Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit, Respice in nos.
5 At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.
6 Petrus autem dixit, Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.
7 Et apprehensa manu eius dextra, alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ.
8 Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit eum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.
B 9 Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.
10 Cognoscebant autem illum quòd ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi.
11 Cùm viderent autem Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad portam quæ appellatur Salomonis, stupentes.
12 Videns autem Petrus, respondit ad populum, Viri Israelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hûc ambulare?
13 Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit Filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti:
14 *Vos autem Sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis:
15 Authorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus.
16 Et in fide nominis eius hunc quem vos vidistis & nostis, confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.
17 Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri.
18 Deus autem qui prænuntiauit per os omnium Prophetarû, pati Christum suum, sic impleuit.
19 Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra:
20 Vt cùm venerint tempora refrigerii à conspectu Domini, & miserit eum qui prædicatus est vobis Iesum Christum.
21 Quem oportet quidem cælum recipere vsque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorû suorum, à sæculo Prophetarum.
22 Moyses quidem dixit, *Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me: ipsum audietis iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis.
23 Erit autem, omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe:
24 Et omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps qui locuti sunt, annuntiauerunt dies istos.
25 Vos estis filii Prophetarum & testamenti quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham, *ET IN SEMINE tuo benedicentur omnes familiæ terræ.
26 Vobis primum Deus, suscitans Filium suum misit eum benedicentem vobis: vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua.

CAP. IIII.

Expostulant sacerdotes cum Apostolis, & manus iniiciunt.

1 LOquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes & magistratus templi & Sadducæi.
2 Dolentes quod docerent populum, & annuntiarent in Iesum resurrectionem ex mortuis:
3 Et iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum, erat autem enim iam vespera.
4 Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt: & factus est numerus eorum quinque millia.
5 Factum est autem in crastinum vt cõgregarentur principes eorum, & seniores & Scribæ in Ierusalem,
6 Et Annas princeps sacerdotum, & Caiphias, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali.
7 Et statuentes eos in medio, interrogabãt, In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos?
8 Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos, Principes populi & seniores audite,
9 Si nos hodie diiudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est,
10 Notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni quê vos crucifixistis, quê Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus.
11 *Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli:
12 Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.
13 Videntes autem Petri constantiam & Ioannis, comperto quòd homines essent sine li-

teris & idiotis, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant.

14 Hominem quoque videntes stantem cum
C eis qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.

15 Iusserunt autē eos foras extra concilium secedere: & conferebant adinuicem, dicentes,

16 Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem manifestum est, & non possumus negare.

17 Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis ne vltrà loquantur in nomine hoc vlli hominum.

D 18 Et vocantes eos, denuntiauerunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu.

19 Petrus verò & Ioannes respondentes dixerūt ad eos, Si iustum est in cōspectu Dei, vos potius audire, quàm Deum, iudicate.

20 Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui.

21 At illi comminantes dimiserunt eos, non inuenientes quomodo punirent eos propter populum, quia omnes clarificabant id quod factum fuerat, in eo quod acciderat.

22 Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factū fuerat signum istud sanitatis.

E 23 Dimissi autem venerunt ad suos: & annuntiauerunt eis quanta ad eos principes sacerdotum & seniores dixissent.

24 Qui cum audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt, Domine, tu es qui fecisti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt,

25 Qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania?

26 Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

27 Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuū Iesum, quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum
F Gentibus & populis Israel,

28 Facere quæ manus tua & cōsilium tuum decreuerunt fieri.

29 Et nūc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cū omni fiducia loqui verbum tuum,

30 In eo quòd manum tuam extendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti Filii tui Iesu.

31 Et cùm orassent, motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.

32 Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

G 33 Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis.

34 Neque enim quisquam egens erat inter illos, Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant,

35 Et ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat.

36 Ioseph autem qui cognominatus est Barsabas ab Apostolis (quod est interpretatum filius consolationis) Leuites, Cyprius genere,

37 Cùm haberet agrum, vēdidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

CAP. V.

Mors Ananiæ & vxoris eius ab mendacium. Casor se Apostoli gaudent propter Iesum.

1 VIr autem quidam nomine Ananias cum Saphira vxore sua vendidit agrum,

2 Et fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit.

3 Dixit autem Petrus ad Ananiā, Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?

4 Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.

5 Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes qui audierunt.

6 Surgētes autem iuuenes amouerūt eum, & efferentes sepelierunt.

7 Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introiuit.

8 Dixit autē ei Petrus, Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit, Etiam, tanti.

9 Petrus autem ad eam, Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virū tuum ad ostium, & efferent te.

10 Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam: & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum.

11 Et factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes qui audierunt hæc.

C 12 Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. (& erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis.

13 Cæterorum autem nemo audebat se conglutinare illis: sed magnificabat eos populus.

14 Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorū ac mulierum:)

15 Ita vt in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabbatis: vt veniente Petro saltē vmbra illius obūbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis.

16 Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ægros & vexatos à spiritibus immūdis: qui curabantur omnes.

17 Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo erant, quæ est hæresis D Sadducæorum,

Sadducæorum, repleti sunt zelo:

18 Et iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.

19 Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit,

20 Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.

21 Qui cum audissent, introierunt diluculo in templum, & docebant: Adueniens autem princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem vt adducerentur.

22 Cùm autem venissent ministri, & aperto carcere non inuenissent illos? reuersi nuntiauerunt dicentes,

E 23 Carcerē quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autem, neminem intus inuenimus

24 Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi, & principes sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret.

25 Adueniens autem quidam nuntiauit eis. Quia ecce viri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum.

26 Tunc abiit magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi. Timebant enim populum ne lapidarentur.

27 Et cū adduxissent illos, statuerūt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens,

28 Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.

F 29 Respondens autem Petrus & Apostoli, dixerūt Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.

30 Deus patrum nostrorū suscitauit Iesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno.

31 Hunc Principem & Saluatorē Deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israeli, & remissionem peccatorum.

32 Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus, quē dedit Deus omnibus obedientibus sibi.

33 Hæc cum audissent, dissecabantur: & cogitabant interficere illos.

34 Surgens autem quidam in concilio Pharisæus nomine Gamaliel, legisdoctor honorabilis vniuersæ plebi, iussit "foras ad breue homines fieri dixitque ad illos,

35 Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis.

36 Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes "qui credebant ei dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

C 37 Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se, & ipse periit: & omnes quotquot consentiebant ei, dispersi sunt.

38 Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & finite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur:

39 Si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & Deo repugnare videamini. Consenserunt autem illi.

40 Et conuocantes Apostolos, cæsis denuntiauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos.

41 Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

42 Omni autem die non cessabāt in templo & circa domos docentes & euangelizantes Christum Iesum.

CAP. VI.

Stephanus unus è septem diaconis accusatur.

1 IN diebus autem illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.

2 Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt, Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

3 Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus:

4 Nos verò orationi & ministerio verbi instantes erimus.

5 Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum.

6 Hos statuerūt ante conspectum Apostolorum: & orantes, imposuerunt eis manus.

7 Et verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valdè: multa etiā turba sacerdotum obediebat fidei.

8 Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo.

9 Surrexerunt autem quidam de synagōga, quæ appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia disputantes cum Stephano.

10 Et non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur, propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia.

11 Tunc summiserunt viros, qui dicerent se D audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen & Deum.

12 Commouerunt itaque plebem, & seniores & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium,

13 Et statuerunt falsos testes qui dicerent, Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & Legem.

14 Audiuimus enim eū dicentem, quoniam Iesus Nazarænus hic destruet locum istum & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses.

15 Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.

CAP. VII.

Stephani in dicendo libertas eiusque interitus.

1 DIxit autem principeps sacerdotum, Si hæc ita se habent?

2 Qui ait, Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit Patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, prius quam moraretur in Charan, & dixit ad illum,

Gen.12.a.1 3 *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi.

4 Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis.

5 Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis, "sed repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, cum non haberet filium.

Gen.15.c. 13. 6 Locutus est autem ei Deus, *Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituri eos subiicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis:

7 Et Gentem cui seruierint, iudicabo ego, "dicit Dominus, & post hæc exibunt, & seruient mihi in loco isto.

"dixit Deus, Gen.17.b. 10. 8 *Et dedit illi testamentum circuncisionis, *& sic genuit Isaac, & circuncidit eum die octauo: *& Isaac, Iacob: *& Iacob, duodecim Patriarchas.

Ge.21.a.3. B 9 Et Patriarchæ æmulantes, *Ioseph vendiderunt in AEgyptum, & erat Deus cum eo:

Gene.25.c. 24. Gen.29.d. 30.a.5. 35.c.23. Gen.37.f. 28. 10 Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius, *& dedit ei gratiã & sapientiam in conspectu Pharaonis regis "AEgyptiorum, & constituit eum præpositum super AEgyptum & super omnem domum suam.

Gen.41.c. 37. 11 Venit autem fames in vniuersam AEgyptum & Chanaan, & tribulatio magna: & non inueniebant cibos patres nostri.

'AEgypti Ge.42.a.1. 12 *Cùm audisset autem Iacob esse frumentum in AEgypto, misit patres nostros primum:

Gen.45.a. 4. 13 *Et in secundo cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius.

14 Mittens autem Ioseph, accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationẽ suam in animabus septuagintaquinque.

Ge.46.a.5 15 *Et descendit Iacob in AEgyptum: & Gen.49.c. 33. *defunctus est ipse & patres nostri.

16 *Et trãslati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, *quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filii Sichem.

Ios.24.g. 32. Gen.23.d. 16. 17 Cùm autem appropinquaret tẽpus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ: "creuit populus & multiplicatus est in AEgypto,

C 18 Quoadusque surrexit alius rex in AEgypto, qui non sciebat Ioseph.

19 Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos, ne viuificarentur.

Exo.2.a.2 20 *Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mẽsibus in domo patris sui.

21 Exposito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi in filium.

22 Et eruditus est Moyses omni sapientiã AEgyptiorum: & erat potens in verbis & in operibus suis.

23 Cum autem impleretur ei quadragint' annorum tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel.

24 *Et cùm vidisset quendam iniuriam patientem, vindicauit illum, & fecit vltionem ei qui iniuriã sustinebat, percusso AEgyptio. Exo.2.b.8

25 Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt.

26 *Sequẽti vero die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens, Viri, fratres estis: vt quid nocetis alteruter?

27 Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens, Quis te constituit principem & iudicem super nos?

28 Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri AEgyptium?

29 Fugit autem Moyses in verbo isto: & factus est aduena in Terra Madian, vbi genuit filios duos.

30 Et expletis annis quadraginta, *apparuit illi in deserto montis Sina angelus in igne flammæ rubi. Exo.3.a.2

31 Moyses autem videns admiratus est visum. Et accedente illo vt considueraret, facta est ad eum vox Domini, dicens,

32 Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare.

33 Dixit autem illi "Deus, Solue calceamentum "pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. "Dominus.

34 Videns vidi afflictionem populi mei qui est in AEgypto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eos. Et nunc veni, & mittam te in AEgyptum.

35 Hunc Moysen quẽ negauerunt, dicentes, Quis te constituit principem & iudicem? hunc, Deus principem & redemptorẽ misit cum manu angeli qui apparuit illi in rubo.

36 Hic eduxit illos faciens prodigia & signa in Terra AEgypti, & in Rubro mari, *in deserto annis quadraginta. E Exo.7.b.

37 Hic, est Moyses qui dixit filiis Israel, a.c. *Propheram suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me: ipsum audietis. Deut.18.c.

38 *Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine, cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris: qui accepit verba vitæ dare nobis. 15. Ex.19.a.3

39 Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in AEgyptum, dicentes ad Aaron,

40 *Fac nobis deos qui præcedãt nos: *Moyses enim hic si enim huic qui eduxit nos de Terra AEgypti, nescimus quid factum sit ei. Exo.32.a.1 "Moyses enim hic

41 Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuum suarum.

42 Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cæli, sicut scriptum est in libro Prophetarum, *Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Amos 5. 1.25.

F 43 Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei vestri Rempham, figuras quas fecistis adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem.

44 Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, *loquens ad Moysen, vt faceret illud secundum formam quam viderat. Exo.25.d. 40.Ieh.2. 6.5.

45 *Quod & induxerunt, suscipientes patres nostri cum Iesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus à facie patrum nostrorum, *vsque in diebus Dauid. Ios.3.c.24. 1.Reg.16. c.13. psal. 131.d. 4.

46 Qui inuenit gratiam ante Deum, & *petiit vt inueniret tabernaculum Deo Iacob.

47 Salomon autem ædificauit illi domum.

48 *Sed Excelsus non in manufactis habitat, sicut" per prophetam dicit. 7.f. 2. "pro ea

49 *Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ est? Esa.66.a. 1.

50 Nónne manus meæ fecit hæc omnia?

51 Dura ceruice, & *incircuncisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto "restitistis: sicut patres vestri, & vos. *incircuncisi *resistitis: C

52 Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderũt eos qui prænunciabant de aduentu Iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis:

53 Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custoditis.

54 Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.

55 Cùm autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.

56 Et ait, Video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dexteris virtutis Dei.

57 Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum.

58 Et eiicientes eum extra Ciuitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.

59 Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem Domine Iesu suscipe spiritum meum.

60 Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicẽs, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci eius.

CAP. VIII.

Simon Magus, & Eunuchus Candaces reginæ Aethiopum à Philippo persuasi baptizantur.

1 FActa est autẽ in illa die persecutio magna in ecclesia, quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter Apostolos.

2 Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.

3 Saulus autem deuastabat Ecclesiam: per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam.

4 Igitur qui dispersi erant, pertransibant, euangelizantes verbum Dei.

5 Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum.

6 Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quæ faciebat.

7 Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Z

8 Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate.

9 Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in ciuitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum:

10 Cui ausultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes, Hic, est virtus Dei, quæ vocatur magna.

11 Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos.

12 Cùm verò credidissent Philippo euãgelizanti de regno Dei: "in nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. "& nomine Iesu Christi

13 Tunc Simon & ipse credidit: & cùm baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur. C

14 Cùm autem audissent Apostoli qui erant in Ierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem.

15 Qui cùm venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum,

16 Nondum enim in quẽquam illorum "venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. "superne nerat

17 Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.

18 Quum vidisset autẽ Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens,

19 Date & mihi hanc potestatem, vt cuicũque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum.

20 Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donũ Dei existimasti pecunia possideri.

21 Non est enim tibi pars, neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.

22 Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deũ, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

23 In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.

24 Respondens autem Simon, dixit, Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis.

25 Et illi quidẽ testificati & locuti verbum "Dei, redibant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant. E "Domini

26 Angelus autem Domini locutus est ad

Philippum, dicens, Surge, & vade contra meridianum, ad viam quæ descendit ab Ierusalem in Gazam: hæc est deserta.

27 Et surgens abiit. Et ecce, vir Aethiops eunuchus, potés Candaces reginæ Aethiopum, qui erat super omnes gazas eius: venerat adorare in Ierusalem:

28 Et reuertebatur sedens super currũ suũ, legénsque Esaiam prophetam.

29 Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum istum.

30 Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit, Putásne intelligis quæ legis?

31 Qui ait, Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum vt ascenderet, & sederet secum.

32 Locus autem scripturæ quam legebat, erat hic, * Tanquam ouis ad occisionem ducta est: & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. *Esa. 53. b. 7.

33 In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit, quoniam tolletur de terra vita eius?

*tollitur (præsentis temp.

34 Respondens autem eunuchus Philippo, dixit, Obsecro te, de quo propheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo?

35 Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, euangelizauit illi Iesum.

G 35 Et dum irent per viã, venerunt ad quan dam aquam: & ait eunuchus, Ecce aqua, *quis prohibet me baptizari?

*quid

37 Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo Filiũ Dei esse Iesum Christum.

38 Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam, Philippus & eunuchus, & baptizauit eum.

*ascen dissent

39 Cùm autem * ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens.

40 Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

CAP. IX.

Ex Paulo persecutore fit vas electionis & Petrus puellam suscitat.

Gala. 1. 13. 1 * SAulus autem adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad

2 principem sacerdotum,

Et petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagógas: vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem.

2. Cor. 11. 32. & 1. 8. 2. cor. 12. a. 2 3 Et cùm iter faceret, contigit vt appropin quaret Damasco: * & subitò circũfulsit eum lux de cælo.

4 Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris?

5 Qui dixit, Qui es Domine? Et ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare.

6 Et tremens ac stupẽs dixit, Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.

7 Viri autem illi qui comitabãtur cum eo, B stabant stupefacti, audientes quidẽ vocem, neminem autem videntes.

8 Surrexit autẽ Saulus de terra, apertísque oculis nihil videbat. Ad manus autẽ illum trahentes, introduxerunt Damascum.

9 Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit neque bibit.

10 Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dominus, Ananía. At ille ait, Ecce ego sum Domine.

11 Et Dominus ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tarsensem, ecce enim orat.

12 (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem & imponentem sibi manus vt visum recipiat,)

13 Respondit autem Ananias, Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem.

14 Et hic habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocãt nomen tuum.

15 Dixit autem ad eum Dominus, Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram Gentibus & regibus & filiis Israel.

16 Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

17 Et abiit Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas, & implearis Spiritu sancto.

18 Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit, & surgens baptizatus est.

19 Et cùm accepisset cibum confortatus est. D Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot.

20 Et continuò ingressus in * synagógas, præ *in syna dicabat Iesum, quoniam hic est Filius gógis Dei.

21 Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant, Nónne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos, qui inuocabãt nomen istud: & huc ad hoc vénit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum?

22 Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabãt Damasci, affirmans quoniam hic est Christus,

23 * Cùm autem implerentur dies multi, eũ- 2. Cor. 11. 32. silium fecerunt in vnum Iudæi vt eum interficerent,

24 Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent.

25 Accipientes autem eum discipuli eius no E cte, per murum demiserunt eum, submittentes in sporta.

26 Cùm autem veniisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus.

27 Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei. & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu.

*& 28 Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem, * fiducialiter agens in nomine Domini.

29 Loquebatur quoque Gentibus: & disputabat cum Græcis: illi autem quærebãt occidere eum.

30 Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserũt Tarsum.

31 Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galilæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione Sancti Spiritus replebatur.

32 Factum est autem, vt Petrus dum transiret vniuersos, deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ.

33 Inuenit autem ibi hominem quendam, nomine Aeneam, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus.

*Sanat 34 Et ait illi Petrus, Aenea, * sanet te Dominus Iesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuò surrexit.

35 Et viderunt eum omnes, qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dominum.

36 In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat.

37 Facta est autem in diebus illis vt infirmata moreretur. Quam cùm lauissent, posuerunt eam in cœnaculo.

G 38 Cùm autem propè esset Lydda ad Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, Ne pigriteris venire vsque ad nos.

39 Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et cùm aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas.

40 Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus, dixit, Tabitha, surge. At illa aperuit oculos *filios * & viso Petro resedit.

41 Dans autem illi manum, erexit eam. Et cùm vocasset sanctos & viduas, assignauit eam viuam.

42 Notum autem factum est per vniuersam Ioppen: & crediderunt multi in Domino.

43 Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium.

CAP. X.

Cornelius Centurio ad fidem conuertitur.

F VIr autem quidam erat in Cæsaréa, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica,

2 Religiosus ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi.

3 Et deprecans Deum semper, is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, angelũ Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Cornéli.

4 At ille intuens eum, timore correptus dixit, Quis es Domine? Dixit autem illi, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

5 Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simõnem quendam qui cognominatur Petrus.

6 Hic hospitatur apud Simõnem quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare, hic dicet tibi quid te oporteat facere.

7 Et cùm discessisset angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum ex his, qui illi parebant.

8 Quibus cùm narrasset omnia, misit illos in Ioppen.

9 Postera autem die iter illis facientibus, E & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret, circa horam sextam.

10 Et cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus:

*videt 11 Et * vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram:

12 In quo erant omnia quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cæli.

13 Et facta est vox ad eum, Surge Petre: occide, & manduca.

14 Ait autem Petrus, Absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune & immundum.

15 Et vox iterum secundò ad eum, * Quod *Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris.

16 Hoc * factũ est per ter. Et statim receptum *autem est vas in cælum. C

17 Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnã esset visio quam vidisset, ecce, viri qui missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simõnis, astiterunt ad ianuam.

18 Et cum vocassent, interrogabant si Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium.

19 Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei. Ecce viri tres quærunt te.

20 Surge itaqi, & descende, & vade cùm eis, nihil dubitaueris: quia ego misi illos,

21 Descendens autem Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego sum quem quæritis, quæ causa est propter quam venistis?

22 Qui dixerunt, Cornelius Centurio, vir iustus & timens Deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorum, respon sum accepit ab angelo sancto * accersiri te *accersire in domum suam, & audire verba abs te.

23 Introducens ergo eos recepit hospitio. Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum.

24 Altera autem die introiuit Cæsaréã: Cor D nelius vero expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessariis amicis.

25 Et factum est, cùm introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius: & procidens ad

Universidad de Deusto Biblioteca

pedes eius adorauit eum.
26 Petrus verò eleuauit eum, dicens, Surge, & ego ipse homo sum.
27 Et loquens cũ illo, intrauit, & inuenit multos, qui conuenerant, dixitque ad illos,
28 Vos scitis quomodo abominatũ sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam; sed mihi ostendit Deus, neminem communem aut immundum dicere homi-nem.
29 Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo, quam ob causam accersistis me?
E 30 Et Cornelius ait. A nudiustquartana die, vsque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait,
31 Cornéli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.
32 Mitte ergo in Ioppen, & accersi Simónẽ qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simónis coriarii iuxta mare.
33 Confestim ergo misi ad te & tu bene fecisti veniẽdo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire omnia quæcũque tibi præcepta sunt à Domino.
F 34 Aperiens autem Petrus os suum, dixit, In veritate comperi quia non est personarũ acceptor Deus:
35 Sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.
36 Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Iesum Christum: (hic est omnium Dominus.)
37 Vos scitis, quod factum est verbum per vniuersam Iudæam, incipiés enim à Galilæa, post baptismũ quod prædicauit Ioannes:
38 Iesum à Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cũ illo.
39 Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno.
40 Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo.
41 Sed testibus prædestinatis à Deo, nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis.
G 42 Et præcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est qui cõstitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.
43 Huic omnes Prophetæ testimoniũ perhibẽt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eũ.
44 Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum.
45 Et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui venerant cum Petro, quia & in Nationes gratia Spiritus sancti effusa est.
46 Audiebant enim illos, loquẽtes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus,
47 Nunquid aquam quis prohibere potest vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?
48 Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot dies.

CAP. XI.

Narrat Petrus Christianis conuersionem Cornelii, & Antiochensibus Christus annuntiatur.

1 AVdierunt autẽ Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & Gẽtes receperunt verbum Dei.
2 Cùm autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erãt ex circumcisione, dicentes,
3 Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?
4 Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens,
5 Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & vidi in excessu mentis meæ visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnũ, quatuor initiis summitti de cælo, & venit vsque ad me,
6 In quod intuens, considerabam & vidi quadrupedia terræ & bestias & reptilia, & volatilia cæli.
7 Audiui autem & vocem dicentem mihi, Surge Petre, occide & manduca.
8 Dixi autem, Nequaquam Domine: quia "commune aut immundum nunquam introiuit in os meum.
9 Respondit autem "vox secundò, de cælo, mihi Quæ Deus mundauit, tu ne commune dixeris.
10 Hoc autem factum est per ter: & recepta sunt omnia rursum in cælum.
11 Et ecce, viri tres confestim astiterunt in domo in qua eram, missi à Cæsaréa ad me.
12 Dixit autem Spiritus mihi vt irem cum illis, nihil hæsitans. Venerunt autem mecũ & sex fratres isti: & ingressi sumus in domum viri,
13 Narrauit autem nobis quomodo vidisset angelum in domo sua, stantem & dicentem sibi. Mitte in Ioppen, & accersi Simónem qui cognominatur Petrus.
14 Qui loquetur tibi verba in quibus saluus eris tu & vniuersa domus tua.
15 Cùm autem cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio.
16 Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.
17 Si ergo eãdem gratiam dedit illis Deus sicut & nobis, qui credidimus in Dominũ Iesum Christum: ego quis eram qui possem prohibere Deum?
18 His auditis tacuerunt: & glorificauerunt Deum, dicentes, Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.
19 Et illi quidem qui dispersi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsque Phœnicen & Cyprum & Antiochiã, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis.
20 Erant autem quidam ex eis viri Ciprii & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Iesum.
21 Et erat manus Domini cum eis: multúsque numerus credentium conuersus est ad Dominum.
22 Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ quæ erat Ierosolymis, super istis: & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam.
D 23 Qui cum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino.
24 Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto & fide. Et apposita est multa turba Domino.
25 Profectus est autem Tharsum vt quæreret Saulum: quem cùm inuenisset, perduxit Antiochiam.
26 Et annum totum conuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli, Christiani.
27 In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam:
28 Et surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio".
29 Discipuli autem prout quis habebat, proposuerunt" in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus:
30 Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli.

CAP. XII.

Herodis sæuitia & obitus.

1 EOdem autem tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia.
2 Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.
3 Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum, (erant autẽ dies Azymorum.)
4 Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, "tradénsque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum eum, volens post Pascha producere eum populo.
5 Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.
6 Cùm autem productunus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem.
7 Et ecce, angelus Domini astetit, & lumen refulsit in habitaculo: percussóque latere Petri, excitauit eum dicẽs, Surge velociter.
8 Et ceciderunt catenæ de manibus eius.
8 Dixit autem angelus ad eum, Præcinge-re, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi, Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me.
9 Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum: existimabat autem se visum videre.
10 Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream quæ ducit ad Ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis. Et exeuntes processerũt vicum vnũ: & continuò discessit angelus ab eo.
11 Et Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.
12 Consideránsque, venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus vbi erant multi congregati & orantes.
13 Pulsante autem eo ad ostium ianuæ, processit puella ad videndum, nomine Rhode.
14 Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intrò currens nuntiauit stare Petrum ante ianuam.
15 At illi dixerunt ad eam, Insanis. Illa autẽ affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant, Angelus eius est.
16 Petrus autem perseverabat pulsans. Cùm autem aperuissent ostium, viderunt eum: & obstupuerunt.
17 Annuẽs autem eis manu vt tacerent, narrauit quomodo Dominus eduxisset eum de carcere: dixitque, Nuntiate Iacóbo & Fratribus hæc. Et egressus, abiit in alium locum.
18 Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites quidnam factum esset de Petro.
19 Heródes autem cùm requisisset eũ, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus iussit eos duci: deicendéntque à Iudæa in Cæsaream, ibi commoratus est.
20 Erat autem iratus Tyriis & Sydoniis. At illi vnanímes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eo quòd alerentur regiones eorum ab illo.
21 Statuto autem die Heródes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.
22 Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis.
23 Confestim autem percussit eum angelus Domini, eo quòd non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus, expirauit.
24 Verbum autem Domini crescebat & multiplicabatur.
25 Barnabas autem & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis expleto ministerio, assumpto Ioanne qui cognominatus est Marcus.

CAP. XIII.

Barnabas & Saulus segregati prædicant. Christum inter Gentes.

1 ERant autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Heródis tetrarchæ collactaneus, & Saulus.
2 Ministrántibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos.

3 Tunc ieiunantes, & orantes, imponentésque eis manus dimiserunt illos.
4 Et ipsi quidē missi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum.
5 Et cùm essent Salaminam, prædicabāt verbum Dei in synagogis Iudæorū. Habebant autem & Ioannem in ministerio.
E 6 Et cùm perambulassent vniuersam insulam vsque in Paphum, inuenerunt quendam virum magnum pseudoprophetam, Iudæum, cui nomen erat 'Bar-Ieu.
'Bar-Ieſu, 7 Qui erat cum proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire verbum Dei.
8 Resistebat autem illis Elymas, magus (sic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere proconsulem à fide.
9 Saulus autem qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intuitus in eum, dixit.
20 O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas?
21 Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circumiens quærebat qui ei manum daret.
12 Tunc proconsul cùm vidisset factum, credidit, admirans super doctrina Domini.
C 13 Et cùm à Papho nauigassēt Paulus & qui cum eo erant, venerūt Pergen Pamphyliæ. Ioannes autem discedens ab eis reuersus est Ierosolymam.
Piſidiæ 14 Illi vero pertranseuntes Pergen, venerūt Antiochiam "Pisidiæ: & ingressi synagogā die Sabbathorum, sederunt.
15 Post lectionem autem Legis & Prophetarum, miserunt principes synagogæ ad eos, dicētes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.
16 Surgens autem Paulus, & manu silentiū indicens, ait, Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite,
17 Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit cùm essent incolæ * in Terra AEgypti, & * in brachio excelso eduxit eos ex ea,
18 Et per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.
'D 19 Et destruēs Gentes septem in Terra Chanaan, * sorte distribuit eis terram eorum,
20 Quasi post quadringentos & quinquaginta annos. Et * post hæc dedit iudices, vsque ad Samuēl prophetam.
21 Et exinde * postulauerunt regē: & * dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis quadraginta.
22 Et amoto illo, * suscitauit illis Dauid regem: cui testimonium perhibens dixit, * Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.
23 Huius Deus ex semine * secūdum promissionem eduxit Israel saluatorem Iesum.
24 * Prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius Baptismum pœnitentiæ omni populo Israel.
25 Cùm impleret autem "cursum suum, dicebat, * Quem me arbitramini esse nō sum ego, sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum soluere.
26 Viri fratres, filii generis Abrahæ, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est.
27 Qui enim habitabant Ierusalem, & principes eius hunc ignorantes, & voces Prophetarum quæ per omne Sabbathum legūntur, iudicantes impleuerunt.
28 Et nullam causam mortis inuenientes in eo, * petierunt à Pilato vt interficerent eum.
29 Cùmque consumassent omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento.
30 * Deus autem suscitauit eum à mortuis
31 Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem.
32 Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est:
33 Quoniā hanc Deus adimpleuit filiis "vestris, resuscitans Iesum, sicut in Psalmo secundo scriptum est, * Filius meus es tu, ego hodie genui te.
34 Quod autem suscitauit eum à mortuis, amplius iam nō reuersurum in corruptionem, ita dixit, * Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia.
35 Ideōque & aliàs dicit, * Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.
36 Dauid enim in sua generatione cùm administrasset, voluntati Dei dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.
37 Quem verò Deus suscitauit à mortuis, non vidit corruptionem.
38 Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur "ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari.
39 In hoc omnis qui credit iustificatur.
40 Vide ergo ne superueniat vobis quod dictum est in Prophetis,
41 * Videte contemptores & admiramini, & dispergimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non 'creditis si quis enarrauerit vobis.
42 Exeuntibus autem illis rogabant vt sequenti Sabbatho loquerentur sibi verba hæc.
43 Cùmque dimissa esset synagōga, secuti sunt multi Iudæorum, & colentium Deum aduenarum Paulum & Barnabam: qui loquentes suadebant eis vt permanerent in gratia Dei.
44 Sequenti verò Sabbatho penè vniuersa G ciuitas conuenit audire verbum Dei.
45 Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes.
45 Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, &

"Iudicatis & indignos vos 'iudicastis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes.
Eſa.49. b.6. 47 Sic enim præcepit nobis Dominus, * Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.
'gauiſæ 48 Audientes autem Gentes "gauisi sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.
49 Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem.
50 Iudæi autem cōcitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis.
Matth.10. 51 * At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium.
52 Discipuli quoque replebantur gaudio & Spiritu Sancto.

CAP. XIIII.

Paulus primùm adoratur: deinde lapidatur

'Iconii 1 FActum est autem "in Iconio vt simul introirent synagōgam Iudæorum, & loqui crentur ita vt crederet Iudæorū ingens & Græcorum copiosa multitudo.
2 Qui verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres.
3 Multo igitur tempore demorati sunt: fiducialiter agentes in Domino testimonio perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum.
4 Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidā quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum Apostolis.
5 Cum autē factus esset impetus Gentilium & Iudæorum cum principibus suis, vt contumelijs afficerent & lapidarent eos,
B 6 Intelligentes confugerunt ad ciuitates Lyconiæ Lystram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erant.
7 Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum: Paulus autem & Barnabas morabantur Lystris.
8 Et quidam vir Lystris infirmis pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ: qui nunquam ambulauerat.
Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet vt saluus fieret.
10 Dixit magna voce, Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit: & ambulabat.
11 Turbæ autē cùm vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam, Lyconicè dicentes, Dii similes facti hominibus, descenderunt ad nos.
12 Et vocabant Barnabam, Iouem: Paulum verò, Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi.
C 13 Sacerdos quoque Iouis qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante ianuas afferens cum populis volebat sacrificare.
14 Quod vbi audierunt apostoli Barnabas & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas, clamantes & dicentes:
15 Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deū viuum * qui fecit cælū, & terrā, & mare, & omnia quæ in eis sunt.
16 Qui in præteritis generationibus * dimisit omnes Gentes ingredi vias suas.
17 Et quidē non sine testimonio semetipsum reliquit bene faciens, de cælo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda "eorum.
18 Et hæc dicentes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent.
19 Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis "lapidantes Paulum, traxerunt extra ciuitatem, "æstimantes eum mortuum esse.
20 Circundantibus autem eum discipulis, surgens intrauit ciuitatem: & postera die profectus est cum Barnaba in Derben.
21 Cumque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochiam,
22 Confirmantes animas discipulorum, exhortantésque vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.
23 Et cū constituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt.
24 Transeuntésque "Pisidiam, venerunt in 'Pisidiam Pamphiliam.
25 Et loquētes verbum Domini in "Pergen, descenderunt in "Italiam:
26 * Et inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus quod cōpleuerunt.
27 Cùm autem venissent, & congregassent ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei.
28 Morati sunt autem tempus nō modicum cum discipulis.

CAP. XV.

Dissensione ob circumcisionem orta, concilium celebratur.

1 ET quidam descendentes de Iudæa, docebat fratres, * Quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari.
2 Facta ergo seditione nō minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascēderent Paulus & Barnabas, & quidam alii ex "aliis ad Apostolos & presbyteros in Ierusalem, super hac quæstione.
3 Illi ergo deducti ab ecclesia, pertransibant Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionem Gentium & faciebant gaudiū magnum omnibus fratribus.
4 Cùm autem venissent Ierosolymam, susceptī sunt ab ecclesia & ab Apostolis & senioribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.
5 Surrexerunt autem quidā de hæresi Pharisæorum qui crediderant, dicentes, Quia oportet circuncidi eos, & præcipere, quoque seruare legem Moysi.

6 Conuenerúntque Apostoli & Seniores vi-
dere de verbo hoc.
7 Cùm autem magna conquisitio fieret, sur-
gens Petrus dixit ad eos, * Viri fratres, vos
scitis quoniam a b antiquis diebus Deus in
nobis elegit, per os meum audire Gentes
verbum Euangelii, & credere.
8 Et qui nouit corda Deus, testimonium per-
hibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut & *Supra 10.*
nobis. *6.20. 1.*
9 Et nihil discreuit inter nos & illos, * fi- *Supra 10.*
de purificans corda eorum. *§ 43.*
10 Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere
iugum super cernices discipulorũ, quod
neque patres nostri neque nos portare po-
tuimus.
C 11 Sed per gratiam Domini Iesu Christi cre-
dimus saluari, quemadmodum & illi.
12 Tacuit autem omnis multitudo, & audie-
bant Barnabam & Paulum narrantes quan-
ta Deus fecisset signa & prodigia in Genti-
bus per eos.
13 Et postquam tacuerunt, respondit Iacó-
bus, dicens, Viri fratres audite me.
14 Simon narrauit quemadmodum primum
Deus visitauit sumere ex Gentibus popu-
lum nomini suo.
15 Et huic concordant verba prophetarum;
sicut scriptum est,
16 Post hæc reuertar, * & rædificabo taber- *Amos 9.v.*
naculum Dauid, quod decidit, & diruta *11.*
eius rædificabo, & erigam illud.
17 Vt requirant cæteri hominum Dominum,
& omnes gentes super quas inuocatum est
nomen meum, dicit Dominus faciens hæc.
D 18 Notum à seculo est Domino opus suum.
19 Propter quod ego iudico, non inquie-
tari eos qui ex Gentibus conuertuntur ad
Deum.
20 Sed scribere ad eos vt abstineãt se à con-
taminationibus simulachrorum, & fornica-
tione, & suffocatis, & sanguine.
21 Moyses enim à temporibus antiquis ha-
bet in singulis ciuitatibus qui eum prædi-
cent in synagogis, vbi per omne Sabba-
thum legitur.
22 Tunc placuit Apostolis & senioribus cum
omni ecclesia, eligere viros ex eis, & mitte-
re Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iu-
dam, qui cognominabatur Barsabas, & Si-
lam viros primos in fratribus, scribentes
per manus eorum.
E 23 Apostoli & seniores fratres, his qui sunt
Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex
Gentibus, salutem.
24 Quoniam audiuimus quia quidam ex no-
bis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euer-
tentes animas vestras, quibus non manda-
uimus.
25 Placuit nobis collectis in vnum, eligere
viros, & mittere ad vos cum charissimis no-
stris Barnaba & Paulo.
26 Hominibus qui tradiderunt animas suas
pro nomine Domini nostri Iesu Christi.
F 27 Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi
vobis verbis referent eadem.
28 Visum est enim Spiritui sancto & nobis,
nihil vltrà imponere vobis oneris quàm
hæc necessaria.
29 Vt abstineatis vos ab immolatis simula-
chrorum, & sanguine, & suffocato, & forni-
catione: à quibus custodientes vos, bene
agetis. Valete.
30 Illi ergo dimissi descenderunt Antio-
chiam: & congregata multitudine tradide-
runt epistolam.
31 Quam cum legissent, gauisi sunt super con-
solatione.
32 Iudas autẽ & Silas & ipsi cùm essent pro-
phetæ, verbo plurimo consolati sunt fra-
tres: & confirmauerunt.
33 Facto autem ibi aliquanto tempore, di-
missi sunt cum pace à fratribus ad eos qui
miserant illos.
34 Visum est autem Silæ ibi remanere: Iudas
autem solus abiit Ierusalem.
35 Paulus autem & Barnabas demorabantur
Antiochiæ, docentes, & euãgelizantes cum
aliis pluribus verbum Domini.
36 Post aliquot autem dies dixit ad Barna- G
bam Paulus, Reuertẽtes visitemus fratres
per vniuersas ciuitates in quibus prædica-
uimus verbum Domini, quomodo se ha-
beant.
37 Barnabas autem volebat secum assu-
mere & Ioannem, qui cognominabatur
Marcus.
38 Paulus autem rogabat eum (vt qui discef-
sisset ab eis de Pamphylia, & non isset cum
eis in opus) non debere recipi.
39 Facta est autem dissentio, ita vt discede-
rent abinuicem, & Barnabas quidem assum
pto Marco nauigaret Cyprum.
40 Paulus vero electo Sila profectus est,
traditus gratiæ Dei à fratribus.
41 Perambulabat autem Syriam & Cilicis,
confirmans ecclesias: præcipiens custodire
præcepta Apostolorum & seniorum.

CAP. XVI.

*Timotheus circumciditur. Paulus cum Sila vir-
gis cæduntur & incarcerantur. Paulus Roma-
num se factas in tempore.*

1 PEruenit autem in Derben & Lystram: *cuiusdã*
& ecce, discipulus quidam erat ibi no- *Iudæa.*
mine Timótheus, filius mulieris "viduæ fi-
delis, patre Gentili.
2 Huic testimonium bonum reddebant qui
in Lystris erant & Iconio fratres.
3 Hunc voluit Paulus secum proficisci: & as
sumens circumcidit eum propter Iudæos
qui erant in illis locis. Sciebant enim om-
nes quod pater eius erat Gentilis.
4 Cùm autem pertransirent ciuitates, tra-
debant eis custodire dogmata, quæ erant
decreta ab Apostolis & senioribus qui e-
rant Ierosolymis.
5 Et ecclesiæ quidem confirmabantur fide,
& abundabant numero quotidie.
6 Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ
regionem, vetati sunt à Spiritu sancto lo-
qui verbum Dei in Asia.
7 Cùm venissent autem in Mysiam, tenta-
bant ire in Bithyniam: & non permisit eos
Spiritus Iesu.
8 Cùm autem pertransissent Mysiam, descen- *derunt.*

derunt Troadem:
9 Et visio per nocte Paulo ostensa est: vir
Macedo quidam erat stans & deprecans
eum, & dicens, Transiens in Macedoniam
adiuua nos.
10 Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus
proficisci in Macedoniam, certi facti quod
vocasset nos Deus euangelizare eis.
11 Nauigantes autem à Troade, recto cursu
venimus Samothraciam, & sequenti die
Neapolim:
12 Et inde Philippos: quæ est prima partis
Macedoniæ "ciuitatis colonia. Eramus au- *"ciuitas, consiste-*
tem in hac vrbe diebus a liquot "conferen- *tes.*
tes.
13 Die autem Sabbathorum egressi sumus
foras portam iuxta flumen, vbi videbatur
C oratio esse: & sedentes loquebamur mulie-
ribus quæ conuenerant.
14 Et quædam mulier nomine Lydia, purpu
raria ciuitatis Thyatirenorum, colẽs Deum
audiuit: cuius Dominus aperuit cor intende-
re his quæ dicebantur à Paulo.
15 Cùm autem baptizata esset, & domus
eius, deprecata est, dicens, Si iudicastis me
fidelem Domino esse, introite in domum
meam, & manete. Et coegit nos.
16 Factum est autem euntibus nobis ad ora-
tionem, puellam quandam habentem spiri-
tum pythonem obuiare nobis, quæ quæ-
stum magnum præstabat dominis suis diui-
nando.
17 Hæc subsequuta Paulum & nos, clamabat
dicens, Isti homines, serui Dei excelsi sunt,
D qui annuntiant vobis viam salutis.
18 Hoc autem faciebat multis diebus. Do-
lens autem Paulus & conuersus, spiritui di-
xit, Præcipio tibi in nomine Iesu Christi
exire ab ea. Et exiit eadem hora.
19 Videntes autem domini eius quia
exiit spes quæstus eorum, apprehendentes
Paulum & Silam perduxerunt in forum ad
principes:
20 Et offerentes eos magistratibus dixerũt,
Hi homines cõturbant ciuitatem nostram,
cum sint Iudæi:
21 Et annuntiant morem, quem non licet
nobis suscipere, neque facere, cum simus
Romani.
E 22 Et cucurrit plebs aduersus eos: & magi- *2.Cor.11.*
stratus scissis tunicis eorum, * iusserunt eos *25.1.Th.*
virgis cædi. *2.v.2.*
23 Et cum multas plagas eis imposuissent,
miserunt eos in carcerem præcipientes cu-
stodi vt diligenter custodiret eos.
24 Qui cum tale præceptum accepisset, misit
eos in interiorem carcerem, & pedes eorũ
strinxit ligno.
25 Media autem nocte Paulus & Silas ora-
tes laudabant Deum. Et audiebãt eos, qui
in custodia erant.
26 Subito vero terræmotus factus est ma-
gnus, ita vt mouerentur fundamenta car-
ceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: &
vniuersorum vincula soluta sunt.
27 Expergefactus autem custos carceris, & *Gr. bem*
videns ianuas apertas carceris, euaginato
gladio volebat se interficere, æstimans fu-
gisse vinctos.
28 Clamauit autem Paulus voce magna, di- F
cens, Nihil tibi malì feceris, vniuersi enim
hîc sumus.
29 Petitoque lumine introgressus est: & tre
mefactus prócidit Paulo & Silæ ad pedes:
30 Et producens eos foras ait, Domini, quid
me oportet facere * vt saluus fiam? At illi *Gr. bem*
dixerunt,
31 Crede in Dominum Iesum: & saluus eris
tu, & domus tua.
32 Et locuti sunt ei verbum Domini cum
omnibus qui erant in domo eius.
33 Et tollens eos in illa hora noctis, lauit
plagas eorũ: & baptizatus est ipse, & omnis
domus eius continuo.
34 Cúmque perduxisset eos in domũ suam,
appossuit eis mensam, & lætatus est cum
omni domo sua credens Deo.
35 Et cùm dies factus esset, miserunt magi-
stratus lictores dicentes, Dimitte homines
illos.
36 Nuntiauit autem custos carceris verba
hæc Paulo, Quia miserunt magistratus vt
dimittamini. nunc igitur exeuntes, ite in
pace.
37 Paulus autem dixit eis, Cæsos nos publi- G
cè, indemnatos, homines Romanos miserũt
in carcerem, & nunc occultè nos eiciunt?
Non itaque veniam, & ipsi nos eiciant.
38 Nuntiauerunt autem magistratibus licto
res verba hæc. Timuerúntque audito quod
Romani essent:
39 Et venientes deprecati sunt eos, & edu-
centes rogabant vt egrederentur de vrbe.
40 Exeuntes autem de carcere, introierunt
ad Lydiam: & visis fratribus, consolati sunt
eos, & profecti sunt.

CAP. XVII.

*Prædicat Paulus Christum Thessalonicæ &
Athenis.*

1 CVm aut perambulassent Amphipolin
& Apolloniam, venerunt Thessalonî-
cam, vbi erat synagóga Iudæorum.
2 Secundum consuetudinem autem Paulus
introiuit ad eos: & per Sabbatha tria disse-
rebat eis de Scripturis,
3 Adaperiens & insinuans quia Christum
oportuit pati & resurgere à mortuis: &
quia hic est Iesus Christus, quem ego an-
nuntio vobis.
4 Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti
sunt Paulo & Silæ, & de colentibus Genti-
bus multitudo magna, & mulieres nobi-
les non paucæ.
5 Zelantes autem Iudæi, assumentésque de
vulgo viros quosdam malos, & turba facta, E
concitauerunt ciuitatem: & assistentes do-
mui Iasonis, quærebant eos producere in
populum.
6 Et cum non inuenissent eos, trahebant Ja-
sonem & quosdam fratres ad principes ci-
uitatis, clamantes,
7 Quoniam hi qui "orbem concitant, & huc, *"vrbem*
venerunt, quos suscepit Iason, & hi omnes
contra decreta Cæsaris faciunt, regẽ alium

dicentes esse, Iesum.

8 Concitauerunt autem plebem, & principes ciuitatis audientes hæc.

9 Et accepta satisfactione à Iásone & à cæteris, dimiserunt eos.

10 Fratres verò confestim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Beroam. Qui cùm venissent, in synagógam Iudæorum introierunt.

11 (Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent.

12 Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci)

13 Cùm autem cognouissent in Thessalonica Iudæi, quia & in Beroe prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commouentes & turbantes multitudinem.

14 Statimque tunc Paulum dimiserunt fratres, vt iret vsque ad mare: Silas autem & Timótheus remanserunt ibi.

15 Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum vsque ad Athénas. & accepto mandatu ab eo ad Silam & Thimotheum, vt quam celeriter venirent ad illum profecti sunt.

16 Paulus autem cùm Athénis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem.

17 Disputabat igitur in synagóga cum Iudæis, & colentibus, & in foro, per omnes dies ad eos qui aderant.

18 Quídam autem Epicurei & Stoici Philosophi disserebant cum eo: & quidam dicebant. Quid vult seminiverbius hic, dicere? Alii verò, Nouorum dæmoniorum videtur annuntiator esse. quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis

19 Et apprehensum eum, ad Areópagum duxerunt, dicentes Possumus scire quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina?

20 Noua enim quædam infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse.

21 (Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere, aut audire aliquid noui.)

22 Stans autem Paulus in medio Areópagi, ait, Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosiores vos video.

23 Præteriens enim & videns simulachra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat, IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.

24 Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cùm sit Deus, non in manufactis templis habitat,

25 Nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia:

26 Fecitque ex vno omne genus hominum, inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora & terminos habitationis eorum,

27 Quærere Deum si forte attrectent eum, aut inueniant quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum.

28 In ipso enim viuimus & mouemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum poëtarum dixerunt, Ipsius enim & genus sumus,

29 Genus ergo cùm simus Dei, nō debemus æstimare auro & argento, aut lapidi, sculpturæ artis & cogitationis hominis, Diuinum esse simile.

30 Et tempora quidem huius ignorātiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus vt omnes vbique pœnitentiam agant,

31 Eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis.

32 Cùm audissent autem resurrectionē mortuorum, quidam quidem irridebant, quidā verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterum.

33 Sic Paulus exiuit de medio eorum.

34 Quidam verò viri adhærentes ei, credidē runtin quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

CAP. XVIII.

Paulus in Corintho, Achaia & Epheso, Christi negotium agit.

1 POst hæc egressus ab Athénis, venit Corinthum.

2 Et inueniens quendam Iudæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma,) accessit ad eos.

3 Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. (erant autem scenofactoriæ artis.)

4 Et disputabat in synagóga per omne Sabbathum, interponens nomen Domini Iesu, suadebátque Iudæis & Græcis.

5 Cùm venissent autem de Macedonia Silas & Timótheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum, Iesum.

6 Contradicentibus autem eis & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos, Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam.

7 Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam, nomine Titi iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta synagógæ.

8 Crispus autem archisynagógus credidit Domino, cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur.

9 Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo, Noli timere: sed loquere, & ne taceas.

10 Propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi vt noceat te: quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate.

11 Sedit autem ibi annum & sex menses docens apud eos verbum Dei.

12 Gallióne autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, dicentes,

13 Quia contra Legem hic persuadet hominibus colere Deum.

14 Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos, Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum ô viri Iudæi recte

rectè vos sustinerem.

15 Si verò quæstiones sunt de verbo & nominibus, legis vestræ, vosipsi videritis: iudex ego horum nolo esse.

16 Et minauit eos à tribunali.

17 Apprehendéres autem omnes Sosthenem principem synagógæ, percutiebant eum ante tribunal; & nihil eorum Gallioni curæ erat.

18 Paulus verò cùm adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciens, nauigauit Syriam, (& cum eo Priscilla & Aquila,) qui sibi totonderat in Cenchris caput. habebat enim votum.

19 Deuenitq; Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse verò ingressus synagógam, disputabat cum Iudæis.

20 Rogantibus autem eis vt ampliori tempore maneret, non consensit, sed valefaciens, & dicens,

21 Iterum reuertar ad vos, Deo volēte: profectus est ab Epheso.

22 Et descendens Cæsaréam, ascendit, & salutauit ecclesiam, & descendit Antiochiam.

23 Et facto ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galatiam regionem & Phrigiam, confirmans omnes discipulos.

24 Iudæus autem quidam, Apollos nomine, Alexandrinus natione, vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in Scripturis.

25 Hic erat edoctus viam Domini: & feruēs Spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantùm baptisma Ioannis.

26 Hic ergo cæpit fiducialiter agere in synagóga. Quem cùm audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam Domini.

27 Cùm autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis vt susciperent eum. Qui cùm venisset, contulit multū his qui crediderunt.

28 Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per Scripturas esse Christum, Iesum.

CAP. XIX.

Paulus seruatæ prædicans & signa edens Ephesi periclitatur.

1 FActum est autem cū Appollos esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos, dixitque ad eos,

2 Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus.

3 Ille verò ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt in Ioannis baptismate.

4 Dixit autem Paulus, Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est in Iesum.

5 His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.

6 Et cùm imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant,

7 Erant autem omnes viri ferè duodecim.

8 Ingressus autem synagógam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei.

9 Cùm autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cuiusdam.

10 Hoc autem factum est per biennium. ita vt omnes, qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Iudæi atque Gentiles.

11 Virtutésque non modicas quasi bet faciebat Deus per manum Pauli,

12 Ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.

13 Tentauerūt autem quidam, & de circumeuntibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat.

14 Erant autem cuiusdam Sceuæ Iudæi principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant.

15 Respondens autem spiritus nequam dixit eis, Iesum noui, & Paulum scio: vos autem qui estis?

16 Et insiliens homo in eos in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa.

17 Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis atque Gentilibus qui habitabant Ephesi & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu.

18 Multique credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos.

19 Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus. & computatis pretiis illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.

20 Ita fortiter crescebat verbum Dei & confirmabatur.

21 His autem expletis proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia & Achaia ire Ierosolymam, dicens, Postquam fuero ibi oportet me & Romam videre.

22 Mitteus autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timótheum & Erastum ipse remansit ad tempus in Asia.

23 Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini.

24 Demetrius enim quidam nomine argentarius, faciens ædes argenteas Diánæ, præstabat artificibus non modicum quæstum:

25 Quos conuocans & eos qui huiusmodi erant opifices, dixit, Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio.

26 Et videtis, & auditis quia non solum Ephesi, sed pene totius Asiæ Paulus hic suadens auertit multam turbam, dicens, Quoniam non sunt dii qui manibus fiunt.

27 Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed

magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, & destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.

28 His auditis repleti sunt ira, & exclamare runt dicentes, Magna Diana Ephesiorum.

29 Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, rapto Caio & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli.

30 Paulo autem volente intrare in populũ, non permiserunt discipuli.

31 Quidam autem & de Asiæ principibus qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogates ne se daret in theatrum.

32 Alii autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa: & plures nesciebant qua ex causa conuenissent.

33 De turba autem detraxerunt Alexandrum propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo.

34 Quem vt cognouerunt Iudæum esse, vox facta vna est omnium, quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum.

35 Et cum sedasset scriba turbas, dixit, Viri Ephesii, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iouisque prolis?

36 Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere.

37 Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram.

38 Quòd si Demetrius, & qui cũ eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam: conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem.

39 Siquid autem alterius rei quæritis: in legitima ecclesia poterit absolui.

40 Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ: cum nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit ecclesiã.

CAP. XX.

Paulus Peregratio multis Græcia locis Ierosolymam contendit.

1 Postquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, vale dixit, & profectus est vt iret in Macedoniam.

2 Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam.

3 Vbi cũ fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam: habuitque consilium vt reuerteretur per Macedoniam.

4 Comitatus est autem eum Sosipater Pyrrhi, Beroensis: Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secundus, & Caius Derbeus, & Timotheus: Asiani verò Tychicus & Trophimus.

5 Hi cum præcessissent, sustinuerunt nos Troade.

6 Nos verò nauigauimus post dies Azimorum à Philippis, & venimus ad eos Troadẽ in diebus quinque, vbi demorati sumus diebus septem.

7 Vna autem Sabbathi cũ venissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat eis profecturus in crastinum, protraxitque sermonem vsque in mediam noctem.

8 Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo vbi eramus congregati.

9 Sedens autem quidam adolescens nomine Eutichus, super fenestram, cùm mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, dudum somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum & sublatus est mortuus.

10 Ad quem cum descendisset Paulus incubuit super eum: & complexus dixit, Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est.

11 Ascendens autem, frangénique panem & gustans, satisque allocutus est vsque in lucem, & sic profectus est.

12 Adduxerunt autem puerum viuentem, & consolati sunt non minimè.

13 Nos autem ascendentes nauem, nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulum. sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus.

14 Cùm autem conuenissemus in Asson, assumpto eo venimus Mytylénen.

15 Et inde nauigantes, sequenti die venimus contra Chium. & alia die applicuimus Samum. Et sequenti die venimus Miletum.

16 Proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecosten faceret Ierosolymis.

17 A Miléto autem mittens Ephesum, vocauit maiores natu ecclesiæ.

18 Qui cum venissent ad eũ, & simul essent, dixit eis, Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim,

19 Seruiens Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum:

20 Quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quominus annunciarem vobis, & docerem vos publicè & per domos,

21 Testificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.

22 Et nunc ecce alligatus ego Spiritu, vado in Ierusalem: quæ in ea ventura sint mihi ignorans,

23 Nisi quod Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent.

24 Sed nihil horum vereor: nec facio animã meam pretiosiorem quàm me, dummodo consummem cursum meum & ministerium verbi quod accepi à Domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei.

25 Et nunc ecce ego scio quia amplius non videbitis faciem meã vos omnes, per quos transiui prædicans regnum Dei.

26 Quapropter contestor vos hodierna die quia mundus sum à sanguine omnium.

27 Non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium Dei vobis.

28 Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

29 Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, nõ parcentes gregi.

30 Et ex vobismetipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.

31 Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniã per triennium nocte & die non cessaui cum lachrymis monens vnumquẽque vestrum.

32 Et nunc cõmendo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus.

33 Argentum & aurum, aut vestem nullius concupiui,

34 Sicut ipsi scitis quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ.

35 Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, (quoniam ipse dixit) Beatius est magis dare, quàm accipere.

36 Et cùm hæc dixisset, positis genibus suis orauit cum omnibus illis.

37 Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collũ Pauli osculabantur eum.

38 Dolẽtes maximè in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non essent visuri. Et ducebant eum ad nauem.

CAP. XXI.

Prædixit Agabus Paulum Ierosolymis capeum iri.

1 Cvm autem factum esset vt nauigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Cõum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram.

2 Et cum inuenissemus nauem transfretantem in Phœnicen: ascendentes nauigauimus.

3 Cùm apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram, nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrum. ibi enim nauis exponitura erat onus.

4 Inuentis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebãt per Spiritum, ne ascenderet Ierosolymam.

5 Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum vxoribus & filiis vsque foras ciuitatem: & positis genibus in litore, orauimus.

6 Et cùm valefecissemus inuicem, ascendimus nauem, illi autem redierunt in sua.

7 Nos verò nauigationem explentes, à Tyro descendimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus die vna apud illos.

8 Alia autem die profecti, venimus Cæsaream. Et intrantes domum Philippi Euangelistæ, qui erat vnus de septem, mansimus apud eum.

9 Huic autem erãt quatuor filiæ virgines, prophetantes.

10 Et cùm moraremur per dies aliquot superuenit quidam vir à Iudæa propheta, nomine Agabus.

11 Is cum venisset ad nos tulit zonam Pauli: & alligans sibi pedes & manus dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi, & tradent in manus Gentium.

12 Quod cùm audissemus, rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet Ierosolymam.

13 Tunc respondit Paulus, & dixit, Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego enim non solùm alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu.

14 Et cùm ei suadere nõ possemus, quieuimus, dicentes, Domini voluntas fiat.

15 Post dies autem istos præparati, ascendebamus in Ierusalem. Venerunt autem

16 Quidam ex discipulis à Cæsarea nobiscum adducentes secum (apud quem hospitaremur) Iasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum.

17 Et cùm venissemus Ierosolymam libenter D exceperunt nos fratres.

18 Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobũ, omnésque collecti sunt seniores.

19 Quos cùm salutasset, narrabat per singula quæ Deus fecisset in Gentibus per ministerium ipsius.

20 At illi cùm audissent, magnificabãt Deũ, dixerúntque ei, Vides frater quot millia sunt in Iudæis qui crediderunt: & omnes æmulatores sunt legis.

21 Audierũt autem de te quia discessionem doceas à Moyse eorum qui per Gẽtes sunt Iudæorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi.

22 Quid ergo est? vtique oportet conuenire multitudinem: audient te superuenisse.

23 Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se.

24 His assumptis sanctifica te cum illis: & impende in illis, vt radant capitã & sciẽt omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulans & ipse custodiens Legem.

25 De his autem qui crediderunt ex Gentibus nos scripsimus, iudicãtes vt abstineant se ab idolis, immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.

26 Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatus cum illis intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.

27 Dum autem septem dies consummarentur, hi qui de Asia erãt Iudæi, cùm vidissent eum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt ei manus, clamantes.

28 Viri Israelitæ, adiuuate: hic est homo qui aduersus populum & Legem & locum hunc, omnes vbique docens, insuper & Gentiles induxit in templum, & violauit sanctum locum istum.

29 (Viderant enim Trophimum Ephesium F. in Ciuitate cum ipso, quem æstimauerunt quoniã in templum introduxisset Paulus.)

30 Commoráque est Ciuitas tota: & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum trahebant eum extra templum: & statim clausæ sunt ianuæ.

31 Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis, Quia tota confunditur Ierusalem.

32 Qui statim assumptis militibus & centurionibus decurrit ad illos. Qui cùm vidissent tribunum & milites, cessauerunt percutere Paulum.

33 Tùc accedens tribunus apprehẽdit eum, & iussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset.

G 34 Alii autem aliud clamabant in turba. Et cùm non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra.

35 Et cùm venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi.

36 Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum.

37 Et cùm cœpisset induci in castra Paulus dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit ei, Græcè nosti?

38 Nonne tu es AEgyptius qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertũ quatuor millia virorum sicariorum?

39 Et dixit ad eum Paulus, Ego homo sum quidem Iudæus à Tarso, Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.

40 Et cùm ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens.

CAP. XXII.

Paulus captus, reddit rationem sua doctrinæ.

1 VIri fratres & patres, audite quã ad vos nunc reddo rationem.

2 Cùm audissent autem quia Hebræa lingua "loquitur ad illos, magis præstiterunt silentium. Et dicit,

"loquere tur

3 Ego sum vir Iudæus, natus Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate, secus pedes Gamalielꝫ eruditus iuxta veritatem paternæ Legis, æmulator Legis, sicut & vos omnes estis hodie:

4 *Qui hanc viam persecutus sum vsque ad mortem, alligans & tradens in custodias viros ac mulieres.

*sup.8.v.3.

5 Sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes maiores natu: à quibus & epistolas accepiẽs ad fratres, Damascum pergebam, vt adducerem inde vinctos in Ierusalem, vt punirentur.

6 Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco media die, subitò de cælo circumfulsit me lux copiosa:

B 7 Et decidens in terram, audiui vocem dicentem mihi, Saule, Saule, quid me persequeris?

8 Ego autem respondi, Quis es Domine?

9 Dixitque ad me, Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocẽ autem non audierũt eius qui loquebatur mecum.

C 10 Et dixi, Quid faciam Domine? Dominus autẽ dixit ad me, Surgẽs vade Damascum: & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oportet facere:

11 Et cũ non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus: veni Damascum.

12 Ananias autem quidam, vir "secundum legem, testimonium habens ab omnibus "commorãtibus Iudæis veniens ad me, & "stans dixit mihi, Saule frater, respice. Et ego eadem hora respexi in eum.

"timoratus
"habitantibus
"astans.

13 At ille dixit, Deus patrum nostrorũ prædestinauit te, vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius.

14 Quia eris testis illius ad omnes homines, eorum quæ vidisti & audisti.

15 Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, & "ablue peccata tua inuocato nomine ipsius.

"ablue

16 Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in stupore mentis,

17 Et videre illum dicentem mihi, Festina, & exi velociter ex Ierusalem: quoniã non recipient testimonium tuum de me.

D

18 Et ego dixi, Domine, ipsi sciunt, "quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per synagógas eos qui credebant in te:

"quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per synagógas eos qui credebant in te:

19 Et cùm funderetur sanguis Stéphani testis tui, ego "astabam & consentiebam, & custodiebã vestimenta interficientium illum.

*sup.7.v.55.

"astabam

20 Et dixit ad me, Vade quoniam ego in Nationes longè mittam te.

21 Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum, & leuauerunt vocem suam, dicentes, Tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eum viuere.

22 Vociferantibus autem eis, & proicientibus vestimenta sua, & puluerem iactãtibus in aërem.

23 Iussit tribunus induci eum in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum: vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei.

24 Et cùm "astrinxissent eum loris, dixit astãti sibi centurioni Paulus, Si hominem Romanum & indemnatum, licet vobis flagellare?

"astrinxissent

25 Quo audito, centurio accessit ad Tribunum, & nuntiauit ei, dicẽs, Quid acturus es? hic enim homo, ciuis Romanus est.

26 Accedens autem Tribunus dixit illi, Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit, Etiam.

27 Et respõdit tribunus, Ego multa summa "ciuitate hanc consecutus sum. Et Paulus ait, Ego autem & natus sum.

G "ciuitatẽ

28 Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum torturi erãt. Tribunus quoque timuit postquã resciuit quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eum.

29 Postera autem die volens scire diligẽtius qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes cõuenire & omne concilium: & producens Paulum, statuit inter illos.

CAP. XXIII.

Insidiæ & inimicæ aduersariorum Pauli.

Intendens

1 INtendens autem in cõcilium Paulus, ait, Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum, vsque in hodiernum diem,

2 Princeps autẽ sacerdotum Ananias, præcepit astantibus sibi percutere os eius.

"sedes iudicas

3 Tunc Paulus dixit ad eum, Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu "sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti.

4 Et qui astabant dixerunt, Summum sacerdotem Dei maledicis?

5 Dixit autem Paulus, Nesciebam fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices.

E 6 Sciẽs autem Paulus, quia vna pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum, exclamauit in concilio, "Viri fratres ego Pharisæus sum filius "Pharisæorum: de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.

"Pharisæi

7 Et cùm hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Sadducæos, & soluta est multitudo.

8 "Sadducæi "autem dicunt non esse resurrectiõnẽ mortuorum, neque angelum, neque spiritum: Pharisæi autem vtraque confitentur.

Matth.22. v.23. enim

"surgentes

9 Factus est autẽ clamor magnus. Et "exurgentes quidam Pharisæorum pugnabãt dicẽtes, Nihil mali inuenimus in homine isto. Quid si Spiritus locutus est ei, aut angelus?

C 10 Et cùm magna dissensio facta esset, timẽs Tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra.

11 Sequenti autem nocte adsistens ei Dominus ait, Constans esto, sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari.

12 Facta autem die collegerunt se quidã ex Iudæis, & deuouerunt se dicentes, neque manducaturos, neque bibituros donec occiderent Paulum.

D 13 Erant autem plus, quàm quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant:

14 Qui accesserunt ad "principem sacerdotum & seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos, nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.

"principes

15 Nunc ergo vos norũ facite Tribuno cum concilio, vt producat illum ad vos, tãquam aliquid certius cogniturꝰ de eo. Nos verò prius quàm appropiet, parati sumus interficere illum.

16 Quod cùm audisset filius sororis Pauli insidias, venit, & intrauit in castra, nuntiauitque Paulo.

17 Vocans autem Paulus ad se vnum ex centurionibus, ait, Adolescentem hunc "adduc ad Tribunum: habet enim aliquid indicare illi.

"perduc

"Vocans

18 Et ille quidem assumens eum, duxit ad tribunum, & ait, Vinctus Paulus "rogauit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.

E 19 Apprehendens autem tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum, & interrogauit illum, Quid est quod habes indicare mihi?

20 Ille autem dixit, Iudæi conuenêre rogare te, vt crastina die producas Paulum in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo.

21 Tu verò ne credideris illis, insidiantur enim ei ex eis viri amplius quàm quadraginta, qui se deuouerunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt expectantes promissum tuum.

22 Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ei ne cui loqueretur, quoniam hæc nota sibi fecisset.

23 Et "vocatis duobus centurionibus dixit "centuriis illis: Parate milites ducentos, vt eant vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: & iumenta præparate.

24 Vt imponentes Paulum, "saluum perduerent ad Felicem præsidem, timuit enim ne fortè raperẽt eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniã sustineret, tãquam acceperunt pecuniam.

"eum

25 Scribens ei epistolam continentem hæc,

26 CLAVDIVS Lysias optimo præsidi Felici salutem.

27 Virum hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu eripui, cognito quia Romanus est:

28 Volẽsque scire causam quam obiiciebãt illi, deduxi eum in concilium eorum.

29 Quem inueni accusari de quæstionibus G legis ipsorum: nihil verò dignum morte, aut vinculis habentem crimen.

30 Et cùm mihi perlatum esset de insidiis quas parauerãt illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus vt dicant apud te. Vale.

31 Milites verò, secundum præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem.

32 Et postera die dimissis equitibus vt cum eo irent, reuersi sunt ad castra.

33 Qui cùm venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum.

34 Cùm legisset autem, & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia de Cilicia,

35 Audiam te, inquit, cùm "accusatores tui & venerint. Iubẽsque in prætorio Herõdis custodiri eum.

CAP. XXIIII.

Paulus apud Felicem præsidem accusatur.

1 POst quinque autem dies, descẽdit princeps sacerdotum Ananias, cum senioribus quibusdam & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum.

2 Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus, dicens, Cùm in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiam.

3 Semper & vbique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione.
4 Ne diutius autem te protraham, oro breuiter vt audias nos pro tua clementia.
5 Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantem 'seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & authorem seditionis sectæ Nazarænorum,
6 Qui etiam templum violare conatus est, "quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare.
7 Superueniés autē Tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris,
8 Iubens accusatores eius ad te venire, à quo poteris ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum.
9 Adiecerunt autem Iudæi, dicentes hæc ita se habere.
10 Respondit autem Paulus, (annuente sibi præside dicere,) Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam.
11 Potes enim cognoscere, quia non plus sunt mihi dies, quàm duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalem.
12 Et neque in templo inuenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis, neque in ciuitate:
13 Neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant.
14 Cōfiteor autem hoc tibi quòd secundum sectam, quam dicunt hæresim, sic deseruio 'patri & Deo meo, credens omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt:
15 Spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectabunt, resurrectionem futuram iustorum & iniquorum.
16 In hoc & ipse studeo sine offendiculo cōscientiam habere ad Deum, & ad homines semper.
17 Post annos autem plures, 'eleemosynas facturus in gētem meā veni, & oblationes.
18 Et vota in quibus inuenerunt me purificatum in templo, non cum turba, neque cum tumultu.
19 Et apprehenderunt me clamantes, & dicentes, Tolle inimicum nostrum.
20 Quidam autē ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare, si quid haberent aduersum me:
21 Aut hi ipsi dicant, siquid inuenerunt in me iniquitatis, cùm stem in concilio:
22 Nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans, 'Quoniā de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis.
23 Distulit autē illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicens, Cùm tribunus Lysias descenderit, audiam vos.
24 Iussitque centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quēquam de suis prohibere ministrare ei.
25 Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidē quæ est in Christum Iesum.
26 Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersiam te.
27 Simul & sperās quod pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo.
28 Biennio autem expleto accepit successorem Felix, Portium Festum. Volens autem gratiā præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAP. XXV.

Paulus coram Festo causam dicit, & Cæsarem appellat.

1 FEstus ergo cum venisset in prouinciam, post triduum ascendit Ierosolymam à Cæsarea.
2 Adierūntque eum principes sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulum: & rogabant eum,
3 Postulantes gratiam aduersus eum, vt iuberet perduci eum in Ierusalē, insidias tendentes vt interficerent eum in via.
4 Festus autem respondit, seruari quidem Paulum in Cæsarea: se autē maturius profecturum.
5 Qui ergo in vobis (ait) potentes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum.
6 Demoratus autem inter eos dies non amplius quàm octo aut decem, descendit Cæsaream, & altera die sedit pro tribunali: & iussit Paulum adduci.
7 Qui cùm perductus esset, circūsteterunt eum qui ab Ierosolyma descenderant Iudæi, multas & graues causas obijcientes, quas non poterant probare.
8 Paulo rationem reddente, Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quicquam peccaui.
9 Festus autem volens gratiam præstare Iudæis, respondens Paulo, dixit, Vis Ierosolymam ascēdere, & ibi de his iudicari apud me?
10 Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, "ibi me oportet iudicari: Iudæis "vbi non nocui sicut tu melius nosti.
11 Si enim nocui, aut dignū morte aliquid feci, non recuso mori. Si vero nihil est eorum quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello.
12 Tunc Festus cum cōcilio locutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.
13 Et cū dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum.
14 Et cùm dies plures ibi "morarentur, Festus regi indicauit de Paulo, dicens,
15 Vir quidā est derelictus à Felice vinctus, de quo cū essem Ierosolymis, adierunt me (sub. principes sacerdotum & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum damnationem.
16 Ad quos respondi. Quia non est Romanis consuetudo dinare aliquem hominem priùs quàm is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciuntur.

Cùm

17 Cùm ergo huc conuenissent, sine vlla dilatione in sequenti die sedens pro tribunali, iussit adduci virum.
18 De quo cū stetissent accusatores, nullam causam deferebant de quibus ego suspicabar malum:
19 Quæstiones verò quasdam de sua superstitione habebāt aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.
20 Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Ierosolymam, & ibi iudicari de istis.
21 Paulo autē appellante vt seruaretur "Augusti cognitioni, iussi seruari eum, donec mittam eum ad Cæsarem.
22 Agrippa autem dixit ad Festum, Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum.
23 Altera autem die cùm venisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & introissent in auditoriū cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus.
24 Et dicit Festus, Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ierosolymis, 'petentes, & acclamantes non oportere eum viuere amplius.
25 Ego verò comperi, nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, iudicaui mittere.
26 De quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod 'produxi eum ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quid scribam.
27 Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & causas eius non significare.

CAP. XXVI.

Apud Agrippam regem Paulus suam innocentiam tuetur.

1 AGrippa verò ad Paulum ait, Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tūc Paulus extenta manu, cœpit rationem reddere.
2 De omnibus quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te cum sim defensurus me hodie,
3 Maximè te sciente 'omnia quæ apud Iudæos sunt, cōsuetudines & quæstiones, propter quod obsecro patienter me audias.
4 Et quidem vitam meam à iuuentute: quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, nouerunt omnes Iudæi:
5 Præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundū certissimam sectam nostræ religionis, vixi Pharisæus.
6 Et nunc in spe quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo, sto iudicio subiectus.
7 'In qua duodecim tribus nostræ nocte & die deseruientes, sperant deuenire. De qua spe accusor à Iudæis, rex.
8 Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat?
9 Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazaræni debere multa contraria agere:
10 Quod & feci Ierosolymis: & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, à principibus sacerdotū potestate accepta: & cum occiderentur, deturi sententiam.
11 Et per omnes synagōgas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar vsque in exteras ciuitates.
12 In quibus dum irem Damascum cum potestate & permissu principum sacerdotum,
13 Vidi, rex, de cælo supra splendorem solis circunfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant.
14 Omnésque nos cùm decidissemus in terram, audiui vocem loquētem mihi Hebraica lingua, "Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulū calcitrare.
15 Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Iesus Nazarænus quem tu persequeris.
16 Sed exurge & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi vt constituam te ministrum & testem eorū quæ vidisti, & eorum quibus apparebo tibi,
17 Eripiens te de 'populis & gentibus in "quos quas nunc mitto te.
18 Aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate Satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem quæ est in me.
19 Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cæ Iesti visioni:
20 Sed his qui sunt Damasci primùm, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudææ, & Gentibus annuntiabam vt pœnitentiā agerent, & conuerterētur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.
21 Hac ex causa me Iudæi, cū essem in templo, 'comprehensum tentabāt volentes me interficere.
22 Auxilio autem adiutus Dei, vsque in hodiernum diem sto, testificans minori atque maiori, nihil extrà dicens, quā ea quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses,
23 Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annūtiaturus est Populo & Gentibus.
24 Hæc loquente eo & rationem reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniam conuertunt.
25 Et Paulus, Non insanio (inquit) optime Feste: sed veritatis & sobrietatis verba loquor.
26 Scit enim de his rex, ad quem "constanter loquor. Latére enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum gestum est.
27 Credis rex Agrippa Prophetis? Scio quia credis.
28 Agrippa autē ad Paulum, In modico suades me Christianum fieri.
29 Et Paulus, Opto apud Deum & in modico, & in magno: non tantùm te, sed etiam

omnes qui audiunt hodie, fieri tales qualis & ego sum, exceptis vinculis his.
30 Et exurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui assidebant eis.
31 Et cùm secessissent, loquebantur adinuicem, dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid "fecit homo iste.
32 Agrippa autem Festo dixit, Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

Paulus cum multis Romam navigant, naufragium patitur.

1 VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodis centurioni nomine Iulio, cohortis Augustæ,
2 Ascendentes nauem Adrumetinam "incipientem nauigare circa Asiæ loca, sustulimus: perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi.
3 Sequenti autem die "venimus Sidônem. Humane autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire & curam sui agere.
4 Et inde cùm sustulissemus, subnauigauimus Cyprum: propterea quod essent venti contrarii.
5 Et pelagus Ciliciæ & Pamphyliæ nauigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ:
6 Et ibi inueniens centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam.
7 Et cùm multis diebus tardè nauigaremus, & vix deuenissemus contra Gnidum prohibente nos vento, aduauigauimus Cretæ iuxta Salmônem:
8 Et vix iuxta nauigantes, venimus in locum quendam, qui vocatur Boni portus, cui iuxta erat ciuitas Thalassa.
9 Multo autem tempore peracto, & cùm iam nô esset tuta nauigatio, eo quòd ieiunium iam præteriisset, consolabatur eos Paulus, dicens eis,
10 Viri, video quoniam cum iniuria & multo damno, non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio.
11 Centurio autem gubernatori & naucléro magis credebat, quàm his quæ à Paulo dicebantur.
12 Et cùm aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consilium nauigare inde, si quo modo possent deuenientes Phœnicem, hyemare portum Cretæ respicientem ad Africum & ad Corum.
13 Aspirante autem Austro æstimantes propositum se tenere, cùm sustulissent de Asson, legebant Cretam.
14 Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.
15 Cùmque arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus, ferebamur.
16 In insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham.
17 Quâ sublatâ, adiutoriis vtebantur, accingentes nauem, "timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur.
18 Valida autem nobis tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt:
19 Et tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt.
20 Neque autem sole, neque syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.
21 Et cùm multa ieiunatio fuisset, tùc stans Paulus in medio eorum, dixit. Oportebat quidê, ô viri, audito me, nô tollere à Creta, lucriq; facere iniuriam hanc & iacturam.
22 Et nunc suadeo vobis bono animo esse. amissio enim nullius animæ erit ex "nobis præterquam nauis.
23 Astitit enim mihi hac nocte angelus Dei cuius sum ego, & cui deservio, dicens,
24 Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.
25 Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo quia sic erit quemadmodum dictum est mihi.
26 In insulam autem quandam oportet nos deuenire.
27 Sed postea quam quartadecima nox superuenit nauigantibus nobis in Adria circa mediâ noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem.
28 Qui & summittentes bolidem, inuenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, inuenerunt passus quindecim.
29 Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittêtes anchoras quatuor, optabant diem fieri.
30 Nautis verò quærentibus fugere de naui, cùm misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere,
31 Dixit Paulus centurioni & militibus, Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis.
32 Tunc absciderunt milites funes scaphæ: & passi sunt eam excidere.
33 Et cùm lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens, Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes.
34 Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit.
35 Et cùm hæc dixisset, sumens panem gratias egit Deo in conspectu omnium: & cùm fregisset, cœpit manducare.
36 Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum.
37 Eramus verò vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex.
38 Et satiati cibo alleuiabant nauê, iactantes triticum in mare.
39 Cùm autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum verò quendam considerabant habentem litus, in quem cogitabant, si possent, eicere nauem.
40 Et cum anchoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artemone secundum auræ flatum, tendebant ad litus.
41 Et cùm incidissemus in locum dithalassum, impegerunt nauem, & prora quidem fixa, manebat immobilis, puppis verò solue batur à vi maris.
42 Militum autem consilium fuit vt custodias occiderent: ne quis cum enatasset, effugeret.
43 Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iussitque eos qui possent natare, emittere se primos, & exire ad terram:
44 Et cæteros alios in tabulis ferebant quosdam super ea quæ de naui erant. Et sic factum est vt omnes animæ euaderent ad terram.

CAP. XXVIII.

Paulus edito miraculo Romam venit.

1 ET cum euasissemus, tunc cognouimus quia "Mitylene, insula vocabatur.
2 Barbari vero præstabant non modicâ humanitatem nobis. Accensa enim pyra recipiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat, & frigus.
3 Cùm congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cum processisset, inuasit manum eius.
4 Vt verò viderunt Barbari pendentem bestiam de manu eius, adinuicem dicebant, Vtique homicida est homo hic, qui cùm euasit de mari, vltio non sinit eum viuere.
5 Et ille quidem excutiens bestiã in ignem nihil mali passus est.
6 At illi existimabant eum in tumorê conuertendô, "& subitò casurum & mori. Diu autem illis "expectatibus & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se dicebant eum esse Deum.
7 In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publii, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit.
8 Contigit autem patrem Publii febribus & dysenteria vexatum iacere. Ad quê Paulus intrauit, & cùm orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum.
9 Quo facto, "omnes qui in insula habebat infirmitates, accedebant, & curabantur:
10 Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant.
11 Post menses autem tres, nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castrorum.
12 Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo.
13 Inde circumlegentes deuenimus Rhegium: & post vnum diê flante Austro, secunda die venimus Puteolos,
14 Vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam.
15 Et inde cùm audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Appii-forum, ac Tres tabernas. Quos cùm vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam.
16 Cùm autem venissemus Romam, permissum est Paulo "permanere sibimet cũ custodiente se milite.
17 Post tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum. Cumque "venissent dicebat eis, Ego, viri fratres, nihil aduersus "Legem faciens, aut morem paternũ, vinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum.
18 Qui cùm interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me.
19 Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem: non quasi gentem meam habens aliquid accusare.
20 Propter hanc igitur causam rogaui vos videre & alloqui. Propter spem enim Israel, catena hac circumdatus sum.
21 At illi dixerunt ad eum, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit, aut locutus est quid de te malum.
22 Rogamus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis quia vbique ei contradicitur.
23 Cùm constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi: quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex Lege Moysi & Prophetis à mane vsque ad vesperam.
24 Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam verò non credebant.
25 Cùmque inuicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo vnum verbum, Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens,
26 Vade ad populum istum, & dic, " * Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis.
27 Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.
28 Notum ergo sit vobis quoniã Gentibus missum est hoc Salutare Dei, & ipsi audient.
29 Et cùm hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multã habentes inter se quæstionem.
30 Mansit autem biennio toto in suo "conducto: & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum,
31 Prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de domino Iesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.

Hieronymus in cathalogo scriptorum ecclesiasticorum.

Paulus Apostolus, qui antè Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giscalis fuit: quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigrauit, à quibus ob studia Legis missus Ierosolymam, à Gamaliele viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cùm autem interfuisset neci martyris Stephani, & accepis à pontifice templi epistolis, ad persequendos eos, qui Christo crediderât, Damascum pergeret, reuelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cùmque primùm ad prædicationem eius Sergius Paulus Proconsul Cypri credidisset, ab eo quòd eum Christi fidei subegerat, fortitudinis est nomen Paulus, & iuncto sibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertêsque Ierosolymam, à Petro Iacobóque & Ioanne, Gentium apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissimè de eius conuersatione scriptum est, hoc tantùm dicam, quòd post passionem Domini vicesimo quinto anno, id est secundo Neronis, eo tempore quo Festus procurator Iudææ successit Felici, Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, aduersus Iudæos de aduentu Christi quotidie disputauit. Sciendum autem in priora satisfactione, (necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ) Paulum à Neróne dimissum, vt Euangelium Christi, in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timótheum (eo tempore quo & passus est, de vinculis dictat epistolam.) In prima mea satisfactione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi assuit, & confortauit me, vt per me prædicatio compleretur, & audirent omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis. Manifestissimè leonem propter crudelitatem, Neróném significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cæleste, quòd scilicet præsens sibi scriberet imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat, Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus Romæ pro Christo capite truncatus, sepultúsque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimoseptimo. Scripsit autem nouem ad septem ecclesias epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timótheo duas, Tito vnam. Philémoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter styli sermonisque distantiam sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucæ euangelistæ iuxta quosdam: vel Clementis Romanæ posteà ecclesiæ episcopi, quæ aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone, vel certè quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat, scripserat vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id est suo eloquio disertissimè, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum, & hanc causam esse, quòd à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ad omnibus explóditur.

Argumentum in epistolam Pauli ad Romanos.

Romani, sunt partis Italiæ. Hi præuenti sunt à falsis apostolis & sub nomine Domini nostri Iesu Christi, in Legem & Prophetas erant inducti. Hos reuocat Apostolus ad veram & Euangelicam fidem, scribens eis à Corintho, per Phœben ministram ecclesiæ Cenchreensis.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Romanos.

CAP. I.

Act. 13. d. 2. 1 Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei.

2 (Quod autè promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis)

3 De Filio suo, (qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

4 Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri,

5 Per quem accepimus gratiam, & apostolatum

Hæc descriptio collocanda est ante D. Pauli Epist. ad Romanos.

Anni à Christo nato.	Anni à Pauli conuersione, et vocatione.	ANNORVM A D. PAVLO IN Christi fidem adscito & accepto ad illius vsque obitum dispositio: qua temporum suæ peregrinationis, atque Epistolarū ab eo ad Ecclesias conscriptarum ordo explicatur.	Anni imperii Tiberii.
35	1	Paulus Ecclesiæ Dei hostis & afflictor, Act. 7. 8. 9. à Christo, cùm Damascum proficisceretur, & vocatus & conuersus fuit, Act. 9.	20
36			21
37	2	Damasco in Arabiam euangelium adnunciaturus se contulit. Deinde Damascum reuersum cùm Iudæi tollendi cōsilium iniissent, eū acceptum discipuli nocte per murum demiserūt, funē summissum in sporta, Act. 9. Gal 1.	22
	3		23
38	4	Inde Ierusalē, vt Petrum salutaret, se contulit. Act. 9. 2. Cor. 12. Gal. 1.	
39	5	Illinc Cæsaream, cùm Iudæi illum è medio tollere conarentur, deductus fuit, atque inde in Syriam & Tharsum Ciliciæ emissus, Act. 9. Gal. 1.	Caligula. 2
40	6		3
41	7		4
42	8	Deinceps à Barnaba requisitus fuit, & Antiochiam ductus, vbi discipuli primum Christiani sunt nominati.	
43	9		Claudii.
44	10	Fames sub Claudio imperatore futura prædicitur ab Agabo, Act. 11.	2
45	11	D. Iacobum maiorem Herodes gladio sustulit, Act. 12.	3
46	12	Paulus Cypri Proconsul à D. Paulo edoctus, in Christi fidem acceptus est, Act. 13.	4
47	13	Diuus Paulus Christum prædicat Antiochiæ Pisidiæ, Galatiæ tractus, Act. 13.	5
48	14	Illinc Iconia proficiscitur, vbi aliquod tēpus consumpsit, Act. 13. 14.	6
49	15	Claudum Lystræ sanat, vbi lapidatus fuit, Act. 14.	7
50	16	Creatis Presbyteris per singulas Ecclesias, totáque Pisidia & Pamphylia peragrata, Antiochiam abnauigat, Act. 14.	8
51	17		9
52	18	Id temporis Hierosolymæ concilium, cui D. Petrus interfuit, celebratum fuit: vnde Antiochiam regressus, D. Petro, qui eò venerat, in os restitit, Act. 15. Gal. 2.	10
53	19		11
54	20	D. Paulus in Syriam & Ciliciam vnà cum Syluano vt Ecclesias confirmaret contendit, Act. 15. Deinde Derben & Lystram, vbi Timotheum assumpsit: inde in Macedoniam, in cuius oppido Philippis Euangelium prædicat, Act. 16.	12
55	21	Docet Athenis, Act. 17, deinde Thessalonicæ	13
56	22	Corinthi menses 18. commoratur, Act. 18. vnde ad Romanos scribit.	14
57	23	Reuertitur in Asiam. Ephesum scilicet, inde Cæsaream, deinde Ierusalem, ex qua Antiochiam pedem retulit.	Neronis.
58	24	Deinceps salutat ac confirmat Ecclesias Galatiæ & Phrygiæ, Act. 18.	2
59	25	Ephesum venit, vbi, cum illic annos 2. docuisset, Timotheum reliquit, Act. 19, & 1. Timoth. 1.	3
60	26	Epheso priorem ad Corinthios scribit, 1. Corinth. 16.	4
61	27	Ephesi tumultu sedato, Troadem venit, inde in Macedoniam: cumque Philippis esset, Tito & Lucæ posteriorem ad Corinthios Epistolam dat, 2. Corinth. 2, & 13 Act. 20.	5
62	28	Illinc in Achaiam & Corinthum, vt pollicitus fuerat, proficiscitur, 1. Cor. 16. & 2. Cor. 12. Tum, cùm Iudæi sibi insidias facerēt, per Macedoniam Troadem ad Aristarchum & Timotheum, quos illuc præmiserat, reuertitur, Act. 20.	6
63	29	E Troade ad Asson, & Mitylenem, quæ & Lesbos, abnauigat: vnde	7
64	30	Samum appulit, ex qua Miletum venit, vbi Ephesios valere iussit, Act. 20. recto cursu Coum, Rhodum, Patara, Tyrum, Ptolemaidem, Cæsaream, tandémque Hierosolyma venit, vbi magno populi concursu facto, apprehensus, & catenis vinctus fuit, Act. 21, & 22.	8
65	31	Vinctus Cæsaream ad Felicem præsidem ducitur, vbi annos duos agit, Act. 24.	9
66	32	Deinde Romam captiuus missus fuit, Act. 27.	10
67	33	In vinculis scribit ad Galatas, Ephesios, Philippenses.	11
68	34	Ad Colossenses, ad Philemonem.	12
69	35	Posteriorem ad Timotheum.	13
70	36	Postremo illi, Neronis iussu, caput cruricibus est abscissum.	14

Universidad de Deusto
Biblioteca

latum ad obediendū fidei in omnibus gentibus pro nomine eius,
6 In quibus estis & vos vocati Iesu Christi:)
B 7 Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis, & pax à Deo patre *& Domino nostro, Iesu Christo.
*nostro, & Domino,
8 Primùm quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.
9 Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio Filii eius,
10 Quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandē aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos.
11 Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos:
12 Id est, simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est, fidem vestram atque meam.
13 Nolo autem vos ignorare fratres quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsque adhuc,) vt aliquem fructum habeam "in vobis, sicut & in cæteris gentibus.
"&
14 Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum:
15 *Ita quod in me) promptum est, & vobis qui Romæ estis, euangelizare.
*Itaque
C 16 Non enim erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est, in salutem omni credenti. Iudæo primùm & Græco.
17 Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est, *Iustus autem ex fide 'viuit.
*Habac.2.c. 4. Hebr.10. & Gal.3. b.11. 'viuet, (futuri tēporis.
18 Reuelatur enim ira Dei de cælo, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent:
19 Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis 'reuelauit.
'manifestauit
20 Inuisibilia enim ipsius, à creatura mūdi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciūtur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles.
21 *Quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.
Ephes.4.d. 28.
22 Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.
23 Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.
24 (Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: vt contumelijs afficiāt corpora sua in semetipsis.)
'qui 'mendacio:
25 "Quia commutauerunt veritatem Dei in 'mendacium: & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Amen.
D 26 Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorū immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam,
27 Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes.
28 Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant ea quæ non "conueniunt.
'conueniūt
29 Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, "homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrones,
'homicidio.
30 Detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos,
31 Sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.
32 Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

CAP. II.

1 *PRopter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis "quæ iudicas.
*Matt.7.d.
"qui
2 Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.
3 Existimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?
4 An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis "contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?
'contemptis, ignorans
5 Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram 'in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei,
'in diem.
6 *Qui reddet vnicuique secundum opera eius.
*Matth.16. d.27.
7 Iis quidem qui secundū patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt: vitam æternam.
8 Iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio,
9 Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci:
10 Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco.
11 *Non est enim acceptio personarum apud Deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege "peribunt.
*Deut.10.d. 17. 2.par. 19.b.7. 37.b.19. Act.10.f. 34. &
12 Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.
13 *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores legis iustificabuntur.
*Matth.7.c. 21. Iac.1. d.22.
14 (Cùm enim Gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex:
*C
15 Qui ostendunt opus legis scriptū in cor

dibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem " cogitationum accusantium, aut etiam defendentium.)

16 In die cùm iudicabit Deus occulta hominum secundum Euangelium meum, per Iesum Christum.

17 Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo,

18 Et nosti voluntatē eius, & probas utiliora instructus per Legem,

19 Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt,

20 Eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in Lege.

D 21 Qui ergo alium doces, teipsum nō doces: qui prædicas non furandum, furaris:

22 Qui dicis non mœchandū, mœcharis, qui abominaris idōla, sacrilegium facis:

23 Qui in lege gloriaris, per prævaricationē Legis Deum inhonoras.

*Genitiui pro ablatiuis.

Esa.52.b.5 ezech.36. d.20. 24 *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est,)

25 Circuncisio quidem prodest, si legem observes: si autem prævaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est.

26 Si igitur præputium iustitia legis custodiat: nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur?

27 Et iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per literam & circuncisionem prævaricator legis es?

28 Nō enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto, in carne, est circuncisio:

29 Sed qui in abscondito, Iudæus est: & circuncisio cordis, in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

CAP. III.

1 QVid ergo amplius Iudæo est? aut quæ utilitas circuncisionis?

2 Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita sunt illis eloquia Dei.

3 Quid enim, si quidam illorum non crediderint? *Numquid incredulitas illorū fidem Dei " euacuauit?

2.Tim.2.b.12. euacuabitē (suttemp. 4 Absit. *Est autem Deus verax: *omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, *Vt iustificeris in sermonib⁹ tuis: & vincas cùm iudicaris.

I.2.c.d.13 Psal.115. d.2. 5 Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? (secundum heminem dico.)

Psal.50. d.6. 6 Absit. alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum?

7 Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit, in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, & non,

8 (Sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? *quorum damnatio iusta est.

Gal.3.d.22 *præcauſati 9 Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam.

B * Causati enim sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse:

10 Sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam,

11 Non est intelligens, non est requirens Deum.

12 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Psal.5.c. 13 *Sepulchrū patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, *Venenum aspidum sub labiis eorum.

Psal.139. c.4. 14 *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.

Pſal.9.c. 15 * Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Isa.59.b. 16 Contritio & infelicitas in viis eorum,

Prouerb. 3.b.16. 17 Et viam pacis non cognouerunt.

18 Non est timor Dei ante oculos eorum.

Galat.3.d. 17. 19 *Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur: vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo:

C 20 Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.

21 Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est: testificata à Lege & Prophetis.

22 Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. non enim est distinctio.

23 Omnes enim peccauerunt: & egent gloria Dei.

24 Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu,

"propitiationem. 25 Quem proposuit Deus " propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostentionē iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum,

D 26 In sustentatione Dei, ad ostentionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi.

27 Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non: sed per legem fidei.

28 Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.

29 An Iudæorum Deus tantùm? nonne & Gentium? imò & Gentium.

"iustificabit 30 Quoniam quidem vnus est Deus, qui " iustificat circūcisionem ex fide, & præputium per fidem.

31 Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

CAP. IIII.

1 QVid ergo dicemus inuenisse Abrahā patrem nostrum secundum carnem?

2 Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est: habet gloriam sed non apud Deum.

Gene.15.b. 6.Gal 3.a. 6.ia.3.d. 23. 3 Quid enim dicit Scriptura? * Credidit Abraham Deo: & reputatum est illi ad iustitiam.

4 Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.

5 Ei verò qui non operatur, credenti autem in

in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secūdum propositum gratiæ Dei.

6 Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus.

Psal.31. a.1. 7 *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

"imputabit 8 Beatus vir, cui non " imputauit Dominus peccatum.

9 Beatitudo ergo hæc in circuncisione tantùm manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam.

10 Quomodo ergo reputata est? in circuncisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio.

Gen.17.b.9 11 *Et signū accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio: vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam:

C 12 Et sit pater circuncisionis, non iis tantùm qui sunt ex circuncisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

13 Non enim per legem permissio Abrahæ, aut semini eius vt hæres esset mundi: sed per iustitiam fidei.

14 Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio.

15 Lex enim iram operatur. Vbi enim non est Lex: nec prævaricatio.

"vt 16 Ideo ex fide: vt secundum gratiam " firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrū (sicut scriptum est.

Gen.17.b.4. "cui credidit, sub. Deo. 17 *Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, "cui credidisti, qui viuificat mortuos: & vocat ea quæ non sunt, tanquā ea quæ sunt.

Gen.15.b.5 18 Qui contra spem in spem credidit: vt fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est ei, *Sic erit semen tuum, sicut stellæ cæli & arena maris.

"iam 19 Et non infirmatus est in fide: nec considerauit corpus suum " emortuum, cùm iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Sarræ.

20 In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam Deo:

21 Plenissimè sciens quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere.

22 Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.

23 Non est autem scriptum tantùm propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam:

24 Sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrum à mortuis,

25 Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAP. V.

1 IVstificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.

2 Per quem "habemus accessum "per fidem in gratiam istam "in qua stamus, & gloriamur, in spe gloriæ filiorum Dei.

"g. fide Ephes.2.d. 18. Iacob.1.a.3

3 Non solum autem: * sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur.

4 Patientia autem probationem, probatio verò spem.

Hebr.9.d. 13.1.Pet.1.b.3. d.13. 5 Spes autem non confundit: "quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

6 Vt quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est?

B 7 Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.

8 Cōmendat autem charitatem suam Deus in nobis quoniam si cùm adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est.

9 Multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.

10 Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius, multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius,

11 Non solum autem: sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

C 12 Propterea sicut per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt.

"imputatur, cum lex nō est 13 Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non " imputabatur cùm lex non esset.

14 Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri.

15 Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit.

B 16 Et non sicut per vnum "peccatum, ita & "peccatum. nam iudicium quidem ex vno, in rem condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iustificationem.

17 Si enim "vnius delicto mors regnauit per " in vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.

18 Igitur sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationē vitæ.

19 Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obedientionem, iusti constituentur multi.

20 Lex autem subintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundabit & gratia.

21 Vt sicut regnauit peccatum "in mortem: "in mortē & gratia regnet per iustitiam in vitam æ-

æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

CAP. VI.

1 QVid ergo dicemus? "Manebimus in peccato vt gratia abundet? Absit.
2 "Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuimus in illo?
3 An ignoratis fratres, quia "quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?
4 Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, "ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.
5 Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus.
6 Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato.
B 7 Qui enim mortuus est: iustificatus est à peccato.
8 Si autem mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam viuemus cum Christo.
9 Scientes quòd Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur.
10 Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autē viuit, viuit Deo.
11 Ita & vos existimate, vos mortuos quidē esse peccato viuentes autem Deo in Christo Iesu". Domino Nostro.
12 Non ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.
13 Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes: & membra vestra, arma iustitiæ Deo.
14 Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia.
15 Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.
16 *An nescitis quoniā cui exhiberis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui "obedistis, siue peccati ad mortē, siue obeditionis ad iustitiam?
17 Gratias autē Deo quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis,
18 Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ.
19 Humanum dico, propter infirmitatē carnis vestræ. sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immūditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem.
20 Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.
21 Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum, mors est.
22 Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.
23 Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. VII.

1 AN ignoratis fratres (scientibus enim legem, loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit?
2 *Nam quæ sub viro est mulier: viuente viro alligata est legi. si autē mortuus fuerit vir eius, "soluta est à lege viri.
3 Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: vt non sit adultera si fuerit cum alio viro.
4 Itaq; fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo.
5 Cùm enim essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.
6 Nunc autem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.
7 Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui: nisi per legem. nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: *Non concupisces.
Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat.
9 Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mādatum: peccatum reuixit.
10 Ego autem mortuus sum: & inuētum est, mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.
11 Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit.
12 Itaque *lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum.
13 Quod ergo bonū est, mihi factū est mors? Absit: sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: vt fiat supra modū peccans peccatū per mandatum.
14 Scimus enim quòd lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, vænundatus sub peccato.
15 Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi, malum, illud facio.
16 Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est.
17 Nūc autem iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.
18 Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio.
19 Non enim quod volo, bonum, hoc facio: D sed quod nolo, malum, hoc ago.
20 Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

peccatum.
21 Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet.
22 Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem:
23 Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.
24 (Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?
25 Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.) Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem legi peccati.

CAP. VIII.

1 NIhil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant.
2 Lex enim Spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis.
3 Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filiū suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne,
4 Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secūdum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum.
B 5 Qui enim secundum carnem sunt: quæ carnis sunt sapiunt. qui verò secundum Spiritum sunt: quæ sunt Spiritus sentiunt.
6 Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem Spiritus, vita & pax.
7 Quoniam sapientia carnis, "inimica est Deo: legi enim Dei non "est subiecta, nec enim potest.
8 Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.
9 Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Siquis autem Spiritum Christi non habet: hic non est eius.
10 Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò "viuit propter "iustificationem.
C 11 Quòd si Spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.
12 Ergo fratres, debitores sumus: non carni, vt secundum carnem viuamus.
13 Si enim secundum carnem vixeritis: morieimini. si autem Spiritu, facta carnis mortificaueritis: viuetis.
14 Quicunque enim Spiritu Dei aguntur ii sunt filii Dei.
15 Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore: sed "accepistis Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba, (Pater.)
16 Ipse enim Spiritus, testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei.
17 Si autem filii: & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & conglorificemur.
D 18 Existimo enim, quod non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.
19 Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat.
20 Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum, qui subiecit eam "in spem:
21 Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.
22 Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.
23 Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias Spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.
24 Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis: quid sperat?
25 Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus.
26 Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.
27 Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis.
28 Scimus autem quoniam diligentibus Deum, omnia "cooperantur in bonum, his qui secundū propositum vocati sunt sancti.
29 Nam quos præscijt, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filii sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.
30 Quos autem prædestinauit: hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit: illos & glorificauit.
31 Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?
32 Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?
33 Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat.
34 Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui "est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.
35 Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est,
36 *Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis.)
37 Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.
38 Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura,
39 Neque altitudo, neque profundū, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. IX.

1 VEritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hente conscientia mea in Spiritu sancto,
2 Quoniam tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo.
3 Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem,
4 Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa,
5 Quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.
6 Amen. Non autem quòd excciderit verbum Dei, Non enim omnes qui ex circumcisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ:
7 Neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen:
8 Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine.
9 Promissionis enim, verbum hoc est, Secundum hoc tempus veniam, & erit Sarræ filius.
10 Nō solùm autem illa: sed & Rebecca ex unoconcubitu habens, Isaac patris nostri.
11 Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, (vt secundum electionem propositum Dei maneret,)
12 Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia maior seruiet minori.
13 Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.
14 Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit.
15 Moysi enim dicit, Miserebor cui misertus fuero: & miserebor.
16 Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.
17 Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam: & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra.
18 Ergo cui vult miseretur: & quem vult indurat.
19 Dicis itaque mihi, Quid adhuc quæritur? voluntati enim eius quis resistit?
20 O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic?
21 An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?
22 Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ aptata in interitum.
23 Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam:
24 Quos & vocauit non solùm ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Osee dicit
25 Vocabo non plebem meam, plebē meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.
26 Et erit in loco: vbi dictum est eis, Non plebs mea vos: ibi vocabūtur filii Dei viui.
27 Esaias autem clamabat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient
28 Verbum enim consummans, & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram.
29 Et sicut prædixit Esaias, Nisi Dominus sabbaoth reliquisset nobis semen: sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.
30 Quid ergo dicemus? Quòd Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est:
31 Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.
32 Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est,
33 Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & Petram scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.

CAP. X.

1 Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem.
2 Testimonium enim perhibeo illis quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam.
3 Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere: iustitiæ Dei non sunt subiecti.
4 Finis enim legis Christus: ad iustitiam omni credenti.
5 Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea.
6 Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere.
7 Aut quis descendet in abyssum? hoc, est Christum à mortuis reuocare.
8 Sed quid dicit Scriptura? Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo. hoc est verbum fidei quod prædicamus.
9 Quia si confiteris in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd Deus illum suscitauit à mortuis: saluus eris.
10 Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.
11 Dicit enim Scriptura, Omnis qui credit in illum non confundetur.
12 Non enim est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.
13 Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.
14 Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quē non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?
15 Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est, Quā speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!
16 Sed non omnes obediunt Euangelio. Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro?
17 Ergo fides, ex auditu: auditus autem per verbum Christi.
18 Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terrā exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.
19 Sed dico, Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit, Et ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam.
20 Esaias autem audet & dicit, Inuentus sum à non quærentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant.
21 Ad Israel autem dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.

CAP. XI.

1 Dico ergo, Nunquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Beniamin.
2 Non repulit Deus plebem suam quam præscisit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura: quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel?
3 Domine prophetas tuos occiderunt altaria tua fossoderunt: & ego relictus sum solus: & quærunt animam meam.
4 Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.
5 Sic ergo & hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt.
6 Si autē gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.
7 Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est, cæteri verò excæcati sunt sicut scriptum est,
8 Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem.
9 Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captionem & in scandalum & in retributionem illis.
10 Obscurentur oculi eorum, ne videant: & dorsum eorum semper incurua.
11 Dico ergo, Nunquid sic offenderunt vt caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus est Gentibus, vt illos æmulentur.
12 Quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorum?
13 Vobis enim dico Gentibus, quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo,
14 Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis.
15 Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis.
16 Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.
17 Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es,
18 Noli gloriari aduersus ramos, Quod si gloriaris: non tu radicē portas, sed radix te.
19 Dicis ergo, Fracti sunt rami, vt ego inserar.
20 Bene: propter incredulitatem fracti sunt. tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time.
21 Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat.
22 Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris.
23 Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur. potens est enim Deus iterum inserere illos:
24 Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonā oliuam: quanto magis isti, qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ?
25 Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, (vt non sitis vobismetipsis sapientes,) quia cæcitas ex parte contingit Israel, donec plenitudo Gentium intraret:
26 Et sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietates à Iacob.
27 Et hoc illis à me testamentum, cùm abstulero peccata eorum.
28 Secundum Euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem charissimi propter Patres.
29 Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.
30 Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum
31 Ita & isti nunc non crediderūt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur.
32 Conclusit enim Deus omnia in incredulitate: vt omnium misereatur.
33 O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.
34 Quis autem cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit?
35 Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?
36 Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAP. XII.

1 Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.
2 Et nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei, bona, & beneplacens, & perfecta.
3 Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.

Universidad de Deusto Biblioteca

4 Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent:
5 Ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.
6 Habentes *donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei.
7 Siue ministerium, in ministrando: siue qui docet, in doctrina:
8 Qui exhortatur, in exhortãdo: qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in solitudine: qui miseretur, in hilaritate.
9 Dilectio sine simulatione. *Odientes malum adhærentes bono.
10 *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicem præuenientes.
11 *Solicitudine non pigri. Spiritu feruentes. Domino seruientes.
12 Spe gaudentes. In tribulatione patientes. Orationi instantes.
13 Necessitatibus sanctorum communicantes. *Hospitalitatem sectantes.
14 Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.
15 Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.
16 Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.
17 Nulli malum pro malo reddentes: *Prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.
18 *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.
19 *Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. scriptum est enim, Mihi *vindictam: & ego retribuam, dicit Dominus.
20 *Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.
21 Noli vinci à malo: sed vince in bono malum.

CAP. XIII.

1 *OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. *Non est enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.
2 Itaque qui resistit potestati: Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.
3 Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa.
4 Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris: time. non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram, ei qui malam agit.
5 Ideóque necessitate subditi estote: non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.
6 Ideo enim & tributa præstatis. ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes.
7 *Reddite ergo omnibus debita, cui tributũ tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.
8 Nemini quicquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis. qui enim diligit proximum, Legem implenit.
9 Nam, *Non adulterabis. Non occides. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Non concupisces, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, *Diliges proximum tuum sicut teipsum.
10 Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo Legis, est dilectio.
11 Et hoc, scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus.
12 Nox præcessit: dies autem appropinquabit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.
13 Sicut in die, honestè ambulemus: *non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione:
14 Sed *induamini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

CAP. XIIII.

1 INfirmum autem in fide assumite: non in disceptationibus cogitationum.
2 Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet.
3 Is qui manducat: non manducantem non spernat. & qui non manducat: manducatem non iudicet. Deus enim illum assumpsit.
4 Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. stabit autem: potens est enim Deus statuere illum.
5 Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet.
6 Qui sapit diem: Domino sapit. Et qui mãducat: Domino manducat gratias enim agit Deo. qui non manducat: Domino non manducat, & gratias agit Deo.
7 Nemo enim nostrum sibi viuit: & nemo sibi moritur.
8 Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur: Domini sumus.
9 In hoc enim Christus *mortuus est, & resurrexit: vt & *viuorum & mortuorum dominetur.
10 Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.
11 Scriptum est enim. Viuo ego dicit Dominus, *quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.
12 Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.
13 Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.
14 Scio, & confido in Domino Iesu quia nihil commune per ipsum: nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est.
15 Si enim propter cibum frater tuus contristatur; iam non secundum charitatem ambulas. *Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est.
16 Non ergo blasphemetur bonũ nostrum.
17 Non est enim regnum Dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.
18 Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.
19 Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt inuicem, custodiamus.
20 Noli propter escam destruere opus Dei. omnia quidem sunt munda: sed malum est homini qui per offendiculum manducat.
21 *Bonum est non manducare carnem & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.
22 Tu fidem quam habes, penes temetipsum habe coram Deo.
23 Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.
24 Qui autem discernit si manducauerit, damnatus est: quia nõ ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

CAP. XV.

1 DEbemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorũ sustinere, & non nobis placere.
2 Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.
3 Etenim Christus non sibi placuit: sed sicut scriptum est, *Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me.
4 Quæcunque enim scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum, spem habeamus.
5 Deus autem patientiæ & solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum secũdum Iesum Christum:
6 Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deũ & Patrem Domini nostri Iesu Christi.
7 Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.
8 Dico enim Christum Iesum, ministrum fuisse circumcisionis propter veritatẽ Dei, ad confirmandas promissiones patrum.
9 Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est, *Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo.
10 Et iterum dicit, Lætamini Gentes cum plebe eius.
11 Et iterum, *Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eum omnes Populi.
12 Et rursus Esaias ait, *Erit radix Iesse: & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt.
13 Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe & *virtute Spiritus sancti.
14 Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.
15 Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tãquam in memoriam vos reducens: propter gratiam quæ data est mihi à Deo.
16 Vt sim minister Christi Iesu in Gentibus, sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, & sanctificata in Spiritu sancto.
17 Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum.
18 Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non *efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis,
19 In virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi.
20 Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem.
21 Sed sicut scriptum est, *Quoniam quibus non est annũciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligent.
22 Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos: & prohibitus sum vsque adhuc.
23 Nunc verò viterius locum non habẽs in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis:
24 Cum in Hispaniã proficisci cœpero, spero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero.
25 Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare Sanctis.
26 Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes Sanctorum qui sunt in Ierusalem.
27 Placuit enim eis: & debitores sunt eorũ. *Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis.
28 Hoc igitur cùm consummauero, & assignauero eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam.
29 Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam.
30 Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum.
31 Vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Ierusalem Sanctis,
32 Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigerer vobiscum.
33 Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

CAP. XVI.

1 COmmendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est in Cenchris:
2 Vt eam suscipiatis in Domino dignè Sanctis: & assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit, etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi.
3 Salutate *Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu.
4 (Qui pro anima mea suas cernices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium) & do-

mesticam ecclesiam eorum.
5 Salutate Epænetum dilectum mihi: qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in Christo Iesu.
6 Salutate Mariam, quæ multum laborauit *in nobis in vobis.
7 Salutate Andronicum & *Iuliam cognatos & concaptiuos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo.
8 Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.
9 Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum.
10 Salutate Apellen probum in Christo Iesu. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo.
11 Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.
12 Salutate Tryphænam & Tryphosam: quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino.
13 Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam.
14 Salutate *Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen: & qui cum eis sunt, fratres.
15 Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt, Sanctos.
16 Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes ecclesiæ Christi.
17 Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis.
18 Huiusce modi enim Christo Domino nostro non seruiũt: sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducũt corda innocentium.
19 Vestra enim obedientia *in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono: & simplices in malo.
20 Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.
21 *Salutat vos Timotheus adiutor meus: & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei.
22 Salutо vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino.
23 Salutat vos Caius hospes meus & *vniuersa ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus, frater.
24 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.
25 Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterii temporibus æternis tacti,
26 *Quod nunc patefactum est per scripturas Prophetarum secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei in cunctis Gentibus cogniti,*
27 Soli sapienti Deo, per Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

In editione Græca in fine epistolæ sic legitur.

Ad Romanos.

Scripta fuit à Corintho, per Phœben ministram Cenchreensis Ecclesiæ: Missa per &c.

Argumentum in primam Epistolam Pauli ad Corinthios.

Corinthii, sunt Achaici, & hi similiter ab Apostolo audierunt verbum veritatis: & subuersi sunt multifariè à falsis apostolis: quidam à philosophiæ verbosa eloquentia: alii sectæ legis Iudaicæ inducti sunt. Hos reuocat Apostolus ad veram fidem, & Euangelicam, sapientiam scribens eis ab Epheso per Timothæum discipulum suum.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Corinthios prima.

CAP. I.

1 PAulus vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatẽ Dei, & Sosthenes frater:
2 Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco, ipsorum & nostro:
3 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo.
4 Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu.
5 Quòd in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia,
6 (Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.)
7 Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectatibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi.
8 Qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.
9 *Fidelis Deus: per quem vocati estis in societatem Filii eius Iesu Christi Domini nostri.
10 Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, *sitis autem perfecti *in eodem sensu, & in eadem sententia.
11 Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos.
12 Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem *Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi.
13 Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?
14 Gratias ago Deo meo quòd neminem vestrum baptizauì, nisi Crispum & Caium:
15 Nequis dicat quòd in nomine meo baptizati estis.
16 Baptizaui autem & Stephanæ domum: cæterum, nescio si quem alium vestrum baptizauerim.
17 Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: *non in sapientiâ verbi, vt non euacuetur crux Christi.
18 Verbum enim crucis, pereũtibus quidem stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est nobis, *Dei virtus est.
19 Scriptum est enim, *Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentium reprobabo.
20 *Vbi sapiens? vbi scribæ? vbi *inquisitor huius seculi? Nónne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?
21 Nam quia in Dei sapiẽtia non cognouit mundus per sapiẽtiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes.
22 Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt:
23 Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam:
24 Ipsis autem vocatis, Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.
25 Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.
26 Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, non multi nobiles:
27 Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes:
28 Et infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia: & ignobilia mũdi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret:
29 Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.
30 Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia *& iustitia, & *ac Deo, sanctificatio, & redemptio:
31 Vt quemadmodum scriptum est, *Qui gloriatur, in Domino glorietur.

CAP. II.

1 ET ego cùm venissem ad vos fratres, veni non *in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi.
2 Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.
3 Et *ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos:
4 Et sermo meus & prædicatio mea *non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis:
5 Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.
6 Sapiẽtiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam verò, non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruũtur.
7 Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram.
8 Quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nũquam Dominum gloriæ crucifixissent.
9 *Sicut scriptum est, *Quod oculus non *vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum:
10 Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.
11 Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei.
12 Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est: vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.
13 *Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis: sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.
14 Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter *examinatur:
15 Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse *a nemine iudicatur. Sicut scriptum est,
16 *Quis enim cognouit sensum *Domini? aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

CAP. III.

1 ET ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo,
2 Lac vobis potum dedi, non escã: nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis.
3 Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secũdum homi-

nem ambulatis?
4 Cùm enim quis dicat, Ego quidem sum
Pauli, alius autem, Ego Apollo: nónne "homines estis?
5 Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit.
6 Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.
7 Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat, Deus.
8 Qui autem plantat, & qui rigat: vnum sunt. *Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.
9 Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.
10 Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet.
11 Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: *quod est Christus Iesus.
12 Siquis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argẽtum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam:
13 Vnuscuiusque opus manifestũ erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, igni probabit.
14 Si cuius opus manserit quod superædificauit: mercedem accipiet.
15 Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.
16 Nescitis quia templum Dei estis: & Spiritus Dei habitat in vobis?
17 *Si quis autem templum Dei violauerit: disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est: quod estis vos.
18 Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens.
19 Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim, *Comprehendam sapientes in astutia eorum.
20 Et iterum, *Deus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.
21 Nemo itaque glorietur in hominibus.
22 Omnia enim vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia enim vestra sunt:
23 Vos autem Christi: Christus autem Dei.

CAP. IIII.

1 Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, & dispensatores "mysteriorum Dei.
2 Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.
3 Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico.
4 Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est.
5 Itaque nolite ante tẽpus iudicare: quoadusque veniat Dominus, qui "illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.
6 Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo, propter vos: vt in "vobis discatis, ne supra quàm scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio.
7 Quis enim te discernit? Quid autẽ habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?
8 Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnastis: & vtinam "regnetis, vt & nos vobiscum "regnemus.
9 Puto enim quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam mortis destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus.
10 Nos stulti propter Christum: vos autem prudẽtes in Christo. nos infirmi: vos autem fortes. vos nobiles: nos autem ignobiles.
11 Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus,
12 *Et laboramus operantes manibus nostris, maledicimur:
13 Et benedicimus. persecutionem patimur, & sustinemus.
14 Blasphemamur: & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omniũ peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo.
15 Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui.
16 Rogo ergo vos imitatores mei estote, sicut & ego Christi.
17 Ideo misi ad vos Timótheũ, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbique in omni Ecclesia doceo.
18 Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.
19 Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit: & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem.
20 Non enim in sermone est regnum Dei: sed in virtute.
21 Quid vultis? in virga veniam ad vos: an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

CAP. V.

1 Omnino audítur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita vt *vxorẽ patris sui aliquis habeat.
2 Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrũm qui hoc opus fecit.
3 *Ego quidem absens corpore, præsens autem spíritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic "operatus est,
4 In nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini "Iesu,

Tradere

5 Tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis vt spiritus, saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.
6 Non est bona gloriatio vestra. *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?
7 Expurgate "verus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.
8 Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis.
9 Scripsi vobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis.
10 Non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idólis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.
11 Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idólis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere.
12 Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nónne de iis qui intus sunt, vos iudicatis?
13 Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobismetipsis.

CAP. VI.

1 Audet aliquis vestrũ habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos?
2 An nescitis quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt: Et si in vobis iudicabitur mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis?
3 Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis secularia?
4 Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.
5 Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum?
6 Sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles?
7 Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. *Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?
8 *Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus.
9 An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarii, neque idólis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores,
10 Neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnũ Dei possidebunt.
11 Et hæc aliquando" quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.
12 Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.
13 Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc & hanc destruet. Corpus autem non fornicationi, sed Domino: & Dominus corpori.
14 Deus verò & Dominum suscitauit: & nos suscitabit per virtutem suam.
15 Nescitis quoniam corpora vestra, mẽbra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.
16 An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? *Erunt enim (inquit) duo in carne vna.
17 Qui autem adhæret Domino: vnus spiritus est.
18 Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.
19 *An nescitis quoniam membra vestra tẽplum" sunt Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri?
20 *Empti enim estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.

CAP. VII.

1 De quibus autem scripsistis mihi, Bonum est homini mulierem non tangere.
2 Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat.
3 *Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro.
4 Mulier sui corporis potestatem non habet: sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet sed mulier.
5 Nolite fraudare inuicẽ, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis" orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.
6 Hoc autem dico secundum indulgentiã, & non secundum imperium.
7 Volo autem omnes vos homines esse sicut meipsum. sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic.
8 Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis, si sic" permanserint sicut & ego.
9 Quòd si non se continent: nubant. Melius est enim nubere, quàm vri.
10 Iis autẽ qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, Vxorem a viro non discedere:
11 "Quod si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem " non dimittat.
12 Nam cæteris, ego dico, non dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo: non dimittat illã.
13 Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa: non dimittat virum.
14 Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, alioquin filii vestri immundi essent: nunc autem sancti sunt.

15 Quòd si infidelis discedit: discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. In pace autem vocauit vos Deus.

16 Vnde enim scis mulier, si virum saluum facies: aut vnde scis vir, si mulierē saluam facies?

17 Nisi vnicuique sicut dixit Dominus, vnúquenque sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesiis doceo.

18 Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur.

19 Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei.

20 Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

21 Seruus vocatus es? non sit tibi curæ; sed & si potes fieri liber, magis vtere.

22 Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.

23 Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.

24 Vnusquisque ergo in quo vocatus est, frater, in hoc permaneat apud Deum.

25 De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Deo, vt sim fidelis.

26 Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.

27 Alligatus es vxori? noli quærere solutionem, solutus es ab vxore? noli quærere vxorem.

28 Si autem acceperis vxorem non peccasti. Et si nupserit virgo non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.

29 Hoc itaque dico fratres, tempus breue est: reliquum est vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint.

30 Et qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes.

31 Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mundi.

32 Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo.

33 Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.

34 Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spirito. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

35 Porro hoc ad vtilitatem vestram dico: non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod faciat aptum præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

36 Si quis autem turpem se videri existimat super virginem suam, quod sit superadulta, & ita oporteat fieri: quod vult faciat, non peccat, si nubat.

37 Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suam, bene facit.

38 Igitur & qui matrimonio iungit virginē suam, bene facit. & qui non iungit, melius facit.

39 Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit, quòd si dormierit vir eius: liberata est à lege, cui autem vult nubat: tantùm in Domino.

40 Beatior autem erit, si sic permanserit secundùm meum consilium. Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam.

CAP. VIII.

1 DE istis autem quæ idólis immolātur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat: charitas vero ædificat.

2 Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oportet eum scire.

3 Si quis autem diligit Deum: hic cognitus est ab eo.

4 De escis autem quæ idólis immolantur, scimus quia nihil est idólum in mundo, & quòd nullus est Deus nisi vnus.

5 Nam etsi sunt qui dicantur dii, siue in cælo, siue in terra (sicuti sunt dii multi, & domini multi.)

6 Nobis tamen vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus Dominus, Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum.

7 Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idóli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur.

8 Esca autem nos nō commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficimus.

9 Videte autem ne forte hæc licentia vestra, offendiculum fiat infirmis.

10 Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nónne conscientia eius cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolothyta?

11 Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est?

12 Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christo peccatis.

13 Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnē in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

CAP. IX.

1 NOn sum liber? non sum Apostolus? nónne Christum Iesum Dominum nostrum vidi? Nónne opus meum vos estis in Domino?

2 Et si alijs non sum Apostolus: sed tamen vobis sum, nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino.

3 Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est,

4 Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi?

5 Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres Domini, & Cephas?

6 Aut ego solus & Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi?

7 Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem: & de lacte gregis non manducat?

8 Nunquid secundum hominem hæc dico? an & Lex hæc non dicit?

9 Scriptum est enim in Lege Moysi, Non alligabis os boui triturauri. Nunquid de bobus cura est Deo: an propter nos vtique hoc dicit?

10 Nā propter nos vtique scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui tritat, in spe fructus percipiendi.

11 Si nos vobis Spiritualia seminauimus: magnū est si nos carnalia vestra metamus?

12 Si alii potestatis vestræ participes sunt: quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi.

13 Nescitis quoniā qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant?

14 Ita & dominus ordinauit iis qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere.

15 Ego autem nullo horum vsus sum. Non autē scripsi hæc vt ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quā vt gloriam meam quis euacuet.

16 Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est si non euangelizauero.

17 Si enim volens hoc ago: mercedem habeo, si autem inuitus: dispensatio mihi credita est.

18 Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio.

19 Nam cùm liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci: vt plures lucrifacerem.

20 Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus: vt Iudæos lucrarer, iis qui sub lege sunt: quasi sub lege essem (cùm ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem.

21 Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cùm sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant.

22 Factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum: vt omnes facerem saluos.

23 Omnia autē facio propter Euangelium: vt particeps eius efficiar.

24 Nescitis quòd ii qui in stadio currūt, omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis.

25 Omnis autem qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.

26 Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans.

27 Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

CAP. X.

1 NOlo enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trāsierunt,

2 Et omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari.

3 Et omnes eandem escam spiritualē manducauerunt,

4 Et omnes eundem potum spiritalem biberunt (bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra: Petra autem erat Christus.)

5 Sed non in pluribus eorū, beneplacitum est Deo, nam prostrati sunt in deserto.

6 Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.

7 Neque idololatræ efficiamini, sicut quidā ex ipsis: quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

8 Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.

9 Neque tēptemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.

10 Neque murmurauerit is: sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.

11 Hæc autem omnia, in figura contingebāt illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.

12 Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.

13 Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione proventum, vt possitis sustinere.

14 Propter quod charissimi mihi, fugite ab idólorum cultura.

15 Vt prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quid dico.

16 Calix benedictionis cui benedicimus: nónne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nónne participatio corporis Dominī est?

17 Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.

18 Videte Israel secūdum carnem: nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris?

19 Quid ergo dico quod idólis immolatum sit aliquid? aut quòd idólum sit aliquid?

20 Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum.

21 Quia non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.

22 Aut æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus?

Sup.8.c.12 ecclesiast. 37.d.31.
25 *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.
24 Nemo quod suum est quærat: sed quod alterius.
25 Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiã.
Psal.24. 26 *"Domini" est terra, & plenitudo eius.
27 Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.
G
*immola titium 28 Si quis autem dixerit, Hoc "immolatum est idolis: nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam:
29 Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab "aliena conscientia?
*alia Colos.3.d. 17. 30 Si ego cum gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago?
*siue 31 *Siue ergo manducatis, siue bibitis, "vel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite.
32 Sine offensione estote Iudæis & Gentibus, & ecclesiæ Dei:
33 Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant.

CAP. XI.

1 IMitatores mei estote, sicut & ego Christi.
2 Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.
Ephes.5. v.23. 3 Volo autem vos scire, * quòd omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput vero Christi, Deus.
4 Omnis vir orans aut prophetans velato capite: deturpat caput suum.
5 Omnis autem mulier orans aut prophetans nõ velato capite: deturpat caput suum. vnum enim est ac si decaluetur.
B 6 Nam & si non velatur mulier, "tondeatur. Si vero turpe est mulieri tondere aut decalnari: velet caput suum.
7 Vir quidẽ non debet velare caput suum: quoniam imago & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est.
8 Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.
C 9 Etenim non est creatus vir propter mulierem: sed mulier *propter virum.
*potestatem 10 (Ideo debet mulier "velamen habere supra caput ium, & propter angelos.)
11 Verumtamen neque vir sine muliere: neque mulier sine viro, in Domino.
12 Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.
13 Vosipsi iudicate. Decet mulierem non velatam orare Deum?
14 Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi:
15 Mulier verò si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt?
D 16 Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem cõsuetudinem non habemus, neque" ecclesia Dei.
" ecclesiæ 17 Hoc autem præcipio: non laudans quòd non in melius, sed in deterius conuenitis.
18 Primùm quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo.
19 Nam oportet" hæreses esse: vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.
" & 20 Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare.
21 Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.
E 22 Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis: & confunditis eos, qui nõ habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.
23 Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem:
Matth.26. c.26. marc. 14.c.22. luc.22.c. 24 Et gratias agens fregit, & dixit, *Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã commemorationem.
25 Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, Hic calix, nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescunque biberitis, in meam commemorationem.
26 Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.
27 *Itaque quicunque manducauerit panẽ, "& biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini.
Ioan. 6.f. 54. "hunc
28 *Probet autem seipsum homo: & sic, de pane illo edat, & de calice bibat.
2.Cor.13. 6.5.
29 Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.
G
30 Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi.
31 Quòd si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur.
32 Dum iudicamur autem: à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.
33 Itaque fratres mei, cũ conuenitis ad manducandum, inuicem expectate.
34 Si quis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cum venero, disponam.

CAP. XII.

1 DE spiritualibus autẽ, nolo vos ignorare fratres.
2 Scitis autem quoniam cum Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes.
3 Ideo notum vobis facio, * quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit Anathema "Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi "Iesum in Spiritu sancto. Mar.9.f. 29. "spiritu
4 Diuisiones verò gratiarum sunt: idem autem Spiritus.
5 Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem Dominus.
6 Et diuisiones operationum sunt: idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Vnic-

7 Vnicuique autẽ datur manifestatio Spiritus, ad vtilitatem.
8 Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autẽ sermo scientiæ secundum eundem Spiritum:
B 9 Alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia sanitatum in vno Spiritu:
10 Alii operatio virtutum, alii prophetia, alii diiudicatio spirituum, alii genera linguarum: alii interpretatio sermonum.
11 Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, *diuidẽs singulis prout vult.
Rom.12.c. Ephes.4. 6.7. 12 Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus.
13 Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnũ baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles siue serui, siue liberi: & omnes "in vno Spiritu potati sumus.
*vnũ spirirum po "nus.
14 Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa.
15 Si dixerit pes, Quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore?
C 16 Et si dixerit auris, Quoniam nõ sum oculus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore?
17 Si totum corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus?
18 Nunc autem posuit Deus membra, vnũquodque eorum in corpore sicut voluit.
19 Quòd si essent omnia vnum membrum, vbi corpus?
20 Nunc autem multa quidem membra: vnum autem corpus.
21 Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo. aut iterum caput pedibus, Non edis mihi necessarii.
22 Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt:
23 Vt quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus: & quæ inhonesta sunt nostra abundantiorem honestatem habent.
D 24 Honesta autem nostra, nullius egent: sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem:
25 Vt non sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem solicita sint membra.
26 Vt siquid patitur vnum membrum: compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnum membrũ: congaudent omnia mẽbra.
Ephes.4. c.12. 27 *Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.
28 Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primùm Apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores. deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.
29 Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ: nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes?
30 Nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?
E 31 Æmulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

CAP. XIII.

1 SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam: factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.
2 Et si habuero prophetiã, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.
F 3 Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.
4 Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam,
5 Non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum:
6 Non gaudet super iniquitate: congaudet C autem veritati:
7 Omnia suffert, omnia credit, omnia spe- rat, omnia sustinet.
8 Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.
9 Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.
10 Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.
D 11 Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir: euacuaui quæ erant paruuli.
12 Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.
13 Nunc autem "manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. *manẽt sing. nunc. "his

CAP. XIIII.

1 SEctamini charitatem: æmulamini spiritualia: magis autem vt prophetetis.
2 Qui enim loquitur lingua, nõ hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit, "spiritus autem loquitur mysteria. "spiritu (ablati- uus.
3 Nam qui prophetat: hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem.
4 Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat.
5 Volo autem omnes vos loqui linguis: magis autem prophetare. Nam maior est, qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat.
6 Nunc autẽ fratres, si venero ad vos linguis loquens quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?
7 Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara: nisi distinctionẽ

M iii

sonitum dederiat, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?
8 Etenim si incertam vocem det tuba: quis parabit se ad bellum?
9 Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis: quomodo scietur id quod dicitur? eritis enim in aëra loquentes.
10 Tam multa, ve puta, genera linguarum sunt in hoc mundo: & nihil sine voce est.
11 Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.
12 Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum: ad ædificationem ecclesiæ quærite vt abunderis.
13 Et ideo qui loquitur lingua: oret vt interpretetur.
14 Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.
15 Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente.
16 Caterum si benedixeris spiritu: quis supplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit.
17 Nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur.
18 Gratias ago Deo, quod omnium vestrum linguis loquor.
19 Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam: quàm decem millia verborum in lingua.
20 Fratres, nolite pueri effici sensibus: sed malitia parvuli estote, sensibus autem perfecti estote.
21 In lege enim scriptum est: Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit Dominus.
22 Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem, non infidelibus, sed fidelibus.
23 Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles, nónne dicent quòd insanitis?
24 Si autem omnes prophétent, intret autem quis infidelis vel idiota: conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus.
25 Occulta enim cordis eius manifesta fiũt: & ita cadẽs in faciem adorabit Deum, pronuntians quòd verè Deus in vobis sit.
26 Quid ergo est fratres? Cùm conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsin habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.
27 Siue lingua quis loquitur secundũ duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur.
28 Si autem non fuerit interpres: taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo.
29 Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent.
30 Quòd si alii reuelatũ fuerit sedenti, prior taceat.
31 Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur.
32 Et spiritus prophetarum, prophetis subiecti sunt.
33 Non enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.
34 Mulieres in ecclesiis taceant. non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & Lex dicit.
35 Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in ecclesia.
36 An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos pervenit?
37 Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.
38 Si quis autem ignorat, ignorabitur.
39 Itaque fratres æmulamini prophetare. & loqui linguis nolite prohibere.
40 Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant in vobis.

CAP. XV.

1 NOtum autẽ vobis facio fratres Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis,
2 Per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis.
3 Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas:
4 Et quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum Scripturas:
5 Et quia visus est Cephæ: & post hoc vndecim.
6 Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt.
7 Deinde visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus.
8 Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi.
9 Ego enim sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.
10 Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.
11 Siue enim ego, siue illi: sic prædicauimus, & sic credidistis.
12 Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicũt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est?
13 Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit.
14 Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra.
15 Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauerit Christum: quem non suscitauit si mortui non resurgunt.
16 Nã si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.

Quòd

17 Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris.
18 Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt.
19 Si in hac vita tantùm, in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.
20 Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium.
21 Quoniam quidem per hominem mors: & per Hominem resurrectio mortuorum.
22 Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.
23 Vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ii qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt.
24 Deinde finis: cùm tradiderit regnũ Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem.
25 Oportet autẽ illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.
26 Nouissimè autem inimica destruetur mors.
27 Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cùm autem dicat, Omnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia.
28 Cùm autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.
29 Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? vt quid & baptizantur pro illis?
30 Vt quid & nos periclitamur omni hora?
31 Quotidie morior, propter vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.
32 Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus: cras enim moriemur.
33 Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala.
34 Euigilate iusti: & nolite peccare, ignorantiam enim Dei quidam habent. ad reverentiam vobis loquor.
35 Sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore veniunt?
36 Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur.
37 Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum vt puta, tritici, aut alicuius cæterorum.
38 Deus autem dat illi corpus sicut vult: & vnicuique seminum proprium corpus.
39 Non omnis caro, eadẽ caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrium, alia piscium.
40 Et corpora cælestia, & corpora terrestria: sed alia quidẽ cælestium gloria, alia autem terrestrium.
41 Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum.
42 Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.
43 Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute.
44 Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Si est corpus animale, est & spirituale sicut scriptum est,
45 Factus est primus homo Adã, in animam viuentem: nouissimus Adam in Spiritum viuificantem.
46 Sed nõ prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale.
47 Primus homo de terra, terrenus: secundus Homo de cælo, cælestis.
48 Qualis terrenus, tales & terreni. & qualis cælestis, tales & cælestes.
49 Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.
50 Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio, incorruptelam possidebit.
51 Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur.
52 In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur.
53 Oportet enim corruptibile hoc, induere immortalitatem,
54 Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria.
55 Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?
56 Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus vero peccati, lex.
57 Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.
58 Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: abundantes in omni opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.

CAP. XVI.

1 DE collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.
2 Per vnam sabbathi vnusquisque vestrum apud se ponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non cùm venero, tunc collectæ fiant.
3 Cùm autem præsens fuero: quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem.
4 Quod si dignum fuerit vt & ego eam: mecum ibunt.
5 Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam pertransiero, nam Macedoniam pertransibo.
6 Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis quocunque iero.
7 Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulũ temporis manere apud vos: si Dominus permiserit.
8 Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten.
9 Ostium enim mihi apertum est magnum

M iiij

Universidad de Deusto
Biblioteca

& euidens: & aduersarij multi.
10 Si autem venerit Timótheus, videte vt
sine timore sit apud vos. Opus enim Domi
ni operatur, sicut & ego.
11 Nequis ergo illum spernat. deducite autē
illū in pace: vt veniat ad me, expecto enim
illum cum fratribus.
C 12 De Apollo autem fratre, vobis notum fa
cio quoniam multum rogaui eum, vt veni
ret ad vos cum fratribus: & vtique non fuit
voluntas eius vt nunc veniret: veniet au-
tem cum ei vacuum fuerit.
13 Vigilate, state in fide, viriliter agite, &
confortamini,
14 Omnia enim vestra in charitate fiant
15 Obsecro autem vos fratres, nostis domū
Stephanæ & Fortunati & Achaici quoniā
sunt primitiæ Achaiæ, & in ministeriū san-
ctorum ordinauerunt seipsos.
16 Vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni
cooperanti & laboranti.
D 17 Gaudeo autem in præsentia Stéphanæ &
Fortunati Achaici, quoniam id quod vobis
deerat, ipsi suppleuerunt.
18 Refecerunt enim & meum spiritum & ve
strum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt.
Salutant vos omnes ecclesiæ Asiæ.
9 Salutant vos in Domino multum Aquila
1 & Priscilla cū domestica sua ecclesia apud
quos & hospitor.
20 Salutāt vos omnes fratres. Saluta te inui Rom.16.b
cem in osculo sancto. 16.2.cor.
21 Salutatio, mea manu Pauli. 13.d.22.c.
22 Si quis non amat Dominum nostrū Iesum per.5.d.14
Christum, sit anathema, Maran-atha.
23 Gratia Domini nostri Iesu Christi vo-
biscum.
24 Charitas mea cū omnibus vobis in Chri
sto Iesu. Amen.

In Græcis codicibus sequentia leguntur.

Ad Corinthios prior.

Missa fuit è Philippis per Stéphanum
& Fortunatum, & Achaicum, & Ti
móthеum.

Argumentum in secundam epistolam Pauli ad Corinthios.

Post actam à Corinthijs pœnitentiam, consolatoriam scribit eis epistolam Apostolus è Troade per Titum. Et collaudans eos, hortatur ad meliora: contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Corinthios secunda.

CAP. I.

"Iesu Christi 1 PAulus Apostolus "Christi Iesu per voluntatem Dei, & Timotheus frater: ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia,
2 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.
Ephes.1.a. 3 *Benedictus Deus & Pater Domini nostri
1.pet.1.a. Iesu Christi, pater misericordiarū, & Deus
totius consolationis,
4 Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo.
5 Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat & consolatio nostra.
6 Sive autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute siue consolamur, pro vestra consolatione siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute quæ operatur "in tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur:
7 "Vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quod sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis. "Et spes nostra est
8 Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere.
9 Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos.
10 Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit. in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet
11 Adiuuantibus "vobis in oratione pro no "& bis: vt ex multarū personis facierum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.
12 Nam gloria nostra hæc est, testimonium C conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantius autem ad vos.
13 Non enim alia scribimus vobis, quā quæ "cogno- "cognoscitis
le- & fatis & cognouistis. Spero

14 Spero autem quòd vsque in finem cogno scetis: sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus sicut & vos nostra in die Domini nostri Iesu Christi.
15 Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis:
transire 16 Et per vos "transirem in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.
17 Cùm ergo hoc voluissem, nūquid leuita- te vsus sum? Aut quæ cogito, secundum car nem non cogito, vt sit apud me Est, & Non?
18 Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui "fuit apud vos, non est in illo Est, & Non, sed est in illo Est.
19 Dei enim Filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est per me & Syl uanum & Timotheum, non fuit in illo Est & Non, sed Est in illo fuit
20 Quotquot enim promissiones Dei, sunt in illo Est: ideo & per ipsum Deo Amen, ad gloriam "vestram.
Christū, 21 Qui autem confirmat nos vobiscum in "Christo, & qui vnxit nos, Deus:
22 Qui & signauit nos. & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris,
23 Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis, non veni vltra Corinthum.
24 Non quia dominamur fidei vestræ: sed adiutores sumus gaudii vestri. nam fide stis.

CAP. II.

1 STatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos,
2 Si enim ego contristo vos: & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?
3 Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cùm ve nero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis: quia meum gaudium, o mnium vestrum est.
4 Nam ex multa tribulatione, & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quam charitatem "habeam abundantius in vobis.
Habeo 5 Siquis autem contristauit me: non me con tristauit, sed ex parte vt non onerem o mnes vos.
6 Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus:
7 Ita vt econtrario magis donetis & conso lemini, ne forte abundantiori tristitia ab sorbeatur qui eiusmodi est.
8 Propter quod obtecro vos vt confirmetis in illum charitatem
9 Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrum an in omnibus obe dientes sitis.
donatis C 10 Cui autem aliquid "donastis: & ego. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos, in persona Christi,
11 Vt non circumueniamur à satana: nō enim ignoramus cogitationes eius.
12 Cùm venissem autem Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi aper tum esset in Domino:
13 Non habui requiem spiritui meo, eo quòd D non inuenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedo niam.
14 Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.
15 Quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt.
16 Aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus?
17 Non enim sumus sicut plurimi, adulterā "sed tes verbum Dei, sed ex sinceritate, "sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

CAP. III.

1 INcipimus iterum nosmetipsos commen dare? aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vo bis?
2 Epistola nostra vos estis, scripta in cordi bus nostris, quæ scitur & legitur ab omni bus hominibus:
3 Manifestati quòd epistola estis Christi, mi nistrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei vini: non in tabulis lapi deis, sed in tabulis cordis carnalibus.
4 Fiduciam autem talem habemus per Chri stum ad Deum:
5 Non quod sufficientes simus cogitare ali quid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficien tia nostra ex Deo est,
6 Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non "litera, sed Spiritu. litera "literæ, enim occidit, Spiritus autem viuificat. sed Spiri-
7 Quòd si ministratio mortis literis defor- tus. Gen. mata in lapidibus, fuit in gloria: ita vt non mata. possent intendere filii Israel in faciem Moy si, propter gloriam vultus eius quæ eua cuatur:
8 Quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria?
9 Nam si ministratio damnationis, in glo C ria est: multò magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.
10 Nam nec glorificatum est quod clarum in hac parte, propter excellentem gloriam.
11 Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multò magis quod manet, in gloria est.
12 Habentes igitur talem spem, multa fidu cia "vtimur: "vtamur
13 Et non "sicut Moyses ponebat velamen Exo. 4.d. super faciem suam, vt non intenderent filii 35.b Israel in faciem eius quod euacuatur: D
14 Sed obtusi sunt sensus eorum, vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reue latum ("quoniam in Christo euacuatur) "quod
15 Sed vsque in hodiernum diem, cum legi tur Moyses, velamen positum est super eos eorum.
16 Cùm autem "conuersi fuerint ad Domi- "conuer num, auferetur velamen. sus fuerit
17 *Dominus autem, Spiritus est. Vbi autem ad Deū: Spiritus Dominus, ibi libertas. Ioan. 4.d.
18 Nos verò omnes, reuelata facie gloriam 34. Domini speculantes: in eandem imaginem

transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

1 IDeo habentes hanc "administrationem: iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus,

2 Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.

3 Quod si etiam opertum est Euangelium nostrum: in iis qui pereunt est opertum,

4 In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.

5 Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum, Dominum nostrum: nos autem, seruos vestros per Iesum.

Gen.1.d.3. 6 Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu.

7 Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei: & non ex nobis

8 In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur:

9 Persecutionem patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deiicimur, sed non perimus:

10 Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

11 Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.

12 Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.

13 Habentes autem eundem Spiritum fidei, sicut scriptum est, "Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur:

14 Scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit & constituet vobiscum.

15 Omnia enim propter vos: vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.

16 Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est noster homo "corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem.

17 Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

18 Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, æterna sunt.

CAP. V.

1 SCimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus: domum non manufactam, sed æternam in cælis.

2 Nam & in hoc ingemiscimus, "habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes:

3 Si tamen vestiti, & non nudi inueniamur.

4 Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est, à vita.

5 Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus.

6 Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino,

7 (Per fidem enim ambulamus, & non per speciem,)

8 Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.

9 Et ideo contendimus, siue absentes, siue præsentes placere illi,

10 "Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

11 Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse.

12 Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.

13 Siue enim mente "excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis.

14 Charitas enim Christi vrget nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.

15 Et pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

16 Itaque nos ex hoc nemine nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus.

17 Si qua ergo in Christo noua creatura: "vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.

18 Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis.

19 Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis.

20 Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo,

21 Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

CAP. VI.

1 ADiuuantes autem "exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

2 (Ait enim, "Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis.)

1.Cor.4.a.1 3 "Nemini dantes vllam offensionem, vt nõ vituperetur ministerium nostrum:

4 Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,

5 In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiunijs,

6 In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta,

7 In verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris,

8 Per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seductores, & veraces:

9 Sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati:

10 Quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

11 Os nostrum patet ad vos ô Corinthii, cor nostrum dilatatum est.

12 Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris.

13 Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & vos.

14 Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate?

15 Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?

16 Qui autem consensus templo Dei cum idolis? "Vos enim estis templum Dei viui: sicut dicit Deus, "Quoniã inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos & ero illorum Deus: & ipsi erunt mihi populus.

17 "Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos.

Ezec.37.d.28 18 "Et ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

CAP. VII.

1 HAec ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei,

2 Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circunuenimus.

3 Non ad condemnationem vestram dico. "prædiximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum.

4 Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione "vestra.

5 Nam & cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris, pugnæ: intus, timores.

6 Sed qui consolatur humiles, cõsolatus est nos, Deus, in aduentu Titi.

7 Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me: ita vt magis gauderem.

8 Quoniam & si contristaui vos in epistola, non me pœnitet: & si pœniteret, videns quod epistola illa (& si ad horam) vos contristauit.

9 Nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

10 Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia, mortem operatur.

11 Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quanta in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. in omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio.

12 Igitur & si scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriã, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostram quam habemus pro vobis "coram "ad vos Deo, ideo consolati sumus.

13 In consolatione autem nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis.

14 Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus, sed sicut omnia nobis in veritate locuti sumus, ita vt gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, veritas facta est, & viscera eius abundantius in vobis sunt.

15 Reminiscentis omnium vestrum obedientiã, quomodo cum timore & tremore excepistis illum.

16 Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

CAP. VIII.

1 NOtam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniæ,

2 Et quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.

3 Quia secundum virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt,

4 Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerij quod fit in sanctos.

5 Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primum Domino. Deinde nobis per voluntatem Dei:

6 Ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum "in vos cœpit, ita & perficiat "in vobis etiam gratiam istam.

7 Sed sicut in omnibus abundatis fide & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate vestra in nos, vt & in gratia abundetis.

Universidad de Deusto Biblioteca

8 Non quasi imperans dico: sed per aliorum solicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans,
9 Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniã propter vos egenus factus est, cùm esset dives: vt illius inopia, vos diuites essetis.
10 Et consilium in hoc do: hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore:
11 Nunc vero & facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.
12 Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.
C 13 Non enim vt aliis sit remissio, vobis autẽ tribulatio.
14 Sed ex æqualitate, in præsenti tempore, vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt & illorum abundãtia, vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas,
Exo.16.d. 2. 15 Sicut scriptum est, *Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.
16 Gratias autem ago Deo, qui dedit eandẽ solicitudinem pro vobis in corde Titi,
17 Quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cùm solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos.
D 18 Misimus etiam cum illo, fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias.
19 Non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram:
20 Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis in Domini gloriam.
Rom.12.d.17. 21 *Prouidemus enim bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus,
22 Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse: nunc autem multo solicitiorẽ, confidentia multa in vos:
in vos 23 Siue pro Tito qui est socius meus & in vobis adiutor: siue fratres nostri, Apostoli ecclesiarum, gloriæ Christi.
gloria 24 Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

CAP. IX.

1 NAm de ministerio quod sic in sanctos ex abundanti est mihi scribere vobis.
2 Scio enim promptũ animum vestrum pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos.
Misi 3 *Misimus autem fratres vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati sitis:
B 4 Ne cum venerint Macedones mecũ, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos (vt non dicamus vos) in hac substantia.
5 Necessarium ergo existimaui rogare fratres vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse sic, quasi benedictionem non tanquam auaritiam.
6 Hoc autem dico, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.
7 Vnusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Eccles.35.b.31.
8 Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est,
C 9 *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Psal.111.b.9. *ætern.
10 Qui autem administrat semen seminãti & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ:
11 Vt in omnibus locupletari, abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.
12 Quoniam ministerium huius officii, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino,
13 Per probationem ministerii huius glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos, & in omnes: in Euangelium
14 Et in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.
15 Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.

CAP. X.

1 IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinẽ & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis:
2 Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam: qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus.
3 In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.
4 Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes.
B 5 Et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi,
6 Et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia.
7 Quæ secundum faciem sunt videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.
C 8 Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam.

Vt non

9 Vt autem non existimer tãquam terrere vos per epistolas,
10 (Quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis.)
11 Hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto
12 Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.
D 13 Nos autem non in immensum gloriabimur: * sed secũdum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos. *Ephes.4.b.7.
14 Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Vsque ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi:
15 Non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia,
in abundantiam, 16 Etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in iis quæ præparata sunt gloriari.
1.Corin.1.d.31.ier.9.g.23. 17 *Qui autem gloriatur in Domino glorietur.
18 Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.
Dominus

CAP. XI.

1 VTinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate me.
2 Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.
Gen.3.c.4. 3 Timeo autem ne * sicut serpens Heuã seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu.
4 Nã si is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis: aut aliud Euangelium quod non recepistis: recte patereminini.
5 Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis.
6 Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia, in omnibus autem manifestus sum vobis.
manifestati sumus
7 Aut numquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini: quoniã gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis?
8 Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum.
stipendium
9 Et cùm essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui, nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo.
C 10 Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ.
11 Quare: quia non diligo vos? Deus scit.
12 Quod autem facio, & faciã: vt amputem occasionem eorum qui volũt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.
13 Nam eiusmodi pseudoapostoli, sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi.
14 Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. D
15 Non est ergo magnum si ministri eius transfigurẽtur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera ipsorum.
16 Iterum dico, (ne quis putet me insipientem esse: alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier)
17 Quod loquor, non loquor secundum "Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. "Dominum
18 Quoniã multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor.
19 Libenter enim suffertis insipientes, cùm sitis ipsi sapientes. E
20 Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cedit,
21 Secundũ ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego.
22 Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: & ego. Semen Abrahæ sunt: & ego.
23 Ministri Christi sunt, & ego: (vt minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.
24 A Iudæis quinquies, * quadragenas, vna F minus, accepi. Deuter.25.3
25 *Ter virgis cæsus sum, * semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci: nocte & die in profundum maris fui. *Act.16.c.22.
26 In itineribus sæpe, *periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. *Act.14.c.19. "profundo Act.27.d
27 In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate.
28 Præter illa quæ extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. G
29 Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?
30 Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.
31 Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quod non mentior.
32 *Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: Act.9.d.23.
33 Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

CAP. XII.

1 SI gloriari oportet (non expedit quidẽ) venẽam autem ad visiones & reuelationes Domini.
2 *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit) raptũ huiusmodi vsque ad tertium cælum. 2.Cor.12.a.3 nescio:
3 Et scio, huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit) B

4 Quoniam raptus est in paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.
5 Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.
6 Nam & si uoluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam. parco autem: ne quis in me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.
7 Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet.
8 Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me:
9 Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. nam virtus, in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.
10 Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum.
11 Factus sum insipiens: vos me coëgistis. Ego enim à vobis debui commendari, nihil enim minus feci ab iis qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum.
12 Signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis & prodigiis & virtutibus.
13 Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quòd ego ipse non gravaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.
14 Ecce, tertiò hoc paratus sum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare: sed parentes filiis.
15 Ego autem libentissimè impendam & superimpendar ego ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens minus diligar.
16 Sed esto, ego vos non grauaui: sed cùm essem astutus, dolo vos cepi.
17 Numquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni vos?
18 Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumuenit? nonne eodem Spiritu ambulauimus? nonne iisdem vestigiis?
19 Olim putatis quòd excusemus nos apud vos? Coram Deo, in Christo loquimur: omnia autem charissimi propter ædificationem vestram.
20 Timeo enim ne fortè cùm venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis. ne forte cõtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos:
21 Ne iterũ cùm venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeã multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt.

CAP. XIII.

1 ECce tertiò hoc venio ad vos: vt in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. *Deut.19.d*
2 Prædixi enim & prædico vt præsens vobis, & nũc absens iis qui ante peccauerunt & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam.
3 An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus: qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis?
4 Nam & si crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis.
5 Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos quia Christus Iesus in vobis est? nisi fortè reprobi estis.
6 Spero autem quòd cognoscitis quia nos non sumus reprobi.
7 Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autem vt reprobi simus.
8 Non enim possumus aliquid adversus veritatem: sed pro veritate.
9 Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus, vestram consummationem.
10 Ideo enim hæc absens scribo: vt non præsens durius agam secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.
11 De cætero fratres, gaudete: perfecti estote: exhortamini, idipsum sapite: pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.
12 Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.
13 Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

In Græcis codicibus subscribitur ita legitur.

Ad Corinthios secunda.

Missa fuit à Philippis Macedoniæ per Titum, & Lucam.

Argumentum in epistolam Pauli ad Galatas.

Galatæ, sunt Græci. Hi verbum veritatis primùm ab Apostolo acceperunt, sed post discessum eius, tentati sunt à falsis apostolis, vt in legem & circumcisionẽ verterentur. Hos Apostolus reuocat ad fidem veritatis, scribens eis ab Epheso.

EPISTOLA

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI ad Galatas.

CAP. I.

1 PAulus Apostolus nõ ab hominibus, neque per hominẽ, sed per Iesum Christũ, & Deum Patrem, qui suscitauit eum à mortuis,
2 Et qui mecũ sunt omnes fratres: ecclesiis Galatiæ,
3 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo,
4 Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam secundum voluntatem Dei & Patris nostri:
5 Cui est gloria in sæcula sæculorũ. Amen.
6 Miror quòd sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium:
7 Quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi.
8 Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.
9 Sicut prædiximus: & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit.
10 Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus non essem.
11 Notum enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem.
12 Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.
13 Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam,
14 Et proficiebam in Iudaismo supra multos cõsentaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarũ mearum traditionum.
15 Cùm autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam,
16 Vt reuelaret Filium suum in me, vt euangelizarem illum in Gẽtibus continuò: non acquieui carni, & sanguini,
17 Neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.
18 Deinde post annos tres veni Ierosolymã videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim.
19 Alium autem Apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem Domini.
20 Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.
21 Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ.
22 Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo:
23 Tantùm autem auditum habebant, Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat.
24 Et in me clarificabant Deum.

CAP. II.

1 DEinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito.
2 Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus, seorsum autem iis qui videbãtur aliquid esse: ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem.
3 Sed neque Titus qui mecum erat, cùm esset Gentilis, compulsus est circumcidi:
4 Sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent.
5 Quibus neque ad horam cessimus subiectioni: vt veritas Euangelii permaneat apud vos.
6 Ab iis autem qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea interest, *Deus enim personam hominis non accipit) mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.
7 Sed contrà cùm vidissent quòd creditum est mihi Euangelium præputii, sicut & Petro circumcisionis,
8 (Qui enim operatus est Petro in apostola tum circumcisionis: operatus est & mihi inter Gentes,)
9 Et cùm cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columna esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ, societatis: vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem.
10 Tantùm vt pauperum memores essemus: quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.
11 Cùm autem venisset Petrus Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.
12 Priùs enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cùm autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timẽs eos qui ex circumcisione erant.
13 Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.
14 Sed cùm vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelii, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu cùm Iudæus sis, Gentiliter viuis, & non Iudaicè: quomodo Gentes cogis Iudaizare?
15 Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores:
16 *Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu

Christi: & nos in Christo Iesu "credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

17 Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: numquid Christus peccati minister est? Absit.

*ædifico: 18 Si enim quæ destruxi, iterum hæc "reædifico: prævaricatorem me constituo.

19 Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt Deo viuam: Christo confixus sum cruci:

20 Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Christus. Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

21 Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

CAP. III.

1 O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorũ oculos Iesus Christus proscriptus est, & "in vobis crucifixus?

2 Hoc solum à vobis volo discere, Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?

3 Sic stulti estis, vt cum Spiritu cœperitis, nunc carne consummamini?

4 Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa.

5 Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?

Genes.15.b. 6 Sicut scriptum est, * Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Genes.4.a. 7 Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ.

Isaiæ.26. 21. *Cognoscetis

8 Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iustificat Gentes Deus, præuntiauit Abrahæ, *Quia benedicentur in te omnes Gentes.

Genes.12.d. 9 Itaque qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

10 Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim, *Maledictus enim qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea.

Habac.2. 4.Rom.1.b.17. *viuet fuerit.Leuit.18.a.5 Deute.21. d.23.

11 Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: * quia iustus ex fide "viuit.

12 Lex autem non est ex fide: sed *qui fecerit ea, viuet in illis.

13 Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, *Maledictus omnis qui pendet in ligno)

14 Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.

Heb.9.a. 17. 15 Fratres (secundum hominem dico) *tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.

16 Abrahæ dictæ sunt promissiones: & semini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus.

17 Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & trẽginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.

18 Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione Abrahæ: autem per repromissionem donauit Deus.

19 Quid igitur lex? Propter "trãsgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per Angelos in manu mediatoris.

"trãsgressiones

20 Mediator autem, vnius non est: Deus autem vnus est.

21 Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ * posset viuificare: verè ex lege esset iustitia.

"possit

Rom.3.b.8 22 *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

23 Priusquam autem veniret fides: sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat.

24 Itaque lex, pædagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur.

25 At vbi venit fides: iam non sumus sub pædagogo.

26 Omnes enim filii Dei estis per fidẽ quæ est in Christo Iesu.

27 *Quicunque enim in Christo baptizati estis: Christum induistis.

Rom.6.a. 28 Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.

29 Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

CAP. IIII.

1 Dico autem, quãto tempore hæres parvulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium:

2 Sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre:

3 Ita & nos, cùm essemus parvuli, sub elementis mundi eramus seruientes.

4 At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege:

5 Vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

6 Quoniã autem estis filii Dei: misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem, Abba, Pater.

7 Itaque iam non est seruus, sed filius: Quòd si filius, & hæres per Deum.

8 Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii seruiebatis.

9 Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?

10 Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.

11 Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis.

12 Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres, obsecro vos. Nihil me læsistis.

13 Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iamprídem: & tentationem "vestram in carne mea,

"meam.

Non

14 Non spreuistis neque respuistis, sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.

15 Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi.

16 Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis?

17 Æmulantur vos non bene: sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.

18 Bonum autẽ æmulamini in bono semper: & non tantum cum præsens sum apud vos.

19 Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

20 Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis.

21 Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis?

Genes.16.d. 22 Scriptum est enim quoniam Abrahã duos filios habuit: * vnum de ancilla, * & vnum de libera.

Deut.21.a.2 23 Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta.

"à monte D 24 Hæc enim sunt duo testamenta. Vnũ quidem "in monte Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar,

25 (Sina enim, mons est in Arabia: qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem) & seruit cum filiis suis.

26 Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est mater nostra.

Isa.54.a.1 27 Scriptum est enim, * Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filii desertæ, magis quàm eius quæ habet virum.

Rom.9.b.8 28 Nos autem fratres secundum Isaac, * promissionis filii sumus.

29 Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat: persequebatur eum qui secundum Spiritum: ita & nunc.

Genes.21.a.10. 30 Sed quid dicit Scriptura? * Eice ancillã & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

31 Itaque fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

CAP. V.

1 STate, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.

Act.15.d.1 2 Ecce ego Paulus dico vobis * quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit.

3 Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.

4 Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis.

5 Nos enim Spiritu, ex fide, spem iustitiæ expectamus.

6 Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur.

7 Currebatis bene: quis vos impedivit veritati non obedire?

8 Nemini consenseritis. Persuasio hæc, non est ex eo qui vocat vos.

9 *Modicum fermentum totam massam corrumpit. 1.Cor.5.b.6.

10 Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos portabit iudicium, quicunque est ille.

11 Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico: quid persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis.

12 Vtinam & abscindantur qui vos conturbant.

13 Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus seruite inuicem.

14 Omnis enim lex in vno sermone implerur, * Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Leuit.19.

15 Quòd si inuicem mordetis & comeditis: videte ne ab inuicem consumamini. d.2.mat.22.d.39.

16 Dico autem: in Christo: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. mar.12.c. 3.Reg.19.a.

17 Caro enim concupiscit aduersus Spiritũ: Spiritus autẽ aduersus carnem, hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Rom.6.8.per. 2.c.17.

18 Quòd si Spiritu "ducimini, non estis sub lege. "ducimini: præsent. temp.

19 Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt: fornicatio: immunditia, impudicitia, luxuria,

20 Idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ,

21 Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

22 Fructus autem Spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides,

23 Modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex.

24 Qui autem sunt Christi, carnem * suam crucifixerunt cum viciis & concupiscentiis.

25 Si viuimus Spiritu: Spiritu & ambulemus.

26 Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

CAP. VI.

1 FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.

2 Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi.

3 Nam si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit: ipse se seducit.

4 Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in altero.

5 *Vnusquisque enim onus suum portabit. 1.Cor.3.b.8.

6 Communicet autem is qui catechizatur "verbum, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. "verbo acc.cas.

7 Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet.

8 Quoniam qui seminat in carne sua, de car-

N. b.

ne & metet corruptionem: qui autem seminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam.

2.Thess.3.9 9.15. 9 *Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes.

10 Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, nt, simè autem ad domesticos fidei.

11 Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu.

12 Quicunque enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur.

13 Neque enim qui circuncidiuntur, legem custodiunt: sed volunt vos circuncidi: vt in carne vestra gloricntur.

D 14 Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

15 In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed nova creatura.

16 Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei.

17 De cætero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

18 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

In codicibus Græcis sic subscribitur.

Ad Galatas,

Missa fuit è Roma.

Argumentum in epistolam Pauli ad Ephesios.

Ephesii, sicut Asiani. Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide. Hos collaudat Apostolus, scribens à Roma, de carcere per Tychicum diaconum

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Ephesios.

CAP. I.

"Iesu Christi 1 PAulus Apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei: omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.

2 Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

3.Cor.1.e.3. 3.2.Petri.1.e.3. 3 *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus, in Christo:

4 Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

5 Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum, in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ,

E 6 In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto Filio suo.

7 In quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius,

8 Quæ superabondauit in nobis in omni sapientia & prudentia,

9 Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo,

10 In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt, in ipso.

C 11 In quo etiam nos sorte vocati sumus: prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ:

12 Vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante speravimus in Christo: 13 in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, (Euangelium salutis vestræ:) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto,

14 Qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

15 Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in' Christo Iesu, & dilectionem in "Domino omnes sanctos:

16 Non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis,

17 Vt Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis, 'in agnitionem eius,

18 Illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ D gloriæ hæreditatis eius in sanctis,

19 Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis eius,

20 Quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituēs ad dexteram suam in cælestibus,

21 Supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. *Psal.8.b.8* "super omnia

22 *Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput' supra omnē ecclesiam, ecclesiæ,

23 Quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAP. II.

Colos.2.c.13. 1 *ET vos conuiuificauit cum essetis mortui delictis & peccatis vestris,

2 In quibus aliquando ambulastis secūdum seculum mundi huius, secūdum principem potestatis aëris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ,

3 In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes' voluntatem carnis & cogitationum: & eramus natura filii iræ sicut & cæteri:

"Voluntates

E 4 Deus autem qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos,

5 Et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, (cuius gratia estis saluati,)

6 Et conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu:

7 Vt ostenderet in seculis supernenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu.

8 Gratia enim estis saluati per fidem (& hoc non ex vobis, Dei enim donum est).

9 Non ex operibus, vt ne quis glorietur.

10 Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.

C 11 Propter quod memores estote quod aliquando vos, qui eratis Gentes in carne, qui dicebamini Præputium ab ea quæ dicitur Circuncisio in carne, manu facta:

'Quod 12 "Qui eratis in tempore illo sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.

13 Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sangvine Christi.

14 Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem macerix' soluens, 'inimicitias in carne sua:

"inimicitiam 15 Legem mandatorum decretis, euacuans: vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem,

"Et D 'inimicitiam 16 *Vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens' inimicitias in semetipso:

17 Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem his qui prope.

18 Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem.

19 Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei,

20 Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso lumino angulari lapide Iesu Christo:

21 In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino,

22 In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

CAP. III.

"Huius 1 'CVius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis Gentibus:

2 Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis,

3 Quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut suprà scripsi in breui:

4 Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi:

5 Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in Spiritu,

6 Gentes esse cohæredes & concorporales & comparticipes promissionis' in Christo "eius Iesu per Euangelium:

7 'Cuius factus sum ego minister secūdum donum gratiæ Dei, quę data est mihi secun- 1.Cor.15.b dum operationem virtutis eius. 9.

8 Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi.

9 Et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit:

10 Vt innotescat' principibus & potestatibus "nunc in cælestibus, per ecclesiam, multiformis sapientia Dei, "principatibus

11 Secundum præfinitionem seculorū, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro: C.

12 In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, per fidem eius.

13 Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra:

14 Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi,

15 Ex quo omnis paternitas in cælis & interra nominatur,

16 Vt det vobis secundum diuitias gloriæ D suæ, "virtute corroborari per Spiritum "virtutem eius' in interiori homine: (ablati.

17 Christum habitare per fidem in cordibus "in interi- vestris, in charitate radicati & fundati, orem ho-

18 Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum,

19 Scire etiam supereminentē scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Rom.16.

20 *Ei autem qui potens est omnia facere su- 1.d.21. perabunder quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis:

21 Ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

CAP. IIII.

1 OBsecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis,

2 Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate,

3 Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis:

4 Vnum corpus, & vnus Spiritus: sicut" vocati estis in vna spe vocationis vestræ. &

5 Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.

Universidad de Salamanca Biblioteca

Malac.2. b.10.
6 *Vnus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.
Rom.12.d. 3, 1.cor.12. 7 *Vnicuique autē nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.
8 Propter quod dicit, *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.
Psal.67. c.19. 9 (Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ?
10 Qui descendit ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, vt *adimpleret omnia.)
*impleret
11 Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas.
C
1.Cor.12. d.27. 12 Alios aucem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, *in ædificationem corporis Christi.
13 Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.
14 Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vēto doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.
15 Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus.
D
16 Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iunctūram subministrationis, secundum operationem in mensurā vnius cuiusque membri, augmentū corporis facit in ædificationē sui in charitate.
17 Hoc igitur dico & testificor in domino: vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui,
Rom.1.c. 21.
18 *Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorātiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum,
E
19 Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.
20 Vos autem non ita didicistis Christum:
Col.3.b.12. F 21 Si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu.
Rom 6.d. 4, col.3.b. 8, heb.12. a.1.1.pet. 2.c.2.4 a.1 Luc.b. 8.c. 16. 22 *Deponere vos, secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris,
23 *Renouamini autem spiritu mentis vestræ,
24 Et indulite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.
25 Propter quod deponentes mendacium, *loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicē membra.
Psal.4.b.e Ephes.4.b. 7. 26 *Irascimini, & nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram:
27 *Nolite locum dare diabolo.
28 Qui furabatur, iam nō furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.
G 29 Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed siquis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.
"vel opportunitatis, "in diem
30 Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptionis.
31 Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cū omni malitia.
Col.3.b.8. 32 *Estote autē inuicem benigni, misericordes, donātes inuicem sicut & Deus in Christo donauit vobis.

CAP. V.

1 Estote ergo Imitatores Dei, sicut filii charissimi:
Ioan.13.d. 34,15.b.12 & 1. Ioan. 3.d.23. Col.3.a.5. 2 *Et ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.
3 *Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos:
4 Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non "pertinet: sed magis gratiarum actio.
"pertinēt
B
5 Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (*quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.
"qui est idolōrum seruus
6 *Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.
2. Thess.2. a.3. matth. 24.a.4. mar.13.d.5 luc.21.b.8
7 Nolite ergo effici participes eorum.
8 Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autē lux in Domino. Vt filii lucis ambulate.
9 (Fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & veritate.)
C
10 Probantes quid sit beneplacitum Deo:
11 Et nolite communicare *operibus infructuosis tenebrarum, magis autem "redarguite.
"& 'manifestat
D
12 Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.
13 Omnia autem quæ arguuntur: à lumine 'manifestantur. omne enim quod 'manifestatur, lumen est.
14 Propter quod dicit, Surge, qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus.
Col. 4.a.& 15 *Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes:
16 Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.
17 Propterea nolite fieri imprudentes: *sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.
Rom.12.d. 2, 1.thess. 4.a.3.
18 Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto,
"& E
19 Loquentes vobismetipsis in psalmis, "hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino:
20 Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo, & Patri,
21 Subiecti inuicem, in timore Christi.
1.Cor.11.d. 3, coloss.3. c.18, 1.pet. 3.a.1.
22 Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino:
23 *Quoniam vir, caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse, saluator corporis eius.

24 Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus.
Coloss.3.d. 19. 25 *Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea:
F
26 Vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ,
27 Vt exhiberet "ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.
"ipsam
28 Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit: seipsum diligit.
G 29 Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eā, sicut & Christus ecclesiam.
30 Quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius.
Gen.2.d. 24, matth.19.c.5, mar.10.a.7. 1. Cor.6.d. 16. 31 *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam: & adhærebit vxori suæ, & *erunt duo in carne vna.
*vt
32 Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia.
33 Veruntamen & vos singuli, vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autem "timeat virum suum.

CAP. VI.

1 Filii, obedite parentibus vestris in Domino. hoc enim iustum est,
Exo.20.b. 12, deut.5. b.16, ecclesiast.3.b.9 matth.15. a.4.mar. 7.b.10. 2 *Honora patrem tuum & matrem tuam: (quod est mandatum primum in promissione)
3 Vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.
4 Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione Domini.
Col.3.d 22 5, 1.tim.6.c. 1.pet.2.c. 18. 5 *Serui obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:
6 Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes: sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo,
B
7 Cum bona voluntate seruientes sicut Domino & non hominibus.
8 Scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus siue liber.
9 Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorum & vester Dominus, est in cælis: & *personarū acceptio non est apud eum.
Deut.10.d 17, 2.par.a. 10 De cætero fratres, cōfortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.
19.b.7, 30.b 34.b.19, sa 11 Induite vos armaturam Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli.
prou.6.b.& ecclesiast. 12 Quoniā non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus.
35.c.16, rom.2.b.11, gal.2.b.6, col.3.d.25, act.10.f. 13 Propterea accipite armaturā Dei, vt possitis resistere in die malo, " & in omnibus perfecti stare.
34.1.pet.4. c.17. C
14 State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ,
"& omnibus per fe
15 Et calceati pedes in præparationē Euangelii pacis:
ctis
16 In omnibus sumētes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.
Esa.59 d. 17, 1.thess. 5.b.8. 17 Et *galeam salutis assumite: & gladium Spiritus (quod est verbum Dei.)
18 Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis:
D
19 *Et pro me, vt detur mihi sermo in aperitione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Euangelii,
2.Thess.3.
20 Pro quo legatione fungor in catena ista, a.1. vt in ipso audeam, prout oportet me loqui.
21 Vt autē & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in Domino:
22 Quē misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt, & consolatur corda vestra.
23 Pax fratribus & charitas cum fide à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.
24 Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

In codicibus Græcis hæc subscripta leguntur.

Scripta fuit ex vrbe Roma ad Ephesios per Tychicum.

Argumentum in epistolam Pauli Apostoli ad Philippenses.

Philippenses, sicut Macedones. Hi accepto verbo veritatis, perficiuntur in fide, nec receperunt falsos Apostolos. Hos collaudat Apostolus scribens eis à Roma de carcere, per Epaphroditum.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Philippenses.

CAP. I.

1 PAulus & Timótheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis,"& diaconibus:
"Diaconis
2 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.
3 Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri,
4 (Semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis,cum gaudio deprecationem faciens.)
5 Super communicatione vestra in euangelio Christi à prima die vsque nunc.
6 Confidens hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu,
7 Sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis:eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelii, socios gaudii mei omnes vos esse.
8 Testis enim mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi.
9 Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu.
10 Vt probatis potiora, vt sitis "synceri & sine offensa in diem Christi,
11 Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.
12 Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt magis ad profectum venerũt Euangelii:
13 Ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio,& in cæteris omnibus,
14 Vt plures è fratribus in Domino,confidentes in vinculis meis,abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.
15 Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant.
16 Quidam ex charitate: scientes quoniam "in defensione Euangelii positus sum.
17 Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non syncere: existimãtes præsuram se suscitare vinculis meis.
18 Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem,siue per veritatem Christus "annũtietur:& in hoc gaudeo,sed & gaudebo.
19 Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem,per vestram orationem & subministrationem Spiritus Iesu Christi,
20 Secundum expectationẽ & spem meam, quia in nullo cõfundar,sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem.
21 Mihi enim viuere Christus est: & mori lucrum.
22 Quòd si viuere in carne, hic mihi fructus operis est,& quid eligam ignoro.
23 Coarctor autem è duobus:desiderium habens dissolui & esse cum Christo,multo magis melius;
24 Permanere autem in carne," necessarium propter vos.
25 Et hoc cõfidens,scio quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum & gaudium fidei:
26 Vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos.
27 Tantum dignè Euangelio Christi cõuersamini: vt siue cum venero, & videro vos, siue absens, audiam de vobis quia statis in vno spiritu, vnanimes, collaborantes fidei Euangelii,
28 Et in nullo terreamini ab aduersariis, quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo:
29 Quia vobis donatum est pro Christo,nõ solum vt in eum credatis,sed vt etiam pro illo patiamini,
30 Idem certamen habentes quale & vidistis in me,& nunc "audistis de me.

"hoc neu.ge.

"audistis præs.tẽp.

CAP. II.

1 SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatiũ charitatis,siqua societas Spiritus,siqua viscera "miserationis:
"ac misserationes
2 Implete gaudium meum,vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idipsum sentientes.
3 Nihil per contentionẽ neque per inanem gloriam:sed in humilitate,"superiores sibi inuicem arbitrantes:
Rom.12.b.10.
4 Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quę aliorum.
5 Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu,
6 Qui cùm in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualem Deo,
7 Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens,in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo.
8 "Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem:mortem autem crucis.
Heb.2.b.9
9 Propter quod & Deus exaltauit illum:& donauit illi nomen quod est super omne nomen:
10 "Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium," terrestrium,& infernorum:
Rom.14.b.11. Isa.45.d.23.
11 Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus:in gloria est Dei patris.
"&
12 Itaque charissimi mei,(sicut semper obedistis:) non "in præsentia mea tantùm,sed multò magis nunc in absentia mea, cum "vt metu & tremore vestram salutem operamini.

Deus

13 Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & "proficere pro bona voluntate.
"per.fice re.
14 "Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus:
1.Per.4.c.9.
15 Vt sitis sine querela, & simplicis filii Dei sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ,"inter quos lucetis sicut luminaria in mundo:
Matth.5.b.14.
16 Verbũ vitæ continẽtes ad gloriam meam in die Christi,quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.
17 Sed & si "æmulor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ,gaudeo, & congratulor omnibus vobis.
C "immolor
18 Idipsum autem & vos gaudete,& congratulamini mihi.
19 Spero autẽ in Domino Iesu, "Timótheũ cito mittere ad vos,vt & ego bono animo sim,cognitis quæ circa vos sunt.
Act.16.d.1.
20 Neminẽ enim habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit.
21 "Omnes enim quæ sua sunt quærunt:non quæ sunt Iesu Christi.
D 1.co.f.10. 22.
22 Experimentum autem eius cognoscitis, quia sicut patri filius, mecum seruiuit "in Euangelio.
"in Euangelium.
23 Hũc igitur spero me mittere ad vos,mox vt videro quæ circa me sunt.
24 Confido autem in Domino quoniam & ipse veniam ad vos cito.
25 Necessariũ autem existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum,vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos.
26 Quoniam quidẽ omnes vos desiderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum.
27 Nam & infirmatus est vsque ad mortẽ:sed Deus misertus est eius:non solum autem eius, verumetiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.
28 Festinantius ergo misi illum: vt viso eo, iterum gaudeatis,& ego sine tristitia sim.
29 Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino: & eiusmodi cum honore habetote.
30 Quoniam propter opus Christi,vsque ad mortem accessit:tradens animam suam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

CAP. III.

1 DE cætero fratres mei,gaudete in Domino. Eadẽ vobis scribere, mihi quidem non pigrũ,vobis autem necessarium. Videt canes,videte malos operarios, videte concisionem.
2 Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo: & gloriamur in Christo Iesu,& non in carne fiduciam habentes,
3 Quanquam & ego habeam confidentiam in carne.
4 Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis,circumcisus octauo die,ex genere Israel,de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis,"secundum legem Pharisæus:
Act.23.b.6.
5 Secundum æmulationem,persequens ecclesiam Dei:secundum iustitiam quæ in lege est,conuersatus sine querela.
6 Sed quæ mihi fuerunt lucra,hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.
7 Verumtamen existimo omnia detrimẽtum esse propter eminentẽ scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam:
8 Vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est,sed illam quæ ex fide est Christi Iesu,quæ ex Deo est iustitia in fide:
9 Ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius,& societatem "passionis illius,configuratus morti eius:
C "passionẽ
10 Si quo modo occurrã ad resurrectionem quæ est ex mortuis.
11 Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim:sequor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.
12 Fratres,ego mẽ non arbitror comprehendisse,Vnum autem: (quæ quidẽ retro sunt obliuiscens,ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum,)
13 Ad destinatum persequor,ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.
14 Quicunque ergo perfecti sumus,hoc sentiamus:& siquid aliter sapitis:& hoc vobis Deus "reuelauit.
15 Verumtamen ad quod peruenimus, "vt idem sapiamus, in eadem permaneamus regula.
D "reuelabit Rom.15.b.5.1.cor.1.b.10.
16 Imitatores mei estote fratres:& obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam "nostram.
"nos
17 Multi enim ambulant, quos sæpe dicebã vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi:
18 Quorum finis,interitus:quorũ Deus venter est:& gloria in confusione ipsorũ, qui terrena sapiunt.
19 Nostra autẽ conuersatio in cælis est: vnde etiam Saluatorem expectamus, Dominum nostrum Iesum Christum,
20 Qui reformabit corpus humilitatis nostræ,configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ qua etiam possit subiicere sibi omnia.

CAP. IIII.

1 ITaque fratres mei charissimi & desideratissimi,gaudiũ meum & corona mea: sic state in Domino charissimi.
2 "Euodiam rogo & Syntychen deprecor, "Euodiã idipsum sapere in Domino,
3 Etiam rogo & te germane compar,adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis,quorum nomina sunt in "Libro vitæ.
Apoc.3.a.5.20.d.12.21.g.15.
4 Gaudete in Domino semper:iterum dico gaudete,
5 Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus enim prope est.
B
6 "Nihil solliciti sitis:sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione pe-
Matth.6.d.25.

tiones vestræ innotescant apud Deum.
7 Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu.
8 De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, siqua laus disciplinæ, hæc cogitate.
9 Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.
10 Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando reflorustis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis.
11 Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.
12 Scio & humiliari, scio & abundare: (vbique & in omnibus initiatus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati:
13 Omnia possum in eo qui me confortat.
14 Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ.
15 Scitis autem & vos Philippenses, quòd in principio Euangelii, quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicavit in ratione dati & accepti, nisi vos soli:
16 Quia & Thessalonicam, semel & bis in vsum mihi misistis.
17 Non quia quæro datum: sed requiro fructum abundantem "in ratione vestra.
18 Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo.
19 Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundũ diuitias suas, in gloria, in Christo Iesu.
20 Deo autem & Patri nostro gloria in secula seculorum. Amen.
21 Salutate omnem sanctum in Christo Iesu.
22 Salutant vos qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti: maxime autem qui de Cæsaris domo sunt.
23 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur.

Scripta est ab vrbe Roma per Epaphroditum.

Argumentum in Epistolam Pauli Apostoli ad Colossenses.

Colossenses, & hi, sicut Laodicenses, sunt Asiani. Et ipsi præuenti erant à pseudoapostolis. Nec ad hos accessit ipse Apostolus, sed & hos per epistolam corrigit. Audierant enim verbum ab Archippo, qui & ministerium in eis acceperat. Ergo Apostolus tam ligatus, scribit eis ab Epheso, per Tychicum diaconum, & Onesimum accolytham.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

CAP. I.

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater.
2 Iis qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro.
3 Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes,
4 Audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionẽ quã habetis in sanctos omnes.
5 Propter spem quæ reposita est vobis in cælis, quam audistis in verbo veritatis Euangelii,
6 Quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificatur & crescit, sicut in vobis, ex eo die quo audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate.
7 Sicut didicistis ab Epaphra charissimo cõseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu.
8 Qui etiam manifestauit nobis dilectionẽ vestram in Spiritu.
9 Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali:
10 Vt ambuletis digne Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei,
11 In omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius,
12 In omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agẽtes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorũ, in lumine,
13 Qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnũ Filii dilectionis suæ.
14 In quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum,
15 Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ:
16 Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt,
17 Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.
18 Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens:
19 Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare:
20 Et per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.
21 Et vos cùm esseris aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis:
22 Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem: exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso.
23 Si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euangelii, quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister.
24 Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia:
25 Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei,
26 Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius,
27 Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ.
28 Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.
29 In quo & laboro, certando secundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.

CAP. II.

1 VOlo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis & pro iis qui sunt Laodicie, & quicunque non viderunt faciem meam in carne:
2 Vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris Christi Iesu.
3 In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.
4 Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.
5 Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens & videns ordinem vestrum, & firmamentũ eius quod in Christo est, fidei vestræ.
6 Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum nostrum, in ipso ambulate,
7 Radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.
8 Videte nequis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam: secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.
9 Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:
10 Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis:
11 In quo & circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi,
12 Consepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis.
13 Et vos cùm mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta,
14 Delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci:
15 Et expolians principatus & potestates traduxit confidenter palàm, triumphans illos in semetipso.
16 Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbathorum:
17 Quæ sunt vmbra futurorum: corpus autem Christi.
18 Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ,
19 Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei.
20 Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis?
21 Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis:
22 Quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum:
23 Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

CAP. III.

1 IGitur si consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextra Dei sedens:
2 Quæ sursum sunt sapite, non quæ terram.
3 Mortui enim estis: & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.
4 Cum autem Christus apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.
5 Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiã, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus.
6 Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis.
7 In quibus & vos ambulastis aliquando, cùm vi-

B ueretis in illis.
Rom.6.a. 2 *Nunc autem deponite & vos omnia: iram,
4.ephes.2. indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.
Iacob.3.b. 9 Nolite mentiri invicem: expolientes vos
Ephes.4.c. veterem hominem cum actibus suis,
4.d.e. 10 Et induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius qui creavit illum:
11 Vbi non est masculus & fœmina, Gentilis & Iudæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, servus & liber: sed omnia, & in omnibus Christus.
Ephes.5.b. 12 *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti,
B. & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam:
13 Supportantes invicem, & donantes vobismetipsis si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis: ita & vos.
C 14 Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.
15 Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore: & grati estote.
16 Verbum Christi habiter in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes & commonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo.
17 *Omne quodcunque facitis in verbo aut
1.Cor.10.c. in opere, omnia in nomine Domini nostri
31. Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.
D 18 *Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet in Domino.
19 *Viri, diligite uxores vestras: & nolite
Ephes.5.c. amari esse ad illas.
22.1.pet.3. 20 Filii, obedite parentibus per omnia. hoc
a.c. enim placitum est in Domino.
Ephes.6. 21 Patres, nolite ad indignationem pronocare filios vestros: ut non pusillo animo fiant.
Ephes.6.a 22 *Servi obedite per omnia dominis carna
5.tit.2.c.9 libus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum.
1.pet.2.c. 18.
23 Quodcunque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus:
24 scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite.
25 Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit: & *non est personarum acceptio apud Deum.
Sap.6.b.2 CAP. IIII.
vom.1.b.11 1 Domini quod iustum est & æquum, seruis præstate: scientes quòd & vos Dominum habetis in cælo.
Luc.18.d.11 2 *Orationi instate: vigilantes in ea in gra- 1.thess.5.c. tiarum actione:
17. 3 *Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum,)
Ephe.6.c.18. 4 Vt manifestem illud ita vt oportet me loqui.
5 *In sapientia ambulate ad eos qui foris Ephes.5.d sunt: tempus redimentes.
6 Sermo vester semper in gratia, sale sit 15. B conditus: vt scatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.
7 Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in Domino:
2 8 Quem misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra,
9 Cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex vobis est: qui omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis.
C 10 Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata: Si venerit ad vos, "excipite
susceptite illum,)
11 Et Iesus qui dicitur Iustus: qui sunt ex Circumcisione. hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio:
12 Salutat vos Epaphras qui ex vobis est, seruus Christi Iesu: semper solicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei.
13 Testimonium enim illi perhibeo quòd habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.
14 Salutat vos *Lucas medicus charissimus, & 2. Tim.4. Demas.
15 Salutate fratres qui sunt Laodiceæ: & c.11. D Nymphan, & quę in domo eius est, ecclesiã.
16 Et cũ lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt & in Laodicẽsium ecclesia legatur: & "ea quæ Laodicensium est, vt vobis "eam quę legatur. Laodicen sium est, vos quo que legatis.
17 Et dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in Domino, vt illud impleas.
18 Salutatio: mea manu Pauli. Memores esto vinculorum meorum. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

Hæc in Græcis codicibus subscripta leguntur.

Scripta ab vrbe Roma per Tychicum & Onesimum.

Argmmentum in Primam Epistolam Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Thessalonicenses, fuere Macedones: qui accepto verbo veritatis, perstiterunt in fide etiam in persecutione civium suorum. Præterea nec receperunt falsos apostolos: nec ea quæ à falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat Apostolus, scribens eis ab Athenis per Tychicum, & Onesimum ac. Lysthyrum.

EPIST.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Thessalonicenses, I.

CAP. I.

1 PAulus & Syluanus & Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensium in Deo patre nostro & Domino Iesu Christo, Gratia vobis & pax.
*1 Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo.
B 2 Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione
3 Memores operis fidei vestræ & laboris, & charitatis & sustinentiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrem nostrũ:
4 Scientes fratres dilecti à Deo, electionem vestram.
5 Quia euangilium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.
C 6 Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini: excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti:
7 Ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia,
D 8 A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solùm in Macedonia & in Achaia, sed "in omni loco, fides vestra quæ est ad "& Deum, profecta est, ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui.
9 Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deum à simulachris, seruire Deo viuo & vero,
10 Et expectare Filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

CAP. II.

1 NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos quia non inanis fuit:
Act.16.c. 2 *Sed ante passi multa & contumelias esse
22. *habue- (sicut scitis) in Philippis, fiduciam *habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa solicitudine.
3 Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo:
4 Sed sicut probati sumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur. non quasi hominibus placentes: sed Deo, qui probat corda nostra.
5 Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, Deus testis est:
6 Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis
B 7 Cùm possemus vobis oneri esse, vt Christi "Ienes Apostoli: sed facti sumus "paruuli in medio vestrum, tanquã si nutrix foueat filios suos:
8 Ita desiderantes vos, cupidè volebamus *p* tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.
9 *Memores enim facti estis fratres laboris Act.20.g. nostri & fatigationis: nocte & die operantes, 1.Cor.4.c. ne quem vestrum grauaremus, prædicauit.9.d.e. mus in vobis Euangelium Dei. 3.b.d.
10 Vos testes estis & Deus, quàm sanctè & iuste, & sine querela, vobis qui credidistis fuimus.
11 Sicut scitis qualiter vnumquemque ve- C strum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes,
12 Testificati sumus vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam.
13 Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cùm accepissetis à nobis verbũ auditus Dei, accepistis, illud non vt verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.
14 Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarũ Dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris
15 Sicut & ipsi à Iudæis: qui & Dominũ occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos perse- cuti sunt: & Deo non placent, & omnibus D hominibus aduersantur:
16 Prohibentes nos Gentibus loqui vt "salui "Saluæ fiant, vt impleant peccata sua semper. Peruenit "autem enim ira Dei super illos vsque in finem.
17 Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde: abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio.
18 Quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus & semel & iterum: sed impediuit nos satanas.
19 Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis, in aduentu eius?
20 vos enim estis gloria nostra & gaudium.

CAP. III.

1 PRopter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere Athenis, solis. Act.16. a.1.
2 *Et misimus Timotheum fratrem nostrũ, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide E vestra:
3 Vt nemo moueatur in tribulationib' istis, ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.
4 Nam & cùm apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes: sicut & factum est, & scitis.
5 Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendum fidem vestram: ne forte tentat erit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster.

6 Nunc autem veniente Timótheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem vestrani, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos:
7 Ideo consolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram:
8 Quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino.
9 Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum,
10 Nocte ac die abundantius orantes vt videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ desunt fidei vestræ?
D 11 Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus "Iesus Christus dirigat viá nostram ad vos.
12 Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes: quemadmodum & nos in vobis,
13 Ad confirmanda corda vestra sine querela, in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius, Amen.

CAP. IIII.

DE cætero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu: vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, sicut & ambulatis, vt abundetis magis.
2 Scitis enim quæ præcepta "dederimus vobis per Dominum Iesum.
3 *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione,
4 Vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore:
5 Non in "possessione desiderii, sicut & Gentes quæ ignorant Deum,
6 Et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut "prædximus vobis, & testificati sumus.
7 Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.
8 Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.
9 De charitate autem fraternitatis non necesse "habemus scribere vobis: *ipsi enim vos à Deo didicistis vt diligatis inuicem.
10 Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia.
11 Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis: & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis.
12 Et vt honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis.
13 Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.
14 Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.
15 Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, "quia nos qui viuimus, qui relinquimur *in aduentu Domini, non præuenimus eos qui dormierunt.
16 Quoniá ipse Dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi.
17 Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam "Christo in aëra, & sic semper cum "Domino erimus.
18 Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

CAP. V.

DE temporibus autem & momentis fratres non indigetis vt scribamus vobis.
2 "Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.
3 Cùm enim dixerint, pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero "habentis, & non effugient.
4 Vos autem fratres non estis in tenebris: vt vos dies illa tanquam fur comprehendat.
5 Omnes enim vos, filii lucis estis, & filii diei: non sumus noctis neque tenebrarum.
6 Igitur non dormiamus sicut & cæteri: sed vigilemus & sobrii simus.
7 Qui enim dormiunt nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.
8 Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, "induti loricam fidei & charitatis: & galea, spem salutis.
9 Quoniam non posuit nos Deus in iram: sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum,
10 Qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.
11 Propter quod consolamini inuicem: & ædificate alterutrum, sicut & facitis.
12 Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos:
13 Vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis:
14 Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.
15 *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectemini inuicem, & in omnes.
16 Semper gaudete.
17 *Sine intermissione orate.
18 In omnibus gratias agite. hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.
19 Spiritum nolite extinguere.
20 Prophetias nolite spernere.
21 Omnia autem probate: quod bonum est tenete.
22 Ab omni specie mala abstinete vos.
23 Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.
24 *Fidelis est qui vocauit vos: qui etiam faciet.
25 Fratres orate pro nobis.
26 Salutate fratres omnes in osculo sancto.
27 Adiuro vos per Dominum vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.
28 Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur.

Ad Thessalonicenses prima, scripta fuit ex Athenis.

Argumentum in secundam Epistolam Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Ad Thessalonicenses secundam scribit epistolam Apostolus: & autem facit ità de temporibus necessitatis, & de aduersarii dilectione. Scribit hanc epistolam ab Athenis, per Titum diaconum, & Onesimum acolythum.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI ad Thessalonicenses secunda.

CAP. I.

PAulus & Siluanus & Timótheus, ecclesiæ Thessalonicensium in Deo patre nostro & Domino Iesu Christo,
2 Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.
3 *Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, sicut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas vnius cuiusque "vestrum in inuicem:
4 Ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis Dei, pro patientia vestra & fide & in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis, *in exemplum iusti iudicii Dei,
5 Vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini.
6 Si tamen iustum est apud Deum retribuere "retributionem iis qui vos tribulant:
7 Et vobis qui tribulamini, "requiem nobiscum *in reuelatione Domini Iesu de cælo cum angelis virtutis eius,
8 In flamma ignis dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi.
9 Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius,
10 Cùm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo.
11 In quo etiam oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus", & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in virtute.
12 Vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

CAP. II.

ROgamus autem vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi: & nostræ congregationis in ipsum.
2 Vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini.
3 *Ne quis vos seducat vllo modo: quoniá nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,
4 Qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se "tanquam "quia sit Deus.
5 Num retinetis quòd cùm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?
6 Et nùc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore.
7 (Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantùm vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat.)
8 Et tunc reuelabitur ille iniquus: *quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum.
9 Cuius est aduentus secundùm operationem satanæ, in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus,
10 Et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quòd claritatem veritatis non receperunt vt salui fierent.
11 Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio:
12 Vt iudicetur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.
13 Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit "nos Deus primitias in salutem, "vos in sanctificatione spiritus, & in fide

veritatis:
14 "In quam & vocauit vos per Euangelium nostrum, "in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi.
15 Itaque fratres state: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.
16 Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus & Pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia:
17 Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

CAP. III.

1 DE cætero fratres, orate pro nobis, *vt sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud vos:
2 Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus, non enim omnium est fides.
3 Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos & custodiet à malo.
4 Confidimus autem de vobis fratres in Domino, quoniam *quæcunque* præcepimus, & facitis, & facietis.
5 Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi.
6 Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis.
7 Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos,
8 Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, *sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus.
9 Non quasi non habuerimus potestatem: sed vt *nosipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.
10 Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet.
11 *Audiuimus enim inter vos quosdã ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes.
12 His autem qui eiusmodi sunt denuntiamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent.
13 *Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.
14 Quòd si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate: & ne commisceamini cum illo, vt confundatur:
15 Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem.
16 Ipse autem Deus pacis det vobis pacem *sempiternã in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.
17 Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola. ita scribo.
18 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

In codicibus Græcis hæc subscripta leguntur.

Missa fuit ex Athenis.

Argumentum in primam epistolam Pauli Apostoli ad Timótheum.

Timotheum instruit & docet de ordinatione episcopatus & diaconii, & omnia ecclesiastica diligenter, scribens ei ex Laodicea per Tychicum diaconum.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Timotheum, I.

CAP. I.

1 PAulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ:
2 *Timótheo dilecto filio in fide, Gratia & misericordia, & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro.
3 Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent,
4 Neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide.
5 Finis autem præcepti, est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.
6 A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium,
7 Volentes esse legisdoctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.
8 *Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vratur:
9 Scientes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis, impiis & peccatoribus, scelleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis,
10 Fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis,
11 Mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur,
12 Quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.
13 Gratias ago ei qui me cõfortauit in Christo Iesu Domino nostro: quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio,
14 Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.
15 Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu.
16 Fidelis sermo, & omni acceptione dignus *quòd Christus Iesus vẽit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.
17 Sed ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitã æternam.
18 Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum, Amen.
19 Hoc præceptum commendo tibi fili Timótheo: secundum præcedentes in te prophetias vt milites in illis bonam militiam,
20 Habens fidem & bonam conscientiam quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt:
21 Ex quibus est Hymenæus & Alexander: quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.

CAP. II.

1 OBsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus:
2 Pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.
3 Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo:
4 Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.
5 Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus,
6 Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: cuius testimonium temporibus suis confirmatum est:
7 *In quo positus sum ego prædicator & Apostolus (veritatẽ dico non mentior) doctor Gentium in fide & veritate.
8 Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus, sine ira & disceptatione.
9 *Similiter & mulieres in habitu ornatu: cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa,
10 Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.
11 Mulier in silentio discat, cum omni subiectione.
12 *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: sed esse in silentio.
13 *Adam enim primus formatus est: deinde Heua.
14 *Et Adã non est seductus: mulier autem seducta, in præuaricatione fuit.
15 Saluabitur autem per filiorum generationem: si "permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.

CAP. III.

1 FIdelis sermo: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.
2 Oportet "enim episcopum irreprehensibilem esse, *vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem,
3 Non vinolentum, non percussorem: sed modestum, non litigiosum, non cupidum:
4 Sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate.
5 Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit?
6 Non Neophytum: ne in superbiã elatus in iudicium incidat diaboli.
7 Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.
8 Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes:
9 Habentes mysterium fidei in conscientia pura.
10 Et hi autem probentur primum: & sic ministrent, nullum crimen habentes,
11 Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.
12 Diaconi sint vnius vxoris viri: qui filiis suis bene præsint, & suis domibus.
13 Qui enim bene ministrauerint, gradũ bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu.
14 Hæc tibi scribo fili Timótheo: sperans me ad te venire citò,
15 Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.
16 Et manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

CAP. IIII.

1 SPiritus autem manifestè dicit, *quia in nouissimis temporibus discedẽt quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum,
2 In hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam,
3 Prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognouerunt veritatem,
4 Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciẽdum quod cum gratiarum actione percipitur.

5 Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.
6 Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es.
7 *Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exerce autem teipsum ad pietatem.
8 Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.
9 Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.
10 In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium.
11 Præcipe hæc, & doce.
12 Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.
13 Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.
14 Noli negligere gratiã quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.
15 Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus.
16 Attende enim tibi & doctrinæ: instita in illis, hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

CAP. V.

1 SEniorem ne increpaueris: sed obsecra, vt patrem: iuuenes, vt fratres:
2 Anus, vt matres: iuniculas, vt sorores in omni castitate.
3 Viduas honora, quæ verè viduæ sunt.
4 Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: "discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo.
5 Quæ autem verè vidua est & desolata: "speret in Deum, & "instet obsecrationibus & orationibus nocte & die.
6 Nam quæ in deliciis est, viuens mortua est.
7 Et hoc præcipe vt irreprehensibiles sint.
8 "Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior.
9 Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor.
10 In operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est.
11 Adolescentiores autem viduas deuita.
12 Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt,
13 Simul autem & otiosæ discunt circuire domos: non solùm otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet.
14 Volo "autem iuniores nubere, filios procreare: matres familiãs esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.
15 Iam enim quædam conuersæ sunt retro post Satanam.
16 Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, "vt non grauetur Ecclesia: vt iis quæ verè viduæ sunt, sufficiat.
17 Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborat in verbo & doctrina.
18 Dicit enim Scriptura. *Non "alligabis os boui trituranti. &, *Dignus est operarius mercede sua.
19 Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.
20 Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant.
21 Testor coram Deo & Christo Iesu, & electis angelis eius, vt hæc custodias, & sine præiudicio, nihil faciés in "alteram partem declinando.
22 Manus cito nemini imposueris: neque cõmunicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi.
23 Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.
24 Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: "quorundam autem & subsequuntur.
25 Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

CAP. VI.

1 QVicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen Domini & doctrina blasphemetur.
2 Qui autem fideles habent Dominos, non cõtemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, "quia beneficii participes sunt. Hæc doce, & exhortare.
3 Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ:
4 Superbus est, nihil sciens, sed lãguens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, cõtentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ,
5 Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.
6 Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.
7 *Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus.
8 Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.
9 *Nam qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.
10 Radix enim omnium malorum, est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide,

3 fide, & inseruerunt se doloribus multis.
11 Tu autem ô homo Dei hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.
12 Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem cum multis testibus.
13 Præcipio tibi coram Deo, qui "iustificat omnia, & Christo Iesu, qui testimoniũ reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem:
14 Vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi:
15 Quem suis temporibus ostendet* beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium,
16 Qui solus habet immortalitatẽ, & lucem inhabitat inaccessibilem, * quẽ nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium in sempiternum. Amen.
17 Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, *neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundẽ ad fruendum,)
18 Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare,
19 Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant "veram vitam.
20 O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ,
21 Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur.

Scripta fuit ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

Argumentum in epistolam Pauli Apostoli secundam ad Timótheum.

Item Timótheo scribit de exhortatione martyrii, & omni regula veritatis: & quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua passione, scribens ei ab vrbe,

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Timótheum II.

CAP. I.

1 PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu:
2 Timótheo charissimo filio gratia, & misericordia, & pax à Deo Patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro.
3 Gratias ago Deo meo, cui* seruio à progenitoribus meis in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis,
4 Nocte ac die desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, vt gaudio implear,
5 Recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quod & in te.
6 Propter quam causam admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.
7 Non enim dedit nobis Deus Spiritũ timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.
8 Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius: Sed collabora Euangelio secundũ virtutem Dei,
9 qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta, * non secundum opera nostra, sed secundum propositum suũ, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu 3.iii.3.b.9 *ante tempora secularia: Rom.16.d.
10 Manifestata est autẽ nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & incorruptionem per Euangelium.
11 *In quo positus sum ego prædicator & Apostolus & magister Gentium.
12 Ob quam causam etiam hæc patior: sed non cõfundor. Scio enim cui credidi, & certus sum: quia potens est depositum meum seruare in illum diem.
13 Formã habe sanorũ verborũ, quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu.
14 Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.
15 Scis enim hoc, quòd auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est "Phigelus & Hermogenes.
16 Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit:
17 Sed cum Romam venisset, solicitè me quæsiuit, & inuenit:
18 Det illi Dominus inuenire misericordiam à "Deo in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.

CAP. II.

1 TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu:
2 Et quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.
3 Labora sicut bonus miles Christi Iesu.
4 Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat cui se probauit.
coronatur 5 Nam & qui certat in agone, non *coronabitur, nisi legitimè certauerit.
6 Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus" accipere.
*percipere. 7 Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.
8 Memor esto, Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meum,
9 In quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum.
10 Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti.
Rom.6.d.5. 11 Fidelis sermo. *Nam si commortui sumus: & conuiuemus.
Matth.10, c.33, mar. 8.d.38, 10. 2 a.3. 12 Si sustinebimus: & conregnabimus. *si negauerimus: & ille negabit nos.
*Domino 13 Si non credimus: ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.
14 Hæc commone, testificans coram "Deo. Noli contendere verbis, (ad nihil enim vtile est,) nisi ad subuersionem audientium.
C 15 Satagè autem cura teipsum probabilem exibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.
16 Prophana autem & inaniloquia deuita. multum enim" proficiunt ad impietatem:
*proficient 17 Et sermo eorum vt cancer "serpet, ex quibus est Hymenæus & Philetus:
*serpet, 18 *Qui à veritate exciderunt, dicentes, resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem.
*Qui 19 Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc. Cognouit Dominus, qui sunt eius &: Discedat ab iniquitate omnis qui" inuocat nomen Domini.
*Discedat *nominat 20 In magna autem domo, non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.
D 21 Siquis ergo emundauerit se ab istis: erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.
22 Iuuenilia autè desideria fuge: sectare" iustitiam, fidem, spem, & charitatē, & pacem
*verò 2.Cor.1.a.1. *cum iis, qui inuocant Dominum de corde puro.
1.Tim.4. b.7, tit.3. 23 *Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites,
t.9. 24 Seruum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem,
25 Cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem,
Resipiscant 26 Et resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

CAP. III.

1 HOc autem scito, *quòd in nouissimis 2.Tim.4.d. diebus instabunt tempora periculosa: 2 Pet.3.c. iud. d.18.
2 Et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphémi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti,
3 Sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate,
4 Proditores, proterui, tumidi, cæci, & voluptatum amatores magis quàm Dei:
5 Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita.
E 6 Ex his enim sunt qui penetrant domos: & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis:
7 Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.
Exo.7.b. 8 Quemadmodum autē *Iannes & Mãbres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidē. 12.
9 Sed vltrà non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.
C 10 Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam,
11 Persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus.
12 Et omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.
13 Mali autem homines & seductores proficient in peius: errantes, & in errorē mittentes. D
14 Tu verò permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris,
15 Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu.
2.Pet.1.d. 20. 16 *Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad" corripiendum, ad erudiendū in iustitia:
*corrigēdum 17 Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

CAP. IIII.

1 TEstificor coram Deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius:
2 Prædica verbum: insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patiētia & doctrina.
3 Erit enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt:
4 Sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros," prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.
"nomiæ" ius est.
5 Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum impleto, Sobrius esto.
6 Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meæ instat.
E 7 Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.
8 In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & iis, qui diligunt aduentum eius.

Festi-

9 Festina ad me venire citò.
10 Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum, & abiit Thessalonicam. Crescens in
C Galatiam, Titus in Dalmatiam.
Col.4.c.14 11 *Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi vtilis in" ministerium.
*minis-terium. 12 Tychicum autem misi Ephesum.
13 Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer recum, & libros, maximè autem membranas.
14 Alexãder æ tarius multa mala mihi ostendit." reddet illi Dominus secundum opera eius:
*reddat 15 Quem & tu deuita: valde enim" resistit verbis nostris.
*restitit Paulus-que Neroni. 16 In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.
D 17 Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio" impleatur, &
*implete audiant omnes Gentes" quia liberatus sum" & de ore leonis:
"Liberade 18 "Liberauit me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cæ Sap.3.d. Iesu: cui gloria in secula seculorum, Amen. 16.
19 Saluta" Priscillam & Aquilam, & *Onesi" Priscam phori domum.
20 Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Miléti.
21 Festina ante hyemem venire. "Salutant te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes.
22 Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

In codicibus Græcis hæc subscripta leguntur,

Scripta è Roma, ad Timótheum secunda, cùm Paulus iterum sisteretur Cæsari Neróni.

Argumentum in Epistolam Pauli Apostoli ad Titum.

Titum commonefacit & instruit de constitutione presbyterii, & de spirituali conuersatione, & huiusmodi vitandis, qui in traditionibus Iudaicis credunt: scribens ei à Nicopoli.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Titum.

CAP. I.

PAulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est
in spem vitæ æternæ:
Rom.16.d 25, ephes. 3.6 9.col. 2.d.26, 2. tim.1.c.10 1.pet.1.d. 20. Gal.1.a.1. 2 Quam promisit qui non mentitur Deus, *ante tempora secularia:
3 Manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione" quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri Dei:
*quæ credita 4 Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia & pax à Deo Patre, & Christo Iesu saluatore nostro.
D 5 Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi.
1.Tim.3. d.2. 6 *Siquis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.
7 Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum,
C non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum:
8 Sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem:
9 Amplectentē eū qui secundū doctrinā est, fidelē sermonē, vt potens sit" exhortari in" & doctrina sana, & eos qui cōtradicūt arguere.
10 Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & seductores, maxime qui de circuncisione sunt.
11 Quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.
D 12 Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, mala bestiæ, ventres pigri.
13 Testimonium hoc, verum est. Quā ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide,
14 Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auertantium se à veritate.
Rom.14. d.20. 15 *Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.
16 Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cùm sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

CAP. II.

1 TV autem loquere quæ decent sanam doctrinam.
2 Senes, vt sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.
3 Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes: bene docentes,

4 Vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant,
B 5 Prudentes, castas, sobrias, domus curã habẽtes, benignas: *subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei.
6 Iuuenes similiter hortare vt sobrii sint.
7 In omnibus teipsum præbe exemplũ bonorum operum: in doctr'na, "in integritate, in grauitate.
8 Verbum sanum, irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.
C 9 *Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes: non fraudantes.
10 Sed in omnibus fidem bonam ostendentes: vt doctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.
11 *Apparuit enim gratia Dei "saluatoris nostri omnibus hominibus:
D 12 Erudiens nos vt abnegantes impietatem & seculária desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo.
13 Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi,
14 Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.
15 Hæc loquere, & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

1 ADmone illos* principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse,
2 Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.
3 *Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.
4 Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei:
5 *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti,
6 Quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum:
7 Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.
8 Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare, vt curent qui credunt Deo, bonis operibus præesse, qui hæc sunt bona & vtilia hominibus.
9 *Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & vanæ.
10 Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita:
11 Sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus.
12 Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim, ibi enim statui hyemare.
13 Zenam legisperitum & Apollo solicitè præmitte, vt nihil illis desit.
14 Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi.
15 Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur,

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

Argumentum in epistolam Pauli Apostoli ad Philemonem.

Philemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius, scribens ei ab Vrbe, de carcere, pro ipsum Onesimum.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Philemonem.

CAP. I.

1 PAulus vinctus Christi Iesu, & Timótheus frater. Philemoni dilecto "adiutori nostro,
2 Et Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ, quæ in domo tua est:
3 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.
4 *Gratias ago Deo meo, semper memoriã tui faciens in orationibus meis,
5 Audiens charitatem tuam & fidem quam habes in Domino Iesu & in omnes sanctos:
6 Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni "in Christo Iesu.
7 Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater.
8 Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet:
9 Propter charitatem magis obsecro, cùm sis talis vt Paulus senex, nunc autẽ & vinctus Iesu Christi.
10 Obsecro te pro meo filio *quem genui in vinculis, Onesimo:
C 11 Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis: quem remisi tibi.
12 Tu autem illum "vt mea viscera, suscipe:
13 Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelii.
14 Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vt ne velut ex necessitate bonũ tuum esset, sed voluntarium.
15 Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt in æternum illum recipéres:
16 Iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maximè mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in Domino?
17 Si ergo habes me socium: suscipe illum D sicut me.
18 Si autem aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa.
19 Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam: vt non dicam tibi quòd & teipsum mihi debeas. ita frater.
20 Ego te fruar in Domino. Refice viscera mea in "Christo.
21 Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniã & super id quod dico, faciés.
22 Simul "& para mihi hospitium: nam spero "autem per orationes vestras donari me vobis.
23 Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu.
24 Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei,
25 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA PAVLI APOstoli ad Hebræos.

CAP. I.

1 MVltiphariè multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis:
2 Nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio quẽ constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula.
3 *Qui cum sit splẽdor gloriæ, & figura substantiæ eius, portánsque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis:
B 4 Tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.
5 Cui enim dixit aliquando angelorum, *Filius meus es tu, ego hodie genui te?
6 Et rursum, *Ego ero illi in Patrẽ: & ipse erit mihi in Filium? Et cùm iterum introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit: *Et adorent eum omnes angeli Dei.
7 Et ad angelos quidem dicit, *Qui facit angelos suos, spiritus: & ministros suos, flammam ignis.
8 Ad Filium autem, *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui.
C 9 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.
10 Et, *Tu in principio Domine terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli.
11 Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent.
12 Et velut amictum "mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.
13 Ad quem autem angelorum dixit aliquando, *Sede à dextris meis, Quoadúsque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
14 Nónne omnes sunt administratorii spiritus: in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem "capiunt salutis?

CAP. II.

1 PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus: ne forte perfluamus.
2 Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & si omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem:
3 Quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem: quæ cùm initium accepisset "enarrandi per Dominum: ab eis qui "enarrati audierunt,
4 In nos confirmata est, "contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.
5 Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.
E 6 Testatus est autem in quodam loco quis, dicens, *Quid est homo quod memor es eius: aut Filius hominis quoniam visitas eum?
7 Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.
*Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei.
C 9 Eum autem qui modicò quàm angeli, "minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatũ, vt

gratia Dei, pro omnibus gustaret mortem.
10 Decebat enim eum propter quem omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per ᵛ passionem ᵛconsummari.
11 Qui enim sanctificat & qui sanctificantur: ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens,
12 *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum, *Ego ero fidens in eum.
13 Et iterum, *Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus.
14 Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem, vt *per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum:
15 Et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti.
16 Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit.
17 Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.
18 In eo enim in quo passus est ipse & tentatus: potens est & eis, qui tentantur auxiliari.

ᵛpassiones
ᵛconsummare.
Psal.21. 6.23.
Psal.17. 2.3.
Esa.8.d.18
Osee 13.d. 14. 1.Cor. 15.f.54.

CAP. III.

2 VNde fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum:
Num.12. b.7. 2 Qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut * & Moyses in omni domo eius.
3 Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quantò ampliorem honorem habet ᵛdomus, qui fabricauit illam.
ᵛGenitus pro ablatiuo. 4 Omnis namque domus fabricatur ab aliquo, qui autem omnia creauit Deus est.
5 Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant:
B 6 Christus vero, tanquam filius, in domo suaque domus, sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem, firmam retineamus.
Psal.94. b.8. 7 Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus, *Hodie si vocem eius audieritis,
8 Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto,
9 Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea quadraginta annis.
10 Propter quod infensus fui generationi huic: & dixi, Semper errant corde. Ipsi autē non cognouerunt vias meas.
Et Quibus iurauī in ira mea, Si introibunt in requiem meam.
12 Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à Deo viuo:
13 Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, vt nō obduretur quis ex vobis fallacia peccati.
C 14 Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus,
15 Dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra quemadmodum in illa exacerbatione.
16 Quidam enim audientes, exacerbauerunt sed non vniuersi qui profecti sunt ᵛab Aegypto per Moysen.
17 Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerūt, *quorū cadauera prostrata sunt in deserto?
Num.14. f.37.
18 Quibus autem iurauit non introire in requiē ipsius: nisi illis qui incredduli fuerunt?
19 Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem.

ᵛex

CAP. IIII.

1 TImeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex ᵛ nobis deesse.
ᵛvobis
2 Etenim & nobis nuntiatum est quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex iis quæ audierunt.
3 *Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit, Sicut iurauī in ira mea & si introibunt in requiē meam: & quidem operibus ab institutione mundi ᵛperfectis.
Psal.94. b.11.
ᵛactis
4 Dixit enim quodam loco de die septima B sic, *Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis.
Gen.2.c.
5 Et in isto rursum, Si introibūt in requiem meam.
6 Quoniā ergo superest introire quosdam in illam, & ii quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem:
7 Iterum terminat diem quendam, hodie, in Dauid dicendo, post tantum temporis, sicut suprà dictum est, *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.
Sup.3.b.15.
8 Nam si eis Iesus requiem præstitisset: nusquam de alia loqueretur posthac die.
9 Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.
C
10 Qui enim ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus.
11 Festinemus ergo ingredi in illā requiem: ne ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.
12 Viuus est enim sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.
13 Et non est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.
14 Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cælos Iesum Filium Dei: teneamus spei nostræ confessionem.
15 Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

Adeamus

16 Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniemus in auxilio opportuno.

CAP. V.

1 OMnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.
2 Qui condolere possit iis, qui ignorant & errant: quoniam & ipse circundatus est infirmitate.
B 3 Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.
2 Par.23. 6.13. 4 Nec quisquam sumit sibi honorem: * sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.
5 Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum, * Filius meus es tu, ego hodie genui te.
Psal.2.f.
Psal.109. b.5. 6 Quemadmodum & in alio loco dicit, *Tu es sacerdos in æternum, secūdum ordinem Melchi sedec.
7 Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum saluum facere à morte cum clamore valido & lacrymis offerens, ᵛexauditus est pro sua reverentia.
ᵛex & C 8 Et quidem cùm esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam:
9 Et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ,
10 Appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchi-sedec.
ᵛininterpretabilis 11 De quo nobis grandis sermo & ᵛinterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.
D 12 Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.
13 Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: parvulus enim est.
14 Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI.

1 QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonē, ad perfectionem feramus, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fide ad Deum,
2 Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorū, & iudicii æterni.
3 Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.
Matt.17.d. 4. 45. 2.per. 2.d.20. in fi. 2.o.c.26 4 *Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerūt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti,
5 Gustauerūt nihil ominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi,
6 Rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.
7 Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & ᵛgerminās herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo.
ᵛgeratq;
8 Proferens autem spinas ac tribulos: reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.
9 Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora salutis: tamesti ita loquimur.
10 Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis.
11 Cupimus autem vnumquenque vestrum C eandem ostentare solicitudinem, ad expletionem spei vsque in finem:
12 Vt non segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabunt promissiones.
13 *Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iurauit, per maiorem, iurauit per semetipsum, dicens,
Gen.22.g. 16.
14 Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.
15 Et sic longanimiter ferēs, adeptus est repromissionem.
16 Homines enim per maiorem sui iurant: D & eorum controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum,
17 In quo abundantius volens Deus ostendere ᵛpollicita hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit iusiurandum:
ᵛpollicitationis,
18 Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.
19 Quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis.
20 Vbi præcursor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Melchi-sedec pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

1 HIc enim * Melchi-sedec, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ, regresso à cæde regum, & benedixit ei:
Gen.14.d. 18.
2 Cui & decimas omnium diuisit Abraham, primùm quidem, qui interpretatur rex iustitiæ:
3 Deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.
4 Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.
Deut.18.d.
5 Et quidem de filiis Leui sacerdotium ac- 1.Ioſ.14. cipientes: *mandatum habent decimas su- 4.2.

cere à populo secundũ legem, id est à fratribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ.

6 Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones benedixit.

7 Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur.

8 Et hîc quidem, decimas morientes hominis accipiunt: ibi autem contestatur quia viuit.

9 Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & Leui qui decimas *accepit decimatus est.

10 Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchi. sedec.

11 Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim, sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchi. sedec, alium surgere sacerdotem, & non secundũ ordinem Aaron dici?

12 Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat.

13 In quo enim hæc dicuntur: de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit.

C 14 Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de *sacerdotibus Moyses locutus est.

15 Et amplius adhuc manifestum est: si secundum similitudinem Melchi. sedec exurgat alius sacerdos.

16 Qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis.

Psal. 109. 4. 17 Contestatur enim, *Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchi. sedec.

18 Reprobatio quidem fit præcedentis mandati: propter infirmitatem eius & inutilitatem.

19 Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quã proximamus ad Deum.

20 Et quantum est non sine iureiurando (alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt:

21 Hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illũ, *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum.)

Psal. 109. 4.

22 In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.

D 23 Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberẽtur permanere:

24 Hic autem eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.

25 Vnde & saluare in perpetuum potest *accedentes per *eis semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro *nobis.

26 Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus.

Lev. 6. d. 3 27 Qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodũ sacerdotes) *prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. hoc enim fecit semel, se offerendo.

28 Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi qui post legem est, Filium in æternum perfectum.

CAP. VIII.

1 CApitulum autem super ea quæ dicuntur, talem habemus pontificem, qui consedit in dextra sedis magnitudinis in cælis:

2 Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit *Deus, & non homo.

3 Omnis enim pontifex, ad offerendum munera & hostias constituitur. vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat.

4 Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cum essent qui offerrent secundum legem munera,

5 Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium, sicut responsum est Moysi, cum consummaret tabernaculum, *Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.

6 Nunc *melius sortitus est ministerium quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sanctum est.

7 Nam si illud prius culpa vacasset: non vique secundi locus inquireretur.

8 Vituperans enim eos dicit, Ecce dies venient, dicit Dominus: & cõsummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum,

9 Non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manũ eorum vt educerem illos de Terra AEgypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos, dicit Dominus.

10 Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

11 Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicẽs, Cognosce Dominum: quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem *.

12 Quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorũ eorum iam non memorabor.

13 Dicendo autem nouum: veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

CAP. IX.

1 HAbuit quidem & prius, iustificationes culturæ, & sanctum seculare.

2 Tabernaculum enim factum est primum, *in quo erant, candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta. Exo. 25. 30. 35. 40.

3 Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorũ: Num. 17. c. 8.

4 Aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna *& virga Aaron quæ fronduerat, *& tabulæ testamenti. 3. Reg. 8. 9. 2. Par. 5. 10. Exo. 16. 33. Num. 17. 25. Exo. 25. 22.

5 *Superque eam erant Cherũbim gloriæ obum-

brantia propiriatorium. De quibus non est modo dicendum per singula.

6 His verò ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibunt sacerdotes, Exo. 30. b. Leuit. 16. a. 2. sacrificiorum officia consummantes.

7 In secundo autem *semel in anno solus pontifex: non sine sanguine quem *offerret pro sua & populi ignorantia. *offert

8 Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum.

9 Quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur,

C 10 Quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptismatibus & iustitiis carnis: vsque ad tempus correctionis impositis.

11 Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis:

*& 12 Neque per sanguinem hircorum *aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta.

D 13 *Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: Leuit. 16. 4.

14 *Quanto magis sanguis Christi *qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, *emundauit conscientiam *nostram ab operibus *mortis; ad seruiendum Deo viuenti? 2 Pet. 2. d. 1. Ioan. 1. a. 7. 1. Cor. 15. 1. b. 5. Rom. 5. a. 5. *emundabit *vestram *mortuis

15 Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt, æternæ hæreditatis.

E 16 Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris.

Gal. 3. c. 15 17 *Testamentum enim, in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est.

18 Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.

19 Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hicorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens,

20 *Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Exo. 24. c. 8.

21 Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine simili aspersit.

F 22 Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio.

23 Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium, his mundari: ipsa autẽ cælestia, melioribus hostiis quam istis.

24 Non enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælũ vt appareat nũc vultui Dei pro nobis.

25 Neque vt sæpe offerat semetipsum, quẽadmodum Pontifex, intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno:

26 Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem semel *in consummatione seculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. *destitutionem

27 Et quemadmodũ statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: Rom. 5. c. 6. 1. Pet. 3. c. 28.

28 *Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se, in salutem.

CAP. X.

1 *VMbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Leuit. 16. c. 14.

2 Alioquin cessassent offerri? ideo quod nul lam haberent vltra conscientiam peccati, cultores semel mundati?

3 Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit.

4 Impossibile enim est, *sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Psal. 39. 7.

5 Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi:

6 Holocautomata & pro peccato non tibi placuerunt.

7 Tunc dixi, Ecce venio: (in capite libri scriptum est de me) Vt faciam Deus voluntatem tuam, Superius diceus,

8 Quia hostias, & oblationes, & holocautomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi; quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi,

9 Ecce venio vt faciam Deus voluntatem tuam: auferi primum, vt sequens statuat.

10 In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. C

11 Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias quæ *nunquam possunt auferre peccata: *nũquam

12 Hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera Dei.

13 De cætero expectans, *donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Psal 109. 1. a. 2. 1. Cor. 15. d. 25.

14 Vna enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos,

15 Contestatur autem nos & Spiritus sanctus. postquam enim dixit.

16 *Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorũ, & in mentibus eorum superscribam eas: Ier. 31. 8. 33. sup. 8. c. 8.

17 Et peccatorum, & iniquitatum eorũ iam non recordabor amplius. D

18 Vbi autem horum remissio: iam non est oblatio pro peccato.

19 Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi:

20 Quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id est, carnem suam:

21 Et sacerdotem magnum super domum Dei:

22 Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpore aqua mundã.

23 Teneamus spei nostræ confessionem in-

declinabilem (fidelis enim est, qui repromisit.)

24 Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum:

25 Non deserentes collectionem nostram sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes. & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem:

Sup.6.d. 4. 26 *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.

27 Terribilis autem quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios.

Deut.17.6 7.num.12. 6.16.ioan. 8.v.17, 2. cor.13.v.1. 28 Irritam quis faciens legem Moysi: sine vlla miseratione, *duobus vel tribus testibus moritur.

29 Quanto magis putatis, deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

Deut 32 v. 35. rom.12. d.19. *iudicia: 30 Scimus enim qui dixit, Mihi *vindictam: & ego retribuam. Et iterum, Quia iudicabit Dominus populum suum.

31 Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.

32 Rememoramini autem pristinos dies: in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum:

33 Et in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in alterо autem socii taliter conuersantium effecti.

G 34 Nam & vinculis compatiti estis & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam.

35 Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.

36 Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.

37 Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus est veniet, & non tardabit.

Hab.2.v. 4.rom.1. b.17,gal.3. b.11. *viuet. 38 *Iustus autem meus, ex fide *vivit: quod si subtraxerit se non placebit animæ meæ.

39 Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem: sed fidei in acquisitionem animæ.

CAP. XI.

1 EST autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.

2 In hac enim testimonium consecuti sunt senes.

Gen.1.d.3 3 Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent.

Gen.4.d. 4 matth. 23.d.35. 4 Fide, plurimam hostiam *Abel quam Cain, obtulit Deo: per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.

Gen.5.v. 24,eccles. 44.v.16. *Deus 5 Fide *Henoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur: quia transtulit illum *Dominus, ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo.

6 Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. B

Gen. 6.d 13, eccles 44.v.17. 7 Fide, *Noe responso accepto de iis quæ ad huc non videbantur: metuens, aptauit arcã in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum: & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus.

Gen.12. d.12. 8 Fide, *qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, nescieus quo iret.

9 Fide, demoratus est in Terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.

C 10 Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus.

Gen.17.b. 19. 11 Fide, & *ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat.

12 Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc emortuo) tanquam sydera cæli in *multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis. *multitudine

13 Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus: sed alonge eas aspicientes & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram.

14 Qui enim *hoc dicunt: significant se patriam inquirere. *hæc

15 Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt: habebant vtique tempus reuertendi.

D 16 Nunc autem meliorem appetunt, id est cælestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. parauit enim illis ciuitatem.

Gen.22.b. 10, eccles. 44.d.22. 17 Fide, *obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur: & vnigenitum offerebat *in quo susceperat repromissiones. *qui

Gen. 21.b. 12,rom.9. b.7. 18 (Ad quem dictum est, *Quia in Isaac vocabitur tibi semen.)

Gen.27.d. 28. 19 Arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est Deus, vnde eum & in parabolam accepit.

Gen.27.d. 28. 20 Fide, * & de futuris, benedixit Isaac, Iacob & Esau.

Gen.48.c. 15. Gen.47.f. 31. 21 Fide, *Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit, *& adorauit fastigium virgæ eius.

Gen.50.d. 24. 22 Fide, *Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est: & de ossibus suis mandauit.

E Exo.2.d.3 Exo.1.c. 16. 23 Fide, *Moyses natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, & non timuerunt *regis edictum.

Exo.2.b. 11. 24 Fide, *Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis:

25 Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.

26 Maiores diuitias æstimans, thesauro Aegyptiorum, improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem.

27 Fide, reliquit Aegyptii non timens indignationem regis. inuisibilem enim tãquam videns sustinuit.

Exo.12.d. 22. Exo.14.c. 22. 28 Fide, *celebrauit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos.

F 29 Fide, *transierunt Mare rubrum tanquam per aridã terram: quod experti Aegyptii, deuorati sunt.

Ios.c.6.v. 20. Ios.6.d.13 Ios.c.6.v. 1. Iudic.6.b. 11. 30 Fide, *muri iericho corruerunt, circuitu dierum septem.

31 Fide, *Rahab meretrix nõ perijt cum incredulis: excipiens exploratores cum pace.

Iudic.4.a. 6. Iudic.13.d. 24. Iudic.11.c. 1.c.7. *deficerunt *defuerunt 32 Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de *Gedeon, Barac, Samsõn, *Iephte, *David, Samuel, & Prophetis:

33 Qui per fidem *vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum,

34 Extinxerunt impetum ignis, *effugauerunt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum.

G 35 Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem.

36 Alii vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres:

37 Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti:

38 Quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ.

39 Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem:

40 Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

Rom.8.d. 4.col.3.b. 2.ephes.4. f.2.3.1.pet. 2.d.1, 4. v.1. 1 IDeoque & nos tantam habentes impositam nubem testium: *deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.

2 Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei *sedet. *sedit.

B 3 Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes.

4 Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes:

5 Et obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens, *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris.

Prouer.3. b.11, apoc. 3.d.19. 6 Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.

7 In disciplina perseuerate. Tanquam filiis, C vobis offert se Deus. quis enim filius, quē non corripit pater?

8 Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii estis.

9 Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos. num multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus?

10 Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam eruditebant nos: hic autem ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. D

11 Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, *reddet iustitiæ. *reddit

12 Propter quod remissas manus & soluta genua erigite:

13 Et gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

Rom.12.d. 18. 14 *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deum:

15 Contemplantes nequis desit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

E Gen.25.d. 33. 16 Nequis fornicator aut prophanus, *vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua.

Gen.27.f. 38. 17 Scitote enim quoniam & *postea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quã quam cum lacrymis inquisisset eam.

Exo.19.b. 12,20.d.21 *accessibilem *accessibilem *audierant, 18 *Non enim accessistis ad tractabilem montem & *accessibilem ignem, & turbinem, & caligines, & procellam,

F 19 Et tubæ sonum, & vocem verborum, quã qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum.

Exo.19.c. 13. 20 (Non enim portabant quod dicebantur: *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.

21 Et ita terribile erat quod videbatur, Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus.)

22 Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam,

23 Et ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & *spiritum iustorum perfectorum, *spiritus

24 Et testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.

G 25 Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus.

Agg.2.b. 7. 26 Cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens, *Adhuc semel: & ego mouebo, non solum terram, sed & cælum.

27 Quod autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia.

28 Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia.

29 *Etenim Deus noster, ignis consumens est. Deut 4.d. 24.

CAP. XIII.

Rom.12.c.1 * CHaritas fraternitatis maneat in vobis.
2 *Et hospitalitatem no lite obliuiscimini: per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis.
Genes.18.c. 3 Mementote vinctorum, tanquam simul vincti: & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.
4 Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.
Iosu.1.5. Psal.117. 6. 5 Sint mores sine auaritia: contenti præsentibus: ipse enim dixit, *Non te deseram, neque derelinquam.
6 Ita vt confidenter dicamus, *Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
7 Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.
B 8 Iesus Christus heri & hodie: ipse & in secula.
9 Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis quæ non profuerunt ambulantibus in eis.
10 Habemus altare: de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.
Leuit.16. f.27. 11 *Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem: horum corpora cremantur extra castra.
12 Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.
C 13 Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes.
14 *Non enim habemus hîc manentem ciuitatem sed futuram inquirimus. Mich.3.b 16.
15 Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius.
16 Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. talibus enim hostijs promeretur Deus.
17 Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pernigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim non expedit vobis.
18 Orate pro nobis, confidimus enim quia bonam conscientiam habemus: in omnibus bene volentes conuersari.
19 Amplius autem deprecor vos hoc facere quo celerius restituar vobis.
20 Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum,
21 Aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum. Amen.
22 Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis.
23 Cognoscite fratrem vestrum Timotheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos.
24 Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres.
25 Gratia cum omnibus vobis. Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur.

Scripta ab Italia per Simotheum.

Hieronymus in cathalogo scriptorum ecclesiasticorum.

Iacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus, vt nonnulli existimant, Ioseph, ex alia vxore: vt autē mihi videtur, Marię sororis matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius: post passionē Domini, statim ab Apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolam, quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem. Egesippus vicinus Apostolorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans ait, Suscepit ecclesiam Ierosolymæ, post Apostolos frater Domini Iacobus, cognomento Iustus. Multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquā attonsus est, nec vnctus vngurento, nec vsus balneo. Huic soli licitū erat ingredi Sancta sanctorum. Siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis: solúsque ingrediebatur templū, & fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantū, vt camelorū duritiē traxisse eius genua crederetur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longū est. Sed & Iosephus in vicesimo libro Antiquitatū refert, (& Clemēs in septimo Hypotyposeon) mortuo Festo, qui Iudæā regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinū, qui cum necdū ad prouinciā peruenisset, Ananus, inquit, pontifex adolescens Anani filius de genere sacerdotali, accepta occasione anarchiæ concilium congregauit, & compellens publicè Iacobum vt Christum Dei filiū denegaret, contradicentem lapidari iussit, qui cùm præcipitatus de pinna templi, contractis cruribus adhuc semiuiuus tendēs ad cælū manus diceret, Domine ignosce eis, quod enim faciunt nescīut. Fullonis fuste, quo rudia vestimēta extorqueri solēt, in cerebro percussus interiit. Tradit item Iosephus, tāta eū sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, vt propter eius necē crederētur

crēditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas: Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebrius Acta testantur. Euangelium quoque quod appellatur Secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum, Latinúmque sermonem transtatum est, quo & Origenes sæpe vtitur, post resurrectionem Saluatoris, refert. Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursúsque post paululum, Afferte, ait Dominus, mensam & panem. Statimque additur, Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ierosolymis rexit ecclesiam, id est vsque ad septimum Neronis annum, & iuxta templum vbi & præcipitatus fugrat, & vultus est. Titulum vsque ad obsidionem Titi & vltimam Hadriani notissimum habuit. Quidam è nostris in Monte Oliueti eum putauerūt conditum: sed falsa eorum opinio est.

Argumentum in epistolam catholicam Iacobi Apostoli.

Iacobus Apostolus sanctum instituit sermonem de cultura cælestium præceptorum, & regula catholicæ observantiæ, & de inuitis patientiæ materiatæ, & reuelatione plurimorū, & de mendacijs magistrorū.

EPISTOLA CATHOLICA Iacobi Apostoli.

CAP. I.

IAcobus Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione salutem.
Rom.5.c.3 2 *Omne gaudiū existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis:
3 Scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur.
4 Patientia autem opus perfectum habeat: vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.
5 Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluēter, & non improperat: & dabitur ei.
B Matth.7. c.7.mar.11 c.14. luc. 11.c.9, 10, 13. 18.c.13. 6 *Postulet autem in fide, nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur.
7 Non ergo æstimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.
8 Vir duplex animo, incōstans est in omnibus viis suis.
9 Glorietur autem frater humilis, in exaltatione sua:
10 Dives autem, in humilitate sua, quoniam
Eccles.14. c.18. esa. 40.c.7.1. Pet.c.1.24 Iac.5 c.17. *sicut flos fœni transibit:
11 Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & dies in itineribus suis marcescet.
C 12 Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.
13 Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat.
14 Vnusquisque verò tentatur: à concupiscentia sua abstractus & illectus.
15 Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum. peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem.
16 Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.
17 Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.
18 Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.
19 Scitis fratres mei dilectissimi, Sit autem omnis homo velox ad audiendum: *tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Prouer.17. d.27. D
20 Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur.
21 Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.
22 *Estote autem factores verbi, & non auditores tantùm fallentes vosmetipsos. Matth.7. c.22. rom. 2.b.13.
23 Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro cōsideranti vultum nativitatis suæ in speculo.
24 Consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.
25 Qui autem perspexerit *in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. *in legē perfectā
26 Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio.

27 Religio mũda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est, Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

CAP. II.

Leuit.19. c.15. deut. 1.c.16. d.19.sprou. 24.c.23. ec.lesiast. 42.a.1.

1 FRatres mei, nolite in *personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ.

2 Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens, in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu,

3 Et intendatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei, Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum:

4 Nónne iudicaris apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?

"mei B 5 Audite fratres "dilectissimi: nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?

6 Vos autem exhonorastis pauperem. Nónne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia?

7 Nónne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super vos?

*Scripturam, *Leuit.19. d.18. mat. 22.d.39. mar.12.c. 31. rom.13. c.9.gal.5. b.14.

8 Si tamen legem perficitis regalem secundum *scripturas, *Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis.

*personas *Leuit.19.c. 15. deut.1. c.17. 16.d. 19. Matth.5. c.19.

9 Si autem *personam accipitis, peccatum operamini: redarguti à lege quasi trãsgressores.

10 *Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno: factus est omnium reus.

11 Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit & Non occides. Quòd si non mœchaberis, occides autem factus es transgressor legis,

12 Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari.

13 Iudicium enim sine misericordia illi qui non "facit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio.

C 14 Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum?

15 Si autem frater "& soror "nudi sint, & indigeant victu quotidiano:

16 Dicat autem aliquis ex vobis, illis, Ite in pace, calefacimini, & saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori: quid proderit?

17 Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

*dicet D 18 Sed "dicit quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo; ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

19 Tu credis quoniam vnus est Deus. Benefacis: & dæmones credunt, & contremiscunt.

20 Vis autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus "otiosa est?

*Gen 22.b. 10. 21 Abraham pater noster ex operibus iustificatus est, *offerens Isaac filium suum super altare?

22 Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est?

*Gen.15.b. 6. *rom.4. a.22.gal.3. a.6. 23 Et suppleta est Scriptura, dicens, *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.

24 Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & non ex fide tantum?

*autem *Ios.2.a.6. 25 Similiter "Rahab meretrix, nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios & alia via eiciens?

26 Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est.

CAP. III.

1 NOlite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis.

*Prou.10. d.27. *potens 2 In multis enim offendimus omnes. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, "potest etiam fræno circumducere totum corpus.

3 Si autem equis frænа in ora mittimus ad "& consentiendum nobis, "omne corpus illorum circumferimus.

4 Et ecce, naues, cùm magnæ sint, & à ventis validis minentur: circumferuntur autem à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit.

5 Ita & lingua modicum quidem mẽbrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam syluam incendit.

6 Et lingua, ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in mẽbris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna.

7 Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana:

8 Linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero.

C 9 In ipsa benedicimus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt.

10 Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri,

11 Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam?

12 Nunquid potest fratres mei, ficus vuas facere aut vitis, ficus? Sic neque "salsa dulcem potest facere aquam.

13 Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.

D 14 Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem.

15 Non est enim ista sapientia désursum descendens à Patre luminum: sed terrena, animalis, diabolica.

16 Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia, & omne opus prauum.

17 Quæ autem désursum est sapientia, primum

mum quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.

18 Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

CAP. IIII.

*Thim 4 1 VNde bella & lites in vobis? Nónne "ex concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris?

2 Concupiscitis, & non habetis. occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci. litigatis & belligeratis: & non habetis propter quod non postulatis.

3 Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis: vt in concupiscentiis vestris insumatis.

*& adulteræ B 4 Adulteri", nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse sæculi huius: inimicus Dei constituitur.

Gen.6.a.3 *nobis? 5 An putatis quia inaniter Scriptura dicat, *Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in "vobis?

6 Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

1.Pet.5. b.5. *Iac.4. f.27. 7 Subditi ergo estote Deo: *resistite autem diabolo, & fugiet à vobis.

*Appropinquate C 8 "Appropiate Deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.

9 Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.

1.Pet.5.b.6. 6. 10 *Humiliamini in conspectu Domini: & exaltabit vos.

11 Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrẽ suum detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, sed iudex.

Rom.14. a.4. D 12 Vnus est enim legislator, & iudex qui potest perdere & liberare. *Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum?

13 Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucram faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino.

*enim 14 Quæ est enim vita vestra? Vapor est", ad modicum parens, & déinceps exterminabitur)

15 Pro eo vt dicatis, Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud.

16 Nũc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis, maligna est.

17 Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

CAP. V.

1 AGite nunc diuites, plorate, vlulãtes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis.

2 Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt.

3 Aurum & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimoniũ vobis erit, & mãducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.

4 Ecce merces operariorum qui messuerũt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabbaoth introiuit.

5 Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra vt in die occisionis.

6 "Addixistis & occidistis iustum: & non "resistit vobis. "Addixistis "resistit

7 Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat tẽporaneum & serotinum.

8 Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini "appropinquabit. "appropinquauit

9 Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce, iudex ante ianuã assistit.

10 Exẽplum accipite fratres exitus malí, & ingammitatis, & laboris & patientiæ, Prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini.

C 11 Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est & miserator.

Mat.5.f. f.37. 12 Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramẽtum. *Sit autem sermo vester, est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis.

13 Tristatur autem aliquis vestrum? orer. AEquo animo? psallat.

Mar.6.b. 13. 14 Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, "vngentes eum oleo in nomine Domini:

"alleuabit 15 Et oratio fidei saluabit infirmum, & "alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.

D 16 Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem vt saluemini. multum enim valet deprecatio iusti assidua.

3.Reg.17.c. 1. Iacob.5.a. d.25. 17 Elias, homo erat similis nobis passibilis: *& oratione orauit vt non plueret super terrã: & non pluit annos tres, & menses sex.

18 Et rursum orauit: & cælũ dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

Matth.18. b.15. 19 Fratres mei, *si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum:

20 Scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & "operiat multitudinem peccatorum. "oportet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymus in cathalogo scriptorum ecclesiasticorum.

Simon Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli, & princeps Apostolorum, post episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudii anno, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, id est decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus elevatis, asserens se indignum vt sic crucifigeretur vt dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur: quarum secunda, à plerisque, eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus Actorum eius inscribitur, alius Euangelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus Iudicii, inter Apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

Argumentum in epistolam catholicam Petri, I.

Discipulos Saluatoris inuitos, toto orbe diffusos & peregrinos in hoc seculo monstrat: & præterita vitæ pœnitere suadet, & in nouam viam proficere, ideo cum sollicitudine exhortatur Simon Petrus, Ionæ prouinciæ Galilææ, è vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli

EPISTOLA PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAP. I.

1 PEtrus Apostolus Iesu Christi electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ,
2 Secundum præscientiã Dei Patris in sanctificationẽ Spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis & pax multiplicetur.
2. Cor. 1. a. 3. ephes. 1. a. 3. *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis,
4 In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis in vobis,
5 Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo.
B 6 "exultatis In quo 'exultabitis, modicum nunc, si oportet, contristati in variis tentationibus:
7 Vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in 'reuelationem Iesu Christi:
"reuelatione 8 Quẽ cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem "exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata,
9 Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.
10 De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt,
11 Scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias:
12 Quibus reuelatum est, quia non "sibimetipsis, vobis autem ministrabãt ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in "quem desiderant angeli prospicere. C "quæ
13 Propter quod * succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, 'perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in 'reuelationem Iesu Christi. "perfectè "reuelatione
14 Quasi filii obedientiæ, non cõfigurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis:
15 Sed secundum eum qui vocauit vos, Sanctum, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis:
16 Quoniam scriptum est, *Sãcti eritis, quoniam ego Sanctus sum.
17 Et si Patrem inuocatis eum qui 'sine acceptione personarum iudicat secundum vniuscuiusque opus: in timore, incolatus vestri tempore conuersamini.
18 Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis:
D 19 *Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati.
20 Præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos,
21 Qui per ipsum fideles estis in Deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam vt fides vestra & spes esset in Deo.
22 Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius:
23 Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum.
Esa. 40. b 7, ecclesiast. 14. c. 18, 1. Pet. 1. b. 10. 24 *Quia omnis caro vt fœnum: & omnis gloria eius tãquam flos fœni. exaruit fœnum: & flos eius decidit.
25 Verbum autem Domini manet in æternum. Hoc est autem Verbum quod euangelizatum est 'in vobis.

vos

CAP. II.

Rom. 6. a. 4. ephes. 4. f. 23, col. 3. b. 2, heb. 12 a. 1. 1 *DEponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones,
2 Sicut modo geniti infantes, 'rationabiles, & sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem.
'rationabile, (neutri gen.
3 Si tamen 'gustatis, quoniam dulcis est Dominus.
'gustastis
4 Ad quem accendentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum:
5 Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini, * domos spirituales in sacerdotium sanctum, 'offerentes spiritales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.
'domus spiritualis
offerre
Esa. 28. d. 11, rom. 9. f. 33. 6 Propter quod continet Scriptura, * Ecce pono in Sion Lapidem summum angulare, probatum, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur.
B 7 Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem* (lapis quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli:)
Psal. 117. 6. 23. mat. 21. d. 42. act. 4. b. 11. Esa. 8. c. 14. 8 *Et lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in * quo & positi sunt.
*quod
Exo. 19. a. 6. Ose 2. d. 24, rom. 9. f. 25. 9 Vos autem genus electum, * regale sacerdotium, genus sanctũ, populus acquisitionis: vt virtutes annũcietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suũ.
10 *Qui aliquando non populus Dei: nunc autem populus Dei. Qui non consecuti misericordiam: nunc autem misericordiam consecuti.
C 11 *Charissimi obsecro vos tanquã aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam,
Gal. 5. c. 16, rom. 13 d. 14. 12 Conuersationẽ vestram inter Gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.
Ro. 13. a. 2, 13 *Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: sive regi, quasi præcellenti,
14 Sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum:
15 Quia sic est voluntas Dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.
16 Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ, libertatem, sed sicut serui Dei.
17 Omnes honorate. * Fraternitatem diligite, Deum timete. Regem honorificate.
Rom. 12. 18 *Serui, subditi estote in omni timore, Dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.
Ephes. 6. a. 5, col. 3. d. 22.
19 Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè?
D 'gloria,
20 Quæ enim est' gratia, si peccantes, & colaphizati sufferetis? Sed si bene facientes patiẽtes 'patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum.
21 In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro 'vobis, vobis relinquens exẽplum vt sequamini vestigia eius.
vobis, nobis
22 'Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.
Esa. 53. c. 9, 1. Pet. 2. b.
23 Qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm paterentur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniustè.
1. d. 3.
24 *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis.
Esa. 53. b. 5.
25 Erratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

CAP. III.

1 *SImiliter & mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant.
Col. 3. d. 18, ephes. 5. c. 22.
2 Considerantes in timore' sanctam conuersationem vestram.
'castam
3 *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus:
1. Tim. 2. c. 9.
4 Sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, 'qui est in conspectu Dei locuples.
'quod est
5 Sic enim aliquãdo & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ proprijs viris,
6 *Sicut Sara obediebat Abrahæ, Dominũ eum vocans: cuius estis filiæ, bene facientes, & non pertimentes vllam perturbationem.
Gene. 18. b. 12.
B
7 *Viri similiter, cohabitantes secundũ scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam "cohæredibus gratiæ vitæ: vt non impediantur orationes vestræ.
1. Cor. 7. d. 8 "& In fine
8 'In fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles.
Pro. 17. b. 13, & 21. d. 12, rom. 12. d, 17. 2. 1. Pet. 3. d. 15.
9 *Non reddẽtes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed contrario, benedicentes, quia in hoc vocati estis vt benedictionem hæreditate possideatis.
Psal. 33. 10 'Qui enim vult vitam diligere, & dies vi- 6. 13.

dere bonos: Coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum,
Psal.33.g 11 *Declinet autem à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam: quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum:
12 Vultus autem Domini super facientes mala:
13 Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis?
Matth.5.c. 14 *Sed & si quid patimini propter iustitiã, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini:
15 Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe, & fide,
Sup.2.c.12 16 *Sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem.
D 17 Melius est enim vt benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm male facientes.
Heb.9.g. 18 *Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo, * mortificatos quidem carne, viuificatos autem Spiritu.
mortificatus qui 19 In quo & his qui in carcere erant * spiritu veniens prædicauit:
dem carne, viuificatus 20 Qui increduli fuerant aliquando, *quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam.
spiritibus, 21 Quod & * vos nunc similis formæ saluos facit baptisma (non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum) per resurrectionem Iesu Christi à mortuis,
Gen.6.b. *Matth.24.d.36, Luc.17.f.26.*
nos 22 Qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cælum, subiectis sibi Angelis & Potestatibus & Virtutibus.

CAP. IIII.

Ephes.6.f. 1 *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desiit à peccatis:
volutati 2 Vt iam non desideriis hominum, sed * voluntate Dei quod reliquum est in carne viuat temporis.
3 Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus.
vel, pere 4 In quo * admirabantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem blasphemantes.
grinatur,
B 5 Qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos.
6 Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est: vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum Deum in spiritu.
7 Omnium autem finis * appropinquabit. Estote itaque prudentes: & vigilate in orationibus.
appropinquauit.
8 Ante omnia autem, mutuam in * vobismetipsis charitatem continuam habentes: * quia charitas operit multitudinem peccatorum.
vosmetipsos *Prou.10.b.* 12.
9 *Hospitales inuicem sine murmuratione.
C
10 Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.
Rom.12.c. 13, *heb.13.* *a.2.Philip.* *2.b.14.*
11 Siquis loquitur: quasi sermones Dei. Si quis ministrat: tanquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.
12 Charissimi, nolite peregrinari in feruore (qui ad tentationem vobis fit,) quasi noui aliquid vobis contingat:
13 Sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.
D
Mat.5.
14 *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam * quod est honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus: super vos requiescet.
gloria. Dei Spiritus in vobis requiescit. Vel vt alii, gloriæ & Dei Spiritus in vobis requiescit.
15 Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.
16 Si autem vt Christianus: non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.
17 *Quoniam tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis: quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio?
Ier.24.f. 29. *Prouer.11.* *d.31.*
18 *Et si iustus quidem vix* saluabitur: impius & peccator vbi parebunt?
saluatur.
19 Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

CAP. V.

1 Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro, consenior & testis Christi passionum, qui & eius quæ in futuro reuelanda est, gloriæ communicator:
2 Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontanee secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie:
3 Neque vt dominantes in cleris, sed * forma facti gregis ex animo.
formæ (plur. num.
4 Et cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.
E
5 Similiter adolescentes subditi estote senioribus: omnes * enim inuicem humilitatem insinuate: quia * Dominus * superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.
Rom.12. *b.10.* *autem* *Deus* *Iac.4.b.6.* *Iac.4.c.10* *Mat.6.d.* 25, *Luc.12.* *c.22. Psal.* 54.*d.23.*
6 *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.
C
7 *Omnem solicitudinẽ vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.
8 Sobrij estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.
9 Cui resistite fortes in fide: scientes eãdem passionem ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.
10 Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.
11 Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.
D 12 Per Siluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans & contestans hanc esse veram gratiam Dei, in qua & statis.
13 Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone, * collecta: & Marcus filius meus.
coelecta *Rom.16.b* 20, 1.*cor.* 16.*d.*20, 2. *cor.*13.*d.*12
14 *Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

Argumentum in epistolam secundam beati Petri Apostoli.

Simon Petrus, per fidem, huic mundo sapientes mortuos esse declarat: eiúsdemque pietatis quanta sit magnitudo, luce ipsa clarius manifestat.

EPISTOLA BEATI PETRI Apostoli, secunda.

CAP. I.

Simeon 1 Simon Petrus, seruus & Apostolus Iesu Christi: iis qui cum quale nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri, & Saluatoris Iesu Christi.
2 Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei: & Christi Iesu Domini nostri.
3 Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatẽ, donata sunt, per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute.
donata est, 4 Per * quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.
quæ *Axe*
B 5 Vos autem eam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam,
6 In scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem,
7 In pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.
vobis quum adsint, 8 Hæc enim * si vobiscum adsint, & superent: non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione.
9 Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, oblitionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.
10 Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem
C & electionem faciatis, hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.
11 Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri & saluatoris Iesu Christi.
12 Propter quod incipiam vos semper commonere de his: & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate.
13 Iustum autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione:
14 Certus quòd velox est depositio tabernaculi mei * secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi.
Iean. 21.c. 18.
15 Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horũ omnium memoriam faciatis.
16 Non enim * indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi, virtutem & * præscientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis.
1.Cor.1.c. 17, 2.*c.*1.
doctas *præsentiam*
17 Accipiens enim a Deo Patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusce modi à magnifica gloria, * Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacuit ipsum audite.
Matth.17. *d.*17.
D
18 Et hanc vocẽ nos audiuimus de cælo allatam, cùm essemus cum ipso in monte sancto.
19 Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis, attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies eluescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris:
20 Hoc primum intelligentes, quòd * omnis prophetia * propria interpretatione nõ fit.
Scriptura 2.*Tim.*3 *d.*16.
21 Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.
Scripturæ

CAP. II.

1 Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, * Deum negant: in perditionem sibi celerem perditionem.
Dominum
2 Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur:
3 Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum non dormitat.
4 *Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos

in tartarum, tradidit cruciandos, in iudicium reseruari:

Gen.7.d.23 5 Et originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens:

Gen.19.d.24. 6 *Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens:

7 Et iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit.

8 Aspectu enim & auditu iustus erat: habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant:

*Domi-nus 9 Nouit *Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicii reseruare cruciandos.

10 Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes: sectas non metuunt introducere blasphemantes.

*à Domino 11 Vbi angeli, fortitudine & virtute cùm sint maiores, non portant aduersum se" execrabile iudicium.

*in 12 Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in pernicié, *his quæ ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt.

C 13 Percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias, *coinquinationes nationis & maculæ: deliciis affluentes, in conuiuiis suis luxuriantes vobiscum.

14 Oculos habentes plenos adulterii, & incessabilis delicti,

15 Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filii: derelinquentes rectam viã errauerunt, secuti viam Balaam ex Bosor,

Num.22.d.23.vnde d. 16 Qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò habuit suæ vesaniæ: *subiugale mutum animal, in hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam.

17 Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ: quibus caligo tenebrarum reseruatur.

*Superba D 18 *Superbia enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur:

19 Libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis: *à quo enim quis superatus est, huius & seruus est.

Ioan.8.d.34.Rom.6.c.16. 20 Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.

Matth.12.d.45.heb.6.a.4. 21 Melius enim erat illis non cognoscere viã iustitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.

Prouer.26.f.11. 22 Contigit enim eis illud veri prouerbii, *Canis reuersus ad suum vomitum &, Sus lota in volutabro luti.

CAP. III.

1 HAnc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione, synceram mentem:

2 Vt memores sitis eorum quæ prædixi verborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini & Saluatoris:

3 Hoc primum scientes, "quòd venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes:

1.tim.4.d. 2.tim.3.a., iude d.18.

4 Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ.

B

5 Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant prius, & terra, de qua & per aquam, consistens Dei verbo:

6 Per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit.

7 Cæli autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in *die iudicii & perditionis impiorum hominum.

*diem

8 Vnum vero hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominũ sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus.

9 Non tardat Dominus" promissionẽ suam, *promissa sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

C

10 *Aduenient autem dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.

1.Thess.5.a.2.apoc.3.a.3.16.c.15

11 Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus,

12 Expectantes & properantes in aduentum diei" Domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa igne ardore tabescent?

"Dei

13 *Nouos verò cælos & nouam terram" & Apoc.21. promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.

a.1.pet.3.c.13,16.g.

14 Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace:

"secundũ promissa D

15 *Et Dominj nostri Iesu Christi longanimitatem, salutem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis:

Rom.2.d.4.

16 Sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

17 Vos igitur fratres, præscientes, custodite ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate:

18 Crescite verò in gratia & in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

Argu-

Argumentum in Epistolam primam Ioannis Apostoli.

Rationem verbi, & quòd Deus ipse sit charitas, manifestat, & fraternos nec Deum fieri, nec piorum fieri posse eosque differens, vt esse compertos homicidas: eo quod odium, sit interficiendi occasio.

EPISTOLA IOANNIS Apostoli prima.

CAP. I.

1 QVod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerũt de verbo vitæ,

2 (Et vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis,)

B 3 Quod vidimus & audiuimus, annũtiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum: & societas nostra sit cum Patre & cum Filio eius Iesu Christo.

4 Et hæc scribimus vobis vt gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum.

5 Et hæc est annuntiatio quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis, * Quoniam Deus lux est: & tenebræ in eo nõ sunt vllæ.

Ioan.8.b.12.

C 6 Si dixerimus quoniam societatem habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatem non facimus.

7 Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce: societatem habemus adinuicem, & sanguis Iesu Christi Filii eius emundat nos ab omni peccato.

Heb.9.d.24.1.pet.1.d.19.apoc.1.b.5.

8 * Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

D

3.Reg.8.c.46.2.par.6.g.36.prouer.20.6.9.

9 Si confiteamur peccata nostra: fidelis est & iustus vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

10 Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.

CAP. II.

1 FIlioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum.

2 Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

3 Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius *obseruamus.

*obseruemus.

4 Qui dicit se nosse *Deum, & mandata eius non custodit: mendax est, & in hoc veritas non est.

*eum

5 Qui autem seruat verbum eius: verè in hoc charitas Dei perfecta est, in hoc scimus quoniam in ipso sumus.

6 Qui dicit se in "Christo manere: debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

"ipso

7 Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatũ vetus est verbum quod audistis.

8 Iterum mandatum nouum scribo vobis, * quod verum est & in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet.

9 Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit: in tenebris est vsque adhuc.

10 Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est:

11 Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

12 Scribo vobis filioli quoniam remittuntur vobis peccata vestra propter nomen eius.

13 Scribo vobis patres quoniam cognouistis eum, qui ab initio est.

14 Scribo vobis adolescentes quoniam vicistis Malignum. "Scribo vobis infantes quoniam cognouistis Patrem. "Scribo vobis iuuenes quoniam fortes estis, & verbũ Dei manet in vobis, & vicistis Malignum.

"Scripsi vobis a.1. Iescentes C

15 Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum: non est charitas Patris in eo.

16 Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.

17 Et mundus "transit, & concupiscentia eius: qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

"transijt (præs. tẽpus)

18 Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt, vnde scimus quia nouissima hora est.

19 Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis: permansissent vtique nobiscum, sed vt manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis.

20 Sed vos Vnctionem habetis à Sancto, & nostis omnia.

21 Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est.

22 Quis est mẽdax, nisi is qui negat quoniam D

Iesus non est Christus? Hic est Antichristus qui negat Patrem & Filium.
23 Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet, qui confitetur Filium, & Patrem habet.
24 Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis,
25 Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam.
26 Hæc scripsi vobis de his qui seducũt vos.
27 Et vos Vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut Vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & nõ est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo.
28 Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non cõfundamur ab eo in aduentu eius.
29 Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

CAP. III.

1 VIdete qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filii Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit nos: quia non nouit eum.
2 Charissimi, nunc filii Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniã cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.
3 Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.
4 Omnis qui facit peccatũ, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas.
Esa.53.c. 9. 1.pet.2. d.22. 5 Et scitis quia ille apparuit vt peccata nostra tolleret: * & peccatum in eo non est.
6 Omnis qui in eo manet, non peccat, & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.
B 7 Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est.
"Ioan.8.f. 44. 8 *Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.
9 Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & nõ potest peccare, quoniam ex Deo natus est.
10 In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui
"nõ facit iustitiam, non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.
11 Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, * Vt "diligamus alterutrum.
Ioan.13.d. 34.15.b.12. "diligatis 12 Non sicut *Cain qui ex Maligno erat: & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta.
Gen.4.b.8.
C 13 Nolite mirari fratres, si odit vos mũdus.
Sap.2.b.10. Leuit. 19.d. 27 14 Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. *Qui non diligit, manet in morte.
15 Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam "in se manentem.
16 *In hoc cognouimus charitatẽ Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. "in semet ipso Ioan.15.d. 13.*
17 Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?
18 Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.
D 19 In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus: & in conspectu eius suadebimus corda nostra.
20 Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.
21 Charissimi, si cor nostrum non reprehẽderit nos: fiduciam habemus ad Deum.
Matth.22.c. 22. 22 *Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus.
Ioan.6.d. 29,17.a.3. 23 *Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine Filii eius Iesu Christi: & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis.
24 *Et qui seruat mandata eius: in illo manet, & ipse in eo, & in hoc scimus quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis. *Ioan.13.d. 34.15.b.10*

CAP. IIII.

1 CHarissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.
2 In hoc cognoscitur Spiritus Dei: Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est:
3 Et omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est.
4 Vos ex Deo estis filioli, & vicistis *eum, "eos, quoniam maior est qui in vobis est, quam qui in mundo.
5 Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.
B 6 Nos ex Deo sumus, *Qui nouit Deum audit nos, qui non est ex Deo: non audit nos. *Ioan.8.f. 47.* In hoc cognoscimus Spiritum veritatis & spiritum erroris.
7 Charissimi, diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum.
8 Qui non diligit non nouit Deum: quoniam Deus charitas est.
Ioã.3.b.16 9 *In hoc apparuit Charitas Dei in nobis quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum.
10 In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. "sic *Ioan.1.c. 28,1.tim.1. b.16.*
11 Charissimi, si "Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere.
C 12 *Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus "inuicem:

inuicem: Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est.
13 In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu sancto suo dedit nobis.
14 Et nos vidimus, & testificamur quoniã Pater misit Filium suum Saluatorem mundi.
15 Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei: Deus in eo manet, & ipse in Deo.
16 Et nos cognouimus, & credidimus charitati quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.
D 17 In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.
18 Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet, qui autem timet: non est perfectus in charitate.
19 Nos ergo diligamus Deum: quoniã Deus prior dilexit nos.
20 Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum: & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem *"videt: Deum quem non videt, quomodo potest diligere?
vidit Ioan.13.d. 34.15.b.12. 21 *Et hoc mandatum habemus * à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.
*ab eo:

CAP. V.

1 OMnis qui credit quoniam Iesus, est Christus, ex Deo natus est. Et omnis, qui diligit eum, qui genuit: diligit & eum qui natus est ex eo.
In hoc cognoscimus quoniam diligamus natos Dei, cùm Deum diligamus, & mandata eius faciamus.
3 Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: * & mandata eius grauia non sunt.
Matth.11. d.30. 4 Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundũ: & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra.
1.Cor.15.g. 57. 5 *Quis est autem, qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei?
E 6 Hic est qui vẽnit per aquã & sanguinem Iesus Christus, non in aqua solùm: sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur: quoniam Christus est veritas.
7 Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.
8 Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres, vnũ sunt.
9 Si testimonium hominum accipimus: testimonium Dei maius est, quoniam hoc est testimoniũ Dei quod maius est, quoniam testificatus est de Filio suo.
C 10 Qui credit in Filium Dei habet testimonium Dei in se. * Qui non credit Filio, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo. *Ioan.3.d. 37.*
11 Et hoc est testimonium. Quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius est.
12 Qui habet Filium Dei: habet vitam: qui non habet Filium Dei: vitam non habet.
13 Hæc "scribo vobis: vt sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. *"scripsi*
14 Et hæc est fiducia quam habemus ad "Deum, Quia quodcũque petierimus secũdum voluntatem eius, audit nos. *"eum,*
15 Et scimus quia audit nos quicquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas "postulamus ab eo. *"postulauimus*
16 Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, "petet: & dabitur ei vita, peccanti nõ ad mortem. * Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis,
17 Omnis iniquitas, peccatum est: & est peccatum ad mortem. *"petet: & dabit ei vitã, peccantibus*
18 Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non "tanget eum. *"Est "tangit*
19 Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est.
20 Et scimus quoniam Filius Dei venit: & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna.
21 Filioli custodite vos à simulacris". *"Amen.

Argumentum in Epistolam secundam Ioannis Apostoli.

Vt quædam ad sanctam fœminam scribit, vt eandem dominam non dubitet literis appellare: eiusdemque filiis testimonium quòd ambulent in veritate, perhibeat.

EPISTOLA IOANNIS Apostoli secunda.

1 SEnior, Electæ dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatem.
2 Propter veritatem quæ per- "nobis, & manet in *vobis, & vobiscũ erit in æternũ.
3 Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Christo Iesu Filio Patris in veritate & charitate. "nobiscũ
4 Gauisus sum valde quoniam inuenti de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut man- B

datum accepimus à Patre.
5 Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, *vt diligamus alterutrum.
6 Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, Vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis:
C 7 Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem: hic est seductor & Antichristus.
8 Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis.
9 Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi: Deũ non habet. Qui permanet in doctrina: hic, "Patrem & Filium habet.
10 Si quis venit ad vos, & hanc doctrinã non affert: nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis.
11 Qui enim dicit illi Aue: communicat operibus eius malignis.
12 Ecce, prædixi vobis: vt in die Domini non confundamini.
13 Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum, spero enim me futurum "apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit.
14 Salutant te filii sororis tuæ Electæ.

*Ioan.15.b.13.

"E

D

"ad

Argumentum in epistolam tertiam Ioannis Apostoli.

Caium pietatis causa extollit: atque vt in ipsa pietate maneat, exhortatur. Diotrephen impietatis & superbiæ causa obiurgat. Demetrio autem bonum testimonium perhibet, cum fratribus vniuersis.

EPISTOLA IOANNIS Apostoli tertia.

1 SEnior Gaio charissimo quem ego diligo in veritate.
2 Charissime, de omnibus orationem facio prosperè te ingredi & valere, sicut prosperè agit anima tua.
B 3 Gauisus sum valde venientibus fratribus & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas.
"Maius his non habeo gaudium,
4 "Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate, ambulare.
5 Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres,
6 Et hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ: quos, "bene faciens, deduces dignè Deo,
"benefacies, deducens.
7 Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus.
C 8 Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritatis.
9 Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes, non recipit nos.
10 Propter hoc si venero, commonebo eius opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos, & quasi non ei ista sufficiant: neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, prohibet, & de ecclesia eiicit.
11 Charissime, noli imitari malũ, sed quod bonum est. Qui bene facit, ex Deo est: qui male facit, non "vidit Deum.
D
"vidis
12 Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus, & nosti quoniam testimonium nostrum verum est.
13 Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi.
14 Spero autem protinus te videre: & os ad os loquemur.
15 Pax tibi. Salutant te amici. Salua amicos nominatim.

Hieronymus in cathalogo scriptorum ecclesiasticorum.

Iudas frater Iacobi paruam quidem, quæ de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonia, à plerisque reiicitur: tamen authoritatem vetustate iam & vsu meruit, & inter sanctas Scripturas computauit.

Argumentum in Epistolam Iudæ Apostoli.

Iudas Apostolus fratrem de corruptoribus viæ veritatis ita informat, vt illicitum esse differat de sub iugo semel emisso seruitutis, denuò optatam suam officia nauare seruitiolum.

IVDAE APOSTOLI Epistola catholica.

1 IVdas Iesu Christi seruus, frater autẽ Iacobi. his qui sunt in Deo Patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis, & vocatis,
2 Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur.
3 Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans "supercertari semel traditæ sanctis fidei.
"supercertare
4 Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impii, "Domini nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.
"Deũ
5 Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus, populum de Terra Aegypti saluans, "secundo eos qui non crediderunt, perdidit.
Num.14. f.37. 2.Pet.2. a.4.
6 "Angelos veto qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni "Dei, vinculis æternis sub caligine reseruauit.
B
"diei, Genes.19.c. 24.
7 "Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, "facti sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.
"factæ
8 Similiter & hi carnem quidem maculant dominationem autem spernũt, maiestatem autem blasphemant.
9 Cum Michael archangelus, cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit, Imperet tibi "Deus.
"Dominus.
10 Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant: quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.
11 Væ illis, "qui in via "Caĩ abierunt: & "errore Balaam, mercede effusi sunt, & in "contradictione Core "abierunt.
"quia
C
Gen.4.b.2 Num.22.d 23. Num.16. a.1, 2.pet. 2.d.17.
"perierũt
12 Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ,
13 Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.
14 Prophetauit autem & de Iis septimus ab Adam, Enoch, dicẽs, "Ecce vẽnit Dominus in sanctis millibus suis,
Apo.1.b.7
15 Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, & de omnibus duris quæ locuti sunt contra "Deum peccatores impii.
"eum
16 Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & "os eorum loquitur superbiam, mirãtes personas quæstus causa.
Psal.16.f. 10.
17 Vos autem charissimi, memores estote "superba, verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis D Domini nostri Iesu Christi,
"superbia
18 Qui dicebant vobis, "quoniam "in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes "in impietatibus.
1.Ti.4.c.1 2.Tim.3.a 2.pet.3. c.3.
19 Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes.
"in nouissimo tem pore
20 Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ "nostræ fidei, in "impietatum.
21 "Vosmetipsos in dilectione Dei seruate, "vestræ expectantes misericordiam Domini nostri "Ipsos Iesu Christi in vitam æternam.
vos
22 Et hos quidem arguite iudicatos: illos verò saluate, de igne rapientes:
23 Aliis autem miseremini in timore: odientes & eam quæ carnalis est, maculatam tunicam.
24 Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu Domini nostri Iesu Christi,
25 Soli Deo saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne seculum: & nunc & in omnia secula seculorum. Amen.

APOCALYPSIS IOANnis Apostoli.

CAP. I.

Ioannes in insula Patmos videt Dei visionem.

1 APOCALYPSIS IESV Christi quã dedit illi Deus, palãm facere seruis suis quæ oportet fieri cito: & significauit, mittens per angelum suum seruo suo Ioanni,
2 Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit.
3 Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est.
4 Ioannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax ab eo "Qui est, & Exod.3.d Qui erat, & Qui venturus est, & a septem

spiritibus qui in cõspectu throni eius sunt,
R 5 Et a Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo,
6 Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri suo, ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.
7 Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam. Amen.
8 Ego sum α & ω, principium & finis, dicit Dominus Deus, Qui est, & Qui erat, & Qui venturus est, omnipotens.
9 Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei & testimonium Iesu.
10 Fui in spiritu in dominica die, & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis,
11 Quod vides, scribe in Libro: & mitte septem ecclesiis quæ sunt in Asia. Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ.
12 Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus vidi septem candelabra aurea:
13 Et in medio septem candelabrorum aureorum similem Filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas Zona aurea.
14 Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi eius tanquam flamma ignis:
15 Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti: & vox illius tãquam vox aquarum multarum.
D 16 Et habebat in dextera sua stellas septẽ, & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius, sicut sol lucet in virtute sua.
17 Et cùm vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus: & posuit dexteram suam super me, dicens,
18 Noli timere: ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni.
19 Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.
20 Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ, angeli sunt septem ecclesiarum: & candelabra septem, septem ecclesiæ sunt.

Col.2.c.2, 2.Cor.15.c. 21. Heb.9.d. 14.1.Pet.c. d.19.Ioan. 1.d.17. 1.Pet.1. a.5. Esa.3.c.14 marth.24.c. 30.Iude v. 14.Zach.12. b.6.22.c. 13.

CAP. II.

Quid scribendum Deus voluerit Ecclesiis septem.

1 ET angelo Ephesi ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum,
2 Scio opera tua & laborem, & patientiam tuam: & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces:
3 Et patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti.
4 Sed habeo aduersum te pauca, quòd charitatem tuam priorem reliquisti.
5 Memor esto itaque vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.
6 Sed hoc habes, quia audisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.
7 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.
8 Et angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit,
9 Scio tribulationem tuam & paupertatem G tuam, sed diues es: & blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ.
10 Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tententur: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ.
11 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.
12 Et angelo Pergami Ecclesiæ scribe, Hæc D dicit qui habet romphæam vtraque parte acutam.
13 Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ: "& tenes nomen meum, & non negasti fidem meã. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat.
14 Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illhic tenentes doctrinam Balaam, "qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel edere & fornicari:
15 Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.
16 Similiter pœnitentiam age, si quo minus: veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.
17 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus di E cat ecclesiis, Vicenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo, nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.
18 Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tãquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco.
19 Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus.
20 Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem "Iezabel, quæ se dicit prophetam docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.
21 Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret: & nõ vult pœnitere à fornicatione sua.
22 Ecce ego mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis

Num.25.d 14, 25.d.31

1.Reg.16 2.Esd.9.

fuis egerint.
"in mortem, 23 Et filios eius interficiam "in mortem, & 1.Reg.16. b.33. pſal. scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutans renes & corda: & dabo vnicuique vestrum secundum opera "vestra.
7.c.10.ier. 17.b.10. "tua. 24 Vobis autem dico, & cæteris qui Thyatiræ estis, Quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt "altitudinem satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus.
"altitudines, plurium. 25 Tamen id quod habetis, tenete donec veniam.
"qui Psa.2.c.9 26 Et qui vicerit & "custodierit vsque in finem opera mea: "dabo illi potestatem super gentes,
27 Et reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur,
28 Sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam.
29 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.

CAP. III.

Monentur Ecclesiæ Sardis, Philadelphiæ & Laodiceæ.

1 ET angelo ecclesiæ Sardis scribe, Hæc dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas, Scio opera tua: quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es.
2 Esto vigilans, & confirma cætera quæ mo ritura erant. Non enim "inuenio opera tua plena coram Deo meo.
"Inueni (prgt. tẽ. 3 In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris: & iterua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te "tanquã fur, & nescies qua hora veniam ad te.
Inf.16.c. 15, 2.theſſ. 5.d.2, 2. Pet.3.c.10. 4 Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.
5 Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis & non delebo nomen eius de Libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram angelis eius.
B 6 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.
Esa.22.f. 22, Iob 12. 14. 7 Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit Sanctus & Verus, "qui habet clauem Dauid: qui aperit, nemo claudit: claudit, & nemo aperit.
2 Scio opera tua: ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbũ meum, & non negasti nomen meum.
9 Ecce dabo de synagoga satanæ qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos vt veniant, & adorẽt ante pedes tuos: & scient quia ego dilexi te.
C 10 Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra.
11 Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.
12 Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo & nomen meum nouum.
13 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.
14 Et angelo Laodiceæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit, Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei.
15 Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus.
16 Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo:
17 Quòd dicis quia dives sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.
18 Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias: & vestimentis albis indueris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos vt videas.
19 "Ego quos amo, arguo & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age,
20 Ecce sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.
21 Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & consedi cum Patre meo in throno eius.
22 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.

Esa.22.f. 22, Iob 12. 14.

Prouerr.3.c. 12.hebr. b.11.

CAP. IIII.

Videntur circa thronum Dei sedilia, & animalia.

1 POST hæc vidi: & ecce ostium apertum in cælo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri citò post hæc.
2 "Statim fui in spiritu, "ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. "Et "&
3 Et qui sedebat, similis erat aspectu Iapidis iaspidis, & "sardinis: & iris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdinæ. "sardinis
B 4 Et in circuitu sedis, sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor senio res sedentes, circumamicti vestimẽtis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.
5 Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardẽtes ante thronũ "qui sunt septem Spiritus "quæ Dei,
6 Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro.
C 7 Et animal primum, simile leoni: & secundum, "simile vitulo: & tertium animal, habens faciem quasi hominis: & quartum animal, simile aquilæ volanti. animal
8 Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas in circuitu: & intus plena sunt oculis, & requiem non habebant die ac nocte, dicentia, "Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens. Qui erat, & Qui est, & Qui venturus est. Esa.6.a.3
9 Et cùm darent illa animalia gloriam & D

honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum,
10 Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes,
11 Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.

CAP. V.

Videtur liber cum septem sigillis & agnus occisus.

1 ET vidi in dextera sedentis supra thronum, Librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.
2 Et vidi angelum fortem, & prædicantem voce magna, Quis est dignus aperire Librum, & soluere signacula eius?
3 Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terrã aperire Librum, neque respicere illum.
4 Et ego flebam multum quoniam nemo dignus inuentus est aperire Librum, nec videre eum.
5 Et vnus de senioribus dixit mihi, Ne fleueris: ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire Librum, & soluere septem signacula eius.
6 Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, Agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septem; qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.
7 Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno Librum.
8 Et cùm aperuisset Librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum:
9 Et cantabant canticum nouum, dicentes, Dignus es Domine accipere Librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione,
10 Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.
11 Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna,
12 Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.
13 Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo, omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, & Agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum.
14 Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem in secula seculorum.

CAP. VI.

Visiones varii generis.

1 ET vidi quod aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens tanquam vocem tonitrui, Veni, & vide.
2 Et vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.
3 Et cùm aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens, Veni, & vide.
4 Et exiit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.
5 Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens, Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua.
6 Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentium, Libris tritici, denario vno, & tres libres hordei denario vno, & vinum & oleum ne læseris.
7 Et cùm aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni, & vide.
8 Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomẽ illi Mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ & interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ.
9 Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant.
10 Et clamabant voce magna, dicentes, Vsquequo Domine, (sanctus, & verus) non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra?
11 Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi.
12 Et vidi, cùm aperuisset sigillum sextum: & ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis:
13 Et stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno mouetur:
14 Et cælum recessit sicut liber involutus: & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt:
15 Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber abscondérunt se in speluncis & in petris montium:
16 Et dicunt montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni.
17 Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare?

CAP. VII.

Signantur electi Dei, ne cum impiis pereant.

1 POst hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes qua

quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem.
2 Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens,
3 Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.
4 Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.
5 Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati.
6 Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati.
7 Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati.
8 Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati.
9 Post hæc vidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum,
10 Et clamabant voce magna, dicentes, Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno.
11 Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium: & ceciderunt in cõspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes,
12 Amen: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen.
13 Et respondit vnus de senioribus: & dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt?
14 Et dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni.
15 Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos.
16 Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus.
17 Quoniã Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

CAP. VIII.

Sequitur cantum angelicarum tubarum orbis excidium.

1 ET cùm aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cælo, quasi media hora.
2 Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ.
3 Et alius angelus venit, & stetit ante aram, habens thuribulũ aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.
4 Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo.
5 Et accepit angelus thuribulum aureum, & implenit illud de igne altaris, & misit in terram, & factæ sunt tonitrua & voces & fulgura, & terræmotus magnus.
6 Et septem angeli qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tuba canerent.
7 Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis missa in sanguine: & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborũ concremata est, & omne fœnum viride combustum est.
8 Et secundus angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare, & facta est tertia pars maris, sanguis:
9 Et mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interiit.
10 Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna ardens tanquam face, & cecidit in tertiã partem fluminum, & in fontes aquarum.
11 Et nomen stellæ dicitur Absinthium, & facta est tertia pars aquarũ in Absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.
12 Et quartus angelus cecinit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.
13 Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna, Væ, væ, væ habitantibus in terra: de cæteris vocibus trium angelorum qui erant tubã canituri.

CAP. IX.

Væ & malum sequitur tantum reliquorum tubarum.

1 ET quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi.
2 Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aër de fumo putei.
3 Et de fumo putei exierũt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ:
4 Et præceptũ est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi tantum homines qui non habent signum Dei in frontibus suis.
5 Et datum est illis ne occiderent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus scorpii cum percutit hominem.
6 Et in diebus illis quærent homines mor-

tem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

Sapientiæ. 6. 9. 7 *Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tanquam coronæ, similes auro: & facies earum tanquam facies hominum.

8 Et habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes earum, sicut dentes leonum erant.

9 Et habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarũ earum sicut vox currũ equorum multorum currentium in bellum.

10 Et habebant caudas similes scorpionum: & aculei erant in caudis earum: & potestas earũ nocere hominibus mensibus quinque.

11 Et habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abadon, Græcè autem Apollyon: Latinè habẽs nomen Exterminans.

12 Væ vnũ abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ post hæc.

13 Et sextus angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto angelo qui habebat tubam,

14 Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.

15 Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erãt in horã & diem & mensem & annum: vt occiderent tertiam partem hominum.

16 Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum.

17 Et ita vidi equos in visione: & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas. & capita equorum erant tanquã capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur.

18 Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne & de fumo & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorum.

D 19 Potestas enim equorũ in ore eorum est, & in caudis eorum. nam caudæ eorum, similes serpentibus, habentes capita: & in his nocent.

20 Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, vt non adorarent dæmonia & *simulachra aurea & argentea & ærea, & lapidea & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare.

Psal. 113. b. 4, 134. c. 15.

21 Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

CAP. X.

Loquuntur septem tonitrua, & deuorat Ioannes librum.

1 ET vidi alium angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam *columna ignis.

*colũnæ Cplur. nu.

2 Et habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram:

3 Et clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit.

4 Et cùm clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. Et cùm locuta fuissent septem tonitrua voces suas, & ego scripturus eram: & audiui vocem de cælo dicentem mihi, Signa quæ locuta sunt septẽ tonitrua, & noli ea scribere.

5 *Et angelus quem vidi stantem super mare & super terrã, leuauit manum suam ad cælum.

Dan. 12. c.

6 Et iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cælum & ea quæ in eo sunt, & terram, & ea quæ in ea sunt: & mare, & ea quæ in eo sunt, Quia tempus non erit amplius,

7 Sed in diebus vocis septimi angeli, cùm cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos & Prophetas.

8 Et audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum, & dicentem. Vade, & accipe librum apertum de manu angeli stãtis super mare & super terram.

9 Et abii ad angelum, dicens ei vt daret mihi librum. Et dixit mihi, *Accipe librum & deuora illum: & faciet amaricari vtrem tuũ, sed in ore tuo erit dulce tanquã mel.

Ezech. 3. a. 1.

10 Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cùm deuorassem eum, amaricatus est venter meus, & dixit mihi,

11 Oportet te iterum prophetare Gẽtibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

CAP. XI.

Duæ oliuæ & duo candelabra stant ante Deum.

1 ET datus est mihi calamus similis virgæ, & dictũ est mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.

2 Atrium autem quod est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus, & Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.

3 Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

4 Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.

5 Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. & si quis voluerit eos lædere: sic oportet eum occidi.

6 Hi habent potestatem clandendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint.

7 Et cùm finierint testimonium suum: bestia quæ ascẽdit de abysso, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.

8 Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur Spiritualiter Sodoma & AEgyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est.

Et

9 Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorũ per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis.

C 10 Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniã hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant super terram.

11 Et post dies tres & dimidium, spiritus vitæ à Deo intrauit in eos, & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos.

12 Et audierunt vocem magnam de cælo, dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in cælum in nube: & viderunt illos inimici eorum.

13 Et in illa hora factus est terræmotus magnus: & decima pars Ciuitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli.

14 Væ secundum abiit: & ecce væ tertium veniet cito.

15 Et septimus angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cælo dicẽtes, Factum est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, & *regnabunt in secula seculorum, Amen.

D *regnabit

16 Et viginti quatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderũt in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes,

17 Gratias agimus tibi Domine Deus noster omnipotens, Qui es, & Qui eras, & Qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.

18 Et iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis & sanctis, & timẽtibus Nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terrã.

19 Et apertum est templum Dei in cælo: & visa est arca testamẽti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.

CAP. XII.

Fit prælium in cælo, & deiiciunt draco antiquus.

1 ET signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim.

2 Et in vtero habens & *clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.

*clamat

3 Et visum est aliud signum in cælo, & ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus eius diademata septem,

4 Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terrã, & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cum peperisset, filium eius deuoraret.

5 Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gẽtes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum & ad thronũ eius.

B *habet

6 Et mulier fugit in solitudinem vbi *habebat locum paratũ à Deo, vt ibi *pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.

*pascant

7 Et factum est prælium magnum in cælo: Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius:

8 Et non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo.

9 Et proiectus est draco ille magnus, serpẽs antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt

10 Et audiui vocem magnam in cælo dicentem, Nũc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrũ nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte:

C

11 Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonii sui, & non dilexerũt animas suas vsq; ad mortẽ.

F

12 Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.

13 Et postquam vidit draco quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem quæ peperit masculum:

14 Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie serpentis.

D

15 Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine.

16 Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo.

17 Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi.

18 Et stetit supra arenam maris.

CAP. XIII.

Apparet bestia cum septem capitibus & decem cornibus.

1 ET vidi de mari bestiam ascendentem, habẽtem capita septem, & cornua decem: & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ.

B

2 Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam & potestatem magnam.

3 Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam.

4 Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea?

5 Et datum est ei os loquẽs magna & *blasphemiã: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos.

B *blasphemias

6 Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant.
7 Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem:
8 Et adorauerunt eam omnes qui 'inhabitabãt terram, *quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.
9 Si quis habet aurem, audiat.
10 Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem "vadet: *qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hîc est patientia & fides sanctorum.
11 Et vidi aliam bestiã ascendentem de terra: habebat & cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut draco.
12 Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram & habitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis.
13 Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum.
14 Et "seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra vt faciant imaginem bestiæ quæ habet plagam gladii, & vixit.
15 Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ: & 'faciet vt quicunque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur.
16 Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis.
17 Et ne quis possit emere aut vendere, nisi qui "habeat characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.
18 Hîc sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

'inhabitant *Philip.4. a.3, inf 20. d.12, 21.3. 35. sup.3. d.6.*
"vadit *Gene.9.a. 6 matth. 26.c.52.*
'seducit
'faciat
"habet

CAP. XIIII.

Puri homines stant cum Agno.

1 ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habẽtes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frõtibus suis.
2 Et audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.
3 Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.
4 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequũtur Agnum quocunque ierit.
5 Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno: & in ore eorũ non est inuentum mendaciũ, sine macula enim sunt ante thronum Dei.
6 Et vidi alterum angelum volantem per medium cæli habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum dicens magna voce,
7 Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius: & adorate eum *qui fecit cælum & terram, & mare & fontes aquarum.
8 Et alius angelus secutus est dicens, *Cécidit, cécidit Babylon illa magna: quæ a vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.
9 Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna, Si quis adorauerit bestiã & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua:
10 "Hic bibet de vino iræ Dei, quod mistũ est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni.
11 Et fumus tormentorum eorum "descendet in secula seculorum: nec habẽt requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius.
12 Hîc patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu.
13 Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. opera enim illorum sequuntur illos.
14 Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.
15 Et alius angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, *Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ.
16 Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam 'in terra: & demessuit eam.
17 Et alius angelus exiuit de templo quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam.
18 Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius.
19 Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum:
20 Et calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

'ascendet
Matth. 13. f.39. sect. 3 c.13.
'in terrã: & demessa est terra

CAP. XV.

Visitores vitiæ laudant Deum.

1 ET vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile: angelos septem, habentes plagas septem nouissimas, quoniã in illis consummata est ira Dei.

Et

2 Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius, & numerum nominis eius stãtes super mare vitreum, habentes citharas Dei:
3 Et cãtantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: * iustæ & veræ sunt viæ tuæ Domine rex seculorum.
4 Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomẽ tuum? * quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt.
5 Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in cælo:
6 Et exierunt septẽ angeli, habentes septem plagas, de templo: vestiti' lapide mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis,
7 Et vnum de quatuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum.
8 Et impletum est templum Dei fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum.

Psal.144. 4.17. Ier.32.a.6.
Psal.145. a.4 Esa.21.c. 9, Ier.51. 2.8.
'lino

CAP. XVI.

Ad effusionem septem phialarum venitur plagæ in terra.

1 ET audiui vocem magnam de templo, dicẽtem septem angelis, Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram.
2 Et abiit primus angelus, & effudit phialam suam in terram, & factũ est vulnus fœtuum & pessimum in homines qui habebãt characterem bestiæ, & in eos qui adorauerunt bestiam & imaginem eius.
3 Et secundus angelus effudit phialã suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens, mortua est in mari.
4 Et tertius effudit phialam suam super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis.
5 Et audiui angelum aquarum dicentem, Iustus es Domine, Qui es, & Qui eras, Sanctus 'quia hæc iudicasti:
6 Quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt.
7 Et audiui alterum dicentem, Etiam Domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua.
8 Et quartus angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines & igni:
9 Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam: vt darent illi gloriam.
10 Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore:
11 Et blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.
12 Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ob ortu solis.
13 Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum.
14 Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diẽ magnum omnipotentis Dei.
15 *Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambuler, & videant turpitudinem eius.
16 Et congregabit illos in locum qui vocatur Hebraice Armageddon.
17 Et septimus angelus effudit phialam suam in aërem: & exiuit vox magna de templo à throno, dicens, Factum est.
18 Et facta sunt fulgura, & voces & tonitrua: & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus sic magnus.
19 Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare illi calicem vini indignationis iræ eius.
20 Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti.
21 Et grando magna sicut talentum, descendit de cælo in homines: & blasphemauerũt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.

Sup.3.a.5 matth.24. d.43 luc. 12.c.39.
"vidisset

CAP. XVII.

Mulier cum poculo sedet super bestiam.

1 ET venit vnus de septem angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas.
2 Cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius.
3 Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem & cornua decem.
4 Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureũ in manu sua, plenum 'abominatione & immunditia fornicationis eius,
5 Et in fronte eius nomen scriptum, Mysterium: Babylo magna, mater fornicationum & abominationum terræ.
6 Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cum' viderem illam, admiratione magna.
7 Et dixit mihi angelus, Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita se-

'abominationũ

Q i

ptem. & cornua decem.

8 Bestia quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abyssо, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terrā (quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiā quæ erat, & non est.

C 9 Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita: septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.

10 Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit: & cùm venerit, oportet illum breue tempus manere.

11 Et bestia quæ erat, & non est: & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit.

12 Et decem cornua quæ vidisti: decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient, post bestiam.

13 Hi vnum consilium habent & virtutem & potestatem suam bestiæ tradent.

D 14 Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt vocati, & electi, & fideles.

15 Et dixit mihi, Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet: populi sunt, & gentes, & linguæ.

16 Et decem cornua quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.

17 Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi: vt det regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei.

18 Et mulier quam vidisti: est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAP. XVIII.

Iudicium Babylonis describitur.

1 ET post hæc vidi alium angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius.

Esa. 21. r. 9. infra 19. 3. 2 Et exclamauit in fortitudine dicens,* Cecidit cecidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis:

3 Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt.

4 Et audiui aliam vocem de cælo, dicētem, B Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.

5 Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum & recordatus est* Dominus iniquitatum eius.

*Deus

6 Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum.

C 7 Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date illi tormētum & luctum: quia in corde suo dicit, Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo.

8 *Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus & fames, & igne comburetur: quia fortis est* Deus qui iudicabit illam. *Esa. 47. b. a. 9. *Dominus

9 Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cùm viderint fumum incendii eius:

10 Longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes, Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.

11 Et negotiatores terræ flebunt, & lugebūt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius. D

12 Merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & coci, & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso & æramento, & ferro, & marmore,

13 Et cinamōmum, & amomum, & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum.

14 Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenient. E

15 Mercatores* hominum, qui diuites facti *horum sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes, ac lugentes, & dicentes,

16 Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssо, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis.

17 Quoniam vna hora destituta sunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnes qui in locum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longe steterunt. F

18 Et clamauerunt videntes locum incendii eius, dicentes, Quæ similis ciuitati huic magnæ?

19 Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes, & lugentes, dicētes, Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretiis eius: quoniam vna hora desolata est.

20 Exulta super eam cælum & sancti Apostoli & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa.

21 Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & vltra iam non inuenietur. G

22 Et vox citharœdorum & musicorum, & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius, & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius,

23 Et lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes.

Et in

24 Et in ea sanguis Prophetarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

CAP. XIX.

Gaudent Sancti in nuptiis Agni.

turbarū 1 POST hæc audiui quasi vocem turbarum multarum in cælo dicentium. Alle-lu-ia. Laus, & gloria, & virtus Deo nostro est.

2 Quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius.

3 Et iterum dixerunt, Allelu-ia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum.

4 Et ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes, Amen, Allelu-ia.

rui 5 Et vox de throno exiuit, dicens, Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius: & qui timetis eum pusilli & magni.

turbæ 6 Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicētium, E Allelu-ia quoniā regnauit Dominus Deus noster omnipotens.

Matt. 22. a. 2. luc. 14. d. 16. 7 Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.

8 Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim, iustificationes sunt sanctorum.

9 Et dixit mihi: Scribe: Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dicit mihi, Hæc verba Dei vera sunt.

ante 10 Et cecidi ad pedes eius vt adorarē eū. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est Spiritus prophetiæ.

11 Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis & verax, & cum iustitia iudicat & pugnat.

*in C 12 Oculi autem eius sicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse.

*Esa. 63. a. 2. 13 *Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocabatur* nomen eius, Verbum Dei.

*vocatur 14 Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis: vestiti byssino albo & mundo.

15 Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt ipso percutiat Gentes. *Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.

Psa. 2. c. 9 16 Et habet in vestimento & in femore suo scriptum. Rex regum, & Dominus dominantium.

Supra 17. d. 14. 1. ii. 6. c. 15. 17 Et vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cæli, Venite, & congregamini ad cœnam magnam,

*Dei D 18 Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedētium in ipsis, & carnes omnium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum.

19 Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius.

20 Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: & qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerūt imaginem eius: viui missi sunt hi duo in stagnum ignis *ardens ardentis & sulphuris.

*sulphurea 21 Et exteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

CAP. XX.

Satanas ligatur ab Angelo. Sancti cum Christo regnant.

1 ET vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.

2 Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille.

3 Et misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt nō seducat amplius gentes, donec cōsummentur mille anni, & post *hæc *hoc oportet illum solui modico tempore. E

4 Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperūt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis.

5 Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima.

6 Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors nō habet potestatem, sed erunt sacerdotes C Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis.

7 Et cùm consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, *Ezech. 39. a. 2.

8 *Et exibit, & seducet Gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris.

9 Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam.

10 Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos: & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. D

11 Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inuentus eis.

12 Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt:

& alius Liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.

13 Et dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum.

14 Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.

15 Et qui non inuentus est in Libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

CAP. XXI.

Renouabitur cælum & terra, & erit Deus omnia in omnibus.

Esa. 65. c. 17. 66. g. 2. Pet. 3. c. 13.

1 *Et vidi cælum nouum, & terrã nouam. Primum enim cælum & prima terra abiit, & mare iam non est.

2 Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cælo, à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo.

3 Et audiui vocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominib⁹: & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

Esa. 25. c. 8. sup. 7. d. 18.

4 *Et absterget Deus omnem lacrymã ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abierunt.

*quia

Esa. 43. c. 19. 1. Cor. 5. d. 17.

5 Et dixit qui sedebat in throno. *Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribæ, quia hæc verba fidelissima sunt & vera.

sup. 1. b. 8.

6 Et dixit mihi, Factum est. *Ego sum Alpha & Omega, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis.

7 Qui vicerit possidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.

8 Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis & idololatris, & omnibus mẽdacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

9 Et venit vnus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni.

10 Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descẽdentem de cælo,

*à Deo

11 *Habentem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum.

*angelos

12 Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis *angulos duodecim, & nomina inscripta quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

13 Ab Oriente, portæ tres: & ab Aquilone, portæ tres: & ab Austro, portæ tres: & ab Occasu portæ tres.

14 Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum Agni.

*arundi nem

15 Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram *arundineam auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum.

16 Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia, & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt.

17 Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est Angeli.

18 Et erat structura muri eius ex lapide iaspi: ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo.

19 Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Et fundamentum primum, iaspis: secundum, saphirus: tertium, calcedonius: quartum, smaragdus:

20 Quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolit⁹: octauum, beryllus: nonũ, topazius: decimum, chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimũ, amethystus.

21 Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas & singulæ portæ, erãt ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidũ.

22 Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & Agnus.

23 *Et ciuitas non eget sole neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei *illuminabit eam, & lucerna eius est Agnus.

*Esa. 60. d. 19.

*illumina uit

24 Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & reges terræ afferens gloriam suam & honorem in illam.

25 *Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic.

*Esa. 60. c. 11.

26 Et afferent gloriã & honorem Gentium in illam.

27 Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium: nisi qui scripti sunt in Libro vitæ Agni.

CAP. XXII.

In regno Dei, nullius rei erit penuria.

1 Et ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni.

2 In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis Lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia Ligni ad sanitatem Gentium.

3 Et omne maledictum non erit amplius: *sed sedes Dei & Agni in illa erunt, & *& seruient illi.

4 Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum.

5 Et nox vltrà non erit. *& non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniã Dominus Deus, *illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum.

*Esa. 60. d. 19. *illuminat

6 Et dixit mihi, Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis, quæ oportet fieri citò.

7 Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ Libri huius.

Et

8 Et ego Ioannes qui audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat: & dixit mihi,

9 Vide ne feceris: cõseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetiæ Libri huius. Deum adora.

10 Et dicit mihi, Ne signaueris verba prophetiæ Libri huius: tempus enim prope est.

11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, *iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

*iustitiã faciat

12 Ecce venio citò: & merces mea mecũ est, reddere vnicuique secundum opera sua.

Esa. 41. b. 4. & 44. c. 6. sup. 1. d. 28. 2. b. 6

13 Ego sum *Α & Ω, *primus & nouissimus, principium & finis.

14 Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in Ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.

15 Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.

16 Ego Iesus misi angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina.

17 Et Spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit veniat: *& qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis.

*Esa. 55. d. 1.

18 Cõtestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius, Si quis apposuerit ad hæc: apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.

19 Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de Libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto.

20 Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiã venio citò: Amen. Veni Domine Iesu.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO & Apostolis in Nouo testamento citatorum ex Veteri, quæ huc in id congesta sunt, vt pii Lectores natiuam quorundam intelligentiam facilè assequi valeant, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu eius per Apostolos sit tradita: perspiciántque in quem vsum ea adduxerint Apostoli & Euangelistæ.

GENESIS.

1 d Masculum & fœminam fecit eos. Matth. 19 a Marc. 10 a.
2 a Requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Heb. 4 b
3 b Factus est primus homo Adã in animam viuentem. 1. Corin. 15 f
3 d Dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori. Matt. 19 a, Marc. 10 a. Ephes. 5 g. 1. Cor. 6 d
3 d Erunt duo in carne vna. Mat 19 a Marc. 10 a 2. Cor. 6 d, Ephes 5 g.
11 a Exi de terra tua & de cognat. Act. 7 a
12 a Et in semine tuo bened. Act. 3 a. Gal. 3 b
15 b Sic erit semen tuum. Rom. 4 c
15 b Credidit Abraham Deo & reputatũ est illi ad iust. Rom 4 a. Iac. 2 d. Gal. 3 a
15 c Erit semen tuum peregrinum. Act. 7 a
17 a Quia patrem multarum gent. Rom. 4 c
18 Secudum hoc tẽpus veniam, & Rom. 9 b
21 b Ejice ancillam & filium eius. Gal. 4 d
21 b In Isaac vocabitur tibi semen. Rom. 9 b
22 c Nisi benedicens benedicam te. Heb. 6 c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes. Gal. 3 b, Act. 3 d
25 c Quia maior seruiet minori. Rom. 9 a

EXODVS.

3 b Ego sum Deus Abraham, &c. Matt. 22 c. Marc. 12. c. Luc. 20 f.
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt Rom 9 d
12 g Os non comminuetis ex eo. Ioan. 19 f
23 c Omne masculinum adaperiens. Luc. 2 d
16 d Qui multũ non abũdauit, &c. 2. Cor. 8 c
20 c Non mœchaberis. Matt. 5 d
20 c Nõ adulterabis, Nõ occides, &c. Ro. 13 c
20 c Non concupisces. Rom. 7 b
20 c Non occides. Matt. 5 c, Luc. 18 d.
20 c Honora patrem tuum & matrem. Matt. 15 a, Mar. 7 b. Ephe. 6 a
21 c Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Matt. 15 a, Marc. 7 b
21 c Oculum pro oculo, dentem. Mat 5 f
22 d Principi populi tui non maled. Act. 23 a
24 e Hic sanguis testamenti, quod. Heb. 9 e
25 g Vide, omnia facito secundum exemplar quod, &c. Heb. 8 b, Act. 7 f
31 a Fac nobis deos qui præcedant. Act. 7 e
33 d Miserebor cui voluero, &c. Rom. 9 c
34 d Non sicut Moyses ponebat. 2. Cor. 2. e.

LEVIT.

11 g Sancti eritis, quoniam ego. 1. Pet. 1 c
18 a Qui fecerit homo, viuet. Ro. 10 b, Ga. 3 b
19 e Non periurabis. Mat. 5 e
19 d Diliges proximũ tuum sicut. Rom. 13 d Gal. 5 c, Iaco. 2 b, Mat. 22 d, Mar. 12 e
19 d Diliges proximum tuum. Matt. 5 g
20 b Qui maledixerit patri, &c. Matt. 15 a
24 d Oculum pro oculo. Mat. 5 f
26 b Quoniam inhabitabo in. 2. Cor. 6 d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo. Ioan. 19 f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noster ignis cõs. Heb. 12 g
5 b Non concupisces. Rom. 7 c. 13 e
5 b Non occides. Matt. 5 c, Luc. 18 d
5 b Non mœchaberis. Matt. 5 d, Luc. 18 d
5 b Non furtum facies, Luc. 18. d Rom. 13 c
5 b Non loqueris contra proximũ tuum falsum testimoniũ. Luc. 18 d. Rom. 13 c
5 b Honora patrem & matrem. Matth. 15 a, Mar. 7 b. Eph. 6 a
6 a Audi Israel, Dñs Deus tuus. Marc. 12 e
6 a Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde. Matt. 22 d, Mar. 12 c, Luc 10 e
6 c 10. d Dominum Deum tuum adorabis &. Matt. 4 b, Luc. 4 b
6 c Non tentabis Dominũ. Matt. 4 b, Luc. 4 b
8 a Non in solo pane. Matt. 4 a, Luc. 4 a
10 b Deus persona hominis non accipit. Gal. 2 b
18 c Propheram suscitabit vobis. Act. 3 d, 7 e
19 d In ore duorum vel trium test. 2. Cor. 13 a, Matt. 18 b, Ioan 8 c
19 d Oculum pro oculo, dentem, &c. Mat. 5 f
21 d Maledictus omnis qui pend. Gal. 3 b
25 b Non alligabis os boui triturãti. 1. Cor. 9 a, 1. Timot. 5 c
25 b Si quis mortuus fuerit nõ habens filiũ. Matt. 22 c, Marc. 12 b, Luc. 20 e
27 d Maledictus omnis qui nõ perm. Gal. 3 b
30 c Quis ascender in cœlum. Rom. 10 b
30 c Prope est verbum in ore tuo. Rom. 10 b
32 c Ego ad æmulationem vos add. Ro. 10 d
32 c Mihi vindictam, ego retrib. Rom. 12 d

IOSVE.

1 a Non te deseram, neque derel. Heb. 13 a

REGVM II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipse. Heb. 1 b
19 b Domine, prophetas tuos occid. Ro. 11 a
19 b Reliqui mihi septem millia virorum. Rom. 11 a

IOB.

5 c Comprehendã sapientes in astu. 1. Cor. 3 d

DAVID.

2 a Quare fremuerunt gentes? Act. 4 e
2 b Filius meus es tu. Act. 13 e, Heb. 1 b, 5 b
2 c Reges eos in virga ferr. Apoc 2 g, 19 c
4 b Irascimini & nolite peccare. Ephe. 4 f
5 c Sepulchrum patens est guttur. Rom. 3 b
6 c Discedite à me om. Mat. 7 d, 25 d, Luc. 13 f
8 b Ex ore infantium & lactẽtium. Mat. 21 b
8 c Quid est homo quod memor es eius? Heb. 2 a
8 c Omnia subiecit sub pedibus. 1. Cor. 15 d
9 c Quorum os maledictione. Rom. 3 c
13 a Non est iustus quisquam. Rom. 3 b.
13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Rom. 3 c
15 c Prouidebã Dominum in conspectu. Act. 2 d

Universidad de Deusto
Biblioteca

35 b Non dabis sanctũ tuum vid. Act. 2 e. 13 e
37 a Ego ero fidens in eum, Heb. 2. c
37 g Propterea confitebor tibi in. Rom. 15 b
38 a Et quidem in omnem terr. Rom. 10. d
38 a Eli eli, Lamma sabact. Matt. 27 d. Mar. 15 c
38 c Diuiserũt sibi vesti. matt. 27 d. Ioan. 19 e
39 c Nuntiabo nomen tuum fratr. Heb. 2 c
43 a Domini est terra, & plen. 1. Cor. 10 f
44 c Odio habuerunt me gratis Ioan. 15 d
50 a In manus tuas cõmendo spirit. Luc. 23 f
51 a Beati quorũ remissæ sunt iniqui Ro. 4 a
51 c Qui enim vult vitam diligere. 1. Pet. 3 b
59 b Hostiam & oblationem nol. Heb. 10 b
60 c Qui mãducat meum panem. Ioan. 13 b
63 d Propter te mortificamur to. Rom. 8 g
64 b Thronus tuus Deus in secul. Heb. 1 c
50 a Vt iustificeris in sermonibus. Rom. 3 a
51 d Iacta super Dominum curam. 1. Pet. 5 b
61 d Vnusquisque autem propriam mercedẽ accipiet. 1. Corint. 3 b
67 d Ascẽdens in altum captiuam. Ephe. 4 b
68 b Zelus domus tuæ com. Ioan. 2 d
68 b Improperia improperãtium. Rom. 15 a
68 c Fiat mensa eorum coram. Rom. 11 b
68 c Fiat commoratio eorum des. Act. 1 d
68 e In siti mea potauerunt me Ioan. 19 f
77 a Aperiam in parabolis os. Matt. 13 e
77 c Panem cæli debit eis. Ioan. 5 d
81 b Ego dixi, dii estis. Ioan. 10 g
82 d Inueni Dauid seruum meum. Act. 13 d
90 c Angelis suis manda. Matt. 4 a. Luc. 4 b
93 b Dominus nouit cogitationes sapiẽtum quoniam vanæ sunt. 1. Corin. 3 d
94 d Sicut iuraui in ira mea. Hebr. 4 a
94 c Hodie si vocem eius audie. Heb. 3 b
96 b Et adorent eum omnes Ange. Heb. 1 e
101 d Tu in principio Domine terr. Heb. 1 e
103 a Qui facit Angelos suos spiritus. Heb. 1 c
108 b Et Episcopatum eius accipiat. Act. 1 d
109 a Dixit Dominus Domino meo. Mar. 22 d Lucæ 20. g. Act. 2 f
109 a Sede à dextris meis. Heb. 1. d
109 a Donec ponã inimicos tuos scabellum, &c. Heb. 1 d. 1. Corin. 15 d
109 Tu es sacerdos in æternum. Heb. 5 b 7 c
109 b Turauit Dominus, & non pœni. Heb. 7. e
111 b Dispersit dedit pauperibus. 2. Cor. 9. c
115 Credidi, propter quod loc. 2. Cor. 4 c
115 a Omnis homo mendax. Roma. 3 a
116 a Laudate Dominum omnes gen Ro. 15 c
117 a Dominus mihi adiutor: non tim. He. 13 b
117 b Lapidem quẽ reproba. Matt. 21 d. Marc. 12 a. Act. 4 b. 1. Pet 2 b.
117 Hosanna filio Danid. Mat 21 b
131 c De fructu ventris tui ponam. Act. 2 e
139 a Venenum aspidum sub labiis. Rom. 3 b

PROVERB.

3 a Nolite esse prudentes apud. Rom. 12 d
3 b Fili mi, noli negligere disciplinã. Heb. 12 b
3 b Quem diligit Dominus corrip. &c. Heb. 12 b. Apoc. 3 d.
10 b Charitas operit multitud. 1. Pet. 4 b
17 c Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. 1. Thes. 5. d. 1. Pet. 3 b
20 c Qui maledixerit patri vel matri. Matt. 15 a. Mar. 7. b
25 c Si furierit inimicus tuus. Rom. 12 d
26 b Canis reuersus ad vomitum. 2. Pet. 2 d

ESAIAS.

1 c Nisi Dominus sabaoth reliquis. Rom. 9 f
5 d Homo plantauit vineam. Matt. 21 b. Luc. 20. b. Mar. 12 a
6 a Sanctus sanctus, sanctus Dominus Deus. Apoc. 4 c
6 c Audito audietis, & non intelligetis. Mat. 13 b. Mar. 4 b. Luc. 8 b. Act. 28 f Ioan. 12. f. Rom. 11 b
7 e Ecce virgo in vtero habebit. Matt. 1 d
8 d Ecce ego & pueri mei quos. Heb. 2 d
9 a Terra Zabulon & terra Neph. Matt. 4 e
10 e Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris. Rom. 9 f
11 a Requiescet ille iniquus, quẽ Dominus interficiet. 2. Thes. 2 c
21 c Erit rad. x Iesse. Rom. 15 d c. Act. 13 d
21 c Cecidit cecidit Babylon. Apoc. 14 b
22 d Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. 1. Cor. 15 e
22 f Hæc dicit sanctus & verus, qui. Apo. 3 b
25 c Absterget Dominus omnem lacrymam ab oculis, &c. Apo. 7 d. 21 b
28 c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic 1 Cor. 14 d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis. Rom. 9 g. 1. Pet. 2 b. Act. 4 b
29 d Populus hic labiis me honorat. Mat. 15 a. Marc. 7 b
29 e Perdam sapientiam sapientũ, & prudentiam, &c. 1. Cor. 1 c
33 c Vbi sapiens? vbi scriba? 1. Cor. 1 c
40 a Vox clamãtis in deserto. Matt. 3 a Mar. 1 a. Luc. 3 a. Ioan. 1 c
40 b Omnis caro fœnum. 1. Pet. 1 d. Iacob. 1 d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini aut quis instruxit eum? 1. Cor. 2 d
40 d Quis enim cognouit sensũ Domini, aut quis consiliarius eius fuit. Rom. 11 d
41 b. 44 a Ego sum primus & nouissimus. Apo. 1 d & 21 c
42 a Ecce puer meus quem elegi. Mat. 12 b
43 c Ecce noua facio oia. Ap. 21 b. 2. Cor. 5 d
45 d Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu. Roma. 14 b
45 b Nunquid dicit figmentum. Rom. 9 d
49 b Posui te in lucem gentium. Act. 13 g
49 c Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis. 2. Corin. 6 a.
49 e Non esurient, neque sitient. Apoc. 7 d
50 c Tunc expuerunt in faciẽ eius. Mat. 26 g
52 b Quam speciosi pedes euãgelizantiũ pacem. Rom. 10 c
52 d Propter quod exite de medio eorum & separamini, &c. 2. Cor. 6 d
52 b Nomen Dei per vos blasphe. Rom. 2 d
52 d Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt. Rom 15 c
53 a Domine quis credidit auditui nostro? Rom. 10 c Ioan. 12 f.
53 b Ipse infirmitates nostras. Matt. 8 c
53 c Tanquam ouis ad occisionem. Act. 8 f
53 d Et cum iniquis reputatus est. Marc. 15 c. Luc. 22 d
53 e Qui peccatum non fecit. 1. Petri. 2 d. Ioan. 1 a
53 e Qui peccata nostra pertulit. 1. Pet. 2 d.

Lætare

31 a Lætare sterilis quæ non paris. Gal. 4 d
31 c Et erunt omnes docibiles Dei. Io. 6 c
55 a Et qui sitit veniat & qui vult. Apo. 22 d
55 b Dabo vobis sancta Dauid. Act. 13 c
56 c Domus mea domus orationis vocabitur. Mat. 21 b. Marc. 11 c Luc 19 g
59 b Contritio & infelicitas in viis. Rom. 3 e
59 c Galeam salutis. Ephes. 6 c 1. Thes. 5 b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat. Rom. 11 d
60 c Et portæ eius non claudentur. Apoc. 21 g
60 d Et ciuitas non eget sole. Apoc. 21 g
60 d Nox vltra non erit. Apoc. 21 a
61 a Spiritus Domini super me. Luc. 4 e
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex. Matt. 21 a
64 b Quod oculus non vidit, nec. 1. Cor. 2 b
65 a Inuentus sum à no quærẽtibus. Ro. 10 d
65 a Tota die expandi manus meas. Ro. 10 d
65 c Nouos creo cælos & nouam terram. 2. Petr. 3 c. Apoc. 21 a
66 a Cælum mihi sedes est. Act. 7 f
66 g Vbi vermis eorum no moritur. Mar. 9 g

IEREM.

7 b Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Matth. 21 Marc. 11 c. Luc. 19 g
9 g Qui gloriatur, in Domino glorietur. 1. Cor. 1 d. 2. Corin. 10 d
10 a Quis non timebit te Domine? Apoc. 15 b
27 d Ego sum scrutans renes. Apoc. 2 f
31 c Vox in rama audita est. Matt. 2 d
31 a Ero vobis in patrem, & vos. 2. Cor. 6 d
31 e Ecce dies venient dicit Dominus, & consummabo super domum Israel. He. 8 c
32 f Hoc autem testamentum quod testabor ad illos, &c. Dabo leges meas. He. 10 c
51 a Cecidit cecidit Babylon mag. Apoc. 18 a

EZECH.

3 b Accipe librum, & devora illũ Apoc. 10 d
20 b Qui fecerit homo, viuet in ea. Rom. 10 b
32 b Sol obscurabitur, & Luna nõ. Matt. 24 c
36 e Nomẽ Dei per vos blasphematur. Ro. 2 d

DANIE.

9 g Cùm videri tis abominationem desolationis. Matt. 24 b. Marc. 13 b. Luc. 21 d

OSEE

9 d Et erit in loco vbi dictũ est eis. Ro. 9 e
9 d Vocabo non plebem. Rom. 9 e 1. Pet. 2 b
6 c Misericordiam volo, & nõ. Matt. 9 b. 12 a
10 b Tunc incipiẽt dicere montibus. Luc. 23 d
11 a Ex Aegypto vocaui filiũ meũ. Matt. 2 e
13 d Absorpta est mors in 1. Cor. 15 g

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus. Act. 2 c
2 g Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, salutus erit. Rom. 10 c

AMOS.

5 g Nunquid victimas & hostias. Act. 7 e
6 a Væ vobis diuitibus. Luc. 6 d
9 c Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid. Act. 15 c

IONAS.

3 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, &c. Matt. 12 e Luc. 11 d
3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Matt. 12 d. Luc. 11 e

MICHAE.

5 a Et tu Bethlehem terra Iuda. Matt. 2 a
7 b Veni separare hominẽ aduersus patrem suum, & filiam, &c. Matt. 10 d. Luc 2 g

AGGAE.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo. Heb. 12 g

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus. Act. 13 f
2 a Iustus autẽ ex fide viuit. Ro. 1 c. Gal. 3 b

NAHVM.

1 d Quàm speciosi pedes euangelizã. Ro. 10 e

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnus. Eph. 4 f
9 b Ecce rex tuus venit. Matt. 21 a. Io. 12 b
11 c Et acceperunt triginta. Matt. 27 a
12 c Videbunt in quem compunxerunt. Ioan. 19 g
13 c Percutiã pastorem. Matt. 26 c. Mar. 14 b

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau autem odio. Rom. 9 c
3 a Ecce ego mitto Angelum meum. Matt. 11 e. b. Marc. 1 a. Luc. 7 d. Io. 1 c
4 b Ipse est Elias qui vẽturus erat. Mat. 11 b
4 b Quid est hoc quod scribæ dicunt, quod Eliã oporteat, &c. Matt. 17 b. Matt. 9 b
4 b Vt conuertat corda patrum. Luc. 1 b.

INDEX ALTER, IN QVO ITIDEM NOVI instrumenti testimonia ex Veteri excerpta annotauimus, si nõ ad verbum, certè iuxta sententiam. ex quorum collatione cum iis à quibus videtur desumpta, non parũ lucis accedet Christianis Lectoribus.

GENESIS.

2 a Fide intelligimus aptata esse. Heb. 11 a
1 a Cæli erant prius & terra de 2. Pet. 3 b
1 d Bene omnia fecit. Mar 7 d
1 d Adam primus formatus est. 1. Timo. 2 d
3 d Non enim vir ex muliere. 1. Cor. 11. a
3 a Serpens seduxit Heuã astutia. 2. Cor. 11. a
3 b Adam non est seductus. 1. Timo. 2 d
4 a Fide plurimam hostiam Abel quam. Heb. 11 a
4 b A sanguine Abel iusti. Matt. 23 d
4 b Non sicut Cain qui ex maligno. 1. Io. 3 b
4 b Væ illis qui in via Cain. Iudæ Epist. d
5 c Fide Enoc translatus est. Heb. 11 a
6 c Quando expectabant Dei. 1. Pet. 3 d
6 c Fide, Noe responso accepto. Heb. 11 b
7 a Ostauũ Noe iustitiæ præconẽ. 2. Pet. 2 b
7 b Sicut in diebus ante diluuiũ, Matt. 24 d
7 a Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matt. 26 e. Apoc. 13 c
12 a Fide qui vocatur Abraham. Heb. 11 b
14 d Hic enim Melchisedec, rex Heb. 7 a
16 d Abraham filiũ habuit de ancilla. Gal. 4 c
17 b Et signũ accepit circunc. Ro. 4 b Act. 7 a
18 a Fide, & ipsa Sara sterilis. Heb. 11 e

18 b Sicut Sara obediebat Abrahæ.1.Pet.3 a
19 b Euertit ciuitates Sodomorum.2.Pet.2 b
19 c Sicut Sodoma & Gomorra. Iudæ epist.c
19 e Memores estote vxoris Lot.Luc.17 b
19 e Sicut factum est in diebus Lot.Luc.17 f
21 a Abraham habuit filiũ de libera.Gal.4 c
22 a Fide,obtulit Abraham Isaac.Heb.11 d
22 b Offert Abraham filiũ suũ Isaac super, Jacob.2 d
22 c Sicut locutus est ad patres, &c.Luc.1 e
25 c Rebecca ex vno concubitu.Rom.9 b
25 d Ne quis fornicator aut proph. Heb.12 d
27 d Fide, & de futuris benedixit.Heb.11 d
48 c Fide,Iacob moriens singulos.Heb.11 d
49 b Quem scripsit Moyses in lege.Ioa.5 g
50 d Fide,Ioseph moriẽs. de profec.Heb.11 d

EXOD.

2 a Fide,Moyses natus occultatus. Heb.11 d
2 b Fide,Moyses grandis factus.Heb.11 e
2 b Cum vidisset Moyses quendam.Act.7 c
3 a Expletis annis quadraginta.Act.7 d
21 d Fide,celebrauit pascha.Heb.11 e
24 c Omnes in Moyse baptizati.1.Cor.10 a
24 e Fide,transierunt mare rubrum.Heb.11 e
26 c Patres vestri manducauerunt. Ioan.6 e
26 d Panem de cælo dedit eis.Ioan.6 d
36 d Omnes eandem escam spirit.1.Cor.10 a
27 b Bibebant de spirituali.1.Cor.10 a
29 b Et si bestia tetigerit montem.Heb.12 e
29 c Gẽs sancta,populꝰ acquisitionis.1.Pe.2 b
20 b Non periurabis Matt.5 c
20 c Non homicidium facies.Matt.19 c
20 c Non enim accessistis ad tract.Heb.12 e
24 c Lecto omni mandato legis.Heb.9 e
26 a 36 a Tabernaculum factum est. Heb.9 a
32 b Neqs idololatræ efficiamini. 1.Cor.10 b

LEVIT.

12 a In sabbatho circunciditis.Ioan.7 e
12 a Postquam impleti sunt dies octo.Luc.2 c
21 a Postquam impleti sunt dies.Luc.2 d
22 c Vt daret hostiam secundũ quod.Luc.2 d
24 a Offer munꝰ tuũ quod præcepit Moy,&c. Matt.8 a Marc.1 d.Luc.5 c
15 d Omnis multitudo populi erat.Luc.1 a
15 e Si enim sanguis hircorum.Heb.9 d
19 c Nolite in personarum acceptiõe. Iaco.2 a b
19 d Si peccauerit in te. Matt.18 b Luc.17 a
20 a In lege Moyses mandauit.Ioann.8 a

NVMER.

8 c Omne masculinum adaperiens Luc.2 d
9 d Patres nostri omnes sub nub.1.Cor.10 a
11 b Pauem de cælo dedit eis man. Ioan.6 d
12 a Sicut & Moyses in omni domo. Heb.3 a
14 f Cadauera filiorum Israel prostr.Heb.3 d
14 f Neque murmurau eritis.1.Corin.10 c
16 a In contradictione Core.Iudæ epist.d
19 a Quorũ enim animaliũ sanguis. Heb.13 b
20 b Bibebant autem de spirituali.1.Cor.10 a
21 b Ne tentemus Christum.1.Cor.10 b
21 c Sicut Moyses exaltauit serpentem.Io.3 b
22 d Animal mutum subiugale.2.Pet.2 c
22 d Errore Balaam mercede effusi sunt.Iudæ epistol.2.Pet.2 c
24 cBalaam docebat Balac mittere. Apo.2 d
25 b Neque fornicemur sicut.1 Corin.10 b
26 Prostrati sunt in deserto.1.Cor.10 b
28 a Sabatthis sacerdotes in temp. Matt.12 a

DEVTER.

1 c 16 d.Nolite in personarum. Iacob.2 a b
5 b Non periurabis.Matt.5 e
10 d Non est acceptio personarũ apud Deũ. Ro.2 b.Act.10 e.Col.3 d.Eph.5 b. Pe.1 e
17 b Irritam quis faciẽs legẽ Moysi.Heb. 10 e
18 a Nescitis quoniam qui in sac.1. Cor 9.b
24 a Quicunque dimiserit vxorem suam : det ei libellum.Matt.5 c,19 b.Marc.10 b

IOSVE

2 a Similiter & Rahab meretrix.Iacob.2 d
6 c Fide,muri Iericho corruerunt.Heb.11 e
6 d Fide,Rahab meretrix nõ periit.He.11.f

REGVM I.

21 b Non legistis quid fecerit Dauid, quãdo esurijt.Matt.12.a Marc.2 d.Luc.6 a

REGVM III.

1 b Liceat audenter dicere ad.Act 2 e.3 e
10 a Regina austri venit.Matt.12 d.Luc.11 d
17 a In diebus Eliæ clausum est cęlũ.Luc.4 d
17 a Elias homo erat similis nobis.Iac.5 d

REGVM IIII.

4 e Neminem per viã salutauerit is.Luc.10 a
5 d Multi leprosi erant in Israel.Luc.4 e

I. PARALIP.

23 b Nec quisquã sumit sibi honorẽ.Heb.5 b

IOB.

1 d Nihil intulimus in hũc mundum.1.Tim. 6 b
5 c Beatus vir qui suffert tentationẽ.Iac.1 b
34 b Non est personarum acceptor.Deus. Act.10 e

DAVID.

40 c Filius hominis vadit. sicut scriptum est. Matt.26 b.Mar.14 b.Luc.22 b
131 a Petiit Dauid vt inueniret.Act.7 f

PROVERB.

11 d Si iustus vix saluabitur.1.Pet.4 d
17 d Sit autem omnis homo velox.Iaco.1 e
20 b Si dixerimus quia peccatum.1.Ioan.1 d
24 c Nolite in personarum acceptione,Ia.2 e
25 a Cũ vocatus fueris ad prandiũ. Luc.14 c

ESAIAS.

8 c Ecce positus est hic in ruinã &. Luc.2 e
13 b Statim post tribulationem dierũ illorũ sol.Matt.25 c.Mar.13 c.Luc.21 e
41 b Suscepit Israel puerum suum.Luc.1 e
54 a Beatæ steriles,& ventres qui. Luc.23 d
58 b Esurini & dedistis mihi man.Matt.25 e
63 a Et vestitus erat veste aspersa.Apo.19 c

IEREM.

2 d Homo erat pater familiãs qui plantauit vineam.Matt.21 d. Marc.12 a Luc.20 b
18 a Nunquid dicit figmentum ei qui.Ro.9 d

EZECH.

3 e Et cùm consummati fuerint.Apoc.20 c
11 f Vbi est promissio aut aduentus.2.Pet.3 b
18 b Esurini & dedistis mihi man. Matt.25 e

DANIEL.

7 c Et erat numerus eorũ millia. Apoc.5 d
12 c Et Angelus quẽ vidi stãtem.Apoc.10 b

IOEL.

3 c Sol obscurabitur, & Luna nõ dabit lumẽ suum.Matt.24 c Luc.21 e

MICHAE.

2 c Non habemus hic manentem .Hebr.13 c
4 c Regnabit in domo Iacob.Luc.1 c

Hebrai

HEBRAICORVM, CALDAEORVM, Græcorúmque nominum interpretatio.

A

Aaron,mons.siue montanus.
Abba,Pater.Syrum est verbum.
Abbarim, Transitus plu. nume. siue transeuntes.
Abdemelech,Seruus regis.
Abdenago,Seruus claritatis.
Abdias,seruus domini.
Abdon,Seruus.
Abel,per aleph,Luctus,ciuitas.
Abel,per he,in principio,Vanitas, Filius Adam.
Abessalon,Pater pacis.
Abia,Pater Domini.
Abiathar,Pater excellens.
Abigail,Pater exultationis.
Abimelech,Pater rex.
Abinadab,Pater spontaneus.
Abisac,Patris ignorantia.
Abner,Patris lucerna.
Abra,Ancilla.Græcum verbum.
Abram,Pater excelsus
Abraham,Pater multitudinis.
Absalon,Pater pacis.
Acan,Tribulatio.
Accaron,Sterilitas.
Achaz,Frater patris.
Achaiz,dolor,vel tristitia.
Achaz,Apprehendens,siue possidens.
Achimelec,Frater meus rex.
Achitob,Frater bonitatis.
Adam,Homo siue terrenus,aut rubr.
Adon,Dominus,aut basis.
Adonai.Domini mei, numero multitudinis. Vnum est ex nominibus Dei quod interpres aliquando posuit pro nomine Dei tetragrammaton.
Adonias,Dominator Dominus.
AEgyptus, Angustiæ, siue tribulationes. Hebraicè Misraim.
AEneas,Laudatus.
AEthiopia Græcè,ardorem significat. Hebraicè Cus dicitur, id est, nigredo, vel nigra.
Agabus,Locusta.
Agag,Tectum.
Agar,peregrina.
Aggæus,Festuus.
Ahod,Laudans.
Alexander,auxiliator virilis,
Alexandria,Hebraicè dicitur.No,quod interpretatur crudum,siue irritatio.
Amalech,Populus lambens.
Amam,Mater Timor eorum,
Aman,Conturbans.
Amana,Fides,siue veritas.
Amasai,per ain,Fortis vel robustus,
Amasai per ain,Populi munus.
Amelech,Rex
Amen,Fiat,efficiatur,aut firmum sit.
Aminadab,populus spontaneus.
Ammon,Populus eius.
Amnon,Fidelis,aut verax.
Amorrhæi,Amari,rebelles,
Amos,per Aleph,Fortis.Pater Esaiæ.
Amos per ain, Oneratus. vnus ex duodecim prophetis.
Amri,per Aleph,Amarus,vel loquens.
Amri,per ain, Manipulus, vel Dominiũ. principeps militiæ Israeliticæ.
Anania, Nubes Domini.
Anathoth,Responsiones,siue cantica.
Andræas Fortissimus.
Anna,Gratiosa,siue misericors.
Antiochia,pro vehicule.
Aphrica,Hebraicè phi dicitur, id est casus, vel ruina.Esa.66.f.
Aphrica,Nahum 3.Put,Crassa,siue pinguis.
Apostolus,Missus,legatus.
Arabes,vel pertini 2.Paral.26 a
Arabes,Psal.71.Hebraicè, Saba, id est, conuersio.
Aram,Celsitudo,Sublimitas.
Ararat,Maledictio tremoris.
Arbee,Quatuor.
Architriclinus,Princeps triclinii.
Areopagita,De colle Martis.
Areopagus.Collis Martis.
Arcuna,Arca,vel canticum.
Argob,Gleba,vel glarea.
Armenia,Hebraicè dicitur Ararat,Maledictio tremoris.
Arnon,Exultans.
Arphaxad,Sanans.
Artaxerxes,Lumen siue Maledictio.
Asaph,congregans.
Aser,per samech,vinctus,Filius Caath.
Aser,per sin, Beatitudo, siue felicitas, filius Iacob.
Assuerus,Princeps & Caput.
Assur,insidians,siue beatus.
Astaroth,Greges siue diuitiæ.
Athalia,Tempus Domino.
Athenæ,Sine cumulo.
Attalia,Augens,vel nutriens.
Aua,Iniquitas.
Axa,Adornata.
Azarias,Auxilium Domini.
Azor,Adiutor.
Azotus,Hebraicè, Assod,Depræd atio,

B

Baal,Idolum,aut dominans.
Baal,Osee 10 d.Arbel, legendũ,id est, pugnauit Deus.
Baalim,Idola,Dominantes.
Babel,Confusio,Commistio.
Bala,Inueterata,Turbata,ancilla Rachel, per he in fine.
Bala,Deglutiens,Destruẽs,Vrbs.per ain in fi.
Balaam,Vetustas populi.
Balac,Destruens.
Banaias,Filius Domini.
Barac,Fulgur.
Barachias,Benedicens Dominum.
Bariona,Filius columbæ.
Barnabas,Filius consolationis.
Barsabas,Filius conuersionis.
Barthimæus ,Filius cæcus.

Bartholomæus, Filius suspendentis aquas.
Baruch, Benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Mensura liquidorum.
Beelphegor, Idolum hiatus,
Beelzebub, Idolum muscæ,
Beera, Puteus.
Beemoth, Iumenta, Quadrupedia.
Bel, Vetustus.
Bela, Deglutiens, Destruens.
Belial, Peruersus, Absque iugo.
Benenuon, Filius diuitiarum suarum.
Beniamin, Filius dexteræ.
Benoni, Filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Bereschith, In principio. Sic vocatur primus liber legis.
Bersabee, puteus iuramenti.
Bethabatha, Domus transitus.
Bethania, Domus obedientiæ vel Afflictionis.
Bethauen, Domus vanitatis.
Bethdagon, Domus frumenti.
Bethel, Domus Dei.
Bether, diuisio.
Bethlehem, Domus panis.
Bethphage, Domus oris vallium.
Bethphogor, Domus hiatus.
Bethsabe, Filia iuramenti. Vxor Vriæ.
Bethsabee, Domus iuramenti. Ciuitas.
Bethsaida, Domus frugum.
Bethsames, Domus solis.
Bethul, virgo.
Bezec, Fulgur.
Boanerges. vel iuxta B. Hieronymum, Banereem, filii tonitrui.
Booz, In fortitudine.
Borith, Herba in qua est acrimonia saponis.
Bosor, Munitio.
Bostra, Idem.

C

Caath, congregatio, obtusio,
Cades, Sanctitas.
Cain, possessio, Possessus,
Caleb, Quasi cor,
Cana, Zelus, AEmulatio.
Cananæus. i. ex Cana vico Galilææ.
Capharnaum, ager pœnitentiæ,
Cappadoces, Hebraicè Captorim, id est, sphærulæ.
Cariathiarim, Ciuitas sylvarum.
Cariathsepher. Ciuitas literarum.
Carmel, Cognitio circumcisionis, vel agnus circumcisus.
Cartaginenses, Hebraicè, Tharsis, id est, contemplatio gaudii.
Cedar, Nigredo, Tristitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, Denigratus, Tristis.
Cephas, Petrus à petra, Syrum.
Cetura, Aromatizans.
Chæreas, Lætus.
Chaldæa, Hebraicè, Casdim, id est, Quasi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chanaan, Mercator, Negotiator.
Charmel, idem quod Carmel.
Cherub, Quasi Magister.
Chodchod. Ispis,
Chorræi, Furores.
Christus, vnctus.
Chus, AEthiops.
Ciu, Possessio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
Cleophas, Gloria omnis,
Cœlesyria, Curua Syria.
Colossenses, Supplicio affecti.
Corban, Corbana: Donum, Oblatio.
Core, Caluus, Calui tium, per heth in fine,
Core, per Aleph in fine, Vocans, legens. 1. Paralip. 9 c
Corozaim, Hic est mysterium.
Cozbi, Mendax.
Cyprus, Pulchra.
Cyrus, Quasi miser.

D

Dagon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damascus, sanguinis succus.
Damascus, 1. Re. 16. b. Similitudo incendii.
Dan, Iudicans, siue iudicium.
Daniel, Iudicium Dei.
Darius, Requirens.
Darmascus, generationis procuratio.
Dathan. Ritus, Lex.
Dauid, Dilectus.
Debora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem ciuitatum, sub. regio.
Diabolus, Criminator, Calumniator.
Diabolus, Habacuc 3. a Hebraicè, Reseph, id est, volucris, Flamma.
Dibrehaiamin, Verba dierum.
Didymus, Gemellus.
Dioa, Iudicium, vel iudicans.
Dionysius, Diuinitus stillatus.
Dithalassum. Duo maria.
Doeg, Solicitus, Anxius.
Dor, generatio.
Dura, Generatio, vel habitatio.

E

Ebal, Aceruus vetustatis.
Ecclesiastes, Concionator.
Eden, Voluptas, Deliciæ,
Edom, Rufus.
Eglon, virulus.
Elcana, Deus zelotes.
Eleazar, Dei adiutorium.
Elehanam, Dei gratia siue misericordia.
Eliacim, Dei resurrectio.
Elias, Deus dominus.
Eliezer, Dei adiutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Elisabeth, Deus iuramenti.
Eliseus, Dei salus, Deus saluans.
Ellehaddebarim, hæc sunt verba, sic incipit quintus liber legis.
Elnathan, Deus dedit.
Emmanuel, Nobiscum Deus,
Emmaus, Timens consilium.
Enac, Gygas, Torques.
Encænia. Renouatio, Dedicatio.
Ennon, Ecce illi.
Enos, Homo vel vir.
Ephraim, Frugifer, Crescens.
Ephraim, Hebraicè Ephra, id est, pulueru-
lenta,
lenta, siue plumbea. 1. Reg. 13. b
Ephrata, Vbertas siue frugifera.
Ephron, Puluis.
Esau, faciens, operans.
Esdras, Adiutor, Atrium.
Esther, Occulta, Abscondita.
Etam, Auis eorum.
Etham, Fortitudo eorum.
Eubulus, Prudens.
Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G

Galaad, abiectio.
Gabaa, Collis.
Gabriel, vir Deus, aut Dei.
Gad, Fœlix, Accinctus.
Gadgad, Fœlicitas fœlicitatis, accinctus exercitus.
Galaad, Aceruus testimonii.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Reuolutio,
Galilæa, Volubilis.
Gazer, Præscisio.
Gazophylacium, Vbi thesauri templi seruabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, vallis tristitiæ.
Gehennom, Vallis contristans.
Gelboe, Reuolutio inuestigationis.
Gersom, Aduena ibi.
Gerson, Exilium eius.
Giblii, Termini.
Gibon, Pectus, Exitus.
Gog, Tectum.
Golgotha, Caluaria, vbi capita mortuorum reponuntur.
Goliath, Transmigratio.
Gomor, Genus mensuræ.
Gomorrha, Populus rebellis.
Græci, Hebraicè Iauanim, id est, decep tores.

H

Habacuc, Luctator.
Hallelu-ia, Laudate Dominum.
Hananias, Gratia Domini.
Haram, destructus.
Hauoth-iair, Oppida illuminationis.
Hebal, Aceruus vetustatis.
Heber, Socius, Particeps. per heth in principio.
Heber, per ain, Transitus.
Hebræus, Transiens,
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraicè dicitur On, id est, dolor.
Henoch, dedicatus.
Hermon, Destructio.
Hesron, Sagitta exultationis.
Heua, Viua. Viuens.
Hierapolis. Sacra ciuitas.
Hieronymus, Sacrum nomen.
Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, desertum.
Horma, Destructio.
Hur, libertas.
Hus, Consilium.
Hymenæus, Carmen nuptiale.

I

Iabel, Defluens.
Iabes, Siccitas, per sin in fine.
Iabes, Tristitia, per sade in fine.
Iacob, Supplantator.
Ialiel, Ascendens, Damula.
Ianiel, Vinit Deus.
Iairites, Illuminatus.
Iamini, Dextera, vel dexter.
Iapheth, Dilatatus.
Iason, Sanans.
Iauan, Decipiens.
Ichabod, Vbi gloria? væ gloriæ.
Idumæa, Rufa, Terrena.
Iebus, Conculcatio.
Iechonias, Præparatio Domini.
Iehu, Ipse existens.
Iehus, Tinea corrosus. per sin in fine.
Iehus. 1. Par. 2. a. Confitians. per sade.
Iemini Dextera, vel dexter.
Iephte, Aperiens.
Ieramael, Misericordia Domini.
Ieremias, Celsitudo Domini.
Iericho, Luna, Mensis.
Ierobaal, Impugnans idolum.
Ieroboam, impugnans populum.
Ierosolyma, Visio pacis, Visio perfecta.
Ierusalem, Idem.
Iesse, Ens, Existens.
Iesboc, Est vacuus.
Iesus, Dominus saluator,
Iethro, Excellens.
Iezonias, Auscultatio Domini.
Iezrahel, Semen Dei.
Indus, id est, de India Hebraicè dicitur Hodu, id est, laudatio.
India. Iob. 28. c. Hebraicè Ophir, id est, ciu's.
Ioab, Paternitas, Habens patrem.
Ioachar, Domini apprehensio.
Ioachar. 1. Paral. 34. b. apprehendens.
Ioachim, Domini præparatio.
Ioacin, Domini resurrectio.
Ioas, Dissidens, Desperans.
Ioas, Domini Ignis. 4. Reg. 11. d.
Ioas. 1. Paral. 7. b. 17. d. Tinea corrosus.
Iob, Dolens, Gemens.
Ioel, Volens, Incipiens.
Iohanan, Gratiosus, Pius, Misericors.
Ioannes, Idem.
Ionas, Columba.
Ionadab, Spontaneus.
Ionathan, Domini donum, Filius Saul.
Ioram, excelsus.
Iordanis, Fluuius iudicii.
Iosaphat, Dominus iudex.
Ioseph, Augmentum.
Ioseph, Psal. 80. Domini augmentum.
Iosias, Ignis Domini.
Iosue, Domiuus saluator, Isaac, Risus.
Isai, Munus aut ens.
Isai. 1. Paralip. 2. b. Vir meus.
Isaias, Domini salus.
Isboset, Vir confusionis.
Iscariotes, Vir occisionis.

Ismahel, Exauditio Dei.
Israel, prævalens Deo.
Issachar, Est merces, præmium.
Ithamar, Insula palmæ.
Jubileus, Buccina.
Judas, Confessio.
Julus, Lanuginosus.

L

Laban, Albus, Candidus.
Lamech, Pauper, Humiliatus.
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adiutorium.
Lechi, maxilla.
Lex, lex.
Leui, Copulatus.
Leuiathan, Copulatio, Societas sua.
Lia, Laboriosa, Fatigata.
Libanus, Candidus.
Libya, Hebraicè Lubim, Cor maris.
Lithostrotos, Lapidibus stratus.
Lot, Inuolutus, Colligatus.

M

Mascha, Attrita.
Maasias, Opus Domini.
Maceda, Incendium.
Madian, Iudicium, Litigans.
Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel philosophi.
Malachias, Nuntius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mammona, Pecunia, Diuitiæ.
Mamzer, De scorto natus.
Manahem, Consolator.
Manasses, Oblitus, Obliuio.
Manue, Requies.
Mara, Amara.
Mardochæi, Amara contritio.
Maria, Exaltata, Amaritudinis mare.
Marrha, Prouocans.
Massa, Onus.
Maspha, Specula.
Mathusael, mortem suam postulans.
Matthæus, Donatus.
Melchias, rex, Dominus.
Melchisedech, rex iustitiæ.
Melchisua, rex, saluator.
Mesollam, pacificus.
Mesopotamia, regio sic dicta, quòd duob⁹ fluuiis, Euphrate & Tigri ambiatur.
Micha, pauper.
Michael, Quis sicut Deus?
Michæas, idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboseth, de ore ignominiæ.
Misael, quis postulatus?
Misse, prouerbia, nomen libri.
Misphat, iudicium.
Mna, libra, talentum.
Moab, de patre.
Moria, amaritudo.
Mosa, azymum.
Mosa. 1. Paralip. 8. a. onus.
Moyses, attractus (sub. de aquis)
Mysia, Scelesta.

N

Naaman, pulcher.
Nabal, Stultus.
Nabo, loquela, prophetia.
Naboth, idem.
Nabuchodonosor, planctus iudicii.
Nachor, rauens, aridus.
Nadab, Spontaneus.
Nahasson, Coluber, Serpens.
Nahum, consolator.
Naim, pulcher.
Nathan, donatus.
Nathanael, donum Dei.
Nazaræi, separati, sanctificati.
Nazareth, sanctificata, separata. Si autem per sade scribatur, custodita, vel floida, interpretatur.
Neapolis, noua ciuitas.
Nehemias, consolatio.
Nehustan, æneum.
Nemrod, rebellis.
Nephthali, æquiparatio.
Ninive, pulchra.
Noe, cessatio, requies.
Noema, decora.

O

Obadias, seruus Domini.
Obed, seruus.
Obededom, seruus hominis.
Ochozias, apprehensio.
Odollam, testimonium illis.
Og, subcinericius panis.
Olla, eleuatio, Holocaustum.
Onam, dolor.
Onan, dolor, iniquitas.
Onesimus, vtilis.
Olla, tabernaculum.
Ophni, pugnus, pugillus.
Oreb, Coruus.
Osee, Saluator.
Oza, fortitudo.
Ozias, fortitudo Domini.
Oziel, fortitudo Dei.

P

Palæsthina, conspersa (sub. cinere.)
Paracletus, consolator, aduocatus.
Parasceue, Præparatio.
Pascha, transitus.
Pentateuchus, Quinque volumina.
Pentecoste, Quinquagesima (sub. die.)
Petrus, saxum, Petra.
Phacee, aperiens.
Phanuel, Videns Deum.
Pharao, dissipans.
Phares, diuisio, filius Iudæ.
Phares, per fin. 1. Paral. 7. d. Eques.
Pharisæi, diuisi.
Phase, transitus.
phasga, collis.
philisthæa, conspersa cinere.
phinees, facies confidentiæ.
phogor, hiatus.
phur, Aphrica.
Pigmæi Hebraicè dicuntur Gamadim.
Probabica, ouina, locus vbi pecora sacrificanda tenebantur.
Proselytus, aduena, peregrinus.

R

Raab, Psal. 86. superba, fortis.
Raba, multa, grandis,
Rachel, ouis.

Raguel,

Raguel, pastor Dei.
Rahab, lata, dilatata.
Ram, excelsus.
Rameses, tonitruum tinea.
Raphael, medicina Dei.
Raphaim, gigantes, medici.
Rebbecca, faginata.
Rebla, reblata, rixa.
Rechab, quadriga.
Remmon, malum granatum.
Respha, extensio.
Roboam, dilatans populum.
Roma, excelsa, sublimis.
Ruben, videns filium.
Ruma, excelsa.
Ruth, saturata.

S

Saaph, cogitans.
Saba, per lin, conuersio, captiuitas.
Saba, per Samech, circuitio.
Sabaoth, exercitus, in plurali.
Sabbatha, circuitus.
Sabatismus, requies, cessatio.
Sabbathum, idem.
Sadducæi, iusti.
Sador, iustus.
Sale, missio.
Salem, vel Sallem, pax.
Salmanasar, pax ligata.
Salmon, pacificus.
Salomon, pacificus.
Salomith, idem f.g.
Salphaad, vmbra formidinis.
Samaria, custodia, Adamas.
Samson, sol eius, nominis iteratio.
Samuel, positus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphad, iudicans.
Sara, per he in fine, domina, vxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, odorans, domina odoris.
Sarai domina mea.
Sarephta, angusta bucellæ.
Saron, siue Sarona, planities.
Satan, aduersarius.
Saul, postulatus, commodatus.
Saul. 1. Reg. 4. d. Hebraicè Sual, vulpes.
Scenopegia, festum tabernaculorum.
Schibboleth, spica.
Sedecias, iustus Domini.
Segor, parua.
Sehon, eradicatio.
Sela, dissoluens, filius Iudæ.
Sellum, pacificus.
Sellun, maneus.
Sem, nomen, fama positus.
Semei, obediens.
Semei. 1. Paralip. 1. d. nomen meum.
Sennacherib, rubus destructionis.
Seon, sonitus.
Sepharuaim, libri, vel scribæ.
Sephora, pulchra, aut tuba. Exod. 1. c.
Sephora, Exod. 2. aui, passer, vxor Mosis.
Seth, positus.
Setim, expansiones.
Siba, exercitus, militia.
Siboleth, onus.
Sicera, ebrietas.
Sichem, humerus.
Sihor, niger, turbidus, nilus.
Siloe, missus, mittens.
Simeon, audiens, exauditio.
Simon, obediens.
Sin, Rubus. Exod. 16 a. per Samech.
Sin, per sade, arma, scutum.
Sion, aceruus. 2. Reg. 4. b
Sion, Deutero. 4. g. strepitus.
Sisara, hirundinem videns.
Sodoma, secretum eorum.
Somer, custos.
Sophtim, iudices.
Sorec, vinea.
Stephanus, coronatus.
Sulamitis, pacifica, perfecta.
Sunamitis, dormiens.
Susanna, lilium, rosa.

T

Tarsus, alata, pennata.
Thabor, electio, puritas.
Thaddæus, laudans.
Thamar, palma, dactilus.
Thare, odorans, spirans.
Tarsis, contemplatio gaudii.
Thau, signum.
Thecua, spes, funiculus.
Theraphim, simulachra.
Thomas, abyssus, geminus.
Toppeth, tympanum, seductio.
Thimæus, excus, excitas.
Timotheus, honor Dei.
Titus, honorabilis.
Tobias, bonus dominus.
Tubalcain, mundana possessio.
Tyrii Hebraicè sorin, id est tribulates.

V

Vaiera, Et vocauit, liber Leuitici.
Vaiedabber, Et locutus est. liber Numerorum.
Vasthi, potans, bibens.
Veelleschemoth, Et hæc sunt nomina. Secundus liber legis qui Exodus Græcè vocatur.
Vr, ignis.
Vria, ignis Domini.

Z

Zabad, dos, dotatus.
Zabdi, idem.
Zabulon, habitaculum.
Zacchæus, purus.
Zacharias, memoria Domini.
Zambri, cantans.
Zara, oriens.
Zebedæus, dos, dotatus.
Zebee, victima.
Zelotes, æmulator.
Zelphia, distillatio oris.
Zorobabel, alienus à confusione.

INDEX RERVM ET SENTENTIA-

rum, quæ in Veteris & Noui testamenti Libris continentur.

A

Aaronis acta leguntur. Exod. 4. 7. 28. 29. Leuiti. 2. & Nume. 17. 20. Hebr. 9 b
Abba, pater. Roma. 8 c
Abarim, mons Moabitarum. Nume. 27 e
Abdemelech, Aethiops eunuchus. Ierem. 28 b
Abdenago, vir qui & Azarias dicitur. Dani. 1 b
Abdias abscondit prophetas Dei 3. Reg. 8 a
Abdon iudex in Israel. Iud. 12
Abel pastor occiditur à fratre. Gen 4. 2. Heb. 11 a. Matth. 23 d
Abela ciuitas in qua habitabant viri sapientes. 2. Reg. 20 g
Abesen iudex in Israel. Iud. 12
Abia siue Abiam, rex Iuda. 3. Reg. 15 d
Abiathar filii Achimelech acta. vide 2. Reg. 22. & 3. Reg. 1. 2. d
Abigail vxor Nabal. 1. Reg. 25
Abimelech regis Gerare acta. Genes. 20. 21. 26
Abimelech filius Gedeonis: occisis fratribus regnat super Israelem. Iud. 9
In Abinadab domo est arca Dei. 1. Reg. 7
Abiron rebellis. Nume. 16 a
Abisag pulchra puella. 3. Reg. 1. 2. e
Abisai persequitur Sebeu. 2. Reg. 10
Abiud comburitur. Leuit. 10 a
Abiud videt Deum in Sina. Exod. 24 d
Ablactat Anna Samuelē. 1. Reg. 2. d. Sara item filium suum Isaac. Genes. 21 a
Abluit Deus peccata. Esa. 4 b 1. Corin. 6 c
Abnegatio sui in Dauide. 2. Reg. 15 f
Abnegemus nos. Matth. 16 d.
Abner acta & mors à 1. Reg. 16 c. vsque ad 2. Reg. 3 e f
Abominatio Dei, idola. Deute. 7. d. 27 e
Abominatio coram Deo, quod altum coram hominibus. Luc. 16 d
Abominatio stans in loco sancto. Luc. 21 d
Abram siue Abrahæ acta leguntur à Genes. 11 d, vsque ad. 25. caput eiusdem.
Abrahæ fides. Roma. 3. c. Heb. 11 b
Abrahæ filii. Ioan. 8 c. Galat. 3 a b
Absalon acta uidentur, à 2. Reg. 13 c, vsque ad 2. Reg. 19 b
Absconditi faciem suam Deus. Deute. 32 c
Abstinentia Moysi & Eliæ. Exod. 34. d. 3. Reg. 19 b
Abundantia rerum seruientibus Deo. Deutero. 8 b. 28 a
Abyssus. Genes. 1 a
Abyssus iudicia Dei. Psal. 35 b
Accaronitharum acta. 1. Reg. 5 d
Accepimus omnia à Deo. 1. Corin. 4 b
Accessus ad Deum per Christ. Rom. 5 a. Ephe. 2. d. 3 b
Aceto intinctus panis. Ruth. 2 c
Acero sitiens Christus potatur. Matth. 27 f
Achab acta & mo. à 3. Reg. 16 c, vsque ad 3. Reg. 22
Acham comburitur. Ios. 7 d
Achaz rex Iuda idololatra. 4. Reg. 16 d
Achias. 1. Reg. 14 a
Achimas. 2. Reg. 17. 18 e
Achimelech. 1. Reg. 21. 22 c
Achinoem vxor Dauid 1. Reg. 25 g
Achior. Iudith. 6 b. 14 b
Achis. 1. Reg. 21 d. 27 a
Achitophel acta. 2. Reg. 15. 16. 17
Achor vallis. Iosue 7
Acquisitionis populus. Christiani. 1. Pet. 2 d
Ada vxor Lame h. Genes. 4 d
Adad inimicus Salomonis. 3. Reg. 11 c
Adæ creatio. Genes. 1. 2. 3
Adam figura futuri Adæ Christi. Rom. 5 c
Adami prior, & posterior. 1. Corinth 15 c f
Adarezer 2. Rex 8 2. o d
Adeps hostiarum. Leuit. 7 c. Deut. 32 b
Adhærendum Deo. Deut. 1 a. 11 c. 13 a. Ios. 22 a
Adinuentiones qui sequuntur. Deute. 18 b
Adiura io. 3. Reg. 22 c 1. Thess. 5 d. 1. Timoth. 4
Adimores Dei, prædicatores 1. Corin. 3 b
Adiutorium viri. Genes. 2 c
Adolescentulæ quales. Tit. 2 a
Adolescentis modestia. Eccle. 11 b
Adolescens nudus fugiens cum comprehenderetur Christus. Marc. 14 c
Adoniæ filii Dauidis acta. 3. Reg. 12
Adonibezech rex. Iudic. 1 a
Adoptati sumus à Deo. Ephes. 1 2. Rom. 8 2. Gala. 4 a
Adorandus Deus. Matth. 4 b
Non adorandi dii alieni. Exod. 23 c
Adorantes idola puniuntur. Iud. 2 b
Adoratores veri. Ioan. 4 c
Adorari non vult angelus. Apo. 19 b. 22 b
Adorat & gratias agit Gedeon. Iud. 7 b
Adorant & Israelitæ. Exod 4 g
Aduenarum lex. Deut. 14 d. 28. Leuit. 19 g
Aduentus Domini. Malach. 4 a. Esai. 35 c. 62 a
Aduentus Christi per Euangelium. Matth. 16 d
Aduentus Christi ad iudicium. Matth. 24 d. 2. Pet. 3 c. Esa. 3 c. 13 b
Aduersa sustinenda. Psal. 4
Adulatio. Prouer. 24 c. 27 a. 28 d
Non adulatur Paulus. 1. Thess. 2 a
Non Adulterandum. Exod. 20 c. Genes. 26 a
Adulter, & adultera moriantur. Leuit. c. 26 b. 1. Corin. 6 b. Heb. 13 a
Adulterium spirituale. Psal 7 c
Adulterium Dauidis. 2. Reg. 11 a
Aduocatus noster, Christus. 1. Ioan. 2 a
Aduram lapidatur. 1. Reg. 3 e
AEdificare pro facere, more scripturæ. Genes. 2 d
AEdificauit Rachel domum Israel. Ruth. 4 e
AEdificauit Deus domum obstetricibus fidelibus. Exod. 1 d
AEdificium Dei, Christiani. 1. Corin. 3 b
AEdificatores, prædicatores. Matth. 21 b
AEgyptios abhorreat Iudæi. Genes. 43 g. & 46 d

De

De Aegyptiis multa in Exo. 11 12. & Iere. 46 a. Ezech. 32 c.
In Aegyptum fugit Christus. Matth. 2 a.
Aegyptii non abominandi. Deut. 23 b.
Aemulator Deus. Exod. 4 b.
Aemulatur Paulus Corinthios. 2. Cor. 11 a
Aeneas sanatur à Petro. Act. 6 f.
Aerugo, propter peccata. 3. Reg. 8 d
Aetas mundi vltima, nostra. 1. Corin. 9 c.
Aethiopum interitus. Sopho. 2 d.
Affinitatis gradus. Leuit. 18 a
Afflictiones alii fidentibus quàm Deo. Deuterono. 31 d
Afflictionibus exercitati Iudæi. Deute. 8 a
De afflictionibus liberat Deus. Deute. 26 b
Affligere animas. Esa. 58 b.
Agabus propheta. Act. 11 d. 21 b
Agag rex Amalecitarum. 1. Reg. 15 b
Agar ancillæ Saræ acta. Genes. 16 & 21
Ager quomodo serendus. Leui. 19 e
Agrorum termini non transferendi. Deuterono. 19 d
Aggæus propheta. 1. Esdr. 5 a
Aggrauare cor. 1. Reg. 5 b.
Agni paschalis ritus. Exod. 12 a
Agnus Christus. Ioan. 1 d
Agricola Adam. Genes. 3 d
Agricola Elisæus, vocatur ad proph. 3. re. 19 d
Agricola Deus Ioan. 15 a
Agrippa rex. Act. 26 g
Ahias propheta. 3. reg. 11 f
Ahio filius Abinadab. 3. reg. 6 a
Alcimus impius. 1. Mach. 7 a 9 f
Alexander Antiochi Nobilis filius. 1. Mac. 10 a
Alexander ærarius 2. Timoth. 4 c.
Alienos deos adorantes lapidantur. Deu. 17 a
Allegoria: Gal. 4 c.
Altare terreum, & eius forma. Exo. 20 27
Altare nostrum, Christus. Heb. 13 b
de Amalecitis vide Exod. 17 c. Num. 14 d Deute. 25 d. 1. reg. 14 g
Aman impius suspenditur. Esther 3. 8 9 d
Amaritudo auferenda. Ephes. 4 g.
Amasa dux exercitus Absalom, 2. re 17 f 20 b
Amasias rex Iuda. 4. reg. 12. d 14 a
Amasias sacerdos Bethel. Amos 7 c.
Ambitio sa non est charitas. 1. Corin. 13. b
Ambulare cum Deo. Gene. 5 d
Vt Ambulemus in viis suis, petit Deus à nobis. Deute. 10. c 11 e
Amentia percutiuntur inobedientes Deo. Deuterono. 28 c
Amicorum dilectio & inimicorum. Matt. 5 f g
de Amicis multa leges in prouerbiis.
Amici parandi eleemosynis. Luc. 16 a
de Ammonitis vide Gen. 19. g Deu. 23 a Iud. 11 2, reg. 8 o
Ammonis incestus, 2. reg. 13
Ammon rex Iuda impius, 4. reg. 21 d
Amandus Deus ex toto corde. Deu. 6 a Matth. 22 10 d
de Amorrhæis vide Gene. 14 b. Deu. 1 g 20 d Iudi. 1. g. 3. reg. 9 c
Amos propheta. Amos 1 a
Amphoræ visio. Zach. 5 c
Amram filius Caath. Exod. 6 c
Amri rex Israel. 3. reg. 16 d.
Ananias cum Saphira moritur. Act. 5 a
Ananias discipulus Christi. Act. 9 b
Ananias princeps sacerdotum. Act. 23 a
Anathema Iericho. Ios. 6. c 7 d
Anathema, qui Christum negat. 1. Corin. 16 d
de Ancillis Iudæorū. Exo. 21 b. Leu. 19 e 25 f Deute. 15 c
Andronicus interficitur. 2. Machab. 4 d
Angelorum creatio. Colos. 1 c
Angeli ministri Dei. Heb. 1 c
Per Angelos data lex. Act. 7 e
Angeli suscepti hospitio. Gene. 18 a 19 a
Cum Angelo luctatur Iacob. Gen. 32 c
Angelus præcedit castra Iudæorū Exod. 23 e
Angelus occidit castra Senacherib. 4. re. 19 g
Angelus Christum natum nuntiat. Luc. 2 b
Angeli Christo ministrant. Mat. 4 b, illum confortant in horto. Luc. 22 e
Angelorum gaudium super peccatoribus cōuersis. Luc. 15 b
Angeli custodes puerorum. Mat. 18 b. Act. 12 c
in Angelum lucis transfigurat se Sata. 1. corin. 11 c
in Angustiis constitutos exaudit Deus. Deu. 26 b
Anima in sanguine. Leuit. 17 c
Anima pro homine in scripturis. Deu. 10 d
Animarum episcopus, Christus. 1. Pet. 2 d
Animæ purificantur obediendo euangelio. 1. Pe. 1 d
Animas cōmendent Deo morituri. 1. Pe. 4 d
Animam suam inuenire. Matth. 10 d
Animalium creatio. Gene. 1 d
Animalia munda & immunda. Leui. 11 a
Animalis homo. 1. Corin. 2 c
Anna vxor Elcanæ parit Samuelem. 1. reg. 1. & 2
Anna Tobiæ iunioris mater. Tob. 11 a
Annas Caiphæ socer. Ioan. 11 c
Anna prophetissa. Luc. 2 e
Annus distinctus sole, luna, & stellis. Gen. 1 b
Antichristus quis. 1. Ioan. 2 & 4. 2. Thess. 2 b
Antichristi potentia. Daniel. 7 8 f
Antiochus Euapator. 1. Mach. 2 a 6 c. & 2. Mac. 10 b
Anthiochus nobilis 3. Mach. 5 b & 9 a
Antiochenses primi Christiani. Act. 11 d
Anus quales esse debeant. Tit. 2. a
Aod iudex in Israel. Iud. 3 b
Aperire os suum Deo, pro vouere. Iud. 11 g
Apollo vir doctus. Act. 18 f
Apollonius à Ionatha deuincitur. 1. Mach. 10 f
Apostoli testes præordinati passionis & resurrectionis Christi. Luc. 64 g
Apostolis quid præceperit Christus mittens eos ad prædicandum. Mat. 10 a
Apostoli primū exhortantur ad pœnitētiā, & postea Christū venisse. Mar. 6 b. Matth. 10 a
Apostoli messuerunt Iudæos. Ioan. 4 e
Apostolorum afflictio propter Christum. Act. 5 d
Apostoli quare in ecclesia constituti. 1. Cor. 11 d
Apostolus noster Christus. Hebr. 3 a
Appropiquat nobis Deus, si oramus. Deu. 4 a
Apum examen Samsonis. Iud. 14 b
Aquæ creantur, eisque vis pisces gignendi datur. Genes. 1

R. i.

Aquas comportantes inter Israelitas. Deut. 29 b
Aquæ amaræ Exo. 15 f
Aquæ è petra dantur Israelitis. Exo. 17 a
Aquis seruientium sibi benedicit Deus. Exo. 23 e
Aquam bibit Timotheus episcopus. 1. Timo. 5 d
Aqua & pane cibatur Elias. 3. reg. 19 a
Aquam effundant coram Deo iciuni Israelitæ agnoscentes peccatum. 1. reg. 7 b
Aquam in vinum mutat Christus. Ioan. 2 a
Aquæ contradictionis. 20 b
De Aquis tribulationũ eripit Deus. 2. re. 18 d
Aquas viuas, Spiritum sanctum dat Christus. Io. 4 b
Aquæ lauacro consecrati Christiani Ephe. 5 e
Aquilam non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
Aquila & Priscilla hospites Pauli. 1. Cor. 16 c
Aras gentiũ destrui iubet Deus. Exo. 34 b
Arabum ruina, & quare. Esai. 21 a
In Arabiam profectus Paulus. Gal. 1 d
Arad rex Chananæus occiditur. Nume. 21 a
Aram filius Thare. Gene. 1 d
Arapha giganris filii 2. Reg. 21 c
Arbee quæ & Hebron. Gene. 35 d
Arbores verbo Dei creantur in victum hominis. Gene. 1 b. 2 b c
Arbores fructiferæ reseruentur in bello. 4. reg. 3 d
Arborum præputia auferenda. Leui. 19 e
Arbores plenæ fructibus obseruantibus præcepta Dei. Leui. 26 a
Arbor bona fructus bonos facit. Mat. 12 e
Arbor vitæ, arbor scientiæ. Gen. 2 b 3 d
Arca Noe. Gene. 6 c 7 a. 1. Pet. 3 d
Arcæ Dei forma & vsus. Deu. 10 a 31 f. Io. 3 a Exo. 25 a. 1. Reg. 4. 5. 6 & 7. 2. Reg. 15 e
ad Archangeli vocem mortui surrecturi. 1. Thes. 4 d
Architectus Paulus. 2. Cor. 5 b
Arcta via ducit ad vitam. Mat. 7 b
Arcus cælestis in nubibus. Gene. 9 c
Ardore pereutiũtur inobedientes Deo. Deut. 28 c
Areuna dat aream Dauidi. 2. Reg. 24 d
Argentum nullius pretii tempore Salomonis. 3. Reg. 10 d
Arguenda opera mala. Ephe. 5 c
Arguendus frater non odiendus. Leui. 19 d
Arida quæ & terra. Gene. 1 d
Aridum lignum infidelis. Luc. 23 d
Arioli non consulendi. Leui. 19 f
Ariolos & magos aufert Dauid. 1 Reg. 28 a
Arma Dauidis contra Goliath. 1. Reg. 17 f
Arma Pauli. 1. Corinth. 10 b
Armatura Dei, fides in eum. Ephe. 6 b *
Armentorum offerendorum ritus. Leui. 1 a
Aromatibus conditur corpus Iacob. Ge. 50 a
Arphaxad generatio & ætas. Gen. 11 b
Arrabo & pignus hæreditatis nostræ, Spiritus sanctus. 2. Cor. 1 d 5 e. Ephe. 1 e
Arrogantia vitanda. Rom. 12 d
Arundo quassata. Matt. 12 b
Arcem Sion capit Dauid. 2. Reg. 5 b
Asæ regis Iudæ acta. 3. Reg. 15
Asael frater Ioab occiditur. 2. Reg. 2 d
Asaph frater Hemam cantor. 1. Para. 6 c
Asarhaddon regnat pro Sẽnacherib. 4. Reg. 19 g
Ascalonem vrbem capit Iudas. Iud. 1 d
Ascendit Christus in cælum. Mar. 16 d
Aseneth vxor Ioseph. Gen. 41 f
Aser filius Iacob ex Zelpha. Gen. 30. 2. ipsius benedictio & sors. Deu. 33 d. Ios. 19 d
Aseroth idolo seruiunt Iudæi. Iud. 3 a
Asianis prohibitus Paulus a Spiritu prædicari Euangeliũ, tãdẽ prædicat. Act. 16 b 19 b
Asina Balaam loquitur. Nu. 22 e
Asinis vtuntur Israelitæ. Ge. 45 c. Iud. 12 d
Asinæ insidens Iesus ingreditur Ierusalem. Matt. 21 a
Asor vrbs expugnatur. Ios. 11 b
Assueri regis acta leges in libro Esther.
Assur de terra Sennaar egressus. Gen. 10 b
de Assyriis vide 4. Reg. 16 19. 18. Esaiæ 10. 17. 30. Nahum 1 c
Astaroth idolum adorant Israelitæ. Iud. 2 b
Astarthæ dea Sidoniorum. 3. reg. 11 b
Athalia regina regnat super Iudã. 4. re. 11
Athenẽsibus annuntiat Paulus Christum. Act. 17
Atrii forma, & eius situs. Exo. 27 b 40 d
Auaritia fugienda. Prouer. 15 c. Esa. 5 b. Iere. 8 c. Ephe. 5 b. Luc 12 c
Auari Pharisæi irrident Christum. Lu. 16 d
Auari diuitis, calamitas. Ecclesiastes 6 a
Audienda Dei vox. Exo. 13 g. Deu. 13 a. 27 b
Audiẽs vocem Dei. est Dei populus. Exo. 19 a
Audiendus Christus. Deu. 18 c. Mat. 17 a
vt se Audiamus, conuertit nos Deus. Deu. 4 e
Aues verbo Dei creantur. Gen. 1 c
Aues mundæ & immundæ. Leui. 11 d
Auguria prohibentur. Leui. 19 f. Deu. 18 b
Auguria Israelis. Elias. 4. Reg. 2 b
Auris perforata seruis. Exo. 21 a
Auri podus in rebus Salomonis. 1. Re. 10 e
Aurum ædificare super Christum. 1. Co. 3 c
Absque auro & argento mittuntur Apostoli ad prædicandum. Mat. 10 a
Auxilium nostrum à Christo. Heb. 4 d
Auxilium Israel à Deo. Deu. 33 d
Axa filia Caleb petit hæreditatẽ. Ios. 15 d
Azarias patri Amasiæ substituitur. 4. re. 14 a
Azarias rex Iuda leprosus. 4. Reg. 15 a
Azarias prophera. 2. Paral. 15 a
Azariæ qui & Abdenago, oratio. Dan. 3 c
Azymorum solennitas. Exo. 23. b 34 c
in Azymis syncerioris vitæ epulandum. 1. Corin. 5 e

B

Baal propheţ occidũtur ab Elia. 3. reg. 18 g
Item à Ieku. 4. Reg. 10 d
Baalim idõlo seruiunt Israelitæ. Iud. 2 b
Baalphrasim locus. 2. Reg. 5
Baana & Rechab, occidunt Isbaseth. 2. re. 4 b
Baasæ regis Israel acta. 3. Reg. 15 16
Babel turris ædificatur. Gen. 11 a
de Babyloniis vide Apocal. 18
Babylonis euersio. Esa. 21 a
Babylonica captiuitas prædicitur. 4. Re. 20 & Ierem. 16 c 20 a
Bacchides dux Demetrii regis, interficitur. 1. Machab. 9 b
Cum baculo suo mittit Eliseus Giezi ad sanandum filium hospitæ. 4 Reg. 4 e

Balæ

Bala ancilla traditur Racheli. Ge. 29 c 30 a
Bala ciuitas, quæ & Segor. Gene. 14 a
de Balaam vide Num. 22. 23. 24. 2. Pe. 2 c
Balac rex Moabitarum. Num. 22 a 24 b
Balthasar rex Babyloniorum. Daniel. 5
Banaias occidit Ioab. 3. Reg. 2 f
Baptisma vnum. Ephe. 4 a 5 e
Baptizatur Christus. Matt. 3 d
vt Baptizaret, missus Ioannes. Mat. 11 e
Baptizant discipuli Christi. Ioan. 4 a
Baptizari in nomine Patris, &c. aut Iesu. Mat. 28 d Act. 2 f
Baptizari in Christo, Christum induere. Ro. 6 a. Galat. 9 d
Baptizat Christus Spiritu Sancto. Mat. 3 c
Baptismo baptizari, id est, ferre mortẽ. Matt. 10 e
Barabbas latro liberatur. Mat. 27 b
Barac & Debora liberant Israelem. Iud. 4 a
Barbam non radat sacerdos. Leui. 21 a
Barba tonsa signum iudicis Iudæis. Esa. 15 a
Barbarorum humanitas erga Paulũ. Act. 28 a
Barnabas & Paulus segregantur in Euã. 13. 15
Baruc excipit ex oræ Ieremiæ. Iere. 36 a
Bases æneæ in templo Salomonis 3. Reg. 7 d
Bathuel pater Rebeccæ. Gen. 22 d
Beati qui dicendi. Mat. 5 a
Beatus qui Iesum novit esse Christum. Matt. 16 c
Beati viri descriptio. Psal. 1
Beelphegor sequentes occiduntur. Deu. 4 a
Behemoth, cuiusque malitia. Iob 40 b
Bella & lites, vnde. Iacob. 4 a
Belli propter peccata populi. 3. re. 8 d. Le. 26
Qui ad bellum non ibant. Deu. 20 a
Bellat Deus pro obedientibus sibi. Ios. 23 c
Belli victoria Deo tribuenda. Iud. 7 a. 1. Re. 14
Benadad regis Syriæ acta. 3. reg. 15 d. & 20. 4. reg. 8 13
Benedixit Deus masculo & fœminæ, cùm dedit vim generandi. Gene. 5 a
Benedicendi populi modus. Nu. 6 d. & Gene. 48 d
Benedicere Deũ pro gratias agere. Ge. 24 c
Benedictiones seruantibus mandata. Exo. 23 e
Benedictio pro munere. Ge. 33 b c. 2 Cor. 9 b
Benedicere pro maledicere. 3. reg. 21 c d
Benedicta Dei regnũ æternum parat. Mat. 25
Beneficiendum omnibus. Gal. 6 c. Luc. 6 e
Beneficia Dei tribuenda suæ promissioni. 2. reg. 7
Beniamin nascitur. Gene. 35 e. vide Ge. 43. 44. 46 Deu. 33 b
Beniamitæ occisi, & quare. Iud. 20
Benigni sicus. Ephes. 4 g. 1 Cor. 13 b
Benignitas Christi apparuit nobis. Tit. 3 b
Berzellai nobilis acta. 2 Reg. 19 f 3 Reg. 2 b
Beseleel siue Oolìab acta. Exo. 31 a 35 d
Bestiæ terræ creantur. Gen. 1 c
Cum bestiis pugnauit Paulus. 1. cor. 15 d
Cum bestiis Christus in deserto. Mar. 1 b
Bethel siue Luza. Ge. 28 d. Iud. 1 e. 1 reg. 10
Bethlehem quæ & Ephrata. Gene. 35 c. Luc. 2 b
Bethsabee pulchra dormit cum Dauide. 1. reg. 11 a 12. 3. reg. 1 c
Bethsaidæ ciuitatis infidelitas. Mat. 11 e
Bethsamitæ percussi à Deo. 1. reg. 6
Bethulia obsessa liberatur. Iud. 7
Bibit de torrente Elias. 3. reg. 17 a
Bigamia Lamech, & Esau. Gen. 4 a 26 g
Bilinguis homicida. Prouer. 28 b
Blasphemia in Spiritum sanctum. Marc. 3 e
Blasphemia Sennacherib. 4. reg. 18 g
Blasphemia vitanda. Ephes. 4 g
Blasphemus lapidatur. Leui. 24 b
Boanerges, Iacobus & Ioannes. Mar. 3 b
Bonus, solus Deus. Mat. 19 c
Bonum non habitat in nostra carne. rom. 7 d
Bonum sectemur. Rom. 12 b
Bona prudenter agenda coram hominibus. Rom. 12 d
Bonum pro malo reddit Dauid. 1. reg. 24 b
Bona temporalia danda ministris verbi Dei. Gal. 6 b
Bona temporalia danda pauperibus. Luc. 16 a
Bonis abundat custodiẽs præcepta Dei. Deu. 28 a
Booz acta. Ruth, 2 3 & 4
Bos cornupeta. Exo. 21 e
Boui triturãti non alligandũ os. Den. 25 b
Botrus à duobus portatur. Num. 13 c
Brachium & potentia Dei vbique audita. 3. reg. 8 c
Braium & vitam æternam arripiamus. Phil. 3 c
Bubulam comedunt Iudæi. Deu. 14 a
Buccinæ clangor, cùm daretur lex. Exo. 19 c
Butyrum dat suis Deus. Deu. 32 b
Butyrum & lac dat peregrinis Abraham. Ge. 18 b

C

Caath filii. Exo. 6 c. Ios. 21 a
Cadere in faciem suam. Ge. 17 c. Ruth, 2 b
Cadere, pro mori. 2. reg. 3 g
Cæci duo sanantur à Christo. Mat. 9 d
Cæcum sanat Christus. Marc. 8 c
Cæcus natus in gloriam Dei. Ioan. 9 a
Cæcus cæcum ducens. Mat. 15 b
Cæco non obiiciendum offendiculum. Leuit. 19 e
Cæcitate percutiuntur inobedientes Deo. Deu. 28 c
Cæcitas cordis. Rom. 11 e. Ephes. 4 c
Cælum, quod & firmamentum, creatur. Gene. 1 a
Cælum vespere rubicundum. Mat. 16 a
Cælum suum aperit Deus obedientibus sibi. Deu. 28 b
Cæli noui & terra noua. 1. Pet. 3 c
Cælestis homo secundus, Christus. 1. cor. 15 f.
Cæsari tributa reddenda. Mat. 22 b
Cain natiuitas & acta. Gen. 4. 1. Ioan. 3 b
Caiphæ acta. Ioan. 11 g. Mat. 26 b
Caius hospes & comes Pauli. Ro. 16 d. Act. 19 f
Calceamenta non attrita Iudæis in desertis. Deu. 29 a
Calceamentum soluere. Ruth, 4 b
Caleb acta. Num. 13 b 14. Ios. 14
Calendarum sacrificia. Ezc. 46 a
Calix pro morte & cruce. Mat. 20 c
Callidè nihil agendum. Deu. 25 b
Caluitium super mortuo. Deu. 14 b
Caluus Eliseus. 4 reg. 2 d
Calumniã sustinet inobediens Deo. Deu. 28 c

Consilia Dei nemo nouit. Rom. 11 d
Consilium Dei, euãgelium reuelauit Paulus. Act. 20 f
Consilia hominum dissipat Deus. Psalm. 32, 10
Consiliis propriis inuitẽtibus minatur Deus. Ezech. 11 d
Consilium Achitophel dissipatur. 2. Reg. 17 a
Consolator afflictorum, Deus. 2. corin. 1 a, 7 b, Gen. 18 c, 45 a
Consolatio Israel, Christus. Luc. 2 d
Consolemur inuicem maximè pusillanimes. 1. Thess. 4 d, 5 c
Consuitur christus. Matt. 26 g
Constellationes syderum non esse metuẽdas. Ier. 10 a
Consuetudo mali, indolebilis. Prou. 22 b
Consulunt Deum Israelitæ in suis negotiis. Iudic. 1 a, 20 c d, 1. Reg. 10 d
Consulturi Dominum olim adibant prophetas. 1. Reg 9 d, 14. Reg. 22 c
Contemnẽtes Deum, ignobiles. 1. Reg. 2 f
Contentio, opus tenebrarum. Rom. 13 d, 1. cor. 1 b, 11 c
qui Cõtinere se non possunt, ducant vxorem. 1 cor. 7 b
Conuertit nos Deus ad Euangelium. 1. Pet. 2 d, 3. Reg. 18 f
Conuertamur, & efficiamur velut paruuli. Matt. 18 a
Conuertit ad se, parcit Deus. 3. Reg. 8 d e
Conuertit Deus populum per tribulationes. deut. 4 e
Cõuersatio gentium ante cognitum christũ. Ephes. 2 e
Conuersatio christianorum bona. Philip. 1 c, 3 d
Conuersationem sanctorum consyderantes, imitemur fidem eorum. Heb. 13 b
ad Conuiuium Tobiæ inuitat timentes Deũ. Tob. 2 a
ad Conuiuium inuitari vult Christus paupere. Luc. 14 c
ad Conuiuia imitati, postremum locum occupent. Luc. 14 c
Cooperabatur christus apostolis prædicantibus. mar. 16 d
Coquere cibos in sabbatho non licebat. Exo, 16 e
Cor hominis, prauum. Gen. 6 a, Deut. 29 c
Cordis incircũcisio. Ier. 9 g, deut. 10 d de quo exeunt cogitationes malæ. mat. 15 b
Cordium intima nouit Deus. 1. Reg. 16 b
Cor bonum, bona loquitur: & contrà. Matth. 12 c
Cor nostrum circuncidit Deus. Deuter. 30 b, Ezech. 11 d
in Cordibus fidelium leges scripsit Deus. Heb. 8 d
à Corde metitur dona Deus. mar. 11 d
Corde toto quærendus Deus. Deu. 4 d, 6 c
Cordis æquitati nihil tribuendum. Deuter. 8 d, 9 a
Corde toto conuertamur. deut. 30 b, 4. Reg 23 e
Corda nostra inclinanda ad Deum. Ios. 24 f
in Cordis simplicitate ambulandum. 2 Cor. 1 c, 1 Pet. 1 d
Cordis custodia. Prouer. 4 d
Corde rebellis percutitur à Deo. Num. 15
apud Coriarium hospitatur Petrus. Act. 9 g
Cornelio centurioni prædicat Pet. Act. 10 a
Cornu & potentia salutis nostræ Deus. 2. Re. 22 a
Cornuta & splendens facies Moysi. Exo. 34 d
Corona regni cælestis reportanda. 1. Cor. 9 d, 2. Tim. 4 b
Corpus christi, Ecclesia. Ephes. 1 d
Corpus vnum sunt omnes fideles. Rom. 12 a, Ephes. 4 a
Corpora nostra, consecrata Christo. 1. Corin. 6 c d
Corpus nostrum vas fictile, domus terrestris. 2. Corinth. 4 b, 5 a
Corpus suum subigit Paulus. 1. Cor. 9 d
Corozaim infidelitatem exprobrat Christus. Matt. 11 e
Corripit Deus iustos in bonum. Iob 2 b, 13 a
Correptio fraterna. Prouer. 25 d, Gal. 5 d
Correpti Rubenitæ defendunt suam innocẽtiam. Ios. 22 e
ad Correptionem nostram scriptum Dei verbum. 1. Cor. 10 c
Corrupta terra Coram Deo. Genes. 6 b
Cortinarum fabricatio in tabernaculo. Exo. 36 a
Coruus emittitur ex arca. Gen. 8 a
Coruorum ministerio pascitur Elias à Deo. 3. Reg. 17 a
Coruum non comedunt Iudæi. deut. 14 b
è Costa Adæ creatur mulier. Gen. 2 d
Coturnices & man pluit Deus Israelitis. Nu. 11 g
Corbi fornicarios occidit̃ur à Phinees. Nu. 25 b
Crapula fugienda. Luc. 21 f
Creatio hominis. Gene. 1. d
Creata omnia per Christum. colos. 1 c
Creaturis vritur Deus pro sua voluntate. Esa. 45 b
Creaturis fidentes decipiuntur. Esa. 10 d
Creatura Dei omnis bona. 1. Tim. 4 b
Creatura omnis vanitati subiecta non volens. Rom. 8 d
Creaturæ vniuersæ prædicatum Euãgelium. Coloss. 1 c
Creatura noua sumus per fidem in Christo. 2. cor. 5 d
Credat oportet qui ad Christum accedit. Hebr. 11 b d
Credere donũ Dei est. Matt. 13 b, 16 c, Act. 17 g
vt Credamus Iesum esse Christum, & credẽdo etiam vitam haberemus, scriptum est Euangelium à Ioanne. Ioan. 20 g
Credendo in Christum, remittũtur peccata. Act. 10 g
Credentibus datur spiritus sanctus. Ephes. 1 c Ioan. 4 b
Credentibus Deum Patrem, & Iesum esse Christum vita. Ioan. 17 a
Credenti omnia possibilia. Mar. 9 d
Credens Christo non moritur in æternum. Ioan. 3 b
Cre enses mendaces. Tit. 1 c
Criminatores ne simus. Leuit. 19 d
Crispus archisynagogus christo credit. Act. 18 c

Ad Crucem ducitur Christus. Matt. 27 c
Crux sua & afflictio cuique christiano ferenda, vt sit discipulus Christi. Matt. 10 d, 16 d
Crux & pœna Dauidis propter adulterium. 2 Reg. 12 d
Crux emendat nos. Prou. 20 d
in Cruce & afflictionibus gloriatur Paulus. Gal. 6 d
Crucifigere carnem suam cum concupiscentiis. Gal. 5 d
Crucifixus mundo Paulus. Galat. 6 d
Cuculũ non comedebant Iudæi. Deut. 14 b
Culicem excolentes pharisæi. matt. 23 c
Cultus Dei verus. Esai. 1 c
Cuniculus immundum animal. Leuit. 11 a
Cupiditas inexplebilis. Prou. 27 c
Cupiditas, radix omnium malorum. 1. Timo. 6 c
In Curiosos nihil agentes. 2. Thess. 3 d
à Curis huius vitæ maximè cauendum. Luc. 21 f
Cura Dei pro Iacob, ne noceat ei Labam. Gen. 31 e
Cura Dei erga populum suum. Iere. 6 d, 2. Pet. 5 b
Curribus ferratis vtuntur Chananæi. Iud. 1 d
Currus Israel Elias dicitur ab Elisæo. 4. reg. 2 b
Custodit Deus populum vt pupillam oculi. deut. 32 b
Custos Iacob vbique fuit Deus. Gen. 28 c d
vt Custodiat nos Deus, orandum. Num. 6 d
Cygnum non comedunt Iudæi. deut. 14 b
Cyri regis Persarũ acta. Esai. 14 a, 45 a, 1. Esdr. 1 a

D

Dabir vrbs, aliàs Cariathsenna, expugnatur. Ios. 10 g, 15 f
Dæmonibus non offerendum. Leuit. 17 b
Dæmoniis & idolis conferrant Israelitæ filios suos. 4. Reg. 17 c
Dæmonia orat, & ieiunio expelluntur. matt. 17 c
Dæmonia Iesum esse christum agnoscunt. Matt. 8 d
Dæmon confitetur se christum nosse & Paulum. Act. 19 c
Dæmonia nobis subdi, non gloriandum. Luc. 10 c
Dæmoniorum doctrinæ, quæ. 1. Timoth. 4 a
Dæmoniacum sanat christus. Matt. 12 b
Dæmoniaci duo sanantur à christo. Mat. 8 d
Dagon deus Philistinorum corruit. 1. Reg. 5 a
Dalila meretrix prodit Samsonem. Iud. 16
Damascenis vastitas futura ab Assyriis. Esa. 17 a
Damasci prædicat Paulus. Act. 9 c
Damnat sonis ministratio: lex. 2. cor. 3 b
de Damno facto. Exod. 22 a
Dan vrbs, quæ & Lais. Iud. 18 g
Dan filius Iacob. Genes. 30 a, 49 a, deuter. 33 d, Ios. 19 c
Dandum, & dabitur nobis. Luc. 6 f
Dare beatius, quàm accipere. Act. 20 g
Datorem hilarem diligit Deus. 1. cor. 9 b
Danielis acta leguntur à primo capite libri sui Danielis, vsque ad 14
Darii Medi acta. Daniel. 5 g, 6 g. 1. Esdr. 6 a
Dathan rebellis in Deum coburitur. Nu. 16 a
Dauid ex quibus ortus. Ruth. 4 d
Dauidis acta leguntur à primi libri Regũ capite 13. vsque ad secundum tertii libri.
Dauid necessitate compulsus comedit panes Deo consecratos. Matt. 12 a
Dauidis cor rectum corã Deo. 3. Re. 14 b, 15 a
propter Dauidis pactas promissiones, non vult Deus auferre regnum Salomoni. 3. Regum 11 f
Dauide maior Christus. Matt. 22 d
Debita septimo quoque anno remissa. deut. 15 a
Debitum & ius inter christianos, charitas. rom. 13 c
Debora nutrix Rebeccæ, moritur. Gen. 35 b
Debora vxor Lapidoth iudicat Israelem. Iud. 4 a
Decalogi repetitio. deut. 5 a
Decanos constituit Moyses. Exod. 18 d
Decem præcepta. Exod. 20 a
Decem tribus Israel à deo electæ. Esai. 9 b 17 a
Decimæ Dei erant. Leuit. 26 d 27 d
Decimis qui alebantur. deutera 4 d
Decimæ fœminum, &c. Regum etiam erant. 2. Reg. 8 c
non Decipiendus frater. Leuit. 19 c
Decuriones constituit Moyses. deut. 1 b
Dedicatum templum Salomonis à Deo. 3. Reg. 9 a
pro Dedicatione, lex hostiæ. Leuit. 7 a
Demetrii Seleuci filii acta. 1. Macha. 5 vsque ad 14. caput secundi libri.
Dentẽ excutiẽti, dens excutiebatur. Exo. 21 c
Depositi lex. Exod. 22 b
non Derelinquit Deus populũ agnoscentem peccatum. 1. Reg. 12 d, 3. Reg. 6 b
Dereliquit se à Deo clamat in cruce Christus. Matth. 27 c
Dereliquit Deus alii fidentes quàm ei. deut. 31 d
Descensus christi ad inferos. Psal. 15. ver. 10
in Desertis moratur christus. Mar. 1 d
Deserunt viam Dei Israelitæ Exod. 32 b c
Desperantium confirmatio. Ezech. 33 c
Desperant Israelitæ de salute. Exod. 14 c
Desperat Cain. Genes. 4 c
Despexit Dauid Deum, adulterando. 2. Reg. 12 c
Desyderia nostra ne faciamus. 1. Timot. 2 d, 1. Petr. 1 c, 2 c
Detrahunt Moysi Aaron & Maria. Num. 12 a
Detractio vitanda. Iacob. 4 c, 1. Pet. 2 a
Detractor occultus cui similis. Ecclesiast. 10 e
Deus, spiritus est. Ioan. 4 e
Deus, Christi caput. 1. coriath. 11 a
Deum nemo vidit vnquam. Ioan. 1 b
Deus vnus & pater omnium. 1. Cor. 8 b
Dei nomen. Exod. 3 d
Deus vbique, cuncta intuetur. Ierem. 23 e
Deo omnia possibilia. Matt. 19 d
Deo nihil est ab homine adiutorii. Iob 26 a
Deum Patrem nouit, qui Christum nouit. Ioan. 14 a
ex Deo omnia, & nos per illum & in illum. Rom. 11 d
Deus alius non est, quàm Deus Israel. Exod.

Deus vult cognosci deus per signa sua. Exod. 7 c
Deos alienos si adorauerimus, peribimus. Deut. 5 a 6 c
Dei non sunt, qui manibus fiunt. Act. 19 e
Deus huius seculi. Satan. 2. Cor. 4 a
Deos pro iudicibus accipit etiam scriptura. Exod. 22 b
Deuteronomium legat rex, & quare. deu. 17 d
Deuter. legis explanatio. Deut. 1 a
Deuteronom. traditur Leuitis & senioribus. Deu. 31 b
Deutero. legit Iosias coram populo 4. Re. 22 b
ad Dexteram Christi sedere volunt filii Zebedæi. Matt. 20 c
Diabolus mulierem seduxit, & maledixitur. Gen. 3 a b c.
Diabolus princeps aëris huius. Ephes. 2 a. Accusator fidelium. Apoc. 21 c. Aduersarius & hostis noster. 1. Pet. 5 c. Ephes. 6 b
Diaboli semen, infideles. Matt. 13 e. Ioan. 3 b
Diabolum vicimus fide in Christum. 1. Io. 5 b
Diabolo & angelis eius paratus ignis æternus. Matt. 25 d
Diaconorum mores quales esse debent. 1. Tim. 3 b
Dies verbo Dei creatur. Gen. 1 2 8 d
Dies longiores aut breuiores tribuit Deus. Deut. 30 d
Dies longa temporibus Iosue. Ios. 10 e
Dies boni. 1. Pet. 3 b. Dies mali. Ephe. 5 c
Difficilia quatuor cognitu. Prouer. 30 c
Difficile nihil est Deo. Gen. 18 b
Digiti seni in manibus gigantis. 2. Reg. 21 d
Digito Dei scriptæ tabulæ Moysi. Exod. 31 d
Digitus & potentia Dei. Exod. 8 d
Dii hominum manu fabricati. Deut. 4 d
Dii gentium neminem saluant. Baruch. 6 b
Dii pro iudicibus in sacris literis. Exod. 22 b
Dii vocantur auditores verbi. Ioan. 10 g
à Dilectione in Deum abducens propheta. Deut. 13 a
Dilexit nos prior Deus. 1. Ioan. 4 c
quòd dilexisset patres, docuit Deus Israelem. Deute. 4 f
Diligens nos Deus misit Filium. Ioan. 3 b
Diligens nos Christus dedit animam pro nobis. Ioan. 10 e
Diligunt Deum, qui mandata eius faciunt. 1. Ioan. 2. 4. 5
Diligamus inuicē, sicut Christus dilexit nos. Rom. 12 c
Dilectio proximi, legis impletio. Rom. 13 c
Dilectione in Christum: mandata implentur. Ioan. 14 c
Diligendi amici & inimici. Leuit. 19 d. Matth. 5 g
Diligendus Deus ex toto corde. Deuter. 6 a Luc. 10 e
vt Diligamus se, purgat corda nostra Deus. Deut. 30 b
Diluuium temporibus Noe. Gen. 6 7 8
Dina filia Iacob rapitur. Genes. 30. 34 a
Dionysius Areopagita christo credit. Act. 17 g
Diotrephes reprehensus à Ioanne. 3. Ioan. c
Discalceati domus quæ erat Israelitis. Deut. 25 b
Discipuli Christi, qui in fide eius permanent. Ioan. 8 d
Discipuli Christi quo dignoscuntur. Ioh 13 d
Discipulus Christi coputet sumptus antequa prædicet. Luc. 11 f
Discipul. Christi Patrem odit præ Christo. matt. 10 d
Disciplina Dei & tribulatio bona. Heb. 12 b
Disciplinam non recipientibus minatur Deus. Leu. 26 d
Discamus timere Deum. Deuter. 14 c, 31 c
Discordiarum author detestandus. Prouerb. 6 b
non Dissensionis, sed pacis author Deus. 1. Cor. 14 f
Dispensatores euangelii, Apostoli. 1. corinth. 4 a
Disputationes vitandæ. Tit. 3 c
Diues qui in diuitiis fidit. Marc. 13 b
Diuitibus væ, & quare. Luc. 6 d, Iaco. 5 a
Diuites alloquitur Paul. 1. Timoth. 6 b c
Diues vix cognoscit euangelium. Matt. 19 c
Diuitis inuenis parabola. Luc. 12 c
Diuites Iacob & Esau. Gen. 30 d, 36 a
Diuitiarum & paupertatis author, Deus. Prou. 22 a
ob Diuitias, ne obliuiscamur Dei. Deut. 8 c
Diuitiarum fallacia. Marc. 4 b
Diuitiis renuntiandum. Luc. 16 c
Diuitiis & Deo seruire. Matt. 6 c
Diuini moriantur. Leuit. 20 d
Diuinos ne consulamus. Deut. 18 b
Diuinam naturam quomodo participamus. 2. Pet. 1 a
Diuortium non quærant qui connubio iuncti sunt. 1. cor. 7 e
Docti à Deo Christiani. Ioan. 6 e
Doctor fidelium, Spiritus sanctus. Ioan. 14 d
Doctores in ecclesia constituti. 1. cor. 12 d
Doceamus singuli singulos. 2. Thess. 5 c
Doctores fugiant quæstum & quæstiones. 1 Tim. 6 b
Docentes placentia & fabulas. 2. Timoth. 3 b 4 a, Tit. 1 b
Doctrina, Dei donum. Roma. 12 b
Doctrina sana. quæ. Tit. 2 a
Doctrina Dæmoniorum, quæ. 1. Tim. 4 a
Doctrinam aliam afferentes quam christi, non recipiendi. 2. Ioan 9, coloss. 2 a
Docuit Deus Israelem. deut. 4 f 32, b 33 a
Docendi filii verbum Dei. deut. 6 b, 11 c
Doeg prodit Dauidem Sauli. 1 Reg. 22 b
Dolus abest à Christianis. 1. Petr. 2 2 d
Dominus vnus, Deus. deut. 6 a
Dominus tecum, Salutatio. Iud. 6 b, Ruth 2 a
Dominorum officium in seruos. Ephes. 6 b
Dominari populo in timore Dei. 2. Reg. 23 a
Domus leprosæ consideratio. Leuit. 14 e
Domus venditio. Leuit. 25 d
in Domo meditemur verbum Dei. deut. 11 c
Domus, domini, templum. 2. Reg. 12 e
Domus Dei, Israeliticus populus. Num. 12 b
Donius Dei spirituales, fideles. 1. Petr. 2 a, 4 d
Domus, corpus nostrum. 2. Cor. 5 a
Domus orationis, domus dei. Matt. 21 b
Domesticis fidei benefaciendum. Gal. 6 e
Donum Dei est quòd saluamur. Ephes. 2 a
Donum Dei est fides. Matt. 16 c
Donum Dei scripturas intelligere. Luc. 24 g
Dona

Dona dei sunt omnia quæ habemus, vt de talentis vides Matth. 25 b
Dona varia dedit christus ascendēs in cælum ad ædificationem ecclesiæ. Ephes. 4 b. 2. Pet. 1 a
Dona Dei administremus in alterutrum. 1. Pe. 4 c
Dormituri meditemur verbū Dei. Deut. 11 e
Dormire pro mori corporaliter. Geu. 47 g
Dormientium primitiæ, christus 1. Cor. 15 c
Dormientis cum ancilla, punitio, Leuit. 19 c
De dragma perdita. Luc. 15 b
Draconem interficit daniel. dan. 14 e
Draco diabolus ligatus. Apoc. 20 a
Duritia populi Israeliticí. deut. 9 d
Dux populi Israel, deus. deut. 1 e 31 a
Duces à regibus mittuntur 1. Pet. 2 c
Dux incredulus prouidentiæ dei moritur. 4. Regum, 7 a

E

Ebrietas regibus fugienda. Prouerb. 31 a
ab Ebrietate cauendum. Luc. 21 f
Ebrietatis incommoda. Prouer. 23 d
Ebrius Noe irrideretur à filio. Genes. 9 c
Ebrius Ela rex Israel, occiditur. 3. Reg. 16 c
Ecclesia, domus dei. 1. Timot. 3 d
Ecclesia dei non contendit. 1 Cor. 11 e
in Ecclesiam Dei qui admittendi. Deut. 23 a
Edom quare sic dictus. Genes. 25 d
Edom negat transitum Israelitis. Nume. 20 c
Edom recedit à Iuda. 4 Reg. 8 e
Edomitæ percutiuntur ab Amasia. 4 Reg. 14 b
De Effœminatis, vide 3. Reg. 14 f
Egenis succurendum. Prouer. 28 d.
Egestas inobedientibus Deo. Deut. 28 e
De Eglon rege Moabitarum. Num. 3 c Iud. 3 b
Egressio filiorū Israel ex AEgypto. Exo. 12 f
Ela rex Israel. 3. Reg. 16 b c
Elatio Corinthiorū reprehenditur 1. Cor. 4 b
Elcanæ vxores. 1. Reg. 1 a
Eldad & Medad prophetant. Nume. 11 f
Eleazarus filius Aaron. Exod. 9 d. Ios. 24 g
Electi Christiani ante creatum mundū. Ephe. 1 a 1. Petri 2 a
Electi pasci. Matt. 20 b
Electio ex gratia Dei, non ex operibus. Rom. 9 c
Electos nemo potest accusare. Rom. 8 f
Eleemosynæ faciendæ, & quomodo. Luc. 12 d. Matth. 6 a
Eleemosyna, hostia accepta. Philip. 4 b
Elementa calore soluenda. 2. Pet. 3 c
Elementa mundi, eiborum delectus, &c. Gal. 4 b
Eleator noster Deus. 1 Reg. 22 a
Eliacim, qui & Ioacim. 4 Reg. 24 a
Eliæ prophetæ acta habes 3 Regum 17 vsque ad 4. Regum 2
Elias promissus apud Malachiam, erat Ioannes Baptista. Matt. 21 b
De Elia & Eliseo. Luc. 4 d
Eliezer filius Moysi. Exod. 2 d
Elimelech Bethlehemita cum vxore Noemi. Eliphaz amicus Iob. Iob 3, 4, 5 ¶ Ruth. 1 a
Elizabet vxor Aaron. Exod. 6 d
Elizabeth vxor Zachariæ, parit. Io. Luc. 1
Elisei vita & acta scribuntur à 3. Regum 19 vsque ad 4. Regum 13
De Eliu amico Iob vide Iob. 32 34 36
Elon iudicat Israelem. Iud. 12 d
Eloquens Aaron. Exod. 4 d
Elymas magus Paulo resistit. Act. 13 b
Emim populus qualis, & vbi habitet. Deu. 2 b
Emmanuel dictus Christus. Matt. 1 d
In Emmaum proficiscuntur duo discip. luc. 24 c
qui Emunt, tanquam non possidentes. 1. Cor. 7 e
Emor occiditur à Simeone. Gene. 34 b
Enacim interficitur à Ios. Iosue 11 d. Iudi. 1 d
Encæniorum institutio. 1. Mach. 4 g.
Enoch filius Iared, transfertur. Gene. 4 c 5 d
Enos filius Seth. Gene. 5 d
Epænetus Christianus. Rom. 16 a
Epaphras euangelizauit Coloss. Coloss. 1 a
Ephesii Dianæ cultores. Act. 19 g
Ephod lineo accinctus Samuel. 1. Reg. 2 d
Ephod accinctus Dauid, saltat. 2. Reg. 6 c
Ephraim genus & Acta Gene. 41 g 48 49
Ephraimitæ insurgunt in Gedeonem. Iudi. 8 a
Ephrata quæ & Bethlehem. Gene. 35 c
Epicurei & Stoici cum Paulo disputant. Act. 17 d
Episcopus noster, Christus 1. Pet. 2 d
Episcopus Timotheus. 1. Timot 4 d
Episcopus & Titus. Tit. 1 b
Episcopi à Paulo presbyteri dicti. Actu. 20 f
Episcopi mores. 1. Timot. 3 c. Tit. 2 b
Episcopi plures Philippis. Philip. 1 a
in Episcoporum impietatem inuehit Esa. Esa. 56 d
Epistola Christi fuerunt Corinthi. 2. Cor. 3 a
Epistolæ Pauli difficiles. 2. Pet. 3 d
Epulari ac lætari coram Domino. Deut. 16 c
Epulandum & exultandum nobis, hoc pascha nostrum immolatum. 1. Cor. 5 c
Equorum Salomonis numerus. 3. Reg. 4 c
Equos ne multiplicet sibi rex. Deut. 17 d
ne Erubescamus Christum confiteri. 2. Tim. 1 b
ne Erubescamus propter Christum pati. 1. Pe. 4 d
Erudiuit Deus Israelem 40 annis. Deut. 8 b
Esau natiuitas & acta. ge. 25 d vsque ad 36. ca.
Esca nos non commendat Deo. 1. Cor. 8 c
Ab Esca scandalizante fratrem, abstinendum. 1. Corinthiorum 1 d
Esca spiritualis manna. 1 Cor. 10
Esdras ascendit Ierosolymam. 2. Esdr. 7 a
Est & non, in sermonibus Pauli non fuit, neqi in promissionibus Dei. 2. Cor. 1 d
Esther reginæ acta. Esther, 2 4 5 7
Esurienti Eliæ ministrat angelus. 3. Reg. 19 a
Esurit Christus. Matt. 4 a
Esurientibus iustitiam promittit Christus satietatem. Matt. 5 a
Ethai proselytus sequitur Dauidem. 2. Re. 15 d
vt Ethnicus sit, qui non respuerit. Matt. 18 e
Euangelium, Christus mortuus pro peccatis, sepultus & resurrexit. 1. Cor. 15 a Ephes. 1 a
Euangelii definitio. Rom. 1 b
Euangelium in Galilæa à Christo prædicatur. Matt 4 e

INDEX VETERIS

Euangelium pastoribus nuntiatur. Luc. 2 b
vt Euangelium prædicaret, venit Chri. Mar. 1 b
Euangelium omni creaturæ prædicandum. Mar. 16 d
Euangelij prædicatoribus victus. Mat. 10 b
Euangelium diffidia parit. Ma[illegible] 10 d
in Euangelii contemptores, iudicium. 2. Thes. 2 c
Eunice mater Timothei. 2. Timo. 1 b
Eunuchi non admittebantur in ecclesiã. Deuteronomii 23 a
Eunuchus credit Christo. Act. 8 c
Eunuchi propter Euangelium. Matt. 19 b
Eupator venit in Iudæam. 2. Mach. 13 a
Euphrates fluuius. Gene. 2 c
Eutichum suscitat Paulus. Act. 20 b
qui se Exaltant, humiliabuntur. Luc. 18 b
Exaltabuntur, qui se humiliant. Philip. 2
non Exasperandus Deus. 1. Reg. 12 c
Exaudit Deus afflictos clamantes. Exod. 22 d
Exauditur Moyses pro Israele orans. Deut. 9 c
quando Exaudit Deus per ignem. 3. Reg. 18 d
Excæcationis nostræ causa, peccatum. Esa. 59 b
Excelsa ædificat Ieroboam. 3. Reg. 12 g
Excelsa discipantur ab Ezechia. 4. Reg. 18 a
Excommunicabantur Christum confitentes. Ioan. 9 c
Excommunicandi modus Pauli. 1. Cor. 5 b
Exemplar nostrum Christus. Ioã. 13 b. Philip. 2 a
Exemplar vitæ & doctrinæ Paulus. Philip. 3 b
Exequiæ Iacob. Gene. 50 b
Exhortari posse, Dei donum est. Rom. 12 b
Exhortatio vt Christum adeamus. Hebr. 4 d. 10 d
Exortemur inuicem per singulos dies. Hebr. 3 c
Exorcistæ vulnerãtur à diabolo. Act. 19 c
Expiatio iuramenti, & aliorum peccatorum. Leui. 5
Exploratores terræ promissionis occidũtur à Deo. Nume. 13 21 f. Deut. 1 d
Exploratores mittuntur in Iericho. Ios. 2 a
Ezechiæ acta leguntur. 4. Reg. 18. Esa. 37 a
Ezechielis prophetia, apud ipsum prophetã. F
Faber erat Ioseph pater Christi putatiuus. Matth. 13 g
Faber ferrarius primus Tubalcain. Gene. 4 d
Fabulæ vitandæ prædicatoribus. 1. Tim. 4 b
Fabulas non sunt sequuti Apostoli. 2. Pet. 1 c
In Fabulam vulgi fuerunt Iudæi inobedientes. Deut. 28 d
Faciendum aliis quod nobis fieri velimus. Luc. 6 e
Factor noster Deus. Deut. 32 c
Factores verbi iusti habemur. Matt. 7 d
Facies Dei præcedit Israelitas. Exod. 33 c
Facie ad faciem loquutus Deo Moyses. Exo. 33 b
vt faciem suam ostendat Deus, orandum. Num. 6 d
iuxta Faciem non iudicat Deus. 1. Reg. 16 b
Fallit Saulem patrem Michol. 1. Reg. 19 c
Fallit Dauid Saulem. 1. Reg. 20 a
Fallit Dauid regem Achis. 1. Reg. 27 d
Falsi prophetæ, ab operibus cogniti. Matt. 7 c
Falsum testimonium non dicendum. Exod. 20 c
Fama bona. Prouer. 15 d 22 a
Fames non custodientibus præcepta Dei. Leuit. 26 d
Fames vehemens in Samaria. 3. Reg. 18 a. 4. Reg. 6 a
in Fame fidelis Sareptana nutritur. 3. Reg. 17 c
Fames verbi Dei prædicitur. Amos 5 d 8 d
Familia curauda. Prouerb. 27 d
Familiam docebat Abraham. Gene. 18 c
Febri percutiuntur inobedientes. Deut. 28 c
à Febre socrus Petri sanatur. Matt. 8 b
Fel germinans in corde infidelis. Deut. 29 c
Feminalibus vtitur Aaron. Exod. 28 g
Feriæ à Iudæis celebrandæ. Leuit. 23 a
Fermentum non comedebatur. Exod. 12 c
Fermenti parabola. Matt. 13 d
Fermentum pro pestilenti doctrina. Matt. 16 a
Fermentum veteris malitiæ expurgandum. 1. Cor. 5 c
Ferrum natare fecit Eliseus. 4. Reg. 6 a
Ferreum iugum inobedientibus. Deut. 28 c
Festa anni tria. Leuit. 23 a
Festiuitates Iudæorum quare relicit deus. Amos 5
Festo die quare, non captus Christus. Mat. 26 a
Festuca in oculo fratris. Matt. 7 a
Fici parabola. Matt. 21 b 24 c
Ficus infructiferæ parabola. Luc. 13 b
Fides quid. Heb. 11 a
Fides adhibenda verbo Dei. Heb. 4 a
Fides ex auditu verbi Dei. Rom. 10 c
Fides Abrahæ in promissiones Dei. Gene. 24 a
Fides necessaria accidenti ad Christum. Heb. 11 b
Fide purificantur corda. Act. 15 b. Ioan. 15 a
Fidei finis, salus animarum. 1. Pet. 1 b
Fide resistimus diabolo. 1. Pet. 5 c
Fidei scutum in omnibus. Ephe. 6 c
Fide accipitur spiritus sanctus. Galat. 3 a
Fides sine operibus mortua. Iaco. 2 c
Fidem demonstrant opera. Philemo. 1. Ioã. 2 a
Fides charitatem habeat. 1. Timo. 1 a
Fidem imitemur Apostolorum. Heb. 11 b
Fidẽ adangeri sibi orant Apostoli. Luc. 17 b
Pro Fide Petri orat Christus, Luc. 22 c
Fide accipiemus quod petimus. Matt. 21 b
Fide plena accedamus ad Christum. Heb. 10 d
ad Fidem exhortemur inuicem. Heb. 3 c
Fidem suam tenet vnusquisque. 2. Cor. 13 b
Fidei probatio & afflictio. 1. Pet. 2 b
in Fide perseuerandum. Colos. 1 c
Fidelis Deus manet in promissis. 1. Cor. 1 b
Fidelitas in ministris verbi. 1. Cor. 4 a
Fidentes in homine, maledicti. Iere. 17 a
Figmentum non conqueritur aduersus figulum. Rom. 9 b
Figulus facit quod vult. Iere. 18 a
Figura mundi præterit. 1. Cor. 7 e
Filium suum lactat Anna. 1. Reg. 1 d
Filii castigandi. Prou. 13 d 19 c. 22 c
Filii docendi nos liberatos esse à diabolo per Christum. Deut. 4 b 6 d
Filii docendi mysterium paschæ. Exod. 12 d

Filium

ET NOVI TESTAMENTI.

Filium suum Salomonem tradit Dauid in manus Nathan prophetæ. 2. Reg. 12 f
Filii inobedientis pœna. Deut. 21 d
Filiorum officium erga parentes. Ephes. 6 a
Filios consecrant idolis Israelitæ. 4. Reg. 17 c
Filii Abrahæ, fideles. Rom. 9 b
In Filios Dei adoptati sumus. Ephe. 1 a
Filii Dei sumus per fidem. Galat. 3 d
Filiorum duorum parabola. Matt. 21 c
Fimbriæ per angulos vestimenti. Nume. 15 d
Fingit Dauid. 1. Reg. 21 a
Fingit Samuel quod immolet. 1. Reg. 16 a
Finis hominis inspectus. Ecclesiastes 9 b
Finis omnium appropinquauit. 1. Pet. 4 b
Firmamenti creatio. Gene. 1 a
Flagellatur Christus. Matt. 27 c
Flagellatur Paulus. Act. 22 f.
Fler Iesus. Ioan. 11. d. Fler item ingrediens Ierusalem. Luc. 19 f
Flentes, beatis & quare. Luc. 6 d
Flendum cum flentibus. Rom. 12 d
Flere nosmetipsos debemus, non Christum passum. Lucæ 23 d
Fluuius irrigans paradisum. Gene. 2 d
Fœcundam facit Deus Liam. Gene. 29 b
Fœlicitate nescit vti stultus. Prouer. 26 a
Fœnum dat Deus iumentis timentium se. Deut. 11 b
Non Fœnerandum fratri. Deut. 23 d
Folio volante terret Deus inobedientes. Leu. 26 f
Fons irrigans terram. Gene. 2 a
Fons gratiæ & veritatis Christus. Zacha. 13 a
Formidolosi non procedant ad bellum. Deut. 20 b
Fornax ferrea AEgyptus. Deut. 4 c
Fornicatio vitanda. 1. Cor. 10 b. 1. Thes. 4 a
Fornicatio ne nominanda quidem. Ephes. 5 a
Fornicationem excommunicat Paulus. 1. Cor. 5 a
Fornicationes morte puniendæ. Leuit. 18 a
Fornicatrix comburebatur. Gene. 38 f
Fornicator Zambri occisus à Phinees. Nu. 25
Fornicari cum diis alienis. Exod. 34 b
Fortis Deus noster. 2 Reg. 22 a
Fortitudo Dei ostensa in Pharaone. Exod. 9 e
Fortitudo nostra Deus. Exod. 15 a
Fortitudinem aufert Deus inobedientibus. Deut. 28 b
Quod Fortunæ vulgo tribuitur, scriptura ad Deum defert, vt vides Exod. 21 c
Fractio panis. Act. 2 g
Frarris mortui absq; liberis, vxorem accipiebat alter frater. Deut. 25 b
Frater abducens à fide, occidendus Deut. 13 b
Fratris nomine compellat Iac. ignotos. Gene. 29 a
Fratres suos nos dicit Christus. Heb. 2 c
Fratres sunt omnes Christiani. Matt. 23 a
inter Fratres primogenitus Christus. Ro. 8 f
Fratri peccanti remittendum. Matt. 18 c
Fraternitatem diligamus. Roma. 12 c
Fratres sine cognati Christi non credunt in eum. Ioannis 7 a
Fraudulenti non saluabuntur. 1. Cor. 6 b
Fraus ferenda, non inferenda. 1. Cor. 10. 6 b
à Fructibus cognoscitur arbor. Matt. 7 c
Fructus iustitiæ, & peccati. Rom. 6 d
Fructificemus Deo per opera. Roma. 7 a
Fruges consumuntur inobedientibus. Deut. 28 d
Frumentum dat Deus diligẽtibus se. Deu. 11 b
Fugiendum, si persequantur nos. Matt. 10 c
Fugit Paulus, ne dilapidetur. Act. 14 a
Furis pœna. Exod. 22 a
cum Fure non versandum. Prouer. 24 d
Furtum non faciendum. Exod. 20 c
Fures non saluabuntur. 1. Dorin. 6 b
Fures Laurent manibus, & ad quid. Ephe. 4 b
Furis parabola. Matt. 24 d
Fures & latrones Christus Pharisæos vocat. Ioannis 10 b
Furore mentis percutit Deus inobedientes. Deutero. 28 c

G

Gaal filii Obed acta. Iudic. 9
Gabaa Beniamin ædificatur. 3. Reg. 15 e
Gabaonitarum callidtas. Iosue 9. 10
Gabelus venit ad nuptias Thobię. Thobię 9 c
Gabriel salutat Mariam. Luc. 1 c
Gad filius Iacob. Gene. 30 b 49 c. Ios. 13 a
Gad propheta. 1. Reg. 22 a 2. 24 b
Galaad mons quare sic dictus. Gene. 31 a
de Gallina pullos congregante. Matt. 23 d
Galilæi Christum suscipiunt. Ioan. 4 f
Gamalielis consilium pro apostolis. Act. 5 f
Garizim mons benedictionum. Deut. 27 b
in Gaudio seruiendum Deo. Deut. 28 c
Gaudent apostoli se affligi propter Christum. Act. 5 g
Gaudendum in Domino. Roma. 12 c
Gaudendum cum gaudentibus. Roma. 12 c
Gaudium à spiritu sancto. Roma. 14 c
vt Gauderemus, venit Christus. Ioan. 17 b
Gaudium & pax nato Christo. Act. 2 g
Gaudium cordis prorogat vitam. Ecclesiastic. 30 d
Gazer vrbs expugnata à Iosue. Ios. 10 f
Gedeonis acta leguntur, Iudicum 6. 7. 8
in Gehenna, ignis perpetuus. Marc. 9 g
Gehon fluuius. Gene. 2 c
Gemunt filii Dei, & quare. Roma. 8 d
Genuit nos Deus. Deut. 32 c
Generandi vim dedit Deus omnibus quæ super terram sunt. Gene. 1
Gentes in gloriam Dei creatæ. Deut. 25 d
Gentes & populos diuisit deus per regiones. Deut. 32 a
Gentium societatem prohibet Deus Iudæis. Deut. 7 a
ne Gentium opera imitemur. Ephe. 4 d
Gentium conuersatio ante fidem. Ephe. 2 a
Gentes, canes à Christo dicuntur. Matt. 15 e
Gentes dimisit Deus agere quod vellẽt, dans tamen eis pluuias & vsque ad tempus. Act. 14 c
Gentium electio. Psal. 17. ver. 48. Psal. 2
Gentium conuersio. Esa. 2 a
Gentiũ vocatio per prædicationem. Esa. 66. f
Gentes conuertit Deus. Act. 11 c. 14 d
Gentium ingressus in ecclesiam. Matt. 8 b. 12 b Luc. 2 c, Act. 2 f 28 g
Gentium ingressus, Samaritani. Ioan. 4 a
Gentium minister Paulus, & doctor. Ro. 15 d Galat. 2 c. 1. Timo. 2 b
Gentibus datur spiritus sanctus. Act. 10 g

INDEX VETERIS

Gentes concíues ſanctis. Ephe. 2 d
Gentes non glorientur ob ſuam electionem. Rom. 11 e
Gentes meminerint quales fuerint. Ephe. 2 e
Gentes ex ſola miſericordia laudant Deum, Iudæi ex promiſsionibus. Pſal. 116. Rom. 15 b
Ex Gentibus plures Chriſto credunt. Eſa. 54 a
Giezi famulus Eliſei, lepra percutitur. 4. Re. 4 e 5 f
Gigantes in terra Chanaan. Nume. 13 d
Gigantes viri potentes. Gene. 6 a
Gladio perçutientes, peribunt. Matth. 26 a
Gladii ius. Gene. 9 a
Gladium quare portat magiſtratus. Rom. 13 b
Gladius ſpiritus aſſumendus. Epheſ. 6. c
Gloria Domini in nube. Exod. 16 b
Gloria Domini impletur templum. 3. Reg. 8 b
in Gloriam Dei electus Iſrael. Deut. 16 d
in Gloriam Dei confirmatur Lazarus. Ioan. 11 a
Gloria ſoli Deo debetur. Philip. 4 d
in Gloriam Dei omnia faciat fidelis. 1. Cor. 9 g
Gloria poſt tribulationes. 2. Pet. 1 b
Gloriam non quæſiuit Paulus. 1. Theſſal. 2 a
Gloriæ inanis cupiditas fugienda. Gal. 5 d
Gloriam abinuicem quærentes, non poſſunt Chriſto credere Ioan. 5 f g 12 f
Non gloriandũ in ſuis viribus. 1. Cor. 1 b 11 b
Gloriandum in Dei cognitione. Iere. 9 f
vt Glorificetur Deus, fiant opera noſtra. Matt. 5 b
Glorificandus Deus. Exod. 15 a. Deut. 28 f
Godolias moritur 4. Reg. 25 f
Gog interitus. Eze. 38 g
Goliath interficitur à Dauide. 1. Reg. 17
Gomor quæ menſura. Exod. 16 g
Gomorrha comburitur. Gene. 19 e
Græci ſapientiam quærunt. 1. Corin. 1 e
de Grano frumenti cadenti in terram. Ioan. 12 d
Gratia Dei redemptio. Rom. 7 d Ephe. 1 b
Gratia Chriſti ſaluamur. Ephe. 2 a
Gratiæ Deo agendæ poſt cibum. Deut. 8 b
Gratias agit Chriſtus. Matt. 14 b
Gratiæ Deo ſemper agendæ. Ephe. 5 a
Gratis communicandũ Euangelium. Matt. 10 a
Gregem paſcens de Lacte gregis manducat. 1. Corin. 9 a
Greges ouium multiplicantur ſeruantibus præcepta Dei. 28 a
Gula opus tenebrarum. Rom. 3 d

H

Habacuc paſcit Danielem. Daniel. 14 f
Habitant fideles confidenter. Deut. 33 d
Habitaculum Dei terra Chanaam. Exod. 15 d
Habitaculum Dei facti Chriſtiani per ſpiritũ ſanctum. Epheſ. 2 d
de Hæreditate mortui abſq; maſculo. Nu. 27 b
Hæreditas Leuitarum, Deus. Deut. 18 a
Hæreditas Dei, populus Iſrael. Exod. 15 b
Hæreditas cęleſtis datur ex promiſsione. Gal. 3 c Matt. 25 d Tit. 3 b 1. Pet. 1 a
Hæres vniuerſorum, Chriſtus. Heb. 1. a. Luc. 20 c
Hæreditatem non vult Chriſtus diuidere inter fratres. Luc. 12 b
Hæreſis oportet eſſe. & quare. 1 Corin. 11 d
Hæretici vitandi. Tit. 3 c
Hæreſis phariſæorum, pro ſecta. Act. 26 a
Hai vrbs ſuccenditur. 7 8
Halixetum non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
Hananiæ falſa prophetia. Iere. 28 a
Hanon iniuria in ſeruos Dauidis. 2. Reg. 10 a
in Haram quæ & Charan mortuus Thare. Ge. 11 d
Hazaelis regis Syriæ acta. 3. Reg. 19 c vſque ad 4 Reg. 13 d
Hebal mons maledictionum. Deut. 27 b
Hebdomadarum ſolennitas. Exod. 34 c
Hebdomadum 70. viſio. Daniel. 9 f
Heber naſcitur. Geneſ. 10 d 11 c
Hebræum ſe iactat Paulus. 2. Corin. 11 e
Hebron quæ & Arbee. Gene. 35 d
Heli ſacerdotis acta. 1 Reg. 1. 2. 3. 4
Hemam cantor. 1. Paral. 6 c
Hemor occiditur à Simeone. Gene. 34 d
Henoch filius Cain. Gene. 4 c
Henoch tranſlatus à Deo. Gene. 5 d
Her occiditur à Deo. Gene. 38 b
Herbæ verbo Dei creantur. Gene. 1 b
Hermon mons qui & Sarion. Deut. 3 b
Herodes occidit innocentes. Matt. 2 c
Herodis opinio de Ieſu. Matt. 14 a
Herodes natalem ſuum celebrat. Marc. 6 c
Herodem vulpem vocat Chriſtus. Luc. 13 g
Herodes & exercitus eius ſpernunt Chriſtum. Luc. 22 b
Hertheţi penitus delendi. Deut. 20 d
Heua ſeducitur à ſerpente. Gene. 3 a
Heuæos iubet Deus eleri. Deut. 20 d
Heuæus indurat à Deo, reſiſtit Iſraeli. Io. 11 d
In Hilaritate miſereandum. Rom. 12 b
Hiram regis Tyri acta. 2 Re. 5 & 3. Reg. 5 a 9 b
Hiram artifex æraruius eximius. 3. Reg. 7 b
Hircus peccatis populi onuſtus. Leuit. 16 e
Hobab qui & Raguel, ſocer Moyſi. Num. 10 d
Hœdus ſugens lac non coquendus. Exod. 23 d
Hœdi à Chriſto vocatur maledicti. Matt. 25 e
Holocauſti lex. Leuit. 6 a
Ho locauſtum deuorat ignis à Domino. Leuit. 9 d
Holoſeruis acta ſcribuntur à 7. cap. Iudith, vſque ad 13 caput.
Homicidii vltor Deus. Gene. 9 a
Homicidii lex. Nume. 35 b
Homicida voluntarius occidendus. Deut. 19 e
Homicida diabolus. Ioan. 8 f
Homicida qui fratrem odit. 1. Ioan. 3 c
Homo ad imaginem Dei factus. Gene. 1 d
Homini formato datur anima viuens. Gene. 2 b
Homini vim generandi dat Deus. Gene. 1. d
Homini prouidet Deus de victu. Gene. 1. d
Homo addicitur labori. Gene. 3 a
Homini omnia ſubiecta. Gene. 1 d 9 a
Hominis fragilitas prædicatur. Eſa. 40 b
Hominem nouit Chriſtus. Ioan. 2 d
Homines natura filii iræ. Ephe. 2 a
Homo diuiditur in ſpiritum, animam, & corpus. 1. Theſſ. 5 d
Homo primus, Adam: ſecundus Chriſtus. 1. Cor. 5 f
Homo exterior, corpus. 2. Cor. 4 d
Honor tribuendus cui debetur. Ro. 13 c
Honor credentibus in Chriſtum. 1. Pet. 2 b

Hono

ET NOVI TESTAMENTI.

Honoremus omnes propter Deum. 1. Pet. 2 d
Honorificans Deum, fidens ei, honoratur. 1. Reg. 2 f
Honorificat patrem Chriſtus. Ioan 8 f
Horæ diei duodecim. Ioan. 11 b
Horeb mons, qui & Sinai. Deut. 1 a
Horrea benedicuntur obedientibus Deo. Deutero. 28
Horrendum incidere in manus Dei. Heb. 10 c
Horrbæi expulſi à filiis Eſau. Deut. 2 c
Hoſpitales ſimus inuicem Rom. 12 a
Hoſpitalitas Abrahæ, & Loth. Gen. 18 a 19 a
Hoſpitalis Martha Chriſtum ſuſcipit. Luc. 10 g
de Hoſtiis variis lege Leuiticum.
Hoſtia munda gentium. Malac. 1 c
Hoſtiæ & munera Chriſtum ſignificabant. Heb. 9 f
Hoſtiam ſeipſum obtulit Chriſtus. Heb. 7 d
Hoſtias reiicit Deus, vnica Chriſti hoſtia contentus. Hebr. 10 b
Hoſtia laudis offeratur per Chriſtũ. Heb. 13 c
Hoſtibus tradit Deus inobedientes. Deu. 28 c
Hoſtibus ſuis vindictam retribuit Deus. Deuteron 32 f
Humilitatis laus. Prouer. 16 c
Humilibus & inferioribus ſe accommodandum. Rom. 12 d
Humilium & afflictorum conſolator Deus. 2. Cor. 1 a
qui ſe Humiliat, exaltabitur. Mat. 23 b
Humilibus dat Deus gratiam. 1. Pet. 5 b
Humiliemur ſub potenti manu Dei. 1. Pet. 5 b
ad Humiliatem cordis inuitat Chriſtus. Mat. 11 d, ſic & Paulus. Epheſ. 4 a. Item Luc. 14 b
Hydropicus ſanatur ſabbatho. Luc. 14 a
Hypocriſis. Prouer. 11 c 30 b
Hypocriſis humanorum operum arguitur. Eſa. 58 a
Hypocritarum cæcitas. Mala. 2 b
Hypocritæ Iudæi conuincuntur. Iere. 2 e
Hyſſopi faſciculus. Exod. 12 d

I

Iabel inuenit tentoria. Gene. 4 d
Iabes Galaad habitatorum acta ſcribuntur. Iudic. 21 b. 1. Reg. 11 a & 31 d
Iabin rex Canaan. Iud. 4 a
Iacob natiuitas & acta. Gen. 25 d, ad 49. cap.
Iacob dilectus à Deo. Rom. 9 c
Iacobi & Ioannis vocatio. Mat. 4 d
Iacob viſus Chriſtus poſt reſurrectionem. 1. Cor. 15 b
Iacobus frater Ioannis occiditur. Act. 12 a
Iactantia fugienda. Prou. 25 a
Iahaziel prophetat. 2. Paral. 20 c
Iahel vxor Haber occidit Siſaram. Iud. 5 e
Iair iudex in Iſrael. Iud. 10 a
Iairi principis ſynagogæ filiam ſuſcitat Chriſtus. Mat. 9 c
Iannes & Mambres reſiſtunt Moyſi. 2. Tim. 3 b
Iapheth generatio. Gen. 9 d 10 a
Iaſon multam ſoluit ob ſuſceptum paul. Act. 17 b
Ibim non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
Ichabod naſcitur. 1. Reg. 4 d
in Iconio prædicat paulus. Act. 14 a
Idola gentium ſtulta. Eſa. 46 a
Idola vnde traxerunt originem. Sapien. 14 b
Idolum non faciendum. Leuit. 26 a
Idola fugienda. Deut. 18 b
Idololatra occidendus. Exod. 22 c
Idololatriæ mala. Sapien. 14 d
Idololatriæ abominationes. Ezech. 8 b
Idololatriam omnem obiiciamus. 1. Cor. 10 b
Idololatræ non ſaluabuntur. 1. Cor. 6 b de Idolothytis, vide. 1. Cor. 8 b c
Idumæi non abominandi. Deut. 23 a
Idumææ vaſtatio. Amos 1 c. Eſa. 21 c
Iebus quæ & Ieruſalem. Ioſ. 8 d
Iebuſæos non vult Deus penitus excindi. Deut. 20 d
Iehu prophetæ occiditur. 4. Reg. 16 a
Ieiunium quomodo faciendum. Mat. 6 b quale Ieiunium optet Dominus. Eſa. 58 b
Ieiunio & oratione eiicitur dæmonium. Matth. 17 c
Ieiunia nulla, ſine operibus miſe. Zacha. 7 b
Ieiunat & orat paulus. Act. 14 d
Ieiunium prædicat Ioſaphat populo. 2. Paral. 20 a
Ieiunio humiliat ſe Chriſtus. Pſal. 34
Ieiunauit Moyſes 40. diebus & 40 noctibus. Exod. 34 d. Sic & Chriſtus. Mat. 4 a
quòd non ieiunent, reprehendantur Apoſtoli. Mat. 9 b
Ieiunium ſuum non obiiciẽdum Deo. Eſa. 57 a
Iephthe acta. Iudi. 11 & 12
Ieremiæ genus & acta leges in ipſius prophetia.
Iericho deſtruitur. Ioſ. 1 a 6 a
Iericho vrbem reædificauit Hiel 3. Reg. 16 g
Ierobaal quare vocatus Gedeon Iudi. 6 f
Ieroboam acta leges à 3. Reg. 11 e, vſque ad 15 cap.
Ieruſalem quæ & Iebus. Ioſ. 15 b
Contra Ieruſalem prophetauit Eſaias, Ieremias & Ezechiel.
Ieruſalem tranſfertur in Babylonem. 4. Reg. 24 c
Ieruſalem reſtauratur 2. Eſdr. 3 a
in Ieruſalem moritur Chriſtus. Luc. 13 c
Ieruſalem Chriſtus ingreditur. Mat. 23 d
Ieruſalem excidium ob contemptum Chriſtum. Mat. 23 d
Ieruſalem deplorat Chriſtus. Mat. 23 d
Ieruſalem ciuitas noua. Pſal. 86. Apoc. 3 c
Ieruſalem ſuperna & cæleſtis. Galat. 4 d
Ieſus filius Joſedec. Zacha. 3 a
Ieſus Meſſiæ nomen. Luc. 1 c. Mat. 1 e
Ad Ieſu nomen omnia ſe ſubiiciunt. Phil. 2 b
Iethro ſocer Moyſi. Exod. 3 a. 18 a
Iezabel impiæ acta. 3. Reg 16. 18 19. 21 & 4. Reg. 9 f g
de Igne egreſſo aceruos frugum combuſſo. Exo. 22 a
Ignis non accendebatur in ſabbatho. Exo. 35 a
Ignis perpetuus. Leuit. 6 b
Ignis columna deducens Iſraelem. Exod. 40 d
Ignis conſumens Deus. Deut. 4 d
Ignem prædictionem euangelii optat Chriſtus accendi. Luc. 12 f
Igne tribulationũ ſaliętur victima. Marc. 9 g
Igne tribulationum probamur. 1. Cor. 3 c
Ignea lex. Deut. 33 a
Igneis ſerpentibus percuſſi Iſraelitæ. Nume. 21 b

INDEX VETERIS

Igneo curru tollitur Elias.4 Reg.2 b
Ignobiles, qui Deum contemnunt.1.Reg.2 f
Ignobilia mundi elegit Deus 1.Cor.1 d
Illuditur Christus.Mat.27 c
Imagines gentium subuerti præcep.Deus. Deut.7 a
Ad Imaginem Dei factus homo Gen.1 d
Imago Dei, Christus.2.Cor.4 a
Imago Dei, & gloria, vir.1.Cor.11 b
Imitandus Deus.Ephe.5 a
Imitator Christi Paulus.1.Cor.4 d
Imitari Paulum quomodo oporteat.2.Thes.3 b
Immaculata Dei via.2.Reg.22 c
Immisericordes Sodomitæ puniuntur.Iud.8 c
Immortalis Deus.1.Tim.6 c
Immunda animalia.Deut.14 a
Immundum non tangendi lex.Num.19 c
Immunditia omnis non nominanda.Ephe.5 a
Imperium Dei contemnentes, puniuntur. Deut.9 c
Imperium datum Christo.1.Reg.2 b
Impius non credens Euangelio. 1.Pet.4 d
Impii & infidelis descriptio.Psal.1
Impii, scandala à Christo dicuntur.Mat.13 f
Incantatores nulli sint.Deu. 18 b.
Incantatores Pharaonis à Deo pœnsi.Exo.9 b
Incensa, orationes sanctorum. Apoc.8 a
Incessus custodia.Prouer.4 d
Incidebant se sacerdotes Baal.1.Reg.18 e
Incircumcisus non manducat Phasc.Exo.12 g
Incircuncisa mens.Leu.26 f
Incircuncisus labiis Moyses.Exo.6 f
Inclinanda corda ad Deum.Ios.24 f
Inconstantia ubi contentio.Iac.3 d
Incredulitate abiecti Iudæi.Rom.11 c
Increduli non ingredientur regnum Heb.3 d
Incredulitatem discipulorum increpat Christus.Mat.7 c
Incredulitatem suam vt adiuuet, orat Christum pater dæmoniaci.Mar.9 d
Increduli Nazaræi. Mat.13 g
Indignatio tollenda à nobis.Ephe.4 g
Indulgentia Heli erga liberos.1.Reg.2 e
Induimus Christum per baptismum.Gal.3 d
vt Induamus Christum exhortatio.Rom.13 d
ne Induremus corda nostra.Deu.15 b
Indurat Deus quem vult.Rom.9 d
Indurauit Deus Heuæos.Ios.11 d
Indurat Deus cor Pharaonis.Exo.7 a
Induratur à Deo cor Schon.Deu.2 f
Infamia.2.Cor.16 b
Sicut Infantes modo geniti simus.1.Pet.2 a
Infantibus similes nos esse oportet.Mat.19 b
Infernus describitur.Esa.30 g
Inferorum potestas non prævalet fidei Christianorum,Mat.16 c
Infidelium mentes à Satana excæcatæ 2. Corinth.4 a
cum Infidelibus nullum commercium habendum.2.Cor.6 c
Infirmitates inobedientibus Deo.Deute.7 c. 28 d.Exod.15 g.23 e
Infirmus fide,oleribus vescitur.Rom.14 a
Infirmi fide tolerandi.Thes.5 c
Infirmitatibus nostris compatitur Christus. Heb.4 d
Infirmitates ob peccata immitti.Ioan.5 e
Infirmus presbyteros accersat.Iac.5 e
Infœcunda nulla obedienti Deo.Exo.23 e
Ingratitudo Iudæorum deploratur.Esa.1 a
Ingratitudinis arguitur Ierusalem.Ezech.16 b
Ingredi viam vniuersæ terræ, pro mori. 3.Reg.2 a
Inimici diligendi.Mat.5 g.Prou.25 e
de Inimici malo non gaudendum.Prou.24 e
Inimicum non vlciscitur David.2.Reg.16 c
Inimicos cibat rex Israel.4.Reg 6 c
pro Inimicis orat Christus.Luc.23 c
Inimicos suos nos reconciliauit sibi Deus. Coloss.1 c
Iniquitates aufert Deus.Deut.34 a
Super Iniquitate non gaudet charitas. 1.Corinth.13 b
Iniqui non saluabuntur.1.Cor.6 b
Iniuria propria non vlciscenda.Mat.5 f
Iniuriæ ne simus memores.Leuit.19 d
Iniurias Semei fert David.2.Reg.16 b
Innocens nullus apud Deum.Exo.34 a
Innocentia Samuelis.1.Reg.12 a
Inobediens sacerdoti punitur.Deut.17 e
Inobedientibus verbo Dei,maledictio. Deut. 28 b.3 Reg. 1 d e
Inobedientia Adæ nos peccatores.Rom.5 d
Inscrutabilia trib.Prou.30 c
Insons non occidendus.Exo.23 a
Intelligere Iudæos Deus optat.Deut.32 d
Intelligentia replentur artifices.Exo.31 a
Intelligentia nostra,est verbum Dei.Deut.4 a
Intelligens cor.Deut.29 a
Intercedit Abraham pro Sodomitis. Gen.18 c
Intercessor noster.Christus.Rom.8 g
Internus homo, spiritus per verbum Dei conceptus.Rom.7 b
Interpretatio somniorum est Dei.Gen.40 b
Interpretatio,à spiritu Dei est.1.Corinth.12 b 14 c
Interrogandus Deus in infirmitatibus.4.Reg. 1 d
Inuident Palæstini puteos Abrahæ.Genes. 26 c
Inuidi filii Labam ob diuitias Iacob.Genes. 31 a
Inuidia filiorum Iacob in Iosaph.Gen.37 b
Inuidi fugiendi.Prouer.23 a
Inuidet nemini charitas.2.Cor.13 b
Inuidia reiicienda.Gal.5 d.1.Pet.2 a
Innocatus Deus in tribulatione,exaudit.2. Reg 22 a
Inuocantibus Deum,salus.Rom.10 c
Inuocandus Deus corde puro.2.Tim.2 d
Inuocare nomen Dei super aliquem. Num. 6 d
Ioab principis militiæ Dauidis acta,habes 2.Reg.2 c.11 c.14 c.19 a.3.Reg.2 a
Ioachaz acta,vide 4.Reg.10.13.25.
Ioachin succedit fratri Ioacim.4.Reg.14
Ioachin fit seruus regi Babylonis.4.Reg.24 a
Ioas pater Gedeonis.Iud.6 f
de Ioas filio Ochoziæ, & Ioas filio Ioachaz, vide 4.Reg.11.13.14.
Ioatham filius Gedeonis.Iud 9 a
Ioatham regnat pro Azaria.4.Reg.15 b
Iob vita & acta describuntur e libro ipsius quem imitari debemus in patientia. Iacob. 5 c
Iochabed vxor Amram.Exod.6 c

ET NOVI TESTAMENTI.

Iohanam acta,vide Ierem.40.41.42.43
Iohanna vxor Chusæ Christum sequitur. Luc.8 a
Ioannis baptistæ natiuitatem & acta descripta habes Luc.1.& in aliis tribus euangelistis.
Ioannes hortatur ad pœnitentiam, Christum venisse,saluatorem annuntians.Mat.3 a
Ioannes euangelista & Iacobus vocantur à Christo.Mat.4 d
de Ioanne mul.a apud euangelistas, & in euangelio quod ipse scripsit.
Ioannes Marcus minister Pauli.Act.13 a
de Ioiada pontifice,vide 4 Reg.11 a
Ionadab prudens carnalis.2.Reg.13 a
Ionadab filius Rechab,pius.4.Reg.10 d
de Iona,vide ipsius prophetiam.
Ionæ signo ostendit Christus se resurrecturum tertio die.Mat.12 c
Ionathan filius Gersom.Iud.18 g
Ionathæ filii Saulis acta. 1.Reg.14.18.19.20. & 31
Ionathan frater Iudæ,dux Iudæorum. 1.Mac. 9.11.2 c
Ioram regis Iudæ acta.3.Reg 22.4.Reg.8 e
Ioram frater Ochoziæ.4.Reg.1 d
Ioram filius Achab impius.4.Reg.3 d
Iordanis terra irrigua Gen.13 c
in Iordane lauatur Naaman.4 Reg 5 d
Iosaphat pius rex Iuda.3 Reg.15.22 d.4.Reg. 3 d
Ioseph filii Iacob natiuitas & acta. Gen.30 b, vsque ad 50.caput eiusdem libri.
Ioseph ab Arimathæa discipulus Christi. Mat.27 g
Ioseph cognominatus Barsabas.Act.4 g
Iosiæ regis Iudæ acta.3. Reg. 13.4. Reg.21 d. & 23
Iosue acta vide Exo 24 d.33 d. Num.11 f.13.14. Deute.1 f.& totum librum Iosue.
Iram Dei timens Moyses,orat.Deut.9 e
Iram furoris Dei facere.2 Reg 24 c
Iratus Deus claudit cælum.Deut.11 b
Iræ Dei in populum causa.Deut. 9 d
Ira Dei super incredulos.Coloss 3 b
Iræ filii sumus natura.Ephe.2 a
ab Ira ventura liberati sunt Christiani per Christum.1.Thes.1 d
Ira abiicienda.Rom.12 d
Irasci fratri est eum occidere Mat.5 c
cum Iracundo non sit tibi amicitia. Prou.22 d
Ire ad patres,pro morì Gen.15 c
Ire ad Christum,credere ei.Ioan.6 d
Iris in nubibus.Gen.9 c
Irridere pueri Eliseum,deuorâtur.4.Reg.2 d
Irridetur Christus.Ioan 19 a
non Irritatur charitas 1.Cor.13 b
Isaac filii Abrahæ acta. Genes. 15,vsque 27 cap,eius.
Isai pater Dauidis.Ruth.4 d.1.Reg.16 d
Isaiæ Prophetæ acta.4.Reg.19.20.Esa.1 & 6
Isaiam legit populo Christus.Luc.3 c
Isboseth acta.vide 2.Reg.2.3.& 4
Ismahelis vita.Gen.16 17.2.25
Israelem vocat Deus Iacob.Gen.31 g
Israelitarum vita describitur quinque libris Moysi,Iosue,Iudicum,& Regum.
Israel carnalis describitur.Osee 9 b
qui Israelitæ veri.Rom.9 b
Israel Dei,Christiani.Galar.6 d
Israelita verus,Nathanael.Ioan.1 g
Israel est inexcusabilis.Rom.10 d
Israel assecutus est salutem per electionem non per opera.Rom.11 d
Israelis excæcatio quare facta.Rom.11 c
Israelitæ quare ad iustitiam per legem non peruenerint.Rom.9 g
Issachar filius Iacob.Gen.30 c.49 b
Itineris Iacob comes,Deus.Gen.28 c
Itineris filiorum Israel dux Deus fuit diu & noctu.Exod.13 d
Iubal citharæ inuentor.Gen.4 d
Iubileus annus.Leuit.25 b
Iuda filius Liæ nascitur.Gen.29 d
Iudæ coniugium & incestus.Gen.38
Iuda dux belli constituitur.Iud.1 a
de Iuda proditore conqueritur Christus. Psal.54.
Iudas Christum tradit.Ioan.18 a
Iudam facti pœnitet.Mat.27 a
Iudas suspensus crepat medius.Act.1 e
de Iuda Machabæo, vide libros Machabæorum.
Iudæi ex medio nationum separati à Deo in populum.Deut.4 e.Rom.9 a
Iudæorum gens obstinata.Esa.48 a.Act.7
Iudæi transferuntur in Babylonem.4.Reg.25 f
Iudæ & Israelis vnio.Ezech.37 d
Iudæ reductio à captiuitate.Osee 6 d
Iudæorum reliquiæ saluandæ.Esa.10 e
Iudæorum & gentium vnio in Christo.Esa. 9 d
Iudæi baptizati in Moysen.1.Cor.10 a
ex Iudæis salus,Christus.Ioan.4 c.Rom.9 a
vt Iudæos saluaret missus Christus.Mat.15 c
ad Iudæos primum mittuntur Apostoli.Mat. 10 a
Iudæi Christum non audiunt.Mat.12 d
Iudæos eliciendos regno, susceptis gentibus, ostendit Christus parabola vineæ.Mat.21 d
de Iudæis sunt ferè omnia quæ in euangeliis & epistolis scripta leguntur.
Iudicat Moyses populi lites.Exod.18 b
in Iudicio non acquiescendum plurimorũ sententiis,vt à vero recedatur.Exod.23 a
Iudicii æquitas.Exod.23 a
Iudicabant iuxta legem iudices.Deut.17 b
Iudicio non contendendum Christianis. Mat. 5 f
Iudicat omnes mortales Deus.Gen.18 c
Iudicat Deus secundum corda.1.Reg.16 b
Iudicii pro affictione,frequens in scripturis, vt 1.Pet.4 d.iudicium suum incipit à domo sua.
Iudicatus est qui Christo non credit.Ioan.3 e
Iudicabitur quisque secundum opera.Matth. 16 d
Iudicium generale.Esa.2 c.27 a
Iudicii extremi signa præcedentia.Mat.24 c
ad Iudicium Christus cum angelis venturus. Mat.25 c
Iudicaturi Apostoli duodecim tribus. Mat. 16 d
Iudicare fratrem non oportet.Mat.7 a
non Iudicandum secundum faciem.Ioan.7 a
Iudicis officium.Exod.22 a

Iudici non obediens occiditur. Deut. 17 e
Iudex ne accipiat personas. Leuit. 19 c
Iudicibus non detrahendum. Exod. 22 d
Iudex viuorum & mortuorum Christus. Act. 10 g
Iudith vidua 8 & 13. Vide in libro Iudith.
Iugum ferreum inobedientibus. Deut. 28 e
Iugum Christi suaue, ferendum. Mat. 11 d
Iuramentum suum custodit Deus. Deut. 7 b. Luc. 1 g
Iura, à Saule violatum punitur à Deo. 2 Reg. 21 a
Iurat Paulus ad aliorum vtilitatem. 2. Cor. 1 d
non Iurandum per nomen idolorum, sed per nomen Dei. Exod. 23 c. Deut. 6 d
non Iurandum frustra. Deut. 5 b
Iurantibus in nomine Domini mendaciter, maledictio. Zach. 5 a
Iusiurandum iudex exigit à iure. Exod. 22 b
Iuramentum in controuersiis. Heb. 2 c
cum Iuramento negat Petrus Christum. Mat. 26 g
non Iurandum omnino. Mat. 5 f
Ius gladii. Gen. 9 a
Ius publicum non violandum. Prouer. 16 b
Iustitia & mandata Dei facienda. Deut. 7 b
Iuxta iustitiam retribuit Deus cuique 1. Reg. 6 d
propter Iustitiam cordis nihil tribuit Deus. Deut. 9 a
Iustitiæ victimas immolare. Deu. 15 e
Iustitia in nobis nulla. Iob 4 d. Esa. 43 d
Iustitia nostra Christi. 1. Cor. 1 d. Esd. 42 d
Iustitia ex operibus nulla. Rom. 10 a
Iustitiam qui facit, ex Deo natus est 1. Ioan. 2 d
Iustificari quid. Tit. 2 d. 3 b. Act. 13 f
Iustificamur fide in Christum. Rom. 4 d
non Iustificamur ex operibus legis. Gal. 3 a
Iustificati secundum spiritum ambulent. Rom 8 c
Iustificamur ex verbis. Mat. 12 c
Iustus Deus. Deut. 32 a
Iustus curam Deo nemo. Iob 4 d
Iustus Christus. 1. Pet. 2 d
Iusti & beati. Psal. 31. versi. 1
Iusto non est lex posita. Gal. 5 d
Iustus fide viuit. Heb. 10 g
Iustus vix effugit tribulationes. 1. Pet. 4 d
Iustus publicanus pronuntiatur. Luc. 18 b
Iustus accusator sui. Prouer. 2 c
Iusto auertenti se à recta via, mors. Ezech. 8 f.
Iustorum finis incognitus. Esa. 57 a
Iusti iudicabunt impios. Prouer. 4 c
Iuuenum consilium sequutus Roboam, punitur. 3. Reg. 12 b
Iuuenes quales esse debent. Tit. 2 b
Iuuenibus desideria fugienda. 2. Tim. 2 d
à Iuuenibus benefaciendum. Ecclesiast. 12 a

I.

Laban fratris Rebeccæ acta, vide à Gene. 24 d, vsque ad 31. caput eiusdem.
Laborum fructus, laus Dei. Heb. 13 e
Labor perpetuus, hominis vita. Heb. 13 c
Labori homo addicitur. Gen. 1 d
Laboribus propriis viuendum. Prouer. 5 c
ad Laborem manuum hortatur Paulus. 1. Thes. 4 c
qui non Laborat, non manducet. 2. Thes. 3 c
Laborat manibus Paulus. 1. Cor. 4 c
Labore omnia florent. Prouer. 14 a
Labores manuum comedunt obedientes. Deut. 28 d
Laborantes & onerari peccatis, accedant ad Christum. Mat. 11 d
Lacte fluit terra Chanaan. Exod. 3 c
Lac & butyrum peregrinis apponitur. Gene. 18 b
Lacte opus paruulis. Heb 5 d
Lac rationabile concupiscamus. 1. Pet. 2 a
Lactat filium suum Anna. 1. Reg. 1 d
Lacrymis pedes Christi rigat peccatrix. Luc. 7 f
cum Lacrymis monet Paulus fratres. Act. 19 f
Lætatur Deus benefacere nobis. Deut. 28 g
Lætitia obedientibus Deo. Deut. 16 c
Laganorum oblatio. Leuit. 2 a
Laici panes. 1. Reg. 21 a
Lais habitatores occiduntur. Iudi. 18 g
Lamech bigamus & homicida. Gen. 4 d 5 d
Lamentatione sua Ioan. Baptista non pellexit Iudæos ad pœnitentiam. Mat. 11 b
Laminæ sacræ forma. Exod. 14 f
Languores inobedientibus Deo. Deut. 28 g
Lapides pluit. Iosue 10 e
Lapidem erigit Iacob in titulum. Gen. 28 d
Lapides collecti in acerum in testimonium fœderis inter Iacob & Laban. Gen 32 f
Lapis viuus, Christus. Mat. 21 d. 1. Pet. 2 b
Lapis offensionis, Christus. 1. Pet. 2 a
Lapides viui Christiani. 1. Pet. 2 a
Lapidarur Naboth innocens. 3. Reg. 21 e
Lapidatur Paulus. Act. 14 c
Lapidare volunt Christum Iudæi. Ioan. 8 g
Lapidetur filius inobediens. Deut. 21 d
Lapidetur blasphemus. Leuit. 24 b
Lapidetur diuinus. Leuit. 20 d
Lapidetur abducens à fiducia in Deum. Deuteron. 23 b
Laquei mortis. 2. Reg. 22 a
Latitudo cordis data Salomoni. 3. Reg. 4 d
Latro alter cum Christo pendens saluatur. Luc. 23 f
Latus Christi aperitur. Ioan. 19 f
Lauacro regenerationis saluamur. Tit. 3 b
Laus nostra, Deus. Exod. 15 a
in Laudem suam elegit nos Deus. Deut. 26 d
Laudant assidue Deum Apostoli. Luc. 24 g
Laudis hostia offerenda per Christum. Heb. 13 a
Laudes immodicæ suspectæ. Prouer. 27 e
Lauatur Dauid & vngitur. 2 Reg. 12 a
Lauabantur pedes hospitio susceptis. Iud. 19 a
Lauabant Iudæi mortuos. Act. 9 g
Lazarus suscitatur. Ioan. 11 a c. 12 a b
Lebna expugnatur. Iosue 10 e
Legatione pro Christo fungitur Paul. 2. Corinth. 5 d
Leones in gentes impias immissi. 4. Reg. 17 d
Leonem occidit Dauid. 1. Reg. 17 d
à Leone percutitur inobediens propheta. 3. Reg. 20 g
Leo de tribu Iuda. Apoc. 5 b
à Lepra cauendum. Deut. 24 b
Lepræ à lepra distinctio. Leuit. 13. 14 a
Leprosi Samaritani satura atur. 4. Reg. 27 b

Leprosus

Leprosus fide sanatur. Matth. 8 a
Leprosi decem sanantur. Luc. 7 e
Leporem non comedunt Iudæi. Leui. 11 a
Leui nascitur. Gen. 29 d
Leui occidit Sichimitas. Gen. 34 d
Leuitæ electi in ministerium Dei. Num. 3 f
de Leuitis multa in Exo. Leui. Num. & Deu.
à Leuitis interfecti idololatræ. Exo. 32 f
in Leuitarum locum filii Ioseph. Ios. 14 a
Lex ignea. Deu. 33 a
Lex datur. Exo. 19 c. Deu. 5 c
Lex iniustis, homicidis, &c. posita. 1. Timo. 1 b
Legem explanat Moyses. Deu. 1 a
Legem non faciens, maledictus. Deu. 27 d
Lex in corde & ob oculos Leui. 19 d
ad Legem seruandam exhortatio. Deu. 4 a
ante Legem peccatum non putabatur esse peccatum Ro 5 b
Lex data per Angelos. Ga. 3 c
per Legem cognitio peccati. Rom. 3 c
Lex posita propter transgressionem. Ro. 5 d
Lex pædagogus ad Christum. Galat. 3 d
Lex bona. 1. Tim. 1 b. Rom. 7 c
Lex Moysi, iugum à Petro vocatur. Act. 15 b
Legem nullus Iudæus obseruauit. Ioan. 7 b
Lex non dabat vitam. Gal. 3 d
Lex & propheræ duobus mandatis, 1 & 2. cõprehensi. Matt. 22 d. Gal. 5 b
Lex & propheræ sabbathis legebãtur. Ac. 13 c
Legis finis & perfectio, Christus. Ro. 10 a
Legem aboleuit Christus, & quare. Eph. 2 d. 2. Cor. 3 d. Act. 15. Hebr 7 b
Lex scripta in cordibus fidelium. Heb. 8 d
Legi Dei seruit homo mente. Ro 7. d. 8 b
Legis peritos reprehendit Christus. Luc. 11 g
Legum cõditores iniquos alloquitur Esaias. Esa. 10 a
Lia parit Ruben. Gen. 29 f
Libamentorum lex. Leui. 6 b
in Libro vitæ scribi. philip. 4 a
de Libro Dei deletur peccator. Exo. 32 g
Libri curiosa sectatorum combusti. Act. 19 d
Libellus repudii. Deu. 24 a
Liber Paulus non est sua liberrate vsus, nisi vbi necessarium erat. 1. Cor. 9 a
Liberi sunt Christiani. 1. pet 2 c. 10. 8 d. Esa. 43 c
Libertas spiritus. 2. Cor. 9 d
Libertas non danda in occasionem carnis. Galar. 5 b
Liberat de tribulatione Deus. 2. Reg. 4 d
Liberatio ex Aegypto. Exo. 13 a
Liberauit nos Christus à peccato. Luc. 1 g. Io. 8 d
Libido, opus tenebrarum. Ro. 13 d.
ob Libidinem hominum diluuium. Gen. 6 a
Licent omnia, sed nõ expedit. 1. Cor. 6 c. 9 e
Ligare quid. Matt. 8 c. Ioan. 20 f
Lignum scientiæ boni & mali. Gen. 2 c
Lignorum cæsores inter Israelitas. Deu. 19 b
Lignorum parabola. Iudic. 9 a
Tigno immisso, aquæ dulcescant. Exo. 15 f
Limites non transferendi. prouer. 22 d. 23 b
Lingua vna in terra. Gen. 11 a
Lingua coercenda. 1. pet. 3 b
Linguæ vitium docetur. Iac. 3 a
de Linguarum dono, vide 1. Cor. 13 a
Lingua bona & mala. prouer. 11 b. 13 a. 14 a
in Linguam veuenatam prouer. 26 d
Lingua lambentes aquam. Iud. 7 b
Lites fugiendæ. prouer. 20 a. 2. Timo. 2 d
Literas mortis suæ fert Vrias. 2. Reg. 12 c
Litera quæ occidit, lex Moysi quæ irritat ad peccatum, quod mortem generat. 2. Cor. 3 b
Lobna rebellat contra Iudam. 4. Reg. 8 f
Locustæ propter peccata. 3. Reg. 8 d
Locustæ visio. Amos 7 a
de Loide auia Timothei. 2. Timo. 1 b
Longanimitas Dei salus nostra. 1. pet. 3 d
Longanimis Paulus. 1. Cor. 6 b
Loquentem Deũ non fert populus. Exo. 20 e
Loquitur Christus verba Patris. Deu. 18 d
Loquacitas fugienda. Eccle. 20 a
Lot fratris abrahæ ac. Ge. 11 13. 19. & deu. 2 b d
Lot vxor versa in statuam salis. Lu. 17 g
Lotus propter susceptũ Euangeliũ. Ioan. 13 b
Lucas medicus. Colos. 4 d
Lucernarum forma. Exo. 25 d. Leui. 24 a
Lucerna nostra, Deus. 2. Reg 22 e
Lucerna Israel Dauid. 2. Reg. 21 d
Lucri gratia docentes. Tit. 1 b
Lucus plantatio. Deut. 16 b
Luci gentium excidi iubetur. Exo. 34 b. quod & fecit Iosias. 4. Reg. 23 b
Ludunt coram vitulo Israelitæ. Exo. 32 d
Ludit Dauid coram arca. 2. Reg. 6 a
Luget Iacob filium suum Ioseph. Gen. 37 g
Luget Dauid Ammonem filium. 2. Reg. 13 g
Lugentibus consolatio promittitur. Luc. 6 d
Lumbi mentis succingendi. Luc. 12 e. 1. pet. 1 c
Lumen est Euangelium. Act. 26 d
Luminaria in mundo, Christiani. philip. 2 b
Luminaria sol, &c. creantur. Gen. 1 b
Luna verbo Dei creatur. Gen. 1 e
Lunam adorantes occidebantur. Deu. 17 c
Lunæ gloria alia quam solis. 1. Cor. 15 f
Lunaticus sanatur à Christo. Matth. 17 b
Lutores xnei in templo Salomonis. 4. Reg. 7 f
Lux verbo Dei creatur. Gen. 1 a
Lux Deus est. 1. Ioan. 1 e
Lux Christus, oculos illuminans. Ioan. 1 a. 3 e
Lux mundi, Apostoli. Matth. 5 b
cum Luce societatem habere. 1. Ioan. 1. c 2 b
Lucis opera, omnis bonitas. Ephes. 5 b
Lux gentes, post Christum cognitus. Ephe. 5 b
Luxuria & superfluitas in viuo. Ephes. 5 d
Luza, quæ & Bethel. Gen. 28 d
Lysias dux. 1. Macb. 3 c

M

Macedæ vrbs capitur. Ios. 10 e
Macedonibus prædicat paul. Act. 16 b
Maceriam & inimicitias inter gentes, & Iudæos abstulit Christus. Ephe. 2 d
Machabæorum & matris eorum passio. 2. Machabæorum 7 a
Machiritarum possessio. Deu. 3 e
Madianitas iubet Deus occidi. Num. 22 d. 31 a
Magi pharaonis. Exo. 7 b
Magi Christum adorant. Matth. 2 b.
ad Magos non declinandum. Leui. 19 f
Magos aufert Dauid. 1 Reg. 28 a
Magister noster, Christus. Matth. 23 a Iosue 15 c
Magistri mendaces quales. 2. pet. 2 a
Magistratibus parendum. Roma. 13 a
Magistratui tributũ soluit Christus. Matth. 17

S.i.

Magistratus Deum timentes. Exo. 18 d. Deuteronom. 1 c
Magistratibus non detrahendum. Exo. 22 d
Magistratus malus malo populo. Iob 34 d
Magistratus impij. Prouer. 29 b
Magnifica Dei erga Israelem. 1. Reg. 12 d
Magnificentia Deo danda. Deu. 32 a
Maiestas Dei, quæ & gloria. Exo. 40 d
Maior in ecclesia, quis. matth. 18 a
Malcho amputata auricula. Ioan. 18 b
Maledicta terra ob Adæ peccatum. Gen. 3 c
Maledictiones inobedientibus. Leuit. 26 c
Maledicere Israelitis non potest Balaam contra Dei voluntatem. Num. 22 d
Maledicit in nomine Domini Elisæus pueris irridentibus se. 2. Reg. 2 d
Maledicuntur Gabaonitæ. Ios. 9 d
Maledictus qui legem non implet. Gal. 3 b
Maledictus qui pendet in ligno. Deu. 21 d
Maledictus factus pro nobis Christus. Gal. 3 b
non Maledicendum persecutoribus. Ro. 12 c
Maledicentibus nobis benedicendum. 1. Pe. 3 b
Maledicenti non maledicit Christus. 1. Pe. 2 d
Maledicenti Semei non maledicit David. 2. Reg. 16 b
Maledicentibus benedicit Paulus. 1. Cor. 4 c
Maledicit Paulus his qui abduxerant Galatas ab Euangelij veritate. Gal. 5 b
Maledici non possidebunt regnum. 1 Cor. 6 b
Maledicæ hœdi. matt. 25 c
Maledicēs nomini Dei lapidatur. Leui. 24 b
Malefacta beneficijs emendanda. Ro. 12 d
Malefici occidendi. Deu. 18 b
Malum omne contagiosum. Prouer. 6 d
Malum odio habendum. Rom. 12 b
Malum pro malo non reddendum. ro. 12 b vi de exemplum Elisei 2 reg. 6
Mala pro bonis non reddēda. Prouer. 17 a. vt fecit Nabal Dauidi. 1. reg. 25 c
Mala quæ perfert David, Deo accepta refert, non inimici. 2. reg. 16 c
Malum in bonum vertit Deus. Gen. 50 c
Mali sumus à natura. matth. 7 c. Gen. 6 g
Mali & infideles, semen diaboli. matth. 13 c
Mali è cœtu Christianorū auferēdi. 1. cor. 5 d
Malitia hominis multa. Gen. 6 a
Malitia omnis auferēda. Ephe. 4 g. Colos. 3 b
Malitia pueri efficiamur. 1. cor. 14 d
Malitiæ veteris fermentum. 1. cor. 5 c
in Malitia perseuerantes pereunt. 1. reg. 12 c
Mambre quæ & Hebron dicitur. Gen. 23 d
Mammona iniquo parandi amici. Luc. 16 a
Manzer non admittendus in ecclesiam. Deut. 23 a
Manna, cibus patribus incognitus. Deu. 8 a
Man pluit Israelitis. Exo. 16 c
Man fastidit populus. Num. 11 a
Manna defecit. Ios. 5 c
Manna non erat panis verus. Ioan. 6 d
Manahem occidit Sellum. 4 reg. 15 c
Manasse filii Ioseph. acta. Ge. 41 g. 48 a c. Ios. 13. d 14 a. 22 a b
Manasses rex Iuda impius. 4 reg. 21
Manibus seruantibus, benedictio. Exod. 35. c. Deu. 11 d
per Manditum, libido peccandi. Ro. 7 b c
Mandatum Christi nouum, dilectio. Ioa. 13 d
Mandata seruat qui diligit. Ioan. 14 c
Mandata seruando, vita æterna. matth. 19 c
Mandatis hominum auersantium Deo, non attendendum. Tit. 1 d
Maudragoræ Lix. Gen. 30 b
non Manducet qui non laborat. 2. Thes. 3 c
Manducet Christianus in gloriā Dei. 1. Cor. 10 g
Manducare Christi carnem. Ioan. 6 g
Manere in Christo. Ioan. 2 a
quando Manet Deus in nobis. 1. Ioan. 3 d
Mansiones paratæ fidelibus. Ioan. 14 a
Mansiones filiorum Israel. Num. 33 a
Mansuetudinis commendatio. Prouerb. 16 c. Ephe 4 a
Mansuetudo Pauli. 1. cor. 4 d
Mansuetissimus Moyses. Num. 12 b
Manue pater Samsonis. Iudic. 13 b
Manus abscindenda falso testi. Deu. 19 d
Manus Ieroboam arescit. 3. reg. 13 a
Manus lauare ante cibum. matth. 15 a
Manus non lauat Christus ante cibū. Luc. 11 f
Manibus nostris operemur. 1. Thes. 4 c
Manuum nostrarum opera fructificare facit obedientibus sibi. Deu. 30 b
Manus scandalizans nos. matth. 5 c
Manus arida sanatur. matth. 12 a
Manuum impositione sunt Christus Luc. 4 g
vt Manus imponeret eis, adducunt pueros ad Christum. matth. 19 b
Manus Moysis impositione repletur spiritu Iosue. Deu. 34 c
Manuum impositione replentur spiritu sancto Christiani. Act. 19 a. 1. Tim. 4 d
Manus non contrahenda pauperi. Deu. 15 b
Manus tendere ad cœlum a noscendo peccatum & orando. 1 reg. 8 d. Exo. 9 f 17 d
Manum ponere sub femore. Gen. 47 g
Manus Domini facta super eum. 3. reg. 18 g
Manū Dei nemo euadit. Amos 9 a. Deu. 32 f
Manus Dei est super aliquem, quando percutit, vt de Iudæis legimus. Iud. 2 c
in Mara veniunt Indæi. Exo. 15 d
Marcus consobrinus Barnabæ. Colos. 4 b
Mardochæi act. 13. Esther 4. 6. 13
Mare diuidit Moyses. Exo. 14 b
Maris fusilis fabricatio. 3. Reg. 7 d 2. Para. 4 b
Mariæ sororis Moysi acta. Exo. 25 c. Num. 12 c d. 20 a. Deu. 24 b
Mariæ virginis acta. Luc. 1. 2. & Ioan. 2 a
Mariæ sororis Marthæ acta. Ioan. 11 a. 12 a. Luc 10. g matth. 26 a
Maria magdalenæ currit ad monumentū, videt Christum, annūciat surrexisse. matth. 27 g. Ioan. 20
de Martyrū dominatione, ed. cum est. Esth. 8 d
Maritum vocat Sara Dominum. Gen. 18 b
Martha hospitio Christum suscipit. Luc. 10
Mariæ fides. Luc. 11 c d
Masculi & fœminæ creatio. Gen. 5 a
Masculorum concubitores. 3. reg. 14 f. 1. corin. 6 b
in Maspha congregati Israelitæ. Iudic. 20 a
Matrem qui non honorat, maledictus. Deut. 27 c
Matres & fratres Christi, qui. matth. 12 d
Matrem suam commendat Christus Ioanni. Io. 19 e

Matrimonij institutio. Gen. 2 d
Matrimonij commendatio. Prouer. 18 d
Matrimonium violātes arguuntur. malac. 2 c
de Matrimonio vide Paulum 1. cor. 7
Matthā sacerdos Baal. 4. Reg. 11 d
Matthanias qui & Sedechias. 4. Reg. 24 d
Matthiæ planctus super Ieru. 1. mach 2 a
Matthias electus in locum Iudæ. Act. 1 d
Matthæus vocatur à Christo. matth. 9 a
Mathusael nascitur. Gen. 4 d. 5 d
Maxilla asini occidūtur Philistæi. Iud. 15 c
Maxillam percutienti altera danda. matt. 5 f
Medad & Eldad Prophetant. Num. 11 f
Mediator Israelitarum moyses. Deu. 5 a
Mediator noster Christus. 1. Timo. 2
Medicina à Deo creata. Eccl. 38 a
Meditandum verbum Dei. Deu. 11 c. Ios. 1 b
Mel in corpore leonis. Iud. 14 b
Melchisedech Abrahæ offert munera. Ge. 14 d. Heb. 7 a
Mello ædificarit à Salomone. 1. Reg. 9 d
Membra nostra Deo seruiant. Rom. 6 d
Membra nostra templum spiritus sancti. 1. corin. 6 d
Membra corporis peccati mortificanda. Colos. 3 a
Mendax omnis homo. Esa. 9 d
Mendax Giezi. 4. reg. 5 f
Mendacium non suscipiendum à iudice. Exo. 23 a
Mendacii pater, diabolus. Ioan. 8 f. 1. Ioan. 1 c
Mendacium fugiendum, Ephes. 4 f
Mendax qui negat Christum. 1. Ioan. 2 c
Mendax Ananias moritur. Act. 5 a
Mendacium prophetæ bona intētione factū, punitur à Deo. 3. Reg. 13 c
Mendax spiritus in propheris. 3. reg. 22 c
Mendici nulli, si obediatur Deo. Deu. 15 a
Mensæ tabernaculi forma. Exo. 25 c
Menstruosa mulier. Leuit. 15 c
Mensuræ æquitas. Leui. 19 g
Mensura qua mensi fuerimus remetietur nobis. mar. 4 c
non Mentitur Deus, præstat promissa. Tit. 1 a
Mentitur Iacob se primogenitum. Gen. 27 c
Meraritarum sors & vrbes. Ios. 21 a
Mercenariorum merces non deneganda. Leui. 19 c. Deu. 24 c
Mercenarius, pastor. Ioan. 10 b
Merces laboris non retinenda. Deu. 24 c
Merces persecutionem passis. matt. 5 b
Merces vinitoribus ex æquo. matt. 20 a
Merces secundum opus. 1. cor. 3 b
merces Abræ, Deus. Gen. 15 a
meretrix fugienda. Prouer. 23 c
meretrix nulla sit in populo. Deu. 23 e
meretricis magnæ visio. Apoc. 17
meretrici adhæreus, vnum corpus. 1. cor. 6 d
meretrices regnum Dei ingrediūtur. mat. 21 c
mergulum non comedunt Iudæi. Deu. 14 b
merob Dauidis vxor. 1. Reg. 18 d
mesa rex moab, tributarius. 4. reg. 3 a
messis tempus desyderat fidelis. Esa. 45 b
de messe lex. Leui. 19 b
messis abundans obedientibus. Leuit. 26 a
messem Ioab succendit Absalom. 2. Re. 14 g
messis multa populi, prædicatione Euangelij colligenda. matth. 9 d. Ioan. 4 c
messes segetes relinquat pauperibus. Leu. 23 b non metuendum fideli in afflictionibus. deu. 7 c
cum metu operemur opera salutis. Phil. 2 b
micha filius miphiboseth. 2. Reg. 9 d
michææ filius prophetæ Dei acta. 3. reg. 22 a
miseitas Ephraimita. Iud. 17 a
michaelis prælia cum draconc. Apoc. 12. Iudæ c
michol vxoris Dauidis acta. 1. reg. 18. 19. 25 g. & 2. reg. 3 c. 6 c
militat nemo suis stipendiis. 1. cor. 9 a
militibus dat Ioannes præcepta. Luc. 3 c
miluum non comedunt Iudæi. Deu. 14 b
minima terræ, quæ nūbr. Prouer. 30 d
minimus in regno Dei. matth. 5 c
ministri Dei, quales. Leui. 21 c
contra ministros Dei murmurans, contra Deum murmurat. Exo. 16 b
ministerium reconciliationis accepit Paulus.
Euangelium nuntians. 2. corin. 5 d
ministerium verbi, prædicatio Euan. Act. 20 c
minister noster Christus. mat. 20 d. Heb. 8 a
ministeria varia Christianis data. Ephe. 4 b
ministri Dei prædicatores. 1. cor. 2 a. 4 a
ministris verbi, vidus de betur. matth. 10 b
ministri verbi à Deo patendi. matth. 9 d
minister sit qui primatum quærit. matt. 20
ministrationes spiritus diuersæ. 1. Cor. 12 a
miphiboseth. Act. 2. reg. 4 b. 9 c. 16 a. 19 c
mirabile nomen Dei. Iud. 13 c
miracula, confirmatio verbi. mar. 16 d
miraculis Christi glorificatur pater. matt. 15
miracula per se fieri orant Apostoli. Act. 4
miraculis probatus est Christus à Deo esse missus. Act. 2 d
miraculi is inducti ereduat. Ioan. 2 d
miraculis potuit cognosci Christus. Ioa. 10 e
miraculis mentientes se Christū. matth. 24 b
miracula pseudoprophetarum. Ierc. 23 f
miraculis fidem nostrā sentat Deus. deu. 13 a
miraculis a fide abducens, occidendus. Deut. 13 a
miserationis multæ Deus. Exo. 34 a
miseretur Deus cuius vult. Exo. 33 d
miseretur Deus propter promissiones suas. 4 reg. 13 d
vt misereatur nostri Deus orandū. Num. 6 d
misereatur tui Deus, benedictio. Gen. 43 f
miseri simus, vt fœlices efficiamur. Iac. 4 b
misericors Deus diligētibus se. Exo. 20 a. 34 a
misericors Deus neminem derelinquit. Deu. 4 c
in misericordia Deus dives. Ephe. 2 a
misericordia Dei æterna. Luc. 1 c
misericordiæ Dei debentur diuitiæ. Deu. 8 d
misericordia Dei pœnitenti promittitur. Deut. 30 a
misericordia Dei liberamur per Christum. Esa. 53 a
misericordia motus venit Christus. Tit. 3 b
miseranti Deo attribuenda salus. Rom. 9 c
misericordiam Dei erga se confitetur Paulus, ne desperemus. 1. Timo. 1 c
misericordiam consecutæ gentes. Rom. 11 d
misericordia potior sacrificio. matth. 9 b
misericordes simus exemplo Dei. Luc. 6 f
misercndum in hilaritate. Rom. 12 b

INDEX VETERIS

Misericordibus misericordia. Matth. 5 a
Misericordibus benedicit deus. Prouer. 11 d
Misericordia purgantur peccata. Prouer. 15 d
Misericordia dauidis erga Saulem. 1. Re. 24 b
Misericordiæ Iaus. Prouer. 14 c. 19 c
Misphat, alijs cades. Gen. 14 b
Missus à deo Christus. Ioan. 8
Mites & humiles corde. Matt. 11 d
Mites & mansueti. Matth. 5 a
Mitissimus Moyses. Num. 12 a
Mna. Ezech. 45 d
Moab filius Loth ex filia maiore. Gen. 19 g
de Moabitis multa. Nu. 21 f. Deut. 2 b. Iud. 3 b 3. Reg. 11 b
Modesti simus. 1. pe. 3 b. phil. 4 a
Modius æqualis. Deu. 25 d
non Mœchandum. Exo. 20 e
Mœrens moriatur. Leuit 10 b
Mœrore consumitur inobediens. Deu. 28 g
Mola inferior & superior. Deu. 24 b
Molles non possident regnum. 1. Cor. 6 b
Moloch idolum Ammonitarum. 3. Reg. 11 b
Moneamus alter alterum. Rom. 15 c
Moneamus nos hymnis &c. colos. 3 c
Monet Paulus cum lacrymis Act. 20 f
Monumenta aperia in morte Christi. Ma. 17 e
Morbos corporis & animi sanat Christus. Matth. 8 b
Morbos ob peccata immitti. Matt. 9 a. Ioan. 5 b
ne Mordeamus invicem. Galat. 5 b
Mores bonos corrumpunt colloquia prava. 1. Cor. 15 c
Mors ex inobedientia. Deu. 30 b
Moriendum semel omnibus. Heb. 9 g
Mortem optant Israelitæ. Exo. 16 a. Num. 14 a. item Moyses. Num. 11 c
Mortis dies incertus. Luc. 11 c
Mortuam Saram plangit Abraham. Gen. 25 a
Mortui in tabernaculo lex. Num. 19 c
Mortui ungebantur. Gen. 50 d
Mortuorum exequiis non interfit sacerdos. Leuiti. 21 a
à Mortuis nihil quærendum. Lu. 16 g. Esa. 8 d
Mortuos consulit Saul. 1. reg. 28 a b
super Mortuo non incidēdæ carnes. deu. 14 c
in Mortuis tibicines. Mat. 9 c
de Mortuis non lugendum. 1. Thess. 4 d
Mors absorpta per christum. 1. Cor. 15 g
Mori, Christus vocat dormire, Mat. 9 c
Morte Petri & aliorum glorificabatur Christus. Ioan. 21 f. Philip. 1 c
Mori optaret Paulus si expediret. Phil. 1 c
Mortis suæ præmonet Christus Apostolos. Matth. 16 e
Mori cupit Christus pro nobis Luc. 22 f
Mortem deprecatur Christus. Matt. 26 d
Moritur Christus. Ioan. 16 f
Mortuus Christus pro peccatis nostris. ro. 4 d & vt ab eis nos redimeret. Heb. 9 d
Mors, stipendium peccati. Rom. 5 b
ex Mortuis primus resurrexit Christ. 1. Cor. 15 d
in Mortem Christi baptizari. Roma. 6 a
Mortem & resurrectionem Christi prædicat Petrus. Act. 2 d
Mori debemus pro fratribus. 1. Ioan. 3 c
Mores secunda. Apoc. 2
Moriuntur non credentes. id est, ira Dei manet super eos. Ioan. 3 d
Mortem non vident credentes. Ioan. 5 d
Mortui audientes Christum, vivent. Ioā. 5 d
Mortificanda membra peccati. Colos. 3 a
Mortificata Dauidis volumtas. 2. reg. 25 f
Mortificantur Christiani. Roma. 8 g
Moysi narrationem & acta, habes à principio Exodi, vsque ad finem Deuteronomii.
Moyses quare tegebat faciem. 2. cor. 3 c
Moysi locutus Deus. Ioan. 9 e
Moyses Iudæos accusaturus. Ioan. 5 c
Moyses & prophetæ scriptura veteris test. Luc. 16 g
Moysen repulerunt Iudæi. Act. 7 e
Moyses & Elias in transfiguratione. Mat. 17 a
super Mulam Dauidis incedit Salomon. 3. Reg. 1 e
Mulier creatur à costa Adæ. Gen. 2 c d
Mulier seducitur à serpente. Gen. 3 a
Mulier, gloria viri. 1. cor. 11 b
Mulierem bonum non tangere. 1. cor. 7 a
de Muliere multa. 1. cor. 11 b. 14 f
Mulierum ornatus & mores. Ephe. 5 e
Mulier familiam curet. Prouer. 11 a. Tit. 2 a
Mulieri non dandus primatus. 1. Tim. 2 d
Mulier veste virili non vratur. Deu. 22 a
Mulier vouens. Num. 30 b
Mulier captiua. Deu. 21 b
Mulier formosa & fatua. Prouer. 11 d
Mulier litigiosa, fugienda. Prouer. 21 b
Mulieres coltæredes gratiæ. 1. Pet. 3 b
Mulieribus legendum Deuteronomium. Deut. 31 e
Mulieres cantant canticum cum Maria. Exo. 15 e
Mulieres reseruentur in expugnatione vrbium. Deu. 20 c
Mulier pulchra & prudens Abigail. 1. reg. 25 a
Mulieris prudentis consilium. 2. reg. 20 f
Mulierem Christus Euangelizat. Ioan. 4 f
Mulier sanguinis fluxu patiēs sanatur à Christo. Matt. 9 c
Mulieres Christum surrexisse prædicant. Matth. 28 b
Mulieribus prædicat Paulus, Act. 16 d
Mulieres saluantur per liberorum generationem. 1. Ti. 2 d
Mulier sedens super bestiam coccineam. Apo. 17 a
Mulo insidet Absalom. 2. reg. 18 b
Mundus nemo coram Deo. Iob 25 a
Mundati Apostoli per fidem. Ioan. 15 a
Mundi corde. Matt. 5 a
Mundus per Christum factus. Ioan. 1
Mundus in maligno positus. 1. Io. 2 e. 5 d
Mundi figura tranfit. 1 Cor. 7 c
Mundum non diligamus. 1. Io. 2 b
pro Mundo non orat Christus. Ioan. 17 b
Mundi ætas vltima. 1, cor. 9 c
Mundum iudicabunt fideles. 1. cor 6 a
Munera accipiunt filij Samuel iudices, & male iudicant. 1. reg. 8 a
Munera non accipit Deus. Deu. 10 d
Munera non accepit Eliseus à Naamam gētili, quem sanauerat. 4. reg. 5 e
Munera accipiens Giezi leprosus factus est. 4 reg. 5 f

Mur

ET NOVI TESTAMENTI.

Mures aurei Philistinorum. 1 reg. 6 a
Murmurans Israelitæ. Num. 11 a, Exo. 15, 16
Murmurat Moyses. Num. 11 c
Murmurans populus interficitur. Num. 16 f
sine Murmurationibus omnia fiant. Phil. 2 b
non Murmurandum contra Deum. 1 cor. 10 b
Mutatur homo à Spiritu Dei. 1. Reg. 10 b
Mutui lex. Exod. 22 c
Mutuum dandum omnibus. deut. 15 a. matt. 5 f
Mutuat alijs qui est obediens. deut. 28 c
Mutuum facit Deus. Exo. 4 c
Mutuus fanatur. mat. 4 d
Mysterium abscōditū, salus nostra. rom. 16 d
Mysteriorum dei dispēsator Paulus. 1. cor. 4 a Luc. 16 g

N

Naamam leprosus sanatur. 4. reg. 5 a
Naas obsidet Iabes Galaad. 1. reg. 11 a
Nabal impius moritur. 1. reg. 25
Naboth lapidatur à Iezabel. 3. Reg. 21
Nabuchodonozor acta. 4. reg. 24 a, Dan. 1. 2. 3. 4 Esa. 14. Iere. 27. b
Nachor nascitur. genes. 11 c
Nadab & Abiud comburuntur. Leui. 10 a
Nadab filius Ieroboam, regnat super Israelē. 3. Reg. 14. 15
Nahasson filius Aminadab Num. 1 b
Natalis sui coenam celebrat Herodes mar. 6 c
Nathan prophetæ acta. 2. Reg. 7 a, 3. Reg. 1 c
Nathanael verus Israelita. Ioan. 1 g
Naturæ impuritas. Iob 25 a
Natus ex Deo. Ioan. 1 b, 1. Ioan. 5 a
Natus ex Deo peccatum non facit. 1. Ioan. 3 b
Naufragium Pauli. Act. 27 g
in Nazareth educatur Christus. matt. 2 d
Nazareni non honorant Christum. Matt. 13 g
Nazareni conantur Christum præcipitare. Luc. 4 c
Nazaræorum lex. Num. 6 a
Nebo mons. Deut. 32 g
Nebula impletur templum. 3. Reg. 8 b
non ex Necessitate subeundū pauperi, aut ex tristitia. 2. Cor. 9 b
in Necessitatibus Paulus. 2. Cor. 6 a
Negat Christum Petrus. Matt. 26 e
Negabit nos Christus, si negauerimus eum. 2. Timoth. 2 b
Nehemiæ acta. 2. Esdras 1
Nemrod robustus venator. Gen. 10 b
Nemus plantat Abraham. Gen. 21 d
Nephtali nascitur. Gen. 30 b, 46. 49, Ios. 19
Neruum femoris non comedunt Iudæi. Gen. 38 g
Nicanoris acta 1. Mach. 7 d
Nicodemus magister in Israel occultus Christi discipulus. Ioan. 3 a. 19 g.
de Nido inuento lex. Deut. 22 a
Niniue ædificatur. Gene. 10 b
Niniue exertenda prædicitur. Nahum 3 a
Niniuitarum resipiscentia. Ionæ 3
Nobe ciuitatem destruit Saul. 1. reg. 22 d
Noctuam non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
Noe natiuitas & acta. Gene. 5 b, 7. 8 9
Noe arca. 1. Pe. 3 d
Noe iustitiæ præco seruatus. 2. Pet. 2 d
Noemi vxor Elimech. Ruth, 1. 4
Nomina imponebāt matres. Gen. 19. 30. & de Samsone. Iud. 13 d
Nomina patrum inuocata super Ephraim & Manassem. Gen. 48 c
Nomen Dei, sum qui sum. Exo. 3 d
Nomen Dei, protectio nostra. Prouer. 18 b
Nomen Dei auditum vbique. 3. reg. 8 e
in Nomine Domini benedicit Dauid populo. 3. Reg. 9 d, Sic maledicit Eliæus. 4. reg. 2 da
Nomen Dei non assumendum frustra. Exod. 20 a, 23 c
Nomen Dei inuocare super aliquem. Numer. 6 d
Nomen Dei polluitur periurio. Leui. 19 c
Nouacula non radantur poli Nazaræorum. Num. 6 a
Nouissima præuidenda. Deut. 32 d
Nouissima tempora. 1. Tim. 4 a
Nouissimi primi, Matt. 20 d
Noua creatura in Christo. Gala. 6 d
in Nouitate vitæ ambulandum. Rom. 6 a. 7 b
Nouus homo. Ephe. 4 e
Nouum testamentum. Gen. 3 c, Hebr. 8 d, 10 e. peccatorum remissio. Mat. 26 c
Nox verba Dei creatur. Gen. 1 a
Nubes discurrentes. Deut. 33 d
in Nube loquitur Deus Moysi. Exo. 13 b
Nubes in occasu orta pluuia. Luc. 12 g
Nubam qui non possunt continere. 1. cor. 7 b
Nubere qui prohibent. 1. Tim. 4 a
Nubunt filiæ maiores ætate. Gen. 29 c
Nudi Adam & Eua. Gen. 2 d
Nudus Israel inter hostes. Exod. 32 f
Nuditas inobedientibus. Deut. 28 e
Nuptias celebrat Laban. Gen. 29 e
Nuptiæ Rebeccæ cum timore Dei. Gen. 24
Nuptiarum sanctitas in Tobia. Tob. 6 c
Nuptiis interfuit Christus. Ioan. 2 a
Nuptialem vestem non habens eiicitur. matt. 22 b
vt Nutrix fouet filios suos, sic Paulus Thessalonicenses, nihil ab eis exigens. 1. Thess. 2 d
Nidificarē non comedunt Iudæi. Deut. 14 b

O

Obed filius Ruth Ruth 4 d
Obededom benedicit Deus. 2. reg. 6 b
Obediendum voci Dei. Deut 30 d. 1. Pet. 1 c
Obedientibus verbo Dei, benedictio. deut. 11 d
non Obediens Saul Deo, reiicitur. 1. Reg. 28 e
Obedientia victimis potior. 1. reg. 15 c
Obediens Christus Patri vsque ad mortem Heb. 5 c. cuius obedientia saluamur. Rom. 5 a
Obediendum Deo potius quàm hominibus. Act. 5 e
Obediendum parētibus. Exo. 20 b. Deut. 5 b
Obedit Christus Patri putatiuo. luc 2 g
Obedit Deus voci Iosue. Ios. 10 c
de oblationibus variis, vide Leuit. 2. 3. 6. 9. Numeri 7 15
Obliti Dei, perimus. Deut. 8 d
nisi Obliuiscamur Dei in diuitiis. Deu. 6 b, 8 c
Oblitus Dei, Israel percutitur. Deut 32 c
Obsecrat Ephesos Paulus. Ephe. 4 a
Obstetricum Ægyptiarum pietas. Exod. 1 d
Obstinatorum interitus. Ezech. 6 c
Occidit Deus quem vult. Deut. 32 e
Occidere vult Deus Moysen. Exod. 4 f
Occidens hominem, moriatur. Leu. 24 b, deu 27 d
Occidatur gladio, qui gladio occidit. Gen. 9 a

de Occisi cadauere. Deut. 21 a
Occidit fratrem qui illi irascitur. mat. 5 e
in Occulto audium Euangelium, prædicauerunt palam Apostoli. Matt. 10 c
Ochoziæ filii Achab acta. 3. Reg. 21 f. 4. Reg. 1.
Ochoziæ filii Iotam acta. 4. Reg. 8 f
Ochozias filius Ioas abscondituir. 4. Reg. 11 a
Oculi Dei omnia aperta. Heb. 4 d
Oculum eruenti eruitur oculus. Exo. 21 e
Oculi eruuntur Samsoni. Iud. 6 e
Oculi effodiuntur Sedeciæ. 4 reg 25 b
Oculos excelsos humiliat Deus. 2. Reg. 22 c
Oculi desicientes inobedientibus Deo. Deut. 28 g
de Oculi eruntione. Matt. 5 d
Oculos videntes dat Deus obedientibus sibi. Deut. 29 e
Oculus bonus, aut nequam. Matt. 6 c
Oded arguit Israelitas. 2. Para. 27 b
Odientes ipsum punit Deus. Deut. 5 a
Odium cordis prohibetur. Leui. 19 d
Odio sunt Christiani mundo. Mat. 10 c
Odientibus nos benefaciendum. Luc. 6 e
Odientes seipsum diligebat Dauid. 1. Re. 19 a
Odiens fratrem, non est Christianus. 1. Io. 2 b
ab Odientibus liberat Deus innocentes. 2. Reg. 22 b
Odoratur Deus sacrificium pij. Gen. 8 d
Offendiculum fratri non obiiciendum. Rom. 14 b
sine Offendiculo sit Christianus. 1 Cor. 9 g
Offerendarum pecudum, armentorum, &c. ritus Leuit. 8
Offerendum Deo, non dæmonibus. Leui. 17 b
non Offerenda hostia vitiosa. Deut. 17 a
Og rex Basan percutitur. Nu. 21 g. Deut. 3 a
Olda prochetissa. 2 para. 34 e
Oleribus vescitur infirmus. Rom. 14 a
Oleum dat Deus diligentibus eum Deut. 11 b
Oleo non vnguntur inobedientes. Deut. 28 d
Oleum fundit Iacob super lapidem quem erexerat in titulum. gen. 28 d, 35 c
Olei sancti confectio. Exod. 30 c
Olea Christus. Rom. 12 c
Oleaster populus Gentium. Rom. 11 c
Oleo vncti ab Apostolis, seruantur. Marc. 6 b
Oleo vngatur infirmus à presbyteris. Iac. 5 d
Oleo vngitur rex Saul. 1. Reg. 10 a
Oliuarum reliquiæ alienis, &c. Deut. 24 d
Olla liquefacta. Ezech. 24 a
Omnipotens Deus. Gen. 17 a, 35 b
Onam percutitur à Deo. Gen. 38 a
Onesimus seruus Philemonis. Philem.
Onesiphori domui misericordia. 2. Tim. 1 d
Onias summus sacerdos. 2. Mach. 4 a
Onocrotalum non comeduat Iudæi. deu. 14 b
Onus Christi ferendum. Matt. 11 d
Onus graue populo imponunt scribæ & phariſæi. Matt. 23 a
Onerati & laborantes accedant ad Christum. Matt. 11 d
Onus & infirmitas fratris ferenda. Gal. 5 a
Onus suum quisque portabit. Gal. 6 a
Ooliab artifex. Exo. 31 a
Oolla & Oholiba. Ezech. 23 a
Operimentum tabernaculi. Exod. 36 c
Ophni & Phinees filii Heli. 1. Reg. 2, 2 c, 4 b
in Ophir mittit Salomon classem. 3. reg. 9 d,
Item Iosaphath. 3. reg. 22 g
non Opprimendus frater. Leui. 19 e
Opprimitur inobediens. Deut. 28 d
Opera Dei perfecta. Deut. 32 a
Opera Dei non scrutanda curiosius. Iob 33 b
Opera Dei impenetrabilia. Ecclesiastes 8 d
Opera Dei renouanda in memoria, nec obliuiscenda Deut. 4 b, 7 c
Opus Dei, credere in Christum. Ioan. 6 d
Opera legis qui nō facit, maledictus. deu. 27 d
vt Opera sancta & iusta faceremus, electi sumus à Deo, & redempti. Luc. 1 g. Ephe. 2 a, b
ante Opera bona, mūdemur oportet per christum. Ioan. 9 a, 15 a, Tit. 2 d
Opus bonum Deus incipit & perficit in nobis. Philip. 2. Prou. 16 a, 20 d
Opera reſantur fidem. Paule. 2. Heb. 6 c, mat. 12 c, 2. Pet. 1 b
Opera lucis. Ephes. 5 b
ad Opera fidei prouocat Christus. mat. 5 b. sic & Paulus. 2 Co. 16 c
ad Opera bona prouocemus inuicē. Heb. 10 d
Operibus bonis præsint credentes. Tit. 3 c
Opera bona non faciens, abscinderur de vite Christo. Ioan. 15 c
Opera misericordiæ. Matt. 15 d
Operū bonorum exemplū episcopus. Tit. 2 b
Opera mala operatur diabolus. Ephe. 2 a
Opera coinquinatia hominem. Marc. 7 c
Opera tenebrarum abnegenda. Tit. 2 c d. Rom. 13 d
Opera gentium non imitranda. Ephe. 4 d
vt Operatios extrudat, ordus Deus. mat. 10 b
Operarius cibo dignus. Matt. 10 b
Operarii iniquitatis. Matt. 7 d
Operandum manibus. 1. Thess. 4 c
Operatur manibus Paulus. Act. 18 a
Opera manuum Israel benedicit Deus. deut. 2 b. & fructificare facit. deut. 28 a, 30 b
Operatus cum Deo Ionathas. 1. reg. 14 g
Orat Christus pro nobis. Ioan. 6 f, 17 b
Christus Orat pro Petro. Luc. 22 e
Orat apud Patrem pro nobis. Heb. 7 d, 9 f
ad Orandū spe exorandi, exhortatur Christus proposito de Patre exemplo. Matt. 7 b
Orādo si credamus, accipiemus. Marc. 11 b
Orandum spiritu & mente. 1. cor. 14 c
Orationibus nostris adest Deus. Deut. 4 a
Grandi modum docet Christus. Matt. 6 a
Orandum continuo. Matt. 7 a, Luc. 18 a, Rom. 12 c, Ephes. 6 c, Colos. 4 a
in Oratione pernoctat Christus. Luc. 6 b
Oratio sine intermissione ab Ecclesia pro liberatione Petri. Act. 12 a
Orat Paulus sine intermissione. 1. Thess. 1 a
Orationē assidua victus Deus. 1. Reg. 15 c
Orat Christus ter eundem sermonē. Mat. 26 d
Orans Christus procidit in faciem, oculos in cœlū attolit genibus positis. Mat. 26 c, Ioan. 17 a, Luc 22 e. Sic Paulus orat. Act. 20. g
Oratur. Christus secedit in deserta. lu. 5 c, 9 d
Orat Petrus in domo. Act. 10 b
Orent in omni loco viri leuantes puras manus 1. Tim. 2 e
Orat Paulus in litore maris. Act. 21 a
Orat Paulus in templo. Act. 22 a
Orarione suorum cupit Paulus iuuari. Rom. 15 b, 2. Cor. 1 b, Heb. 13 c

Orandum pro inuicem. Iac. 5 c
Orandum pro regibus & similibus. 1. Tim. 2 a
Orat Abraham pro Sodomitis. gen. 18 c
Orat Moyses proſtratus corā Deo. 40 diebus & 40 noctibus, obsicions Deo suas promissiones. Deut. 9 d. Exod. 32 c
Orer in tristitia constitutus. Iac 5 c
Oratio & ieiunium. Act. 13 a, 14 d
Oraculi forma. Exod. 37 a
Orbis totius desolatio. Esa. 24 a
Orbis descripto ed. &o Cæsaris. Luc. 2 a
Oreb occiditur. Iud. 7 g
Organorum inuentor, Iubal. Gene. 4 d
Ornatus Aaronis & filiorum. Exo. 28 f
Orphanos non relinquit Apostolos Christus, sed misit eis Spiritum sanctum. Ioan. 14 d
Ory gem comedunt Iudæi. Deut. 14 a
Os hominis fecit Deus. Exod. 4 c
Ore prædicare Euangelium. Deut. 30 c
Oris, & oculorum custodia. Prouer. 4 d
Osculatur Rachelem Iacob. Gen. 29 b
Osculatur fratrem suum Iacob Esau. gen 33 a
Osculatur alterutrū Ionathas & Dauid lentes. 1. reg. 20 g
in Osculo sancto salutent se Christiani. Rom. 16 c, 2. Corinth. 13 d
Osculantur Paulum fratres. Act. 20 g
Osculator pedes Iesu peccatrix. Luc. 7 f
Osculo Christum prodit Iudas. Mat. 26 e
Osee qui & Iosue. Num. 13 b
Osee regis Israel acta. 4. reg. 15 17
Osee prophetia.
Ossa Ioseph secum effert Moyses. Exod. 13 c
Ossa prophetæ seruantur à Iosia 4. reg. 23 d
Ostium Christus. Ioan. 10 b
Othoniel iudex Israel. Iud. 1 & 3
Otium vitandum. Prouer. 10 b, 21 d
in Otium transione communia. 4 reg. 13 e
Ouem comedunt Iudæi. deut. 14 a
Ouis parabola proponit Micheas. 3. Reg. 22 c
Ouium caulæ multiplicantur obedientibus præceptis Dei, deut. 28 a
de Ouibus oblatio. Leui. 3 b
Oues errantes ante conuersionem. 1. Pet. 2 d
Oues errantes Iudæi. Mat. 5 c
Oues Christi, vocem eius audiunt. Ioan. 10 c
Oues beneducti Dei Matt. 25 c
Ouile Ecclesia Christi ex Iudæis & Gentibus. Ioan. 10 c
Oza & Ahio filii Aminadab. 2. reg. 6 a
Ozias regis Iudæ acta. 4. Reg. 14 a

P

Pacificus Salomon. 1. Para. 22 b
Pacificorum hostiæ. Leui. 3. a
Pactum Dei cum Noe. Gen. 9 b
Pacti Dei commemoratio. Ie. 2. 14 d
Pacti sui memor Deus, non deserit populum suum. 4. Reg. 13 d
Pactum Deus vocat circuncisionem. Gen. 17 b
Pædagogus lex. Vide LEX.
Pallium Eliæ & Elisæi. 3. reg. 19 d, 4. reg. 2 c
Palmas dant in faciem Christi. mat. 26 g
Palpat in meridie inobedientes. Deut. 28 c
Panē fulcitur cor. ge. 18 a. Iud. 19 b. Psal. 103 a
Panis comedendus in sudore vultus. Gen. 3 d
Pane solo non viuit homo. Deut. 8 a
Panes pluit Deus de cælo. Exo. 15 a
Panibus obedientium sibi benedixit Deus, comedūtque in futuritate. Leui. 26 a
Pane & aqua cibatur Elias. 3. Reg. 19 a
Panibus septē 4000 hominū satiat. matt. 15 d
Panis Iacus. 1. reg. 21 a
Panes primitiarum multiplicati. 4. Reg. 4 c
Panum oblatio. Leui. 2 a
Panes propositionis. Leui. 24 a
Panis Euangelij studiorum erat. mat. 15 c
Panis vitæ, ea. 6 Christi. Ioan. 6 e
Panis vnus & callis participatio. 1. Cor. 9 d
Parabolæ Salomonis. 3. Reg. 4 d
sine Parabolis non locutus Christus. Mat. 13 b
Parabolas interpretatur Christus suis Apostolis. marc. 4 d
è Paradiso voluptatis ejectus Adam. Gen. 3 d
Paracletus promittitur. Ioan. 14 b, 15 d, 16 b
Paralyticus sanatur. Matt. 9 a
Parentes honorandi & timendi. Exod. 20 b
Parentes honorare, est illis benefacere. matt. 15 a, mar. 7 a
Parentes non percutiendi. Exod. 21 b
ob Parentum inhonorationem mittitur populus in exilium. Ezech. 22 a
Parentes docent filios verbum Dei. deu. 11 e
Parentes non plus diligendi quam Christus. Matt. 10 d
Pars Dei, Israel. deut 32 b
Parsimonia opes auget. Prouer. 13 b
Participes Christi facti. Heb. 3 c
Paruulis legendum Deuteronomiū. deut. 11 e
Paruuli in Christo. 1. Cor. 3 a
Pascha quid significabat. Exo. 12 d
Paschæ mysterium docentur filii. Exo. 12 d
Paschalis agnus. Exod. 12 a
Pascha nostrum Christus. 1. Cor. 5 c
Pascit Dauid Populum Israel. 2 reg. 5 a, 7 a
Pascant greges episcopi. 1. Pet. 5 a
Passerculus non occiditur sine Dei voluntate. Matth. 10 d
Passiones huius vitæ. Rom. 8 d
Passionibus Christi communicare. 1. Pet. 4 c
in Passionibus exultandum. 1. Pet. 1 b, Col. 1 d
Passiones & affectus peccati. Rom. 7 b
Pastores ouium filii Iacob. Gen. 46 d
Pastor Christus promittitur. Ezech. 34 f
Pastoribus nuntiatur Christus natus. Luc. 2 b
Pastor bonus, Christus. Ioan. 10 b. 1. Pet. 5 a
Pastores qui per ostium Christum intrant. Ioan. 10 a
Pastores populi seductores. Ieze. 13 c
Pastores gregem lacerantes. Iere. 13 a
Pastores quæ sua sunt quærentes. Ezec. 34 a
Pastoris populum non castigantis pœna. Ezech. 3 e
Pastoris Euangelici officium. Ezech. 33 a
Patrum officium erga filios. Ephes. 6 a
Pat. ri non maledicendum. Prouer. 20 c
Patres pro filiis non occidūntur. Deut. 24
Pater Christi anorum Deus. 2. Cor. 6 d
Pater Christi, pater noster. Ioan. 20 e
Patrem innocentis Deum. Gal. 4 a
Pater noster Deus. deut. 32 a. Mat. 23 a
Pater Corinthiorum, Paulus. 1. Cor. 4 d
Patiens Deus. Exo. 34 a. Rom. 15 b
Patientia sua prouocat Deus ad pœnitē. 2 a
Patientia Dei erga Paulum. 1. Timo. 1 d
Patientiæ exemplum, prophetæ. Iac. 5 c
Patientia Iob, Iob 12 a

Patientiæ commendatio. Prouer. 16 d
Patientes simus. 1. Thess. 5 c
In Patientia fructum referentes. Luc. 8 b
Patientia in tribulationibus. Heb. 10 g
vt Patiamur, exemplo Christi vocati sumus. 1. Pet. 2 d, 4 a
Pati propter iustitiam. 1. Pet. 4 c
Patria Christi. Nazareth. Matt. 13 g
Panidum cor inobedientibus. Deut. 28 g
Pauli acta scribuntur in actis Apostolorum, & in eius epistolis.
Paulus ad pœnitentiam hortatur, & fidem in Christum. Act. 17 g, 18 b, 19 d. 20 c
Pauor cordibus inobedientium. Ieui. 26 f
Pauperes nulli si obediatur Deo. Deut. 15 a
Pauperes semper futuri. Deut. 15 b
Pauperi mutuo data pecunia. Exo. 22 d
Pauperes curandi in charitate. Deut. 15 b
Pauper Christus pro nobis. 2. Cor. 8 b
Pauperibus quod fit, Christo fit. Mat. 25 d
Pauperibus abunde largiendum. Luc. 16 a
Pauperes ad conuiuium vocandi. Luc. 14 c
de Pauperibus sanctis, Pauli cura. Gal. 2 b, 1. Cor. 16 a
Pauperis persona non consyderanda. Ieu. 14 c
Pauperi non exprobrandum. Prouer. 14 d
Pauperes spiritu. Matt. 5 a
Pauperibus annunciatur Christus. Matth. 11 a
Paupertas vbique contempta. Prou. 19 c
Paupertas cum timore Dei. prou. 15 b
Paupertatis author Deus. Prou. 14 d
in paupertate nascitur Christus. Luc. 2 a
Paupertatem suam obicit Christus scribæ cupienti eum sequi. matt. 8 a
Pax pax vobis, salutatio Hebræorũ. Gen. 43. e
Pacis author Deus. 1. Thess. 5 d
Pax cum omnibus habenda. Rom. 12 d
Pacifici, filii Dei. mat. 5 a
Pax à domesticis non expectanda. mat. 10 d
Pax ab inimicis, obedientibus Deo. Leui. 26 a
Pax sub Salomone. 3. reg. 4 c
Pax Ecclesiæ Dei in Galilæa. Act. 9 e
Pax in cordibus per Christum. Psal 45. ver. 8
Pax in Ecclesia. Esa. 26 c, 66 d.
Pax facta à Deo per Christum. Col. 1 c
Pax Gentibus & Iudæis. Ephes. 2 d
Pax conscientiæ per fidem. rom. 5 a
Pacẽ Christus Apostolis imprecatur. Luc. 24 f
ad Pacem vocati sumus. Col. 3 b
Peccatum Adæ in omnes gen. 3 b, Rom. 5 b
Peccatum qui facit, ex diabolo. 1. Ioan. 3 b
Peccatum, stimulus mortis. 1. cor. 15 g
Peccatum est, quod ex fide non fit. rom. 4 d
Peccatum non inducit quicquid extra hominem est. Matt. 15 b
Peccatum faciens, seruus peccati. Ioan. 8 d
Peccatores omnes, omnibus Christo opus. 2. Reg. 8 c, Esa. 41 g. Ioan. 1 c d
Peccati pœna, mors. Rom. 7 b
Peccatum per legem cognoscitur. Rom. 7 b
Peccati pœna cuique portanda. Iere. 2 c
à Peccatis expiatio. Leui. 23 e, Num. 19
Peccatorum antiqua cõfessio. Leui. 16 c
Peccata aufert Deus. Num. 14 c
à Peccatis cõuerti, Dei donum. Iere 21 d
ad Peccati agnitionem terror. 1. Reg. 10 c
Pe ccata agnoscentibus remissio. Ezech. 33 c
Peccatum confitentur Israelitæ. 3. Reg. 7 b.
Peccatis dimissis abundantia bonorũ temporalium. Esa. 44 a
Peccatum nullum in Christo. 1. Pet. 2 d
Peccatum pro nobis Christus factus. Rom. 8 a
Peccatores venit Christus vocare. Matt. 9 b
Peccatorum remissio, ex abundanti Dei misericordia. Luc. 1 g, Matt. 1 c, Act. 13 g
Peccatum in Spiritum sanctum. Mar. 3 d
Peccato mortui, iustitiæ viuimus. 1. Pet. 2 d
Peccatorum nostrorum non recordabitur amplius Deus. Heb. 8 d, 10 c
Peccantes voluntariè, recedentes à Christo, nulla hostia alia purgantur. Heb. 6 b
à peccatorum somno surgendum. Roma. 6 b
Peccatorem multitudinem operit charitas. 1. Per. 4 b
Peccata confitentibus remittentur. 1. Ioan. 1 d
Peccanti fratri semper remittendum Mat. 18 c
Peccantes, arguendi coram omnibus ab episcopis. 1. Timoth. 5 d
erga nos Peccatores Dei benignitas ostenditur in filio prodigo. Luc. 15 c
pecudum offerendarum ritus. Leuit. 1 c
Peculiaris Dei populus, Israel. Deut. 7 b
de Pecunia deposita apud amicum. Exo. 22 b
Pecunia non danda ad vsuram. Deut. 23 d
pecuniis constituti sacerdotes. 3. Reg. 13 g
pecuniis confidentes. Mar. 10. c
Pecunia donũ Spiritus nõ possidetur. Act. 8 d
pediculi in hominibus. Exo. 8. d
Pedes hospitibus lauabantur, Gen. 18 a, 19 a
Pedes sanctorum seruat Deus. 1. Reg. 2 b
Pedes dolet Asa. 2. Reg. 15 c
Pedes Christi vngit peccatrix. Luc. 7 f
Pedes discipulorum lauat Christus. Ioan. 13 b
ad Pedes Christi sedet Maria. Luc. 10. g
Pedes calcati ad prædicandum Euangelium. Ephes. 6 c
pedibus Dei appropinquantes, docentur. 2. Reg. 7 a
Pentecostes festum. Exo. 23 e
Penuria rerum inobedientibus. Deu. 32 c
Percutiens hominem, moriatur. Leu. 24 d
Percutiens patrem, au mulierem prægnãtem moriatur. Exo. 21 c d
de Perdito boue, oue, aut alia re proximi, quid agendum. Deut. 22 a
Peregrinamur à Domino. 2. Cor. 5 b
Peregrinatio, vita Iacob. Gen. 47 b
Peregrinos amat Deus. Deut. 10 d
Peregrini suscipiendi. Exod. 23 a
Peregrini decimis alebantur. Deut. 14 d
Perfecti simus cum Deo. Deut. 18 b
vt Perfectus sit, hortatur Deus Abraham. Gen. 17 a
Perfectio Dei imitanda. Mat. 5 g
Perfectus est, qui est sicut magister eius Christus. Luc. 6 f
Perfectorum omnia vendere. Mat. 16 c
ad Perfectionem exhortatio. 2. Cor. 13 b
Perfectus qui verbo non labitur. Iacob. 3 a
in Periculo Deus adest suis. Exo. 14 c d
vt Peripsema omnium, Paulus. 1. Cor. 4 c
non Periurandum. Leu. 19 c
de Persarum regibus vaticinium. Dan. 11 a
Persecutiones à Deo. Psal. 38. ver. 12
de Persecutionibus inter prædicandum, præmonet Christus Apostolos. Matt. 10 b

Perse-

Persecutionem patientur pie viuentes. 2. Tim. 3 c
Persecutiones scandalizant. Mar. 4 b
si Persequantur nos, fugiendum. Matt. 10 c
Persecutores non timendi. Matt. 10 c
Persecutionem patientes, beati. Matt. 5 a
Pro persequentibus orandum. Matt. 5 g
ad Perseuerantiam hortatur Christus. Io. 15 a
Perseueranti saluabitur. Mat. 16 c
Persona iudici non spectanda. Leu. 19 c
Personam Deus non accipit. Deut. 10 d
Pestilentia inobedientibus. Leuit. 26 d
Pestem elegit Dauid. 1. Reg. 24 c
quidquid petierimus secundum voluntatem suam dabit nobis Deus. 1. Io. 3 d 5 e
Petentibus in fide, nihil denegatur. Mar. 11 c
Petentes in nomine Christi, obtinebimus. Io. 14 b
in Petra stat Moyses. Exod. 33 d
è Petra datur aqua. Exo. 17 b
Petra scandali, Christus. 1. Pet. 2 b
Petra Christus, de qua hauserunt fideles Iudæi. 1. Cor. 10 a
super Petram Christum fundata ecclesia. Matt. 16 c
Petræ scissæ in morte Christi. Matt. 27 f
Petrus ducitur ad Christum ab And. Io. 1 f
Petrus & Andreas vocantur. Matt. 4 c
Petrus & Ioannes idiotæ. Act. 4 c
Petri acta leguntur apud euangelistas, & acta Apostolorum, & Gala. 1 d
Phaceia rex Israel. 4 Reg. 15
Phaleg filius Heber. Gene. 10 d 11 c
Phanuelitæ immisericordes. Iud. 8 b
Pharaonis acta, vide Gene. 12 d. 40. 41 a. 45 c Exod. 1. 5. 9. 11. 14
Phares nascitur. Gen. 38 g 46 b
Pharisæus Paulus. Act. 23 b
Pharisæi asserunt resurrectionem. Act. 23 b
de Pharisæis multa in euangelijs.
Phase ritu perpetuo celebrandum. Exo. 12 c
Phase Domini præcipitur. Deut. 16 a
Phelitias moritur. Ezech. 11 c
Phenenna vxor Elcanæ altera. 1. Reg. 1 a
Pherezeos penitus excludi iubet Deus. Deut. 30 d. Iudicum 1 a
Phialarum templi fabricatio. 2. Para. 4 c
Philetus excidit à Christo. 2. Tim. 2 c
Philippi vocatio. Ioan. 1 f. vide plura Ioã. 14 a. Act. 8 g 21 b
Philisthim è quibus egressi. Gene. 10 b
de Philisthæis multa in libro Iud. 3. 10. 13. 14. 15 16. & 1 Reg. 4. 5. 6. 7. 13 & 2. Reg. 5. & 21
ne per Philosophiam seducamur. Col. 2 b
Phinees filius Eleazari. Exod. 6 d
Phinees occidit Zambri & Cozbi. Num. 25 b
Phinees filius alter Heli. 1. Reg. 2 a
Phison fluuius. Gene. 2 b
Phithom vrbs ædificatur. Exod. 1 d
Phygellus defecit à Paulo. 2. Tim. 1 e
Piè volentes viuere. 2. Tim. 3 c
Pietas regis fœlices facit. Prou. 25 a
Pietas sperat vitam Tit. 2 a
in Pietatibus simus assidui. 2. Pet. 3 e
Piger excitatur ad laborem. Prou. 6 a. in egestate erit. Prou. 10 a 21 a
Pigritiæ incommoda. Prou. 24 d
in Pigrum. Prou. 21 d. 22 b 26 c
Pignora quando reddenda. Exo. 22 d
de pignoribus vide Deu. 24 b c d
Pignus & arrabo promissæ nobis salutis, Spiritus sanctus. 1. Cor. 1 d 5 a
Pilati acta vide Io. 15 g 19 a c
Pilatus minus peccauit quam Iudæi. Ioan. 19 b
Pilosus Elias. 4. Reg. 1 b
Pinguis Israel dereliquit Deum. Deut. 32 c
Piscina in Ierusalem. Ioan. 5 a
Pisces verbo Dei creantur. Gen. 1 e
Pisces mundi & immundi. Leuit. 11 b
Pius solus Deus. Apoc. 15 b
Pios eripit Deus. 1 Pet. 2 b
Placatur Deus oratione Moysi. Exo. 32 d
vt placemus Deo orat Paulus. Heb. 13 d
non vt placeret hominibus prædicauit Paulus, sed Deo. 1. Thess. 2 a. Gal. 1 b
non placendum sibi ob cognitam libertatem per Christum nobis partam. Rom. 15 a
Plagarum modus. Deu. 25 a
qui plagis multis vapulabunt à Deo. Luc. 12 f
Plagæ Ægyptiorum. Exod. 7. 8. 9. 10. 12
Plagæ corporis Christi. Psal. 11. ver. 18
Plangitur Iacob ab Ægyptiis Gene. 50 a
Plangitur Moyses ab Israelitis. Deut. 34 c
Pangitur propheta mortuus ab altero propheta. 3 Regum. 13 f
Planctus super mortuum. 2. Reg. 3 f
Plantauit Deus Israelem. Exo. 15 d. 1. Reg. 7 b
Plantauit Paulus Christianos. 1 Cor. 3 b
Plantatio non plantata à Deo, eradicabitur. Matt. 15 b
Plebs Dei Israel. Rom. 11 a
Plenitudo Christi, ecclesia. Ephes. 1 d
Plorat populus agnoscens peccatum. Deut. 1 g
Pluit coturnices & man Deus. Exod. 16 c
Pluit lapides. Exo. 10 c
Pluuia de cælo dabatur terræ promissionis. Deut. 11 b
Pluuiæ temporaneæ obedientibus. Deut. 11 b
Pluuiæ non dantur aliquando propter peccata. 3. Regum 8 d 17 a
Polluebant nomen Dei sacrificantes idolo Moloch. Leui. 18 c
Polluitur nomen Dei perinrio. Leui. 19 c
Pollutionis nocturnæ expiatio. Deut. 23 b
Pœnitet Deum quando immutat quod fecerat. 1. Reg. 15 c
Pœnitet Deum fecisse hominem. Gene. 6 b
Pœnitenti peccatori, vita. Ezech. 33. c. Deu. 30 a. 3. Reg. 21 g
Pœnitentia ad Deum vera. Iere. 4 a
Pœnitentiã vocat Petrus cõuersionẽ. Act. 3 d
Pœnitentiam dat Deus. Act. 5 e. 11 c. 2. Timo. 2 d
ad Pœnitentiam hortatur Ioannes. Matt. 3 a
Pœnitentiam, & regnum cælorum appropinquasse, Ioannes, Christus & Apostoli prædicauerunt. Matt. 3. 4 e. 10 a. Mar. 6 b
sic Paulus cum lacrymis. Act. 19 d. Sic & Petr. Act. 2 f 3 c
Pœnitenti fratri remittendum. Matt. 18 c
Ponderis æquitas. Deut. 25 d
Ponderis iniquitas damnatur. Osee 12 b
pontifex non adhit exequiis. Leuit. 21 b
Pontifex ad quid constitutus. Heb. 5 a 8 a

Pontifex noster Christus. Heb. 2 d 3 a
In Populos separati homines. Deut. 32 a
Populos diligit Deus. Deut. 33 a
In Populum assumpti Israelitæ. Exod. 6 a. 19 a Deut. 4 a. 2. 3. Reg. 8 f
Populis omnibus natus Christus. Luc. 21 c
Populus Dei, Christiani. 1. Pet. 2 b
In Porcos abeunt dæmones. Matt. 8 d
Ante Porcos margaritæ. Matt. 7. 1
Porphyrionem, non comedunt Iudæi. 14 b
In Porta ciuitatis sedebant iudices. Deut. 22 b
Portæ inimicorum pro potentia. Gene. 22. d 24 g
Portæ inferi non præualebũt aduersus fidem in Christum. Matt. 16 c
Portauit Deus filios Israel. Exo. 19 a
Portio Leuitarum Deus. Deut. 18 b
Posteriora Dei videt Moyses. Exo. 33 d
Potentia Dei non minuitur. Isa. 50 a
Potentia Dei in vasa iræ Rom. 9 c
Potestas omnis subdatur ei. Psal. 23
Potestas omnis à Deo. Rom. 13 a
Potestatibus parendum. 1. Petr. 2 c
Potus immundus. Leu. 11 f
Potus spiritualis. 1. Cor. 10 a
Præcepta decalogi. Exod. 20 a
Præcepta diuina seruanda. Prou. 3 a
Præcepta implenda. Deut. 6 a 8 a
Præcepta fiant in charitate. 2. Io. b
Præcepta custodientibus, deus misericors. Deu. 7 b
Præcepta seruantibus benedictio. Exod. 23 a
Præcepta Dei inculcanda filijs. Deut. 6 d
Præcursor noster Christus. Heb. 6 d
Præda ex æquo diuidenda. Deut. 20 c 1 Reg. 30 f. Iosue, 22 b
Prædestinauerat Deus ante constitutum mũdum nos saluare. Ephes. 1 a
ob Prædestinationem non decipiendum cum Deo. Ro 9 d
Prædicat Christus in naui. Matt. 13 a
Prædicauit Christus semper palam. Io. 18 d
Prædicare non possunt nisi missi. Ro. 10 c
qui Prædicat, sermones Dei prædicet. 1. Pe. 4 e
Prædicantibus apostolis Deus dat incrementum. Act. 2 g
Prædicatores promittit Deus. Esa. 30 c
Prædicatores mendaces. 2. Pet. 2 a
Prædo vendens hominem. Deu. 24 c
Prægnantem percutiens rixando. Exo. 21 d
Prægnantes scinduntur à Manahem. 4. Reg. 15 d
ad prælium docet Christus. 2. Reg. 22 c
Præpositis obediendum. Heb. 13 c
Præputium nihil prodest Christiano, aut circumcisio. 1. Cor. 7 d
Præputia lignorum auferenda. Leu. 9 c
Præsciti qui & prædestinati. Rom. 8 f
in Præsepio natus Christus. Luc. 2 a
Præsidendum in solitudine. Ro. 11 d
ad Prandium inuitatur Christ. à Pharisæo. Luc. 11 f
Presbyteri in singulis ciuitatibus. Act. 14 d
Presbyteros & episcopos pro eisdem accipit Paulus. Act. 20 of Tit. 1 b
Presbyteros quales esse oportet. Tit. 13 b
ad Presbyteros exhortatio. 1. Pet. 5 a
Pretio mortis Christi redempti. 1. Cor. 6 d
Primatum tenet Christus. Col. 1 c
de Primatu contendunt Apostoli. Matt. 18 d
Primitiarum lex. Numer. 5 a
Primitiæ reddendæ solicite. Exo. 22 d
Primitiæ sacerdotum erant. Num. 5 b
de Primitijs. Ezech. 45 d
Primitias spiritus habentes Apostoli. Ro. 8 d
Primitiæ resurgentium Christus. Col. 1 c
Primogenita parui pendit Esau. Gene. 25 d
Primogenita Dei erant. Exo. 13 a b
Primogenita Ægyptiorum moriuntur. Exo. 11 b
Primogenitura ius non dandum affectib. Deu. 21 e
Primogenitus Christus inter fratres. Ro. 8 f Col. 1 c. 1. Cor. 15 c
Principes Dei ministri. Ro. 13 a Tit. 3 a
Principum flatus murat Deus. Iob 12 c
Principes quales esse oportet. Deu. 1 b
ad Principes exhortatio. Ezec. 45 c
in principe pauperum oppressores. Amos 4 a 6 a. Sopho. 3 a
Principes impij, ministri impij. Prou. 29 b
Principi non male dicendum. Exo. 22 d
Principes multi ex Iudæis credunt Christo, non audentes tamen confiteri. Io. 12 f.
Principes ignorantes crucifixerunt Christum. 1. Corinth. 2 b. Act. 3 c
Princeps aëris huius diabolus. Ephes. 2 a Col. 2 c. Ioan. 12 e
Principatus omnis caput, Christus. Col. 2 b
Prisca & Aquila Rom. 16 a
Probanda omnia. 1. Thess. 5 d
Probatio ipsem auger. Ro. 5 a
Probemus an simus in fide. 2. Cor. 13 f
Prodigalitas prohibetur. Prou. 5 b
Prodigia in morte Christi. Matt. 27 f
Proditores Ziphæi. 1. Reg. 23 c
non Prohibendi quomodocunque verbũ Dei annunciantes. Mar. 9 e. Luc. 9 f
Proijcere sermones Dei. 1. Reg 15 f
Promissionis terra qualis. Deut. 8 b
Promissiones omnes adimpleuit Deus Iudæis. Ios. 21 d 23 d
Promissiones Dei dignis dantur. 1 Reg. 2 f
propter Promissiones suas ad Abraham, &c. omnia egit Deus erga Iudæos. Exo. 2 d 6 a. 1. Reg. 12 d
Promissionũ Dei memor Iacob, orat. Ge. 32 c
Promissiones Deo obiicit orans Moyses pro peccato Israel. Deu. 9 d
quod Promiserimus Deo, reddendum. Deut. 23 d
Promissio salutis ab æterno. Ephes. 1 a
Promissionis verbum Abrahæ factum. Ro. 5 a
Promissionis filij. Rom. 9 b
Promissiones suas impleuit Deus misso filio suo Christo. Act. 3 b. 13 d
Promissio Patris, spiritus sanctus. Act. 1 a
Prophana vitet Episcopus. 2. Tim. 2. Tim. 2 c
Propheta olim dicebatur videns. 1. Reg. 9 b
per Prophetas respondebit Deus. 1. Reg. 28 a
Prophetis in visione & per somnium loquebatur Deus, soli Moysi facie ad faciem. Nu. 12 b
Propheta Dei loquitur quod Deus ponit ei in os. 3. Reg. 22 c
Prophetæ Dei authoritas. Mic. 3 c q. Reg. 5 c

Propheta

Propheta corripit Ieroboam. 3. Reg. 13 a
Prophetæ centum absconsi. 3. Reg. 18 a
Propheta inobediens verbo Dei, occiditur à leone. 3. Reg. 13 d
Prophetæ de salute nostra per Christum, & remiss. pecc. prophetauerunt. 1. Pet. 1 b Act. 10 g
Prophetæ cupierunt videre Christum. Matth. 13 c
Prophetæ exemplum patientiæ. Iac. b 5 c
Propheta Abraham. Genes. 20 b
Propheta Moysi erat Aaron. Exod. 7 a
vt Prophetet omnis populus optat Moyses. Num. 11. f
Prophetarum contemptores Iudæi. Iere. 7 c
Prophetæ Eliseus psalte canente. 4. Reg. 3 b c
Prophetæ in ecclesia interpretentur. 1. Cor. 12 d
Prophetarum spiritus, auditoribus subiectus est. 1. Cor. 14 f
Prophetarum filij pauperes. 4 Reg 6 a
Prophetarum filij esurientes. 4. Reg. 4 g
Prophetes Debora. Iud 4 a
Propheta falsus vnde dignoscitur. Deut. 18 d
Propheta miraculis abducens à fiducia in Deum occidendus. Deut. 13 a. 18 d
Prophetæ falsi. 850. solus Elias Dei prop. 3. Regum, 18 c
de Prophetis falsis conqueritur Ieremias. Ier. 14 b
Prophetas Baal occidit Elias. 3 Reg. 18 g
ad Prophetiam ex agricultura vocatur Eliseus. 3. Reg. 19 d
Phopheta noster Christus. Deu. 18 e
Prophetia Dei donum. Rom. 12 b
Prophetiæ donum optandum. 1. Cor. 14 a
Prophetix interpretatio, à Deo. 2. Pet. 1 d
Propinquitatis iuri quomodo cedebãt Iudæi. Ruth, 4 a
Propitiatorii forma. Exod. 25 b
Propitiatio pro peccatis Christus. 1. Io. 2 a
Propositionis panes. Leu. 24 a
Propositionis panes comedit Dauid. Luc. 6 a
Proselytos faciebant Iudæi. Matt. 22 b
Prospera & aduersa à Deo. Pro. 3 b
Prosperitas impiorum. Iob 21 a
Prostibuli merces. Deut. 23 c
Protector noster Deus. Psal. 17 e
Protector Abrahæ Deus. Gen. 10 b
in Prouerbium facti Iudæi. Deut. 28 d
Prouidentia Dei erga seruos suos. Psal. 144 b 146 b etiam ab vtero. Psal. 138
Prouidentia Dei etiam erga ingratos. 3. Reg. 18 a
Prouidentiæ Dei omnia cõmittenda. Eccl. 11 b
Prouidentia Dei pascitur Elias à coruo. 3. Reg. 17 a
Prouidentiam Dei negantes. Esa. 40 g
Proximorum contemptores. Malac 2 b
Proximus omnis indigens ope nostra, vt vides Luc. 10 e
Proximo placendum ad ædificationem. Rom. 15 a
Proximi dilectio. Ro. 13 c
Prudentes & simplices simus. Matt. 10 b
Prudentia spiritus. Rom. 8 a
Prudens Dauid in omnibus. 1. Reg. 18 b c
Prudentiæ carnis non innitendum. Abd. 1 e
Prur igine pereuntiuntur inobedictes Deu. 28 e
Psallendum Deo spiritu & mente, id est gratiæ agendo. 2. Cor. 14 c Iud. 5 a
Psalmis Deo canendum. Ephes. 5 d
Psallente Dauide, recedit spiritus malus à Saule. 1. Reg. 16. d
Psaltes egregius Dauid. 2. Reg. 23 a
a Pseudo apostolis cauendum. Philip. 3 d
Pseudo apostoli operarii subdoli. 2. Cor. 11. c
Pseudo propheta quomodo dignoscendus. Deut. 18 d
de Pseudo prophetarũ doctrina. Eze. 13 a 22 c
Pseudo prophetarum miracula. Iere. 23
Pseudo prophetæ resurrecturi. Matt. 24 a
Ptolemæus rex Ægypti. 1. Mach. 10 e 11 a
Publicani euangelio credunt. Matt. 21 c
Publicani Deum laudant. Luc. 7 c
Publicani non plus exigant quam constitutum est eis. Luc. 3 c
Publicani & Pharisæi parabola. Matt. 18 b
Puella vouens. Nu. 30 a
Pueris Angeli custodes. Matt. 18 b
Pueri adducuntur ad Christum. Matt. 19 b
Puerum amplectitur Christus. Marc. 9 f
Puer efficiatur, qui vult ingredi regnũ Dei. Matt. 18 a
Puerorum est regnum cælorum. Matt. 19 b
Pueri non scandalizandi. Matt. 18 a
Pueri laudant Christum. Matt. 21 b
Puerilia virgis coërcenda. Prou. 22 c
Pueri irridentes Eliseum, deuorantur ab vrsis. 4. Re. 2 d
Pugnator noster Deus. Exo. 15 a
Pugnat pro Israelitis Deus. Exod. 14 d
Pulicem se dicit Dauid præ Saule. 2. Reg. 26 d
Puluis homo. Gene. 3 d
Pulueri caput aspergebant Iudæi dolentes. 1. Reg. 4 c
Puluis pedum excutiendus in contemptores euangelij. Matt. 10. b
vt Pupilla oculi custoditus Israel. Deut. 32 b
Pupillam oculi Dei tangit, qui Christos suos tangit. Zach. 2 b
Pupillo iudicium facit Deus. Deut. 10 d
Pupilli decimis alendi. Deut. 14 d
de Pupillis. Deut. 24 d 26 a 27 c
Purgatio peccatorum per Christum. Heb. 1 a
Purificatio leuitarum. Num. 8 b
Pusillanimes consolandi. 1. Thess. 5 c
Puteos Abraham obturant Philistiæi inuidi. Genes. 26 c
Pygargum comedunt Iudæi. Deut. 14 a
Pythones non consulendi. Deut. 18 b
Pythones moriantur. Leuit. 20 d
Pythonem consulit Saul. 1. Reg. 28 a
Pythones aufert Iosias. 4. Reg. 23 a

Q

Quærendus Deus toto corde. Deut. 4 d
Quæstiones vitandæ. 2. Tim. 2 d
Quæstus magnus, pium esse. 1. Tim. 6 b
sine Querela viuamus. Philip. 2 b
Quieti simus. 1. Thess. 4 c
Quinquagenarios constituit Moyses super Israelem. Exod. 18 d

R

Rabba obsidetur à Ioab. 2. Reg. 11 a
Rabbath vrbs Ammonitarum. 2. Reg. 12 g
Rabbi, magister noster. Matt. 23 a

Rachelis acta. Gene. 29. 10. 31. 35
sicut Rachel fœcunda. Ruth. 4 c
Radix Dauid, Christus. Rom. 15 c
Radix Iudæorum, sancti patres. Ro. 11 b
Raguel sacerdos Madian. Exod. 2 e
Raguel socer Tobiæ iunioris. Tob. 4 & 8
Rahab caupona saluatur. Iosue 2 & 6
Rama ædificatur. 3. Reg. 15 c
Ramasses ædificatur. Exod. 1 b
Rami naturalis olex. Iudæi. Rom. 11 c
Ramoth Galaad obsidetur. 3. Reg. 22 a
Ranæ super Terram Ægypti. Exod. 8 a
Rapiuntur bona obeuntium. Deut. 28 d
Raptores alienarum rerum. 1. Cor. 6 b
Raphael deducens Tobiam iuniorem. Tob. 5. 6. 9 12
Rationale iudicii quale. Exo. 28 c
Rationi propriæ non fidendum. Deut. 12 a
Rationem reddet vnusquisque Deo. Ro. 14 b
Ratio ad omnes reddenda de spe nostra, si interroganerint. 1. Pet. 3 c
Rasin rex Syriæ. 4 reg. 16 b
Razon aduersarius Salomoni. 3 Reg. 11 a
Rebeccæ vxoris Isaac acta. Genes. 22. 24. 25. 26. 27. Rom. 9 c
Rebelles in Moysem, combusti. Num. 16 e
Rebelles Israelitæ. Deut. 9 d 31 g
Rebellio Core. Num. 16 a
Recalcitrauit Israel. Deut. 32 c
non Recedendum a Deo. Deut. 11 b
Recedere a tergo Dei. 1. Reg. 12 d
Rechab occidit regem Isboseth. 2. Reg. 4
Rechabitarum obedientia. Iere. 35 a
Recipere Christum. 1. Io. 1 b
Reconciliauit nos sibi Deus per Christum. Rom. 5 b
Reconciliemur cum fratre. Matt. 5 d. 20 d
Recordatur nostri deus cum nos liberat aut aliquid donat. 1 Reg. 1 c. Gene. 20 b
vt Recordemur beneficiorum dei exhortatio. Deut. 8 a
Rectum coram Deo faciendum. Exod. 15 g
quod Rectum nobis videtur ne faciamus. Deut. 12 a
Rectus Deus. Deut. 32 a
Redemptio per sanguinem Christi. 1. Pet. 1 d
Redemptio quæ. Ephe. 1 b. Heb. 9 c
Redemptor noster Christus. 1. Cor. 1 d. Mar. 10 c
Redemptionem percipiemus in die iudicii. Luc. 21 f
Refugii vrbes. Ios. 20 a
Refugium nostrum Deus. 2. Reg. 22 a. Psalm. 9 b Iere. 16 d
Regeneratio spirituum per Christum. Esa. 65. e
Regina Saba audit Salomonem. 3. Reg. 10 a
Regiones à quibus diuisæ. Gene. 10 a
Regiones albæ ad messem. Io. 4 c
Regnabit Deus in perpetuum. Exod. 15 c
Regnabat Deus super Israelem, antequam regem pererent. 1. Reg. 12 c
Regni lex. 1 Reg. 8 c
Regnorum mutatio à Deo. Iob 34 b
de Regnis quatuor mundi. Dan. 7 c
Regnum Dei sacerdotale Israel. Exod. 19 a
Regni Christi descriptio. Esa. 32 a
Regnum Christi æternum. Esa. 9 b. Luc. 1 c
Regnare nolentes Christum, occiduntur coram
Ipso. Luc. 19 d
Regnum Dei gratis datum. Luc. 12 d
Regnum Christus disponit suis. Luc. 22 e
Regnum Dei paratum electis. Matt. 25 c
in Regnum Dei per multas tribulationes intratur. Act. 14 d
Regnum cælorum, ecclesia. Matt. 13 g
de Regno Dei multa apud Euangelistas.
Regnum Dei intra nos. Luc. 17 e
Regnum Dei quærendum. Matt. 6 d.
Regnum Dei quando esset venturum, interrogant pharisæi. Luc. 17 e
Regnum Dauidis Christū restituturum credebant Iudæi. Mar. 11. c Act. 1 a
ne Regnet peccatum in nobis. Rom. 6 b.
Regula æqua. Leu. 19 g.
Regulam Christi sequentes. Gal. 6 d
in Regula eadem permanemus. Philip. 3 d
Religio munda quæ. Iacob. 1 d
non Reliquit nos Deus. Deut. 4 e
Relinquentes Deum affliguntur. Iosue 24 e. Iud. 10 b
Relinquere patrem, &c. propter Christum. Matt. 19 d
Reliquiæ populi Israel seruādæ. Iere. 21 g 23 g Rom. 9 f 11 a
Remissio iubilæi. Leu. 25 d
Remissio debiti. Deut. 15 a
Remissio peccatorum gratuita. Psal. 18, ver. 13. Act. 2 f. Coloss. 1 c
Remittendum ex corde fratribus. Col. 3 b
Renascimur per verbum Dei. 1. Pet. 1 d 2 a
Renatus ex aqua & Spiritu sancto. Io. 3 a
Renes accincti in agno paschali. Exod. 12 b
vt Renouaremur venit Christus. Tit. 3 b
Renuntiandum omnibus quæ possidemus. Luc. 14 f
de Reprobis. Matt. 13 b
Reprobum se non esse certò scit Paul. 2. Cor. 13 c
Reptilia terræ creantur. Genes. 1 c
Reptile immundum. Leu. 11 f
Repudium permittit Moyses. Deu. 24 a
Repulerunt Deum Israelitæ. Num. 11 d
Requies nulla inobedientibus. Deut. 28 g
Requies ferentibus iugum Christi. Matt. 11 d
in Requiem Dei ingressuri credentes. Heb. 4 a
Requies tribulatis. 2 Thess. 1 c
Requiescit deus die septimo. Gene 2 a
Respiscere omnes desyderat Deus. 2. Pet. 3 c
Respiscentia donum Dei. Thess. 5 d
Respiscentia Israelis, Iere. 3. g
Resphæ acta. 2. Reg. 3 b 21 b.
Respicit Deus super obedientes. Leui. 26 b
vt respiciat ipsum Deus, orat Israel. Deu. 26 b
Respublicæ quando florent. Prouerb. 28 b 29 a
Resurrectionē Christi prædixit Dauid. Act. 2 e
Resurgunt in morte Christi corpora. Mat. 27 f
Resurrexit Christus. Matt. 28 a
Resurrectionis Christi virtus. Osee 6 a
Resurrexit Christus propter iustificationem nostram. Roma. 4 d
Resurrectione Christi, vita æterna. 1. Pet. 1 a
de Resurrectione Christi. 1. Corin. 15
Resurrexisse Christū testatur Apostoli. Act. 4 g
Resurrectio & vita, Christus. Ioan. 11 c
Resurgere cum Christo, Roma 6 a
Resuscitat Christus in se credentes. Ioan. 6. d
Resur

Resurrectionem prophetat Iob. Iob. 14 b
Resurgent omnes. 1. Cor. 4 c
de Resurrectione mortuorum. 1. Cor. 15 b
in Resurrectione non nubent. Mat. 22 c
Retribuit Deus iuxta iustitiam. 1. Reg 26 d
Retribuit Deus obedientibus se. Deut. 32 f
Reu nascitur. Gen. 11 c
Reuelare aurem alicuius, pro indicare ei aliquid. 1. Reg. 20 c
Rex ad quid constituitur. 3. Reg 10 b
Rex iustus. Prou. 9 a
Rex qualis esse debet. Deut. 17 d
Regibus ebrietas fugienda. Prou. 31 a
Regis ira. 1. Reg. 8 b
Regis cor in manu Dei. Prou. 21 a
à Regis indignatione cauendum. Prou. 16 b
sub Rege puero infelicitas. Eccle. 10 d
Rex legat deuteronomium. Deut. 17 d
Regem honorificemus. 1. Reg. 2 c
pro Regibus orandum. 1. Tim. 2 a
Regem petunt Israelitæ. 1. Reg 8 a. 10 e
Rex Saul constituitur inuitus. 1. Reg. 10 d
Rex Salomon petit à Deo sapientiam. 3. Reg. 3 b
Rex seculorum immortalis. 1. Tim. 1 d
Regem volunt Christum constituere. Ioan. 6 b
Reges Dei Christiani. 1. Pet. 2 b
Rhamni parabola. Ioan. 6 b
Rhode puella. Act. 12 c
Ridentibus væ, & quare. Luc. 6 d
Rigauit Apollo. 1. Cor. 3 b
Rixa opus carnis. Galat. 5 d
de Rixantibus lex. Exod. 21 c
de Rixarum suscitatione, vide Prou. 10 b. 15 b
Roboam acta. 3. Reg. 11 g. 12. 14
non Roboratur homo in fortitudine sua. 2. Reg. 2 b
Rogat Paulus quos euangelizat. 2. Thess. 2 a
Roma concubina Nachor. Gen. 22 d
de Romano imperio vaticinium. Nu. 24 d
Romanos venturos timent Iudæi. Ioan 11 f
Romanum se dicit Paulus. Act. 16 g. 22 f
Romani neminem condemnant indicta causa. Act. 25 c
Romanis prædicandum Euangelium. Act. 13 d
Romam appulit Paulus. Act. 28 d
Romani non prohibent paulo euangelium prædicare omnibus. Act. 28 c
Ros in solitudine qui & man. Exod. 16 c
Rore caligantes cæli. Deut 33 d
Ros & pluuia non data est tribus annis, temporibus Achab. 3. Reg 17 a
Rotarum visio. Ezech. 10 b
Ruben nativitas & eius acta. Gen. 29 g. 35 d 37 d. 42 d. 49 a
Rubenitæ interficiunt Agarenos. 1. Para. 5 b
Rubenitarum habitatio. Ios. 13 b
Rubus ardens & non comburens. Exod. 3 a
Ruinam præcedit exaltatio. Prou. 18 c
in Ruinam Iudæis reliquit Deus Chananæos. Iud. 2 a
Ruituros multos Iudæos prædicit Simeon. Luc. 2 c
Ruth viduæ acta. vide librum Ruth.

S

Saba regina inuisit Salomonem. Mat. 12 d. 3. Reg. 10 a
Sabbathum benedicit Deus. Gen. 2 a
Sabbathum præcipitur. Exod. 16 e. 20 b
Sabbathi sanctificatio. Iere. 17 c
Sabbathum quare institutum. Exo. 20 b. 23 b. Deut. 5 b
Sabbathum quale signum. Exo. 31 c. Ezec. 20 b
Sabbathi violati increpantur Iudæi. Exo. 16 f Nume. 15 d
Sabbathum trium. Exod. 23 b
Sabbatho legit propheta Christus. Luc. 3 e
Sabbatho propter hominem factum. Marc. 2 d
Sabbathi Dominus, Christus. Mat. 12 a
Sabbathis beneficiendum. Mat. 12 a
Sabbatho Christus sanat. Luc. 13 c
Sabbatha perpetua. Esa. 66 g
Sabbathismus, cessatio ab operibus mortuis. Esa. 56 a. 58 d
de Sabbatho & requie Christianorum post tribulationes. Heb. 4 b
Saccus in lumbis. 3. Reg. 22 e. 21 g
Sacerdoti leuitico obseruanda. Leuit. 10 f. 6 a. 16 a
Sacerdotum consecrandorum modus. Exod. 29 g
Sacerdos virginem ducat. Leu. 21 c
Sacerdotum hæreditas, Deus. Deut. 18 a
Sacerdotum officium. Malach. 2 a
à Sacerdotibus legem accipiat rex. Deut. 17 d
Sacerdotis filia fornicans. Leu. 21 b
Sacerdotes Baal occiduntur. 3. Reg. 18 e. & 4. Reg. 10 e. 23 b
in Sacerdotes. Osee 5 a. Iere. 2 b
Sacerdotum auaritia. Esa. 3 b. Malach. 2 a
Sacerdotum principes fuerunt causa mortis Christi. Mat. 21 b. 26 a. 27
Sacerdotes prohibent Christum annuntiari. Act. 4 d
Sacerdotum turba obedit fidei. Act. 6 c
Sacerdotium Leui translatum. Heb. 7 b
Sacerdos noster Christus. Heb. 5 b. 7 a
Sacerdotes Christiani, spirituales hostias offerentes per Christum. 2. Pet. 2 a
Sacerdotale Dei regnum, Israelitæ. Exo. 19 a
Sacramentum, Christus natus. 1. Tim. 3 d
Sacramentum Dei reuelatum Paulo. Coloss. 1 d
Sacrificii lex. Leu. 6 b. Deut. 18 a
Sacrificia carnalium substantiantur. Osee 5 b
Sacrificia Iudæorum polluta. Agg. 2 b
Sacrificia veteris legis reijcit Deus. Psal. 49. ver. 8. Ier. 6 c. Malach. 1 c
Sacrificia quæ requirit Dominus. Mich. 6 b
Sacrificio misericordia potior. Mat. 5 b
Sacrificiis maior dilectio. Mar. 12 c
Sacrificia fidelium. Malach. 3 a. Psal. 50. ver. 18
Sacras literas nouerat Timotheus ab infantia. 2. Tim. 3
Sadducæi negant resurrectionem. Act. 23 b
Sadoc sacerdos. 1. Reg. 2 g. 3. Reg 2 f
Sagenæ parabola. Mat. 13 f
Saga tabernaculi. Exo. 26 b
Sagittis suis minatur Deus Israeli. Deut. 32 d
in Salis statuam versa vxor Loth. Gen. 19 f
Sal seminauit Abimelech super solum vrbis à se destructæ. Iud. 9 f
Salis ardore comburendi inobedientes. Deut. 29 d
Salé conditum sacrificium. Leu. 2 d
Sale condita victima. Mar. 9 g

Sal terræ Apostoli. Mat. 5 b
Sale conditus sit sermo. Col. 4 a
Sale nascitur. Gen. 11 c
Salmona occiditur. Iud. 8 e
Salmanasar transfert Israelem in Assyrios. 4. Reg. 18 b
Salomonis natiuitas & acta vsque ad 2. Reg. 12 b
vsque ad 3. Reg. 12 d
quæ Salomon experiuit. Prou. 30 a
Saltha ad filix. Num. 17 a. 36 a
Saltantem Dauidem rider Michol. 2. Reg. 6 a
Salutare in pace. 1. Reg. 20 a
Salutatio angeli ad mariam. Luc. 1 c
Salutare in osculo sancto. Philip. 4 b
Salutationes in foro Mat. 23 a
Salutare neminem per viam. Luc. 10 a
Saluator noster Deus. 1. Reg. 22 a
Saluat Deus absque gladio. 2. Reg. 17 f
Salutem fecisse dicitur Deus, quando dedit victoriam. 2. Reg. 23 b
Saluum fieri à morte petit Christus. Ioan. 12 d
Saluare animam suam. Mat. 10 d
Saluator Israelis, Othoniel. Iud. 3 b
Saluator omnium Deus. 1. Tim. 4 c
Saluare Dei Christus. Gen. 49 c. Luc. 1 d
Salutem habemus per Christum. 1. Thes. 5 b
vt Saluos faceret peccatores, venit Christus. 1. Tim. 1 d
Salus à Deo. Psal. 3 & 64
Salus vera à Deo. Ierem. 17 b
Salus ex Iudæis Ioan. 4 c
Salutis author Christus. Heb. 2 c
Salui facti ex misericordia Dei. Ephe. 2 a
Salutis dies, dies Christi. 2. Cor. 6 a
Salus nusquam nisi in Christo. Act. 4 b
Salios nos omnes vult Deus. 1. Tim. 2 a
Saluandorum numerus parvus. Luc. 13 e
Samariæ mons. 3. Reg. 16 c
Samariæ mala. Osee 14 a
Samaria obsidetur 3. Reg. 20. 4. Reg. 6
Samaritæ Deo & dæmonibus seruiunt. 4. Reg. 17 f
Samaritani parabola. Luc. 10 c
Samaritani Christum nolunt recipere. Luc. 8 f
Samaritanæ historia. Ioan. 4 a
ex Samaritanis Christo credunt. Ioan. 4 e
Samaritanum blasphemant Iudæi esse Christum. Ioan. 8 f
Samaritanis annuntiat Philippus Christum. Act. 8 a
Samgar percutit Philisthæos. Iud. 3 d
Samsai Scriba. 1. Esd. 4 b
Samsonis acta. 1 Iud. 13 cæpite, vsque ad 15 ca.
Samuelis natiuitas & acta. 1. Reg. 1 c, vsque ad 25. caput.
Sanctificare pro consecrare. Leu. 16
à Sanctificatorum esu abstinendum. Leu. 22
Sanctificare festum. Leu. 25 b
Sanctificari vult Deus. Leu. 10 a
Sanctificare Dominum coram populo. Num. 20 b. 32 g 34 a
Sanctificemus Christum in cordibus. 1. Pet. 3 c
vt Sanctificet pater apostolos, orat Christ. Ioan. 17 c
Sanctificat seipsum Patri Christus pro nobis, & immolat. Ioan. 17 d
Sanctificatio nostra, Christus. 1. Cor. 1 d
Sanctificati Christiani per Christum. 1. Cor. 6 c
Sanctificemus nos. 1. Ioan. 3 d
Sanctificator noster Deus. Leu. 18 b
Sanctus solus Deus. 1. Reg. 2 a
Sancti sumus Deo. Deut. 14 a
vt Sancti simus, exhortatio. Num. 15 d
Sanctus Dei populus, Israelitæ. Deut. 14 c
Sancti Christiani. Rom. 16 a
vt Sanctos nos faceret, & mundos misit Deus filium suum. Coloss. 1 c
Sancti simus in omni conuersatione. 1. Pet. 1 c
pro Sanctis Christianis semper orandum. Ephes. 6 c
Sanctus pro sua impietate orat. Psal. 31
Sancti in manu Dei sunt. Deut. 33 a
Sanctus panis. 1. Reg. 21 a
Sanctuarii forma. Exod. 25 a
Sanctuarii expiatio. Leu. 16 c
Sanctuarium Dei metuendum. Leu. 19 f
Sanctuarium Dei, terra Chanaan. Exo. 15 d
Sanctum non dandum canibus. Matt. 7 a
ad Sanctitatem nos hortatur Deus. Leu. 11 g
Sanctimoniam sectemur. Hebr. 12 d
Sanguis, anima omnis carnis. Leu. 17 c
Sanguis prohibetur Iudæis. Deut. 12 b
Sanguinem comedens populus peccat 1. Reg. 14 c
Sanguine expiatio peccatorum. Leu. 17 c
Sanguine holocausti aspergitur populus. Exod. 24 b
sine Sanguine nihil expiabatur. Heb. 9 f
Sanguis Christi petit remissionem. Heb. 12 g
Sanguine Christi redemptio. Mat. 26 c. Heb. 9 c. 1. Pet. 1 a
Sanguinem Christi polluunt ducentes. Hebr. 10 e
Sanguis & aqua exit de latere Christi. Ioan. 19 f
Sanguis pro homine occiso. Ios. 20 b
Sanguis vuæ. Deut. 32 b
Sanati sumus à peccatis per Christum. 1. Pet. 2 d
Sanator noster Deus. Exo. 15 g
Saph gigas occiditur. 2. Reg. 21 d
vt Sapiant Iudæi non put Deus. Deut. 32 d
Sapientia nostra verbum Dei. Deut. 4 a
Sapientia timor Domini. Iob. 28 d
Sapientia Dei dives. Rom. 11 d
Sapientia Dei, Christus. Luc. 11 g. Matt. 23 d
Sapientiæ thesauri in Christo. Col. 2 a
Sapientia Dei abscondita, Euangelium quod reuelatum nunc est. 1. Cor. 2 b
Sapientiam dicet spiritus Dei. Iob 32 b
Sapientia & cor intelligens, idem. 3. Reg. 3 b
Sapientiæ laudes & cómoda leges in quatuor primis capitibus prouerb. & in lib. Sapien.
Sapientiam petit Salomon. 3. Reg. 3 b
Sapientes in bono. Rom. 16 c
Sapiendum quomodo. Rom. 12 a
ne Sapiamus alta. Rom. 11 c
Sapientia mundi, stultitia. 1. Cor. 3 d
Sapientia carnis non potest subiici legi Dei. Rom. 7 b. plura vide 1. Cor 1. 2. 3
Sapiens audit consilia, & gaudet argui. Prou. 13 c. 25 b
Sapientes, sui amantes. Prou. 26 b
Sapiens vir artificiosus. Exo. 28 a. 35 b
Sapientia replentur artifices. Exo. 31 a
Sapienter ambulandum. Col. 4 a
Sarai siue Saræ vxoris Abraham acta. Gen. 11. 16. 17. 18. 21. 23
Sarræ fides. Heb. 11 c
Sara obediens Abrahæ. 1. Pet. 3 a
Sara filia Raguelis, vxor Tobiæ iunioris. Tob. 3. 7
Sareptana mulier. 3. Reg. 17 b
Saruiæ sororis Dauid filii. 2. Paral. 2 b
Saruiæ filios iunct Dauid. 2. Reg. 3 g. 16 b. 19 d
Satan deus huius seculi. 2. Cor. 4 a
Satan à deo impetrat facultatem, percutit Iob. Iob 1 b
Satan apostolos appetiuerat. Luc. 22 c
Satanæ traditur fornicator. 1. Cor. 5 b
à Satana impeditur Paulus. 1. Thes. 2 d
Satanas in angelum lucis transfiguratus. 2. Cor. 11 c
Satanam vocat Christus Petrum. Marc. 8 d
Satiati ne obliuiscamur Dei. Deut. 8 c
Saturat Deus obedientes. Deut. 11 b
Saturati ne obliuiscamur Dei. Deut. 6 b
Saturatus Israel reliquit Deum. Deut. 32 e
Saturis vz, & quare. Luc. 6 d
Saulis acta. 1. Reg. 9 a, vsque ad 31 caput.
Saulis mors nuntiatur Dauidi. 2. Reg. 1 a
Saulis regnum decrescit. 2. Reg. 3 a
Saulis septem filii suspensi. 2. Reg. 21 a
Saulus qui & Paulus Act. 7 g
Scabie percutiuntur inobedientes. Deut. 28 c
ne Scandalo essent præcepit Deus omnes idolatras occidi. Deut. 7 c
Scandala impii. Matt. 13 f
Scandalum passi Apostoli. Matt. 26 c
Scandalizantur discipuli aliquot, à Christo recedentes, & quare. Ioan. 6 g
Scandalizati pharisæi. Matt. 15 b
à Scandalis dehortatur Christus. Matt. 18 a
qui non Scandalizatur in Christo, beatus. Matt. 11 a
Scandalizantur Nazareni in Christo. Matt. 13 g
Scenofactoriâ artem exercet Paulus. Act. 18 a
Scenopegiæ oblationes. Ezech. 45 g
Schismaticus arguitur. Prou. 6 b
Schismata vitanda. 1. Cor. 1 b
Schismata corinthiorum vitanda. 1. Cor. 3 b
Scientia salutis. Luc. 1 g
Scientia Iesu Christi. Philip. 3 b
Scientia veritatis. 2. Tim. 3 b
quæ Scientia sit. 1. Cor. 8 a
Scientiarum Dominus est Deus. 1. Reg. 2 a
Scintillam suam vocat vidua filium suum vnicum. 1. Reg. 14 b
Scortatores ne sint in Israel. Deut. 23 g
Scortatio vitanda. Prou. 5 a. 7 a
Scribæ cuidam obiicit paupertatem suam Christus. Matt. 8 c
Scribarum opera reprehendit Christus. Matt. 23 a
Scribit Deus legem ac mandata. Exod. 24 c
Scribatur verbum Dei in ostiis. Deut. 6 b. 11 c
Scripturis non creduit Iudæi. Ioan. 5 f
Scripturis vtitur Christus contra diabolum. Matt. 4 a
Scripturis probat Christus se à Patre missum. Ioan. 5 f
vt Scripturas impleret venit Christus. Luc. 24 g
Scripturis reuincit Apollo Iudæos. Act. 18 g
Scripturas scrutantur viri nobiles. Act. 17 c
Scripturarum vtilitas. 2. Tim 3 d
Scripturis prophetarum attendendum. 2. Pet. 1 d
Scrutator cordium Deus. Rom. 8 e
Sculptile qui facit, maledictus. Deut. 27 c
Scurrilitas vitanda. Ephe. 5 a
Scutum auxilii Deus. Deut. 33 d. 1. Reg. 22 e
Scuta aurea Salomonis. 3. Reg. 14 g
Sebæ acta. 2. Reg. 20 a
Sectæ opus carnis. Gal. 5 d
Sectæ Christianorum. Act. 28 e
in Sectarum introductores. 2. Pet. 2 b
Securitas populo promittitur. Exo. 34 c
Sedecias falsus propheta. 3. Reg. 22 b
Sedeciæ regis Iudæ acta. 4. Reg. 24 d. 25 a b. Ierem. 52. Ezech. 12 c. 21 f
Seditiosi damnantur. Prou. 24 c
Seductores proficiunt in peius. 2. Tim. 3 c
vt Seductor habitus Christus. Mat. 27 g
Seductor quis dicendus. 1 Ioan. c
Sedulitas patris familiæ. Prou. 20 b
de Segete proximi. deut. 23 d
Segor ciuitas saluatur. gen. 14 a. 19 c
Sehon occiditur. deut. 2 g
Seir mons. Deut. 2 a. 33 a
Sela filius Iudæ tertius. Gen. 38 a
Sellum interficit Zachariam. 4. Reg. 15 c
Sem generatio. Gen. 9 d. 10. 11
Semei acta. 2. Reg. 16 b. 19 d. 3. Reg. 2 f
de Semeia Propheta 3 Reg. 12 f
Sementis non cessat. Gen. 8 d
Seminat Deus corpus. 1. Cor. 15 e
Semen paucum inobedientibus. Deut. 28 d
Seminis fœtris suscitandi lex. Deut. 25 b
Semen Abrahæ ex Isaac nati. Gen 21 b
Semen Dauidis Christus. 2. Reg. 7 c
Semen ex Iudæis, Apostoli. Rom. 9 f
Semen verbum Dei. Matt. 13 c
Semen fructificans. Mar. 4 c
Seminantis parabola. Matt. 13 a
quæ Seminamus, metimus. Gal. 6 b
Seminiuus vir. Leu. 15 a
Semma peccatis Philisthæos. 1. Reg. 23 b
Senum consilium 3 Reg. 12 b
Seniores 70 super Israelem. Num. 11 d
Senioribus traditur Deuteronomium. Deut. 32 b
Senes quales. Tit. 2 a
Senes honorandi. Leu. 19 f
Senes sensibus florebunt. Isa. 65 d
Senectutis commendatio. Prou. 16 d
Sennacherib exercitus occiditur. 4. Reg. 18. 19
in Sensum reprobum tradit. Esa. 57 d
Sensum Dei nemo nouit. Rom. 11 d
Sensum Christi tenet Paulus. 1. Cor. 2 d
non Sensu, sed malitia pueri simus. 1. Cor. 14 d
in Sensu suo abundet vnusquisque. Rom. 14 a
Sepelitur Moyses à Deo. Deut. 34 b
quod Sepelisset Saulem labenitæ, benedicuntur à Dauide. 2. Reg. 2 b
Sepeliri vult propheta in sepulchro prophetæ alterius. 3. Reg. 13 g
Sepelitur Ioannes Baptista. Matt. 14 b
Sepelitur Christus. Matt. 27 g
Sephora vxor Moysi. Exod. 4 f
Septuaginta duo discipuli prædicant. Luc. 10 a

Sepulchrum Moysi ignoratur. Deut. 34 b
Sepulchra concupiscentiæ. Nu. 11 g
Sepulchrum Christi. Mat. 27 g
Sepulchra dealbata. Mat. 23 c
In Sepulchra prophetarum extruentes. Mat. 23 d
Sequendus Deus. Deut. 13 2. 1. Reg. 12 c
Sequitur Caleb Deum. Deut. 1 f
Sequi vestigia Christi. 1. Pet. 2 d
Sequens Christum propter temporalia. Mat. 8 e
Sequi Christum, crux. Mat. 10 d
Sequentibus Christum nihil deest. Mat. 14 b
Sequens Christum, immobilis sit. Mat. 8 c
Sergius Paulus. Act. 13 b
Sermonem Dei quærere. 1. Reg. 22 a
Sermones Dei proiicere. 1. Reg. 15 f
Sermones Dei loquatur qui loquitur populo. 1. Pet. 4 c
Sermo Christianorum, est est. Mat. 5 f
Vt in Sermone confirmet nos Deus. 2. Thess. 1 d
Serit Israel, & perdit omnia, & quære. Iud. 6 a
Serpens seducit mulierem. Gen. 3 a
Serpens æneus erigitur. Nu. 21 c. Ioan. 3 b
Serpentem æneum confringit Ezechias. 4. Reg. 18 a
Serpentes pharisæi. Mat. 23 d
Seruanius inuicem. Gal. 5 b
Seruire Deo. Ios. 22 f
Seruiendum soli Deo. Exod. 23 c. Heb. 12 g. Deut. 28 c. Ios. 24 a. c
Seruire Deo & dæmonibus. 4. Reg. 17 f
Vt Seruiremus ei, redemit nos Christus. 1. Thes. 1 d
de Seruitute diaboli liberati Deut. 5 a
Seruitium Dei quale. Galat. 2 a
Seruitus circuncidi. Gal. 2 a
à Seruitute legis liberati. Heb. 2 d
Serui Iudæorum, peregrini. Leu. 25 f
de Seruis emendis. Exod. 21 a. Deut. 15 c
Seruus quomodo tractandus. Prou. 29 c
Serui quales. Ephe. 6 a
Seruus probus Iacob. Gen. 31 e
Seruus fidelis, seruus Abraham. Gen. 24 a
Serui regis omnes. 1. Reg. 8 c
Seruus Dei Moyses. Nu. 12 b
Serui Dei Israelitæ. Leu. 25 g
Serui Dei sumus, liberati a peccato. Ioan. 8 d. Rom. 6 d
Serui sumus iustitiæ. Rom. 6 d
Serui Dei, omnes nos, quibus data talenta. Luc. 12 e
Serui Dei sumus inutiles. Luc. 17 b
Seruus non est maior Domino. Ioan. 15 e
Seruus Christianorum. Mat. 10 d
Seruus Dei esse non potest qui quærit hominibus placere. Gal. 1 c
Seruus omnium Paulus. 1. Cor. 9 c
Serui peccati. Ioan. 8 d
Serui diaboli liberati per Christum. Deute. 6 d
Sesac rex Ægypti. 3. Reg. 14 g
Seth nascitur. Gen. 4 d
Seueritas Dei in Iudæos. Rom. 11 c
Sibæ serui miphiboseth acta. 2. Reg. 9, & 16
Sicitas in Iudæa. Ierem. 14 a
Siceleg ciuitas Dauidis. 1. Reg. 27 d
Siceram non biberunt Iudæi 40. annis. Deut. 29 b
Sichem occiditur. Gen. 34 d
Sichimitæ destruuntur. Iud. 9
Sichem ædificat Ieroboam. 3. Reg. 12 f
Siclus. Exod. 30 b
in Sidonem sermo Domini Ezech. 28 c
Sidrach in fornace. Dan. 3 b
Signati Dei. Apoc. 7 a
in Signa, sol & luna. Gen. 1 b
Signum petit Abraham. Gen. 15 b. 17 b
Signum petit Gedeon. Iud. 6 d
Signo confirmatur Saul. 1. Reg. 10 a
Signo certificatur Ionathas. 1. Reg. 14 b
Signum Ezechiæ in horologio. 4. Reg. 20 b
Signa petunt Iudæi. Mat. 12 c
Signa sequentia credentes mar. 6 d
Signa præcedentia iudicium. Luc. 21 e
Silentium seruandum. Prouerb. 5 d
in Silo domus Dei. Ios. 18 d
in Silo cessat apparere Deus. 1. Reg. 3 a
Siluanus. 1. Pet. 5 d
Simeonis acta. Gen. 29. 34. 42. 46 49 a
Similæ oblatio. Leu. 2 a
Simon, frater Iudæ. 1. Mach. 13. 14
Simon Petrus dicitur. Marc. 3 b
apud Simonem pharisæum manducat Christus. Luc. 7 f
Simon magus. Act. 8 b
Simplex vir, Iacob. Gen. 25 d
ad Simplicitatem hortatur Christus. Matth. 10 b
in Simplicitate tribuendum. Rom. 12 b
in Simplicitate conuersatus Paulus. 2. Corin. 1 c
Simplici corde diligendum. 1. Pet. 1 d
Simplices in malo. Rom. 16 c
Simulachrorum seruitus, auaritia. Col. 3 a
Simulachrorum cultus fugiendus. Act. 15 c
Simulat Dauid insaniam. 1. Reg. 21 d
Simulationes abfint à Christianis. 1. Pet. 2 a
Sinai mons. Exo. 19 a. Gal. 4 d
Sinapis parabola. Mat. 13 c
Sion, ciuitas Dauid. 1. Paral. 11 b
Sisara occiditur. Iud. 4
Sitienti Dauidi affertur potus. 2. Reg. 23 g
Sitiens Christus potatur aceto. Ioan. 19 f
Sitis inobedientibus, Deut. 28 c
Sitientes vitam æternam. Ioan. 7 f
Sobach occiditur. 2 Reg. 10 d
Sobna præfectus domus Ezechiæ. Esa. 22 c
ad Sobrietatem exhortatio. 1. Thes. 5 a
ad Sobrietatem sapiendum. Rom. 12 a
Societatem habere cum Deo. 1. Ioan. 1 a
Socothitæ occiduntur. Iud. 8
Socrus Petri sanatur. Mat. 8 b
de Sodomitis, vide Gen. 13. 14. 19. Ezech. 16 f
Sodomitæ subuersi. Mat. 10 b. Deut. 29 d. 32 c
Sol verbo Dei creatur. Gen. 1 b
Sol obedit Iosue. Ios. 10 c
in Sole & luna, signa. Luc. 21 c
Solis & lunæ equi. 4. Reg. 23 c
Solennitates Iudæorum. Exod. 23 b
Solicitudines huius seculi. Luc. 21 b. 14 d. 21 f
ab omni Solicitudine cauendum. Mat. 6 d
Solicitudo Pauli pro ecclesia. 1. Cor. 7 e
Solleti seruare vnitatem. Ephe. 4 a
Solicitus Deus pro Abraham. Gen. 12 d

Solitarii

Solitarii molestia vana. Eccle. 4 b
Soluere peccata quid. matt. 18 c. Ioan. 20 f
in Somnis videt Iacob scalam. Gen. 28 c
per Somnium loquitur Deus Abimelech. gen. 20 a
per Somnium loquebatur Deus prophetis. Num. 12 b
Somnia Ioseph. Gen. 37 b
Somnium Madianitæ. Iud. 7 d
Somniorum interpretatio, Dei est. Gen. 40 b
Somnia non obseruanda. Leui. 19 f
in Sophistas. Eccle. 37 c
Soror Abiahæ quomodo fuerit eius vxor Sara. Gen. 20 c
Sortem mittit Iosue in diuidenda terra corã Deo. Iosue 18 b
Sortem facit cadere Deus. Prouer. 16 d
in Sortem Christi, fideles. Ephe. 1 b
Sortem mittunt Apostoli pro Mathia. Act. 2 b
Sosipater comes Pauli. Act. 20 a
Sosthenes princeps synagogæ. Act. 18 d
ab omni Specie mala abstinendum. 1. Thes. 5 d
Spectaculum sacti mundo Apostoli. 1. Cor. 4 b
in Speculo fidei Deum intuemur 1. Cor. 13 d
Speluncam latronum fecerant domum Dei Iudæi. matth. 21 b
Spes à Deo. 2. Thess. 2 d
Spes non est quam videmus. Rom. 8 e
Spes in Christo. 1. Pet. 1 d. matth. 12 b
Sperans in Deo Abia, victor est. 2. Par. 13 d
Spes nostra, vita æterna. Heb. 9 d. Ephe. 4 a
Spes galea nostra. 1. The. 5 b
Spe gaudendum. Ro. 12 c
Spe salui Christiani. Rom. 8 d
Spem augent scripturæ. Ro. 15 a
Spes non confundit. Rom. 5 a
Spicas licebat colligere in segete proximi. Deut. 23 d
Spinæ & tribuli inobedientibus. Gen. 3 d
Spinæ fallacia diuitiarum. mat. 4 b
Spinea corona coronatur Christus. mat. 27 c
Spiritus, ventus. Gen. 8 a
per Spiritum sanctum sanctificatio. 1. Pet. 1 a
Spiritus sancti, missio. Ioel. 2 g
Spiritum sanctum promittit Christus Apostolo. Luc. 24 g. Io. 14 d. Act. 1 b
Spiritus sanctus per quem liganur infideles, & solluuntur fideles. Ioan. 20 f
Spiritus sanctus mittitur. Act. 2 a
Spiritus sanctus datur obedientibus euangelio. Galat. 2 b
Spiritus sanctus datus fidelibus, signum est eos esse ex Christi ouibus. Ephe. 1 c. arabo & pignus. 2. Cor. 1 d. 5 a
Spiritum Dei non habes, nõ est eius. Ro. 8 b
Spiritus sancti templum membra nostra. 1. Cor. 6 d
Spiritum sanctum ne contristemus. Eph. 4 g
Spiritus sanctus & caro, contraria. Gal. 5 c
à Spiritu sancto innouamur. Io. 3 a. 1. cor. 10
Spiritus Dei dat sapientiam. Iob 32 b
Spiritus Dei omnia scrutatur. 1. Cor. 2 c
Spiritus sanctus facit credere Christo. Io. 5 a
Spiritus sanctus testatur conscientiis nostris quod sumus filii Dei. Ro. 8 c
à Spiritu sancto diffunditur charitas in visceribus nostra. Ro. 5 a
Spiritus sancti opera. Gal. 5 d
Spiritu Dei facta carnis mortificantur. ro. 8 c
Spiritus sanctus orat in nobis. Ro. 8 c
Spiritus sanctus dat quod respondeant fideles aduersariis. matth. 10 c
Spiritus sancti gratiæ variæ. 1. Cor. 12 a
Spiritus bonus perendus. Luc. 11 b
in Spiritum sanctum blasphemia non remittitur. matth. 12 c
in Spiritu adorandus Deus. Io. 4 c
Spiritu simus feruentes. Ro 12 c
Spiritualis omnia diiudicat. Proue. 18 a
Spiritui omni non credendum. 1. Io 4 a
Spiritus immundus reuersus in mundos Idæos reuersos ad infidelitatem. matth. 12 d
Spiritui psallendum. 1. Cor. 14 c
Spiritus mendacii in ore prophetarũ. 3. Reg. 22 c
Spiritus odii inter Abimelech & Sichimitas. Iud. 9 c
Spiritus mendaces. Esa. 19 c
Spolia hostium ex æquo diuidẽda. Deu. 20 c
Sponsa Christi ecclesia. Psal. 44
Sponsorem instruit Salomon. Prouer. 6 a
Stans videat ne cadat. 1. Cor. 9 c
Statera æqua. Leuit. 19 g
Stellæ verbo Dei creatæ. Gene. 1 c
Stephani mors. Act. 6 c. & 7
Stephanæ familia. 1. Cor. 16 c
Sterilis nulla obedientibus. Exo. 23 c
Sterilitas opprobrio Iudæis. Luc. 1 c
Stigmata, id est, afflictiones Christi circũfert Paulus. Gal. 6 d
Stipendium peccati, mors. Rom. 6
Stoici cum Paulo disputant. Act. 17 d
Struthionem non comedunt Iudæi. Deu. 14 b
Stulti virga castigandi. prouer. 26 a
de Stultis multa apud Salomonẽ. Prouer. 13 3. 12. 15. 17. 18
Stulta mundi elegit Deus. 1. Cor. 1 d
Stulta sapientia mundi. 1. Cor. 1 c. 3 d
Sua, vxor Iudæ. Gene. 38 c
Sua, Rex Ægypti. 4. reg. 17 a
Subcinctiti panes. Exo. 12 f
Subditi simus inuicem. Ephe. 5 e
Sufficientiam didicerat Paulus. Phil. 4 c. 2. Corint. 3 b
Suffocatum prohibetur. Gen. 9 a
Sulphur super terram inobedientium. Deu. 29 d
Sum qui sum. Exo. 3 c
Superbi deiecti à Deo. Esa. 19 f
Superbus non credens euangelio. 1. Tim. 6 a
Superbis resistit Deus. 1. Pet. 5 b
non Superbè de se sentiendum. philip. 2 a
Superhumerale quale. Exo. 28 b
Superstitio Athenienium taxatur. Act. 17 g
Supportemus inuicem. Ephe. 4 a
Surdum facit Deus. Exo. 4 c
Surdo non maledicendum. Leui. 19 e
Surdus sanatur. marc. 7 c
Surgẽtes verbum Dei meditemur. Deu. 8 c
Sus immundum animal. Leui. 11 a
Susannæ historia. Dani. 13
Suscitabit nos Deus. 1. Cor. 6 c
Suscitandi seminis fratris lex. Deu. 25 b
Suspensos ipso die sepelichatur. Deu. 21 d
Susurro in populo. Leui. 19 d. prouer. 26 c

INDEX VETERIS

Synagoga impia. Osee 2 a
de Syris vide 2. reg. 3. 10. 24. 4. Reg. 5. 6. 7. 18

T

Tabernaculi forma. Exo. 26, 36. 19
in Tabernaculis habitat Abram. Gen. 12 b
Tabernaculorum festum. Exo. 23 c
Tabernaculum corpus nostrum. 2. Cor. 5 a
Tabitha suscitatur. Act. 9 c
Tabulæ testimonii. Exo. 32 d
Tabulas frangit Moyses. Exo. 32 d
Tacitumitas laudatur. Prouer. 17 d
Talentorum parabola. Matth. 25 b
Talionis lex. Gen. 9. 2 Exo. 21 c
Tectum domus, muro muniendũ. Deu. 22 b
Temeritas infelix. Prouer. 15 c
Templum Salomonis. 3. reg. 6 2. 8 g
ad Templum qui admittendi. Ezech. 44 c
Templum Salomonis se reiecturum minatur Deus, si idololatræ fuerint. 3. Reg. 9 b
Templum diripitur. 4. Reg. 14
Templi restauratio. Agg. 1. Esd. 4 a
Templi secundi gloria. Agg. 2 a
è Templo electi vendentes. Mat. 11 b
in Templo orant. Act. 2 g
Templum Dei, membra nostra. 1. Cor. 3. 6 d
Templum pro corpore. Ioan. 2 d
Tempora distincta Gen. 1 b 8 d
Tempore omnia fiunt. Eccle. 3 a
Tempora nosse, non est nostrum. Act. 1 b
Tempus vitæ breue. 1. Cor. 7 c
Tempus redimendum. Col. 4 a
Tenebræ super abyssum. Gen. 1 a
Tenebræ Aegypti. Exo. 10 e
Tenebræ non sunt in Deo. 1. Ioan. 1 c
Tenebræ gentes. Ephes. 5 b
Tenebrarum opera. Ro. 13 d
in Tenebris est qui odit fratrem. 1. Io. 2 b
Tenebras Deus illuminat. 2. Reg. 22 c
Tentat Deus populum suum. Exo. 15 f 16 a
Tentat Deus Abraham. Gen. 22 a
Tentat nos Deus miraculis. Deu. 13 a
in Tentationibus orandum. Psal. 33. ver. 2
Tentandus non est Deus. Deu. 6 c. Mat. 4 b. 1. Corin. 10 b
Tentant Deum Israelitæ. Exo. 17 a
Tentatio perpetua vita nostra. Iob. 7 a
Tentatur Christus. Mat. 4 a Heb. 2 d
Tentationes Christi. Luc. 22 c
non Tentamur vltra vires. 1. Cor. 9 c
Tentorii forma. Exo. 26 g
Tepidus euomendus. Apo. 3 c
Termini non transferendi. Deu. 19 d. 27 c
Terræ creatio. Gen. 1 a
Terra maledicta. Gen. 3 c
Terræ à quibus diuisæ. Gen. 10 a
Terra omnis, Dei. Exo. 9 f
Terræ fructus maledictus inobedientibus. Deu. 11 b. 28 b. 29 d Leui. 26 c
Terræ venditio. Leuit. 25 d
Terra bibens imbrem. Heb. 6 b
in Terram reuertetur homo. Gen. 3 d
Terrenus, primus homo. 1. Cor. 15 f
Terribilis Deus noster. Deu. 10 d
Testamentum verus. Gen. 12 b. Heb. 9 c
Testamenti veteris repetitio. Ios. 24. Heb. 9
Testamentum nouum. Heb. 10 c. Matth. 26 e
de testamento nouo vide Hebr. 8 b. Gal. 3 c. 1. Corin. 9 e. 2. Cor. 3 b
Testimonium falsum. Exod. 20 c. 23 a
Testimonium Dei de Filio. 1. Ioan. 5 e
Testiculi attriti. Deut. 23 a
Teste vno nemo occidebatur. Num. 35 d
Testium duorum testimonium. Deut. 17 a
Testis falsi pœna. Deut. 16 d
Testes Christi Apostoli. Luc. 24 g
Thamar viduæ acta. Gen. 38
Thamar soror Ammon. 2. Reg. 13 a
Thare generatio. Gen. 11 d
Thebes ciuitas oppugnatur. Iud. 9 g
Thesauri templi diripiuntur. 3 Reg. 7 & 14
Thesauri in terram non recondendi. Matt. 6 c
Thesaurus cordis. Matt. 12 c
Thesauri absconditi parabola. Matt. 13 f
in Thesaurizantes. Luc. 12 c
Thesauri sapientiæ in Christo. Colos. 2 a
Thola Iudex Israel. Iud. 10 a
de Thoma vide Ioan. 14 a. 11 b. 20 f
Topheth destruitur 4 Reg. 23 c
Thou rex Emath. 2. Reg. 8 c
Thuris oblatio. Leu. 2 a
Thymiamatis confectio. Exod 30 d
Tibicines in mortuis, Matt. 9 c
Tibiis cecinit Christus Iudæis. Matt. 11 b
Tigris fluuius. Gen. 2 c
Timendus Deus. Leu. 19 g. Deut. 6 2. Mat. 10 c. Act. 10 e
Timentibus Deum misericordia. Luc. 1 e
de Timore Dei, vide Deut. 4 b. 14. 17. 31 c, vide præterea Exod. 33 a. Mala. 1 a
Timore Dei reuocamur à peccatis. Leu. 19 c
Timebunt hostes obedientium. Deut. 11 c
vt Timerentur Israelitæ, fecit Deus. Deut. 1 e
nullus Timor obedientibus. Leu. 26 a
Timor tribuendus cui debetur. Rom. 13 c
in Timore dominari populo. 2. Reg. 23 a
vt sine Timore Deo seruiremus, redempti sumus. Luc. 1 g
ne Timeamus non datum iri à Deo nobis regnum æternum. Luc. 12 d
de Timotheo ministro Euangelii. 1. Cor. 4 d
Tintinnabula in tunica Aaronis. Exod. 24 c
Titas circuncisus. Act. 18 b Gal. 2 a
Titulus crucis Christi. Matt. 27 c
Tobiæ senioris & iunioris vita, vide Tobiæ librum.
Tonitruis percutiuntur AEgyp. Exo. 9 e
Tonitrua cum lex datur. Exod. 19 e
Tonante Deo conteruntur Philisthæi ad preces Samuelis. 1. Reg 7 e
Tonsio ouium. 2. Reg. 13 c
Traditiones humanæ virandæ. Rom. 16 c
Trahuntur credentes. Ioan. 6 e
Tragelaphum comedunt Iudæi. Deut. 14 a
Transfertur Enoch & Elias. Gen. 5 d 4. Reg. 2
Transfiguratur Christus. Matt. 17 a
Transgressio Adæ. Gen. 3 b
Transgressionum expiatio. Num. 5 a
Transit Deus ante populum, id est, deducit eum. Deut. 31 a
Transire ad numerum, pro recensiri. Exo. 30 b
Transitus victima, agnus paschalis. Exod. 12 d
Tribulationes credentibus Christo. 1. Pet. 1 b
Tribulationes prædicatoribus. 1. Thes. 3 b
Tribulationes pati, donum Dei. Philip. 1 d
per Tribulationes ingrediendum regnum. Act. 14 d

ET NOVI TESTAMENTI.

Tribulationes ad probationem. 1. Pet. 4 c
Tribulatio patientiam parit. Rom. 5 a
Tribulationibus conuertit nos Deus ad se. Deut. 4 c. Isa. 26 c
Tribulationem patientibus requies. 2 The. 1 c
à Tribulationibus eripit Deus. 1. Reg. 10 c
in Tribulatione Deo fidendum, & canendum. Isa. 8 c, Psal. 41 versi. 11. exemplo Iob. Iob 1. & Pauli & Silæ. Act. 16 c
Tribulationes non patiẽtur fideles ob homicidia & huiusmodi. 1. Pet. 4 d
Tribulatio non separat nos à dilectione Dei, quam habet erga nos. Rom. 8 g
Tribulationis dies. 4. Reg. 19 a
Tribulatoribus pœna æterna. 2. Thess. 1 c
ad Tribunal Christi oportet omnes sisti. 2. Cor. 5 c
Tribuni constituti super Israelem. Exod. 18 c
Tribuendum in simplicitate. Rom. 12 b
Tributum sortes. Ezech. 48 a c
Tributaria ciuitas. Deut. 20 c
Tributa reddenda. Matt. 26 b. Rom. 13 c
Tributum soluit Christus. Matt. 17 d
à Tristitia mors. Ecclesiast 25 b
Tristis iuuenis dies. Luc. 18 d
Tristis anima Christi ad mortem. Matt. 26 d
Tristis oratio. Luc. 5 c
Tristitia salutaris. 2. Cor. 7 c
Tristis Christus ob excitatẽ Iudæorũ. Mar. 3 a
non ex Tristitia subueniendum. 2. Cor. 9 b
Trullæ cæmentarii visio. Amos 7 b
Tryphon dux exercitus Antiochi. Mach. 13 c
Tubæ argenteæ. Num. 10 a
Tubarum festum. Leuit. 23 d
Tubalcain æramus. Gen. 4 d
Tunica Aaron. Exod. 28 g
Tunica Christi. Ioan. 19 e
Turbator terræ Achab. 3. Reg. 18 c
Turpiloquium abiiciendum. Ephe. 5 a
cum Tympanis canunt Deo mulieres. Exo. 15 c, Iudi. 11 f
Tyranni imago. prouer. 28 c
Tyrus euertenda. Ezech. 26, 27

V

Vacca rufa. Num. 19 g
Vagao Eunuchus Iudith 12 c
Vaniloquia vitanda. 2. Tim. 2 c
Vanitati subiecta creatura. Rom. 8 d
Vanitates, idola. 1. Reg. 12 d 3. Reg. 16 f
Vasa ad vsum tabernaculi. Exod. 25 c, 37 b
Vasa pro corpore hominum. 1. Reg. 21 b
Vasa fictilia, corpora nostra. 2. Cor. 4 b
Vasthi regina repudiatur. Esth 1 b
Vectigal pendendum. Rom. 13 c
Vectium tabernaculi forma. Exod. 26 c
Velum tabernaculi quale. Exod. 26 f
Velum templi scissum. Matth. 27 c
Velamen super faciem Moysi. Exod. 34 d
Velamen tabernaculi. Heb. 10 d,
Velamen super cor Iudæorum. 2. Cor. 3 d
Velle & perficere operatur Deus. Phili. 2 b
Vellus Gedeonis. Iudic. 6 g
Venator robustus Nembrod Gen. 10 b
Venator Esau. Gen. 25 d
de Venditionibus. Leuit. 25
de venditore. Eccle. 26 d
Vendere & dare pauperibus. Luc. 12 d, & 18 d Matth. 19 c
Venditur hostibus inobedientes. Iud. 2 b. Deu. 32 e
Ventris fructus multiplicantur obedientibus Deo. Deut. 28 a
Venter leuandus extra castra. Deut. 23 b
Venundatus Achab vt faceret malum. 3 Reg. 21 f
Verax Deus. Exod. 34 a, Ioan. 3 d
Verberibus cæduntur impii. Deut. 25 a
Verbo Dei creatur lux. Gen. 1 a
Verbum Dei irreuocabile. Psal. 6. versi. 11.
Verbum Dei sapientia nostra. Deut. 4 a
ex Verbo Dei vitæ ratio petenda. Isa. 8 d
Verbo Dei prædicato, conuertuntur cordа. Ierem. 23 e
Verbo Dei scorratio vitatur. Pro. 1 c
Verbo Dei pascimur. Matth. 4 a. vt de Elia legimus 4. Reg. 2 a
Verbum Dei quomodo tractandum. Deu. 6 b
Verbo Dei obediendum. 1. Reg. 15
Verbo Dei obedientibus benedictio. Deu. 11 d
Verbi Dei contemptoribus pœna. Isa. 28 a
Verbi Dei commendatio. Prouer. 30 a
Verbo Dei nihil addendum. Deut. 4 a, 12 d
Verbum Dei sit in corde. Deut. 6 b, 11 c
Verbum Dei sequendum. Deut. 5 d
Verbum Dei filii docendi. Deut. 11 c
Verbum Dei solum faciendum. Deut. 12 d
verbum Dei Christus. Ioan. 1 a
Verbum Dei æternum, euangelium. 1. Pet. 1 d
Verbum veritatis Euangelium. Ephe. 1 e
Verbum Dei faciens cui similis. Matth. 7 d
Verbum Dei habitet in nobis. Colos. 3 c
vt Verbum Dei currat, orandum. 2. Thess. 2 a
Verbi ministris victus dandus. Rom. 15 f
Verbũ Dei rectè tractet Episcopus. 2. Tim. 2 c
Verbi Dei fames. Amos 5 d
Verbũ opportunè dictum laudabile. Prou. 25 b
Verba bona de corde bono. Matt. 12 c
Verbo non offendens, profectus. Iac. 3 a
Verborum pugnæ vitandæ. 1. Tim. 6 a
Verbis ne contendant episcopi. 1. Tim. 2 b
Verecundia Saræ. Gen. 18 b
Veritas Dei in promissionibus. Gen. 32 c
in Veritate ambulandum. 2. Reg. 2 a
in Veritate seruiendum Deo. Ios. 24 c
Veritas tandem vincit. Prouer. 28 d
contra Veritatẽ non acquiescendum. Mich. 7 b
Veritas in Iudicibus. Exod. 18 c
Veritas cinctorium renum. Ephes. 6 c
Veritatem loquamur. Ephes. 4
Veritas Christus. Ioan. 14 f
Veritas, Euangelium. 1. Pet. 1 c
in Veritate Euangelii resistentes. 1. Tim. 2 d 3 b
Veritatis doctrina, à Deo. Zach. 1 a
Vermis mœroris corrodens. Mar. 9 g
à Vero non deuiet Iudex. Exo. 23 a
Vesicæ in hominibus. Exod. 9 b
Vespertilionẽ non comedũt Iudæi. Deut. 14 b
Vestimenti textura. Deut 22 b
Vestimentis fimbriæ faciendæ. Deut. 22 b
Vestimentum viduæ. Deut. 24 d
Vestimentorum scissio signum indignationis Iudæis. Ios. 7 b, Matth. 26 f. 2. Reg. 1 a
Vestimentum auferenti, tunica danda. Luc. 6 e
Vestimenta Christi partita. Matth. 27 d
Veste virili non vtatur mulier. Deut. 22 a

INDEX VETERIS

Vestem non habentibus demus. Luc. 3 c
Vestitum & victum habentes simus contenti. 1. Tim. 6 b
Vestitum & viaticum petit Iacob à Deo. Gen. 28 b
Vestis nuptialis. Matt. 22 b
Vetus testamentum, vide testamentum.
Vetus homo exuendus & cruc figendus. Rom. 6 a. Colos. 3 b
Viæ Dei rectæ & iudicia. Deut. 32 a. Rom. 11 d
de Via recedentibus maledictio. Deut. 11 d
Viam Dei deserunt Israelitæ. Exod. 9 b
Via dura aduentionis. Iud. 2 d
Via regia. Num. 21 c
Via Christus. Ioan. 14 a
Via veritatis. 2. Pet. 2 d
Via arcta. Mat. 27 c
Viæ Iacob cultus Deus. Gen. 28 c
Viam nostram dirigit Deus. 2. Reg. 22 c
Vias suas dirigit obediens Deo. Deut. 28 c
iuxta Vias cuiusque reddet Deus. 3. Reg. 8 d
Viam vniuersæ terræ ingredi, pro mori. Ios. 23 d. 3. Reg. 2 a
Vicinus bonus. Prou. 27 b
Victima sale salitur. Mar. 9 g
Victimas iustitiæ immola. Deut. 33 c
Victimæ & ieiunia obstinatis non prosunt. Ierem. 14 b
Victoria, Dei est. 1. Reg. 14 a. Gen. 14 d
Victor Dauid, Deo pugnante. 2. Reg. 5 d
Victus parandus in sudore. Gen. 3 d
Victum prouidet Deus omnibus. Gen. 1 d
Victum ac vestitum dat Deus pupillo, viduæ & peregrino. Deut. 10 d
Victus, vide vestitus.
Videre Deum nemo potest. Exod. 33 d
Vidit Deum Moyses. Exod. 24 c
Vidit Iacob Deum. Gen. 32 g
Videns, pro propheta. 1. Reg. 9 b
Videntes oculi, obedientibus. Deut. 29 a
de Viduis præcepta. Exod. 22 d. Deut. 14 d. 24 d. 26 c. 27 c
Viduæ iudicium facit Deus. Exod. 10 d
Viduæ parabola quæ crebris orationibus iudicium habuit ab iniquo iudice. Luc. 18 a
Viduarum ministerium. Act. 6 a
de Viduis iunioribus. 1. Tim. 5 b
Viduæ filius suscitatur. Luc. 7 b
Viduarũ domos comedũt Pharisæi. Luc. 20 g
Vigilandum omnibus. Matt. 24 d. 25 a
Vigilemus & sobrii simus. 1. Thes. 5 a
Vigilemus in orationibus. Colos. 4 a
Villici parabola. Luc. 16 a
Vinctorum meminerimus. Heb. 10 g. 13 a
Vindemia abundans obedientibus. Leu. 26 a
Vindemiæ leges. Leuit. 19 b
Vindex Deus. 1. Thess. 4 b
Vindicta, Dei est. Rom. 12 d
Vindicta prohibetur. Prou. 20 c. 1. Reg. 11 d
Vindictam reseruat Dauid Deo. 1. Reg. 24 c
Vinea plantata inebriatur Noe. Gen. 9 c
Vineæ leges. Exod. 22 b. Deut. 20 b. 22 b 23
Vineæ suæ racemos non comedit inobediens. Deut. 28 c
Vineæ Dei fructus mali. Esa. 5 b
Vinum lætificat cor. Iud. 9 b. Psal. 103 b
Vinum dat Deus obedientibus. Deut. 11 b. 23 d
Vinum felle mistum propinatur Christo in cruce. Matt. 27 d
Vinum interdicitur sacerdotibus. Leu. 10 b
Vinũ non biberunt Iudæi 40. annis Deu. 29 b
Vini potatorem esse Christum criminantur Iudæi. Matt. 11 c
Vinum aqua muratur. Ioan. 2 a
Vino non inebriemur. Ephe. 5 d
Viperarum genimina. Matth. 3 b
à Vipera morsus Paulus. Act. 28 b
Vir ne vtatur veste muliebri. Deut. 22 a
Vir vxorem habeat. 1. Cor. 7 a
de vitiis multa. 1. Cor. 7. 11. Ephes. 5 c
Virorum raritas in excidio Ierusalẽ. Esa. 4 a
Vir Dei, propheta. 1. Reg. 7 c
Viriliter agamus. Deut. 31 a
Virago. Gene. 2 d
Vires tribuit Deus. Deut. 8 d
Viribus nostris non vult nos Deus quicquam tribuere, vt vides de Gedeone. Iudi. 7 a Iosue 24 c
de Viribus diffidit Gedeon. Iud. 6 c
Vim patitur regnum cælorum. Matth. 11 b
Virga Moysi versa in colubrum. Exod. 4 a
Virga Aaronis germinat. Nume. 17
Virga percutit petram Moyses. Exod. 17 c
Virga Pauli erga Corinthios. 1 Cor. 4 d
Virginis constupratæ lex. Exod. 22. c. Deuter. 22 c
Virgines raptæ in chorẽis. Iud. 21 d
Virgines in bello raptæ. Num. 31 c
de Virginibus consilium Pauli. 1. Cor. 7 c
Virginum parabola. Luc. 25 d
Virginitatem filiæ quomodo testabantur parentes apud Iudæos. Deut. 22 c
Viridi ligno Christo non parcitur Luc. 23 d
Virtus Dei, euangeliũ quo nos saluat. Ro. 1 b
Virtute Dei custodimur in fide. 1. Pet. 1 a
Virtute indui ex alto. Luc. 24 g
Virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12 c
Virtutes operatur Deus in nobis. Gal. 3 a
Viscera misericordiæ Dei. Luc. 1 g
per Visionem loquitur Deus Abrahæ. Ge. 15 a
in Visione raro se manifestabat Deus temporibus Heli in Silo. 1. reg. 3 a
Visitat Deus peccata, cùm punit. Exod. 32 g
Vita hominis pauor. Iacob 4 d
Vitæ huius tempus breue. 1. cor. 7 c
Vita hominis militia. Iob 7 a
Vitæ huius breuitas & miseria. Psal. 89
Vita longior obedientibus Deo. Deut. 30 d
Vita longior obedientibus parẽtibus. Eph. 6 a
Vitæ suæ non credit inobediens. Deut. 28 g
Vita æterna Christus. Ioan. 14 a, Colos. 3 a
Vita per Christum datur. Ioan. 1 a
Vita æterna, cognoscere Deũ, & Iesum. Io. 17 a
Vita æterna reuelata nostris temporibus. Ephe. 1. a
Vita æterna datur gratis. Rom. 6 d
Vita æterna ex obseruatione mandatorum datur. Matth. 1 c.
Vita Christianorum abscondita in Christo. Colos. 3 a
Vitæ arbor. Gene 2 b
Vitis Christus. Ioan. 15 a
quos vitare debeamus. 1. Tim. 3 a
Vitulum aureum adorant Israelitæ. Exo. 31 a
Vitulus aureus, peccatum. Deut. 9 c
Vitulus aureus comminuitur. Exod. 31 c

ET NOVI TESTAMENTI.

Vituli aurei. 4. Reg. 17 c
Viuens Deus. Ios. 3 c
Viuere facit Deus, & occidit. Deut. 32 f
Viuit anima tua, assecuratio Hebræis. 1. Reg. 1. d
Ve viuamus, mandata seruanda. Deut. 4 a 31 g
Viuit homo fide, etiam in fame. Deut. 8 a
Viuendum in Iuditia. Eccle. 8 c. 9 b
Viuo ego, iuramentum Dei. Deut. 32 f
Viuit Dominus, iurantis vox. Ruth 3 c
Viuat rex. 1. Reg. 10 d
Viuit Christus in Christianis. Gal. 2 d
Viuimus in gloriam Dei. Ro. 4 b
Viuere Deo, opera Dei facere. Ro. 6 b
Viuunt omnes Deo. Luc 20 f
Vlcera in hominibus. Exod. 9 b
Vlcere percutiuntur inobedientes. Deu. 28 d
Vltio non quærenda. Leui. 19 d. Luc 9 g
Vltionem capere, Dei est. Deut. 32 e
Vlciscitur Dauid iniuriam seruis factam. 2 Reg. 10
Vlulam non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
Vmbra Vetus testamentum. Heb. 8 a
Vnanimitas commendatur. Philip. 1. d
Vnctionis oleum. Exo. 30 d
Vnctio Christi, spiritus sanctus. 1. Ioan. 2 d
Vnctio Christi. Dani. 9 g
Vngebantur reges, vt de Saule & Dauide legimus 1. reg. 9 d 10 a 16 c
Vngebantur corpora mortuorum. Gen. 50 a
non Vnguntur oleo suo inobedientes. Deut. 27 d
Vnitas fidei Christianorum. Ioan. 17 d. Act. 4 f
Vnitas spiritus commendatur. Ephe. 4 a
Vnum sumus in Christo. Gal. 3 d
Vocatur Samuel à Deo. 1. Reg. 3 a
vt Vocaret peccatores, venit Christus. Mat. 9 b
quos Vocauit Deus, credunt. Act. 2 f. Mat. 20 b
Vocati multi. Matth. 20 b. Rom. 9 c
Vocatio gentium & Iudæorum. Ro. 15 c
Vocationem nostrã demonstremus operibus. 2. Pet. 1 b
Vocationis nostræ brauium, vita. Phil. 3 c
Volatilibus cæli dantur cadauera inobedientium. Deut. 28 c
Voluntate sua creauit Deus omnia. Eph. 1 b
Volũtati Dei omnia tribuit Dauid. 2 Reg. 7 c
Voluntati Dei nemo resistit. Gen. 50 c
Voluntas Dei immutabilis. Prouer. 19 c
Voluntate Dei vendritus est Ioseph. Gen. 45 b
Voluntate Dei diuisum regnũ Roboam. 2. Paralip. 11 a
non Volentis est, sed Dei miserentis. Rom. 9 c
Voluntas Dei est, vt qui Christo crediderit, habeat vitam. 1. Io. 6 d
Voluntatem Patris implere desiderat Christus. Ioan. 4 d
Voluntatem Dei sciens, & non faciens, vapulabit plagis multis. Luc. 12 f
Voluntatẽ Dei faciẽs, mater, frater, soror, &c. Christi est. Matt. 12 d
Voluntas bona quidem Christiano, quam tamen ex se non potest perficere. Roma. 7 d
Voluntare Dei excæcati. Matt. 11 d
Voluntati Dei committendum, quod agimus. Iaco. 4 d
Voluntati Dei committit iter suum Paulus. Romm. 15 g.
Voluntas propria vitanda. Eccl. 18 d
Voluntates seculi impediunt. Luc. 8 b
Vomere pressi Philistæi. Iud. 3 d
Vota Deo reddenda. Nume. 30 a
Vota varia, & redemptio eorundem. Leu. 27 a
Votum Iacob, Iephte, Israelitarum, adiectâ conditione. Gene. 28 d. Num. 21 a. Iud. 11 f
Votum Annæ. 1. Reg. 1 b
Vouere Deo, ro consecrare Deo, frequens in Leuit. cap. 26
Vox Dei audienda Exod. 15 g. Deut. 30 d
Vocem suam vt audiamus, couertit nos Deus. Deut. 4 e
Vocem Dei non audientes puniuntur. Deut. 9 d
Vocum nouitates vitandæ. 1. Tim. 6 b
Vpupam non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
Vrbes refugii. Num. 35 b
Vrbium protector Deus. 4 Reg. 19 g
Vrias maritus Bethsabe. 2. Reg. 11 b
Vrias sacerdos. 4 Reg. 16 c
Vrsum occidit Dauid. 1. Reg. 17 d
Vsuram capiant ab extraneis Iudæi, non à fratribus Deut. 23 d
ad Vtilitatem datur spiritus. 1. Cor. 12 a.
Vua Iudæorum, vua fellis. Deu. 32 c
Vulpes Samsonis. Iudi. 15 a
Vulpes foueas habent. Matt. 8. c. 9 g
Vulpes Herodes. Luc. 13 g
Vulturem non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
vt Vultum conuertat ad nos Deus, orandum. Nume. 6 d
Vuluam Annæ concluserat Deus. 1. Reg. 1. a
Vxor prudens, Dei donum. Prouer. 19 b
Vxorem habeat vnusquisque. 1. Cor. 7 a
Vxorum adolescentium mores. Tit. 2 a
Vxores viris subditæ. Ephes. 5 e
de Vxorum obedientia, Assueri edictum. Esth. 5 d
Vxor diligenda. Ephe. 5 d. Prouerb. 5 d
Vxor non plus ametur quàm Christus. Matt. 10 d
Vxorem non licet repudiare, nisi ob solam fornicationem. Matt. 5 e
Vxores de filiabus Chanaan non licebat Iudæis accipere. Exod. 34 b.
Vxores alienigenas accipientes arguuntur. Malac. 2 b
Vxorem ducentes, immunes primo anno. Deuteron. 24 b
de Vxore non inuenta virgine. Deut. 22 b
Vxoris adulterium quomodo deprehendi possit. Num. 5 b
cum Vxore inobedientis Deo dormit alienus. Deut. 28 c
Vxor abducens à fide, occidenda. Deut. 13 b
Vxor Pilati. Matt. 27 b
Vxor Loth sit nobis exemplo. Luc. 9 g
Vxores Dauidis captiuæ. 1. Reg. 30 a
Vxores & concubinas accipit Dauid in Ierusalem. 2. Reg. 5 c

Z

Zabulonis natiuitas & genealogia. Gene. 30 a. 46 b. 49 b. Deut. 33 c
de Zacchæo publicano. Luc. 19 a
Zacharias rex Isrel 4 Reg. 14 g
Zacharias pater Ioannis Baptistæ, & eius cæ-

Vestem non habentibus demus. Luc. 3 c
Vestitum & victum habentes simus contenti. 1. Tim. 6 b
Vestitum & viaticum petit Iacob à Deo. Gen. 28 b
Vestis nuptialis. Matt. 22 b
Vetus testamentum, vide testamentum.
Vetur homo exuendus & cruc figendus. Rom. 6 2. Colos. 3 b
Viæ Dei rectæ & iudicia. Deut. 32 a. Rom. 11 d
de Via recedentibus maledictio. Deut. 11 d
Viam Dei deserunt Israelitæ. Exod. 9 b
Via dura adinuentiones. Iud. 2 d
Via regia. Num. 21 c
Via Christus. Ioan. 14 a
Via veritatis. 2. Pet. 2 d
Via arcta. Mat. 27 c
Viæ Iacob custus Deus. Gen. 28 c
Viam nostram dirigit Deus. 2. Reg. 22 c
Vias suas dirigit obedientes Deo. Deut. 28 c
iuxta Vias cuiusque reddet Deus. 3. Reg. 8 d
Viam vniuersæ terræ ingredi, pro mori. Ios. 23 d. 3. Reg. 2 a
Vicious bonus. Prou. 27 b
Victima sale salitur. Mar. 9 g
Victimas sustuitæ immola. Deut. 33 c
Victimæ & ieiunia obstinatis non prosunt. Ierem. 14 b
Victoria, Dei est. 1. Reg. 14 a. Gen. 14 d
Victor Dauid, Deo pugnante. 2. Reg. 5 d
Victus parandus in sudore. Gen. 3 d
Victum prouidet Deus omnibus. Gen. 1 d
Victum ac vestitum dat Deus pupillo, viduæ & peregrino. Deut. 10 d
Victus, vide vestitus.
Videre Deum nemo potest. Exod. 33 d
Vidit Deum Moyses. Exod. 24 c
Vidit Iacob Deum. Gen. 32 g
Videns, pro propheta. 1. Reg. 9 b
Videntes oculi, obedientibus. Deut. 29 a
de Viduis præcepta. Exod. 22 d. Deut. 14 d. 24 d. 26 c. 27 c
Viduæ iudicium facit Deus. Exod. 10 d
Viduæ parabola quæ crebris orationibus iudicium habuit ab iniquo iudice. Luc. 18 a
Viduarum ministerium. Act. 6 a
de Viduis iunioribus. 1. Tim. 5 b
Viduæ filius suscitatur. Luc. 7 b
Viduarũ domos comedũt Pharisæi. Luc. 20 g
Vigilandum omnibus. Matt. 24 d. 25 a
Vigilemus & sobrii simus. 1. Thes. 5 a
Vigilemus in orationibus. Colos. 4 a
Villici parabola. Luc. 16 a
Vindemiarum meminerimus. Heb. 10 g. 13 a
Vindemia abundans obedientibus. Leu. 26 a
Vindemiæ leges. Leuit. 19 b
Vindex Deus. 1. Thess. 4 b
Vindicta, Dei est. Rom. 12 d
Vindicta prohibetur. Prou. 20 c. 1. Reg. 17 d
Vindictam reseruat Dauid Deo. 1. Reg. 24 c
Vinea plantata inebriatur Noe. Gen. 9 c
Vineærum leges. Exod. 22 b. Deut. 20 b. 32 b 23
Vineæ suæ racemos non comedit inobediens. Deut. 28 c
Vineæ Dei fructus malli. Esa. 5 b
Vinum lætificat cor. Iud. 9 b. Psal. 103 b
Vinum dat Deus obedientibus. Deut. 11 b. 28 d
Vinum felle mistum propinatur Christo in cruce. Matt. 27 d
Vinum interdicitur sacerdotibus. Leu. 10 b
Vinũ non biberunt Iudæi 40. annis Deu. 29 b
Vini potatorem esse Christum criminantur Iudæi. Matt. 11 c
Vinum aqua mutatur. Ioan. 2 a
Vino non inebriemur. Ephe. 5 d
Viperarum genimina. Matth. 3 b
à Vipera morsus Paulus. Act. 28 b
Vir ne vtatur veste muliebri. Deut. 22 a
Vir vxorem habeat. 1. Cor. 7 a
de vitiis multa. 1. Cor. 7. 11. Ephes. 5 c
Virorum raritas in excidio Ierusalẽ. Esa. 4 a
Vir Dei, propheta. 1. Reg. 7 e
Viriliter agamus. Deut. 31 a
Virago. Gene. 2 d
Vires tribuit Deus. Deut. 8 d
Viribus nostris non vult nos Deus quicquam tribuere, vt vides de Gedeone. Iudi. 7 a Iosue 24 c
de Viribus diffidit Gedeon. Iud. 6 c
Vim patitur regnum cælorum. Matth. 11 b
Virga Moysi versa in colubrum. Exod. 4 a
Virga Aaronis germinat. Nume. 17
Virga percutit petram Moyses. Exod. 17 e
Virga Pauli erga Corinthios. 1 Cor. 4 d
Virginis constupratæ lex. Exod. 22. c. Deuter. 22 c
Virgines raptæ in choreis. Iud. 21 d
Virgines in bello raptæ. Num. 31 c
de Virginibus consilium Pauli. 1. Cor. 7 e
Virginum parabola. Luc. 25 d
Virginitatem filiæ quomodo testabantur parentes apud Iudæos. Deut. 22 c
Viridi ligno Christo non parcitur Luc. 23 d
Virtus Dei, euangeliũ quo nos saluat. Ro. 1 b
Virtute Dei custodimur in fide. 1. Per. 1 a
Virtute induti ex alto. Luc. 24 g
Virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12 c
Virtutes operatur Deus in nobis. Gal. 3 a
Viscera misericordiæ Dei. Luc. 1 g
per Visionem loquitur Deus Abrahæ. Ge. 15 a
in Visione raro se manifestabat Deus temporibus Heli in Silo. 1. reg. 3 a
Visitat Deus peccata, cum punit. Exod. 32 g
Vita hominis pauor. Iacob. 4 d
Vitæ huius tempus: breue. 1. cor. 7 e
Vita hominis militia. Iob 7 a
Vitæ huius breuitas & miseria. Psal. 89
Vita longior obedientibus Deo. Deut. 30 d
Vita longior obedientibus parẽtibus. Eph. 6 d
Vitæ suæ non credit inobediens. Deut. 28 g
Vita æterna Christus. Ioan. 14 a, Colos. 3 a
Vita per Christum datur. Ioan. 1 a
Vita æterna, cognoscere Deũ, & Iesum. Io. 17 e
Vita æterna reuelata nostris temporibus. Ephe. 1. a
Vita æterna datur gratis. Rom. 6 d
Vita æterna ex obseruatione mandatorum datur. Matth. 11 c.
Vita Christianorum abscondita in Christo. Colos. 3 a
Vitæ arbor. Gene 2 b
Vitis Christus. Ioan. 15 a
quos vitare debeamus. 2. Tim. 3 a
Vitulum aureum adorant Israelitæ. Exo. 32 a
Vitulus aureus, peccatum. Deut. 9 c
Vitulus aureus comminuitur. Exod. 32 e

Vituli aurei. 4. Reg. 17 c
Viuens Deus. Tos. 3 c
Viuere facit Deus, & occidit. Deut. 32 f
Viuit anima tua, assecuratio Hebræis. 1. Reg. 1. d
Vt viuamus, mandata seruanda. Deut. 4 a 32 g
Viuit homo fide, etiam in fame. Deut. 8 a
Viuendum in lætitia. Eccle. 8 c. 9 b
Viuo ego, iuramentum Dei. Deut. 32 f
Viuit Dominus, iurantis vox. Ruth 3 c
Viuat rex. 1. Reg. 10 d
Viuit Christus in Christianis. Gal. 2 d
Viuimus in gloriam Dei. Ro. 4 b
Viuere Deo, opera Dei facere. Ro. 6 b
Viuunt omnes Deo. Luc 20 f
Vlcera in hominibus. Exod. 9 b
Vlcere percutiuntur inobedientes. Deu. 28 d
Vlcio non quærenda. Leui. 19 d. Luc 9 g
Vltionem capere, Dei est. Deut. 32 e
Vlcisci tur Dauid iniuriam seruis factam. 2 Reg. 10
Vlulam non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
Vmbra Vetus testamentum. Heb. 8 a
Vnanimitas commendatur. Philip. 1. d
Vnctionis oleum. Exo. 30 d
Vnctio Christi, spiritus sanctus. 2. Ioan. 2 d
Vnctio Christi. Dani. 9 g
Vngebantur reges, vt de Saule & Dauide legimus 1. reg. 9 d 10 a 16 c
Vngebantur corpora mortuorum. Gen. 50 a
non Vnguntur oleo suo inobedientes. Deut. 27 d
Vnitas fidei Christianorum. Ioan. 17 d. Act. 4 f
Vnitas spiritus commendatur. Ephe. 4 a
Vnum sumus in Christo. Gal. 3 d
Vocatur Samuel à Deo. 1 Reg. 3 a
vt Vocaret peccatores, venit Christus. Mat. 9 b
quos Vocauit Deus, credunt. Act. 2 f. Mat. 20 b
Vocati multi. Matth. 20 b. Rom. 9 c
Vocatio gentium & Iudæorum. Ro. 15 c
Vocationem nostrã demonstremus operibus. 2. Pet. 1 b
Vocationis nostræ brauium, vita. Phil. 3 c
Volatilibus cæli dantur cadauera inobedientium. Deut. 28 c
Voluntas sua creauit Deus omnia. Eph. 1 b
Voluntati Dei omnia tribuit Dauid. 2 Reg. 7 c
Voluntati Dei nemo resistit. Gen. 50 c
Voluntas Dei immutabilis. Prouer. 19 c
Voluntate Dei venditus est Ioseph. Gen. 45 b
Voluntate Dei diuisum regnũ Roboam. 2. Paralip. 11 a
non Volentis est, sed Dei miserentis. Rom. 9 c
Voluntas Dei est, vt qui Christo crediderit, habeat vitam. 1. Io. 6 d
Voluntatem Patris implere desiderat Christus. Ioan. 4 d
Voluntatem Dei sciens, & non faciens, vapulabit plagis multis. Luc. 12 f
Voluntate Dei faciẽs, mater, frater, soror, &c. Christi est. Matt. 12 d
Voluntas bona quidem Christiano, quam tamen ex se non potest perficere. Roma. 7 d
Voluntate Dei excæcati. Matt. 11 d
Voluntati Dei committendum, quod agimus. Iaco. 4 d
Voluntati Dei committit iter suum Paulus. Romm. 15 g.
Voluntas propria vitanda. Eccl. 18 d
Voluntates seculi impediunt. Luc. 8 b
Vomere percusi Philistæi. Iud. 3 d
Vota Deo reddenda. Nume. 30 a
Vota varia, & redemptio eorundem. Leu. 27 a
Votum Iacob, Iephte, Israelitarum, additâ conditione. Gene. 22 d. Num. 21 a. Iud. 12 f
Votum Annæ. 1. Reg. 1 b
Vouere Deo, & consecrare Deo, frequens in Leuit. cap. 25
Vox Dei audienda Exod. 15 g. Deut. 30 d
Vocem suam vt audiamus, couertit nos Deus. Deut. 4 e
Vocem Dei non audientes puniuntur. Deut. 9 d
Vocum nouitates vitandæ. 2. Tim. 6 b
Vpupam non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
Vrbes refugii. Num. 35 b
Vrbium protector Deus. 4 Reg. 19 g
Vrias maritus Bethsabe. 2. Reg. 11 b
Vrias sacerdos. 4 Reg. 16 c
Vrsum occidit Dauid. 1. Reg. 17 d
Vsuram capiant ab extraneis Iudæi, non à fratribus Deut. 23 d
ad Vtilitatem datur spiritus. 1. Cor. 12 a.
Vua Iudæorum, vua fellis. Deu. 32 c
Vulpes Samsonis. Iudi. 15 a
Vulpes foueas habent. Matt. 8. c. 9 g
Vulpes Herodes. Luc. 13 g
Vulturem non comedunt Iudæi. Deut. 14 b
vt Vultum conuertat ad nos Deus, orandum, Nume. 6 d
Vuluam Annæ concluserat Deus. 1. Reg. 1. a
Vxor prudens, Dei donum. Prouer. 19 b
Vxorem habeat vnusquisque. 1. Cor. 7 a
Vxorum adolescentium mores. Tit. 2 a
Vxores viris subditæ. Ephes. 5 e
de Vxorum obedientia, Assueri edictum. Esth. 5 d
Vxor diligenda. Ephe. 5 d. Prouerb. 5 d
Vxor non plus ametur quàm Christus. Matt. 10 d
Vxorem non licet repudiare, nisi ob solam fornicationem. Matt. 5 e
Vxores de filiabus Chanaan non licebat tudæis accipere. Exod. 34 b.
Vxores alienigenas accipientes arguuntur. Malac. 2 b
Vxorem ducentes, immunes primo anno. Deuteron. 24 b
de Vxore non inuenta virgine. Deut. 22 b
Vxoris adulterium quomodo deprehendi possit. Num. 5 b
cum Vxore inobedientis Deo dormit alienus. Deut. 28 c
Vxor abducens à fide, occidenda. Deut. 13 b
Vxor Pilati. Matt. 27 b
Vxor Loth sit nobis exemplo. Luc. 9 g
Vxores Dauidis captiuæ. 1. Reg. 30 a
Vxores & concubinas accipit Dauid in Ierusalem. 2. Reg. 5 c

Z

Zabulonis natiuitas & genealogia. Gene. 30 a. 46 b. 49 b. Deut. 33 e
de Zacchæo publicano. Luc. 19 a
Zacharias rex Isrel 4 Reg. 14 g
Zacharias pater Ioannis Baptistæ, & eius cãt

Tais.

cum. Lucæ 2
Zacharias filius Barachiæ. Zacha. 1 a
Zacharias propheta filius Ioiadæ. 2. Par. 24 f
Zamuri regis Israel acta. 3. Reg. 16
Zara filius Iudæ. Gene. 38 g
Zeb occiditur. Iudicum 7 g
de Zebedæi filiis. Mat. 20 c
Zebee occiditur. Iudicum 8 e
Zebel princeps ciuitatis Sichem. Iudicum 9 d
Zelotes nomen Dei. Exod. 20 a. 34 b
Zelotypiæ lex. Num. 5 c
Zelpha ancilla Liæ. Gene. 29 c. 30. b
Zelus Dei in impios. Deut. 29 c
Zelus Moysi & Phinees. Exod. 32 f. Num. 25 b
Zelus Eliæ. 3. Reg. 19 d
Zelus Iehu pro Deo. 4. Reg. 10 d
Ziphæi produnt Dauidem. 1. Reg. 23 c
Zizaniorum parabola. Matt. 13 d
Zomzommim gigantes. Deut. 2 d
Zona pellicea accinctus Elias. 4. Reg. 1 b
Zorobabel filius Iosedech. Agg. 1 d
Zorobabel & Iosue ædificant altare. 1. Esdr. 3. a
Zorobabel typus Christi. Agg. 2 d

Universidad de Biblioteca

137.
+ 61
= 19

suorum: & non delinquent omnes

Redimet Dominus animas seruorum qui sperant in eo. Psal. 33. 14.

LVGDVNI.

Ex officina Typographica
Claudii de Huchin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex officina Typographica
Claudii de Hucbus.